[illegible] oogle

Digitized by Google


SYNONYMORVM
Apparatus Auth. Francisco Serra

A. XXVIII. 6

Digitized by Google

SYNONYMORVM APPARATVS

Authore

FRANCISCO SERRA.

Ad Eminentiſs.mum ac Reuerendiſs.mum D.

D. CAROLVM BARBERINVM

S. R. E. DIACONVM CARDINALEM, ac Vrbis Præfectum.



VENETIIS, *Apud Baba.* M. DC. LIV.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Eminentiſsimo Principi

CAROLO BARBERINO

S.R.E. DIACONO CARDINALI, ac Vrbis Præfecto.

FRANCISCVS SERRA F. P.

ERubeſcebat quidem, Eminentiſsime Princeps, Apparatus hic in lucem exponi, niſi tuo auguſtiſsimo Nomini ſumma omnia, vel Maieſtatem redolenti dicatus, & inſcriptus Gentilitio tui ſolis lumine fuiſſet illuſtratus: quæ enim exponuntur tranſeuntium aſpectui non pauco ad eorum contemplationem, & emptionem indigere lumine compertum habemus. Merces affert non mundo nouas, ſed quæ nouo compactæ ordine placere poſsint inquirentibus ad vſum, ſi diſplicerent multiplicis eloquentiæ locupletibus ad ornatum. Vtentium vtilitas fuit ſcopus authoris, quæ eo gratior, quo dulcior è tuis ſcilicet Gentili-

tijs

tijs fauis melle conſperſus fructus prægustabitur. Plura hìc deſiderari quis inficiabitur? ad tantum enim opus, ſi quis vellet abſolutiſsimum non vnius haud limatioris labor exoptatur ingenij; ſed plurimorum hiſce artibus excellentium. Verùm illi lumen non defuturum ſpero: licet enim tenebras præ ſe ferant elucubrationes ad nocturnas quippe non Epicteti lucernas elaboratæ, ſed ad exilis ingenij limam; dum Lumini exponuntur tuo perpetuum quippe diem, omni ſiquidem liuoris caligine depulſa, ſecum legentibus afferent. Temeritatis forſan incuſabor nomine, qui parua hæc ſummæ tuæ Magnitudini conſecrare fuerim auſus, ſed quæ in te mihi perſpecta fuit, vel in infimos homunculos humanitas dedit audaciam: Hæc pœnas dabit, non mea, quæ inter imos optat tuæ virtutis ſeruulos cooptari voluntas. Hæc igitur vt benigniſsimè excipias ſupplex oro, Princeps Eminentiſsime, inuidentiæ quippe fucos non extimeſcent; Apum enim defenſabuntur aculeis: tenebras non horreſcent: nam Solis ſibi præferri lumen agnoſcent: bona ſperabunt omnia, quia tuæ ſemper Humanitatis aſpectu ſe gauiſura confidunt. Vale.

Venetijs Cal. Ianuarij 1654.

FRAN-

FRANCISCVS BABA
AD LECTOREM.

HAbes, amice Lector, hunc Synonymorum apparatum ex noſtra typorum officina inſtructum, Lucique expoſitum; ſed forſitan ſuis minus abſolutum numeris, vt aliquis meritò deſideraret, vel ipſe Author, qui aliquandiu apud me verſatus ſuæ doctrinæ ſpecimen non reliquit obſcurum; ac ſæpius, ſe voluiſſe illum abſolutiſſimum in legentium vtilitatem emittere factitauit. Sed ecquis ad tantum aptus onus, præſertim cum ipſe curis non paucis, immò grauiſsimis implicitus, vnuſque ad authorum indagandos ſenſus, ad perquirenda ſynonyma, ad periphraſes excerpendas; & ad hæc omnia ſcriptor idem vnus, collector idem, idemque emendator accederet? Ad labores Atlantæos non vnuſquiſque admittitur: ſolus olim Hercules humeris orbem ſuſtentauit ſuis. Siquidem communis hæc eſt omnium ſententia, cum quis in lucem aliquid emittit præſertim typographiæ commiſſum, rem omnem adeo limatam exire debere, adeo excultam, abſolutam adeo, vt vel Heſperidum horti inculti fuiſſe videantur; & Alcinoi viridaria credantur fuiſſe ſterilia præ illis. Non omnibus Epicteti lucerna in promptu eſt, quæ vel ſi luceret ad elucubrandum, illius pariter deſideraretur ingenium. At hi forſitan ignorant, vel omnia à principio typis edita non vnam deſideraſſe limam, ſed vel poſt ſeptimam Horatianam adhuc ibi eſſe quod limari, & quod addi poſſit; præſertim cum pateat communis parœmia: Facile eſt inuentis addere. Hoc ſiquidem à principio curæ fuit Authori, vt ſynonyma aliquot excerperet in poeſeos ſtudioſorum gratiam, & vtilitatem: Verùm quia hæc pauca videbantur, ſuperaddendas cenſuit periphraſticas elocutiones, vnde opus aliquantum excreuit. Et quoniam ipſe, vt ſæpius aiebat, in aliquibus, dum poeticæ compoſitioni operam nauabat, non parùm difficultatis, laboris plurimum, ſudoriſque vel in ipſis ſcriptorum pertractandis voluminibus repererat, ſiue ad Coſmographiam ſpectarent, ſiue ad eruditionem; & iſthæc addere, explicare, nec non in multa diuerſorum ſenſuum perplexitate auſus eſt exponere. Et quamvis non ignoraret varias veterum interpretationes, diuerſaque locorum in ipſa Orbis deſcriptione cognomina, vnde facilè doctiorum cenſuram ob temeritatem incurriſſet, niſi ad eorum ſenſum illa fuiſſet interpretatus: tamen vt aliqua parte prodeſſe legentibus videretur, voluit eorum ſubiacere cenſuræ, vt aliqua, veluti ſperat, è ſuis laboribus, quicunque ſint, naſcatur vtilitas. Iam ipſe compertum habet ſe multa reliquiſſe ad operis abſolutionem, nec non rerum, vocum, & huiuſmodi diſpoſitionem: ſed in hoc videtur excuſandus: dedit enim anſam per ſe cuique multa excogitandi, quæ ipſe veritus eſt addere, ne ſupra veteres videretur eſſe. Hoc enim ipſe ſem-

ſe ſem-

Digitized by Google

ſe ſemper in mentem habuit, ea tantum ſynonyma, periphraſes, & huiuſmodi in lucem exponere, quæ à Veteribus, ſiue Recentioribus, quos tamen ob doctrinam, & eruditionem admiratur orbis, in ſuis ſcriptis reliquerint. Quoniam verò ſæpe Synonymis connecti poſſunt ea, quæ ſenſu propinquiora videntur, hinc reperies multa, quæ licet non ſint, neque eſſe poſſint ſynonyma, tamen ob ipſam, vt ita dicamus, affinitatem optimè, ac opportunè inſeruire poſſe compoſitioni cenſentur. Fabulas adiecit, hiſtorias, epitheta, & ſiquid aliud eruditionis opportunum adiudicauit, vt tu, ſtudioſe Lector, in vno opere aliorum plurima reperires tam ad ſcientiam, quàm ad ornatum accommodata. In primis ſtuduit authores habere notiſsimos, vt qui ſæpius laudantur poſsunt eſſe teſtes. Siquid tamen erratum hoc non ex ipſius voluntate, ſed quod ipſe fortaſſis alicuius hæſit ſententiæ, quam eruditiores alij non agnoſcant. Vtvt eſt non adeo obfirmatus eſt animo, vt veritate cognita palinodiam recinere non præſto ſit. Hoc velim ſcias Authoris hanc ſemper fuiſſe metam, eumque in hoc album ſcilicet collimaſſe, vt tu cum delectatione vtilitatem ſummam acciperes: & quæ cum labore indagaturus eſses, hic pedetentim legendo ſedulus reperires: & pro certo haberes, eundem, ſi hæc pleriſque placuiſse cognouerit in lucem emiſsurum alia non minoris vtilitatis tam Latino, quàm Etruſco ſermone diſpoſita. Noſtrum enim vnuſquiſque non ſibi natus eſt, ſed cæteris quibuſcum viuimus, ac verſamur. Vnde & ego Typographus non tam labore, quàm impenſa plurima cæterorum vtilitati, nec non delectationi inſeruire contendo: Alius quoque cæteris rebus, quæ neceſſitati ſuccurrere poſsunt humanæ ingenioſus inhiat vt hinc tot exponantur ad intellectum acuendum adinuentiones, quot ſunt fecundorum hominum ingenia. Ergo benigne Lector has huius Authoris pertractare ne dedigneris elucubrationes: Siquid ab eodem erratum boni conſule, & excuſa: Siquid à me typis eſt ignoranter excuſsum, ac mendosè, ne voluntati vitio des; ſed incuriæ: alijs enim nec paucis quoque diſtrahor occupationibus: Sic fiet vt ambos deinceps, & ad argumenta iucundiora emittenda promptiores; & ad alia tibi vtiliora indaganda reperias expeditiores. Vale.

SYNO-

INDEX
PRIMÆ PARTIS.

In quo poſt paginarum numerum a, indicat columnam primam, b, verò ſecundam.

ABacus, pag. 1 a
Abas, ibid.
Abdera. V. Thracia.
Abdomen, ibid. b
Abel, ibid.
Abies. 2 a
Abortus, ibid.
Abraham, ibid.
Abſconditus, ibid. b
Abſtinentia. V. Ieiunium, & Ieiunus.
Abſynthium. 2
Abſyrtus, ibid.
Abundans. 3 a
Abundantia, ibid.
Abydus, ibid.
Abila, ibid.
Academia, ibid. b
Achanthus, ibid.
Acarnania. 4 a
Acaſtus, ibid.
Accidentalis, ibid. b
Accipiter, ibid.
Accuſator. 5 a
Acedia. V. Ignauia.
Acetum. 5 a
Achaia, ibid. b
Vrbes / Fluuij / Montes } Achaia, ibid.
Achelous. 6 a
Achamenes, ibid. b
Acheron, ibid.
Achilles. 7 a
Acies. 8
Acis. 9
Aconitum, ibid.
Acriſius, ibid. b
Acroceraunia. V. Gyrus, & Ceraunia.
Acta. 9 b
Acte. V. Attica.
Actaeon. 10 a
Actium, ibid.
Acus, ibid. b
Aculeus. 11 a
Adam, ibid.
Adamas, ibid.
Admetus, ibid. b
Adoleſcens: Adoleſcentia. 12 a
Adonis, ibid.
Adorans. 13 a
Adraſtus, ibid.
Adriaticum mare, ibid.
Inſula, ibid. b
Adulatio, & Adulator, ibid.
Adultus, & Adultera. 14 a
Adulterium, ibid. b
Aduerſitas. 15 a
Aduena, ibid.
Adultus, ibid.
Aduocatus, ibid.
Adytum, ibid. b
Æacus, ibid.
Ædes. V. Domus.
Ædificator. 15
Ædilis, & Ædilatus. 16 a
Æaa, ibid. b
Æates, ibid.
Ægaeon. V. Gigantum nomina.
Ægeria. 17 a
Ægeus, ibid.
Ægaeum mare, ibid. b
Inſula eiuſdem. 18 a
Ægiale. V. Diomede.
Ægina. 18
Ægis, ibid. b
Ægiſtus. 19 a
Ægritudo mentis. 19 a
Ægrotatio corporis, & Ægrotus, ibid.
Ægyptus, ibid. b
Vrbes, Inſula. 19, & 20
Sinus, ibid.
Populi, ibid.
Æmulus: Æmulatio. 21 b
Æmus. V. Hęmus.
Æmonia. V. Macedonia.
Ænaſia. V. Inarime.
Æneas. 21 b
Æneis. 22 a
Ænobarbus, ibid. b
Ænigma, ibid.
Æolia, & Æolides, ibid.
Æolis. 23 a
Æolus, ibid. b
Æqualis. 24 a
Æquinoctialis, ibid.
Æquinoctium, ibid.
Æquor. V. Mare.
Aer. 24
Aer infectus. 25 a
Æs, ibid.
Æris qualitates, ibid. b
Ærarium, ibid.
Ærope, ibid.
Æſacus. V. Eſacus.
Æſculapius. 26 a
Æſculus, ibid. b
Æſon. 27 a
Æſopus, ibid.
Æſtas, ibid.
Æſtus, ibid. b
Æſtiua, ibid.
Ætas, ibid.
Ætas aurea. 28 a
Æternitas, ibid.

Æther.

Æther. 28 b
Æthiopia, ibid.
Vrbes, *Fluuij*, } *Æthiopiæ*. 29 a
Æthiopes, ibid. b
Æthera. 30 a
Ætolia. 31
Vrbes, *Montes*, *Fluuij* } *eiuſdem pag*. 31
Æuum. V. Ætas.
Afflictio. 31 b
Affrica, ibid.
Portus, *Promontoria*, *Oppida*, *Fluuij*, *Montes*, *Populi*. } *eiuſdem pag*. 32, & 33.
Affricum mare. 33 b
Affinis, & *Affinitas*, ibid.
Agamemnon. 34 a
Aganippe, ibid. b
Agaſo. V. Aſinus.
S. Agatha. 35 b
Agaue, ibid.
Agenor, ibid.
Ager. 36 a
Agger, ibid.
Agmen. V. Acies.
S. Agnes. 36
Agnus, ibid. b
gon, ibid.
Agonizans. 37 a
Agragas, ibid.
Agricola, ibi'.
Agricolarum nomina, ibid. b
Agricultura, ibid.
Agrippa. 38 a
Agrippina, ibid.
Agylla, ibid. b
Ahenum, ibid.
Aiax. 39 a
Ala, ibid. b
Alba. 40 a
Albunea, ibid. b
Albus, ibid.
Albedo. 41 a
Albedinis exempla, ibid.
Alceſtis, ibid.
Alceus, ibid. b
Alcibiades, ibid.
Alcinous, ibid.
Alcithoe. 42 a
Alcmaon, ibid.
Alcmana, ibid. b
Alcyone. 43 a
Alecto. V. Furiæ.
Alexander. 43 b
Alexandria. 44
Alexandrini, ibid.
Alga. V. Vlua.
Algidum, & *Algidus*. 45 a
Allium, ibid.
Allobroges, ibid.
Almo, ibid. b
Aloides. V. Gigantes.
Alpes. 46 a
Alphabetum, ibid.
Alphaus, ibid. b
Altare. V. Ara.
Althea. 47 a
Aluearium, ibid.
Altum. V. Mare.
Altus, *adiect*. 47 b
Altitudo, ibid.
Amans, ibid.
Amabilis. 48 a
Amalthea, ibid.
Amaracus, ibid.
Amaranthus, ibid. b
Amaſis, ibid.
Amathus. 49 a
Amazones, ibid.
Ambarualia. 50 a
Ambitio, ibid. b
Ambitioſus, ibid.
Ambroſia, ibid.
S. Ambroſius. 51 a
Ambulans, ibid.
America. V. India Occidentalis.
Amica. 51
Amicus, ibid. b
Amicorum. 52 a
Amicitia, ibid
Amnis. V. Flumen.
Amomum. V. Aromata.
Amor. 52
Amor caſtus. 53 a
Amor maritalis, ibid.
Amor proprius, ibid.
Amor laſciuus, ibid.
Amphiaraus, ibid. b
Amphion. 54 a
Amphitheatrum, ibid. b
Amphitrite. 55 a
Amphryſus, ibid. b
Amphitruo, ibid.
Amplexus, ibid.
Ampulla, ibid.
Amulius. 56 a
Amycla, ibid.
Amycus. 56
Amymone. 56 b
Amygdala. 57 a
Amygdalum, ibid.
Anaxarete. V. Iphis.
Antares. 57 b
Anchiſes, ibid.
Anchora. 58 a
Ancilla, ibid.
Ancon. V. Picenum.
S. Andreas. 58
Androgeos, ibid. b
Andromache, ibid.
Andromede. 59 a
Angelus. 59 b
S. Angelus Cuſtos. 60 a
Angerona, ibid.
Anglia. 60 b
Vrbes *Inſulæ* *Populi* } *eiuſd. pag*. 60, 61, 62
Anguilla. 62 b
Anguis. V. Serpens.
Anhelitus. V. Halitus.
Anhelans. 63 a
Anio, ibid.
Anima, 63 b
Animæ defunctorum. 64 a
Animaduerſor, ibid.
Animus, ibid.
Animal. V. Beſtia, & ferarum nomina.
Anius. V. Anio.
S. Anna. 64 b
Anna, ibid.
Annales. V. Hiſtoria.
Annibal. 65 a
Annona. 65 b
Annulus, ibid.
Annus. 66 a
Annorum periphraſes. 67 a
Anniuerſarium, ibid.
Anſer, ibid.
Antarcticus. V. Polus.
Anthea. 67 b
Antheus, ibid.
Antenor. 68 a
Anthedon, ibid.
Antichriſtus, ibid. b
Antigone, ibid.
Antigonus, ibid.
Antilochus. 69 a
Antimachus, ibid.
Antiochia, ibid.
Antiopa, ibid. b
Antiphates, ibid.

An-

Antipodes. 70 a
Antiqui, & Antiquitas, ibid.
S. Antonius, ibid.
Antonius Romanus. V. Marcus Antonius.
Antrum, 70 b
Antuerpia. 71 a
Anubis, ibid.
Anus, ibid.
Anxur, ibid.
Aonia, ibid.
Apelles. 72 a
Aper, ibid.
Apis, & Apes, ibid. b
Apen ninus. 73 a
Apis. 73 b
Apollo, ibid.
Apollinares ludi. 75 b
Apollonia, ibid.
Apollonia. 76 a
SS. Apoſtoli, ibid.
Apium, ibid.
Apparatus, ibid. b
Apparitio. V. Viſio.
Appia via. V. Via.
Aprilis. 76
Aptus. 77
Apulia, ibid. b
Apulia, ibid. b
Oppida, Fluuij, Montes } *eiuſdẽ pag.* 78 a
Aqua. 78 b
Aqua benedicta. 79 a
Aqua virgo, ibid. b
Aqua odora, ibid.
Aquaductus, ibid.
Aquarius. 80 a
Aquila. 80 b
Aquila cæleſtis. 81 b
Aquilo. V. Ventus.
Aquileia. 81 a
Aquitania. 81 b
Vrbes, *Fluuij* } *eiuſdem pag.* 82 a
Ara. 82 b
Arabia, ibid.
Vrbes, *Montes*, *Populi* } *eiuſd. pag.* 83 a, b
Aracne, 83 b
Aratrum. 84 a
Araxes, ibid.
Arbitrium. V. Voluntas.
Arbor. 84 b
Arboris partes. 85 a
Arborum genera, ibid.
Area. 86 b
Arcadia. 87 a
Vrbes, *Montes*, *Fluuij* } 87
Arcades. 88 a
Arcanum, ibid.
Archemorus. 88 b
Archilocus, ibid.
Archimedes. 89 a
Architas. 89 b
Architectus, ibid.
Architectorũ inſtrumẽta. 90 a
Architectura, 90 b
Arctophylax, ibid.
Arctos. 91 a
Arcus. 91 b
Ardea. 92
Ardor. V. Ignis.
Ardens, ibid.
Aretium, ibid.
Arona, ibid. b
Areopagus, ibid.
Arethuſa, ibid.
Argentum. 93 a
Argia. V. Polynices.
Argilla. V. Creta.
Argo nauis. 93
Argonauta. 94 a
Argia, ibid. b
Populi eiuſdem. 95 a
Argumentum, ibid.
Argus, ibid.
Argyrippa. V. Apulia.
Ariadna. 95 b
Aricia. 96 a
Aries, ibid. b
Arion. 97 b
Ariſtarchus. 98 a
Ariſtaus, ibid.
Ariſto. 98 b
Ariſtophanes, ibid.
Ariſtoteles, ibid.
Aritmetica. 99 a
Arma, ibid.
Armorum genera, ibid. b
Armatus, adiect. ibid.
Armenia. 100 a
Maioris, Minoris Vrbes, Mõtes, Fluuij, Populi, ibid.
Armentum. 100 b
Armilla, ibid.
Arme, ibid.
Armus. 101 a
Aromata, ibid.
Aromatum genera, ibid.
Arſinoe. 102 a
Ars, ibid.
Artes liberales. ibid.
Artifex, ibid.
Artificum nomina, ibid.
Artemiſia. 103 b
Artus, ibid.
Arundo. 104 a
Arx, ibid.
Aſcalaphus. V. Bubo.
Aſcanius. 104 b
Aſcenſus. 105 a
Aſcendens, ibid.
Aſdrubal, ibid.
Aſia maior, ibid.
Prouincia, ibid.
Aſia minor, ibid. b
Prouincia, ibid.
Aſinus. 106 a
Aſopus, ibid. b
Aſparagus, ibid.
Aſpectus. V. Viſus.
Aſpis. V. Serpentum genera.
Aſſaracus. 107 a
Aſſus, ibid.
Aſſyria, ibid.
Vrbes, ibid.
Fluuij, ibid. b
Aſterie. 108 a
Aſtraa, ibid.
Aſtrologus, ibid.
Aſtrologia, ibid.
Aſtrum. V. Sidus.
Aſtus. 109 a
Aſtutus, ibid.
Aſtyanax, ibid.
Aſtydamia, ibid. b
Aſtynome, ibid.
Aſtypalaa, ibid.
Aſylum, ibid.
Atalanta Iaſis. 110 a
Atalanta Schœnais, ibid.
Athamas, ibid. b
Athena. 111 a
Vrbis loci memorabiles, ibid.
Athenienſes. 112 a
Attica, ibid. b
Vrbes, ibid.
Athos. V. Macedonia.
Atlas. 113 a
Atomus, ibid. b
Atramentum. 114 a
Atreus, ibid.
Atrium, ibid. b
Atropos. V. Parca.

Digitized by Google

Atys. 114
Attalus. 115 a
Attonitus, ibid.
Auaritia, ibid. b
Auarus. 116 a
Auceps, ibid. b
Aucupium, ibid.
Audacia, ibid.
Audax, ibid.
Auentinus, 117 a
Auernus, ibid. b
Augias, ibid.
Augmentum. 118 a
Augur, ibid.
Augures notiſſimi. 119 a
Augurium, ibid.
Bonum, ibid. b
Malum. 120 a
Aues augurales. 120
S. Auguſtinus, 121 a
Auguſtus, 121 b
Auguſtus menſis. 122 a
Auis. 123 a
Auium genera, ibid. b
Aula. 126 a
Aulicus, ibid. b
Aulæum. V. Tapes.
Aulis. 126
Aura. 127 a
Auris, ibid.
Auriga, ibid.
Aurora, ibid. b
Auroræ equi. 128 b
Aurum, ibid.
Aurus. 129 b
Auratus, ibid.
Auſonia. V. Italia.
Auſones. 130 a
Auſpicium. V. Augurium.
Auſter. 130
Auſtralis regio, ibid. b
Auſtraſio, ibid.
Auſtria, ibid.
Vrbes, Fluuij, ibid. & 131
Auſus, ibid. b
Autumnus, ibid.
Autumnale æquinoctium, ibid.
Authoritas. 132 a
Author, ibid.
Auus, ibid.
Auxiliator, ibid.
Auxilium, ibid.
Axis, ibid. b

B

Babylon. 132 b
Bacca. 133 a
Baccha, ibid.
Bacchanalia, ibid. b
Bacchus. 134 a
Baſtra, ibid. b
Baculus. 135 a
Bætica, ibid. b
Vrbes. 136 a
Batis, ibid.
Baia, ibid.
Baiulus, ibid.
Baleares. 137 a
Balæna, ibid.
Baliſta, ibid.
Balneum. V. Thermæ: Lauacrũ.
Balbus. 137 b
Balſamum, ibid.
Baltheus, ibid.
Baptiſmus. 138 a
Baptiſterium, ibid.
Barathrum, ibid.
Barba, ibid.
Barbatus, ibid. b
Barbaria, ibid.
Prouincia, Populi. 139 a
Barbaries, ibid.
Barbarus, ibid.
Barbitos. V. Cithara, & Muſica inſtrumenta.
Barbus. 139
Barium, ibid.
S. Bartholomæus, ibid. b
Baſiliſcus, ibid.
Batauia, ibid.
Vrbes, ibid.
Battus. 140 a
Baucis, ibid.
Beatus. V. Felix.
Belgium. 140 b
Prouincia, ibid.
Belides. 141 b
Bellaria, ibid.
Bellator. 142 a
Bellerophon, ibid. b
Bellona, ibid.
Belliger. 143 a
Belligerantium munia, ibid.
Bellua. V. Beſtia.
Bellum. 143
Belli cupido, ibid. b
Bellum ciuile, ibid.
Bellum nauale. 144 a
Bellica inſtrumenta, ibid.
Benacus. 145 b
Beneficium, ibid.
Berecynthia, ibid.
Berenice, ibid.
Beſtia. 146 a
Bethulia, ibid.
Bethleem, ibid.
Bias. V. Sapientes.
Biga. V. Currus.
Bibliotheca. 146 b
Bilis. 147 a
Bilbilis. V. Hiſpania.
Bipennis. V. Securis.
Biſtonia. 147
Bithynia, ibid.
Vrbes, ibid.
Biuium. V. Via.
Blanditia. 147 b
Blaſphemia. 148 a
Blaſphemator, ibid.
Bœotia, ibid.
Vrbes, ibid. b
Montes, Fluuij, ibid.
Boemia. 149 a
Vrbes, ibid.
Bombyx, ibid.
Bombarda, ibid.
Bona Dea. 150 a
Bona. V. Diuitię.
Bonitas. 150 b
Bonus, ibid.
Bootes, ibid.
Bononia. 151 a
Boreas, ibid.
Boryſthenes, ibid.
Bos, ibid. b
Bos ferreus, ibid.
Boſporus, ibid.
Bouilla. 152 a
Brabantia, ibid.
Vrbes, ibid.
Bracha, ibid. b
Brachium, ibid.
Bractea, ibid.
Breuis, ibid.
Briareus. 153 a
Briſeis, ibid.
Britannia, ibid.
Populi, ibid. b
Brixia, ibid.
Bruma, ibid.
Brunduſium. 154 a
Brutus, ibid.
Brutij, ibid.
Oppida, ibid.

Bu-

Bubo. 154 b
Bubulcus. 155 a
Buccina, ibid.
Buſo, ibid. a
Bulla, ibid.
Buſtum, ibid. b
Buſyris, ibid.
Buxus, ibid.
Byblis, ibid.
Byzantium, 156 a
Byſſus, ibid.

C

Cacabus. 156
Cachinnus. V. Riſus.
Cacumen. 156 b
Cacus, ibid.
Cadauer, ibid.
Cadmus. 157 a
Caduceator, ibid. b
Caduceus, ibid.
Cadus. V. Dolium.
Cacus. 158 a
Cacitas, ibid.
Caa, ibid. b
Cades, ibid.
Calatura. 159 a
Calator, ibid.
Calum, ibid. b
Calum graue. V. Aer infectus.
Calum nubilum. 160 a
Calum ſerenum, ibid.
Cali clima, ibid. b
Cali curſus, ibid.
Calum ſtellatum, ibid.
Calum Luna, Saturni, &c. ibid.
Calebs, ibid.
Calibatus. 161 a
Caneus, ibid.
Care, ibid. b
Caremonia, ibid.
Caſar, ibid.
Caſaris. 162 a
Caſtus. V. Cęſtus.
Caicus. 162
Caieta, ibid. b
Calabria, ibid.
Inferioris, Superioris Vrbes, Populi, Mõtes, ibi. & 163.
Calais. 163 a
Calamiſter, ibid.
Calamitas, ibid.
Calamus, ibid. b
Calaurea. V. Demoſthenes, & Diana.
Calcar. 163
Calchas. 163
Calceus. 164 a
Caldarium. V. Cacabus.
Calenda. ibid. b
Calidus. 165 a
Caliga, ibid.
Caligo, ibid.
Calix, ibid.
Calicum ſpecies, ibid.
Calliditas. 166 b
Callidus, ibid.
Callimachus, ibid.
Calliope, ibid.
Calor, ibid.
Calpe, ibid.
Caluus. 167 a
Caluitium, ibid.
Calumnia, ibid.
Calumniator, ibid.
Calx, ibid. b
Calydonia, ibid.
Calydonij, ibid.
Calyſte, ibid.
Calypſo. 168 a
Camilla, ibid.
Camillus, ibid. b
Caminus, ibid.
Camœna, ibid.
Campana. 169 a
Campania, ibid.
Vrbes,
Montes,
Fluuij: Lacus, ibid. 170
Campus, ibid. a
Campus Flora, ibid. b
Campus Martius, ibid.
Cana Galilea. 171 b
Canalis, ibid.
Cancelli, ibid.
Cancer, ibid.
Cancer caleſtis. 172 a
Cancer morbus, ibid.
Candela, ibid. b
Candidati, ibid.
Candor. V. Splendor.
Candidus. 172
Canicies. 173 a
Canus, ibid.
Canicula, ibid.
Caniculares dies, ibid. b
Canis, ibid.
Canes venatici. 174 a
Canũ venaticorũ nomina, ibid.
Canis aquoreus. V. Piſcis.
Canis caleſtis. 175 a
Caniſtrum, ibid.
Canna. V. Apulia.
Canopus. 175 b
Cantabria, ibid.
Vrbes, ibid.
Cantus. 176 a
Cantus auium, ibid.
Canonizatus, ibid. b
Capaneus. 177 a
Caper, ibid.
Caphareus, ibid.
Capillus, ibid. b
Capitolium, ibid.
Cappadocia. 178 b
Vrbes, ibid.
Fluuij: Montes. 179 a
Capra. V. Caper.
Capra caleſtis. 179 a
Caprea, ibid.
Caprea inſ. ibid.
Capricornus, ibid. b
Captiuus. 180 a
Capua, ibid.
Caput, ibid. b
Carbaſus, ibid.
Carcer. 181 a
Carcere clauſus, ibid. b
Carceres, ibid.
Cardinalatus, ibid.
Cardinalis, & Cardinalium Senatus, ibid.
Carduelis. 182 a
Caria, ibid.
Vrbes / *Montes* / *Fluuij* } ibid.
Cares, pop. ibid.
Carina. V. Nauis partes.
Caries. 183 a
Carmania, ibid.
Vrbes, ibid.
Carmelus, ibid.
Carmen, ibid.
Carminum ſpecies, ibid. b
Carmenta. 184 a
Carnifex, ibid.
Caro. V. Membra, Corpus.
Carpathos. V. Inſularũ nomina.
Carthago. 184 b
Caſa. 185 a
Caſeus, ibid.
Caſia, ibid. b
Caſpia porta. V. Media.
Caſpium mare. V. Mare.
Caſſandra. 185
Caſſiope. 186 a
Caſſis. V. Rete: Galea.

Caſus. 186
Caſtalia. 186 *b*
Caſtanea. 186
Caſtitas. 186
Caſtus. 187 *a*
Caſſa. 187
Caſtor, & Pollux. 187
Caſtra. 188 *a*
Caſtratus. V. Eunuchus.
Catapulta. 188
Catena. 188 *b*
S.Catharina V. & M. 188
Catharrus. 189 *a*
Cathedra. V. Sedes.
Cato. 189
Catullus. 189
Catulus. 189 *b*
Cauea. 189
Caucaſus. 189
Cauerna. 190 *a*
Caulis. 190
Caupona. 190 *b*
Caurus ventus. 190
Cauſa. 190
Cauſſidicus. 191 *a*
Cayſter. 191
Cea. V. Cęa.
Cecrops. 191 *b*
Cedrus. 191
Celebris. 191
Celer: Celeritas. 192 *a*
Cella. 192
Cenſor: Cenſura. 192 *b*
Centauri. 193 *a*
Centaurorum nomina, ibid. *b.*
Centumcellæ. 193
Cephalenia. V. Inſularum nomina.
Cephalus. 194 *a*
Cepheus. 194
Cephiſus, 194 *b*
Cera. 194
Cera. 195 *a*
Ceraſus. V. Arborum genera.
Ceraunia. 195
Cerberus. 195
Deſcriptio, 196 *a*
Cerdo. 196
Cerebrum. 196
Ceres. 196 *b*
Cerealia. 197 *b*
Certamen. 197
Ceruix. 198 *a*
Ceruſſa. 198
Ceruus. 198
Ceruus Herculis. 198 *b*
Ceſpes. 198
Ceſtus. 198
Cete. 199 *a*
Ceyx. 199
Chalcis. V. Euboea.
Chaldea. 199
Vrbes,
Populi, ibid.
Chalyb. 199
Chaos. 200 *a*
Chariſtia. 200
Charitas. 200 *b*
Charites. 200
Charon. 201 *a*
Character. 201 *b*
Charta. 201
Charus. 202 *a*
Charybdis. 202
Chelys. 202 *b*
Cherroneſus. 203 *a*
Chimera. 203
Chione. 203 *b*
Chios. 203
Chirographum. V. Scriptura.
Chiron. 204 *a*
Chirurgus 204 *b*
Chirurgica, ibid.
Chlamys. 205 *a*
Chœrilus. 205
Chorda. 205
Chorea. 205 *b*
Chorus. 206 *a*
Choragus, ibid.
Choraules, ibid.
Chorœbus. 206 *b*
Chriſtus. 206
Chriſtiani. 206
Chryſeis. V. Aſtynome.
Chymia. 207 *a*
Chymicus. 207
Cibus. 207
Cibans ſe. 207 *b*
Cibans alios, ibid.
Ciborum genera, ibid.
Cicada. 208 *b*
Cicatrix. 209 *a*
Cicero. 209
Ciconia. 209 *b*
Cilicia. 210 *a*
Vrbes } ibid.
Fluuij } ibid.
Montes } ibid.
Cilicium. 210 *b*
Cimmerij. 210
Cincinnus. 211 *a*
Cingulum 211
Cinis. 211 *b*
Cinædus. 211
Cinnamomum. 212 *b*
Circe. 212
Circaum. 213 *a*
Circuitus. 213 *b*
Circulator. 213
Circus. 213
Circus maximus. 214 *b*
Ciuis. 215 *a*
Ciuitas, ibid. *b*
Cithara. 215
Citharœdus. 215
Citrus. 215
Citrum. 216 *a*
Clades. V. Cędes.
Clamor: 216
Clamor nautarum, ibid.
Clamor fœminarum, ibid. *b*
Clangor, ibid.
Claros: V. Ionia.
Clarus 216
Claſſis, ibid.
Claſſicum. 217 *a*
Claua, ibid.
Claudia, ibid.
Claudus, ibid. *b*
Clauis: V. Peſſulus.
Clauſtrum. 217
Clauus, ibid.
Clauus latus. 218 *a*
Clemens. 218
Clementia, ibid. *b*
Cleona. 217
Cleopatra, ibid.
Clerici. 219 *a*
Clientes, ibid.
Clio: V. Muſa.
Clitumnus. 219
Cliuus, ibid.
Cloaca. 220 *a*
Clœlia, ibid.
Cloto. V. Parcæ.
Cluſium. V. Etruria.
Clymene. V. Nymphæ.
Clypeus. 220
Clytæmneſtra. 221 *a*
Clytie. V. Heliotropium.
Coactus. 221 *b*
Cochlea, ibid.
Cochlear, ibid.
Corytus, ibid.
Cœmeterium. 222 *a*
Cœna, ibid.
Cœnarum genera, ibid. *b.*
Cœneus, V. Ceneus.

Ca-

Cœnotaphium. 223 a
Cœnum. V. Limus.
Cœnum. V. Turba.
Cogitatio. 223
Cogitationes malæ, ibid.
Cognati, ibid. b
Cognatio, ibid.
Cohors. V. Exercitus.
Coitus. 223
Colchi. 224 a
Collatio, ibid.
Collegium, ibid. b
Collis, ibid.
Colloquium. V. Sermo.
Collum. 225 a
Colonia, ibid.
Colonia, ibid.
Colophon, ibid. b
Color,
Albus,
Flauus, ibid.
Caruleus. 226 a
Niger. V. Niger.
Pallidus. V. Pallidus.
Rubens. V. Rubeus.
Varius. 226
Viridis. V. Viridis.
Coloratus. 226
Coloſſus, ibid.
Columba, ibid.
Columbarium, 227 a
Columna, ibid.
Columnæ partes, ibid. b
Columnæ inſignes, 228 a
Coma, ibid.
Comatus, ibid. b
Comes, ibid.
Comitatus, ibid.
Comete, ibid.
Commoditas. 229 b
Comœdia, ibid.
Comœdus. 230 a
Comum, ibid.
Compes, ibid.
Conatus, ibid. b
Conceptus, ibid.
Concilium, ibid.
Concha. 231 a
Concordia Dea, ibid.
Concordia, ibid. b
Concubitus, ibid.
Concubium. V. Noctis partes.
Concupiſcentia. V. Amor laſciuus.
Concurſus. V. Turba.
Condimentum.
Conſuſio. 232 a
Coniuratio, ibid.
Connubium. V. Nuptiæ.
Coniux. V. Vxor: Maritus.
Conon. V. Mathematici.
Conſanguinitas. V. Cognatio.
Conſanguineus. 232
Conſcientia, ibid.
Conſcius, ibid.
Conſenſus. V. Concordia.
Conſideratio. 232 b
Conſilium, ibid.
Conſiliarius, ibid.
Conſpicilium, ibid.
Conſtans: Conſtantia, iaid.
Conſtantinopolis. 233 a
Conſul, ibid.
Conſulatus, ibid. b
Conſus. 234 a
Contagium. V. Peſtis.
Contemplator. 234 b
Continens. V. Tellus.
Continentia. 234
Contrariorum exempla.
Contrarius. 235 a
Contumelia, ibid.
Conuiuiator, ibid.
Conuiuium, ibid.
Conus. V. Galea: Cupreſſus.
Coos. 236 a
Copia, ibid.
Copiæ deſcriptiones, ibid.
Coquina, ibid. b
Coquinaria inſtrumenta, ibid.
Coquus. 237 a
Cor. V. Corporis partes.
Corallium. 237
Corcyra, ibid. b
Corinthus, ibid.
Cor. Gallus. 238 b
Cornix. 239 a
Cornus, i bid
Cornu, ibid. b
Cornucopia, ibid.
Corona. 240 a
Caſtrenſis, ibid. b.
Ciuica, ibid.
Muralis. 241 a
Naualis, ibid.
Obſidionalis, ibid.
Laurea, ibid.
Oualis, ibid.
Coronatus, ibid. b
Coronæ ſidus, ibid.
Coronis. 242 a
Corpus, ibid.
Corporis partes. 242
Corpus aerium, ibid.
Corruptus, ibid. b
Corſica. V. Inſularum nomina.
Cortina. 242
Coruus, ibid.
Cortex. 243 a
Corus. V. Caurus.
Corybantes. 243
Corythos, ibid. b
Corylus, ibid.
Coturnix. 244 a
Coſta, ibid.
Cras, ibid.
Crapula. V. Gula.
Crater. V. Calix.
Crater ſidus. 244
Crates, ibid.
Creatura, ibid.
Credulitas. V. Fides.
Cremera. V. Fabius.
Cremona. 244 b
Creon, ibid.
Crepido. V. Margo.
Crepuſculum. 244
Creta. 245 a
Creta inſula, ibid.
Vrbes, ibid.
Montes } 246 a
Fluuij }
Populi, ibid. b
Creuſa. 246
Creuſa, ibid.
Crimen, ibid.
Crinis, 247
Crinitus, ibid. b
Criſta. V. Galea.
Crocodillus. 247
Crocus. 248 a
Crœſus, ibid.
Croton, ibid.
Crudelis. 249 a
Crudelitas, ibid.
Crumena, ibid.
Cruor. V. Sanguis.
Crus. 249 b
Cruſma. V. Muſica inſtrumenta.
Cruſtulum. 249
Grus, ibid.
Crucifixus. 250 a
Cryſtallus, ibid.
Crypta, ibid. b
Cubiculum. V. Domus.
Cubile. V. Lectus.
Culcitra. 250

Culex. V. Inſectum.
Culina. V. Coquina.
Culmen. V. Cacumen.
Culmus. 250
Culpa. V. Crimen.
Culter. 250
Cultus, ibid.
Cuma. 251 a
Cumulus. 251 b
Cuna, ibid.
Cuneus, ibid.
Cupido. V. Deſiderium.
Cupido Deus. 251
Cupreſſus. 252 a
Cura. 253 a
Cures. V. Sabini.
Curetes. V. Corybantes.
Curia. 253
Curioſitas. 253 b
Curius, ibid.
Currus, ibid.
Currus partes. 254 a
Currus Deorum, ibid. b
Curſus. 255 a
Curſor. 255 b
Curtius, ibid.
Curuus, ibid.
is. V. Mucro.
Cuſtodia: Cuſtos. 256 a
Cutis, ibid.
Cyane, ibid.
Cyanea, ibid.
Cyathus. 256 b
Cybele, ibid.
Cyclas. V. Veſtis.
Cyclades. 257 b
Cyclopes. 258 a
Cycnus. 258 b
Cycnus auis, ibid.
Cycnus fidus, ibid. 259
Cydippe. 259 b
Cydon, ibid.
Cyllarus. V. Equorum inſignium nomina.
Cyllene. 259
Cymba. 260 a
Cymbalum, ibid.
Cyminus. V. Etruriæ lacus.
Cynoſura. 260
Cynthus. V. Delos.
Cyprus. 260
Vrbes }
Montes } ibid. b
Cyrene. 261 a
Cyrnus. V. Inſularum nomina.
Cyrrha. 261 b
Cyrus. 261
Cythæron, ibid.
Cythera. 262
Cytherea. V. Venus.
Cythorus. 262
Cyzicus, ibid.

D

DAcia. 262 b
Prouincia,
vrbes, ibid.
Fluuij }
Populi } 263 a
Dædalion. 263
Dædalus, ibid. b
Dæmon. 264 a
Dæmoniacus. 264 b
Dalmatia, ibid.
Vrbes. 265 a
Damaſcus, ibid.
Dama. 265 b
Damnum, ibid.
Damnatus, ibid.
Damnoſus. 266 a
Danae, ibid.
Danai. V. Græci.
Danaus. 266 b
Danaides. V. Belides.
Dania. 266
Vrbes }
Fluuij } 267 a
Inſulæ }
Daniel. 267
[illegible] *itus*, ibid. b
Dapes. V. Epulæ.
Daphne. 268 a
Daphnis, ibid.
Dardanus, ibid. b
Dardania. V. Troia.
Dauid. 268
Daunus. 269 a
Daunia, ibid.
Vrbes, ibid.
Debilis. 269
Debilitas, ibid.
Debitum, ibid.
December, ibid.
Decemuiratus, ibid.
Decor. 270 a
Decus. V. Honor.
Decollatus. 270
Decoriatus, ibid.
Decrepitus, ibid.
Decrepitas, ibid. b
Decretum, ibid.
Dedecus, ibid.
Degener. 270
Defectus, ibid.
Defenſio: Defenſor. 271 a
Deformis: Deformitas, ibid.
Deianira, ibid.
Deidamia, ibid.
Deiphile. V. Diomedes.
Deiphobus. 272 a
Delicatus, ibid.
Deliciæ, ibid.
Delos, ibid.
Delphi, ibid. b
Delphin. 273 a
Demens. 274 a
Dementia, ibid.
Democritus. V. Philoſophus.
Demophoon. 274
Demoſthenes, ibid. b
Dens, 274
Dentiſcalpium. 275 a
Deriſio, ibid.
Deſertum. V. Eremus.
Deſiderans. 275
Deſiderium, ibid.
Deſidia, ibid. b
Deſperatus, ibid.
Deteſtabilis, ibid.
Detractor, ibid.
Deuius, ibid.
Deuotus: Deuotio, ibid.
Deucalion. 276 a
Deus, ibid.
Dei gentium. V. Dij profani.
Dextera. 277 a
Dia. V. Naxos. 277
Diabolus. V. Dæmon. 277
Diaconus, ibid.
[illegible]*aema*, ibid.
Di[illegible] ibid.
Dictator. 279 a
Dictamnus, ibid.
Dictum, ibid. b
Dido, ibid.
Dies. 280 a
Dies diuerſi, ibid.
Diei partes. 281 a
Dierum nomina, ibid.
Dies natalis, ibid.
Anniuerſaria }
Nubilus } ibid.
Serenus }
Dies Caniculares. V. Caniculares.
Dies mortis. 281
Extremi iudicij, ibid.

Exo-

Digitized by Google

Exorientis diei deſcriptio. V. Mane, & Aurora.
Dies feſtus. V. Feſtum.
Dierum numerus. 281 b
Diſſarreatio. 281 b
Differentia. 281
Difficultas: Difficilis, ibid.
Digitus. 282 a
Digiti partes, ibid.
Dignus, ibid. b
Dij prophani, ibid.
Dij maiores gentium. 283 a
Dij ſelecti, ibid.
Indigetes, ibid.
Deorum nomina varia, ibid. b
Dij nuptiales. 284 a
Dij præſides partubus, ibid.
Dij, Deæq; ab humanis actionibus denominati, ibid. b
Dij ruſtici. 285 b
Dij marini. 286 a
Cæleſtes, ibid. b
Inferni. 287 a
Deorum priſcorum cultus, ibid.
Diligens, ibid.
Diligentia, ibid. b
Diluuium, ibid.
Diogenes, ibid.
Diomedes. 288 a
Diomedes Thracius, ibid. b
Dio, ibid.
Dione, ibid.
S Dionyſius. 289 a
Dionyſius, ibid.
Dira, ibid. b
Dirce, ibid.
Diſceſſus, ibid.
Diſciplinatio. V. Verber.
Diſcipulus. 290 a
Diſcrimen. V. Periculum. *Differentia*.
Diſcordia. 290
Diſcus, ibid.
Dithyrambus, ibid.
Diuerſorium, ibid. b
Diuerſus, ibid.
Diues, ibid.
Diuites. 291 a
Diuitiæ, ibid.
Diuinatio, ibid. b
Diuinator. 292 a
Docilis, ibid.
Doctrina, ibid.
Dictus, ibid.
Dodona, ibid. b
Dolium, ibid.
Dolor. 293 a
Dolus. V. Fraus.
Domitor. 293
Dominus: Domina, ibid. b
Dominium, ibid.
S. Dominicus, ibid.
Domus, ibid.
Domus partes. 294 a
Domorum vocabula, ibid.
Domus regia. 295 a
Donum. V. Munus.
Doris. V. Achaia.
Doris. 295
Dos, ibid.
Draco, ibid.
Draconigena, ibid.
Drepanum. 296 a
Druyaa, ibid.
Dryades, ibid.
Dryope, ibid.
Dubius, ibid.
Dubitatio, ibid. b
Duellum, ibid.
Dulcis: Dulcedo, ibid.
Dulichia, ibid.
Dumus. 297 a
Dumetum, ibid.
Dux, ibid.
Ducum illuſtrium nomina.
Durus, ibid. b
Dyctis. V. Danae.
Dyrca. V. Dircæ.
Dyrrachium. 297

E

Ebenus. 297
Ebrius, ibid.
Ebrietas. 298 a
Ebur, ibid. b
Eccleſia. 299 a
Echinades, ibid.
Echo, ibid.
Eclipſis, ibid. b
Ecloga. 300 b
Ecſtaſis, ibid.
Edera. V. Hedera.
Edictum. 300
Effœminatus, ibid.
Egenus. 301 a
Egeſtas, ibid.
Electra, ibid.
Electrum, ibid. b
Elegia. 302 a
Elementum, ibid.
Elenchus, ibid. b
Elephas, ibid.
Eleuſis. 303 a
Elias, ibid. b
Elis, ibid.
Vrbes, *Fluuij*, *Montes* } 304
Eliſa. V. Dido.
Eliſeus. 304
Elixus, ibid.
Eloquens, ibid.
Eloquentia. 305 a
Elyſium, ibid. b
Ematia. V. Æmathia in Macedonia.
Emendatus. 307 a
Empedocles. V. Piloſophorum nomina.
Emplaſtrum. 306
Enceladus, ibid. b
Encomium, ibid.
Endymion, ibid.
Energia. 307 a
Enipeus, ibid.
Enna, ibid.
Ennius, ibid.
Enos. 308 a
Enyo. V. Bellona.
Enſis, ibid.
Eos. V. Aurora.
Epaphus. 308
Epeus. 309
Epheſus, ibid.
Ephyre, ibid. b
Epicedion. 310 a
Epicurus, ibid.
Epidaurus, ibid.
Epimetheus. V. Prometheus.
Epirus. 310
Vrbes, *Montes*, *Fluuij*, *Populi* } 311
Epigramma. 311 b
Epiſcopatus, ibid. b
Epiſcopus. 312 a
Epiſtola, ibid.
Epithalamium, ibid.
Epula, ibid. b
Epulum. 313 a
Equa. V. Equus.
Eques. 313
Equites Romani, ibid. b
Hieroſolymitani.
S. Andreæ. 314 b
S. Stephani, ibid.
Equitatus, ibid.

Equus.

Digitized by Google

Equus. 314
Equa, ibid.
Equorum qualitates, ibid. b
Equorum inſignium nomina, 315 a
Equus admiſſarius. 316 a
Equus curſor, ibid.
Equus Troianus, ibid. b.
Equi triumphantium. 317 a
Equitatio, ibid.
Erato, ibid.
Erebus. V. Infernus.
Eremus. 317
Eremita, ibid. b
Ergaſtulum. V. Carcer.
Ergaſtularius. 317
Erichtho, ibid.
Erichtheus, ibid.
Eridanus. 318 a
Erigone, ibid. b
Eriphyle. 319 a
Ero. V. Hero. 319
Eruca. 319 b
Erinnys, ibid.
Eriſichthon, ibid.
Eroſtratus. V. Heroſtratus.
Error. 319
Erubeſcentia, ibid.
Eruditio, ibid.
Eruditus, ibid.
Erymanthus, ibid.
Eryſipelas. 320 a
Erythra, ibid.
Eryx, ibid.
Eſacus. 321 a
Eſaias. V. Iſaias.
Eſca. V. Cibus.
Eſquilinus. V. Exquiliæ.
Eteocles. 321
Etruria, ibid. b
Vrbes, ibid.
Lacus. 322 b
Fluuij. 323 a
Montes, ibid.
Populi, ibid.
Eua. 324 a
Euadne, ibid.
Euander, ibid.
Euaneſcens, ibid. b
Euangelium, ibid.
Euboea. 325 a
Vrbes, ibid.
Euchariſtia, ibid. b
Euenus. V. Ætolia.
Euganei. V. Venetiæ: Patauium: Gallia Ciſalpina.
Eumæus. 326 a
Eumelus, ibid.
Eumolpus, ibid.
Eumenides, ibid.
Eunuchus, ibid.
Euphorbus, ibid. b
Euphranor. V. Statuarij inſignes.
Euphrates. 327 a
Euphroſine. V. Charites.
Eurialus. 327 b
Euripides, ibid.
Euripus. 328 a
Europa, ibid. b
Europa regio, ibid.
Regiones, ibid.
Inſula. 329 a
Eurotas, 329
Eurus: V. Ventorum nomina.
Euryale. 329 b
Eurydice, ibid.
Euryſtheus, ibid.
Euxinus. 330 a
Excidium, ibid. b
Excitatio. 331 a
Excrementa, ibid.
Excommunicatus, ibid.
Excubiæ, ibid. b
Excurſio. 332 a
Execratio, ibid.
Exemplum, ibid. b
Exequiæ, ibid.
Exequiarum dies. 333 a
Exercitium, ibid. b
Exercitus, ibid.
Exercitus partes, ibid.
Exhalatio. 334 a
Exhalans animam, ibid.
Exilium, ibid. b
Exitium, ibid.
Explorator, ibid.
Experientia, ibid.
Expolitus. 335 a
Exquiliæ, ibid.
Exta, ibid.
Externus. 336 a
Exul, ibid.
Exuuiæ, ibid.
Ezechias, ibid. b
Ezechiel, ibid.

F

FAba. 337
Faber, ibid.
Fabricator. V. Ædificator.
Fabrica. 337 b
Fabula, ibid.
Facies, ibid.
Fabij. 338
Fabius Maximus, ibid.
Facinus, ibid.
Factum, ibid.
Facundia. V Eloquium.
Facultas. V. Poteſtas.
Fex. 338 b
Facilis, ibid.
Fagus, ibid.
Falernus, ibid.
Faliſcus. 339 a
Fallacia. V. Fraus.
Fallax. 339 b
Falſarius, ibid.
Falx, ibid.
Falco, ibid.
Fama. 340 a
Fames, ibid. b
Famelicus. 341 a
Familia, ibid.
Famulus, ibid.
Famula, ibid.
Fanum. V. Templum.
Farina. 341 b
Far, ibid.
Farraceus, ibid.
Farcimen. 342 a
Faſtidium, ibid.
Faſcis, ibid.
Faſces, ibid.
Faſcia, ibid.
Faſtus, ibid. b
Fatum, ibid.
Fauces. V. Gula.
Fauilla. 343 a
Fauna. ibid.
Fauonius. V. Zephyrus.
Faunus. 343 b
Fauor. 344 a
Fautor, ibid.
Fauus, ibid.
Fax: Faces, ibid. b
Febris. 345 a
Febrium genera, ibid.
Februarius, ibid. b
Fecialis. 346 a
Felis, ibid.
Felicitas, ibid.
Felix, ibid.
Feneſtra. 347 a
Femur, ibid.
Femoralia. V. Brachæ.
Fera. 347

Fe-

Ferarum nomina. 347
Feretrum. 348 b
Feria. 349
Feronia, ibid. b
Ferox. 350 a
Ferraria, ibid.
Ferrum, ibid. b
Ferreus. 351 a
Ferula. V. Flagellum.
Fertilis. 351
Fertilitas, ibid.
Feruor: Feruens, ibid.
Ferus, ibid. b
Feſſus, iaid.
Feſtinus, ibid.
Feſtum, ibid.
Feſta Chriſtianorum. 352
Dies Dominicus,
Natalis Domini, ibid.
Epiphania, ibid.
Purificatio, ibid.
Quadrageſima, ibid.
Paſcha, ibid.
Aſcenſionis, ibid.
Pentecoſtes, ibid.
Feſta alia eorumdem, ibid. b
Feſta Gentilium, ibid.
Feſta Græcorum, & exterorum. 354 a
Feſtones barbarum. 355 b
Fex. V. Fęx.
Ficus. 355
Ficulneus. 356 a
Fictilia, 356
Fidelis, ibid.
Fidelitas, ibid.
Fidens, ibid.
Fides Dea, ibid.
Fides Chriſtiana, ibid.
Fides, ibid.
Fides, dis. 357 a
Figulus, ibid.
Figura, ibid.
Filius, ibid.
Filia, ibid. b
Filum, ibid.
Fimbria, ibid.
Fimus, ibid.
Finis, 358 a
Finis vitæ. ibid.
Fines, ibid.
Fines, ibid.
Fiſcella, ibid.
Fiſtula, 358 b
Flabrum, ibid.
Flagellum, ibid.
Flamen: Flamines. 359 a
Flamma, ibid.
Flandria. 360 a
Vrbes } ibid.
Fluuij }
Flatus, ivid. b
Fletus, ibid.
Flexus, ibid.
Flora, ibid.
Florentia. 361
Flos: Flores, ibid.
Florum nomina. 362
Fluctus, ibid.
Flumen, ibid.
Fluxus, refluxus maris. 363
Focus, ibid.
Fœdina, ibid. b
Fœcunditas, ibid.
Fœcundus, ibid.
Fœdus, ibid.
Fœmina. 364 a
Fœminarum qualitates, ibid.
Fœnum, ibid. b
Fœnus: Fœnerator. 365 a
Fœtor, ibid.
Fœtus, ibid.
Felium, ibid. b
Folles, ibid.
Fomes, ibid.
Fontes, ibid.
Fontium aliquot nomina. 366 a
Foramen, ibid. b
Forceps, ibid.
Fores, ibid.
Forma. 367 a
Forma. V. Pulcritudo: Formoſus.
Formiæ. 367
Formica, ibid. b
Formido. 368
Formoſus, ibid. a
Fornax, ibid. b
Fornix, ibid.
Fortuna Dea. 369 a
Fortuna bona. 370 a
Fortuna mala, ibid.
Fortunatæ inſulæ, ibid.
Fortitudo. V. Robur.
Fortis. V. Generoſus.
Forum. 370
Forum Romanum. 371 a
Cæſaris, ibid.
Auguſti, ibid.
Neruæ, ibid. b
Traiani, ibid.
Fora alia, ibid. & oppida ſic denominata.
Foſſa. 372 a
Frænum, ibid.
Fragilis, ibid. b
Fragor, ibid.
S. Franciſcus, ibid.
Frater. 373 a
Fraternitas, ibid.
Fratricidium, ibid.
Fraus, ibid.
Fraxinus, ibid.
Fremitus, ibid. b
Fretum, ibid.
Frigus, ibid.
Frigidus, ibid. 374 a
Frondes, ibid.
Frons, ibid.
Fructus, ibid.
Fructuum nomina, ibid. b
Fruges, ibid.
Frumentum, ibid.
Frumenti partes. 375 a
Frutex, ibid.
Fruticum genera.
Fruſtum. 385
Fuga, ibid.
Fugax, ibid. b
Fucinus lacus. V. Lacuum nomina.
Fucus. 375
Fucatus, ibid.
Fucus. V. Inſectum.
Fulgor. V. Splendor.
Fulgur. 376 a
Fulica: Fulix, ibid.
Fulmen, ibid.
Fumus. 377 a
Funda, ibid.
Fundi, ibid. b
Fundamentum, ibid.
Fungus, ibid.
Funis, ibid.
Funus. 378 a
Fur. 379 a
Furia, ibid.
Furiarum nomina, ibid.
Alecto. 380 b
Tiſiphone, ibid.
Megæra. 381 a
Furnus, ibid.
Furor, ibid.
Furor poeticus, ibid.
Furioſus, ibid.
Furtum, ibid.
Furca. 382 a
Fuſus, ibid.

Ga-

G

GAbij. 382 b
S.Gabriel Angelus, ibid.
Gades, ibid.
Gadera, ſiul Gadira. 383 a
Galambis, ibid. b
Galathea, ibid.
Galatia, ibid.
Vrbes. 384 a
Montes, Fluuij, Populi } ibid.
Galatia. 384 b
Galecia, ibid.
Vrbes, ibid.
Galbanum. 385 a
Galea, ibid.
Galenus, ibid. b
Galerus. 386 a
Alia capitis indumenta, ibid.
Galilaa. 386 b
Vrbes, ibid.
Montes. 387 b
Gallia, ibid.
Prouincia. 388 a
Vrbes, ibid.
Gallia Narbonenſis, ibid. b
Fluuij, Populi } ibid. 389
Fluuij, Montes } 390
Populi, ibid. 391
Gallia Ciſalpina, ibid. b
Fluuij. 392
Populi, ibid.
Galli Sacerdotes, ibid.
Gallicinium. 393 a
Gallina, ibid.
Gallinarum genera, ibid. b
Gallus. 394 a
Gallinago, ibid. b
Gallus poeta. V. Cor. Gallus.
Ganea. 395 a
Ganeo, ibid.
Ganges, ibid.
Ganymedes, ibid. b
Garamantes. 396 a
Garganus, ibid. b
Garrulus Garrulitas, ibid.
Garumna, ibid.
Gaudium, ibid.
Gaudens. 397 a
Gaurus mons. V. Campania.
Gebenna mons. V. Gallia.
Gedeon. 397
Geloni. 397 b
Gelu, ibid.
Glacies pendens, ibid.
Gelaſcens. 398 a
Gemitus, ibid.
Gemini, ibid.
Gemma, ibid.
Gemmarum nomina. 399 a
Gena. 401 a
Genealogia, ibid. b
Generatio, ibid.
Genus, ibid.
Genius, ibid.
Genu. 402 a
Generoſus, ibid. b
Genua, ibid.
Geometria. 403
Geometra, ibid.
Germania, ibid.
Prouincia, ibid.
Earũ Vrbes, Fluuij, ibid. &c.
Germen. 407 a
Geryon, ibid. b
Geta, ibid.
Gigas. 408 a
Gigantum aliquot nomina. 409
Glacies. V. Gelu.
Gladius. 410 a
Gladiatores, ibid.
Gladiatoria ars, ibid. b
Glans. 411 a
Glaucus, ibid.
Gloria, ibid, b
Gorgon, ibid.
Gothi. 412 b
Gracia, ibid.
Prouincia,
Populi. 413 a
Gramen, ibid. b
Grammatica, ibid.
Grando, ibid.
Graſſator, ibid.
Gratia, ibid.
Gratiarum actio. 414
Gratia, ibid.
Gratitudo, ibid.
Grauidus: Grauida, ibid.
Grauiſca. V. Etruria.
Grauis: Grauitas, ibid.
S.Gregorius, ibid.
Gremium. 415 a
Grex: Greges, ibid.
Grues, ibid.
Gubernaculum, ibid.
Gubernator. 416 a
Gubernator nauis.
Gula. 416
Gula vitium, ibid.
Guloſus, ibid.
Gurges, ibid.
Gutta, ibid.
Guttur, ibid.
Gymnaſium, ibid.
Gymnaſiarcha. 417 a
Gymnoſophiſta, ibid.
Gynecaum, ibid.
Gyrus, ibid.
Gyrus caleſtium orbium, ibid.

H

HAbena. 417 b
Habitus, ibid.
Hamus, ibid.
Hamon, ibid.
Halaſus. 418 a
Halitus, ibid.
Halitus malus, ibid.
Hamadryades, ibid.
Hammon, ibid.
Hanno, ibid. b
Hares, ibid.
Hareſis, ibid.
Haretitus. ibid.
Halcyon. V. Halcyone. 419 a
Hamus. 419 b
Harpalice, ibid.
Harpocrates, ibid.
Harpyja. 420 a
Haruſpex. V. Augur.
Haſta. 420 b
Telorum genera. 421 a
Haſtarum partes, ibid.
Haſtarum genera, ibid.
Hebe, ibid. a
Hebrai, ibid.
Hebraus. 422 a
Hecate, ibid.
Hecatombe, ibid.
Hector. 423 a
Hecuba, ibid. b
Hedera. 424 a
Hedui, ibid. b
Vrbes, ibid.
Flumina. 425 a
Populi, ibid.
Helena, ibid.
Helene inſ. 426 a
Helenus, ibid.
Helleborus, ibid.
Heliades, ibid.
Helice, ibid. b
He-

Digitized by Google

Helicon. 426
Heliotropium. 427
Hellas. V. Græcia.
Helle. 427
Helleſpontus, ibid.
Heluetij, ibid.
Vrbes. 428
Flumina / *Montes* / *Populi* } ibid.
Hemiſpharium. 428
Heraclea. 429 a
Herba, ibid.
Herbarum partes, ibid.
Herbarum nomina, ibid. b
Hercules. 435 a
Heri. 436 b
Hercynia. 437 a
Hermaphroditus, ibid.
Hermes, ibid.
Hermione, ibid. b
Hermus, ibid.
Hero, ibid.
Hernici. 438 a
Herodes, ibid.
Heroſtratus, ibid. b
Heros, ibid.
Herus, ibid.
Heſiodus, ibid.
Heſione. 439 a
Heſperia, ibid.
Heſperides, ibid.
Heſperus, ibid. b
Heſperi periphraſes. 440 a
Hexametri, ibid. b
Hiatus, ibid.
Hiberna, ibid.
Hibernia, ibid.
Regiones, & vrbes in illis, ibid. & 441. a
Hiems, ibid.
Hiericuns. V. Iudæa.
Hieroglyphica. 441
S.Hieronymus, ibid.
Hieroſolyma. 442
Loca vrbis celeberrima, ibid.
Hinnitus, 442
Hippocentauri. V. Centauri.
Hippocrene. 442
Hippocrates. 453 a
Hippodamia, ibid.
Hippodamia, ibid.
Hippodame. ibid.
Hippolyte, ibid. b
Hippolytus, ibid.
Hippomedon. 444 a
Hippomenes. 444 b
Hipponax, ibid.
Hircania. 445 a
Vrbes, Montes, ibid.
Hircus, ibid.
Hirqui, ibid. b
Hirundo, ibid.
Hiſpania. 446 a
Prouinciæ, & in illis Regna, ibid. Populi. 448
Hiſtoria. 449 a
Hiſtoricus, ibid.
Hiſtrio, ibid.
Hædus, ibid.
Hædi Sidus, ibid.
Homerus, ibid.
Hodie. 450 a
Homicida: Homicidium, ibid.
Homo, ibid.
Hominis partes. V. Corpus, & Caput.
Honeſtas. 451 a
Honeſtus, ibid.
Honor, ibid.
Hora, ibid. b
Horatius. 452 a
Horreum, ibid.
Horologium, ibid. b
Horoſcopus. 453 a
Horror, ibid.
Hortator, ibid. b
Hortatus, ibid.
Hortus, ibid.
Hoſpes. 454 b
Hoſpitalitas, ibid.
Hoſpitium, ibid.
Hoſtia. 455 a
Hoſtis, ibid. b
Hoſtilis. 456 a
Humanus, ibid.
Humanitas, ibid.
Humeri, ibid.
Humidus, ibid.
Humilis: Humilitas, ibid.
Humor, ibid.
Humus, ibid.
Hunni. V. Pannonia.
Hyacinthus. 456
Hyacinthus flos, ibid.
Hyacinthus gemma. 457 a
Hyades, ibid.
Hybla, ibid. b
Hydra, ibid.
Hydropicus. 458 a
Hydropiſis, ibid.
Hydrus, ibid.
Vrbes. 458
Hylas, ibid.
Hymen. 459 a
Hymettus, ibid. b
Hymnus. V. Cantus.
Hyperborei. 460 a
Hyperion. 461
Hypermneſtra, 460 b
Hypocauſtum, ibid.
Hypocriſis, ibid.
Hypocrita, ibid.
Hypſiphyle, ibid.
Hyrcania. V. Hircania.

I

IAcchus. 461 a
Iacens, ibid.
S.Iacobus maior, ibid.
S.Iacobus minor, ibid. b
Iactura. V. Damnum.
Iaculator. 461
Iaculum. 462 a
Iambus, ibid.
Ianiculus, ibid.
Ianitor, ibid. b
Ianua. V. Oſtium.
Ianua. V. Genua.
Ianuarius. 462
Ianus. 463 b
Ianthe. 464 b
Iapan, & Iaponia. V. Inſularum nomina.
Iapyx. 464
Iapetus. 465 a
Iarbas, ibid.
Iaſius, & Iaſion, ibid.
Iaſon, ibid.
Iaſpis. V. Gemmarum nomina.
Iberus. 466 a
Icarus, ibid.
Icarius, ibid. b
Ictus, ibid.
Ida, ibid.
Ida Creta. V. Creta.
Idalion. 467 a
Idolum, ibid.
Idololatri, ibid.
Idololatria, ibid.
Idomeneus, ibid.
Idothea, ibid.
Idumæa, ibid.
Vrbes: Populi. 468 a
Iecur, ibid. b
Ieiunium, ibid.
Ieiunus, ibid.

Ie-

Digitized by Google

Ieſus . 468
Ieſuita . 469 *a*
Ignarus . V. Indoctus .
Ignauus . 469
Ignauia , ibid.
Ignis , ibid. *b*
Ignis elementaris. 470 *a*
Ignis æternus , ibid.
Ignis artificioſus, ibid. *b*
Ignobilis , ibid.
Ilex. 471 *a*
Ilia , ibid.
Ilia,um , 471
Ilium , 471
Ilias , ibid. *b*
Illecebra , ibid.
Illuſtris, ibid.
Illyria , ibid.
Vrbes, ibid.
Fluuij . 472 *a*
Montes: Populi , ibid.
Ilua, ibid.
Imago , ibid.
Imbecillitas , ibid. *b*
Imbellis , ibid.
Imberbis , ibid.
Imber, ibid.
Imitatio. 473 *a*
Immanitas , ibid.
Immaturus, ibid.
Immenſus , ibid.
Immerſus, ibid.
Immobilis, 473 *b*
Immortalis , ibid.
Immortalitas , ibid.
Immunis. 474 *a*
Impar , ibid.
Impatiens, ibid.
Impatientia , ibid.
Imperator , ibid.
Imperium , ibid. *b*
Imperium Romanum . 475 *a*
Imperialis , ibid.
Impenſa , ibid.
Impetus , ibid. *b*
Impietas , ibid.
Impius , ibid.
Impoſſibilia , ibid.
Imprecatio , ibid.
Improuiſus . 476 *b*
Imprudens , ibid.
Imprudentia, ibid.
Impudens, ibid.
Impudentia , ibid.
Inachus , ibid.
Inacceſſibilis , 476 *b*
Inarime . 476
Inauris . V. Auris .
Incantatio . 477 *a*
Incendium , ibid. *b*
Inceſtus , ibid.
Inceſtus , ibid.
Inclementia . 478 *a*
Inceptum, ibid.
Incola , ibid.
Incognitus, ibid.
Incolumis , ibid.
Incolumitas , ibid.
Incommodum , ibid.
Inconſtans , ibid. *b*
Inconſtantia , ibid.
Incorruptibilis , ibid.
Incredibilis , ibid.
Incurſus , ibid.
Incuſtoditus , ibid.
India , ibid.
Orientalis . 479
Prouincia:Vrbes:
Lacus. Fluuij , ibid.
Indi . 480 *b*
India occidentalis . 481 *a*
Inſula:Vrbes, ibid.
Regione: Fluuij . 481. 482
Populi , ibid.
Indicium . 482 *b*
Indoctus , ibid.
Indomitus , ibid.
Inducia , ibid.
Indulgentia , ibid.
Inedia . 483 *a*
Ine egans , ibid.
Inermis, ibid.
Inexorabilis , ibid.
Inexpertus , ibid.
Infamia , ibid.
Infamis , ibid.
Infans , ibid.
Infantia , ibid.
Infelix , ibid. *b*
Infernus , ibid.
Inferni flumina. 485 *a*
Principes:
Furiæ:Iudices,&c. ibid.
Infidelitas . 485
Infidus, ibid.
Infinitus, ibid. *b*
Inferiæ , ibid.
Infortunium . 486 *a*
Ingenium , ibid.
Ingenioſus, ibid.
Ingens , ibid.
Ingratus, ibid. *b*
Ingratitudo . 486
Inimicus , ibid.
Inimicitia , ibid.
Iniquus , ibid.
Iniquitas , ibid.
Initium . 487 *a*
Iniuria, ibid.
Innocens , ibid.
Innocentia , ibid.
Ino , ibid.
Inops . V. Pauper .
Inquietus . 487
Inſania, ibid.
Inſanus . 488 *a*
Inſcriptio , ibid.
Inſecta , ibid.
Inſectorum genera , ibid.
Inſepultus , ibid. *b*
Inſidia . 489 *a*
Inſidiator , ibid.
Inſigne , ibid.
Inſubria , ibid.
Inſitum, ibid. *b*
Inſula , ibid.
Inſula Tibridis , ibid.
Inſula Fortunata . 490 *a*
Inſularum nomina , ibid.
Inſula S.Thomæ . 493 *b*
Principis , ibid.
Anni boni, ibid.
Philippina , ibid.
Oceani occidentalis , &c. *ibid.*
Inſpiratio , ibid.
Intonſus. 494 *a*
Inuentum , 494
Inſtabilitas rerum , 494
Inſtrumentum, ibid.
In[illegible]gritas . V. Simplicitas.
Integer . 494
Int[illegible]us , ibid.
Intemperies , ibid.
Interdictio , ibid.
Inteſtina . V. Exta .
Inuerecundus . 494
Inuictus . ibid. *b*
Inuidia , ibid.
Inuidus , ibid.
Inuiſibilis . 495 *a*
Inuitus , ibid.
Inundatio, ibid.
Inuocationes , ibid.
Muſarum, ibid. *b*
Inutilis , ibid.
Io, ibid.
Iob , 496 *a*

S. Ioan.

S. Ioannes Baptiſta. 496 b
S. Ioannes Euangeliſta, ibid.
Iocaſta. 497 a
Iocus, ibid.
Ionas, ibid. b
Iolcos, ibid.
Iole, ibid.
Ionia. 498
Vrbes, } ibid.
Fluuij }
Ionium, ibid. b
Iordanis, ibid.
Ioſeph Patriarcha. 499 a
S. Ioſeph, ibid. b
Iphianaſſa, ibid.
Iphigenia, ibid.
Iphis. 500 a
Ira, ibid. b
Iratus, ibid.
Iris. 501
Irreparabilis, ibid.
Irriſio, ibid.
Irriſor, ibid.
Iſaias, ibid.
Iſauria, ibid.
Vrbes. 502
Iſis. 502
Iſmarus. 503 a
Iſmenus, ibid.
Iſter. V. Danubius.
Iſthmus. 503
Iſtria. V. Hiſtria in Gallia Ciſalpina.
Iſtropolis. 503 b
Italia, ibid.
Prouincia. 504
Inſula: Flumina, } ibid. 505
Lacus: Montes, }
Itali. 505 b
Iter, ibid.
Ithaca. 506 a
Itys, ibid.
Iubar, ibid. b
Iuba, ibid.
Iudæa, ibid.
Vrbes, ibid.
Montes. 507 b
Iudæi. 508
Iudas Iſchariotes, ibid.
Iudex, ibid.
Iudicium, ibid. b
Iudicium extremum. V. Dies extremi Iudicij.
Iudith. 508
Iugum. V. Mons.
Iugum. 509 a
Iugurtha, ibid.
Iulius Caſar. V. Cæſar.
Iulius menſis. 509
Iumentum, 510 a
Iuncus, ibid.
Iuncinus, ibid.
Iunctura, ibid.
Iunius menſis, ibid.
Iuno. 511 a
Iupiter. 512 b
Iupiter Planeta. 514 b
Iuramentum, ibid.
Iuriſperitus, ibid.
Ius: Iuſtitia, ibid.
Iuſtus. 515 a
Iuturna, ibid.
Iuuenalis, ibid.
Iuuencus, ibid.
Iuuenis, ibid. b
Iuuentus, ibid.
Iuuenta. 516 a
Ixion. ibid. b

Finis Primæ Partis.

IN-

Digitized by Google

INDEX
ALTERIVS PARTIS.

Labes, pag. 1 a
Labor, & Labos, ibid.
Labrum, ibid.
Labyrinthus, ibid.
Lac. 2 a
Lac coagulatum, ibid. b
Lactans, ibid.
Lactea via, ibid.
Lacertus, ibid.
Lacerti. 3 a
Lacheſis. V. Parcæ.
Laconia, ſiue Laconica. 3 a
Lacryma. 3 b
Lacrymans, 4 a
Lactuca. 4 a
Lactucarum genera, 4 a
Lacus, 4 a
Lacus Aricia, ibid. b
Lacus Albanus, ibid.
Lacus Aſphaltites, ibid. b
Lacus Larius, ibid.
Lacus Verbanus, ibid.
Lacus Lemanus. 5 a
Lacus Thraſymenus, ibid.
Lacus Lucrinus, ibid.
Lacuum aliorum nomina. 5 b
Ladon. 6 a
Lada. V. Caſtor, & Pollux.
Leander, ſiue Leander. 6 a
Laertes, ibid.
Laſtrigones, ibid.
Lætitia. V. Gaudium.
Lagena. 6 b
Laus, ibid.
Lamentum. V. Queſtus.
Lamia. 7 a
Lamus, ibid.
Lampas, ibid.
Lampſacus, ibid. b
Lana, ibid.
Lanificium, ibid.
Lancea. V. Haſta.
Languor. 8 a
Languidus, ibid.
Lanugo, ibid.
Lanx. 8 b
Laocoon, ibid.
Laodamia, ibid.
Laodamia, 9 a
Laomedon. 9 a
Lapis, ibid. b
Lapidum genera, ibid.
Lapis ſepulcri. 10 a
Lapis pretioſus. V. Gemma.
Lapis igniarius. 10 a
Lapidatus, & Lapidatio, ibid. b
Lapitha, ibid.
Lapſus, ibid.
Laquearo, ibid.
Laqueus, ibid.
Lares. 11 a
Largus, & Largitor, ibid. b
Largitio, ibid.
Lariſſa, ibid.
Larua, ibid.
Laſciuia. 12 a
Laſciuus, ibid.
Latebra, ibid. b
Laterna. V. Lucerna.
Latex. V. Humor.
Latinitas. V. Lingua Latina.
Latium. 12 b
Vrbes, Flumina, Lacus, Montes, Silua, & Luci celebres } in Latio, p. 13. a, b
Latini, 14 a
Latona, ibid.
Latratus, ibid. b
Latrina, ibid.
Latro, ibid.
Latrocinium, ibid.
Latus, ibid.
Lauacrum, ibid.
Lauinia. 15 a
Lauinium, ibid.
Laurentum, ibid.
S. Laurentius, ibid. b
Lauretum, ibid.
Laurus. 16 a
Laus, ibid. b
Laudis periphraſes, ibid.
Lebes. V. Ahenum, & Cacabus.
Lectica. 17 a
Lector, ibid.
Lectus. ibid.
Leda, ibid. b
Leæna. V. Leo.
Legatio: Legatus. 18 a
Legio, ibid.
Legumen, ibid. b
Leguminum genera, ibid.
Lemnos, ibid.
Lemures. 19 a
Lena, & Leno, ibid.
Leo, ibid. b
Leo ſidus. 20 a
Sol in Leone. V. Zodiacus.
Lepor. 20 b
Lepidus, ibid.
Lepra, ibid.
Lepus, ibid.
Lerna. 21 a
Lesbos, ibid.
Lethe, ibid.
Lethum, ibid. b
Leucate. 22 a
Leucothoe, ibid.
Leucothoe, ibid. b
Leuis, & Leuitas, ibid.
Lex, & Leges, ibid.
Legum priſcarum nomina. 23 a
Legislatores, ibid.
Legiſperitus, ibid.
Legitimus, ibid.
Lex Dei, ibid.
Libanus, ibid. b
Fluuij ex Libano, ibid.
Liber. 24 a
Libellus ſupplex, ibid.
Libellus famoſus, ibid.
Liber, adiect. ibid.
Liberator, ibid.
Libertas, ibid.
Liber, id eſt Bacchus. 25 a
Liberalis, & Liberalitas, ibid.
Libido, ibid. b
Libidinoſus. ibid.
Libitina. 26 a
Libra, ibid.
Libra partes, ibid. b
Libra ſidus, ibid.
Librarius, ibid.
Liburnia, ibid.
Libya. 27 a

Li-

Digitized by Google

Licentia. 27 b
Lictor, ibid.
Lignum, ibid.
Ligatus. 28 a
Ligo, ibid.
Liguria, ibid.
Vrbes: Fluuij in Liguria, ibid. b
Liguſtrum, ibid.
Lilium. 29 a
Lilybaon, ibid.
Limax. V. Cochlea.
Limbus. 29 a
Limbus Patrum, ibid.
Limbus puerorum, ibid. b
Limen. V. Oſtium.
Limes, ibid.
Limus, ibid.
Lingones. V. Gallia.
Lingua, ibid.
Lingua Latina, Græca. 30 a
Lingua diuerſa, ibid.
Linternum, ibid.
Linteum, ibid.
Linum, ibid.
Linus, ibid. b
Lippitudo. 31 a
Liquidus, ibid.
Liris, ibid.
Lis, ibid.
Lipare, ibid. b
Littera elementaris, ibid.
Littera pro epiſtola. V. Epiſtola.
Littera pro ſtudijs, ibid.
Litteratus. V. Doctus.
Littus, ibid.
Lituus. 32 a
Liuia, ibid.
Liuius, ibid.
Liuor, ibid. b
Lixiuium, ibid.
Locris, ibid.
Locus. 33 a
Locumtenens. V. Tribunus.
Locuſta. 33 b
Lodix, ibid.
Longus, ibid.
Longinquus, ibid.
Loquax, ibid.
Loquacitas. 34 a
Locutio, ibid.
Locutio, ibid.
Lorica, ibid.
Lorum. V. Flagellum.
Lotharingia. 34 b
Septentrionalis,
Meridionalis
Vrbes / *Fluuij* / *Montes* } in utraq; 28 b
Luca. 35 a
Lotos, ibid.
Lucania, ibid. b
Lucanus, ibid.
S. Lucas Euangeliſta. 36 a
Luceria. V. Apulia.
Lucerna, ibid.
S. Lucia Virgo, & martyr, ibid. b
Lucidus. 37 a
Lucifer pro Dæmone. V. Dæmon.
Lucifer ſidus, ibid.
Lucina. 38 a
Lucilius, ibid.
Lucretia, ibid.
Lucretius, ibid.
Lucrinus lacus. V. Lacuum nomina.
Lucrum, ibid. b
Lucta. 39 a
Luctator, ibid.
Luctus, ibid.
Lucubratio, ibid. b
Lucus, ibid.
Lucorum inſignium nomina. 40 a
Ludibrium, ibid. b
Ludus, ibid.
Ludorum genera, ibid.
Teſſera, ibid.
Alea. 41
Talus, ibid.
Pila ludus, ibid.
Trochus. 42 a
Scacchiorum ludus, ibid.
Nuces, ibid.
Ceſtus, ibid. b
Diſcus. V. ſuo loco.
Pancratium. 42 b
Ludorum aliorum genera, ibid.
Ludi. 43 a
Olympici, ibid. b
Circenſes. 44 a
Seculares, ibid.
Scenici, ibid. b
Ludorum aliorum genera, ibid.
Luſor. 45 a
Lues, ibid. b
Lugdunum, ibid.
Lugdunenſis tractus. 47 a
Lumen. V. Lux.
Luna, ibid. b
Luna ortus. 47 a
Luna eclipſis. V. Eclipſis.
Plenilunium. V. ſuo loco.
Lunaticus. 47 a
Luna vrbs, ibid. b
Lupanar, ibid.
Lupercalia, ibid.
Lupus. 48 a
Luſcinia. V. Philomela.
Luſitania, ibid.
Vrbes: Fluuij in Luſitania, ibid. b
Luſtrum, ibid.
Luſtratio. 49 a
Lutetia, ibid.
Lutum, ibid.
Lux, ibid.
Luxuria, ibid.
Luxurioſus. V. Libidinoſus.
Luxuries. 49 b
Lyaus. 50 a
Lycaon, ibid.
Lycaeus, ibid.
Lycas, ibid. b
Lycia. 51 a
Vrbes / *Montes* / *Populi* } in Lycia, p. 51 a
Lycomedes, ibid. b
Lycoris, ibid.
Lycurgus, ibid.
Lycurgus Thracius. 52 a
Lycus, ibid.
Lydia, ibid. b
Vrbes / *Montes* / *Fluuij* / *Populi* } in Lydia, p. 52 & 53
Lympha. 53 a
Lynceus, ibid.
Lynx, ibid. b
Lyra ſidus, ibid.
Lyra, ibid.
Lyricus, & lyrica carmina. 54 a
Lyrici poeta, ibid.
Lyrneſſus, ibid.
Lyſippus, ibid. b

M

Macareus. 54 b
Macedonia. 55 a
Vrbes / *Fluuij* / *Montes* / *Lacus* / *Populi* } in eadem 55 & 56 a

Machabæi. 56 b
Machaon, ibid.
Machera. V. Enſis.
Machinæ, ibid.
Macer, & Macer. 57 a
Macula. V. Labes.
Maculoſus, ibid.
Madidus, ibid. b
Mæander, ibid.
Mænalus, ibid.
Mænas, & Mænades. V. Bacchæ.
Mæotis. 58 a
Mæon, & Mæonia. V. Lydia.
Magi. 58 a
Magiſter, ibid. b
Magiſter exercitus, ibid.
Magiſtratus. 59 a
Magiſtratuum nomina, ibid.
Magnanimus, ibid.
Magnes, ibid. b
Magneſia. 60 a
Mahometes, ibid.
Maia, ibid. b
Maieſtas, ibid. b
Maiores. 61 a
Maior natu, ibid.
Maius menſis, ibid.
Malea, ibid. b
Maledictum. 62 a
Maledicus, ibid.
Malitia, & Malitioſus, ibid. b
Malleus, ibid.
Malua. V. Herbarum genera.
Malus, adiect. 62 b
Malum, ibid.
Malus arbor. 63 a
Malus, ibid. b
Mamma, ibid.
Mamurra. 64 a
Mane, ibid.
Manes, ibid.
Manica, ibid. b
Mannus, ibid.
Manſuetudo, & Manſuetus, ibid.
Mantile. 65 a
Manto, ibid.
Mantua, ibid.
Manus, ibid.
Mapalia. V. Tuguria.
Marathon, ibid. b
S. Marcus Euangeliſta, ibid.
M. Antonius. 66 a
M. Marcellus, ibid. b
Mare, ibid.
Abydenum. 67 a
Adriaticum, ibid. b
Ægæum, ibid.
Ægyptium, ibid.
Africum, ibid.
Balthicum, ibid.
Britannicum, 68 a
Carpathium, ibid.
Caſpium, ibid.
Creticum, ibid. b
Cyprium, ibid.
Euboicum, ibid.
Euxinum, ibid.
Gaditanum, ibid.
Glaciatum. 69 a
Helleſpontiacum. V. Helleſpontus.
Iberum, 69 a
Icarium, ibid.
Indum, ibid.
Ionium, ibid. b
Mediterraneum, ibid.
Mortuum. V. Lacus Aſphaltites.
Myrtoum. 69 b
Occidentale, ibid.
Pacificum. 70 a
Parthenopæum, ibid.
Propontidos. V. Propontis.
Perſicum. 70 a
Rubrum, ibid.
Siculum, ibid. b
Sidonium, & Tyrium, ibid.
Thracium, ibid.
Troicum, ibid.
Tyrrhenum. 71 a
Mareotis, ibid.
Mares, ibid.
Margarita, ibid.
Margo, ibid. b
Beatiß. MARIA, ibid.
S. M. Magdalena. 72 a
Maritus, ibid.
Marius, ibid.
Marmarica, ibid. b
Marmor, ibid.
Marmor mixtum. 73 a
Marmoreus, ibid. b
Marochum.
Vrbes: Montes, ibid.
Marpeſa. 74 a
Mars, ibid.
Martis ſidus. 75 b
S. Martinus, ibid.
Marſi. 76 a
Marſyas, ibid.
Marſyas amnis, ibid. b
Martialis, ibid.
Martius menſis. 76 b
SS. Martyres, & Martyrium. 77 b
Martyriorum genera. 78
Mas, ibid. b
Maſſa, ibid.
Maſſagetæ, ibid.
Maſſilia, ibid.
Mater. 79 a
Materia, ibid.
Mathematica, ibid.
Mathematicus, ibid. b
Matrimonium, 80 a
Matrona, ibid. b
Matronarum inſignium nomina, ibid.
S. Matthæus. 81 a
S. Matthias, ibid.
Matuta. V. Leucothoe.
Mauors. V. Mars.
Mauritania Tingitana. 81 a
Regiones, *Fluuij*, *Montes* } ibid.
Mauritania Cæſarienſis, ibid.
Vrbes: Populi. 82 a
Mauſolæum, ibid.
Meatus, ibid. b
Mecœnas, ibid.
Medea, ibid.
Media. 83 b
Vrbes, *Fluuij*, *Montes*, *Populi* } ibid. & p. 84
Medicina. 84 a
Medicamentorum genera. 85 a
Medicus, ibid. b
Medicorum inſignium nomina, ibid.
Mediocritas. 86 a
Mediolanum, ibid.
Mediomatrices. V. Lotharing.
Meditatio, ibid. b
Mediterraneum. V. Mare.
Medulla, ibid.
Meduſa. V. Gorgon.
Megaleſia. V. Ludi Aprilis.
Megara. 86
Mel. 87 a
Melchiſedech, ibid. b
Mellas, ibid.
Melampus, ibid.
Meleager. 88 a
Meleagrides, ibid. b
Melicerta, ibid.
Meliſſa, ibid.

Me-

Digitized by Google

Melite. 89 a
Melos. V. Cantus:Muſica.
Melpomene. V. Muſa.
Membra. 89 a
Memnon, ibid. b
Memoria. 90 a
Memor, ibid.
Memoriale. V. Libellus ſupplex.
Memphis. 90 a
Menalippus, ibid.
Menander, ibid. b
Mendacium, ibid.
Mendax, ibid.
Mendicus. 91 a
Mendicitas, ibid.
Menelaus, ibid.
Menœtius, ibid.
Mens. V. Anima:Animus.
Menſa. 91 b
Menſis. 92 a
Menſis partes, ibid.
Hebraorum menſes, ibid.
Græcorum menſes, ibid.
Menſura. 92 b
Menſura liquidorum, ibid.
Menſura aridorum. 93 a
Meotis. V. Mœotis.
Mercator, ibid.
Merces, ibid. b
Merces, dis, ibid.
Mercurius. 94 a
Mercurius aſtrum. 95 a
Meretrix, ibid. b
Meretricium. 96 a
Meretricū inſigniū nomina, ibid.
Meridies, ibid. b
Meridionales plagæ. 97 a
Meropes, ibid.
Merum. V. Vinum.
Meſſana, ibid.
Meſſene, ibid. b
Vrbes, ibid.
Meſembria. V. Megara.
Meſopotamia, 98 a
Vrbes:Fluuij, ibid. b
Meſſis, ibid.
Meſſis abundantia, ibid.
Meſſor, ibid.
Meta, ibid.
Metallum. 99 a
Metamorphoſis, ibid.
Metaurus. V. Romandiola.
Metra, ſiue Methra, ibid. b
Methymna, ibid.
Metropolis, ibid.
Metus. V. Timor.

Menania. 100 a
Mezentius, ibid.
S. Michael, ibid.
Micheas, ibid. b
Mida, ibid.
Miles, & milites. 101 a
Militum genera, ibid.
Militia. 102 a
Miletus, ibid. b
Miluius, ibid.
Milliarium. 103 a
Mimalion, ibid.
Mimaliones. V. Bacchæ.
Mimnermus, ibid.
Mimus. V. Hiſtrio.
Mina, ibid. b
Mina. 103, *vulgò b*.
Mincius. 104 a
Minerua, ibid.
Mineus. V. Alcithoe.
Miniſter, & miniſtra. 105 a
Miniſterium, ibid.
Miniſteriorum varia ſpecies, ibid. b
Minium. V. Rubeus, & metallorum genera.
Mines. 105 b
Minotaurus. 106 b
Minya. 107 a
Miraculum, ibid.
Miſenus, ibid.
Miſer. V. Infelix.
Miſericors. 107 a
Miſericordia, ibid. b
Miſſa, ibid.
Miſſa pro defunctis, ibid.
Mitra, ibid.
Mithridates. 108 a
Mnemoſyne. V. Muſę.
Modeſtia, & modeſtus, ibid.
Modulamen. V. Cantus:Muſica.
Modus, ibid.
Mœra, ibid.
Mœror, ibid. b
Mœſtus, ibid.
Mœſia. 109
Superioris: Inferioris Vrbes, ibid.
Mola. ibid.
Molarum genera, ibid. b
Molaris, ibid.
Moles. 110 a
Moleſtus: Moleſtia, ibid.
Mollis, ibid.
Mollities, ibid.
Molorchus, ibid.

Moloſſus, ibid. b
Moloſſus. V. Epirus.
Moluca, ibid.
Monaſterium. 111 a
Monachus, ibid.
Monacha, ibid.
Monile. 111 b
Monimentum, ibid.
Monitor, ibid.
Mons. 112 a
Montiū inſigniū nomina, ibid.
Montes Romam amplectentes, ibid. b
Palatinus, ibid.
Auentinus. V. ſuo loco.
Cœlius. 113 a
Capitolinus. V. Capitolium.
Exquilinus. V. Exquilię.
Ianiculus. V. ſuo loco.
Quirinalis. V. ſuo loco.
Viminalis. 113 b
Pincius, ibid.
Vaticanus. V. ſuo loco.
Montoſus. 114 a
Monſtrum, ibid.
Monſtrorum genera, ibid.
Mopſus. 114 b
Mopſopia. V. Athenę.
Mora. 116
Morus, ibid.
Morauia, ibid.
Vrbes / *Fluuij* } ibid. 115
Morbus, ibid.
Morborum genera, ibid.
Morbidus: Morboſus. 116
Mores. 117
Moribundus, ibid.
Mors, ibid.
Mors ſubitanea. 118 a
Mors, ibid.
Mortuus, ibid. b
Mortalis, ibid.
Morſus, ibid.
Morſus, adiect. ibid.
Mortarium, ibid.
Moſchouia. 119
Vrbes / *Populi* } ibid.
Moſes, ibid.
Motus, ibid. b
Mucro, ibid.
Mugitus. 120 a
Multra, ibid.
Mulier. V. Fœmina.
Mulus. 120 a

Digitized by Google

Mundus. 120 b
Mundities, ibid.
Mundus muliebris. V. Gemmarum genera.
Munichia. 121 b
Munitus, ibid.
Munus, ibid.
Murenula. V. Monile.
Murex, 121 a
Murmur, ibid. b
Murmuratio, & murmuratores, ibid.
Murus. 121 a
Mus. 122 a
Muſa, ibid.
Muſarum nomina, ibid. b
Muſaum. 124 a
Muſca, ibid.
Muſcus, ibid.
Muſica, ibid.
Muſicus, ibid. b
Muſica inſtrumenta, ibid.
Muſici inſignes. 125 a
Muſtum. V. Vinum.
Mutina. ibid. b
Mutus, ibid.
Mycena, ibid.
Mycone. V. Cyclades.
Mygdonia. 126 a
Myrica, ibid.
Myrthe, ibid.
Myrmidones. V. Greci: Theſſalia.
Myron, ibid.
Myrrha, ibid. b
Myrtilus, 127 a
Myrtus, ibid.
Myrtetum, ibid. b
Myſia, ibid.
  Maioris } *Vrbes, Montes,*
  Minoris } *Fluuij,* ibid.
Myſterium. 128 a

N

NAbathai. 128 a
Nania, ibid.
Naiades. V. Nymphæ.
Nanus, ibid. b
Nar, ibid.
Narnia, ibid.
Narbona. 129 a
Narciſſus, ibid.
Nardus, ibid. b
Narratio, ibid.
Naſamones, ibid.
Naſus, ibid.
Natans. 130 a
Nates, ibid.
Natalis, ibid.
Natura, ibid. b
Natus, ibid.
Nauale, ibid.
Naufragium. 131 a
Naufragus, ibid.
Nauigatio, ibid. b
Nauigator, ibid.
Nauis, ibid.
Nauis partes. 32 b
  Inſtrumenta nauis. 133 b
Naumachia. 134 a
Naupactus, ibid.
Nauplius, ibid.
Nauſicae, ibid. b
Nauta, ibid.
Nautarum munia, ibid.
Naxos. 135 a
Neapolis, ibid. b
Nebula, 136 a
Neceſſitas, ibid.
Necromantia, ibid. b
Nectar, ibid.
Nefas. V. Crimen: Peccatum.
Negotium, ibid.
Neleus, ibid.
Nemea. 137 a
Nemeſis, ibid. b
Nemus. 138 a
Nemorum ſpecies, ibid. b
Nephele. V. Helle, & Phryxus.
Neoptolemus. V. Pyrrhus.
Nepos, 138 b
Neptunus, ibid.
Neptuni portus. 139 b
Nereus, ibid. b
Neritos, 140 a
Nero, ibid.
Neſſus, ibid. b
Neſtor, ibid.
Nex. V. Occiſio.
S. Nicolaus. 141 a
Nidus. 141 b
Niger, ibid.
Nigredo. 142 a
Nihilum, ibid.
Nilus, ibid.
  Oſtiorũ Nili nomina, ibid. b
Nimbus. 143 a
Niobe, ibid.
Niphates, ibid. b
Niſa. V. Nyſa.
Niſus, 143 b
Nitor. V. Lux.
Nix. 144 a
Nixus, ibid.
Nixus ſidus, ibid.
Nobilis, ibid. b
Nobilitas. 145 a
Noctua, ibid.
Noe, ibid. b
Nodus. 146 a
Nomen, ibid.
Nomentum, ibid.
Nonacria. V. Arcadia.
Norici. 146 b
  Vrbes } ibid.
  Fluuij }
Normannia. 147 a
  Vrbes, ibid.
Nota. V. Scriptura.
Nothus. 147 a
Notus ventus, ibid.
Nouale. V. Campus.
Nouember. 147 b
Nouendiale. 148 a
Nouerca, ibid.
Nox, ibid.
Noctis partes. 149 a
Noctu, ibid. b
Noxius. 150 a
Nubes, ibid.
Nubiloſus, ibid.
Nubilis, ibid. b
Nudus, ibid.
Nuga, ibid.
Nugator, ibid.
Numa, ibid.
Numantia. 151 a
Numen. V. Deitas: Deus.
Numerus. 152 a
Numerorum periphraſes, ibid.
Numicius. 154 a
Numida, ibid.
Nummus, ibid. b
Nummorum nomina. 155 a
Nummorum figura, ibid. b
Nummorum materia. 156 a
Nuncius, ibid. b
Nunquam, ibid.
Nuptia, ibid.
Nurſia. V. Sabini.
Nutrix, & nutricius. 157 b
Nutus, ibid.
Nux, ibid.
Nucis partes, ibid.
Nucum ſpecies. 158 a
Nyctimene. V. Noctua.
Nympha, & Nympha. 158 a

Nym-

Nympharum genera. 158 a
Nympharum inſignium nomina. 159 a
Nyſa. 160 a

O

Obediens. 160 a
Obedientia, ibid.
Obeliſcus, ibid. b
Obex. 161 a
Obiurgatio, ibid.
Obliquus, ibid.
Oblimo, ibid.
Oblitus, ibid.
Obſequium. V. Obedientia.
Obſes. 161 a
Obſidio, ibid. b
Obſonium, ibid.
Obſtinatus, & Obſtinatio, ibid.
Occaſio, ibid.
Occidens. 162 a
Occiſus, ibid. b
Occiſio, ibid.
Occultus, ibid.
Occurſus. 163 a
Oceanus, ibid.
Ocium, ibid. b
Ocioſus, ibid.
Ocrea, ibid.
Octauius. V. Auguſtus.
October. 163 b
Oculus. 164 a
Oculorum partes, ibid. b
Qualitates. 165 a
Vitia, ibid.
Oda. V. Cantus.
Odium. 165 a
Odor, & Odores, ibid. b
Odorum genera, ibid.
Odor malus, ibid.
Oebalus. 166 a
Oedipus, ibid.
Oeneus, ibid. b
Oenomaus. 167 a
Oenone, ibid.
Oenophorum, ibid. b
Oeſtrum, ibid.
Oeta, ibid.
Offenſus. 168 a
Officina, ibid.
Officium, ibid.
Ogygia, ibid.
Ogyges, ibid.
Oileus. V. Aiax.
Olea. 168 b
Oliua fructus. 169 a
Oliuetum, ibid.
Oleum, ibid.
Olenus, ibid.
Olfactus, ibid. b
Olus, ibid.
Olitor, ibid.
Olla, ibid.
Ollius, ibid.
Olor, ibid.
Olympia. 170 a
Olympia, orum, ibid.
Olympus, ibid.
Olynthus, ibid. b
Omaſum, ibid.
Omen. V. Augurium ſiue bonum, ſiue malum, &c.
Omphacium. 170 b
Omphale, ibid.
Onus. 171 a
Oneroſus, ibid.
Onyx. V. Gemma: Marmor.
Opes. 171 a
Opheltes, ibid.
Ophiulcus, ibid. b
Opinio. 172 a
Oppidum. V. Vrbs.
Opportunitas, ibid.
Opprobrium, ibid.
Ops. V. Rhea.
Optimates, ibid.
Opus, ibid.
Ora, ibid.
Ora pro extremitate, ibid. b
Oraculum, ibid.
Oratio. 173 a
Orator, ibid. b
Orbis, ibid.
Orbes cæleſtes, ibid.
Orbis terrarum, ibid.
Orbis nouus. V. India occidentalis.
Orbita. 174 b
Orbus, ibid.
Orcus, ibid.
Orchomenos. 175 a
Ordeum. V. Hordeum: Legumina.
Ordo, ibid.
Oreſtes, ibid.
Organum, ibid. b
Orgia. 176 a
Orichalcum, ibid.
Oriens, Orientales partes, ibid. b
Origo, ibid.
Orion, ibid.
Orithyas, ibid.
Ornamentum. 177 b
Ornus, ibid.
Orontes, ibid.
Orpheus. 178 a
Orpheus, ibid.
Ortus, ibid.
Ortus Solis, & auroræ, ibid. b
Ortygia. 179 a
Os, oris, ibid.
Os, oſſis, ibid. b
Oſſa, ibid.
Oſculum, ibid.
Oſiris. V. Oſyris.
Oſtentatio, ibid.
Oſtia, ibid.
Oſtium. 180 a
Oſtij partes, ibid.
Oſtreum, ibid. b
Oſtrum. 181 a
Oſyris, ibid.
Othomanus. V. Mahometes.
Othrys, ibid. b
Ouans. V. Corona oualis.
Ouidius, ibid.
Ouis. 182 a
Ouile, ibid. b
Ouum, ibid.

P

Pachinus. 182 b
Pactum. V. Fœdus.
Pactolus. 183 b
Padua. 184 a
Padus. V. Eridanus.
Pæan. 183 b
Pædagogus. V. Magiſter.
Pæſtum. V. Lucania.
Palæmon. 183 b
Palæſtina. 184 a
Prouinciæ, Vrbes, Fluuij } ibid. 185 a
Montes, ibid.
Palæſtra, ibid.
Palamedes, ibid.
Palatium. V. Mons Palatinus.
Palatium, ibid.
Palatum. 186 a
Palea, ibid.
Pales, ibid.
Palilia, ibid.
Palimpſeſtus, ibid. b
Palinurus, ibid.
Pallas, dis. 187 a
Pallas, antis, ibid. b
Pallidus, ibid.

Digitized by Google

Pallor. 188 a
Pallium, ibid.
Palma arbor, ibid. b
Palmes. V. Vitis.
Palpebra. 188 b
Paludamentum, ibid.
Palumbes. 189 a
Palus, lis, ibid.
Palus, dis, ibid.
Paludes aliquot, ibid.
Pamphylia, ibid.
Vrbes
Montes } ibid. b
Fluuij
Pampinus. V. Vitis.
Pan. 189 a
Panchaia, 190 b
Pandion. 191 a
Pandora, ibid.
Paniis, ibid.
Pannoſus. 192 a
Pannonia, ibid.
Superioris, Inferioris Vrbes,
Fluuij, Montes, ibid.
Panthera. 193 a
Pantheon, ibid.
Papa, ibid. b
Pabaner, 194 a
Paphlagonia. V. Galatia.
Paphos. 194 b
Papyrus, ibid.
Paradiſus, ibid.
Paraetonium. V. Marmarica.
Paralyſis. 195 a
Paralyticus, ibid.
Paraſitus, ibid.
Parca, ibid.
Parcarum nomina. 196
Pardus. V. Panthera.
Paries. V. Murus.
Paris. 196 b
Parma. 197 a
Parnaſſus, ibid. b
Pares. 198 a
Parrhaſia, ibid. b
Parrhaſius, ibid.
Parricidium, ibid.
Parthenope, ibid.
Parthenopaeus. 199 a
Parthenius, ibid. b
Parthia, ibid.
Populi. 200
Partus, ibid.
Paruus, ibid.
Paſcha: Paſchalia, ibid. b
Paſcua, ibid.
Paſiphae. 201 a
Paſithea, ibid.
Paſſer, ibid.
Paſſio, ibid. b
Paſſus, ibid.
Paſtor, ibid.
Patara. 202 a
Patauium. V. Padua.
Pater, patres. 202 a
Patera, ibid.
Patibulum, ibid. b
Patiens, & patientia, ibid.
Patienter, ibid.
Patina. V. Lanx.
Patria. 202 b
Patrimonium. 203 a
Patroclus, ibid.
Patronus, ibid b
Patruus, ibid.
Pauimentum. 204 a
S. Paulus Apoſtolus, ibid. b
Pauo. 205
Pauor. V. Timor.
Pauper. 205 b
Paupertas, ibid.
Pauperes Matris Dei. 206 a
Pax. 206 a
Peccatum, ibid.
Peccatum originale. 207
Peccator, ibid.
Pecten, ibid.
Pectus, ibid.
Pecudes. V. Grex.
Pecunia. V. Nummus.
Pedemontana regio. 207 b
Vrbes, ibid.
Pes, ibid.
Pedites. V. Miles, & Bellator.
Peditatus. V. Exercitus.
Pegaſus, 208 a
Pelagus. V. Mare.
Peleus. 208 a
Pelias, ibid. b
Pelicanus. 209 a
Peligni, ibid.
Fluuij.
Peliades. V. Pelias.
Pelion. 209 a
Pella. V. Macedonia.
Pellex. 209 b
Pellis, ibid.
Pelops. 210 a
Pelopeia, ibid. b
Peloponneſus, ibid.
Prouincia, Portus, Sinus, Vrbes. 211
Pelorus, ibid. b
Pelta. V. Clypeus, & Amazon.
Peluis. 212 a
Peluſium, ibid.
Penatus, ibid.
Pendens, ibid. b
Penelope, ibid.
Penetrale. 213 a
Peneus, ibid.
Penna, ibid. b
Penſa. V. Fuſus.
Pentametrum. V. Elegia.
Pentheſilea. 213 b
Pentheus. 214 a
Penus, ibid.
Penuria, ibid.
Percuſſor, ibid. b
Perdix, ibid.
Peregrinus, ibid.
Perfidia: Perfidus. V. Infidelitas.
Pergama. 214 b
Pergamus. 215 a
Periclymenus, ibid.
Periculum, ibid.
Perillus, ibid. b
Periſtera. V. Columba.
Periurium. 215 b
Permiſſio. V. Licentia.
Perna. 215 b
Pernicies, ibid.
Perniciosus, ibid.
Pero. V. Melampus.
Perpetuus. 215
Perſephone. V. Proſerpina.
Perſeis. V. Hecate.
Perſe, & Perſia. 216 a
Prouincia,
Vrbes, } ibid.
P pvli,
Fluuij } 217
Montes
Perſeus, ibid.
Perſicus, ibid. b
Perſuaſio. 218 a
Pertinax. V. Obſtinatus.
Perturbatio, & perturbatus. 218 a
Perſona, ibid.
Peruſia, ibid.
Peſſulus, ibid.
Peſtis, ibid. b
Peſtum. V. Lucania Peſtum.
Petaſus. V. Galerus.
Petitio. 218 b
Petra. V. Lapis.

S. Pe-

S. Petrus. 218 b
Phaeacia. V. Corcyra.
Phaedra. 219 a
Phaeton, ibid. b
Phaetontiades. V. Heliades.
Phalanx. V. Acies.
Phalantus. V. Tarentum.
Phalaris. 219 b
Phalera. 220 a
Phantaſma, ibid.
Pharao, ibid.
Pharetra, ibid.
Pharos, ibid.
Pharſalia. V. Theſſalia.
Phaſianus. 220 b
Phaſis, ibid.
Pherecides. 221 a
Phidias, ibid.
Philemon, ibid.
Philetas, ibid. b
Philippi. V. Theſſalia.
S. Philippus. 221 b
Philippus, ibid.
Philiſthai. V. Palęſthina.
Philoctetes. 222 a
Philomela, ibid.
Philoſophia, ibid. b
Philoſophus. 223 a
Philoſophi aliquot, ibid.
Philtra. 224 b
Phineus, ibid.
Phlegeton. 255 a
Phlegias, ibid.
Phlegra, ibid.
Phoca, ibid. b
Phocis, ibid.
Phocaea, 226 a
Phocus, ibid.
Phoebus, ibid.
Phoebas, ibid.
Phoebe. V. Luna: Diana.
Phoebe. 226 a
Phoenicia, ibid. b
  Vrbes
  Fluuij
  Montes } 227
  Populi
Phoenix, ibid. b
Phoenix auis, ibid.
Pholoe. 228 a
Phorcus, ibid. b
Phoroneus, ibid.
Phreneſis, ibid.
Phreneticus. 229 a
Phrygia, ibid.
  Maioris, Minoris Vrbes, Fluuij, Montes.
Phryxus. 230 a
Phyllis, ibid. b
Phryne. V. Meretricum nomina.
Piaculum. V. Sacrificium.
Picus. 230 b
Picenum. 231
  Vrbes
  Fluuij } 232
Pictor, ibid. a
Pictores, ibid. b
Pictura, ibid.
Pierus. V. Picus: Pica.
Pietas. V. Religio.
Piger. V. Ignauus.
Pigritia. V. Ignauia.
Pila. 233 a
Pileus. V. Galerus.
Pilus. 233 b
Pimpla, ibid.
Pincerna, ibid.
Pindarus, ibid.
Pindus. 234 a
Pinguis, ibid.
Pinus, ibid.
Pinetum, ibid. b
Pinna, ibid.
Piper, ibid.
Pirata, ibid.
Pirene. 235 a
Pirithous, ibid.
Pirus. V. Pyrus.
Piſa. 235 b
Piſa, ibid.
Piſcator. 236 a
Piſcatoria, ibid.
Piſcina, ibid. b
Piſces, ibid.
  Partes. 237 a
  Nomina, ibid.
Piſces ſidus. 238
Piſiſtratus. 239 a
Piſtor, ibid.
Piſtoria, ibid.
Piſtrinum, ibid.
Piſterium, ibid.
Pitane. V. Ætolia.
Pittacus. 239
Pix, ibid. b
Placenta, ibid.
Placentia. 240 a
Plaga. V. Vulnus: Rete.
Planctus. V. Fletus.
Planeta. 240 a
Planities, ibid. b
Planta. 240 b
Platanus, ibid.
Platea. V. Forum.
Platea. V. Boeotia.
Plato. 240 b
Plauſtrum. V. Currus.
Plauſus. 241 a
Plautus, ibid.
Plebs, ibid. b
Plectrum, ibid.
Pleiades. V. Hyades.
Plenilunium. 241 b
Plenus. 242 a
Pleuros, ibid.
Plexippus, ibid.
Plinius, ibid.
Plumbum, ibid.
Pluto, ibid. b
Pluuium. 243 b
Poculum, ibid.
Podagra. 244 a
Poema. V. Carmen.
Poena. 244 a
Poenarum genera, ibid.
Poenitentia. 245 b
Poeni. V. Carthago.
Poeſis. 245 b
Poeta. 246 a
  Latini, ibid. b
  Graeci, ibid.
Poetria. 247 a
Pollex. V. Digitus.
Pollio. 247 b
Pollux, ibid.
Pollutus. 248 a
Polonia, ibid.
  Vrbes,
  Fluuij.
Polus. 249 a
  Arcticus
  Antarcticus } ibid.
Polybus. V. Oedipus.
Poydectes. 249 b
Polydamas, ibid.
Polydorus, ibid.
Polymneſtor. ibid.
Polynices, ibid.
Polyphemus, ibid. b
Polyxena. 251 a
Poma, ibid.
Pomarium, ibid. b
Pompa, ibid.
Pompeius, ibid.
Pomptina palus. V. Latium.
Pondus. V. Onus.
Pons. 252 b

Pon-

Pontifex,& Pontificatus. 252
Pontus regio, ibid. b
Vrbes } ibid.
Fluuij } ibid.
Populi } ibid.
Pontus Euxinus, ibid.
Popina. 253 a
Populonia, ibid.
Populus. V. Gens.
Populus arbor. 253 a
Porcus,& Porca, ibid. b
Porphyrites. 254 a
Porſena, ibid.
Porta. V. Oſtium.
Portentum. V. Monſtrum.
Porticus. 254 a
Portiſculus. 255 a
Portitor, ibid.
Portugallia. V. Luſitania.
Portumnus. V. Palæmon.
Portus. 255 a
Poſteri, ibid. b
Poſteritas, ibid.
Poſthumus, ibid.
Potens, ibid.
Potentia, ibid.
Potus, ibid.
Prædium. 256 a
Præceps, ibid.
Præceptum, ibid.
Præceptor. V. Magiſter.
Præco, ibid.
Præcordia, ibid.
Præcurſor, ibid. b
Præda. V. Exuuiæ.
Prædo. V. Latro:Fur.
Præfectus. 256 b
Præfectura. 257 a
Prægnans. V. Grauidus.
Prælium. V. Bellum.
Prælum. 257 a
Præmium, ibid.
Præneſte, ibid. b
Præſagium. V. Vaticinium.
Præſidium. 257
Prætexta, ibid.
Prætor. 258 a
Prætura, ibid.
Pratum, ibid. b
Praxiteles, ibid.
Precioſus. 259 a
Preces, ibid.
Priamus, ibid.
Priami filij, ibid.
Priapus. 260 a
Primogenitus, ibid. b
Primus, ibid.
Princeps, ibid.
Principium. V. Initium.
Priuilegium. 261 a
Prius, ibid.
Probitas. V. Bonitas.
Procella. V. Tempeſtas.
Prochyta. V. Inarime.
Proci. 261 a
Procliuis, ibid.
Proconſul, ibid.
Proconſulatus, ibid. b
Procris. V. Cephalus.
Procruſtes. 261 b
Procurator, ibid.
Procyon. V. Canicula.
Prodigus. V. Liberalis.
Prodigalitas. 261
Prodigium. V. Monſtrum.
Proditor. 262 a
Proditio, ibid.
Prœtus, ibid.
Prœtides, ibid.
Profanus. V. Impius.
Profectio. V. Iter.
Profeſtus. 262 b
Profundum, ibid.
Progenies. V. Generatio:Genus.
Progne. 262
Prometheus. 263 a
Promiſſum, ibid. b
Promontorium, ibid.
Propertius, ibid.
Propheta. 264 a
SS. Prophetæ, ibid. b
Prophetiſſa, ibid.
Prophetiſſæ, ibid.
Prophetia, ibid.
Propinquus. V. Vicinus.
Propitius. 265 a
Propontis, ibid.
Vrbes, ibid.
Propugnaculum, ibid. b
Prora, ibid.
Proſa, ibid.
Proſerpina, ibid.
Proſpectus, ibid.
Proſper, & Proſperitas, ibid.
Proſtibulum. V. Lupanar.
Proteſilaus, ibid.
Proteruus. 267 a
Proteus, ibid.
Prouidentia, ibid. b
Prouincia. V. Regio.
Proximus. V. Vicinus.
Prudens. 268 a
Prudentia, ibid.
Pruina. V. Hiems.
Pruna. V. Ignis.
Prunus. 268
Prurigo, ibid.
Pſalmus, ibid.
Pſeudopropheta, ibid. b
Pſittacus, ibid.
Ptolemæus. 269 a
Pubes, ibid. b
Pudenda, ibid.
Pudicitia. 270 a
Pudicus, ibid.
Pudor, ibid.
Puella, ibid. b
Puer, ibid.
Pueri. 271
Pueritia, ibid.
Pugio, ibid.
Pugil. V. Gladiator.
Pugna, ibid.
Pulcher. V. Formoſus.
Pulcritudo. 271
Pulex. 272 a
Pullus, ibid.
Pulmentum, ibid. b
Pulpitum, ibid.
Pulmo, ibid.
Pulſus, ibid.
Puluinar, ibid.
Puluis. 273 a
Pulverulentus, ibid.
Pumex, ibid.
Punica poma, ibid. b
Puppis, ibid.
Purgatio, ibid.
Purgatus, ibid.
Purgatorium, ibid.
Purpura, ibid.
Purpureus. 274 a
Purus. V. Caſtus.
Puſillanimis. 274 b
Puteoli, ibid.
Puteus. 275 a
Putredo, ibid.
Pygmæi, ibid.
Pygmalion, ibid. b
Pylades. 276 a
Pylos, ibid.
Pyra. V. Rogus.
Pyragmon. 276 b
Pyramis. V. Obeliſcus.
Pyramus, ibid.
Pyrenes, ibid.
Pyropus. V. Gemmatum nomina.

Py-

Pyrrha. 277 a
Pyrrhus, ibid. b
Pyrus. 278 a
Pyrorum ſpecies, ibid.
Pythagoras, ibid.
Python. 279 a
Pyreaus. V. Athenę Pireęus.

Q

Quadi. 279 b
Quadra, ibid.
Quadrageſima, ibid.
Quadraginta, ibid.
Quadrans. 280 a
Quadriga, ibid.
Quarens, ibid.
Quaeſtor, ibid.
Quaeſtura, ibid. b
Quallus, ibid.
Quartana. V. Febris.
Quatuor. V. Numerus.
Quercus. 280
Quercetum. 281 a
Querela, ibid.
Quies, ibid. b
Quietus, ibid.
Quinque. V. Numerus.
Quinarius. 281
Quinquennales, ibid.
Quinquatria, ibid.
Quintilianus. 282 a
Quirinalis, ibid.
Quirinus, ibid. b
Quirites. V. Romani.
Quirinalia. 282

R

Rabies. 283 a
Rabioſus, ibid.
Racemus. V. Vua.
Rachel. 283
Radius, ibid. b
Radix, ibid.
Ramus. 284 a
Rana, ibid.
Rapa, ibid. b
S. Raphael, ibid.
Rapina, ibid.
Raſtrum, ibid.
Ratio. 285 a
Ratis, ibid.
Rauenna, ibid.
Rebecca, ibid. b
Recens, ibid.
Receſſus, ibid.
Recordatio, ibid.
Redemptio: Redemptus, ibid.
Redemptor, ibid.
Reditus, ibid.
Redditus. 286 a
Refluxus, ibid.
Reformatus, ibid.
Refrigeratio, ibid.
Refugium, ibid.
Rex: Reges, ibid.
Regina, ibid. b
Regia, ibid.
Regnum. 287 a
Regimen, ibid.
Regio, ibid.
Regula. V. Regimen.
Regulus. 287
Relegatus, & Relegatio. V. Exilium, & Exul.
Religio. 287 b
Religioſus, ibid.
Religioſi, ibid.
Religio, ibid.
Reliquia ſacra. 288 a
Remedium. V. Medicina.
Remex: Remiges. 288 a
Remus, ibid. b
Remus. V. Romulus.
Renes. 288
Renouatus, ibid.
Reprehenſio, ibid.
Reprehenſus, ibid.
Reprehenſor, ibid.
Res. 289 a
Res geſta, ibid.
Reſpublica, ibid.
Repudium, ibid.
Reſiſtens, ibid. b
Reſponſum, ibid.
Reſuſcitatio, & Reſuſcitatus, ibid.
Retia, ibid.
Reuerentia. 290 a
Reus, ibid.
Rhadamanthus, ibid. b
Rhamnus, ibid.
Rhatia. V. Rhetia.
Rhaa. 290
Rheda. 291 a
Rhegium, ibid.
Rhenus, ibid.
Rheſus, ibid. b
Rhetia. 292 a
Vrbes.
Rhetorica, ibid. b
Rhodanus. 292
Rhodope. 293 a
Rhodos, ibid.
Rhœtus. 294 a
Rhœteum, ibid.
Rhombus, ibid.
Rictus, ibid. b
Rigor, ibid.
Rima, ibid.
Ripa, ibid.
Riphaeus. 295 a
Riſus, ibid.
Rithmus, ibid.
Ritualis, ibid.
Ritus, ibid. b
Rixa, ibid.
Robur, ibid.
Robuſtus. 296 a
Rogationum dies, ibid.
Rogus, ibid. b
Romandia. 297 a
Vrbes } ibid.
Fluuij }
Roma. 298 a
Porta, ibid.
Regiones. 229 b
Montes. 300 b
Via, ibid.
Pontes. 301 a
Romani. 302 b
Romulus, & Remus, ibid.
Ros. 303 b
Roſa. 304 a
Roſarium, ibid. b
Roſacea aqua, ibid.
Roſtrum, ibid.
Rota, ibid.
Partes, ibid.
Rotundus. 305 a
Rubeta, ibid.
Rubeus, ibid.
Rubicon. V. Romandiola.
Rubigo. 305 b
Rubor. 306 a
Rubrũ mare. V. Mare Rubrum.
Rubus. 306
Ructus, ibid. b
Rudens, ibid.
Rudus, ibid.
Rudimenta, ibid.
Rudis, ibid.
Ruga, ibid.
Rugitus. 307 a
Ruina, ibid.
Rumor, ibid.
Rupes, ibid.
Rus.

Rus. 307 b
Ruſticus. 308 a
Ruſticitas, ibid.
Ruſtica arma, ibid.
Ruta, ibid. b
Rutuli, ibid.

S

Saba. 309
Sabai pop. ibid.
Sabbatum, ibid.
Sabini, ibid. b
Vrbes, ibid.
Fluuij. 310
Sabinus. 311 a
Saccharum, ibid.
Saccus, ibid.
Sacellum, ibid. b
Sacerdos, ibid.
Sacerdotes veteres, ibid.
Sacerdotes Chriſtianorum. 312
Sacerdotium. 313 a
Sacrificium, ibid.
Sacrificia veterum, ibid.
Sacra vaſa. V. Vas.
Sacrilegus, & Sacrilegiũ. 316 a
Sacriſta, ibid.
Sacriſtia, ibid. b
Sæuitia: Sæuus, ibid.
Saga. V. Venefica.
Sagitta. 316 b
Sagitta venenata. 317 a
Sagittarius, ibid.
Sagittarius ſidus, ibid.
Sagum. V. Veſtis.
Saguntus. 317 b
Sal, ibid.
Salis ſpecies, ibid.
Salſamentum. 318 a
Salſamentarius, ibid.
Salamis, ibid.
Salabris. V. Saltus.
Salij. 318 b
Salinum, ibid.
Salix, ibid.
Salmacis. 319 a
Salmoneus, ibid.
Salomon, ibid. b
Saltatio. V. Chorea.
Saltus. 319
Saluia. V. Herbarum genera.
Salum. V. Mare.
Salus. 319
Salutatio, ibid.
Samaria. 320 a
Vrbes.
Sambucus. 320
Sammites, ibid.
Vrbes, ibid.
Fluuij.
Montes. 321
Populi, ibid.
Samos, ibid.
Samothracia, ibid. b
Samuel, ibid.
Sampſon. 322 a
Sancti, & ſancta, ibid.
Sanctimonia, ibid. b
Sanguis, ibid.
Sanguinolentus. 323 a
Sanies. V. Tabes.
Sapientia. 323
Sapiens, ibid.
Septem ſapientes, ibid.
Sapor, ibid. b
Sappho, ibid.
Sapphicus verſus. 324 a
Sara, ibid.
Sardanapalus, ibid.
Sardinia, ilid.
Vrbes, ibid. b
Sarmatia. 325 a
Prouincia / *Populi* } ibid.
Sarmentum, ibid. b
Sarnus. V. Campania.
Sarpedon, ibid.
Sartago, ibid.
Satum. V. Ager.
Satur. 325
Satura palus. V. Latium.
Saturnus. 325
Saturnus ſidus. 326 b
Saturnalia. 327 a
Satyra, ibid. b
Satyrus, ibid.
Saul. 328 a
Saxonia, ibid.
Superioris · Inferioris Vrbes, ibid.
Fluuij, ibid.
Saxum. 329 a
Scabies, ibid.
Scaber, ſcabrities, ibid. b
Scala, ibid.
Scalprum, ibid.
Scamander. V. Xanthus.
Scamnum. 330 a
Scarabæus, ibid.
Scatebra, ibid.
Scelus. V. Crimen: Peccatum.
Sceleſtus. 330
Scena. 330 b
Sceptrum, ibid.
Sciens, ibid.
Scientia. 331 a
Scipio, ibid.
Scipio pro baculo. V. Baculus.
Sciron. 331
Sclopus, ibid. b
Scopa, ibid.
Scopulus. V. Rupes.
Scopus. 332
Scorpius, ibid.
Scorpius ſidus, ibid.
Scotia. 332 a
Vrbes, / *Fluuij,* / *Populi,* } ibid.
Scrinium, ibid.
Scriptor. 333 a
Scriptura, ibid.
Scripturarum genera, ibid.
Scriptura ſacra. 334 a
Scrobs. V. Foſſa.
Scrupus. 334
Scrupuloſus, ibid.
Scruta. V. Vetus.
Sculptor. 334
Sculptura, ibid.
Sculptores. V. Statuarius.
Scurra. 334
Scutum, ibid. b
Scylla, ibid.
Scyros. 335 a
Scythia, ibid.
Prouinciæ, ibid.
Populi. 336 a
S. Sebaſtianus, ibid.
Sebethus, ibid. b
Secretarius, ibid.
Seceſſus. V. Solitudo.
Seculum. 336
Securis. 337 a
Sedes, ibid.
Seditio, ibid. b
Seditioſus, ibid.
Seges, ibid.
Semele. 338 a
Semen, ibid.
Semiramis, ibid. b
Semper. 339 a
Senator, ibid.
Senatus, ibid.
Sena, ibid. b
Seneca. 340 a
Senectus, ibid. b
Senex. 341 a

Se-u.

Digitized by Google

Sententia. 341 b
Sententiæ aliquot, ibid.
Senſus. V. Sententia.
Separatio. 341
Sepes. 342 a
September, ibid.
Septentrio, ibid. b
Sepulcrum. 343 a
Sequax. 344 b
Sera, ibid.
Serapis, ibid.
Serenus, & ſerenitas. 345 a
Serenitas maris, ibid. b
Seres, ibid.
Sericum. 346 a
Sermo, ibid.
Serpens, ibid. b
Serpentis partes, ibid.
Serpentum genera. 347 a
Serpens ſidus. 348 b
Serpillum, ibid.
Serra, ibid.
Sertum. V. Corona.
Seruus. 349 a
Serua, ibid.
Seruitus, ibid. b
Seryphus, ibid.
Seſtos, ibid.
Seta, ibid.
Seueritas. V. Crudelitas.
Sibilus. 350 a
Sibylla, ibid.
Sibyllarum nomina, ibid. b
Sibyllæ antrum. 351 b
Siccus, & ſiccitas, ibid.
Sicilia, ibid.
Vrbes. 352
Fluuij, ibid.
Portus. 354
Montes, ibid.
Promontoria, ibid.
Lacus, ibid.
Siculi. 355 a
Sicyon, ibid. b
Sidon, ibid.
Sidus. 356 a
Siderum nomina, ibid. b
Sigæum. 357 a
Signum, ibid.
Silentium, ibid.
Silenus, ibid. b
Sileſia. 358 a
Vrbes, ibid.
Silex, ibid.
Silius, ibid. b
Silua. V. Nemus.
Siluanus. 358
Similis. 359 a
Simius, ibid.
Simiorum genera, ibid. b
Simois. 360 a
S. Simon, ibid.
Simon Magus, ibid.
Simonides, ibid. b
Simplicitas, ibid.
Simplex. 365 a
Simulacrum. V. Statua.
Simulatio. 361
Simulatus, ibid.
Sina, ibid.
Prouincia, ibid.
Vrbes.
Sinapis, ibid. b
Sina, ibid.
Singultus. 362 a
Sinis, vel Scinis. 362
Siniſtra, ibid.
Sinon, ibid. b
Sinus, ibid.
Sinus inſigniores. 363 a
Sion, ibid. b
Partes eiuſdem montis, ibid.
Sipylus. 364 a
Sirenes, ibid. b
Sirius. 365 a
Siſtrum, ibid.
Siſyphus, ibid. b
Sitis. 366 a
Sitiens, ibid.
Situla, ibid. b
Situs, ibid.
Smaragdus, ibid
Smegma. V. Lixiuium.
Smyrna. 367 a
Sobrius, ſobrietas, ibid. b
Soccus, ibid.
Socius, ſocietas, ibid.
Socrates. 368
Sodomia, ibid. b
Solatium, ibid.
Solator, ibid.
Sol, ibid.
Sol in ſignis Zodiaci. V. Zodiacus.
Solis equi, currus. V. Equi Solis, & currus.
Solſtitium. V. inf.
Sollicitus, ſollicitudo. 370 a
Solitudo, ibid.
Solitarius, ibid. b
Solitus, ibid.
Solium, V. Sedes.
Solon. 370
Solſtitium. 371 a
Solus, ibid.
Solyma. V. Hieroſolyma.
Somnium. 371
Somnus. 372
Somniculoſus. 373 a
Sonipes. V. Equus.
Sonitus. 373
Sonorus, ibid.
Sophiſma, ibid.
Sophiſta, ibid. b
Sophocles, ibid.
Soracte. 374 a
Sordes, ibid. b
Sordidus, ibid.
Sorex. V. Mus.
Soror. 374
Sors, ibid.
Spatium, ibid.
Spado. V. Eunuchus.
Sparta. 374
Species. V. Imago.
Spectaculum. 375
Specula, ibid.
Speculum, ibid.
Spelunca. 376 a
Sperchius, ibid. b
Spes, ibid.
Sperans. 377 a
Sphæra, ibid.
Sphæriſterium, ibid.
Sphinx, ibid.
Spica. 378 a
Spina, ibid. b
Spiritus ſanctus. 379 a
Spiritus, ibid.
Splendor, ibid. b
Spolia, ibid.
Spoliatus, ibid.
Sponda, ibid.
Spongia. 380 a
Sponſus, & ſponſa, ibid.
Sporades, ibid. b
Spuma, ibid.
Sputum. 381 a
Squalor, ſqualidus, ibid.
Squamma, ibid.
Stabulum, ibid. b
Stadium, ij, ibid.
Stagnum. 382 a
Stamen, ibid.
Statio, ibid.
Statius, ibid.
Statua, ibid. b
Statuæ inſignes. 383 a

Sta-

Statuarij inſignes. 384 b
Statuaria ars. 385 a
Status, ibid.
Statura, ibid.
Statera, ibid. b
Stella. V. Sidus.
Stellio, ibid.
Stemma. 386 a
Stenobœa, ibid.
Stentor, ibid.
S. Stephanus, ibid. b
Stercus. V. Fimus.
Sterilis. 286
Sterope. V. Pleiades: Hyades.
Steropes. 387 a
Steſicherus, ibid.
Stigma, ibid. b
Sthenelus, ibid.
Stimulus, ibid.
Stipendium. V. Mors.
Stipes. V. Lignum.
Stips. 388 a
Stomachus, ibid.
Stramen, ibid.
Strangulatus, ibid.
Stratagemma, ibid. b
Strepitus, ibid.
Stridor, ibid.
Stridulus, ibid.
Strix. 389 a
Strongyle. V. Æolides.
Strophades, ibid.
Strophius, ibid.
Strymon, ibid. b
Structor, ibid.
Studens: Studium, ibid.
Stupor. 390 a
Stultitia: Stultus. V. Demens: Inſanus: Furioſus.
Stuppa. 390
Stuprum: Stuprator, ibid.
Sturnus, ibid. b
Stymphalus, ibid.
Styx, ibid.
Suada. 391
Submerſus. V. Immerſus.
Subſtantia, ibid.
Subterraneus, ibid.
Succinum. V. Electrum.
Succus, ibid.
Sudarium, ibid.
Sudes. 392 a
Sudor, ibid.
Sudans, ibid.
Sudum. V. Serenus: Serenitas.
Sueui. V. Germania.
Sueci. 392
Prouinciæ / *Vrbes* ibid. b
Suffitus, ibid.
Suffocatus. V. Strangulatus.
Suffragium, ibid.
Sulcus, ibid.
Sulmo, ibid.
Sulphur. 393 a
Sumptus, ibid.
Supellex, ibid.
Superbia, ibid. b
Superbus, ibid.
Supercilium. 394 a
Superpelliceum. V. Veſtium ſacerdotalium genera.
Superſtitio, ibid.
Supplicium, ibid.
Supplicia æterna, ibid.
Supplex, ibid. b
Supplicatio, ibid.
Surdus. 395 a
Sus. V. Porcus.
Sus aper. V. Aper.
Surrentum. 395
Suſa, ibid.
Suſanna, ibid. b
Suſpenſus. V. Strangulatus.
Suſpenſus. 395
Suſpicio, ibid.
Suſpicioſus, ibid.
Suſpirium. 396 a
Suſurrus, ibid.
Sutor, ibid.
Sybaris, ibid.
Syene, ibid. b
Sylla. 397 a
Symplegades. V. Cyaneæ.
Symphonia. V. Cantus.
Syphax. 397
Syracuſa, ibid. b
Vrbis partes, ibid.
Syria. 398 a
Prouinciæ; quarum / *Vrbes: Fluuij,* ibid. 399
Syrinx. 399 b
Syrtes, ibid.
Syrupus. 400 a

T

T*Abellarius.* 400
Tabella, ibid. b
Taberna, ibid.
Tabernaculum, ibid.
Tabes. 401 a
Tabula, ibid.
Tacitus, ibid. b
Taciturnitas, ibid.
Tactus, ibid.
Tæda, ibid.
Tænarus, ibid.
Tages. 402 a
Tagus, ibid. b
Talaria, ibid.
Talentum. 403 a
Talus, ibid.
Tanais, ibid. b
Tantalus. 404 a
Tapes, ibid. b
Tardus. 405 a
Tarditas, ibid.
Tarentum, ibid.
Tarpeium, ibid. b
Tarquinius. 406 a
Tarraco, ibid. b
Tartaria, ibid.
Prouinciæ / *Vrbes* ibid. 407 a
Tartarus, ibid. b
Taruiſium, ibid.
Vrbes / *Fluuij* / *Montes* ibid.
Taurica Cherroneſus, ibid.
Vrbes: Fluuij. 408 a
Taurus, ibid.
Taurus ſidus, ibid. b
Taurus mons. 409 a
Taxus, ibid. b
Taygetus, ibid.
Tectum. 410 a
Teda. V. Tæda.
Tegea, ibid. b
Tegmen, ibid. b
Tegula. V. Tectum.
Tela, ibid.
Telamon, ibid.
Telegonus, ibid.
Telemachus. 411 a
Telephus. 411
Tellus, ibid. b
Telum. V. Haſta.
Temerarius. 412 a
Temeritas, ibid.
Temo, ibid.
Tempe, ibid. b
Temperantia. V. Modeſtia.
Temperatus. V. Modeſtus.
Temperies. V. Serenum, & 411
Tempeſtas, ibid.
Templum, ibid. b

Tem-

Templum Salomonis. 414
Tempus. 415 a
Tempus longum, ibid.
Tenebra, ibid.
Tenebroſus, ibid.
Tenedos, ibid.
Tentationes. 416 a
Tepiditas, ibid.
Terentius, ibid. b
Tereus, ibid. b
Tergum. V. Pellis.
Terminus. 417 a
Terra. V. Tellus.
Terra Auſtealis, ibid.
Terramotus, ibid.
Terracina. 418 a
Terror, ibid. b
Teſſera. V. Ludus.
Teſta, ibid.
Teſtamentum. 419 a
Teſtudo, ibid.
Teſtudo muſicum inſtrumentum, ibid. b
Teſtudo bellicum inſtrumentum. 420 a
Tesbis, ibid.
Teucer, ibid. b
Textor: Textrix, ibid.
Textoria, ibid.
Textura. 421 a
Thabor, ibid.
S.Thadeus, ibid. b
Thais, ibid.
Thalamus, ibid.
Thales. 422 a
Thalia, ibid.
Thamyras, ibid. b
Theano. 423 b
Theatrum. 422 b
Theatri partes. 423 a
Theba, ibid. b
Theba. 424 a
Thebani, ibid. b
Theba, ibid.
Theca. 425 a
S.Thecla, ibid.
Themis, ibid.
Themiſtocles, ibid. b
Theocritus, ibid.
Therma. 426 a
Thermopyla, ibid. b
Thermodoon. 427 a
Theſaurus, ibid.
Theſeus, ibid. b
Theſpiades. 428 a
Theſſalia, ibid. b
Prouincia,
Vrbes, ibid. 429, a, b
Fluuij, ibid.
Montes, ibid.
Theſſali. 430 a
Thetis, ibid.
Thoas, ibid. b
Tholus. ibid.
S. Thomas. 431 a
Thorax, ibid.
Thracia, ibid.
Vrbes, ibid.
Montes. 432 a
Fluuij, ibid. b
Thraces. 432
Thule. 433 a
Thus. V. Tus.
Thuringia, ibid. b
Vrbes: Fluuij, ibid.
Thyeſtes, ibid.
Thymbra. 434 a
Thymus, ibid.
Thymnus, ibid. b
Thyrſus, ibid.
Tiaras. V. Galerus.
Tibia. 435 a
Tibiarum genera, ibid. & 436
Tibicen, ibid.
Tiberis, ibid.
Tibullus. 437 a
Tibur, ibid. b
Ticinus. 438 a
Tigris, ibid.
Tigris fluuius, ibid. b
Timauus, ibid.
Timoe. 439 a
Timidus, ibid b
Tinctoe, ibid.
Tinctura, ibid.
Tinctus, ibid.
Tinea. 440 a
Tintinnabulum, ibid.
Tiphys, ibid.
Tireſia. V. Tyreſias.
Tiriolis, ibid. b
Vrbes.
Tyrius, ibid.
Tiſiphone. V. Furię.
Titan. 441 a
Tithonus, ibid.
Titus, ibid. b
Titulus, ibid.
Tityus. 442 a
Tmolus, ibid.
Toga, ibid.
Togarum genera, ibid.
Toletum. 443 b
Tomi, ibid.
Tomita, ibid.
Tonitru. 444 a
Tonſor, ibid. b
Tonſura, ibid.
Tonſoria, ibid.
Tophus. 445 a
Torcular, ibid.
Tormentum, ibid.
Tornus, ibid.
Torquis, ibid. b
Torrens, ibid.
Torris. 446
Torus, ibid.
Trabs, ibid.
Trabea, ibid.
Tractatus, ibid. b
Tragœdia, ibid. b
Tragœdi. 447 a
Tranquillitas, ibid.
Tranquillus, ibid.
Tranſformatus, ibid. b
Tranſiluania. V. Dacia.
Tranſtiberim. 447
Trapezita. 448 a
Tranſtra. V. Nauis partes.
Tremor, ibid.
Treuiri. ibid.
Tribunal, ibid.
Tribunus, ibid. b
Tribus, ibid.
Tribules. 449 a
Tributum, ibid.
Tridens, ibid.
Trinacria. V. Sicilia.
Sanctiſſ. TRINITAS, ibid.
Triptolemus, ibid. b
Tripudium. V.Chorea.
Tripus. 450 a
Triremis, ibid.
Triſtis, & triſtitia. V. Mœſtus, & Mœſtitia.
Triton, ibid.
Triumphus, ibid. b
Triumphator. 451 b
Triumuiratus. 452 a
Triticum, ibid. b
Troas, ibid.
Vrbes / Fluuij / Montes } 453 a
Trochus, ibid.
Troezen, ibid. b
Troia, ibid.
Troianus equus. V. Equus Troia.

Troianus.
Troia ludus. 454 b
Troilus, ibid.
Trophæum. 455 a
Truncus, ibid. b
Tuba, ibid.
Tubarum genera, ibid.
Tubicen. 456 a
Tuber, ibid.
Tudertum, ibid. b
Tugurium, ibid.
Tumidus: Tumiditas, ibid.
Tumultus, ibid.
Tumulus. V. Sepulcrum.
Tunica. V. Veſtis.
Turba. 457 a
Turbo, ibid.
Turca, ibid. b
Turdus. 458 b
Turma, ibid.
Turnus, ibid.
Turpis: Turpitudo. 459 a
Turris, ibid.
Tus, ibid. b
Turificatio. 460 a
Tuſculum, ibid. b
Tuſſis, ibid.
Tutor. 461 a
Tybris. V. Tiberis.
Tydeus, ibid.
Tympanum, ibid. b
Tympaniſta, ibid.
Tyndaridæ. V. Gemini.
Typhœus. 462 a
Typhon, ibid.
Tyrannus, ibid. b
Tyrannis, ibid.
Tyreſias. 463 a
Tyro, ibid. b
Tyrocinium, ibid.
Tyro, ibid.
Tyrus, ibid.
Tyrrhenum mare. 464 a

V

VAcca. 464 b
Vadimonium. V. Vas.
Vadum, ibid.
Vagans, ibid.
Vagina, ibid.
Vagitus. 465 a
Valachia, ibid.
Vrbes, ibid.
Valerius Flaccus, ibid.
Valedictio, ibid. b
Valentia, ibid.
Vrbes. 466 a
Fluuij, ibid. b
Vallis, ibid.
Vallum, ibid.
Vanus: Vanitas. 467 b
Vanagloria, ibid.
Vannus, ibid.
Vapor, ibid.
Varietas: Varius. 468 a
Vas, ibid.
Vas, vaſis, ibid.
Vaſorum ſacrorũ nomina, ibid.
Vaſa ſacra Chriſtianorũ, ibid. b
Vaſorũ communiũ nomina, ibid.
Vaſis partes. 469 b
Vates. 470 a
Vaticinium, ibid. b
Vaticanus, ibid.
Vber. 471 a
Vectis, ibid. b
Vectigal, ibid.
Veium, ibid.
Velabrum. 472 a
Velia, ibid.
Velitræ. V. Volſci.
Vellus, ibid. b
Vellus aureum, ibid.
Velox. 473 a
Velocitas, ibid.
Velum, ibid.
Capitis, ibid. b
Vela, ibid.
Velabrum. V. Roma.
Vena. 474 a
Venabulum, ibid.
Venafrum, ibid.
Venatio, ibid.
Venator, ibid. b
Venatorum propria. 475 a
Venditor, ibid. b
Venditio, ibid.
Veneficus. 476 a
Venefica, ibid.
Veneficorum nomina, ibid.
Veneficium, ibid. b
Venenum. 477 a
Venenata, ibid. b
Venetia. 478 a
Venia. 479 a
Venter, ibid.
Ventris partes, ibid.
Ventus, ibid. b
Ventorum nomina, & diuiſiones. 480
Venus. 481 a
Venus ſidus. 483 a
Venuſium, ibid.
Venuſtus: Venuſtas. V. Pulcritudo.
Vepres. V. Spina.
Ver. 483 b
Verax. 484 a
Veritas, ibid.
Verber. V. Flagellum.
Verberatus, ibid. b
Verbum Diuinum. V. Ieſus.
Verbum: Verba, ibid.
Verecundia: Verecundus, ibid.
Vergiliæ. V. Hyades.
Vermis. 484
Verona. 485 a
Verſus, ibid.
Vertex, ibid. b
Vertumnus, ibid. b
Veruex. 486 a
Veru, ibid.
Veſpa, ibid.
Veſpaſianus, ibid. b
Veſper. V. Heſperus.
Veſpertilio, ibid.
Veſpillo. 487 a
Veſta, ibid. b
Veſtales. 488 a
Veſtibulum, ibid. b
Veſtigium. 489 a
Veſtis, ibid.
Veſtium genera, ibid.
Veſtes ſacerdotales. 490 a
Viriles, ibid.
Muliebres. 491 a
Veſtis longa ibid. b
Nigra, ibid.
Sacra, ibid.
Veſuuius. 492 a
Vetus, ibid. b
Vetuſtas, ibid.
Vexillum, ibid.
Veternus. V. Ignauia.
Veteranus miles. V. Miles.
Via. 493 b
Viarũ nomina, cognomina, 494 a
Viaticum, ibid. b
Viator, ibid.
Vicentia. 495 a
Vicinus, ibid.
Viciſſitudo, ibid.
Victima, ibid.
Victor, ibid.
Victoria, 496 a
Victus. 497 a
Victus. V. Cibus.

Vicus. 497
Vidua, ibid. b
Vigil, ibid.
Vigilantia, ibid.
Vigilia, ibid.
Vigor. 498 a
Villa. V. Rus.
Villicus. V. Agricola.
Villus. V. Pilus.
Vimen, 498
Vinaria cella. V. poſt vinum.
Vinculum, ibid. b
Vindemia, ibid.
Vinea. 499 a
Vinum, ibid.
Vini agnomina: 500
Vini qualitates. 502
Vinaria cella. 503 a
Viola, ibid.
Vipera, ibid.
Vir, ibid. b
Virilitas, ibid.
Vires, ibid.
Virga, ibid.
Virgilius, ibid.
Virginia. 504
Virginitas. 505
Virgo, ibid.
Virgo charta. V. Charta.
Virgo aqua. V. Aqua.
Virgo ſidus. V. Erigone: Zodiacus.
Virgo Maria. V. Maria.
Virgultum. 505 b
Viridarium. V. Hortus.
Viridis color. 505
Virtus, ibid.
Virus. V. Venenum.
Viſcera. V. Venter.
Viſcum. 506 b
Viſio, ibid.
Viſus, ibid.
Vita, ibid.
Viuus. 507 a
Vitis, ibid. b
Vitium genera, 508 a
Vitium, ibid.
Vitioſus, ibid.
Vitrum, ibid.
Vitta, ibid.
Vitulus. 509
Vituperatio, ibid.
Vituperabilis, ibid.
Viuus. V. Vita.
Vlcus. V. Vulnus.
Vltimus. 509
Vltio, ibid.
Vltor, ibid.
Vlua, ibid.
Vlulatus; ibid.
Vlyſſes, ibid.
Vlyſippo. 510 b
Vmbella, ibid.
Vmbra. 511 a
Vmbria, ibid.
Vrbes, ibid.
Fluuij: Lacus: Montes, 512 b
Vncus, ibid.
Vncus, a, um, ibid.
Vnda. 513 a
Vngaria. V. Pannonia.
Vnguentum. 513 a
Vnguentorum agnomina, ibid. b
Vnguen. 514
Vnicus, ibid. b
Vnio, ibid.
Volatus, ibid.
Volans. 515
Volſci, ibid.
Vrbes, ibid.
Volubilis, ibid.
Volubilitas, ibid.
Volucris. V. Auis.
Volumen, ibid. b
Voluntas, ibid.
Voluptas, ibid.
Vomer. 516 a
Vomitus, ibid.
Vomens, ibid.
Vorago, ibid.
Votum, ibid. b
Vox. 517 a
Vpupa, ibid.
Vrania. ibid.
Vrbs, ibid. b
Vrina, ibid.
Vrna, ibid.
Vrſus. 518 a
Vrſa ſidus, ibid. b
Vrtica, ibid.
Vſus. 519 a
Vter, ibid.
Vtilis, ibid.
Vtilitas, ibid.
Vua, ibid.
Vuæ qualitates, ibid.
Vulcania inſ. ibid. b
Vulcanus, ibid.
Vulgus. 520 b
Vulnus, ibid.
Vulneratus, 521 a
Vulpes, ibid.
Vulſinium, ibid.
Vultur, ibid. b
Vulturnus. 522 a
Vxor, ibid.

X

Xanthus. 522 b
Xenocrates, ibid.
Xenophanes. 523 a
Xenophon, ibid.
Xerſes, ibid.

Z

Zacharias. 523 b
Zacynthos, ibid.
Zelus. 524 a
Zephyrus, ibid.
Zerinthos, ibid. b
Zethes, ibid.
Zetus, ibid.
Zizanium. 525 a
Zodiacus, ibid.
Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius: Capricornus. Aquarius: Piſces, ibid. 526
Zoilus, ibid. b
Zona. 527 a

F I N I S.

Digitized by Google

SYNONYMORVM PARS PRIMA.

A

ABACVS, i.

Vel eſt Quadra apud *Vitru.* nempè lamina columnæ ſubiectæ ſeſſioni habilis, quæ alia voce dicitur eidem. Spira, æ, Baſis columnæ tori vnius, aut duorum, fortaſſe quod, Soccum, vocant.

Vel eſt Abacus Repoſitorium, *Plin.* vulgo *Armario.* Menſa, æ, Vbi vaſa omnis generis vel ad vſum, vel ad oſtentationem, vt in Principum aulis conuiuij tempore ſolent expediri. Menſa ſtructoria. Poculorum menſa, vnde *Athen. lib.* 5. Adiacebat horum ſingulis poculorum abacus plenus vaſis aureis, cum aureo cratere, amphorarum quinque, &c.

Alijs quoque inſeruit rebus, vt, Librorum abacus, vulgo *ſcanſia*, V. *Bibliotheca.* Loculamenta, orum. Capſula, æ, & capſulæ, arum. Scrinia, orum, librorum ſcrinia. Pluteus, i, *Iuuen.* at *Perſ.* vtitur pro tabula, qua ſubiecta vtuntur ſcriptores. Nec pluteum cędit, nec demerſos, &c.

Vel eſt apud *Macrob.* Abacus. Aluearius luſorius. *Tauoliero*, Menſa luſoria. Tabula luſoria. Magis, is. Paul. Iuriſconſ. v. *Ludus.*

ABAS, ntis.

Rex duodecimus Argiuorũ Lyncei ex Hypermneſtra coniuge filius (ſunt tamen qui Beli filium faciunt) homo bellicoſus, & acerrimi ingenij, regnauit annis viginti tribus, teſte Euſeb. filios habuit Prœtum, & Acriſium; à quo poſtea Argiuorum Reges Abantiadæ dicti ſunt.

Beli filius, vt ſentit *Ouid.* 4. *met.* & ſic Iouis nepos, quod Belus Iouis eſſet f. Lynceides à patre. Ægypti nepos, ex patre. Danai nepos, ex matre. V. *inferius Belides p.c.* Acriſij, & Proeti, parens, genitor, pater. Danaes auus. Perſei atauus. Euridices Spartanæ ſocer, nam Eurydices Lacedęmonis filia coniux fuit Acriſij. Toruus Abas, Proetuſq; nocens, mitiſq; Phoroneus. *Stat.* 4. *Theb.* toruum appellat, immitem ſcilicet in ciues.

Abantes etiam fuerunt populi Ionum inter Achiuos. Alios verò Orpheus conſtituit iuxtà Pontum; Hi primi comam poſt terga fuſam geſtare conſueuiſſe dicuntur ab Homero; illos tamen intelligit in Ionia, & in Euboea Inſula habitantes, vndè ipſa Inſula Abantia, & Abantis dicta. V. *infra ſuo loco in Euboea.*

ABDERA, æ. V. *Thracia.*

ABDOMEN, is. g.n.

Pinguedo potiſſimum in homine in ventre ſurſum verſus intumeſcens. Sumen, is, in porcis. Aqualiculus, i, quod ſub vmbilico eſt, vſq; ad pubem. Et tumidi pinguem ventris aqualiculum. *Strozz. pat.* Abdomen inſaturabile, Cic. *Venter collatiuus.* Venter adeſt abdomine tardus. *Iuuen.* Adeps, is. Necte adipes vetulos, &c. *Q. Seren.*

Pinguedo, is. Sagina, æ, figur. nam ſagina propriè cibus eſt, quo quis pingueſcit. Aruina, æ, nempè pinguedo inter viſcus, & cutem, vt Seruius exponit *Virg.* 7. *Aen.* Pingues ſinus, *Sen. in Oedip. V. Pinguis.* Abdomen Gaditanum. *Ath. v. Thynnus.*

ABEL.

Peregrina vox, & ſecundùm Hebręos declinationis expers, nos verò Latino more, Abelus, i, vel Abel, is, declinamus. Hic fuit Adæ filius ſecundo genitus ex Eua, quem cùm à Deo proſperis omnibus fortunari videret Cain frater inuidia pulſus, illum ſeorſim ſub dolo abductum percuſſit, occiditq; & ſic primus omnium mortalium ex hac vita deceſſit. *Lege cap.* 4. *Geneſ.*

Abelus, i. Frater Caini, germanus. Euæ fœtus alter; filius alter. Adæ genitus. Primus frater. In quo ſpes generis viſa perire pij eſt. Rusticus inuidia paſtorem ſęuit in Abel. Primus Abel Limbos ingreſſus. Telo fraterno cęſus, *è ſacra poeſi*, Qui primæ funera mortis ſenſit. Et qui pri-

prima necis liuida tela tulit.

Epith. Sanctus, humilis, pius, paſtor. Qui primus oues, pecudesq́; ad fluminis egit vndas: paſtoritiam enim artem primus omnium exercuit.

ABIES, tis, g.f.

Vtilis arbor aquis. *Ouid. epiſt.* 15. Arbor caſus viſura marinos, è *Virg.* Nauibus arbor apta; apta carinis planta. Arbor naufragos pelagi viſura tumultus. Apta mari, freto, pelago, vndis, &c. arbor.

Epith. Vmbroſa, alta, enodis, procera, redolens, Sublimis, aeria, erinita, creſcens in montibus. Laudatiſſima eſt in Alpibus, Apennino, Vogeſo monte, Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia, & alibi. Abiegnus, a, um, vt abiegnæ tabulæ, &c. Apta fretis abies. *Claud.* vbi pro naue ſumitur. V. *Nauis*. Labitur vncta vadis abies, & marmora ſulcat. Fatalis abies. V. *Equus Troianus*. qui ex abiegnis tabulis compactus eſt, *teſte Virgilio*.

ABORTVS, us.

Quem facere tradit *Plinius*, fœminam ſi viperam ſiue ſtudio, ſiue incuria tranſcenderit, quem facere equam dicunt prægnantem, ſi lupum, vel ſi eius veſtigium premat.

Abortio, is, *Cic.* Abortiuum, i, *Plin.* Puer abortiuus. Fœtus abortiuus, *Suet.* Exterricinius, *Feſt.* quaſi matre exterrita ante tempus natus. Immaturus fętus. Immaturus partus. Neue daret partus ictu temeraria cęco Viſceribus creſcens excutiebat onus. *Ouid. 1. faſt.*

ABRAHAM.

Vox peregrina, nomenq́; viri, vndè Hebręis fuit origo, necnon Iſmaelitis, Saracenis, & alijs. Vndè multarum gentium pater appellatus eſt. Hic è longa auorum, proauorumq́; ſerie è Sem Noe filio, genitus Thare fuit, frater Nachoris, & Aram: Qui Sara vxore ducta, de terra, ac cognatione ſua diuinitùs iuſſus egredi, cum illa à Meſopotamia peregrinatus eſt in Occidentalem Syriam, ibiq́; multis claris virtutibus, Iuſtitia potiſſimùm, ac fide, vnum Iſaac è ſterili vxore centenarius accepit, in quo fuit gentium ſaluandarum repromiſſio, quem immolare Diuino monitu iuſſus ab Angelo detentus fuit: Cùm antea ex Agar Ancilla in coniugium ducta Iſmaelem accepiſſet. Tum alijs liberis ex alijs vxoribus ſuſceptis ad humani generis propagationem, plenus dierum, & meritorum obijt centeſimo, ac ſeptuageſimo quinto anno in ſenectute bona: & à filijs ſuis in ſpelunca duplici è regione Mambre ſepultus fuit. *Lege ſacram Geneſim.*

Abras, & Abrahamus, & Abramus. *Poet.* Thariades, à patre. Thare genitus, progenitus, ſatus. Nachoris frater. Saræ coniux. Vir Sarai. Iſaac pater, genitor, parens. Iacobi auus. Iſacidum author. *Vida.* Nati immolator. Olim peregrinis iuſſus in oris quærere promiſſos agros. . . . Innumeræ gentis Pater. Primus Iſacidi ſanguinis author, *ex Mant.* Seminis Hebręi Princeps. Generoſi ſeminis Princeps. *Prud.* Domus Abrami tantos habitura triumphos. *Id.*

ABSCONDITVS.

Abditus. Latens, tis. Coopertus, opertus. *Sen.* adopertus. Tectus, contectus. Obſcurus. Occultus, occultatus, inuolutus. Clauſus, incluſus tenebris, latebris. Speluncę latebris tectus. Opacus. Saxo occultus opaco. Conditus, reconditus. Obſcuro reſidens loco. Cæcis defenſa tenebris, occulta latebris. Cęcus, cęca abditus æde. Hoc incluſi ligno occultantur Achiui. *Virg. 2. Aen.* Vipera delituit, cœlumq́; exterrita fugit. Deliteſcens, tis.

ABSTINENTIA, V. *Ieiunium, & Ieiunus.*

ABSYNTHIVM, ij.

Ex herbis amariſſima, ſed tamen medicinalis ventri, vtpotè cùm eius ſuccus exhauſtus niſi reuomatur, omnem perpurgat inteſtinorum fęcem, & ipſam corroborat valetudinem. Vndè in Latinis ferijs poſt quadrigarum certamen, victor abſynthium bibebat, quod eo ſanitatem honorificè dari Maiores arbitrarentur, vt inquit *Plin. ex Pierio, & Gyrald. Synt.* 17.

Abſynthium maximum, quod Seriphium, *Dioſcor.* Taphoſiridis herba, quod ad Taphoſiridem Vrbem Ægypti magna huius ſit herbæ copia, teſte *Plin.* Amaris folijs planta. Mellis hoſtis herba, olus, &c. Succus Abſynthij.

Abſynthium Ponticum, quod aliqui Abrotanum appellant. Sed Abrotanus valdè differt ſapore à pontico Abſynthio, quod in Ponto naſcitur apud populos Abſynthios. *Ouid. 5. Triſt.*

ABSYRTVS.

Æetæ Regis Colchorum, & Ipſeæ, ſiue Aſterus filius, Medeæ frater, quem impia cum Iaſone diſcedens membratim diſcerptum circumquaque diſiecit, vt ſequentem ſe patrem in colligendis filij oſſibus occupatum remoraretur; vndè locus ille dictus eſt Tomos, ideſt inciſio, & fluuius, iuxtà quem id fecit Medęa, Abſyrtus vocatus eſt. Lege *Aeata. Medea.* Abſyrti fabulam, ſiue hiſtoriam deſcribit *Ouid. 3. Triſt. eleg. 9.* de hoc *Orpheus Argon. 2. & Apollonius, eorumque interpretes.*

Paruus comes nefandæ virginis. *Sen. in med.* Diuiſus enſe, funus incertum patri, ſparſumq́; Ponto corpus . . . *Ibid.* Quodcumq́; vidit Phaſis, aut Pontus nefas, *ibid.* nempè fratris necem, & dilaniationem. Vulnera, & cędem, & vagum funus per artus. *Ibid.* Medeæ frater, vndè *Ouid. 3. Triſt. 5.* Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui. Abſyrti cædes. *Id. ibid.* Ægialeius, alio nomine.

Digitized by Google

mius, dictus Abſyrtus. *Dict. Poet.*

ABVNDANS.

Ferax,cis. Larga manus. *Virg.* 10. *Aen.* Copioſus. Affluens. Diues pecoris, nummi, auri,&c. Locuples,tis. Exuberans. Hinc

ABVNDANTIA.

Copia. V. *ſuo loco.* Fertile cornu, *Ouid.* 5. *faſt.* Alludit ad fabulam Amaltheæ cornu. V. *infra.* Et lęta cornu prodit ampla copia. Fertilitatis opes, *ex Ouid.* Fertilitas,tis. Feracitas. Copia ruris honorum opulenta benigno Cornu manabit tibi ad plenum. *Hor.* 1. *ad* 17.

Epith. Diues, faſtidioſa, inundans, larga, aurea, abundans copia.

ABYDVS.

Et Abydos Vrbs Aſiæ à Mileſijs condita Gyge Lydorum Rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit, cui Seſtos, ſiue Seſtus in Europa opponitur, intercedente anguſto maris Helleſpontiaci tractu; quem, cùm Aſiam ab Europa diuidat, Xerſes, vt aduerſus Gręcos pugnaret, ponte coniunxit. V. *Xerſes.* Patria fuit Leandri, eiusq; amoribus notiſſima: vbi pariter oſtrea naſcuntur excellentia, vt Archiſtratus apud *Athen. lib.* 3. Vndè oſtrifera dicitur à *Virgil.* 1. *Georg.* Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Abydum, etiam dicitur. Vrbs Abydena, *Ouid.* 1. *Triſt.* 9. Aqua Abydena, pro mari, quo Abydus alluitur, *ibid.* Abydenæ rupes,ſaxa,mœnia,fauces,&c. Fauces Abydi, *Virg. vt ſup.* pro Boſphoro illo,qui Vrbi proximus eſt, haud procul à loco, qui nunc vulgò *Dardanelli* vocitatur. Littus Abydenum. V. *Mare Abydenum,* & *Stat.* 1. *Achill.*

Mare Abydenum. V. *ſuo loco,* à Poetis .n. figuratè ſumitur pro ipſa Vrbe, quam alluit. Leandri patria,tecta,&c. V. *Leander.* Mœnia aduerſaria Seſto, nam è regione, vti dictum, ſita erat Abydos. Abydeni, populi, quos delicijs deditos teſtatur *Athen. lib.* 12.

Mileſiorum Coloni,quod ipſi Vrbem condiderunt, vt dictum.

ABYLA, æ.

Mons excelſus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt oppoſitus, quos ambos Herculis Columnas dicunt, quod olim perpetuo iugo cõiunctos fabulati ſint antiqui, & ab Hercule ſeparatos Oceani parte immiſſa, quæ Mediterraneum mare vocitatur;& tamquam mundi metas poſitas fuiſſe cum illo apophthegmate: *non plus vltra.* Sed ad noſtra; Ad Calpæ radices Tarteſſos Vrbs amœniſſima fuit, vnde Tarteſſiacæ arenæ, aquæ, & huiuſmodi ſępius dicuntur à Poetis.

Herculis metæ, columnæ. *Sil. Ital.* 4. Via facta Oceano. *Sen. infra.* Inde qua lucem premit,operitq; Tethys. *Sen. in Herc. fur.* Vtrinq; montes ſoluit abrupto obice. Et iam ruenti fecit Oceano viam. *Ibid.* His fracta Calpe manibus eliſit fretum. *Id. Her. Oet.* vnum tantùm exiſtimarunt falsò veteres Abylam,& Calpem montem, quo in duas partes diſrupto fretum Hercules immiſerit.

ACADEMIA, æ.

Locus erat nemoroſus, mille paſſus ab Athenis diſtans, in quo Philoſophiam Plato magna diſcipulorum frequentia profeſſus eſt, ab Academo hero ſic appellatus. Schola igitur Athenienſis inferior Academia fuit;Superior autem, cui præfuit Ariſtoteles, Lycęum. Hinc factum vt loca vbi publicè ſcientiæ pertractantur, Academiæ, & Gymnaſia nuncupentur, vulgò *ſtudio di Piſa, di Bologna,* &c. Ex quibus in Italia multæ ſunt; Piſana ſcilicet, Bononienſis, Paduana, Ticinienſis,Romana,Neapolitana,&c. in Gallia Pariſienſis omnium celeberrima, & vetuſtiſſima; in Hiſpania Salmaticenſis palmas obtinet; in Germania quidem penè innumeræ; quod litteras humanitatis, & diſciplinas alias ament; in Belgio multæ ſunt,& celebres, ſic in Anglia, & alibi,vndè Academici poſtea dicuntur, qui huiuſmodi vniuerſitates, (vt appellant) celebrant, & frequentant. Lege *Cic.* de antiquis Academicis, & *Laert. Diogen.* in vitis Philoſoph.

Platonis palęſtra,ludus,&c. Gymnaſia. V. *ſuo loco.* Lyceum, *in eodem loco.* Ariſtotelis cathedra, exedra. Lycea arua. *Ouid.* 3. *met.* Academi ſiluæ. *Hor.* Nemora,rum. Villæ,arbores,&c. Academi delitiæ, horti. Academiaci nexus, ideſt Academicæ quæſtiones, *Plut.* de quibus libros compoſuit Cicero.

Carneades, tertiam inſtituit Academiam, Arceſilas recentiorem à Platone.

Dicuntur etiam memoria noſtra Academiæ loca, quò ſtudioſa iuuentus ingenij ſui partus oſtentat accurrentibus Auditoribus, vt Romæ Humoriſtarum, Sterilium, Fantaſticorum, Venetijs Delphicorum, Peruſiæ Inſenſatorum,Florentię Cruſcantium, &c.

ACANTHVS, i.

Planta hortenſis,& ſilueſtris; hortenſis, inquit *Dioſcor.* à Romanis Pęderota dicitur p. p. nempè branca vrſina, cuius foliorum formas non columnis tantùm, ſed veſtibus intexebant, vndè *Virg.* 1. *Aen.* & circumtextum croceo velamen acantho. Et *Ouid.* 13. *met.* Summus inaurato crates erat aſper acantho. E cuius floribus olim Sertarij texebant corollas,vt ait *Athen* 15. quod ſemper hæc herba floreat;& vt Nicander, Acanthus haud minus quàm populus viuax eſt. Hinc ex acantho Topiaria fiunt, quòd longo folio

margines crepidinũ veſtiat, vt docet *Plin.lib.22.*

Vrbana herba *Id.* Melamphyllum, i, Acanthi genus. *Id.* Silueſtris acanthus, de quo *Virg* 2. 5. Baccæ ſemper frondentis acanthi. Topiaria, æ. *Plin.* Branca vrſina, & Marmoraria, officinis. Harpacantha, æ, *Græca vox*. Pęderota, æ, V. *ſup.* Gramen acanthi, germen, aculei, ſpinas enim in ramuſculis parit ſilueſtris, frondes, herba, &c. vimen.

Acanthus Sidonius, nempè ornamentum ex purpura Sidonia: Hic tibi Sidonio celſum puluinar acantho. *Stat.3. Silu.1.* At Myos exiguum flectit acanthus iter. *Prop.3.Eleg.7.*

Epith. Mollis, ridens, flexus, croceus, rutilus, viridis.

Acanthinum lignum, *Arrian.* Breſilium ſunt, qui interpretantur, ſed falſum, ſi conſiderentur recentes hiſtoriæ, in quibus noui Orbis reperti fit mentio.

ACARNANIA, æ.

Eſt pars illa Epiri, quam ab Ætolia Achelous fluuius ſeparat, ſic dicta ab Acarnane fluuio, quo alluitur; quam ſinus Ambracius mediam circumit; *Solinus* ait, hanc a Pindo, qui Acheloum parit, ſeparari: in hac Vrbes recenſentur:

Leucas, dis, ſeu potius Leucares, æ. Promontorium ad ſinum Ambracium Apollinis templo nobile, à petræ candore nomen habens, cuius meminit *Virg.3. Aen.* Et V. *infra ſuo loco*. Actium, ij, ſunt, qui ponant in hac Epiri parte oppidum cum Promontorio. V. *infra ſuo loco*. Acarnan, is, fluuius eſt regionem irrigans; Hunc Salius ſimul, & Patron, quorum alter Acarnan. *Virg.5. Aen.* Et ſcias à Poetis potiſſimum partem pro toto ſumi, præſertim in prouincijs, & vrbibus flumina pro ijſdem locis, quæ irrigantur elegantiſſimè vſurpari. Amnis Arcanum. *Ouid.8.met.* Achelous, i, Acarnaniæ terminus, V. *infra*. Acarnanes, ium, populi ſunt, qui etiam Abantes, ium, & Curetes, ium, dicti ſunt olim. Aracynthus, mons in Acarnania teſte *Plin lib.4. cap.2.* alibi quoque eiuſdem nominis montes dicuntur eſſe.

ACASTVS.

Peliæ Theſſalorum Regis filius, venator ſagittis clarus, vt innuit *Ouid.* 8. *met.* Hic vxorem duxit Creteiden, ſiue Hippolyten, quę quidem Pelium, ſiue Peleum Achillis patrem, qui ad eum diuerterat, cum deperiret amore; at ab illo ſperneretur, illum marito accuſauit, quòd ab eo ad adulterij crimen fuiſſet prouocata. Quem Acaſtus tanquam ad venationem in Pelion montem eductum ex vrbe illic penitus inermem reliquit, vt à feris interimeretur. Atqui Mercurius, vel, vt alij putant Chiron, iuueni opitulatus, enſem dedit à Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit, atque in vrbem reuerſus, Acaſtum cum vxore de medio ſuſtulit. Hic mortali, & vt dicitur, Vatiniano odio inſectatus fuit Medeam, necem patris ſui in ipſa vlturus, & ob hanc cauſſam Corinthijs bellum indixit, ſi eam fouiſſent. V. *Pelias.*

Peliæ filius, genitus, natus. Pelia ſatus, generatus, &c. Peliades, æ, à patre. Æſonis nepos; nam Pelias frater fuit Æſonis, qui Iaſonis fuit pater. Æſonius nepos. Iaſonis patruelis. *Cugino carnale*, nec vt te cęde cognata inquines: Medea loquitur ad Iaſonem. *Sen. in med.* Creo, atq; Acaſtus arma ſi iungant ſua. *Ibid.* Hippolytes coniux, vir, &c. ſiue Creteidis. Regna Theſſalica obtinens ſenio trementem debili, atque ęuo grauem patrem peremptum queritur, quem Medeas interfecerat. *Sen. ibid.* Sumit ab Æmonio purgamina cędis Acaſto. *Ouid.11. met.* Narrat penè datum Pelea Tartaro Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens, &c. *Hor. 3. 7.* vbi à Lambino oſtenditur Peleum fuiſſe Achillis patrem, qui iuuenis quod fratrem necauerat ad Acaſtum confugerat, vt cędis purgamina ſumeret. V. *Peleus.* Progenies Peliæ. *Ex Val. Flacc.*

ACCIDENTALIS.

Quod caſu venit. Fortuito, pen. communi. Fortuitos ortus, ſurgentibus aſtris. *Manil.1.aſtr.*

ACCIPITER, is.

Cuius auis plurima fuerunt apud Ægyptios Hieroglyphica, lege *Pierium lib.21.* per totum. fęcundiſſimus eſt Accipiter ad prolem, nitet acie oculorum penè aquilina, vtpotè qui Solis radios intueri non extimeſcit, vndè etiam fit, vt medici ad oculorum morbos Accipitrinæ herbæ vtantur beneficio: qui etiam cum Sole conſenſu etiam tranſit ad metalla: ſiquidem oſſa ferunt ex eius tibijs admota auro, illud, veluti à magnete ferrum, ad ſe attrahere. Puluis, in quo ſe volutauerit; lino rutilo inuolutus, colloq; adligatus quartana laborantis; efficaciſſimum dicitur remedium ad eam fugandam. Sanguis eſt appetens, ideo Marti Sacer, ſub cuius imperio, vt Aſtronomi referunt, ſanguis eſt. Tria ferè parit oua fęmina Accipiter, ſed vno ſelecto, alia frangit, reijcitq; à fomento, in quo dicitur vngues amittere, veluti pennas galinæ fouentes oua, & clocitantes. Victoriæ ſymbolum Accipiter. V. *victoria*, hinc ſolitus Darius, qui ſibi totius orbis victorias proponebat, pallam geſtare auro diſtinctam, quam aurei accipitres tres veluti roſtris in ſe concurrerent, adornabant litteris ΝΙΚΗΤΙΚΩΤΑΤΟΣ, inter alas, & ſingulorum caudas diſpoſitis. Celeritatis etiam Hieroglyphicum, lege *Pierium, & Aelian. & Plin.* qui ſexdecim accipitrum genera eſſe ſcribit; quos numquam manſueſcere concludit; ſed tamen inſtitui. Lege *Geſnerum* in nomenclatura volatilium.

Accipiter nidarius. Accipiter ramarius. A. campeſtris, qui perdices, lepores, & picas infeſtat. A. Anatarius, qui in lacubus, riuis, & lacunis venatur. *Bud.* A. palumbarius. Falco co umbarius, ſparuerium nuncupant vulgò. A. tinnunculus, quod alas tinnunculi inſtar extendit, ventiletque. A. Ægyptius, magnitudine coruum referens, capite miluium. Volucris rapto quæ viuit. *Ouid.* 11. *met.*

Ales ſacer, quod Marti ſacer, vel alia de cauſſa. *Virg.* 11. *Aen.* Quam facilè accipiter ſaxo ſacer ales ab alto conſequitur pennis, &c. Huic bellum eſt internecinum cum aquila. Nulli aui ſatus æquus. *Ouid.* 11. *met.* Auidosq; timet, quibus hęſerat vngues; antonomaſt. *Id.* 6. *met.* Prędator, & prædatrix ales, auis, volucer, &c. Raptor auis. Venans in aere. Cæde palumbibus infenſus, hoſtis. Vrgens trepidas columbas. Acer pennis, & curuis vnguibus ales. Qui ſemper viuit in armis. Martis auis ſacer, ſacra, &c. Libratis venatur in aere pennis. Qui dirus in omnes ſæuit aues. Prędo volucrum famulus. *Mart.* 14. 216. quod obediat aucupi, dum in venationem mittit.

Huius genera. Triorcha, æ, à numero teſtium. Æſalo, is, *Ariſt.* Buteo, is; Idem cum Triorcha. Accipiter fringillarius, hic Niſus, i, dicitur nonnullis. Falco, is, vt ſublime volans tenuem ſecat aera falco. *Alciat. in emblem.* V. Smerillus, i. *Geſner.* apud quem alia multa. Circus, ſiue ſtellaris, quod celerrimi ſit volatus. Halięctus, eſt idem Niſus. *V. N.* Apollinis pernix nuncius. *Hom. Odyſſ.* 14.

Epith. Aduncus vnguibus, crudiuorus, latiuolus, velox.

ACCVSATOR, is.

Accuſator, is. Delator, is, qui defert. Meq; rerum dempto fine cruentus agas. *Ouid.* 3. *Triſt.* 11. Qui ſcelus retegit. Criminator, is. Quiq; nouis terret criminibus, *ex Virg.* 2. *Aen.* Inuaſor, is. Qui lędit crimine. Inſimulator, is. Falſis ne perge querelis incuſare tuis, Nomen, qui crimine maculat.

ACEDIA, æ. V. *Ignauia.*

ACETVM, i.

De quo lege *Athen lib.* 2. optimi aceti genera recenſentem; adagio tamen fertur; ex optimo vino, optimum fieri acetum. Et *Varro* docet, radicem betæ contuſam in dolium vini conijciendam, qui acetum trium horarum ſpatio verſum deſiderat: ſin verò reſtituere vinum maluerit, braſſicæ radicem eodem modo pręcipit (vel quis alius) immittendam. Ægyptium, Gnidium, Sphettium, Cleonęum, Decelicum; à locis acetum. *Ath.*

Acre merum, Corruptum vinum, Acetaria, orum, ſunt herbæ aceto, oleo, & ſale conditæ ad excitandam orexin aptæ. Heraclides Tarentinus in conuiuio ſcribit acetum foris adhibitum, externas partes, intro ſumptum ventrem adſtringere, tumores autem diſcutere, &c. apud *Ath. lib.* 2. Amphora Niliaci aceti. *Mart.* 13. 122. O quàm magnus homo es, qui fęce rubent is aceti. *Id.* 11 *Epig.* 57.

Epith. Immite, mordax, turgidum, &c. Omphacium, ij, *ſugo di agreſta.*

ACHAIA.

Duplex huius nominis regio in Gręcia, de qua variè ſentiunt ſcriptores. Achaia eſt vna, quæ vndiq; circumſcripta mari, pręterquam à Septentrione, cuius caput eſt Corinthus: ita dicta ab Acheo Iouis, ſiue Xuthi filio, quæ primò *Danaa* Herodoto dicta fuit, à Danao Argiuorum Rege, vndè Græci paſſim Achęi, Achiui, Danaiq; dicti ſunt. Deindè *Aegialaa*, à Rege Ægialęo dicta, ſiue *Aegialos*, teſte *Plin.*: & hæc *Peloponneſus* propriè dicta. V. *inferius loco ſuo*, vbi multa. Quæ quod etiã Ionio mari cingitur, *Ionia* pariter dicta fuit.

Altera *Achaia*, de qua nunc loquimur, eſt à Peloponneſo ſinu Attico, & Iſthmo diuiſa, quæ ab ortu Solis partem Ægęi maris, ab occaſu Epirum, à Septentrione Macedoniam, à meridie Peloponneſum habet obiectam, Iſthmo coniunctam: & hæc *Hellas* dicitur *Ptol. Mera Grecia. Plin. Iun.* Et in hac nouem regiones recenſent coſmographi quæ ſunt.

Doris, dis, ſic dicta à Doro Neptuni, & Alopes filio, vel à Doride Nympha maris; iuxtà ſinum Maliacum à tergo habens Oetam montem, & Parnaſſum. Vndè dicti Dores, populi, hinc Doricus. Dorica lingua. Dorica caſtra. *Virg.* 7. *Aen.* vbi pro ipſa Gręcia ſumitur. Doris, Vrbs primaria ipſius regionis. Ætolia. V. *infra ſuo loco.* Locris. Phocis. Boeotia. V *ſuis locis.* Aulis. Attica. Megaris. V. *Megara.* Aræthyrea, quæ etiam Aſophis dicitur *Hom. Plin & Strab. lib.* 8.

Vrbes Achaia.

Acarrha, *Steph.* Vrbs in Achaia. Panormus, Promontorium Ach. cum opp. Patræ, Vrbs Achaiæ iuxtà Olenum, quę ante Aroe dicebatur, B. Andreæ Apoſtoli paſſione celebris. Olenus, Vrbs Bœotiæ. V. ſuo loco in regione illa.

Fluuij celebres Achaia.

Iſmenus. Aſopus. Euenus. *V. ſuis locis.* Qui etiam Lycomas dicitur; qui quod Ætoliam quoq; pręterfluit, eidem quoq; tribuitur regioni.

Montes.

Parnaſſus. Helicon. Hymettus. Cytheron. V. *ſuis locis.*

Synonyma.

Acheia, & Acheïa tetraſyllabum. Vrbes Achaicæ. *Ouid.* 3. *met.* Vrbes Achęides, vel Achaides. *Id.* Hel-

Hellas,dis,nomen genericum Regionis. Achais, dis,*Ouid.* 5.*met.*vbi ſubauditur tellus,ora, terra, humus. Achęis terra. *Hom.* Vrbes exteriusve ſitæ bimari ſpectentur ab Iſthmo. *Ouid.6. met.* Tellus Achiua. *Id.* 1.*Pont.*5. Humus Achiua. *Id.* Achaica rura, *Sil It.*14. Hinc

Achiui, ſeu Achęi pop. Locri, Opuntij, Attici, Dores. V. *Gracia*.

ACHELOVS, i.

Fluuius Gręciæ nempè in Epiro eſt,è Pindo monte. Acarnaniam diuidens ab Ætolia;in quem Poetæ fabulantur Acheloum Oceani,& Terræ; ſeu Tethios (teſt. *Seru.*) ſiue Solis, & Terræ,vt alij volunt, filium conuerſum fuiſſe. Hic enim cum Hercule duello certauit pro Deianira Oenęi Calydoniæ Regis filia;ſed videns Herculem fortiorem, ſe vertit primò in ſerpentem; deindè in taurum, cui Hercules amputauit cornu, quod Amaltheæ, ideſt copiæ fortunæ comiti datum eſt.Tandem ab Hercule victus ſe in ſui nominis fluuium gemino cornu in mare profluentem occultauit. Lege *Ouid.*8.*met.* & 9.

Calydonius amnis. *Ibid.* à Calydone vrbe, propè quam perfluit. Acheloi liquor. *Prop.*2.*eleg.*33. Naupacteus amnis, ex *Ouid.* quod ad Naupactum Vrbem (nunc *Lepanto*) in mare ſe exonerat. Naupacteus ſinus, *Golfo di Lepanto*. Ætolus fluuius, quod Ætoliam perſecat, ſic amnis, flumen,&c.Thoas,tis. *Straboni* dictus,& *Herod.* Theſtius. *Plut.* Axenus. *Id.* Acheloides vndæ. *Ouid.*5.*met.*Sirenum littora.*Tib.*4.1. V.*Sirenes.* Fumantes ſcopuli ſulphure Sirenum Acheloiadum. *Ouid.*14.*met.* Et Herculea turpatus gymnade vultus Amnis adhuc imos, vix truncam attollere frontem auſus aquis,glaucoq; caput, &c. *Stat.* 4. *Theb.* 106. Fluminis vis alticornis, *ex Gracis*. Quadrupedis ſpectrum tauri. *Sophocl.* Pro me gerebat bella, propter me vagas Achelous vndas ſanguine infecit ſuo, cum lenta ſerpens fieret, &c. *Sen. in Herc. Oet.* Acarnanum flumen. *Mant.* quod etiam Acarnaniam perſecat.

Echinadæ, ſiue Echinades, Inſulæ ſunt ex aduerſo oſtij Acheloi fluminis natæ ex arena, & limo impetu Acheloi conuecto. Lege *Plin.lib* 2.*cap.*85. & *Stat.* 2. *Theb.* Turbidus obiectus Achelous Echinadas exit. V. *ſuo loco*. Luctator fluuius. *Sidon.*

Epith. Turbidus,tumens,deformis,vndoſus,argenti vortex,ex *Heſiodo*.

Deianiræ procus. Quòd illam quoq; adamauerit aduerſus Herculem. Herculis riualis. Dominus aquarum Ætolicarum. Ex *Ouid.*9.*met.* Falſum qui verſus in anguem Arma aliena mouit. *Ib.* Huius deſcriptio apud *Sophoclem*. Acheloia arua,nempè Calydonia. *Stat.*1.*Theb.* Hinc

Achelous Heros, nempè Tydeus,de quo ſuo loco.Tauriformis fluuius,amnis,ex *Hor.*4. *od.*14.

ACHEMENES.

Scribitur autem Achęmenes Rex Perſarum ditiſſimus, à quo poſtea reges omnes vſq; ad Darium ſubſecuti *Achamenes* dicti,indè *Achamenij* Perſæ vocitati. V.*Perſis*. Et *Achamenia* Pars Perſidis. Ægei filium faciunt: ſed cuius Ægęi non conſtat.

Num tu,quæ tenuit dites Achæmenes, aut Pinguis Phrygiæ,Mygdonias opes,&c. *Hor.*2.12. Hinc Achæmenium coſtum. V. *vnguentum.*

Achæmenij (*Lactant.*) dicuntur, vbi Apollinem Solem dicunt, cuius & ſacrorum ritus inueniſſe dicuntur.

Achęmenes fuit pater Cambyſis, hic Cyri; Cyrus Teiſpei;hic verò Ariaramnis;qui pater Arſamnis fuit; & hic Hyſtaſpis; Hyſtaſpes pater Darij; Darius verò Xerſis, qui expeditionem aduerſus Gręcos duxit. Ex *Herod lib.*7.

ACHERON, tis.

Fabuloſus inferorum fluuius, in quem conuerſum fuiſſe comminiſcuntur Acherontem Cereris filium abſq; patre, quem cùm in abdito Cretæ ſpecu peperiſſet (is autem lucem aſpicere non auderet) ad inferos defluxit, ibiq; infernalis fluuius effectus eſt. Alij Titanis,& terræ filium faciunt,& à Ioue ad inferos deiectum, quod ſitientibus Titanis lympidas pręſtitiſſet aquas. Multi ſunt autem huius nominis fluuij in Epiro; in agro Brutio, vbi Alexander Moloſſorum Rex à Lucanis trucidatus eſt Dodonęo deceptus oraculo,quo iubebatur Acheruſiam aquam, & Vrbem Panduſiam cauere; in Italia, in Heraclea Pontica. Sed nunc fabuloſum intelligimus. Qui ſic dictus, quod, vel gaudio careat, vel dolore, ac triſtitia abundet. Seruius ſcribit hunc eſſe locum in Campania montibus adeò ſeptum,vt nec orientem, neq; occidentem Solem poſſit aſpicere: ſed lacui Auerno id potius conuenire affirmarem, tu lector expende.

Amnis Eumenidum, à furijs accolis. *Virg.*6. *Aen.* Flumina infera,*Ouid.*1.*met.* Fontes Acherontei. *Claud.*2. *de raptu*. Flumina Stygij Regis. *Virg.* 10.*Aen.* Strepitus Acherontis. *Id.* Vnda Tartarei Acherontis. *Id* & *Prop.*3.3. Acherontis plagæ. *Sen. in Hipp.* Turpis amnis. *Prop.*4.6.

Acheruſia eſt Palus inter Capuam, & Auerſam per aperta plana propè Cumas diffuſa. Eſt alia in Ægypto. Lege *Dionyſ.Alicarnaſſ. lib.*1.Item lacus in Teſprotia in Epiro, vnde Acheron fluuius Epiroticus emanat. Sed à Poetis aliquando confunduntur.

Gurgites Acheruſij. *Pont.* Soonautes. *Apoll. Arg.* 2. Acheruſis,dis. *Val. Flacc.* Specum fortaſsè intelligit iuxtà Heracleam Vrbem Ponticam in

lit-

littore maris Euxini; ad manes vſq; peruius, ex quo Cerberum ad ſuperos tractum incolæ memorant. Acheruſia templa, *Lucret.* 3.

Epith. Auarus, Tartareus, imus, aduſtus, varicoſus, profundus, mœſtus, nefaſtus, durus, ferox, perennifluus, ater, languidus Acheron, Cęruleus. A *Virg.* 7. *Aen.* ſumitur Acheron pro ipſis inferis. Sic: Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. Domus lacrymabilis Acherontis. Ex *Grae.*

ACHILLES, is.

Vel Achillei in genit. Gręcorum omnium fortiſſimus fuit Pelei ex Thetide marina nympha filius, quem adhuc infantem à matre Stygijs vndis immerſum fabulantur Poetæ; & ita inuulnerabilem toto corpore factum, pręterquam ea parte pedis, qua comprehenſus à matre fuerat, dum ablueretur. Puer Chironi primũ hominum Theſſalo iuſtiſſimo traditus fuit educandus, à quo medullis animalium, & carnibus ex venatu, non autem cibis noſtratibus fuit enutritus; tum medicinam, militarem diſciplinam, ac muſicen edoctus. Phœnici deindè traditus fuit in reliquis erudiendus. Adoleſcens inter Lycomedis Regis filias furtim occuluit, quò à matre fuerat oraculo docta, illum in Troiana expeditione periturum, amandatus, & ne proderetur etiam muliebri indutus habitu; vbi cùm aliquandiù delituiſſet Deidamiam Regis filiam vitiauit, ex qua Pyrrhum ſuſcepit. Poſtremò tamen ab Vlyſſe ad bellum ire aſtu compulſus, in eo multa pręclariſſimè geſſit, vt in tota Homerus cecinit Iliade, Memnona interfecit, Troilum, alioſq; multos; Briſeidam à ſe in Lyrneſſo oppido captam adamauit, ob quam ſibi ab Agamemnone ereptam iratus diù à bellando abſtinuit; donec Patrocli morte concitatus ad vltionem amici interfectorem Hectora interemit, quem currui alligatum, ter circum vrbis muros raptauit. Corpus verò Priamo patri vendidit. Verùm cùm Polyxenam eiuſdem Priami filiam ob pulcritudinem deperiret, dum nuptias cum illa parat in Apollinis Thymbręi templo à Paride iaculo, vel ſagitta fuit pede traiectus; ſiue potius interceptus inſidijs ibidem interfectus. Sepultus deniq; à Gręcis in Sigęo Troiæ Promontorio. Lege *Homerum* eius encomia prędicantem.

Pelides, e, à patre Peleo. *Virg.* 2. *Aen.* Æacides, æ, ab Æaco auo. *Id.* 1. Iouis pronepos, nam Æacus Iouis fuit filius. Filius Thetidis. *Hor.* 1. *od.* 8. *&* 4. *od.* 6. Puer natus Thetide. *Id. epod.* 13. Thetide æquorea generatus. *Hom.* Iouis, Æginæq; nepos, Æginæ, quæ Æacum Ioui genuit pronepos. Nereius nepos, ob Thetidem Nerei filiam eiuſdem Achillis matrem. *Hor. epod.* 17. Nereius Heros, ob eamdem cauſſam. Pelei natus, *Sen. in Troad.* Pelei, Thetidiſq; natus. *Id. in Agam.* Nerei nepos. *Hor. epod.* 17.

Ligyron, Pyriſleon, nomina Achillis apud *Lycophron.* quo blandè à parentibus vocitabatur, Ligyron, quaſi electrum; ſiue potius in voce acutum (muſicen enim didicit, vt ſupr.) Pyriſleon, igneum, ſiue ignitum leonem; quæ potius agnomina dici poſſunt, vt vulgò nos etiam appellare conſueſcimus aliquos agnominibus è vitio, vel virtute aliqua deductis.

Typhon Pelaſgus. *Lycoph. in Caſſ.* Fulmen formidoloſæ pugnæ. *Id.* Audax maritus Deidamiæ. *Oppian.* Theſſalus, Antonomaſt. *Ouid.* 2. *eleg.* 8. Barbaræ poſtquam cecidere turmæ Theſſalo Victore, & ademptus Hector, &c. *Hor.* 2. *od.* 4. Theſſalus heros, à regione. Theſſalus Dux. *Sen. in Troad.* Theſſalicus *ibid.* Lariſſęus Dux, ab Vrbe, in qua dominabatur. Phtius vir, à patria. *Prop.* 2. 10. vel 13. Progenies Phethiæ clara. *Catull. in Nupt. Pel.* Æmonius vir, *Ouid.* 1. *de arte*, à regione, quę eſt in Theſſalia. Puer. *Id.* 5. *Faſt.* Heros. *Id.* 2. *eleg.* 9. Heros vati celebratus Homero. Priami Regnorum euerſor, *Virg.* Nobilis Centauri grandis alumnus, *Hor. epod.* 13. Qui dedit Hectora letho. Decus, & tutela Pelaſgi nominis. Caput inſuperabile bello. *Ouid.* 12. *met.* Suiq; victor operis exemplum horruit, cùm enim Achilles vidiſſet Memnona Auroræ filium à ſe interfectum expauit; didicit enim ſe quoq; Thetide natum mortalem eſſe. *Sen. in Troad.*

Genere, qui mundum ſuo ſparſus per omnem; Cœlitum Regnum tenet. Nam in æquore propter matrem, in inferis propter Æacum auum iudicem; in Cœlo ob Iouem, cui pronepos. *Id.* Pyrrhi pater, *ex hiſt.* Deidamiæ furtiuus puer, iuuenis, amaſius, &c. Ingens vmbra Theſſalici Ducis, *Sen. in Troad.* Vbi multa de Achille. (*v.* 178.) Qui Neptunium cana nitentem perculit iuuenem coma. *Ibid.* ideſt Cycnum Neptuni filium. Quiq; inter acies Marte violento furens, Corporibus amnes eluſit, & quærẽs iter Tardus cruento Xanthus errauit vado. *Ibid. & alia:* Abſtulit cita mors Achillem. *Hor.* 2. *od.* 16. Sub flore enim ætatis perijt. Qui omne malum belli vino, cantuq; leuabat, ex *Horat. epod.* 13. lege *Lambin.* Vis egregia audacis Æacidæ. *Q. Calab.* Filius æquoreæ Thetidis, *Euripid.* Ardens lupus, *Lycoph. Caſſ.* Coniux futurus Iphigeniæ. *Id.* cui illa fuerat deſponſa, antequam apud aras mactaretur in Aulide. Mons aereus, *Theocr.* propter arma, quibus indutus. Cùm tamen ille ferox, belloq; cruentior ipſo Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles. *Ouid.* 12. *met.* Neptunus loquitur ad Apollinem. A timido victus Graiæ raptore maritæ. *Ibid.* nempè à Paride.

Digitized by Google

de. Iam timor ille Phrygum, decus, & tutela Pelaſgi Nominis Æacides, &c. *ibid.*

Achillis arma cuinam ex Græcis contingerent diſceptatio eſt apud *Ouid. lib.* 13. *met.* Qu Telephum ſauciauit,& ſanauit. V. *Telephus*. Vt, Lariſſea curatur Telephus haſta. *Q. Seren.* Scribit autem *Plin.* Achillem herbam ab Achille inuentam fuiſſe,qua vulneribus medebatur; & illa Telephum ſanaſſe dicunt;ſiue ærugine. Lege *eumdem, lib.* 34. Patroclo carus, Mœnetiadæ carus. *Hom.* quem patri pollicitus eſt ſoſpitem ſe reducturum ex Troiana expeditione; quod tamen preſtare non potuit. V. *Patroclus*. Nec non exanimem amplectens Briſeis Achillem Candida veſana verberat ora manu; Et dominum lauit mœrens captiua cruentum,&c. *Prop.* 2. *eleg.* 9.

Dominus Briſeidos. *Ex eod.* Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulcri. Quam fuerant Phthij buſta cruenta viri. *Prop.* 2. *eleg.* 13. Oppidum enim, Achilleon, dictum in Sygeo Promontorio ad Achillis tumulum, in cuius memoriam à Mytilenis conditum fuit. *Plin.* 5. *lib. cap.* Æmoniæ dextræ lancea, ſcilicet Achillis: Troilon Æmoniæ deprehendit lancea dextræ. *Stat.* 2. *Silu.* 6. Euerſor Aſiæ, *Stat. Achill.* Magnæ vaſtator Troiæ, *Ibid.* Exitium Troiæ, *Ouid.* 13. *met.* Dolopum Dux, & Myrmidonum. *Hom.* Thetidis proles. *Sil. It.* 7. Chironis alumnus. *Stat. in Achill.* Virgo Peleia, cùm ſub fœmineo latuit habitu, inter Lycomedis filias, *ibid.*

Achillis coma pulcherrima, & flaua, quam ipſe Sperchio dicarat amni; quam tamen in Patrocli funere ſibi doloris cauſa totondit. Et quam Sperchio tumidus ſeruabat Achilles. *Stat.* 4. *Silu.* 4. *eumdem* lege *Achilleidos* 1. *&* 2. Peleius Heros. Ex *Hom.* 1. *Iliad.*

Epith. Illuſtris, vento ſimilis, magnanimus, inclytus,impauidus, *ex Græcis*, pedibus velox, pedibus celer, immitis, ſæuus, Lariſſæus, Æquoreus, armipotens, animoſus, ſanguinolentus, &c.

ACIES, ei.

Triplicis ſignificationis vocabulum, vel ad oculolorum acumen ſpectat. V. *oculus*. vel ad ferri. V. *ferrum*. hoc tantùm in hoc loco tractamus, quod ad agmen ſpectat; quid autem differat apud Grammaticos inter agmen, & aciem, illos conſule. Quo pacto inſtrueretur acies apud Romanos olim, edocet *Liuius lib.* 8. & *Roſinus* repetit *lib.* 10. *cap.* 14. *Polybius*, necnon alij, qui de re militari ſcripſerunt. Hoc certum eſt in tres maiores partes potiſſimum inſtrui ſolitam aciem, in haſtatos, ideſt leues milites, ac ſcutatos, in quibus omnes in militia pubeſcentes conijciebantur; in Principes, quos vnà cum ſcutatis Antepilanos vocabant; In Triarios, qui tres partes habebant, quarum vnamquamque primum pilum vocabant; cum ſingulis vexillis, & hæ tres partes vocabantur Lorarij, Accenſi, & Triarij; vndè adagium, ad Triarios res deducta; cùm in diſcrimine extremo erat victoria. Sed ſtudioſi conſulant hiſtoricos. V. *exercitus*.

I .

Agmen, is. *Virg.* Ferratum agmen, ideſt acies inſtructa. *Hor.* 4. 14.

Epith. Stipatum, armatum, denſum, clypeatum, ferrificum, ſuccinctum pharetris, lunatum, totumq; inſignibus armis agmen. Pilataq; plenis agmina ſe fundunt portis, *Virg.* 12. *Aen.* Campo ſtetit agmen aperto, *Id.* Curſuq; inimica fatigat agmina, *Id.*

Epith. Fortiſſima, armata, condenſa, nemoroſa, denſa, terrifica, tremefacta agmina.

Exercitus, us. V. *ſuo loco*, vbi multa. Manus, us, *met.* Aſt manus interea muris Troiana propinquat. *Virg.* Examen iuuenum. *Hor.* 1. *od.* 39. Turmæ equitum. *Id.* 2. *od.* 1. Phalanx, gis, quid eſſet V. *in exercitu*, & iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat. *Virg.* 2. *Aen.*

Epith. Animoſa, belligera, dira, vexilligera, numeroſa phalanx.

Cohors, & Cohortes, V. *exercitus*.

Epith. Bellatrix, armigera, numeroſa, furiata, pilata, pilis armata, valida. ærata, Pharetrigera cohors.

Caterua, æ, *Virg.* 6. *Aen.* Rebar, & hoſtiles huc adueniſſe cateruas, *Stat.* 4. *Theb.*

Epith. Armiſona, armifera, ærata, ſpumans cæde; florens ære, fulgens, enſifera, multiſona caterua.

Legio, is, V. *ſuo loco*, vbi multa. Nimbus peditum, *Virg.* 7. *Aen.* Seges Mauortia, *metaph. Claud.* 1. *de Honor. Conſul.* Seges Clypeata. *Ouid.* 3. *met.* Globus virum. *Virg.* 3. *Aen. & Stat.* 3. *Theb.* Cuneus, i. In ſimilitudinem cunei acies inſtructa. Lege *Gellium.* Armatorum cunei, *Virg.* 12. *Aen.* Turbati cunei, calefactaq; turba tumultu Agmen agit denſum, cuneis ſe quiſque coactis Agglomerat. Denſa moles, ſubaudi militum, dixerat, atque animis pariter certantibus omnes dant cuneum, denſaq; ad muros mole feruntur. Alæ peditum. *Virg.* 12. *Aen.* Moles denſa virorum. *Ibid.* Seges ferrea. *Ibid. & Luc.* 1. *Pharſ.* Homines denſi acie, atque horrentibus haſtis. *Virg.* 10. *Aen.* Pubes Martia. Ferrea tempeſtas, *metaph.* Turba equitum, V. *equitatus*, & ibi multa. Caſtra, orum, continens pro cont. V. *ſuo loco.* Fulgentia ſignis caſtra. *Hor.* 1. *od.* 7. Fortis armigeri cohors. *Sen. in med.* Armigerumq; cohors, *ibid.* Signa, pars pro toto, Auguſti fortia. Signa, *Prop.* 3. 10. Denſi hoſtes, *Virg.* 2. *Aen.* Copiæ, arum, V. *exercitus*. Manipulus, & maniplus, per ſyncopen. Conuocat armatos ex templo ad ſigna maniplos, *Luc.* 1. *Pharſ.*

Epith.

Digitized by Google

Epith. Rigidus, crudelis, ferox manipulus.
Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen. *Tib.4. 1.* Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus. *Prop.4.el.6.* Denſis acies ſtipata cateruis.*Virg.* Stetit ordine certo infelix acies. *Id.* Ordo:vt nouis ſit Doricus ordo ſub armis. *Stat. 4. Theb.* nempè acies Dorica.
Epith. Fraterna, conſanguinea, pedeſtris,ærata,funeſta,præliaris,Martia,trepida,vltrix, belligera, hoſtilis, lunata acies.

ACIS.

Fauni, & Simęthidis Nymphæ filius pulcherrimus paſtor Siculus, quem cùm Polyphemus amaret, at ab eo aſpernaretur, iacto ſaxo percuſſit, cuius Galatea, quem vehementer deperibat, gigante aſpernato,qui eam inſequebatur, miſerta in fontem eius nomine retento permutauit; qui ex Ætna monte oriens in mare Siculum defertur tanto decurrens impetu, vt indè fuerit appellatus Acis, nempè ſagitta. Ex huius ripis dicitur, Vlyſſem ſaxo petiiſſe Polyphemus, dum ille cum ſocijs, (oculo iam Giganti aduſto cum ſtipite adempto) clam ex eius manibus elapſus, mare nauigabat. Fabulam huiuſce conuerſionis habes apud *Ouid. lib.14. met.* & apud *Sil. Ital. 14. ver. 222.*
Preterit & ripas herbifer Aci tuas. *Ouid.4.faſt.* Simæthius Heros. *Id.14. met.* Latitans ego rupe, meiq; Acidis in gremio reſidens, &c. *Ibid.* Galatea loquitur. Galateæ puer,amaſius. *ex Hiſt.* Puer Sicanus. *Calent.* Fauni filius. *ex Hiſt.* Simæthide natus. *ex Ouid.* Simæthius amnis, fons, fluuius. *ex eod.* Simæthides vndæ, ripæ. *ex eod.* Quiq; per Ætneos Acis petit æquora fines. *Sil. Ital.14. & ibi alia.*

ACONITVM.

Herba venenifera, quam è Cerberi ſpuma natam fabulatur *Ouid.7. met.* V. *Venenum,vbi multa. Sen.* verò *in Medea* ex Promethei ſanguine ad Caucaſum montem interfecti proueniſſe comminiſcitur; vtrumque tamen ſentiens. Quæ fert opertis hieme perpetua iugis ſparſus cruore Caucaſus Promethei. *Id. in Herc.Oet.* An te reliquit Stygius in terris canis? Alij dicunt ſic appellatam herbam, quod in Aconis naſcatur, qui locus eſt circa Heracleam Ponticam, vbi aditus ad inferos monſtratur. *Plin.lib.27.* Siue quod ibi cotes multæ, vbi naſcatur aconitum, à cote dictum apud Græcos. Qui ſe rutæ eſu premuniunt nihil ab aconito offenduntur, vt ait *Ath. lib.3.* qui illud etiam in Aconis naſci apud Heracleam teſtatur.
Heracleis, dis herba. *ex Ath.* Spuma Cerberi. *ex Ouid.* Spumæ Cerbereæ. *ex eod.* Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. *Ouid. 1. met.* Quæ quia naſcuntur dura viuacia caute Agreſtes aconita vocant. *Id.7. met.* Atqui nec herba, nec latens in aſperis radix fefellit me locis. *Hor. epod. 5.* vbi aconitum intelligi nonnulli interpretantur.
Epith. Pallidum, dirum, viroſum, Stygium, luridum, Scythicum.
Huius in exitium miſcet Medea quod olim Attulerat ſecum Scythicis aconiton ab oris. Illud Echidnææ memorant è dentibus ortum Eſſe canis,&c.

ACRISIVS.

Abantis Arginorum Regis filius, & Pater Danaes Iouis amaſiæ. Patri ſucceſſit in Regno vnicam filiam habens, cuius per filium cùm ex oraculo ſe periturum didiciſſet; illam in turri ſepoſuit, ac ſeruari iuſſit,ne quis ad eam accederet. At in eius gremiũ Iupiter in aurum pluuium verſus è tegulis ſe dimiſit, à quo prægnans facta eſt. Quod cùm pater cognouiſſet expectato partu, matrem vnà cum infante Perſeo in arcam incluſit,& in mare proijciendam curauit. Sed à Dycte quodam piſcatore repertam, ad Seriphi Regem detulit. V. *Danaes, & Perſeus.* Qui demum adultus cum Gorgonis capite in patriam reuerſus Prœtum patruum Acriſij aui fratrem, qui illum Regno deturbarat, in ſaxum conuertit,Regnumq; auo reſtituit, quem diſco aliquando ſecum ludens incautus interemit. Alij dicunt ab ipſo Perſeo auum quoque in ſaxum conuerſum.
Abantiades. *ex Hiſt.* Prœti frater. *ex ead.* Abante ſatus. Abantis filius. Danaes pater. Perſei auus. *ex Hiſt.* Pauidus Danaes cuſtos. *Hor.3. od.16. Lege totam.* An ſatis Acriſio eſt animi contemnere vanum Numen, & Argolicas venienti claudere portas? *Ouid.3. met.* Baccho enim venienti clauſit portas vrbis Acriſius,neq; illius ſacra voluit admittere. Eurydices Lacedemonis filiæ coniux, vir, maritus. *ex Hiſt.* Diues auri, *Sophocl.* qui ait Acriſium ex auratis vaſis, & ex argento ſolido bis ſexaginta pocula habuiſſe, *teſte Athen. lib.11.*

ACROCERAVNIA. V. *Epirus, & Ceraunia, vbi multa.*

ACTA, orum.

quæ vulgo dicuntur, *auuiſi,nuoue,&c.*
Publica monumenta. *Ouid.1. Pont.1.* Rumor; dum venit huc rumor. *Id. 3. Pont. 4.* Nouitas cunctarum gratiſſima rerum. *Ibid.* Fama. V. *ſuo loco.* Vox publica famæ. *Poet.*
Acta Senatus. *Suet.* quæ alio vocabulo dicuntur: Commentarij Senatus. *Tacit.* Hypomnemata. *Græc.* Erant autem acta Senatus, vbi breuiter inſcriptum erat quicquid apud Patres dictum fuerat in Senatu. Horum origo à Iulio Cæſ. fuiſſe, cenſetur Lipſio; quæ ne publicarētur edixit Au-

guſtus; conficiebat autem ea quiſpiam è Senatoribus, vt ſcilicet Patrum arcana, qui non ex illis eſſent, ignorarent.

Acta populi, quæ alia diurna, alia fuiſſe publica refert idem *Lipſius*, Diurna, quæ in dies conficiebantur. Publica, quæ ad res publicas pertinebant: & hæc etiam. Vrbana nuncupabantur, quæ continebant res, rationesq; populi, iudicia publica, ſupplicia, comitia, ædificia, natiuitates, illuſtres mortes, matrimonia, diuortia, &c. è *Lipſio*.

ACTE. V. *Attica*.

ACTEON, is.

Filius Ariſtæi ex Autonoe. Venationi plurimum deditus, qui cùm ſe aliquando reciperet ad Gargaphiæ vallem ex venatione laſſus ad limpidiſſimum fontem, quem æſtiuo tempore Diana ex aſſiduo venatu fatigata, vt ibi ſe in fonte cum ſocijs puellis perlueret, frequentare ſolebat; in conſpectum Deæ ſeſe lauantis incidit: à qua eiuſdem fontis perfuſus aquis, illicò in ceruum mutatus à ſuis fuit canibus laceratus. Hanc fabulam elegantiſſimè deſcribit *Ouid. 3. met.* allegoricum verò ſenſum habes apud *Fulgentium*.

Ariſteides. p.p. *ex Hiſt.* Cadmi nepos. *Ouid. 3. met.* quod Autonoe eius mater filia fuit Cadmi. Cadmęus nepos. *Sen. in Oedip.* Cadmæus iuuenis. *Tit. Strozz.* Autonæius Heros. *Ouid. 3. met.* à matre. Autonoes natus, genitus. *ex Hiſt.* Alienaq; cornua fronti Addita, voſq; canes ſatiati ſanguine herili. *Ouid. 3 met.* Hyantius. *Id.* ideſt Thebanus iuuenis, nam Hyantij fuerunt populi Thebani. Thebanus venator. *ex Ouid.* Dat ſparſo capitis viuacis cornua cerui. *Id. 3. met.* Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui. *Ibid.* Ariſtæo genitus frons cui aſpera cornu. *Stat. Theb. 4.* Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam Præda ſuis canibus non minus ille fuit. *Ouid. in Ibin.* Quid Cadmæi facta nepotis cum viuacis cornua cerui Frontem ramis texere nouis, Dominumq; canes egere ſuum. *Sen. in Oedip. 751.* Per ſaxa montis iacuit Actæon ſuis Noua præda canibus. *Id. in Theb.* Nec fuerat nudas pœna videre Deas. *Prop. 3. 12.* Heu dominum inſani non agnouere Moloſſi *Stat. 3. Theb.* Genus Hermiones. *Ibid.* quod illius nepos ex matre. Quamvis ibi omne genus Thebanorum intelligat. V. *Ariſtæus*.

ACTIVM.

Epiri oppidum, & promontorium, vbi Auguſtus deuictis nauali pręlio Antonio, & Cleopatra Vrbem condidit, & Nicopolim à victoria nominauit, vt ſcribit *Plutarchus*; Templumq; Apollinis, cuius beneficio victoriam ſe conſecutum eſſe credebat, magnificentius extruxit. In cuius victoriæ ſymbolum nummum argenteum excudi iuſſit, in quo validiſſimæ formæ leonem videas, qui ceruum ſuperat dentibus in armos affixis. *ex Pier. lib. 1.* Ibi quoque Auguſtus Quinquennales ludos inſtituit, qui etiam Actiaci dicti fuerunt. Quorum meminit *Virg. vt inf.* Lege *Suet. in Auguſt. cap. 18.* & *Dionem lib. 51.* & *Strabonem lib. 7.* Neque hi ludi tantùm Nicopoli celebrati fuere, ſed etiam Romæ. Lege *Dionem lib. 53. in init.* & *lib. 54.* Qui etiam aliò tranſlati fuere; Neapolim ſcilicet. Et in Iudęam Herodes, qui bello adfuerat, & Auguſto auxiliares copias attulerat, ludos Actiacos traduxit. Quinquennale quoq; certamen Romæ inſtituit Nero, teſte *Suet. in eius vita cap. 12.*

Actia littora. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. *Virg. 3. AEn.* eſt autem hoc promontorium in faucibus ſinus Ambracij inter alia ad Europam ſpectantia celeberrimum, excelſum in mare incumbens, fanoq; Apollinis olim celebre; vndè ipſe Actius denominatur. V. *inf. Apollo*, & *Prop. 2. eleg. 23. vel 24.*

Eſt Phœbi fugiens Athamana ad littora portus, Qua ſinus Ioniæ murmura condit aquæ. *Prop. 4. eleg. 6.* vbi deſcriptionem pugnæ deſcribit. Actia Iuleæ pelagus monimenta carinæ, Nautarum votis. *Ouid.* Iulia roſtra. Ducam laurigera Iulia roſtra manu. *Id.* Ioniæ aquæ. Sceptra per Ionias fracta vehuntur aquas. *Id.* Leucadia aqua. *Id. epiſt. 21.* ob vicinitatem Leucadis. Cæſaris & fortes dicere poſſe rates. *Id. 2. eleg. 24.* Lege *eumdem 3. el. 10.* Actiacum mare. *Id. 2. el. 12.* Actiacum fretum. *Mart. 4. 11.* Actia Æquora. *Prop. 2. 13.* Actiacæ telluris littora. Actia tellus, humus, arx. *ex Poet.* Nicopolis. *ex Hiſt.* Actius Phœbus. V. *infra.* Actiacus Apollo. *Ouid. 13. met.* quod ibi coleretur. Actiacæ oræ. *Ouid. epiſt. 21.* Cur tamen Actiacas miſeram me mittis ad oras.

De Actiaca victoria. *Hor. 1. od. 37. Velleius Paterculus, & alij, vt ſup. in Hiſt.* Actia. dicuntur ipſa ſpectacula ibidem ab Auguſto celebrata. *Virg. Lucan.*

ACVS, us. f. g.

Acus foramen, in quod filum inſerimus. *H. Iun.* Trymalia. *Euſtath.* Ferrum, quo ſuitur. *Periphr.*

Acus Babylonia. *Mart.* Acus Semiramia. *Id.* Acus Aſſyria. *Claud.* Texta Semiramia, quæ variantur acu. *Mart. vt ſup.* nempè Babylonica, qua mulieres aurum, ſericumq; intexunt; quam nos vulgò dicimus, *ago da ricamare*.

Acus nautica; eſt, qua vtuntur nautæ ad Sidera, & ad Boreæ ventos cognoſcendos, nec non & loca, ad quæ curſum tendunt.

Acus comatoria. *Petr. Arb.* qua mulieres ſibi caput comunt. Acus crinalis. *Apul. 8. met.* Spica crinalis. *Mart. Capp.* Diſcriminale, is; & Diſcerniculum.

culum. *Lucil.* Acus diſcriminalis. *D. Hieron.* Crinale,is. *Ouid.* Acus crinibus diſtinguendis. *Tert.* Calamiſtratorium. *D. Iſid.* V. *Calamiſter inf.* Ille ſupercilium madida fuligine tinctum obliquo producit acu. *Iuuen.Sat.*3. Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus incerta non benè fixus acu. *Mart.*4. 66. Acicula,vulgò *Spillo*. Acus,qua mulieres ſcalpunt caput. *Feſt.* Non acus abrupit, non vallum pectinis illos Ornatrix toto corpore ſemper erat. *Ouid.*1. *amor. el.*14. vbi multa de acu comatoria.

Eſt etiam Acus, piſcis. Lege *Athen. lib.*3.

Epith. Nilotis, dis, Crinalis, ahena,tenuis,Idalia, Mæonia,aurea, laſciua, incerta acus.

ACVLEVS.

Cuſpis,dis. *Ouid.*2. *met.* Acus. V. *ſupr.* Spiculum. Acumen. Acuminis roſtrum. V. *Roſtrum*. Calcar, is. Stimulus. V. *ſuis locis*. Aculeolus. Nonus aculeolos in cochleare tulit. *Mart.*8.71. Aculeatus. *Cic.* vt aculeatæ litteræ.

ADAM.

Et Adamus, i. Primus omnium parens, qui ex limo terræ à Deo procreatus,& in terreſtri Paradiſo conſtitutus eſt;è cuius dormientis coſta formata fuit Eua, cum qua fatali pomo abſumpto, noſtræ fecit ſalutis iacturam, noſq; totius felicitatis extorres. Lege *Geneſim cap.*2. 3.

Primus parens in orbe. *Poet.* Gentis Princeps. *Philo.* Parens,protoparens. *Prudent.* Caput generis. *Cyrill.* Primęuus parens. *Vida.* Tellure rubra formatus homo. *Id.* Luteus auctor cunctorum. *Idem.* ideſt ex luto formatus homo. Primus Adam captus mendacis fraude colubri. *Poet.* Aruigena,ſiue terrigena pater. *Mant.* nempè ex terra à Deo generatus. Primus homo: nam Adam apud Hebræos, idem,quod apud Latinos, homo. Fatale pomum. *figur.* quod per illos noſtri modo dentes tot calamitatibus obſtupeſcunt. Princeps limus, *ex Hor.*1. *od.* 16. qui ſic protoplaſten appellat per Prometheum formatum. Protoplaſtus. *Cyrill.* nempè primus formatus.

ADAMAS, tis.

Gemma pretioſa ex lapidum genere magnæ virtutis,quam tamen hircino, ſiue huiuſmodi ſanguine frangi, falſum eſſe autumant omnes gemmarij, qui id experti ſunt. Plumbi tamen rotula, figularis inſtar, aliquam accipit formam. Duritiei ſymbolum: vndè cuiuſlibet rei duriſſimæ Adamas impoſitus incudi hinc,& inde percuſſus malleis, eſt hieroglyphicum, & emblema. V. *Gemma*.

Adamantina iuga. *Prop.*3.10. ideſt robuſtiſſima. Non exorante ſtant adamante viæ. *Id.*4. 12. Adamantęus. *Ouid.*7. *met.* nempè ex adamante, ferri, igniſq; contemptrix gemma, *ex Plin.* Adamantini claui. *Hor.*3. *od.*24. quos trabales alibi dixit *idem*. Gemma fortiſſima. Pontice voce tua poſſes adamanta mouere. *Mart.*7.99. Magneti inimicus lapis:dicunt enim *Naturæ obſeruatores*, adeò adamantem diſſidere à magnete,vt iuxta poſitus,ferrum non patiatur abſtrahi: Quod an verum ſit, experimento probantibus ſtandum eſt.

Epith. Durus, perennis,inuictus,ſolidus,manſurus, æternus.

Non adamas flammis, nec dura incude domatur. *Poet.* Flammis, ferroq; lapis inuictus,inſuperatus. Lux adamantina. Fulgor adamantinus. Claro nitore micans, lucidus adamas.

ADMETVS.

Theſſaliæ Rex, ſeu Pheræorum, cuius armenta exul Apollo paruæ mercede conductus, cùm ex Olympo depulſus humana ſpecie apud mortales profugus deliteſceret:quod ſic eueniſſe narrant: Cùm Cyclopas Apollo (quòd fulmen confeciſſent,quo Iupiter eius filium Æſculapium de medio ſubſtulit)interfeciſſet;indignè ferens Iupiter, Apollinem è Cælo ad inferos dare præcipitem decreuit: Sed Latonæ genitricis interuentu, precibusq; placatus, relegauit à Cælo, iuſſitq; annum apud mortales ducere mercede ductus, quod is apud Admetum præſtitit. Qui cùm proſperè cuncta ſuccederent, impetrauit à Parcis,vt cùm in fuſis fatalis Admeti dies volueretur,liceret hac lege mortem effugere,ſi quem alium reperiſſet, qui pro ſe voluiſſet obire. Cùmq; nemo præter Alceſtin vxorem id accepiſſet, illa pro viro defuncta eſt. V. *Alceſtis*. Alij dicunt Apollinem apud Admetum fuiſſe eius amore captum,vt *Callimachus*,& *alij*.V. *Muretum in Tibull. comment*.

Pheræciades. *Ouid.*3. *de art.* vel à Pheręo Patre, *vt ſup.in Hiſt.* vel à Phera vrbe,in qua regnabat deductum patronymicum. Phæreus coniux. *Sen. in Med.* Coniugis fatum redimens Pheræi Vxor impendit animam marito. Peliæ gener. *Ouid.* propter Alceſtem vxorem Peliæ filiam. Theſſali Phœbus pecoris magiſter Egit armentum,poſitoq; plectro. *Sen. in Hipp.* Alceſtis vir, coniux, maritus. *ex Poet.* Si Theſſalicis Admetus in oris Silua vna tetra Philaceida retulit vmbram. *Stat.*5.*Sil.*3. quod veluti Proteſilaus alter redierit in vitam ad vxoris petitionem, qui pro viro vtraque mori malebat, quàm illo viduata viuere. Clymenes filius, *ex Muret. in Tib.*2. *eleg.* 3. Theſſalus heros. *Stat.*6. *Theb.* Ergo Theſſalico coniux penſare marito funus,&c. *Id.* 3.*Sil.* Admeti iuuencæ. *Tib.* Me quondam Admeti niueas patriſſe iuuencas Non eſt in vanum fabula ficta iocum.

Quod leonem iunxit, & aprum Admetus. Lege infra.

infra. & *Pierium in Hieroglyph. lib.* 1.

ADOLESCENS.

Cui noua lanugo eſt ori. *Poet.* Impube corpus. *Horat. epod.* 5. Impubes genæ. *Ouid.* 3. *met.* Ephœbus. *Catull.* Imberbis iuuenis. *Hor. in Art.* Puber, is. *Poet.* Cui iam pubes incipit floreſcere, quod in decimo quarto ſolet anno. Veſticeps, is. *Gell.* quod barbam incipit veſtire. Adoleſcentulus, & adoleſcentula. *Cic.* Diminut. Puer virginea forma. *Ouid.* 3. *met.* Cùm tibi vernarent dubia lanugine malæ. *Mart.* 2. 61. Primi cui floret temporis ætas. Prima ſparſus lanugine mala. *Poet.* quando ad vigeſimum primum protrahitur annum adoleſcentia. Viridiq; genas ſpectabilis æuo. *Stat.* 4. *Theb.* Agens iam tria luſtra puer. *Mart.* biſoctonis integer annis. *Id.* Terſenos adoleuerat annos. *Ouid.* & ſuberat flauæ iam noua barba comæ. *Id.*

Epith. Facilis, feruidus, leuis, mutabilis, &c. Hinc

ADOLESCENTIA.

Flos iuuentæ. *Claud. in Ruf.* Primæ lanuginis ætas. *Ouid. epiſt.* 11. Primi anni. *Id.* 4. *faſt.* Prima iuuenta. *Id.* 5. *faſt.* Campus virens iuuentæ. *Hor.* 2. *od.* 5. Campus virens ætatis. Fidens primæuo corpore. *Virg.* 10. *AEn.* Prima lanugo. *Ouid.* 12. *met.* Primæuus flos. *Virg.* 7. *AEn.* Intonſa iuuenta ora. *Id.* 9. Ætas florida. *Catull.* Florentes anni. *Stat.* Florens iuuenta. *Hor. in art.* Æuum florens. *Lucret.* 5. Flos æui. *Sil. Ital.* 1. Ætatis ver breue. *Ouid.* 10. *met.* Flos iuuenilis. *Claud.* 2. *de laud. Stil.* Prima pubes. *Id.* Viride æuum. *Stat.* 3. *Theb.* Pubeſcentes anni. *Id.* 1. *Theb.* Iuuenile decus. *Lucan.* Viridis iuuenta. *Beroald.* Primum æuum. *Ouid.* 3. *met.* Primoq; extinguor in æuo. Primæ lanuginis anni. *Prop.* 3. 5. Dum roſeis venit vmbra genis. V. *Barba.* Tempore, quo primum veſtis mihi tradita pura eſt. *Poet.* ideſt, cùm inter candidatos adſcriptus fuit, quod poſt 16. accidebat annum. Iucundum cum ætas florida ver ageret. *Catull.* Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus. *Poet.* Vernans ætas.

Epith. Feruida, leuis, facilis, grata, amœna, iucunda.

ADONIS.

Adonidis in gen. vel Adonis, filius Cinyræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ eius filiæ, quem Venus in delicijs habuit, precataq; eſt, vt inter venandum ab armatis abſtineret feris. At ille mandatorum Veneris immemor in aprum violentum irruit, à quo in femore percuſſus interijt. Illum autem à Marte immiſſum fuiſſe dicunt ob Veneris zelotypiam. Cùm igitur Venus continuis defleret lacrymis amaſium in florem fuit conuerſus ſanguinei coloris, quem nonnulli Anemonem appellant, qui flos, vt inquit *Plin.* numquam ſe aperit, niſi vento ſpirante. Lege *Ouid.* 10. *met.* Alij dicunt in flumen cecidiſſe, dum pulcritudinem ſuam contemplaretur. *Lucianus* commemorat Adonim fluuium ex Libano monte profluentem ſingulis annis ſanguinolentum fieri commemorat per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Diuerſus tamen locus eſt, vbi interijt Adonis ab hoc flumine, quod in Phęnicia Syriæ eſt: ipſe verò ad Idalium nemus in Cypro interijt ſub menſe Iulio, quem menſem incolæ eodem appellabant nomine in defuncti iuuenis memoriam. Cui etiam Adonia ſacra fuerunt à Græcis inſtituta: in quorum ſolemnijs per vrbem totam ſimulacra erigebantur, circumq; ſepulcra, apud quæ ſingulari gemitu fœminæ vlulabant. Alia multa comminiſcitur *Higinus* de Adonide, quem adi; nec non *Fulgentium*, & *Gyrald. Syntagm. Deor.* 13. de Adonijs *Ammian. Marcell. lib.* 22. *Hiſt.* Adonidis templum inſigne deſcribit *Strabo lib.* 16. Adonidis horti frequenti prouerbio celebrantur de florentibus quidem, at infructuoſis. Cur autem Adonidem defleat Venus, allegoriam lege apud *Pierium lib.* 9.

Adon. Adonis, etiam *Poet.* Cinyreius iuuenis. *Ouid.* 10. *met.* à patre. Cinyreius heros. *Id.* Cinyra creatus. *Id.* 5. *faſt.* Filius Cinyræ. *Bion.* Myrrhæ filius, natus. *ex Hiſt.* Myrrhæ ſoboles decora. *Beroald.* Myrrha genitus. *Maſc.* 1. *od.* 1. Ploratus Veneri puer. *ex Ouid.* Veneri ploratus amaſius. Germen amorum. *Orph.* Gingris. *Pollux.* Lingua Phrygia dicebatur Adonis, qui cùm ad quarumdam tibiarum ſonitum defletus fuiſſet, & tumulatus, Gingrinæ, dictæ ſunt illæ tibiæ, quę exilem, luctuoſumq; edunt ſonum. Ihamus, voce Syriaca, & Hebraica dicebatur Adonis, teſte *D. Hieron. in Ezech.* Adoneus. *Auſon. & Plaut.* Sed Adoneus voce Arabica Bacchus dicebatur. Teſtis, qui niueum quondam percuſſit Adonim Venantem Idalio vertice durus aper. *Prop.* 2. 13. Illis formoſum lauiſſe paludibus illuc Diceris effuſa, tu Venus, iſſe coma. *Ibid.*

Quod nonnulli (*Athen. lib.* 2. Callimachum laudans) dicunt Adonim in lactucis à Venere occultum fuiſſe; eò factum innuunt, quòd qui aſſiduè lactuca veſcuntur, ad Venerem ſunt inualidi.

Cura Deæ Siluis aptus Adonis erat. *Ouid.* 1. *de art.* Cura Veneris. *ex eod.* Veneris amor, deliciæ, puer. *ex Hiſt.* Vt Virbius Dianæ; Atys Cybeles; Cephalus Auroræ; Endymion Lunæ; Acis Galateæ, &c. Cythereius ignis. *Strozz. pat.* Idalius venator. *Poet.* Aſſyrius coniux Veneris. *Bion.* Dente albo, quem quondam occidit aper. *Id.* Amabilis Veneris dulcis floſculus. *Orph.*

Epith. Formoſus, pictus, pulcher, tener, dulcis, mollis,

Digitized by Google

ſis, purpureus, niueus, roſeus lacertos.

ADORANS.

Colens,tis,qui numẽ honore colit.Qui numen adorat. *Poet.* Venerans,tis,qui veneratur. Supplex. *Cic.* Supplicibus votis petens, orans, exorans aliquid. *ex Poet.* Annua ſacra ferens Cereri, Bacchoq;, Iouiq;. *ex Ouid.* Placatam Eurydicem vitula venerabere cæſa. *Virg. 4. Georg.*

ADRASTVS.

Argiuorum Rex Thalaonis filius ex Eurymone:qui duas habuit filias Argiam, & Deiphilen, quas in ſomnis ſibi viſus eſt alteram leoni, alteram apro vxorem dare. Cùmq; eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venìſſent ille apri,hic Leonis pelle tectus; ſomnij ſui memor vtrumq; ſibi generum adſciuit. Cum quibus Thebas profectus, vt Polynicem ab Eteocle fratre excluſum in Regnum reduceret; magno cum detrimento, infecta re, altero ex generis orbato ad ſua reuerſus eſt. Lege totam *Statij* Thebaidem.

Dux Thalaonides. *Stat. 5. Theb.* à patre. Thalaonius. *Id.* Heros,Rex Thalaonius. *ex eod.* Thalaone ſatus. *ex eod.* Inachius Rex. *Id. 2. Theb.* à Regno Argia, quod etiam Inachia dicebatur. V. *Argos*. Perſeius Heros. *Id. 3. Theb.* quod à Perſeo Argiuorum Rege Danaes filio traheret originem. Eurymones filius, genitus, natus. *ex hiſt.* Adraſti pallentis imago. *Virg. 6. AEn.* Polybi nepos. *ex Herodot.* quod Polybus pater eſſet matris,ad quem (vt idem *Herod.* ait) Argiuorum Regno pulſus Sicyonem venit, ibique mortuus, humoq; mandatus eſt. Sunt qui dicunt,primùm Sicyonum fuiſſe Regem, tum Argiuorum.

Equum, Arion, dictum nomine habuit inſignem, quo in ludis funebribus Archemori vicit Adraſtus. Lege *Stat. 6. Theb.* & V. *infra Arion in Equus*. Polynicis, & Tydei ſocer. *ex hiſt.* Argiæ,& Deiphiles pater,parens,genitor. *ex hiſt.* Senior Thalaonides. *Stat. 2. Theb.*

Epith. Longæuus, diues, ſenex,mitis,potens.

ADRIATICVM MARE.

Eſt ſinus maris mediterranei per longum tractum in Europam ingrediens,qui Salentinos, Brutios, Apulos, Picenos, Samnites,Venetos, Illyricos, Dalmataſq; vſque ad Epiri Acroceraunia alluit. Nunc Veneti tantùm in illum Principatum exercent, & vulgò dicitur, *Golfo di Venetia.* dictum eſt autem à Thuſcorum Atria ad Padum condita; ſiue à Romanorum Colonia Adria,quæ quondam in Piceno Vrbs erat inclyta, nunc oppidum,ipſum mare Adriaticum. Lege *Plin. lib. 3. cap. 16.* qui etiam *Ibid. cap. 5.* Inſulas enumerat: de quibus notiores aliquot ſubijciemus infrà.

Mare Superum. *ex Virg. Cic. Liu.* quod ad Poli Arctici graduum menſura altius eſt Tyrrheno; quod Inferum dicitur. V. *ſuo loco.* Mare Adrianum. *Hor. 1. od. 16.* Adria. *Id. 3. od. 9.* Et; improbo iracundior Adria. Illyricæ vndæ. *Id. 1. od. 28.* quod Illyricos alluat. Fluctus Adriæ. *Id. 2. od. 14.* Freta longa. *ex Ouid.* à longitudine tractus, quo protrahuntur maria. Adriatici Minacis littus. *Catull. lyr. 3.* Adriacum æquor. *Prop. 3. 19.* Tumor Adriæ. *Sen. in Thyeſt. 2.* Sæuo rapidus freto ventoſi tumor Adriæ. Mare, quod alluit ſupra. *Virg. 2. Georg.* nempè mare ſuperum. V. *ſupra*. Adriacæ vndæ. *Id. 11. AEn.* Iratum mare. *Hor. epod. 2.* per antonomaſ. hoc mare intelligitur,quod ſæpè vi ventorum agitari, & tempeſtatibus concitari conſtat. Adria curuans Calabros ſinus. *Hor. 1. od. 33.* Alter Adriæ ſinus. *Id. 3. od. 27.*

Præter multos in toto Adriatico mari ſinus. Polaticus ſinus. *Pomp. Mel.* & Flanaticus. *Plin.* infamis quidem ob crebra naufragia, vndè vulgò, hominum carnificinam appellant; ſunt notiores alijs ſinibus.

Inſulæ inſigniores.

Abſorus. Maris Illyr. inſ. *Oſero*. Abſyrtides inſulæ. In Adriatico mari à nonnullis conſtituuntur; ſed ſi ab Abſyrto ibidem interfecto nomen acceperunt, falſum eſt ſanè; & apud Iſtrum in Ponto Euxino collocandæ, vt vult *Plin. lib. 3. cap. 36.* niſi potius interpretandum ab Abſyrti membrorum diuiſione, quæ ſparſim à Medea fuerunt proiecta; ſic dictas inſulas ex parte Illyricorum, quod ſparſim ſint in hoc mari. Diomedeæ inſulæ, propè Apuliam, & hæc Trimetus, dicitur *Tacit.* vulgò *S. Maria di Tremiti*; quæ etiam Theuria, *à nonnullis*. Iſſa, Inſ. in ſinu Illyrico maris Adriatici. Lyſna, inſ. maris Adriatici, vulgò *Leſina*, V. *mare Adriaticum*, vbi alia multa.

ADVLATIO, & ADVLATOR.

Murmur blandæ linguæ. *Mart. 7. 87.* Nec blandæ murmure linguæ decipimus. Amicitiæ fallacis imago. *Ouid. 7. met.* Blandiloquus ſuſurrus. *Pictor.* Et tua blandiloquo mens eſt ita prono ſuſurro. Blanda vox. *Id.* Aſſentatio. *Id. Cic.* Ficta laus,fictæ laudes, & falſæ. *Pictor.* Faceta vrbanitas,blanda comitas,gratiæ captatio. *Ath. lib. 6.* Subdola verba loqui. *Poet.*

Aſſentator. Palpantes teneris tua pectora verbis. Qui garrit, ridet, cantat, laudat in aurem. *ex Mart.* Ore mellito fallens. Qui fallit, decipit blandè. Blanditor falſus. Qui vanos vendit fumos. Qui dat blanda verba; nempè aſſentationes. Mancipium dicteriorum. *Stob.* Canis Acteonis. *Grac.* Scurra. *Anthol.* nam ferè ſunt adulatores ſcurræ. Principibus ficto nouerat ore loqui. Mellitus immurmurator. *Strozz. Pat.*

Digitized by Google

Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro. *Petron. Arb.* Blanditor falſus. Verba triumphanti fundebat ſubdola verba, *ex Poet.*

Morbus amicitiæ. *D. Baſil.* appellatur adulatio. Meretrix amicitiæ. *Plat.* Sepulcrum amicitiæ. *Dion.* Blanditiæ falſæ. V. *ſuo loco*. Mellea verba, *ex Auſon.* Hinc

Adulatoria verba apud Amantes ſunt. Lux mea. *Tib.* 4. 3. Scilicet Aiaci mulier mœſtiſſima dixit, Lux mea, quęq; ſolent verba iuuare viros. *Ouid.* 4. *de art.* Ne tibi ſim, mea lux, æquè tam feruida cura, Vt videor paucos ante fuiſſe dies. *Tib.* 4. 12. Gaudia mea; Amores mei, *ex eod.* Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra lumen & in ſolis tu mihi turba locis. *Id.* 4. 13. Vita. Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo. *Prop.* 1. *eleg.* 2. Mea vita. Anima, &c. apud *Plaut.* quoque ſępiſſimè, & alios pręſertim poetas Etruſcos. Quid voce blandiloqua mala conſilia dictas? *Sen. in Agam.* V. *Blanditia.*

ADVLTER, & ADVLTERA.

Legitimæ nuptæ fidei ſollicitator. *ex Ouid. epiſt.* 16. Qui fines pacti tranſire pudoris Auſus, *ex eod.* Qui ſpolium noſtri turpe pudoris habet. *Id.* Mœchus. Mœcha. *Poet.* Auctor ſtupri. *Ouid.* 1. *de art.* quamvis aliquid differat. V. *Stuprum*. Decoris euerſor. *Sen. in Hipp.* Pudoris raptor. *ex Sen.* Sic pędo, populator, &c. Legitimos ſollicitaſſe toros. *Ouid.* 3. *Pont.* 3. Vir furtiuus. *Ibid.* nempè qui furtiuæ Veneris fruitur gaudijs. Dedecorum, ſiue dedecoris pretioſus emptor. *Hor.* 3. *od.* 6. Vetitum torum ſollicitans. Furtiuus pędo thalami. *Nonnus*. Vir impurus. *Theognis*. Qui vult alienum agrum arare. *Id.* Lecto maritali inſidiatus. Thalamis inſidias ſtruens. Furtiuæ indulgens Veneri. Vetitos ſectans Hymenęos, *ex Grac.* Quiq; vel ærata Danaen ſub turre latentem Eliceret. *Poet.*

Alter Paris. *Figur.* ab exemplo: ſic Ægyſthum imitatus. Paridis, Ægyſthiq; aſſecla, imitator. *ex Hiſtorijs*. Glaphyrus. *Iuuen. ſat.* 6. Vxorem ducis, de qua Citharœdus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater; fuerunt enim ambo notiſſimi adulteri ſub Iuuenalis tempore. Leucon. *Ouid. in Ibin.* Aut pia te cæſo dicatur adultera ſicut Qua cecidit Leucon vindice dicta pia eſt. Vbi Leuconem Ponti Regem intelligit Poeta, qui à fratris Oxylochi necatus fuit vxore, quod cum ea adulterij, & inceſtus conſuetudinem continuare cupiebat. Dubius pater. *Ouid.* 3. *Triſt.*

Adultera. Mœcha. Coniux corrupta. *Sen. in Thyeſt.* ſic deprauata, polluta, *ex eod.* Socialia lecti fœdera rumpens. Maritalia frangens fœdera. Violans thalamos. Violans ſacra iura ſocij tori. *ex Poet.* Mulier vaga. *Theognis.* Mulier Secutuleia. *Petr. Arb.* Mulier, ſeu fœmina togata. *Mart.* 2. 39. Nam adulterij conuictæ meretricum inſtar in publicum togatæ prodibant, vt dignoſcerentur à caſtis matronis, quæ ſtolatæ incedebant, *ex Farnab.*

Helene. *Figur.* veluti adulterarum exemplum, vndè illud *Mart.* 1. 63. Penelope venit, abit Helene, ideſt adultera, quæ venit caſta, vt Penelope. Meſſalina; inter adulteras fœminas reponenda, quæ Tiberij Claudij vxor, primò clam (vt inquit *Sextus Aurelius*) deindè palàm quaſi pro iure adulterij vtebatur. Illius flagitiorum meminit *Suet. in Tib. Claud.* 26. & *Iuuen. ſat.* 10.

Epith. Turpis, temerarius, obſcęnus, nocturnus, ſpurcus, infamis, impurus, inceſtus, mollis adulter; & hæc mutato genere ad adulteras applicari poterunt. Hinc

ADVLTERIVM.

Lectus temeratus. *Ouid. epiſt.* 5. Inconceſſus Hymenęus. *Virg.* 1. *AEn.* Furtiua Venus. *Ouid.* 2. *el.* 8. Concubitus vetitus. *Id.* 10. *met.* Voluptas inconceſſa. *Id.* 3. *eleg.* 4. Obſcęnum opus. *Id.* 3. *eleg.* 13. Spolium turpe pudoris. *Id. epiſt.* 16. Veneris furtum. *Ibid.* Violata iura mariti. *Id.* 2. *de art.* Facta nefanda. *Id.* 2. *faſt.* Vetitus torus. *Id.* 2. *Triſt.* Martisq; dolos, & dulcia furta. *Virg.* 4. *Georg.* Crimen adulterij. Illiciti tori. *Pict.* Furta, orum. *Mart.* 1. 35. Incuſtoditis, & apertis Leſbia ſemper Liminibus peccas, nec tua furta tegis. Deprenſaq; furta iam tollas. *Ibid.* 88. Fallere connubia ſacræ tedæ. *Id.* 6. 2. Labes adulterij; Pectus adulterij labe carere putant. *Ouid.* Materna furta. *Mart.* 6. 39. ideſt matris adulteria. Sic tibi laſciui non deſit copia furti. *Id.* 7. 73. Obſcęnum crimen, quod etiam de Sodomia intelligi poteſt. Lęſi pudoris ſigna. *Ouid.* 2. *de art.* Non flamma cor depaſcet adultera, Viriq; conſtans. *Maſc.* 1. *od.* 15. Contaminati amores. *Ibid.* Iuraq; pronuba fœdare flammæ. *Ibid.* Vetitæ Hymenæi tedæ. *Ibid.* Labes pudoris. *Sen. in Hipp.* Tori iugalis nefas. *Id. in Oedip.* Thalami iniuria. *Ouid.* 3. *Met.* Veneris fœdus, *Ibid.* Furta illiciti tori. *Id.* 4. *met.* Furtiua voluptas. *Ibid.* Obſcęnus torus. *Id.* 3. *triſt.* In obſcęno corpora prenſa toro.

Ægyſthi crimen. V. *AEgyſthus*. Sic Paridis crimen; Martis, Thyeſtis, &c. Thyeſtęum crimen. Duplex quidem, vel ſi eum fratris vxore: vel cum filia ipſa dormientem facias. V. *ſuo loco: Thyeſtes*. Adulterij nefas. *Ouid.* 3. *Pont.* 3. Inceſti amores. *Hor.* 3. *od.* 6. cùm de affinitate, & conſanguinitate loquimur adulterio polluta. Maculoſum nefas. *Id.* 4. *od.* 5. Furta pudica tori, per hypallag. ideſt pudici tori furta. *Prop.* 2. 17. Stuprum. V. *ſuo loco*, quamvis etiam pro adulterio ſumatur à Poetis; vt: Coniugem ſtupro abſtulit. *Sen. in Thyeſt.* Aſſumpta in ſcelus conſorte noſtri thalami.

mi. *Ibid.* Ergo qui pactas in fœdera ruperit aras, Pollueritq; nouo ſacra marita toro. *Prop.* 3.8. Peſſundatus pudor. *Sen. in Agam.* Turpe admiſſum. *Ibid.* Mœchia p.p. apud *Libanium.* Nefandum opus. *D.Baſil.* Illegitimus concubitus. *Idem.* Machloſine, apud *Hom. Iliad.* Veneris fœdiſſima crimina patrat. V. *Libidinoſus.* Arcano tu connubialia iura vertis adulterio. *Quinct.* Sed quæ ſe impuro dedat adulterio. *Catull.*

Epith. Sordidum, impurum, turpe, obſcęnum, nefandum.

ADVERSITAS.

Fortunæ fluctus. *Catull.* Fortuna aduerſa. V. *ſuo loco. Tib.* 4. Mala, orum, ſuprema. *Virg.* 7. *AEn.* Sors aſpera. *Stat.* Sors vltima rerum. *Lucan.* Caſus. *Virg.* 1. *AEn.* Crudelia fata. *Ibid.* Res fractæ. *Id.* 4. *Georg.* Aduerſæ res, arduæ res. *Hor.* 2. *od.* 3. Ærumna, & Ærumnæ. *Lucr.* 3. Vitæ tenebræ. *Idem.* metaph. Ruinæ triſtes. *Virg.* 1. *AEn.* Labores nefandi. *Ibid.* Supremi labores. *Id.* 2. *AEn.* Labes mali. *Ibid.* Aduerſa, orum. *Sil. Ital.* 4. Clades. *Virg.* 12. *AEn.* Exitium. *Ibid.* Caſus acerbus. *Catull.* Omen. *Ibid.* in malam enim partem ſumitur potiſſimum, niſi diuerſum addas epitheton. Exitus grauis. *Virg.* 10. *AEn.* Diſcrimina rerum. *Id.* 1. *AEn.* Procellæ, arum. *metaphoric.* ſic tempeſtas. Fortunæ vultus acerbæ. Oppreſſus fortunæ cladibus. Non ſors malefida tuos. *ex Poet.* Calamitas. V. *ſuo loco.* vbi multa. Excidium. V. *ſuo loco.*

ADVENA.

Externus. *Ouid.* 4. *met.* Hoſpes, & hoſpita; de fœminis. Alienigena. Externis qui venit ab oris. *Virg.* Exterus. *Cic.* Peregrinus. V. *ſuo loco.* Qui nouus aduenit.

ADVLTVS.

Vir. V. *ſuo loco.* Firmata ætas. *Virg. eclog.* 4. Cùm te firmauerit ætas. Cùm matura adoleuerit ætas. *Id.* 12. *AEn.* Grandior ætas. *Ouid.* 6. *met.* Maturus, vt matura viro virgo. *Id.* Dum maior honos, dum firmius æuum. *Stat.* 4. *Theb.*

ADVOCATVS.

Cauſidicus. V. *ſuo loco.* Non tacitus pro ſollicitis reis. *Hor.* 4. 1. Hic clamoſi rabioſa fori iurgia vendens Improbus iras, & verba locat. *Sen. in Herc. fur.* Rabula. *Cic.* dici poteſt, quem deſcripſit paulò antè *Sen.* videlicet, qui verboſitate nimia, & rabie quadam in agendis patrocinijs vtens aures radit iudicum, & percellit: & hic etiam: Conſarcinator litium. *Ammian.* Vitiligator. *Cato.* Canina facundia exercitus. *Sall.* Rogatus Vulturius. *Apul.* Hirudo forenſis: pulcra ſiquidem metaph. Eſt enim hirudo, quæ cruorem ſugit: ſic illi ſugunt opes miſerorum clientium.

Patronus. *Cic.* Litis amans. Defenſor cauſæ. Qui capitale nefas operoſa diluit arte. Cùm tua mœſtos Defenſura reos vocem facundia mittit. *Poet.* Qui cauſſæ patrocinatur, ſuffragatur, opitulatur. Tutor, curator cauſſæ, litis, &c. Qui linguam cauſſis acuit. Qui ciuica iura reſpondere parat. Vindex rei, reorum. *ex Poet.* Tutelæq; feros munus, opusq; tuæ. *Ouid.* 4. *Pont.* 1. Non tantùm trepidos, vt tueare reos. *Id.* 1. *de art.* V. *Patronus. Cauſidicus.*

ADYTVM.

Locus templi ſecretior, quo nulli ſit aditus, præterquam homini ſacro.

Sacræ latebræ. Veſtibulum. *Virg.* 6. quamvis aliud ſit ab adyto. Occulta, ac remota templi. *Caſ.* Secretiora templi loca. Sancta Sanctorum, vt apud Hebræos. Sacratior ædes, *ex Poet.*

ÆACVS.

Iouis ex Ægina, non autem ex Europa, filius, pater Pelei, auus Achillis. Hic apud Oenonem Inſulam, ſiue Oenopiam regnaſſe dicitur, quam poſtea ex matris nomine dixit Æginam: Qui tanta fuit iuſtitia pręditus, vt meruerit apud Inferos cum Minoe, Rhadamantoq; Cretenſibus ſibi ex patre fratribus animarum illuc deſtinatarum iudex conſtitui.

Aſopiades. Ab Aſopo auo, ex matre. *Ouid.* 7. *met.* Aſopi nepos. Cognatus ſanguis Lycęi. *Græc.* quod Baccho frater ex Patre. Æginæ filius, Iouiſq; natus, &c. Germen Iouis. *Nonnus.* Pater Pelei. Achillis auus, Aiacis auus. *ex hiſt.* Thetidis ſocer. *Sen. in Herc. fur.* Infernus iudex, *ex Prop.* Arbiter infernus. Qui iura ſilentibus vmbris reddit in pœnas hominum ingenioſus. *Ouid. in Ibin.* Tuaſque Æacus in pœnas ingenioſus erit. *Ibid.* Æacidarum author. *ex Hom.* Telamonis pater; & Phoci. *ex Hiſt.* Oenoniæ Rex, ſiue Oenopiæ, vt *in Strab.* & *Ouid.* 7. *met.* V. *infra AEgina* Inferno damnes Æace iudicio. *Prop.* 2. 20. Iudex enim apud Priſcos conſtitutus Europæis, vt Rhadamantus Aſiaticis, Minos verò vtriuſque eſt iudicis inſpector, & arbiter. Immenſis vrnam quatit Æacus vlnis. *Stat. Silu.* Infernalis Iuridicus. *Senec.*

Epith. Iudicans, ſeuerus, toruus, iuſtus, inexorabilis, ingenioſus, Indorum interfector (vtpotè qui ad Indos Bacchum in expeditione bellica ſecutus eſt. *ex Græc.*) audax, vafer.

ÆDES. V. *Domus.*

ÆDIFICATOR.

Fabricator. Conditor. Poſitor; Templorum poſitor *Ouid.* 2. *faſt.* Structor, conſtructor muri. Molitor murorum. Qui ſtruit, conſtruit mœnia, muros, &c. Qui ponit fundamina tecti, ſedis, vrbis, &c. Qui tecta locat. Molitur aggere muros. *ex Poet.* Qui ducit muros. Inſtant ardentes Tyrij.

rij pars ducere muros, Moliriq; arcem,& manibus ſubuoluere ſaxa,Pars aptare locum tecto, & concludere ſulco. *deſcript. Virg.1.AEn.* Muros optatæ molior vrbis.*Id.* Tu mœnia magnis Magna para. *Id.* Immaneſq; columnas Rupibus excidunt. *Id.* Qui murorum attollit moles.

Architectus. V. *ſuo loco*. Qui ædificij graphidem parat,pręeſt fabricæ, & rationem operis animo conceptam metatur, fabricandaq; præſcribit. Faber Cęmentarius. Cęmentarius, vulgò, *muratore*. Arcuarius,qui arcus ſtruit,ſiue fornices. Lapidicina,vulgò, *tagliapietre*.

ÆDILIS, & ÆDILITATVS.

Romanæ Curiæ præcipuus Magiſtratus,qui triplex erat. Erant enim Ædiles Plebeij,quod ex plebe crearentur; quorum officium diligenter deſcribitur à *Dionyſ. Halicar. lib.6.* nempè vt Tribunis miniſtrarent; de leuibus cauſſis, & litibus ipſorum permiſſu iudicarent; diem dicerent ijs, qui plus agri,quàm lege definitum erat,poſſediſſent. Matronas probi accuſarent; fœneratores coercerent,propinas, & ganeata obſonia inhiberent. In facta, dictaq; inciuilia, atque improba animaduerterent. Mulctamq; indicerent. Vt ædificia publica,priuataq; fierent, & vt cloacæ publicæ, aquæductus, & cætera ædificia lauta, munda,integra,& expedita aſſeruarentur,efficerent: iniqua pondera corrigerent,menſuras minores frangerent, & mulctarent. De aleæ luſibus cognoſcerent, teſte *Martial.5.85.* frumentum, & oleum conuehendum curarent, ne vrbs penuria annonæ,aut caritate laboraret. Ipſorum quoque muneris erat,vt commeatus, quæq; bello vſui forent in caſtra deferrentur, & alia quidem multa prouiderēt in ciuitatis bonum, emolumentumq;. Quorum tamen poteſtas Claudio, & Nerone Imperatoribus Augg. plurimùm attrita, & diminuta fuit, teſtibus *Suet. & Tacit.* Lege *Roſinum lib.7.cap.24.25.* & alibi *antiquit. Rom.*

Erant Ædiles Curules à Sella curuli, qua vti ſolebant,& hi à Plutarcho maiores Ædiles appellantur:ex Patritijs enim fiebant,nunquam ex plebe. Quamvis in magiſtratus huius initio etiam ex plebe creati ſint. Horum autem incererat,ludos ſacros, & ſolemnes inſtituere, ac procurare: Sacrarum ædium,& priuatarum curam gerere;nec non Vrbis totius tuendæ commiſſa procuratio. Lege *Cic.7. in Verr.* Ad hos quoq; ſpectabat, templa, Theatra, ſtadia, fora,porticus, Curias, Baſilicas,& męnia reficienda,& ornanda curare; multaq; alia cum prioribus Ædilibus habebant communia. Erant deniq; Ædiles Cereales, qui frumento præerant, qui à Cæſare creati ſunt. Porrò Ædiles quatuor erant, nempè duo ex Plebe, duo ex Patritijs. At ſub Cæſ. Dictatoris tempore creuerunt Ædiles,cum primis Cereales quoq; additi fuiſſent.

Cura Theatri. *Prop.2. eleg.3.* nempè Ædilitatus; cuius quoq; cura erat locum in theatro aſſignare. Cura Campi. *Ibid.* Sic: Cura viarum. Cura opum ſacrarum. *Rutil.1.itin.* Curulis honos, labor,cura, *ex Mart.*

Curatores Templorum,ædis,viæ,&c. Sella curulis, *fig.* quæ erat eburnea, Ædilium Curulium Symbolum, & Hieroglyphicum, vt adnotat *Pierius lib.43.* quem lege. Sumiturq; tam pro ipſo Ædili, quàm pro Ædilitatu. Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe Curulem Conſule quo facto tempore rapta ſoror. Nempè bis geſſiſſe Ædilitatum Curulem. Curulis Magiſtratus. Pompa. Ebur Curule. Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur. *Ouid.* Tergemini honores, vt *Lābin. in Hor.1. od.1.* Ædilitatem maiorem, Præturam,& Conſulatum intelligit. Audiat Ædilis, ne te videatq; caueto. *Mart.11.103.*

ÆÆA, æ.

Inſula fuit in mari Tyrrheno nō modico olim freto ab Italia dirempta,hodie continens,ita tamē, vt paludibus circumquaque cincta inſulæ ſpeciem præſeferat,quæ vnum tantùm montem habet à nautis dictum,*monte Circello*, quòd in ipſa, vt ait *Homerus*, Circe habitauerit, vndè etiam Circęum,& Circęi appellantur, V. *Circe*. Pomponius verò circa Siciliam in Siculo freto hanc locat inſulam, quam Calypſo dicitur habitaſſe, ſed prior opinio tutior; Sic autem dicta videtur ab Æa oppido Colchidis, quæ etiam Æpolis dicebatur,vbi nata fuit Circe.

Inſula Ææꝶ Circes. *Virg.3. AEn.* Circæum,i. V. *ſuo loco*,vbi multa. Circęum iugum. *Virg.* Littus Ææum. Tellus Circęa. *Ouid.* Littora Circęa. Circęi agri, *Plin.*

ÆÆTES, vel ÆÆTA, æ.

Colchorum Rex Medeæ, Abſyrtiq; pater, qui Soli ex Perſe Neptuni filia natus fuit. Hic Æam,vel Ææam Vrbem in Colchide ædificauit: cuius Vrbis quamdam narrant fabulam Poetæ, illam ſcilicet à puella quadam nomen ſumpſiſſe,quę cùm Phaſidis amnis vim effugere non poſſet, Deorum commiſeratione in peninſulam conuerſa fuit, quam etiam nunc in veteris ſignum amoris idem Phaſis circumalluit, amplectiturq;. Ad hunc Regem Phryxus Athamantis filius Inus nouercę fugiens inſidias,peruenit,aureumq; vellus detulit, quod cùm vigilantiſſimè ſeruaret Dracone adhibito, alijſq; portentis, eius cauſa bellum geſſit cum Argonautis; inter quos Iaſon, cùm in ſui amorem eius filiam Medeam pellexiſſet,quòd aliam Ææters induxiſſet vxorē,nempè Aſterum, ipſa viro adhærens, cum illo aufugit, portentis omnibus deuictis. V. *Iaſon*, *Medea*,

dea, Vellus aureum; quod etiam ſecum aſportarunt Argonautæ. Sed cùm eos inſequeretur Æætes armatis militibus: Abſyrti filioli membratim cæſi artus colligere coactus, à perſequendo deſtitit; quamobrem ad Colchos reuerſus, ſenio confectus inglorius obijt. Sunt qui dicunt, illum ab Iaſone Regno expulſum; ſed ſenem in idem ab eodem reſtitutum fuiſſe.

Medeæ parens, pater, *ex hiſt.* Abſyrti genitor, quem ex Aſtero coniuge ſuſcepit. V. *ſupra Abſyrtus.* Hecates coniux, vir, &c. è qua Medeam ſuſcepit, vndè illa Hecateis, appellatur, *ex hiſt.* Phaſiaqus ſenex. *Ouid. Pont.* Colchorum, & aurei velleris cuſtos. *Hiſt.* Colchiacus Rex, Dux, &c. *Poet.* Soligena. *Val. Flacc.* 5. Sole genitus, Solis filius, &c. Sole ſatus, *ibid.* Hyperionides, ab auo Solis ſcilicet patre. *Idem.* Ææus Tyrannus. *Ibid.*

Epith. Ferus, Colchus, Barbarus, Dux.

ÆGÆON, V. *Gigantum nomina.*

ÆGERIA, æ.

Nympha, quæ colebatur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius Romanorum Rex, & concubium, & colloquium ſe habere de religionis cultu ſimulauit; vt ſic populum Romanum à cæde ad pacis ſtudia alliceret. Hæc mortuo Numa ob dolorem flendo in fontem ſui nominis conuerſa eſt, vt innuit *Ouid.* 15. *met.* Huic ædes fuit à Quiritibus conſtructa, in qua colebatur; & lucus dicatus, quem, vt ait Liuius, medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua. Hinc fortaſsè factum, vt, cùm locus à Numa frequentaretur, diceretur cum Nympha congreſſum habere. Lege *Plutarch. in Numa. Feſtus.* Ægeriæ lucum iuxtà portam Capenam conſtituit; cuius etiam meminit *Ouid* 3. *faſt. vt infra.* Fuerit porrò hęc, an altera Ægeria, non ſatis liquet (inquit *Gyraldus Syntag.* 5.) quæ à mulieribus coleretur, quòd eam opitulari credebant partu egerendo, teſte *Feſto.* Lege *Dionyſ. lib.* 2. & *Plutarch.*

Ægeria eſt, quæ præbet aquas Dea grata Camęnis Illa Numæ coniux, conſiliumq; fuit. *Ouid.* 3. *faſt.* Numæ coniux. *Id. & Mart.* 6. 47. Numę Conſilium. *Ouid.* Amica Numæ. *Iuuen. ſat.* 3. Pompilij Regis amica, *ex eod.* Donec, inquit, pietate dolentis Mota ſoror Phœbi, gelidum de corpore fontem Fecit, & æternas artus tenuauit in vndas. *Ouid.* 15. *met.* Coniux nympha, Coniuge qui felix Nympha, ducibusq; Camœnis Sacrificos docuit ritus, &c. *Ibid.* Vallis Aricinæ Nympha, *ex eod.* Quæ vallis Aricinæ denſis latet abdita Siluis. Non tamen Ægeriæ luctus aliena leuare damna valent. *Ibid.* Ægeriæ lymphæ, vndæ, fluctus, aquæ, &c. nam fons eſt, *ex Poet. & hiſt.* Romula Virgo. *Mant.* V. *Numa.* V. *Aricia.*

ÆGÆVS.

Pandionis, vel potius Neptuni filius, Rex Athenarum, qui duas habuit coniuges, Æthram Pitthei Regis filiam, ex qua Theſeum ſuſcepit; quam cùm prius Neptunus vitiaſſet, patris ſuaſu illam ſibi Ægeus accepit vxorem; ſed grauidam nactus, hac illam conditione reliquit, vt quæ naſceretur proles illi calceos, gladiumq; ſub quodam ſaxo ſubiectos afferret (ſic .n. verum ſibi filium agnouiſſet) quod à Theſeo, indicante matre, effectum fuit. Alteram verò vxorem duxit Medeam profugam, quæ cùm ab Iaſone, & Corinthiorum Rege fugeret, non ſolùm hoſpitio accepta eſt ab illo, ſed etiam in matrimonium ducta; ex qua ſecundùm *Iuſtinum* Medum ſuſcepit, à quo Media dicta Regio. Hic in Regno Pandioni Regi, cuius filius habebatur ſucceſſit; quo regnante Athenienſibus bellum intulit Minos Cretæ Rex, ob Androgei filij necem, quem ijdem Athenienſes ob inuidiam interfecerant; Quibus victis eam dedit conditionem, vt ſeptem quotannis maſculæ, totidemq; fœmineæ ſtirpis pueros in Cretam Minoi partim ſeruituros mitterent, partim Minotauro deuorandos. Quarto autem tributariæ legis anno coactus Ægæus ſorte quidem iniqua ductum filium Theſea illuc mittere, cui abeunti hæc dedit iuſſa, vt, ſi fortuna fauiſſet, velis, quæ nigra in nauigationem conceſſerat, in alba mutatis ad eum reuerteretur. Quod oblitus Theſeus, poſtquàm Minotaurum interemiſſet, & Ariadnæ beneficio à Labyrintho egreſſus eſſet, reuerteus in patriam, fuit in cauſſa, vt pater ex editiſſima turre pelago imminenti, dum filium expectaret, nigra vela, & indè malum conſpicatus, doloris impatientia ſe in mare proiecerit, quod indè fuit Ægæũ appellatum. Cui defuncto Athenienſes Theſei opera grauiſſima ſeruitute liberati diuinos inſtituerunt honores, Deum marinum, & adoptiuum Neptuni filium eum appellantes.

Theſei, Theſeo parens, genitor, *ex hiſt.* Æthræ coniux, vir, &c. *ex ead.* Gener Pitthei, *hiſt.* Medeæ alter coniux, Iaſon enim primus fuit, *hiſt.* Æetæ gener Atticus, *ex ead.* Pandionis filius. Pandione natus, *hiſt.* Neptuni filius, &c. *vt ſupra*; hinc Theſeus Neptunius Heros dictus ab auo. Teſtis, qui falſi propter periuria nati Indidit Ægæo nomina vana mari. *Pontan.* Medi parens. Lege *Ouid.* 7. *met.* Hinc

ÆGÆVM MARE.

Vel à ſcopulo, qui ſpeciem oſtendit *αἰγος*, ideſt capræ ex *Plinij* teſtimonio, vel ab Ægæa Amazonum Regina, quæ in eo perijt, vel ab Ægæo Theſei patre dictum. Eſtq; propriè illud, quod Græciæ vicinum inter Helleſpontum, & Tenedum inſulis abundat; quodq; ab ipſis Abydi faucibus ex parte Orientali minoris Aſiæ Myſiam, Phrygiam minorem, Lyciam, Lydiam, Ioniam;

C tum

tum Cretam, ex Auſtro, ex Occidente Peloponneſum, Atticam, Eubœam; ex Borea Macedoniam Thraciam deniq; alluit. Europam ab Aſia diſcriminat,tot, tantisq; diſſeminatum inſulis,vt vix earum ſciri numerus queat. Potiores tamen ſunt; Vt *infra*. In hoc autem mari ſinus celebratiores.

Argolicus ſinus ab Argo vetuſtiſſima vrbe, quæ nunc Neapolis dicitur, in Peloponneſo, vulgò, *Golfo di Napoli in Romania*. Maliacus ſinus,ab vrbe Malieo ſic dictus, à Malo filio Amphictyonis,aut Amyri Bœoti apud Locros Epicnemidios eſt, in quem Sperchius influit; vndè Sperchia promontorium. Melas ſinus,ſiue Pontus,ſiue nigrum mare, ſi dictus à Melane Phryxi filio illapſo,vel à Melane fluuio eiuſdem loci;Thraciæ adiacet poſt ipſam Sarpedoniam petram. Meſſeniacus ſinus, à Meſſene vrbe Peloponneſi. V. *Meſſene*:qui etiam:Sinus Coronæus dicitur,*Golfo di Coron*. Pelaſgicus ſinus, à Regione Græciæ Pelaſgia circa extremam partem Macedoniæ verſus Achaiam olim Theſſalia dicta;qui etiam: Thermaicus ſinus dicitur, & à primaria vrbe in ſinum dominante: Theſſalonicenſis ſinus dici poteſt, *Golfo di Salonichi*.

Inſulæ clariores ſunt

Lesbos. Chios. Scyros. Naxos. Mytilene. Lemnos. Eubœa. Cytheros. Delos. Theraſia,ſiue Theroſia. V. *in Inſularum nominibus*. Cyclades. Sphoreades. V. *ſuis locis*,& aliæ multæ,de quibus fiet mentio in *Inſulis*.

Synon.

Ægæi tumultus. *Hor.3.od.29.* Ægæum ſalum. *Prop.1.el.6.* Mare. *Mart.6.34.* Ægeus Pontus. *Prop.3.el.5.* Ægei Ponti æquora. *Ibid.* Ægea aqua. *Id.3.22.* Ægeæ hiemes. *Claud. in praef.1. de rapt.* Iliaci portus. V.*Troia*,quæ etiam ad Ægeum ſpectat, quo ex Aſiæ parte alluitur. Hic Oedipus Ægea tranabit freta.*Sen.in Theb.*Quas vndas ſcelere compleuit ſuo Theſeus, *ex Sen. in Hipp.* propter enim eius temeritatem pater in mare ſe deiecit. Ægeus gurges,Illic Ægeo Neptunus gurgite feſſos ducit equos. *Stat.2. Theb.* Ægeum,i, niſi malis, Ægeus,i, auctorem ſumi, pro re facta: Magnoq; volantes Iniicit Ægeo. *Id.3.Theb. & 1. Achill.* Ocium diuos rogat in patenti Prenſus Ægeo. *Hor.2. 16.* Ægea Cærula. *Val. Fl.1.Arg.* Ægei maris littora. *Mart.6. 34.* V. *Mare Ægæum*.

ÆGIALE. V. *in Diomede*.

ÆGINA, æ.

Aſopi Bœotiæ Regis filia, quam Iuppiter in ignem conuerſus, compreſſit, ex qua Æacum ſuſcepit; qui cùm dominaretur in Oenone inſula matris nomine Æginam nuncupauit. V. *ſup. Æacus*. Aſopis,dos. Aſopi filia.*Ouid.7.met. & 6.* Æaci mater,& Menœtij. V. *Menœtius*.Telamonis,Pelei, Phorci auia, *ex hiſt.* Æacidarum genitrix, *ex ead.*

Eſt inſula in ſinu Attico, adiacens Peloponneſo contra Atticam Regionem; quæ Oenone, ſiue Oenopia antea dicebatur, vt ſuperius diximus, & Myrmidonia, quod à Myrmidonibus habitata; tandem Ægina ab Aſopide. Lege *Ouid. 6. & 7.met.* Hinc Æginenſes incolæ;de quibus hoc adagium. Æginenſes neq; tertij, neq; quarti, neq; vllo in numero,locoq; de ignauis,inglorijſque dictum. Æginetæ quoque dicuntur populi, qui primi æs cudiſſe dicuntur; vſi ſunt autem teſtudinis ſigno in cuſſis nummis: vndè exortum ſcomma: Virtutem, & ſapientiam vincunt teſtudines. Ære abundat inſula, hinc Ægineticum æs dictum,quod olim fuit in pretio. Lege *Plin. lib.34. cap.2.*

Oenone,es,ſiue:Oenopia,æ. *Ouid.7.met.* Æacideia Regna, *Ibid.* Tellus Cecropidis coniunctior. *Ibid.* Oenopij muri. *Ibid.* Oenopia Regna. Vrbs Æaci, Regnum, Regio, &c. *ex eod.* Myrmidonia,*vt ſupra*. Myrmidones,pop. Æginetæ,pop. Vnguentis abundat optimis. V. *Vnguentum*. Dicæopolis inſula. *Pind.*

ÆGIS, dos.

Scutum Iouis ſic è capra dictum, cuius ille lacte paſtus eſt ab Amalthea,cuiuſq; mortuæ pelle ſcutū ſuum operuit, Capram tamen poſteà vitæ reſtitutam,& alia pelle obductam, inter aſtra collocauit. V. *Capra cæleſtis*. Scutum verò Palladi dedit,cui ipſa Meduſæ caput à Perſeo truncatum impoſuit,quod qui intuebantur,protinus lapideſcebant;quo munimēto armata Pallas ad Troiæ excidium profecta eſt. Sunt qui dicunt munimentum fuiſſe pectoris ex ære à Vulcano fabricatum,in quo medio Gorgonis caput eminebat; vt illo loco Martialis *7. epig.1.* Accipe belligeræ crudum Thoraca Mineruæ Ipſa Meduſeæ, quem timet ira Deæ. Dum vacat, hæc, Cæſar, poterit lorica vocari Pectore cùm ſacro ſederit Ægis erit. Ægidis quoque meminit *Athenæus lib.5.*

Clypeus Mineruæ,communis quoque Ioui, vt diximus *in hiſt.* Turbatæ Palladis arma. *Virg.* Gorgon, is, contentum pro continente. V. *Gorgon*. Thorax Mineruę belligerę. *Mart.7.1.* Poſitumque in pectore forti Ægida concuteret. *Ouid.2. met.* Et caſtos Ægide vultus Nata Iouis texit. *Id.4. met. in fine*. Gorgonei crines, *fig. vt ſup.* Contra ſonantem Palladis Ægida poſſent ruentes. *Hor.3.od.4.* Furor Gorgoneus,aut Ægide, aut furore Gorgoneo poteſt. *Sen. in Agam.* Scutum Palladis: Pectoris munimen.

Epith. Horrifica, ſonans, coruſcans, terrifica, cruenta, fulua, Palladia, ſuperba, ſerpentige-

tigera, torua, terribilis. *Ex Græcis*.

Inexpugnabilis Cæli armatura. Nuncia Victoriæ. Gorgonis comata anguineo capite. *Nonnus*.

ÆGISTHVS, i.

Thyeſtis natus ex Pelopeia filia, quem infantulum mater, vt ſcelus tegeret feris exponi iuſſit in ſiluis, ſed à paſtore quodam inuentus caprarum lacte paſtus eſt, vndè nomen accepit. Prouectiore verò ætate Atreum Patruum, impellente patre, ob iniuriam, quòd illi filios appoſuerat epulandos, interfecit; tum eiuſdem filium Agamemnona Troiano triumpho clarum, dum erat in balneis Clytęmneſtræ illius vxoris ope, quam adulter allexerat obtruncauit. Poſtremo ab Oreſte Agamemnonis filio patris cædem vleiſcente fuit interfectus, vnà cum adultera. Quæritur Ægiſthus, quare ſit factus adulter; In promptu cauſſa eſt, deſidioſus erat. *Ouid. 1. de rem.*

Thyeſtiades. *Id. 2. de art.* Thyeſte natus. *Sen. in Agam.* Thyeſti nepos, & filius, ex filia enim pater illum ſuſcepit, *ex hiſt.* Pelopis nepos, & Pelopiæ natus, *ex ead.* Thyeſtæus adulter. Atrei interfector, occiſor. Agamemnonis interemptor. Agamemnonius ſicarius, qui illum interfecit. *ex hiſt.* Ex inceſto natus infando, auum enim habuit patrem. Clytæmneſtræ mœchus, adulter. *Hiſt.* Authore Phœbo genitus. *Sen. in Agam.* nam ex oraculo Pelopiam corrupit pater. Nefanda ſtirps Thyeſtæ, *ex eod.* Surripere doctus fraude geniales toros. *Ibid.* Dedecus claræ domus Mycenę. *Ibid.*

ÆGRITVDO, is. mentis.

Mens ægra, ſenſus ægri, *ex Poet.* Contagia mentis. *Ouid. 5. triſt. 14.* Tabes animi, mentis, &c. *ex Poet.* Mens mea tabida facta eſt. *Ouid 1. Pont. 1.* Afflictio. V. *infra*. Mœſtitia. V. *ſuo loco*. Mœror. Hinc

ÆGROTATIO *corporis*, & ÆGROTVS.

Tentatus grauibus morbis. Morboſus. V. *Morbus*: vbi multa ægrotorum genera reperies. Ægrotans, tis. *Poet.* Ægri artus. *Pictor.* Æger, a, um, quamvis potius ad animum ſpectet, quàm ad corpus, *ex Poet.* Corpora morbo correpta, *ex Virg. 3. Georg.* Ægra trahit corpora, *ex eod. 3. AEn.* Corpus infirmum. *Ouid. epiſt. 19.* Corpus ægrum. *Virg. 3. AEn.* Languida membra. V. *Languidus*. Languentes artus. Languentia membra, corpora, &c. Ægrotantes artus. *Pictor.* Morbidus, a, um, & ibi multa. Morbo decumbens. Inualidus, ſic, corpus inualidum, membra inualida, artus inualidi, *ex Poet.* Morbo languens. Morbo grauis, affectus, afflictus, correptus, fractus, morboq; fameq;, *ex Poet.* Quem languor habet. Cuius corpora languor habet. Cui color eſt albus, deformat & horrida cuius Effigiem macies, *ex Poet.* Morbo confectus, palleſis, laborans, collapſa membra; Pallida vix cubito membra leuare poteſt. Febribus artus torrentur, *ex Poet.* Qui vinctos fert artus morbo. *Nonnus*. Membra alligante morbo impeditus. *Anthol.* Triſtificis qui tabeſcit morbis. *Ibid.* Vitæ, & mortis interſtitium. *Comœtus 1. 33.* Ægrotatio. Vicinus inferis. *Id.* Cui ſolus reſtat halitus, cætera mortuus. *Anthol.* Pallidaq; exangui ſquallebant corpora morbo. Vis morbi diſtracta per artus Turbat agens animam, &c. *ex Poet.* Qui morbido languidus flagellatur ardor. *Nonnus*. Qui diro morbo contabeſcit, *ex Euripid.*

ÆGYPTVS, i.

Africæ Regio Aſiæ contermina, quæ celeberrimo Nilo fluuio æquè nobilitatur, ac fœcundatur. *Pomp. Mela* in Aſia Ægyptum recenſet, quam duplicem facit, inferiorem, quæ littera delta efficitur à Nilo in Mediterraneum influente; Superiorem, quæ ſecundum Nilum contermina Æthiopiæ meridiem verſus vſq; ad Syenem procedit, & hæc Thebais dicta, in qua tot olim Anachoretæ, & Anachoretarum authores fuerunt, vt Antonij, Pauli, Hilariones, Amones, Macharij, Paphnutij, innumeriq; alij; dicta autem fuit Ægyptus, quæ olim Aeria dicebatur, ab Ægypto Danai fratre. Hæc ab Oriente Iudeæ, Aſſyriæ, & Erythræo mari contermina eſt; ab Occidente Cyrenem habet, & Libyam; à Meridie Æthiopiam; à Septentrione Mare Syriacum, & Cyrenaicum. Lege *Plin. lib. 5. cap. 9. Strab. lib. 17. Ptolom. lib. 4. cap. 6. Amm. Marcell. lib. 22. & alios*, qui de Ægypti antiquitate, ac diſciplina Sacerdotum (quos Prophetas, & Magos vocant) innumerabilia penè commemorant, quò Dędalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solō, Muſæus, Plato, Democritus, Appollonius Tyanæus, Dionyſius Areopagita, complureſq; alij eruditionis cauſſa profecti, dogmata in ſuam quiſque patriam retulere. Primi ſi quidem omnium Ægyptij immortalem eſſe animam dixerunt, ſic ab Hebræorum contubernio Ioſephi, ac cæterorum Patriacharū tempore perdocti; ſed veritati fabulam comminiſcentes, eam de corpore in corpus vagari, quod indè Pythagoras attulit. Raró dicitur pluere in Ægypto; quòd autem numquam, ſcripſit Plato; de ſuperiore Ægypto dicendum fortaſſis eſt; contrarium quidem, qui ad nos indè adueniunt, referunt; ſed quod non ſatis ſit ad humum molliendam, & irrigandam; vndè natura prouiſum, vt ſingulis ànnis ſub Canicula menſe Iulio Nilus inundet, illamq; feraciſſimam efficiat. V. *Nilus*. Aer vt plurimum ſerenitatem habet penè perpetuam; ſolum ita fœcundum præſertim, quod ad oras eſt maritimas, & fluuiatiles, vt alimentorum nulla terra feracior ſit in vſus hominum. Vide quid de illa re-

Digitized by Google

cētiores Coſmographi Vrbes Ægypti ſub Amaſide creduntur fuiſſe vicies mil!e, quod quidem hyperbolicum exiſtimo, Diodorus autem ſuo tempore ter mille ſuperfuiſſe teſtis eſt, celebriores ſunt.

Syene. V. *ſuo loco.* Thebe,es. V. *Theba.* Tentyra,ab inſula Nili nomen habet:incolæ Tentyritæ, qui naturæ genio crocodillis aduerſi ſunt. Lege *Strabonem lib.* 17. *&* *Plin.* 8. *cap.* 25. Tentyris, dis, patron. fœmin. Crocodilli terror;Tentyritarum enim voce in fugam vertuntur. Heliopolis, Vrbs inter Alexandriam, & Coptum, ſiue Theben; olim Sacerdotum, & hominum Aſtronomiæ, & Philoſophiæ deditorum habitatio; vndè:Heliopolitæ,pop.Memphis. V. *ſuo loco.* Babylon,is,ſiue Babylonia,æ. *Ptolom.* Vrbs in Ægypto ſupra Memphim, quam Cairum appellat mercatorum vulgus,quam plures populos complexam à Cambyſe Perſarum Rege Cyri filio conditam ſcribunt. Sed adeò eſt Memphi coniūcta;vt huius deindè ſibi quoq; nomē adſciuerit. Alexandria. V. *ſuo loco.* Peluſium,ij. V. *ſuo loco.* Canopus, Vrbs diſtans ab Alexandria 120. ſtadia. V. *ſuo loco,* cuius incolæ luxu molliſſimi fuerunt ſemper. Hinc *Iuuen. ſat.* 15. Sed luxuria quantum ipſe notaui Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Gens fortunata Canopi Pellæi. Pellæum appellat ab Alexandro magno,qui eam vel condidit; vel potius reſtaurauit. Rura Canopi. *Ouid.* 2. *el.* 13. 2. pro tota Ægypto à Poetis potiſſimùm vſurpatur. Arua. Ora Canopi. *Stat.* 3. *ſilu.* Abatis,Vrbs Ægypt. *Steph.* Abydos, oppidum in Ægypto Memnonis Regia,& Oſiris templo inclytum. *Plin.* 5. *cap.* 9. Sais,Vrbs iuxtà vnum ex Nili fluminis oſtijs, quod ab ipſa Saiticum dicitur; & Saitæ populi, qui Mineruam colebant; & Saitenæ oræ. Saitena littora. Saitica littora, *ex Steph.* Antinoe,es. Ægypti vrbs ab Adriani Cæſaris amaſio nuncupata, quæ etiam Antinous,i. *D. Hieron.* Antinoia,& Adrianopolis. *Steph.* Berenice, Vrbs, à Berenice Ptolemæi Philadelphi vxore ſic dicta,quæ haud procul eſt à Cyrenaica ditione, vndè: Berenicis,dis,eſt ille tractus Africæ Cyrenaicæ, qui eſt circa Berenicem vrbem. Nam quicquid puluere ſicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti Ignorat frondes. *Lucan.* 9. Bubaſtus,i,vrbs,vbi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ: in qua etiam olim colebatur Iſis: Porrò templum Dianæ clariſſimum fuit,& inter cętera maximè ſpectabile. Bubaſtis,is,etiam,vndè patronymicum Bubaſtis,dis, tam Dianæ, quàm Iſidi commune. Et regale decus cum qua latrator Anubis, ſanctaq; Bubaſtis,&c. *Ouid.* 9. *met.* Lege *Diodorum.* Bubaſta,æ,etiam. *Idem.* Cuſtodia Hermopolitana,opp. ad Nilum, Cuſtodia Thebaica, opp. ad eumdem. Latopolites,æ,opp. ad eumdem. Metelites,æ,opp. ad Nili oſtium.

Elephantis, dis, Nili inſula cum eiuſdem nominis oppido, de qua *Plin. lib.* 5. infra nouiſſimum catarac ten, nauigationis Ægyptiæ finis. Ibi Æthiopicæ conueniunt naues, namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad Cataractas ventum eſt. Buſiris,dis;Vrbs ad Nilum fluuium à Buſiride condita, in qua fuit ingens Iſidi erectum templum. *Strab.* Hinc: Buſiritica præfectura. *Ibid.* Bolbitina,æ,p.p. Vrbs ad Nili oſtium, quod Bolbitinum dicitur. *Plin. lib.* 5. *cap.* 19. & Bolbis. *Raphael Volaterr.* 12.

Sebennytum,i, opp. vbi palus,& amnis ſunt cognomines haud procul ab vno ex Nili oſtijs, quod Sebennyticum dicitur *Herodoto:* & hoc in duo diuiditur Saiticum, & Mendeſium. Lege *Plin. lib.* 5. *cap.* 10. & hæc:Sebennys. *Raph.* & Sebennytes,pop., & Sebennytica,& Sebennytis Præfectu. *Steph.*

Mendes,vrbs iuxtà Lycopolim, vbi Pana, & Hircū colunt. *Steph.* vndè oſtium Nili Mendeſiū olim. *Plin.* & Mendeſius,ciuis. Mendites,pop. *Steph.* Mendeſus, i, dicitur etiam Vrbs, vndè Mendeſium vnguentum apud *Athen.* Tanis, Metropolis olim Ægypti,à qua Tanicum,ſiue Taniticum Nili oſtium dictum. Taphoris,& Taphium,dicitur,vbi prima Iſraelitarum captiuitas;& hęc in terra Geſſen ſita erat: vbi nunc rudera tantum conſpiciuntur.

Aliæ quoq; vrbes apud Coſmographos ſunt, quos adi.

Acabe, ſiue Acabene, mons eſt in finibus Ægypti. *Ptolom.* Sirbonis palus, eſt inter Ægyptum, & Palæſtinam. Nilus,fluuius celeberrimus. V. *ſuo loco.*

Inſulæ

in Nilo, ſiue in mari Ægyptiaco hæ celebratæ.

Pharos,& Pharus,i. V. *ſuo loco,* quæ etiam Pharia,æ. Canopus etiam inſu'a Nili oſtio obuia. Abatus, ſiue Abatos,inſ. in extremis Ægypti ad paludem Memphiticam, in qua ſepultus fuit Oſiris Rex, ſic dicta,quaſi inacceſſibilis, quod ad illam propter limi, & papyrorum copiam difficillimus ſit aditus, vbi primum Nilus magno fragore deſcendit. Hinc Abatos, quam noſtra colit veneranda vetuſtas Terra potens,&c. *Lucan.* 9. Meroe,es, inſ. Nili omnium,quæ eo flumio ambiuntur,maxima,quippè cuius longitudo ad tria millia ſtadiorum, & latitudo ad mille extendatur: Vrbem habet eiuſdem nominis inſulæ totius caput, à Cambyſe conditam, & de nomine ſororis ibi defunctæ Meroen appellatam. Lege *Herodot.* Huius meminit *Ouid.* 4. *faſt.* Hinc Libs, Hinc Meroe, Siccaq; terra ſubeſt. Mareotis, dis. V. *ſuo loco.*

Sy-

Digitized by Google

Synon.

Pharia tellus,pro tota Ægypto à Pharo inſula. V. *Pharus*. Tellus Ægyptia. *Ouid.* 5 *met.* Nilus,i, pars pro toto ſæpiſſimè apud Poetas. V. *Nilus*. Niliacæ oræ. *Id.* 6. 80. Nilotica tellus. *Mart.* 6.80. Memphitica tellus. *Id.* 14.38. Tellus Memphitis, *ibid.* 150. Memphitidis oræ, Mater antiquorum iuuenum. *Apollon. Argon.* 4. Quoque Nilus delapſus celer ab alueo lato. *Ouid.* 2. *eleg.* 13. Paratoniæ oræ, ab Vrbe Paratonia propè Alexandriam, quam olim vocabant Ammoniam. *Steph.* quæ etiam ad Libycam Marmaricam ſpectat. Iſi Paratonium, genitaliaq; arua Canopi, Quæ colis. *Ouidius.* Æſtiferi quicquid terit area Nili. *Stat.* 3. *ſilu.* Qua tumidus rigat arua Nilus. *Hor.* 3. *od.* 3. Ægypti fines. *Catul. in coma Beren.* Miſraimia, à Miſraim filio Cham, qui primus Ægyptum inhabitauit. Chamia,æ, ab eodem Cham. Aeria,æ,olim. *Solinus.* Pharij horti,ob delicias,& mollitiem. V. *Pharos*: Hinc

Populi.

Gens fortunata Canopi. *Virg.* 3. *Georg.* Canopitæ, arum. Ægyptij,qui olim homines immolabant, teſte *Athen. lib.* 4. Et bellaria victimis multa,pullaſq; volucres imponere ſolebant; qui cùm vinoſi eſſent, ne vino læderentur, in more habebant coronas initio cœnæ dare;nec non ſe braſſica elixa communire ante omnem cibum,vt ſe ad compotandum præpararent. Horum Dij multi olim, & ridiculi, vt in ſacris paginis habemus; ſed ſub Romana Repub. Oſirim, Iſim, Iouem Amonium,Annubim, & huiuſmodi coluere; Solem autem, & Lunam potiſſimùm ſub dictis nominibus;Nilum quoq; adorabant. Qui in ſacrificijs laneas veſtes non adhibebant,ſed lineas,vndè linigeri dicti: de eorum ſacrificandi more conſule *Gyrald. ſyntagm.* 17. qui adeò fuerunt effœminati, vt ipſos quoque Romanos effęminarint. Lege *Prop. lib.* 3. *eleg.* 3. quod etiam *lib.* 4. *Hieroglyph.* præſtat *Pierius*, quem lege, ſi multa de Ægyptijs, eorumque litteris ſcire cupis.

Turba linigera,vel Niligena. *Ouid.* 1. *met.* Turba Canopi. *Luc.* 5. *Pharſ.* Niligenæ,arum. *Ouidius.* Memphiticus ciuis,nauita, populus. Gens, turba Memphitica, *ex Poet.* Pharaoniades. *Mantuan.* à Regibus huius nominis, qui in Ægypto regnarunt. Lagidæ,arum,à Ptolemeo Lago Rege. *Idem.* Inſignis turba in Pharia. *Tib.* 1. *eleg.* 3. Caſtra Peluſij. *Prop.* 3. *eleg.* 7. Pharij gens accola Nili, *Strozz.* Pharius ciuis. Regno gens ſubdita Nili. *Areoſt.* Gentes,quas Nilus inundat. *Manil.* 1. Mareotæ,arum, pop. à Mareotide. Mareoticus,a,um. Peluſiotæ,arum,à Peluſio oppido, quod nunc Damiatam appellant. Diſopolitæ,arum,qui Thebaida ſuperiorem colunt. Catadupi,orum, ſunt populi, à Catadupa inter Ægyptum, & Æthiopiam, vbi Nilus pręcipitat ex altiſſimis montibus, tanto aquarum ſonitu; vt ſurdi penitus ſint. Lege *Cic. de ſomn. Scip.* Alexandrini. V. *infra.* An tibi non ſatis eſt fuſcis Ægyptus alumnis. *Prop.* 2.

Epith. Ventoſi,furibundi,inuidioſi, molles, ſapientes (olim) diuites Ægyptij.

Epith. Hiulca,Deorum prodigioſa parens,Cęli ſtudioſa,fertilis, fœcunda, ſagax, demens. Horrida,incompta, Memphitis. Frumenti ferax Ægyptus.

Pharaoniacæ terræ. *Mantuan.* Trigonalis ora Memphitidos vaccæ. Lege *Iuuen. ſat.* 15. Regna Cleopatræ. V. *Cleopatra.* Niliaca Syene. *Mart.* 1. pro Ægypto. Romanæ vrbis Horrea, nam indè annona ſatis abundans Romam vectabatur;id teſtatur *Plin. Iun. in Paneg. & Egeſippus, & Ioſephus.* Æſtate irrigata arua. *Lycoph. in Caſſand.* nam ſub æſtate Nilus diffluit. V. *Nilus.*

ÆMVLVS. ÆMVLATIO, is.

Puellare ſtudium. *Ouid.* 5. *met.* Æqualis,is. *Ibid.* Aduerſarius,a,um. *Cic.* Æmula mens,pectora, corda,cura,Virtus. *Lucanus.* Æmulans,tis. Æmulantis ſtudium. Aduerſa fronte prælians. *Ouid.* Par ſtudium,par cura, &c. *Poet.* Æmulator,is. *Cic.* Eiuſdem rei cum collega ſtudioſus, ſectator.

ÆMVS. V. *Hæmus.*

ÆMONIA. V. *Macedonia.*

ÆNARIA. V. *Inarime.*

ÆNEAS, æ.

Anchiſę filius,& Veneris,quē illi ad Simoenta Troię fluuium genuit Virgilij verſibus, ac Regum poſteritate clariſſimus:qui cùm in bello Troiano ſe ſtrenuum geſſiſſet, Troia tandem diruta,patrem ſenem humeris ſublatum ſuis ex incendio,ac imminente fato extulit, & dum penates, & filium Aſcanium ſecum defert, Creuſam vxorem in itinere amiſit. Tum per ſeptem annos terra, mariq; errabundus Sicilia primum, vbi apud Drepanum Anchiſem parentem mortuum reliquit, tum Carthaginis ditione peragrata iterum per Siciliam in Latium tandem peruenit. Vbi cum Turno Rutulorum Rege ſponſalium cauſſa ſuſcepto pręlio, eo deuicto, Lauiniam duxit vxorem,in cuius gratiam Lauinium condidit. Demum, cum Mezentio Agylleorum Rege bellum gerēs circa Numici fluminis ſtagnum in ipſa dimicatione numquam comparuit, vndè ex ripa depulſus, in fluuium decidiſſe creditus eſt. Lege *Virgilium*, qui illum Vlyſſi Homerico per omnia ſimilem facit virum fortem, & bellicoſum illum enixè laudando. Lege *Liuium*, & *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Primus fuit Latinorum

Rex,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Rex, regnauitq́; poſt ſoceri Latini mortem tres annos; Aſcanium reliquit ex vxore prima; ex Lauinia Siluium Poſthumium.

Anchiſiades, à patre. *Virg.* Tros Anchiſiades. *Id.* 6. *AEn.* Anchiſa generatus, *ibid.* ſatus. *Id.* 3. *AEn.* Laomedontius Heros. *Id.* 8. *AEn.* ob conſanguinitatem cum Laomedonte Priami patre. Ductor Teucrum. *Id.* Ænea Troum Senator armatorum. *Hom.* Troadis propago bellicoſa. *Id.* Troius Heros. *Virg.* Dux Teucrum. *Id.* Troianus. *Id.* 4. *AEn.* Ductor Rhœteius. *Id.* 12. à loco Phrygiæ, vndè ipſe erat. Lux Troianæ clariſſima gentis. Dux Dardanius, vel quod oriundus a Dardanio; vel Dardanius, ideſt Troianus. *Id.* 9. *AEn.* Dardanides. *Id.* 12. Egregium Veneris decus. *Ibid.* Veneris filius Phrygius. *Hom.* Cythereius Heros. *Ouid.* 13. *met.* à matre Cytherea, ideſt Venere. Romanę ſtirpis origo. *Virg.* 12. *AEn.* Coniux, vir, maritus Creuſæ, & Lauiniæ, *ex hiſt.* Priamo gener, & Latino, *ex Virg.* Aſcanij pater, genitor, parens, Iuli, &c. *ex hiſt.* Phrygius Tyrannus. *Id.* 12. Raptor Deorum ardentium. *Stat.* 1. *Silu.* Frater Amoris volitantis. *Tibull.* 2. 5. Iliacus Hoſpes. *Sil. It.* 8. Profugus Didonis maritus, *ex eod.*

Epith. Magnanimus, Troius, acer, fatalis, pius, Phryx, impiger, pennatiger.

Deus indiges, tis. Fecitq; Deum, quem turba Quirini Nuncupat indigetem, temploq́;, ariſq́; recepit. *Ouid.* 14. *met.* Qui magnum Æneam Laurentibus intulit aſtris. *Stat.* 4. *Silu.* 2. Illic ſanctus eris, cùm te veneranda Numici Vnda Deum Cęlo miſerit indigetem. *Tib.* 2. *eleg.* 5. Cuius dextera per ferrum, pietas ſpectata per ignem. *Ouid.* 14. *met.*

ÆNEIS, dos.

Opus, quo à Virgilio 12. libris Æneæ laudes decãtantur; vt Odyſſea Homeri in Vlyſſis, Achilleis Statij in Achillis honorem, cuius encomium pete ab interpretibus in principio commentariorum.

Onus Æneidos. *Ouid.* 3. *Pont.* 4. Virgilij opus. *Id.* 1. *de remed.* Troiani fama laboris durat opus. *Id. eleg.* 8. Grande Maronis opus. *Mart.* 5. *epig.* 5. *&* *lib.* 3. 38. Sacra Cothurnati Maronis. *Id.* 7. 62. Virgilij verſus, Muſa, Camęna, carmen, carmina. Virgiliana Muſa, &c. *ex Poet.* V. *Virgilius.* vbi multa ſunt Synon. Æneidos. Æneia carmina Qui ſonat ipſe, &c. *Lucan. ad Piſon.* Monumenta perpetui Poetæ. *Polit.* Et profugum Ænean, altę primordia Romę, Qua nullum Latio clarius extat opus. *Ouid.* 3. *de art.* Æneiaq; arma legentur Roma triumphati, dum caput orbis erit. *Id.* 1. *eleg.* Maro, is, author pro opere, Altiſonumq́; iterum fas eſt didiciſſe Maronem. *Auſon.* Magnaq; doctiloqui morietur Muſa Maronis. *Octauian. Aug.*

Libelli, in quibus Æneam condidit ore ſacro. *Poet.* Carmina, quæ cecinere Ducem Phrygium. *Poet.*

ÆNOBARBVS, i.

Domitiorum clariſſimæ in vrbe familiæ cognomen, cuius hæc narratur hiſtoria in *Plut.* Cùm Caſtor, & Pollux nunciaſſent in foro, Tarquinios, Latinosq́; à Romanis profligatos, ac primus Domitius, qui obuiam proceſſit, non crederet, ipſi leniter arridentes, barbam eius manibus attrectaſſe dicuntur, & è fuſca in flauam conuertiſſe; viroq́; cognomentum Ænobarbi factum. Quod quidem accidiſſe videtur in ipſis Romani Conſulatus primordijs poſt Tarquiniorum expulſionem. Sed de Domitio Ænobarbo apud Conſulum faſtos non fit mentio, niſi ab vrbe cond. anno 561. Lege *Plut. Barbaroſſa*, vulgò dicuntur Ænobarbi. V. *Plin. lib.* 8. 36.

Flauens prima lanugine malas. *Virg.* 10. *AEn.* Cui flauet barba, ſeu mentum. Ora flauentia crine. *Claud. de rapt. Proſerp.* Sic crine fruaris ſemper Apollineo, flaui enim fuerunt Apollini crines. Flauo capillo iuuenis, *ex Poet.* Flauus rubor tingebat genas. *Sen. in Hipp.* Pariter flaueſcere malæ. *Ouid.* 6. *met.*

ÆNIGMA, tis. g.n.

Obſcuræ ambages. *Ouid. in Ibin.* Cauſſæ latentes. *Virg.* 3. *AEn.* Scrupus, i. lapillus, quem offẽdit, cui ænigma proponitur. Griphus, i, eſt propriè rete, vel ſagena: Sed *Gellius* pro ænigmate, vndè Griphos diſſoluere, dixit. Obſcura inuolucris quæſtio. Ambages ſermonum. Cæcis verba nectentem modis. *Sen. in Oedip.* Nodoſa ſortis verba. *Ibid.* Et implexos dolos, Ac triſte carmẽ Alitis ſolui feræ. *Ibid.* nempè Sphyngis ænigma tranſeuntibus propoſitum. Arcana ſacri ni regas. *Ibid.* Paradoxon. Oedipodioniæ Sphyngos paradoxa videntur. *Mantuan.* Obſcura verba cęcis latebris. *Ouid.* 5. *met.* Laquei Dialectici. Problema latebroſo ænigmate nexum. Verborum laquei; offendicula: Verborum pedicæ, *ex Poet.*

Epith. Inexplicitum, durum, cęcum.

ÆOLIA, & ÆOLIDES.

Inſulæ ſunt inter Italiam, & Siciliam, quas Græci Hepheſtiades appellant, Latini verò Vulcanias. Etenim ignem omnes olim euomuerunt, vt nonnullæ modo ex illis; nempè Strongyle, Vulcanusq́;. Ab Ætna tamen Siciliæ monte meatus ſubterraneos ad eas vsq́; inſulas protendi creditum eſt. Has inſulas *Seruius* nouem, *Diodorus* autem ſeptem enumerat, vt infra, quibus poſt Liparum Auſonis filium, Æolus Hippotæ præfuit, à quo nomen retinuere. V. *AEolus.* Celebratur Æolia à poetis pro ventorum patria. Porrò Inſulæ ſunt.

Lipa-

Digitized by Google

Lipara,æ,& Lipare,es. V. *ſuo loco.* Heria,æ,ſiue potius Hiera,in qua vetuſtas Vulcani officinam collocauit, propterea quòd noctu plurimum ignis cerneretur,interdiù verò fumus copioſus. *Thucydides lib.* 3.& hęc.Vulcania. V. *ſuo loco.* Strongyle, es, cuius incolæ tridno ante ex fumo prædicere ſolebant, qui nam flaturi eſſent venti. Strongylos. *Sil.Ital.* 14. Didyme,es. Ericuſa,ſiue Eriphuſa,æ, vel Eriphyſa, in qua copioſè naſcitur Ericę frutex.*Steph.* Phœnicuſa,æ,ſiue Phęnicuſſa,cuius incolæ Phœnicuſſęi. Phœnicodes, etiam inſula. Euonimus, i, & Euonimos, quæ etiam:Prochyta,æ. V. *infra in Inaryme.*Liparęi, orum, ſunt dicti populi has inſulas inhabitantes à Liparo eorum duce. Æolij, orum, ab Æolo.

Synon.

Loca fœta furentibus Auſtris. *Virg.* Rex,vbi regnat Æolus. *Id.* Carcer Æolius. *Ouid.* 2.*faſt.* Antra Æolia.*Id.* 1.*met.*Ventorum carcer. *Virg.* 1.*AEn.* Domus. *Ouid.* 3. *met.* & *Sil. Ital. lib.* 14. Æoli aula. *Id.epiſt.* 11. Iam clauſtra rigentis Æoliæ percuſſa ſonant. *Stat.* 1.*Theb.* Ventorum regia, regna. Æoliæ oræ. *Virg.* 8. *AEn.* Nimborum patria. *Id.* 1. *AEn.* Hippotadæq; domus regis; Ab Æolo Hippotæ nepote. *Ouid.* 15. *met.* Antra nimboſa: Nimboſis incluſus in antris. Æolio regnatæ nomine terræ. *Sil. Ital.* 14. Vulcaniæ inſulæ. Vulcania tellus. V. *Vulcania.* Æolidum deſcriptionem habes apud *Val.Flacc. lib.* 1.*ver.* 581. Has nimbi,ventiq; domos, & naufraga ſeruat Tempeſtas.

ÆOLIS, dis.

Quæ etiam Æolia, æ, dicitur, eſt Regio minoris Aſiæ inter Ioniam, & Troadem, à qua lingua Æolica nuncupatur. Helleſponto autem, & Propontidi adiacet; quæ olim etiam Myſia dicta fuit. Diuiditur Hermo fluuio ab Ionia;eſtq; dicta Æolis ab Æolibus Gręciæ populis, qui duodecim in ea vrbes ædificarunt. Verùm ſecundùm Coſmographos hæc non eſt Propontidi proxima. Vrbes primariæ ſunt,& littorales.

Myrina,æ, vndè Myrineus. Cuma,æ,vrbs à Cyme Amazone nomen habens,è conſpectu Lesbi,cum qua ſtoliditatis nomine damnata fuit. Hęc Amazonium,ij,dicta. Adæ,arum, opp. *Strab.* Ægates,ę, p.p. Promontorium cum opp., quod nunc Cane,& Canæ dicitur. *Steph.* Phocęa,æ, vrbs, quæ ab alijs Ioniæ adſcribitur, & Athenienſium Colonia,ita dicta à Phocarum multitudine, quæ vrbem condentibus circa hoc litus apparuerunt. *Strab. lib.* 14. Phocęi, & Phocenſes, incolæ, qui aſſiduis Perſarum bellis exagitati communi cõſenſu patriam reliquerunt,dirisq; execrationibus ſe deuouerunt, ſi quando eò redire conarentur. Varia deindè fortuna vſi,tandem in Galliam delati ſunt,vbi Maſſiliam condiderunt.V.*Maſſilia.*

Pitanæ, es, ſiue Pitana Vrbs non procul à Caici fluminis oſtio duob. portubus inſignis, apud quã lateres inuentos eſſe dicunt, qui ſuper aquas innatarent; quod & alibi repertum eſſe conſtat. Æolicam Pitanem à leua parte reliquit. *Ouid.* 7. *met.* Pitanitis regio. Nympha Pitanitis,*ex Poet.* Pitanęi, & Pitanitæ, pop.

Myſia dicta fuit olim tota regio, vt ſup. Sunt qui Mœſiam dicunt;ſed non arridet,cùm Mœſia regio ſit inferiori Pannoniæ proxima, quæ vulgò *Boſna* dicitur. Æoles, um, pop. Aeolica terra, tellus. Aeolicæ oræ, *ex Poet.*

ÆOLVS, i.

Iouis filius ex Aceſta,ſiue Sergeſta Hippotæ Troiani filia,à quo,vt ab Auo Hippotades fuit appellatus. Hic cùm in Inſulis Aeolijs ſub Ilij tempore dominaretur, è conſurgentibus nebulis futuras tempeſtates prædicebat; vndè factum vt à rudibus ventorum Deus, & pater crederetur: Quorum ſecutus fabulam *Virgilius* de illo meminit *lib.* 1.*AEn.* & ante illum *Homerus* 10. *Odyſſ.* In huiuſmodi verò Regnum ſic deuenit, vt *Diodorus* refert. Seneſcentem Liparum Aeolidarum dominum adiuit Aeolus cum quibuſdam ſocijs; cuius filiam duxit vxorem, regnumq; dotale ſuſcepit, quod Aeoliam deinceps ſuo nomine dici iuſſit. Pius fuit,iuſtusq; princeps, erga hoſpites tamen perhumanus,nautas velis vti docuit;& de ignis vaporatione ex illis inſulis exhalante, qui venti futuri eſſent, obſeruauit; vndè ventorum potentem dixere: cùm verè pręter cętera pręmonſtraſſet quonam pacto euitanda eſſet nauigationis difficultas ob maris reciprocationem in fluxu,atq; refluxu. Aliqui dicunt vxorem (fortaſſis alteram) habuiſſe Teleporam, ſiue Leopatram Leſtrygonem,ex qua ſex mares, totidemq; fœminas ſuſcepit. Mathematicum fuiſſe tum *Heſiodus*, tum *Homerus* ſcribunt. *Palaphatus* inde *in lib.incredib.* ait,quòd ex Aſtrologia noſſet tempora, illum ventorum Deum creditum fuiſſe. *Plutarch. in paralell.* Aeolum Tyrrhenorum Regem facit, qui ex Amphitea filias ſex, & totidem mares ſuſcepit; eorum Macareus natu minimus, ſororis, quæ Canace dicebatur, incenſus amore, eam vitiauit. Lege *Ouid. epiſt.* 11. V. *infra Macareus.* Vide *Gyrald. ſyntagm.* 5.

Hippotades,æ. *Ouid.* 11.*met.* & 4. Socer Ceycis. *Idem.* Hippotæ nepos,*ex hiſt.* Aceſtæ,ſeu Sergeſtæ filius. Rex tempeſtatum. *Virg.* 10.*AEn.* Pater ventorum. *Hor.* 1.*od.* 3. Princeps ventorum. Aeolius Tyrannus. *Ouid.* 14.*met.* Tempeſtatum potens. *Virg.* Ventis poſitus cuſtos. *Sil.Ital.* Promus,& condus ventorum. *Hom.Odyſſ.* Qui ventis cęligenis imperat. *Idem.* Qui imperium habet ventorum concitatorum, & ſedatorum. *Dionyſ.*

myſ. Ventorum potens. *Sen. in Oedip.* Rector ventorum. Ventipotens,tis. *Mantuan.* Æquoreis ventos qui fręnat in antris. *Idem.* Cohibens carcere ventos. *Ouid.* 11. *met.* Qui luctantes ventos, tempeſtatesq; ſonoras Imperio premit, ac vinclis,& carcere fręnat. *Virg.* 1. *AEn.* Qui celſa ſedet arce ventorum Sceptra tenens, mollitque animos,& temperat iras. *Ibidem.* Clauſo ventorum carcere regnans. *Ibidem.*

Fręnans, tenens, compeſcens carcere ventos, emittens, dimittens, &c. claudens. Qui ventis vim incutit, *ex Poet.* Qui cùm velit æquora placet, *ex Ouid.* 11. *met.* Qui mulcere poteſt fluctus,& tollere ventos, *ex Vir.* Qui tenet immania ſaxa, ventorumq; domos, *ex eodem.* Ventis qui fœdere certo Et premere, & laxas nouit dare iuſſus habenas. Cui flamina parent; Qui tenet imperio preſſos vehementius Euros,&c. *ex Poetis.*

Epith. Imperioſus, grauis,audax,magnanimus,immitis.

Lege *Strabonem in geograph. & Pierium in hieroglyph. lib.* 14. vbi ſerpentem Æoli fuiſſe ſymbolum apud Ægyptios demonſtrat luculenta declaratione. Æolio frangit qui carcere ventos Pater. *Stat.* 3. *ſilu.* 2. Cui varij flatus, omnisq; per æquora mundi Spiritus, ac hiemes,nimboſaque nubila parent. *Ibidem.* Arctiùs obiecto Boream, Eurumq;, Notumq; Monte premens. *Ibidem.*

ÆQVALIS, e.

Par. Pares cui ſunt anni. Æquali ſidere natus, è *Stat.* 2. *Theb.* Æquæuus,a,um. *Virg.* 2. *AEn.* Similis, e. V. *ſuo loco.* Par ætate,annis, *ex Poet.* Contemporaneus. Coętaneus. *Port. Latro.* Coęuus,i. *Cic.* Compar. *Hor.* 2. *od.* 5. Fuit huic animis æqualis, & annis. Haud impar, *ex Poet.*

ÆQVINOCTIALIS.

Circulum, quem Æquatorem Mathematici appellant.

Extenta plagarum Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui. *Virg.* 7. *AEn.* Et qua Sol medium tenens vmbras corporibus negat. *Sen. in Herc. fur.* Parte ab vtraq; videns axem quo lumine Phœbus Componit paribus numeris, noctemq;, diemq;. *Manil.* 1. *Aſtron.* Æquatus Cęli circulus. Æquatrix zona. Hinc:

ÆQVINOCTIVM, ij.

Dicitur ab æqualitate noctium,quòd tunc dies, noctesq; horarum ſpatio ſunt æquales. Duo verò ſunt Vernale menſe Martio 4. Idus, vel circa 8. Calend. Aprilis:& autumnale menſe Septembri. 18. Calend. Octob. ante Vergiliarum occaſum diebus quadraginta. Æquinoctium ab Ægyptijs per Cynocephalum exprimebatur, nam eo tempore hoc animal duodecies, per horas quippè diei ſingulas, lotium effundit, & quanto poteſt acutiore vlulatu vociferatur: vndè & Clepſidræ inuentus vſus primùm in vrbe Achanta trans Nilum. Lege *Pierium lib.* 6. *hieroglyph. & Alex. ab Alex. lib.* 4. *cap.* 20.

Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas, Et medium luci,atq; vmbris iam diuidit orbem. *Virg.* 2. *Georg.* Quo lumine Phębus Componit paribus numeris noctemq;, diemq; Veris, & Autumni currens per tempora miſta. *Manil.* 1. Cùm medium æquali diſtinguit limite Cęlum. Æquato tum libra die cum tempore noctis Attrahit ardenti fulgentem ſcorpion aſtro Par nocti in vtroque dies eſt, &c. Libra, Ariesq; parem reddunt noctemq;, diemq;. *Manil.* 3. *Aſtron.* Aries Tempora nocturnis æqua diurna facit. *Ouid.* 3. *triſt.* 12. Cęli furor æquinoctialis. *Catull. lyr.* 47. Æquidies. Æquidium ver. *Mant.* Verna Cynocephali lotij profuſio ſignat Quæ ſint nocti æqua tempora, quæq; die. Æquinoctiales luces. *Nonnus.* Par nocti dies. *Id.*

ÆQVOR, is. V. *Mare.*

Hic tantum ſubijciemus.

Epith. Stratum, ventoſum,vndiuagum, liquidum, tumidum, vaſtum, vndoſum, immenſum, marmoreum,diffuſum, latum,cauum,peruium velis, dubium, turbidum, Cęruleum, aſperum, horridum,ſalſum,fluitans,ſpumans,ſæuum, ſinuatum, refluum,rapidum, canens, iratum, lunatum,truculentum. Epith. V. *Texr.*

Æquoris vnda; æſtus, aqua, fluctus, receſſus,turbines,fremitus, *ex Poet.*

AER, is. g. m.

Ex elementis vnum,vt aiunt Philoſophi. Imminet his aer,qui quanto eſt pondere terræ. Pondere aquæ leuior tanto eſt oneroſior igne. *Ouid.* 1. *met.* & vide *Ibid.* reliqua in initio.

Iupiter pro aere. *Hor.* 1. *od.* 1. Manet ſub Ioue frigido. Aeris campi. *Virg.* 6. *AEn.* Globus. *Boet.* 4. *metr.* Spatium. *Luc.* 4. *Pharſ.* Inter aerium. *Ouid.* 2. *faſt.* Aditus aerij. *Id. epiſt.* 17. Sedes aeria. *Virg.* 12. *AEn.* Aeriæ domus. *Hor.* 1. *od.* 28. Vię. *Ouid.* 2. *de arte.* Tractus aerij. *Bemb.* Aeriæ auræ. *Luc.* 9. *Pharſ.* Gyrus aerius. *Catull. in Beren.* Plagæ aeriæ. Nubila,pro aere ſimpliciter. *Ouid.* 1. *faſt.* 117. Magnum per inane. *Virg. eclog.* 6. Æther leuis. *Id.* 1. *Georg.* Iter liquidum. *Id.* 4. *AEn.* Inania. *Prop.* Purum. *Hor.* 1. *od.* 34. Namque Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens Plerumque per purum Tonantes Egit equos, volucremq; currum. Arduum. *Id.* 2. *od.* 19. Tu cum Parentis regna per arduum Cohors gigantum ſcanderet impia. Serenum. *Virg.* 1. *Georg.* Sudum,i. *Id.* 8. *AEn.* Immenſæ viæ. *Ouid.* 3. *de Pont.* 3. Auræ ætheriæ. *Virg.* 6. *AEn.* Iter ætherium. *Ouid.* 4. *faſt.* Regio Cęli ſerena. *Virg.* 8. *AEn.* Semita volucrum. *Ariſt.* Celeri motu concitata ſedes. *Aeſchyl.* Cęlum liquidum. *Ouid.* 1. *met.*

Digitized by Google

met. Orbis vacuus. *Id*. 1. *faſt*. Auræ Cęli. *Virg*. 11. *AEn*. Altum, i. *Id*. 2. *Georg*. Illæ altum nidis periere relictis. Alta ſpatia. *Sen. in med*. Vitalis auræ ſpiritus. *Id. in Oedip*. Vt pura nitidi ſpatia conſpexit poli. *Id. Herc. fur*. Sublimis ferar, ideſt per aera. *Ibid*. Spirantia ventorum ſpatia. Lumen ſpirabile Cęli. In nubem cogitur aer. *ex poet*.

Accipiter paſſis alis hieroglyphicum aeris apud Ægyptios. Lege *Pierium lib*. 21. item columba. Lege *eumdem*, & ibi cauſſas *lib*. 22.

Cęlum, i. Huic nullum Cęli tempus, & aura nocet. *Prop*. 2. *eleg*. 4. Scribit *Herodotus* ex aeris mutationibus præcipuè exiſtere in hominibus morbos, & author eſt Celſus, ex tempeſtatibus peſſimas eſſe, quæ variant, quo fit, vt autumnus plurimos opprimat.

Epith. Liquidus, vacuus, tenuis, nubilus, humidus, madens, peſtifer, ſtridulus, rarus, tener, purus, candens, mobilis, circumfuſus, agitabilis, leuis, tepidus, rorifer, pennatus; ſic enim deſcribitur ab *Herodoto*. Frigidus, Roſcidus, &c. Graminum largitor, nubiuagus.

Quoniam verò aer infici ſolet, præſertim epidimiæ tempore. Hinc:

Aer infectus.

Dicitur, qui corrumpitur à terrenis, & inferioribus exſpirationibus, & endemijs; à maligna qualitate; ex certa ſiderum configuratione; à vehementi temporum, tempeſtatumq; mutatione: vndè qualitatum exſuperantiæ, & inæqualitates epidimiæ; quæ omnia concurrentia, grauem efficiunt peſtilentiam, *ex Farnab*.

Corruptus Cęli tractus. *Virg*. 3. *AEn*. Ater aer. *Luc*. 4. *Pharſ*. Tabificus. *Id*. 5. Vitium Cęli. *Ouid*. 3. *de art*. Aer non certus. *Ibid*. Aſperitas iniqua. *Id*. 4. *de Pont*. 4. Peſtifer aer tractu. *Luc*. 7. *Pharſ*. Cęlum nocens. *Sen. in Oed*. Tabifica Cęli vitia. *Ibidem*. Aer corruptus incluſus in arca. Lege *Gyrald. ſyntagm*. 7. *ſub Apollinis Comai titulo*. V. *Peſtis, vbi multa*.

ÆS, æris.

Metalli genus, cui ſupra alia metalla dicatam vim tribuunt, vndè & incantamentis pulſatum obſtare voluerunt, vt illud *Sen. in Med*. Inq; auxilium Dictynna tuum pretioſa ſonent æra Corinthi. Cui etiam naturæ, ſacri ritus à nobis adduntur, vndè Nolarum, & campanarum ſonitu tempeſtates depelli, aera rareſcere, dęmones fugari dicimus. In Corintho generoſius æs, & laudabilius inuentum, quod vulgò, *bronzo, ò metallo*, dicitur ex ære, ſtanno, argento, & auro commixtum.

Metallum æris. *Virg*. 2. *Georg*. Temeſesq; metalla *Ouid*. 15. *met*. à Temeſe Brutiorum vrbe, apud quam ærifodinæ plurimæ, quas tamen defeciſſe ſuo tempore *Strabo* refert. Ephyreia metalla, nempè Corinthiaca, vbi æs præſtantiſſimum.

Aere graui non ſignato primum veteres vſi ſunt. Primus autem Rex Seruius ſignauit, cuius nota ex parte Ianus geminus, ex altera roſtrum nauis. V. *quid in Nummis dicetur infra*.

Maſſa, quæ Diuum in vultus igni formanda liqueſcit maſſa. *Stat*. 3. *ſilu*. 3. etiam ad ſimulacra, quæ ex ære facta ſunt, referri poteſt. Æra, numero multitudinis pro nummis æreis à poetis ſæpiſſimè vſurpatur, vt: Æra ſed à cuneis vlteriora petis. *Mart*. 1. 27. Illic æra ſonant, &c. *Ibid. epig*. 77.

Epith. Sordidum, argutum, exiguum, varium, Corinthium, raucum, Corybantium, ſolidum, graue, canorum, tinnulum, ſonorum, crepitans, Cyprium, Ægineticum, vetuſtum, concauum.

Æs triplex circa pectus. *Horat*. 1. *od*. 3. nempè immani audacia præditus. Æraq; ab Iſthmiacis auro potiora fauillis. *Stat*. 2. *ſilu*. nempè æs Corinthium. V. *Metallum*.

Æris qualitates.

Æs caldarium. *Plin*. & fuſile, quod funditur, *Rame*. Aes ductile, vel regulare. *Plin*. quod malleo in laminas attenuatur; vndè bracteæ æreæ. Aes coronarium. V. *Orichalcum*. Aes Cyprium, quod etiam Cuprum, à Cypro inſula, vbi nonnulli Temeſen vrbem reponunt, de qua ſuperiùs; niſi aliã fuiſſe in Cypro dixerimus. Aes campanum, cui palmam tribuit *Plin*. è quo ollæ, lebeteſq; olim, & nunc Campanæ æneæ conflantur, ſiue appellantur. Aeris flos. Aerugo æris. Aeris ſquama, *lame di rame*. Hinc:

ÆRARIVM, ij.

Repoſitorium eſt publicæ pecuniæ; quod militare inſtituit Auguſtus; illique Præfectum conſtituit. Lege *Roſinum lib*. 7. *cap*. 31. Aedem verò Saturni Aerarium Priſci Romani eſſe voluerunt, quod nullum eſſet furtum in eius finibus commiſſum; vel quod ſub illo nihil erat cuiuſquam priuatū. Vt in ætate aurea deſcribit *Ouid*. 1. *met*. in quo ærario, quod propè ædem Saturni ponit Feſtus, ſeruabantur, præter pecuniam, etiam tabulæ, & libri elephantini, in quibus triginta quinque tribus vrbis continebantur, libri rationum, & alia multa. Lege *Gyrald. ſyntagm*. 4.

Arca nummaria. Theſauri. V. *ſuo loco*. Fiſcus, i. *Cic*. Principis ærarium à fiſcis, ſiue fiſcellis, quibus includi, & aſportari publica pecunia ſolebat. Gaza publica.

ÆROPE, ſiue

Aeropę Atrei vxor, quam Thyeſtes Atrei frater, cùm ſciret Regnum penès eum fataliter manſurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem tum Atreus regiam ingreſſus plurimùm cuſtodiebat; corrupit, & ex adulterio duos filios habuit Pliſtenem, alterumque, quos poſtea Atreus

nyſ. Ventorum potens. *Sen. in Oedip.* Rector ventorum. Ventipotens,ris. *Mantuan.* Æquoreis ventos qui frenat in antris. *Idem.* Cohibens carcere ventos. *Ouid.* 11 *met.* Qui luctantes ventos, tempeſtatesq́; ſonoras Imperio premit, ac vinclis,& carcere frenat. *Virg.* 1. *AEn.* Qui celſa ſedet arce ventorum Sceptra tenens, mollitque animos,& temperat iras. *Ibidem.* Clauſo ventorum carcere regnans. *Ibidem.*

Frenans, tenens, compeſcens carcere ventos, emittens, dimittens, &c. claudens. Qui ventis vim incutit, *ex Poet.* Qui cùm velit æquora placet, *ex Ouid.* 11. *met.* Qui mulcere poteſt fluctus,& tollere ventos, *ex Vir.* Qui tenet immania ſaxa, ventorumq́; domos, *ex eodem.* Ventis qui fœdere certo Et premere, & laxas nouit dare iuſſus habenas. Cui flamina parent; Qui tenet imperio preſſos vehementius Euros,&c. *ex Poetis.*

Epith. Imperioſus, grauis,audax,magnanimus,immitis.

Lege *Strabonem in geograph. & Pierium in hieroglyph. lib.* 14. vbi ſerpentem Æoli fuiſſe ſymbolum apud Ægyptios demonſtrat luculenta declaratione. Æolio frangit qui carcere ventos Pater. *Stat.* 3. *ſilu.* 2. Cui varij flatus, omnisq́; per æquora mundi Spiritus, ac hiemes,nimboſaque nubila parent. *Ibidem.* Arctiùs obiecto Boream, Eurumq́;, Notumq́; Monte premens. *Ibidem.*

ÆQVALIS, e.

Par. Pares cui ſunt anni. Æquali ſidere natus, è *Stat.* 2. *Theb.* Æquæuus,a,um. *Virg.* 2. *AEn.* Similis, e. V. *ſuo loco.* Par ætate,annis, *ex Poet.* Contemporaneus. Coetaneus. *Port. Latro.* Coetuus, i. *Cic.* Compar. *Hor.* 2. *od.* 5. Fuit huic animis æqualis, & annis. Haud impar, *ex Poet.*

ÆQVINOCTIALIS.

Circulum, quem Æquatorem Mathematici appellant.

Extenta plagarum Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui. *Virg.* 7. *AEn.* Et qua Sol medium tenens vmbras corporibus negat. *Sen. in Herc. fur.* Parte ab vtraq; videns axem quo lumine Phœbus Componit paribus numeris,noctemq́;, diemq́;. *Manil.* 1. *Aſtron.* Æquatus Celi circulus. Æquatrix zona. Hinc:

ÆQVINOCTIVM, ij.

Dicitur ab æqualitate noctium,quòd tunc dies, noctesq́; horarum ſpatio ſunt æquales. Duo verò ſunt Vernale menſe Martio 4. Idus, vel circa 8. Calend. Aprilis:& autumnale menſe Septembri. 18. Calend. Octob. ante Vergiliarum occaſum diebus quadraginta. Æquinoctium ab Ægyptijs per Cynocephalum exprimebatur, nam eo tempore hoc animal duodecies, per horas quippè diei ſingulas, lotium effundit, & quanto poteſt acutiore vlulatu vociferatur: vndè & Cleplidræ inuentus vſus primùm in vrbe Achanta trans Nilum. Lege *Pierium lib.* 6. *hieroglyph. & Alex. ab Alex. lib.* 4. *cap.* 20.

Libra die, ſomniq́; pares vbi fecerit horas, Et medium luci,atq; vmbris iam diuidit orbem. *Virg.* 2. *Georg.* Quo lumine Phebus Componit paribus numeris noctemq́;, diemq́; Veris, & Autumni currens per tempora miſta. *Manil.* 1. Cùm medium æquali diſtinguit limite Celum. Æquato tum libra die cum tempore noctis Attrahit ardenti fulgentem ſcorpion aſtro Par nocti in vtroque dies eſt, &c. Libra, Ariesq́; parem reddunt noctemq́;, diemq́;. *Manil.* 3. *Aſtron.* Aries Tempora nocturnis æqua diurna facit. *Ouid.* 5. *triſt.* 12. Celi furor æquinoctialis. *Catull. lyr.* 47. Æquidies. Æquidium ver. *Mant.* Verna Cynocephali lotij profuſio ſignat Quæ ſint nocti æqua tempora, quæq́; die. Æquinoctiales luces. *Nonnus.* Par nocti dies. *Id.*

ÆQVOR, is. V. *Mare.*

Hic tantum ſubijciemus.

Epith. Stratum, ventoſum,vndiuagum, liquidum, tumidum, vaſtum, vndoſum, immenſum, marmoreum,diffuſum, latum,cauum,peruium velis, dubium, turbidum, Ceruleum, aſperum ,horridum,ſalſum,fluitans,ſpumans,ſæuum, ſinuatum, refluum,rapidum, canens, iratum, lunatum,truculentum. Epith. V. *Text.*

Æquoris vnda; æſtus, aqua, fluctus, receſſus,turbines,fremitus, *ex Poet.*

AER, is. g. m.

Ex elementis vnum,vt aiunt Philoſophi. Imminet his aer,qui quanto eſt pondere terræ. Pondere aquæ leuior tanto eſt oneroſior igne. *Ouid.* 1. *met.* & vide *Ibid.* reliqua in initio.

Iupiter pro aere. *Hor.* 1. *od.* 1. Manet ſub Ioue frigido. Aeris campi. *Virg.* 6. *AEn.* Globus. *Boet.* 4. *metr.* Spatium. *Luc.* 4. *Pharſ.* Inter aerium. *Ouid.* 2. *faſt.* Aditus aerij. *Id. epiſt.* 17. Sedes aeria. *Virg.* 12. *AEn.* Aeriæ domus. *Hor.* 1. *od.* 28. Vie. *Ouid.* 2. *de arte.* Tractus aerij. *Bemb.* Aeriæ auræ. *Luc.* 9. *Pharſ.* Gyrus aerius. *Catull. in Beren.* Plagæ aeriæ. Nubila,pro aere ſimpliciter. *Ouid.* 1. *faſt.* 117. Magnum per inane. *Virg. eclog.* 6. Æther leuis. *Id.* 1. *Georg.* Iter liquidum. *Id.* 4. *AEn.* Inania. *Prop.* Purum. *Hor.* 2. *od.* 34. Namque Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens Plerumque per purum Tonantes Egit equos, volucremq; currum. Arduum. *Id.* 2. *od.* 19. Tu cum Parentis regna per arduum Cohors gigantum ſcanderet impia. Serenum. *Virg.* 1. *Georg.* Sudum, i. *Id.* 8. *AEn.* Immenſæ viæ. *Ouid.* 3. *de Pont.* 3. Auræ ætheriæ. *Virg.* 6. *AEn.* Iter æthereum. *Ouid.* 4. *faſt.* Regio Celi ſerena. *Virg.* 8. *AEn.* Semita volucrum. *Ariſt.* Celeri motu concitata ſedes. *Aeſchyl.* Celum liquidum. *Ouid.* 1. *met.*

Digitized by Google

met. Orbis vacuus. *Id.* 1. *faſt.* Auræ Cęli. *Virg.* 11. *ÆEn.* Altum,i. *Id.* 2. *Georg.* Illæ altum nidis petiere relictis. Alta ſpatia. *Sen. in med.* Vitalis auræ ſpiritus. *Id. in Oedip.* Vt pura nitidi ſpatia conſpexit poli. *Id. Herc. fur.* Sublimis ferar, ideſt per aera. *Ibid.* Spirantia ventorum ſpatia. Lumen ſpirabile Cęli. In nubem cogitur aer. *ex poet.*

Accipiter paſſis alis hieroglyphicum aeris apud Ægyptios. Lege *Pierium lib.* 21. item columba. Lege *eumdem*, & ibi cauſſas *lib.* 22.

Cęlum,i. Huic nullum Cęli tempus, & aura notet. *Prop.* 2. *eleg.* 4. Scribit *Herodotus* ex aeris mutationibus præcipuè exiſtere in hominibus morbos, & author eſt Celſus, ex tempeſtatibus peſſimas eſſe,quæ variant, quo fit, vt autumnus plurimos opprimat.

Epith. Liquidus, vacuus, tenuis, nubilus, humidus, madens, peſtifer, ſtridulus, rarus, tener, purus, candens,mobilis,circumfuſus,agitabilis,leuis,tepidus,rorifer, pennatus; ſic enim deſcribitur ab *Herodoto*. Frigidus, Roſcidus,&c. Graminum largitor,ambiuagus.

Quoniam verò aer infici ſolet,præſertim epidimiæ tempore. Hinc:

Aer infectus.

Dicitur,qui corrumpitur à terrenis, & inferioribus exſpirationibus, & endemi js; à maligna qualitate; ex certa ſiderum configuratione; à vehementi temporum, tempeſtatumq; mutatione: vndè qualitatum exſuperantiæ, & inæqualitates epidimiæ;quæ omnia concurrentia, grauem efficiunt peſtilentiam, *ex Farnab.*

Corruptus Cęli tractus. *Virg.* 3. *ÆEn.* Ater aer. *Luc.* 4. *Pharſ.* Tabificus. *Id.* 5. Vitium Cęli. *Ouid.* 3. *de art.* Aer non certus. *Ibid.* Aſperitas iniqua. *Id.* 4. *de Pont.* 4. Peſtifer aer tractu. *Luc.* 7. *Pharſ.* Cęlum nocens. *Sen. in Oed.* Tabifica Cęli vitia. *Ibidem.* Aer corruptus incluſus in arca. Lege *Gyrald. ſyntagm.* 7. *ſub Apollinis Comai titulo*. V. *Peſtis,vbi multa.*

ÆS, æris.

Metalli genus, cui ſupra alia metalla dicatam vim tribuunt, vndè & incantamentis pulſatum obſtare voluerunt,vt illud *Sen. in Med.* Inq; auxilium Dictynna tuum pretioſa ſonent æra Corinthi. Cui etiam naturæ, ſacri ritus à nobis adduntur, vndè Nolarum,& campanarum ſonitu tempeſtates depelli, aera rareſcere, dęmones fugari dicimus. In Corintho generoſius æs, & laudabilius inuentum,quod vulgò, *bronzo, ò metallo*,dicitur ex ære,ſtamno, argento,& auro commixtum.

Metallum æris. *Virg.* 2. *Georg.* Temeſeſq; metalla *Ouid.* 15. *met.* à Temeſe Brutiorum vrbe, apud quam ærifodinæ plurimæ, quas tamen defeciſſe ſuo tempore *Strabo* refert. Ephyreia metalla, nempè Corinthiaca, vbi æs præſtantiſſimum.

Aere graui non ſignato primum veteres vſi ſunt. Primus autem Rex Seruius ſignauit, cuius nota ex parte Ianus geminus,ex altera roſtrum nauis. V. *quid in Nummis dicetur infra*.

Maſſa, quæ Diuum in vultus igni formanda liqueſcit maſſa. *Stat.* 3. *ſilu.* 3. etiam ad ſimulacra,quæ ex ære facta ſunt, referri poteſt. Æra, numero multitudinis pro nummis æreis à poetis ſæpiſſimè vſurpatur,vt: Æra ſed à cuneis vlteriora petis. *Mart.* 1. 27. Illic æra ſonant, &c. *Ibid. epig.* 77.

Epith. Sordidum, argutum, exiguum, varium,Corinthium, raucum, Corybantium, ſolidum, graue,canorum,tinnulum,ſonorum, crepitans, Cyprium,Ægineticum,vetuſtum, concauum.

Æs triplex circa pectus. *Horat.* 1. *od.* 3. nempè immani audacia præditus. Æraq; ab Iſthmiacis auro potiora fauillis. *Stat.* 2. *ſilu.* nempè æs Corinthium. V. *Metallum.*

Æris qualitates.

Æs caldarium. *Plin.* & fuſile,quod funditur, *Rame.* Aes ductile,vel regulare. *Plin.* quod malleo in laminas attenuatur; vndè bracteæ æreæ. Aes coronarium. V. *Orichalcum.* Aes Cyprium,quod etiam Cuprum,à Cypro inſula,vbi nonnulli Temeſen vrbem reponunt,de qua ſuperiùs;niſi aliã fuiſſe in Cypro dixerimus. Aes campanum, cui palmam tribuit *Plin.* è quo ollæ, lebeteſq; olim, & nunc Campanæ æneæ conflantur, ſiue appellantur. Aeris flos. Aerugo æris. Aeris ſquama, *lame di rame*. Hinc:

ÆRARIVM, ij.

Repoſitorium eſt publicæ pecuniæ; quod militare inſtituit Auguſtus;illique Præfectum conſtituit. Lege *Roſinum lib.* 7. *cap.* 31. Aedem verò Saturni Aerarium Priſci Romani eſſe voluerunt, quod nullum eſſet furtum in eius finibus commiſſum; vel quod ſub illo nihil erat cuiuſquam priuatũ. Vt in ætate aurea deſcribit *Ouid.* 1. *met.* in quo ærario, quod propè ædem Saturni ponit Feſtus, ſeruabantur, præter pecuniam, etiam tabulæ, & libri elephantini, in quibus triginta quinque tribus vrbis continebantur, libri rationum, & alia multa. Lege *Gyrald. ſyntagm.* 4.

Arca nummaria. Theſauri. V. *ſuo loco.* Fiſcus,i. *Cic.* Principis ærarium à fiſcis, ſiue fiſcellis, quibus includi, & aſportari publica pecunia ſolebat. Gaza publica.

ÆROPE, ſiue

Aeropę Atrei vxor, quam Thyeſtes Atrei frater, cùm ſciret Regnum penès eum fataliter manſurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem cum Atreus regiam ingreſſus plurimùm cuſtodiebat; corrupit, & ex adulterio duos filios habuit Pliſtenem, alterumque, quos poſtea Atreus

fratri comedendos appoſuit. Lege *Thyeſten Seneca*. Si non Æropem frater ſceleratus amaſſet Conuerſos Solis non legeremus equos. *Ouid. 2. de Triſt.*

Atreis, dis, à viro. Atrei coniux, vxor, marita, *ex hiſt.* Mœcha Thyeſtæ. Thyeſtęa adultera. Quam deprauauit Thyeſtes. Corrupta, deprauata Thyeſtæ. Atridum genitrix, nam ipſa mater fuit Agamemnonis, & Menelai, *ex hiſt.*

ÆSACVS, i. V. *Eſacus*.

ÆSCVLAPIVS.

Apollinis filius ex Coronide nympha, quam cùm is adamaſſet, ſuſpicionis, ſiue zelotypiæ cauſſa coruo referente cum alijs rem habuiſſe, iam de ſe grauidam, ſagitta traiecit: quæ illęſum tamen eodẽ tempore enixa fuit Æſculapium, qui adultus medicinæ præſes plurima valetudini mortalium vtilia adinuenit, primùm ſub Chironis optimi Centaurorum diſciplina educatus. Adeò autem excelluit in ægrotorũ curatione, vt mortuos quoque ab inferis excitare crederetur; Dianæ enim precibus Hippolytum ab equis diſcerptum vitæ reſtituerat. Quare apud Iouem accuſatus fulmine ictus perijt. Hinc iratus Apollo pater Æſculapij Cyclopas fulminis fabricatores interfeciſſe dicitur; ex quo exulauit apud Admetum. V. *ſupra Admetus.* Tamquam Deus habitus apud Epidaurium maximè cultus eſt; cæterum Romam accitus vrbem ipſam graui peſtilentia liberauit. In cuius honorem inſigne templum in Inſula Tiberis illi conſtruxerunt; colueruntq; in ſpecie ſerpentis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tempore peſtilentię, vt Aeſculapium Romam portarẽt, ſerpẽns grandis nauem ingreſſus eſt, quem illi Deum Aeſculapium rati, ſecum duxerunt. V. *Plin. lib. 4. & Ouid. 15. met. & Liuium* copioſiùs narrantem *lib. 10. ab* V. C. Sunt qui dicunt Aeſculapium incertis parentibus natum, & expoſitum à venatoribus inuentum canino lacte nutritum; tum Chironi traditum medicinam ab eo didiciſſe (teſte *Lactant. Firmiano*) V. plura apud *Gyrald. ſyntagm.* 7. Vxorem habuit Hepionem, ex qua Podalyrium, & Machaonem filios ſuſcepit, quos medicis artibus erudijt. Alij dicunt non à Chirone, ſed à Patre Apolline medicinam edoctum Aeſculapium. Vide *Hyginũ* in Aſtronomico ſub Ophiuco de baculo, & angue, ſeu dracone ſcribentem. Veteres ei gallum gallinaceum immolabant, Cyrenenſes capram; præter illos filios filias quoque habuit Hygeam, Aeglen, & Panaceam. Cur templum habuerit in inſula Tiberina, lege *Plutarch problem 94. & Io: Mercurialem var. lect. lib. 1. cap. 13.* Romæ ædiculam quoque habuit in regione tertia. Templum in regione quinta Eſquilina. Statuam cum Diana in æde Iunonis in porticu Octauiæ; quam Scopas fecerat; & ſimiles alteras, opera Cephiſiodori.

Phœbigena, æ. *Virg. 7. AEn.* Repertor medicinæ. *Ibidem*. Nympha Coronide natus. *Ouid. 1. faſt.* Iuuenis Phœbeius. *Id. 15. met.* Mulcens humanorum ærumnoſos caſus morborum, *ex Græcis.* Deus opifex. *Ouid. 15. met.* vel opifer. Coronides. *Ouid. 2. met.* à matre. Natus ego ex ſacra Tricca, cui tota medendi Ars debet, ſimul atque omnis ſapientia debet: ab vrbe Theſſalia non procul à ſinu Pegaſico, vbi Tricca reponitur.

Deus Epidaurius. *Prop. 2. eleg. 1.* Et Deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis Reſtituit patrijs Androgeona focis: pro Androgeone: Glaucum eiuſdem Minois filium reponunt; vt: Vidit Minoum rupto puerum prodire ſepulcro, Quem ſenior vates auium clangore repertum Gramine reſtituit miræ nam munere ſortis Dulcia melle necem vitam dedit horridus anguis. *Claud. de laud. Stilic.* Epidaurius. *Ouid. 15. met.*

Dux Pergameus. *Mart. 9. 17.* quod etiam apud Pergamum templum haberet. Pergameas intraſſe domos, vbi maximus ægris Auxiliator adeſt, & feſtinantia ſiſtens Fata ſalutifero mitis Deus incubat angui. *Stat.* Tuq; potens artis, reduces qui tradere vitas Hoſti atq; in Cęlum manes reuocare ſepultos, Qui cęlis Aegeas, qui Pergama, quiq; Epidaurum, Qui quondam placida tectus ſub pelle draconis Tarpeias arces, atque inclyta templa petiſti Depellens tetros præſenti numine morbos. *Q. Seren.* Salutifer. *Id. 2. met.* Natus Apolline. *Id.* Aſclepius, ij. Syncop. Epidauri numen. *Sen. in Hipp.* Medicus Deus. *Poet.* Præſtantiſſimus medicus. *Hom.* Propulſator morborum. *Pind.* Filius ſanitatis robuſtæ, & integræ. *Id. in Pyth.*

Epith. Dulcis. Almus. Fortunatus. Inculpabilis.

Proles Apollinea, *ex Ouid.* Phœbi filius medicus, *ex eod.* Medicæ Deus arbiter artis. *Bemb.* Machaonis, Podalyrij pater, genitor, &c. *Hiſt.* Arte medendi clarus. Artis medicæ potens, *ex Poet.* Afferat ille licet ſacras Epidaurius herbas Sanabit nulla vulnera cordis ope. *Ouid.* Chironis alumnus, vt de Achille dictum fuit. Latonæ venerande nepos, &c. *Mart. 9. 18.* Phœbi Apollinis potens, & honoratum germen. *Orph. in Hymn.* Beatus ſeruator. *Id.*

AESCVLVS.

Arbor glandifera, ſunt qui ſine diphthongo ſcribant, Ioui ſacra, è cuius ramis corona querna, ſiue ciuica fiebat. V. *Corona*.

Arbor ſacra Ioui, *ex Virg.* Frondibus æſculus altis, *ex Poet.* Nemorumq; Ioui, quæ maxima frondet Aeſculus. Aeſculeæ frondes, rami, *ex Poet.* Aeſculeæ glandes, *ex Poet.* Arbor glandifera. *Poet.* Aeſculetum, i, vbi multæ ſunt æſculi. Quam

fron-

Digitized by Google

ſrondens hedera ſtringitur æſculus. In primis quæ quantum vertice ad auras Aetherias tantum radice in Tartara tendit. *Virg.2. Georg.*

AESON, is.

Cirnei, vel Cretęi filius, vel potius Neptuni, nam cùm Pelias eſſet eius frater, iſq; Neptuni è Tyro Salmonide filius, vel ipſe ex matre fuit, vel ex patre frater, alioquin falsò dictus eſt: hic pater Iaſonis fuit, & Theſſaliæ Rex, qui cùm iam decrepitus eſſet Medeę efficaciſſimis herbis in virilitatem redijt, vt fabulatur *Ouid.7. met.*

Dux altero pede crepidatus. *Lycophr.* Quos poſtea combibit Aeſon, Aut ore acceptos, aut vulnere, barba, comaeq; Canitie poſita nigrum rapuere colorem. *Ibid.* Nepos Aeoli, ſecundum illorum opinionem, qui Aeſonem dixere Cretęi filium; Cretæus enim Aeoli fuit filius. Peliæ frater ſecundùm alteram opinionem. Iaſonis pater, genitor, &c. *ex Hiſt.*

AESOPVS.

Fabulator, genere Phryx, & conditione ſeruus, qui Crœſi Lydorum Regis tempore floruit.

Phrygius fabulator. Phrygius conditor Apologi. Xanthi Philoſophi ſeruus. Lege *Maxim. à Palud. in eius vita.*

AESTAS, tis.

Poſt vernum alterum anni tempus, ad quod Iunius, Iulius, & Auguſtus menſes adſcribuntur. V. *ſuis locis.*

Longi dies. *Virg.2. Georg.* Lux æſtiua. *Idem.3.* Sol æſtiuus. *Ibidem.* Aeſtiui dies. *Ouid.2. de Pont.* 10. Aeſtus, us, effectus figurat. V. *inferius Id.* 4. Sidus Cancri. *Virg. eclog.*10. per quod Sol meat ſub Iunio. V. *Cancer Sidus.* Sidus leonis, per quod Auguſto, & Iulio. V. *Leo Sidus.* Caniculares dies. V. *ſuo loco.*

Aura æſtiua. *Hor.1. od.*17. Dies ſicci Sole. *Id.3. od.*29. Stella leonis. *Ibid.* Canis æſtifer. *Virg.2. Georg.* V. *Canicula.* Aeſtus canis Icarij, ideſt Caniculæ. *Claud.* Aeſtiuum tempus. *Mart.*2.78. Sidus æſtiuum. Aſtiui orbes, Sol æſtiuos circumuagus orbes. *Tib.1. eleg.2.* & *Bembus.* Medios Sole calente dies. *Pont.*

Formoſa meſſibus æſtas. Spicea ſerta gerens. Arboribus florens, renitentibus æſtas. *Virg. in opuſculis.* Veſtiens agros culmis Cerealibus, æſtas Aeſtatis face cùm tellus torretur, & aer. Longæ meſſes, longas his exige meſſes Collibus. *Mart.* 5.72. nempè dies æſtiuos. Siccæ æſtatis ignitus vapor. *Nicand.* Laborioſæ æſtatis tempeſtas. *Heſiod.*

Aeſtatis callidæ tempus. *Q. Calab.* Iam ſpicata Ceres iam cogitat horrea meſſor. Aeſtiui curſus temporis. *Nonnus.* Brachia Cancri vrit atrox æſtas. *Claud.* Rapidi potentia Solis acrior.

Aeſtas Phœbeis ignibus ardens. *Virg. in opuſc.* Frugiferas aruis fert æſtas florida meſſes. Flamma ſiticuloſæ tempeſtatis. *Nonnus.* Ardens Sol. aerior, &c. Cereale tempus. *Id.* Soli ſub ardenti. Halitus ignifer ſitibundi caloris. *Id.* Medio cum Sol eſt altiſſimus orbe. Sitiens Leo. V. *Leo. Canicula.*

Epith. Torrida, pulueruienta, frondoſa, liquida, Ignea, calida, feruens, ſerena, nuda, formoſa, iners, vaga, ſitiens, incandens. Pulcris ſplendida fructibus, arida, opima, &c. Hinc:

AESTVS, us.

Solis potentia. *Virg.1. Georg.* Incendia Solis. *Manil.* Feruor per ſidera funditur. *Idem.* Ardor, is. *Virg.3. Georg.* Calor Phœbi. *Tib.4.* Siderum vapor. *Hor. epod.3.* Aura æſtiua. *Idem.* Ignis, effector, pro re effecta. *Lucret.5.* Vis caloris. Sitis. *Ouid.4. faſt.* fig. ob effectus. Auſtrinus calor. *Virg.2. Georg.* Aeſtatis feruor. *Angerian.* Feruidus calor. *Idem.* Sol æſtiuus. *Idem.* Nimius Cęli calor. *Bembus.* Feruidi ictus. *Hor.2. od.15.* Aeſtatis calidæ vapor. *Sen. in Hipp.* Sed ignes auget æſtiferi canis Titan. *Id. in Oedip.* Sol grauis vreret arua. *Ouid.6. met.* Sidereus æſtus. *Ibid.* Ignes æſtiui. *Prop* 3. 18. Orbis æſtiuus. *Tib.1. eleg.2.* Cùm grauis exuſtos æſtus hiulcat agros. *Catull.* Tempus æſtiuum. V. *ſuo loco.*

Epith. Rapidus, ſitiens, ardens, calidus, horrifer, flammiger, fumidus, feruens, malignus, vrens, flagrans, incenſus, &c.

AESTIVA, orum.

Dicuntur loca, vbi æſtate degunt homines bellatores, ſiue alij.

Aeſtiua prata. *Sen. in Oedip.* Hic rudis æſtiuas præſtabat porticus vmbras. *Mart.1. epig.* Aeſtiuum opacum. Aeſtiua frigora. Aeſtiuæ valles, *ex Poet.* Ad æſtiuandum loca apta. Caſtra æſtiua. *Cæſar.*

AETAS, tis.

Quæ veloci pede omnia in terris corripit, vt *Sen. in Troad.* quæ triginta annorum ſpatio contineri dicebatur; vel vigintiquinque. Quæ quadruplex olim dicta, ætas aurea, de qua paulò poſt; argentea, ærea, & ferrea: quæ 1. *met.* ab *Ouidio* deſcribuntur, & ab alijs.

Tempus. Seculum. Annoſum tempus. V. *ſuis locis.* Senecta Neſtorea. V. *Tempus longum.* Ordo ſeclorum. *Virg. eclog.4.* Aeuum, i. Sic primum æuum, prima ætas notatur. *Val. Flac.1.* Terminus æui. *Arg. Virg.4. Georg.* Labor mutabilis æui. *Id.11. AEn.* Spatium æui. *Ouid.15. met.* Vetuſtas æui. Multiformis gerens claues generationis. *Nonnus.* Aera, æ, tempus ſignificat; Et tibi longęui reuocabitur æra parentis. *Stat.4. ſilu.1.* Aetatis tempora. Spatia vitæ. *Sen. in Oedip.* Aeui dentes taciti. *Politian.* Per numeros omnes æui diuiſa volantis. *Manil.* Digeſſi faſtos, & nomina

mina præpetis æui. *Auſon.* Reliquumq; volatilis æui exigit. *Strozz.* Fallentis æui tramite. *Augurell.* Fata ſuperſtitis æui.

Epith. Anguſtum, miſerabile, annoſum, breue, longum, currens, velox, reſolubile, labile, incertum, ænum.

Epith. Laſciua, firmata, viridis, recens, patiens, rudis, & ſimplex, apta, craſtina, effœta, volatilis, improuida, lubrica, auida, volatilis, infirma, dura, aurea, argentea, fugitiua, ſingula vertens, plena laborum ætas.

Ætas aurea.

Saturnia tempora, ętas. Non prior aureus iſte Sanguis auum. *Stat.* 3. *Theb.* Saturni tempus. Mundus infans. Ætas ferrea. *Ouid.* 1. *met.* Ætas argenti, *ex eod.*

Ætates hominum minores ſeptem cenſentur.

Infantia. Pueritia. Adoleſcentia. Iuuentus. Virilis ætas, & virditas. Senectus. Decrepitas. V. *ſuis locis.*

Deſcriptionem quatuor ætatum copioſam habes apud *Heſiod. in Theogon. v.* 109. & apud *Ouid.* 1. *met.*

ÆTERNITAS, tis.

Quæ ſecundùm Stoicos eſt, cum præfinito tempore in primam illam vnitatem, atque confuſam materiam redibunt omnia, vndè & rurſum renaſcentur, & in quam recident viciſſim: nos verò aliud ſentimus.

Tempus nos auidum deuorat, & chaos. *Sen. in Troad.* Annorum genitrix, *ex Græcis.* Æternæ vitæ mater.

Æternitatis ſymbolum apud Ægyptios Baſiliſcus fuit. Lege *Pierum lib.* 14. nec non Luna, & Sol. V. *eundem lib.* 44. nummi quoque tum Fauſtinę Auguſtæ, tum Seueri Cæſaris indicant.

Perpetuitas, tis. Æternitatem vt Deam coluerunt antiqui, cuius imaginem tempus eſſe dixerunt Pythagorici, Plato, & Hermes Triſmegiſtus: Deſcribitur copioſè, & luculenter à *Claud. in Paneg. de laud. Stilic. v.* 424. Eſt ignota procul, noſtræq; imperuia menti, &c. de ea etiam *M. Marull.* hymnum compoſuit.

Annorum ſqualida mater. *Claud. vt ſupra.* Immenſum æuum. *Ibid.* Quæ tempora vaſto ſuppeditat, reuocatq; ſinu. *Ibid.* Perpetuumq; viret ſquamis, caudamq; reducto Ore vorat tacito relegens exordia lapſu. *Ibid.* Nomen æternum. *Ouid.* 2. *eleg.* 10. Stat ſine morte decus. *Prop.* Seclum perenne. *Catull.* Æuum æternum. *Ouid.* 1. *met.* Incertum. *Id.* 15. *met.* Innumera annorum ſeries, & innumerabilis. *Hor.* 3. *od.* 30. Lux æterna mihi, carituraq; fine dabatur. *Ouid* 14. *met.* Nomen indelebile. *Id.* 15. *met.* Perq; omnia ſecula. *Ibid.* Æterni dies. Perpetuum tempus. Sempiterni anni, ætas, &c. Felices ſine fine dies. Rebuſq; in ſecula tollat, ideſt faciat æternos ob res geſtas. *Val. Flacc.* 1. *Argon.* Secula, quod donant ſecula chartis. *Mart.* 6. 60. nempè æternitatem.

ÆTHER, is.

Cęlum. V. *ibi plurima.* Æthra, æ, quamvis aliquid differre volunt Grammatici inter ſe; eos conſule. Flammantis æthræ circulus. Effuſis ſtellatus crinibus æther. *Val. Flacc.* 2. *Argon.* ideſt Cęlum ſtellatum. Ætherius axis. *Ouid.* 1. *triſt.* 2. Ætheris æſtus, pro elemento ignis, igneaq; ſphęra. *Lucr.* 5. Spatia ſublimis ætheris. *Senec.* Ætheria domus. *Hor.* 1. *od.* 3. Arx *Ouid.* 4. *triſt.* 3. Ignis ætherij vertex. *Boetius.* Arces igneæ, pro ſphæra ignis. *Hor.* 3. *od.* 3. Templa ſummi ætheris. *Sen. in Herc. fur.* Incurui ætheris moles. *Ruffus.* Æther grauitate carens. *Ouid.* 1. *met.* Axis curui Ætheris. *Ruffus.* Æther, & immenſum reſonat percuſſus ahenis ictibus. *Cato, & Mantuan.* illum imitatus.

Epith. Arduus, leuis, fulgidus, purus, nubificus, niridus, liquidus, ſerenus, vaſtus, igneus, altus, cæruleus, ſublimis, vacuus, &c. Stellata veſtitus tunica.

Lugeat æther, magnuſq; patens Ætheris alti, &c. *Sen. in Herc. fur.* Lege notas *Farnabij.* Mundi elementum optimum. *Orph. in hymn.* Sapiens harmoniæ pater. *Syneſ.*

ÆTHIOPIA, æ.

Ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, ſic dicta Prouincia, quæ In Africa notiſſima eſt; cuius incolæ Nigritæ etiam nuncupantur, vel à colore nigro, quo ſunt omnes, vel potius à flumine Nigro, quod hanc regionem lambit. Pars eſt Africæ torridæ zonæ ſubiecta inter Arabiam, & Aegyptum, inter Nilum, & Oceanum, & in Meridie ſub ipſo Solis æſtu. Cuius regio primùm Aetheria appellata eſt, deindè Atlantia, mox Aethiopia. Lege *Plin. lib.* 6. *cap.* 30. *Volaterr.* 12. *Ptolem. lib.* 4. *cap.* 7. *Gerard. Mercatorem in vtroque Atlante ſub Aethiopia titulo.* Regna in Aethiopia recenſentur viginti quinque; nunc autem ad pauca redacta, quæ ſunt duplicis Aethiopiæ.

Superioris Aethiopiæ Barnagaſſum, Tigremaum, Tigrai, Amara, Angote.

Inferioris, quę ad Auſtrum eſt, & Oceanum Aethiopicum; Aiana, in qua Del, & Adea; Magaduzzum; Quiloa, Mozambique, Manopotapa, vel Monopotapa, & reliqua, quæ à recentioribus Coſmographis numerantur.

Dicuntur etiam Abyſſini, in quos dominatur quidam, qui ſe è Dauidica ſtirpe generatum fatetur. Aiunt enim Sabbam, quæ è Caxumo Vrbe Tigrai Regni Salomonis ſapientiam auditura in Iudæam fuerat profecta, ex ipſo Salomone filium genuiſſe, qui cæterorum fuit pater. Vide quæ à Ieſuitis illorum populorum in fide cultoribus narrantur in annuis, quas indè ad nos mittunt

Digitized by Google

runt litteras. Et indè Candace fuit Regina potens Æthiopum: cuius in Actibus Apoſtolorum fit mentio. Hinc Æthiopes populi, de quibus infra: apud quos Magnes, & Smaragdi gemmæ reperiuntur.

Cuſſæa regna: Sic dictam putant à Cus Cham filio, qui eam partem primus incoluit. Arua Cephæa: *Ouid. 4. met.* quod in ipſis Cephæus regnauerit, vt quidam volunt; verùm, vt alij in Perſide. Danaeia Perſis. V. *Perſis: Ouid. 1. de arte* ob eandem cauſſam. Æthiopum Regna, Regio, Imperium, vaſtæ arenæ. Nubiorum gens magna. Vrbes nigræ gentis. Nubia regio. Pone ſub curru nimium propinqui Solis in terra. *Hor. 1. od. 22.*

Huius vrbes primariæ.

Caxumum, ſiue Caſſumum, Regia Sabbæ, & Candacis Reginæ in Regno Tigrai. Beroe, ſiue Barne, quæ Colone, es, dicitur *Ptolem.* in Barnagaſſi Regno. Amara vrbs etiam munitiſſima in prouincia eiuſdem nominis, in qua filij Regis Æthiopum aſſeruantur, vt recentes narrant Hiſtorici. Aboccis. Alcina, æ. Adullis, oppida. *Steph.*

Fluuij.

Niger fluuius maximus, qui Nigritis populis nomen tribuit. Nilus. V. *ſuo loco*, qui etiam Ægypti eſt, & Æthiopiam perfluit. Abhanis, ſiue Abanhis, ſiue Abanthis, qui Barnagaſſium Regnũ diuidit, & in Erythręum influit. Marubus fluuius, quo Regnum Tigremai diuiditur, & in mare rubrum identidem ingreditur. Aſtapus. *Ptolem.* idem cum Anabhi, vt nonnullis placet. Aſtaboras. *Idem.* & Tacaſſi, fluuius dicitur, in quem alij plures confluunt.

Coloe Palus apud *Ptolem.* eſt Barcenæ lacus ampliſſimus ſub ęquinoctiali iacens, in quo plures Inſulæ ſunt; & hic à fonte Abanhi originem ducere dicitur.

Menuthias, æ. Inſula, quæ alio nomine etiam Cerne dicitur. V. *in Inſulis.* Cerne adiacet Æthiopiæ inferiori in Oceano Æthiopico. Troglodytica, æ, eſt regio, vndè Troglodytæ populi cauernas incolentes, de quibus meminit *Plinius, & D. Hieronym. in Iouinianum:* veſcuntur carnibus humanis ſemicrudis: ſtrident magis quàm loquuntur, ſpecus ſubeunt, aluntur ſerpentibus. *Pompon. Mel. lib. 1.* quibus etiam Nomades ſunt proximi.

Synon. alia.

Terræ calentes, *ex Hom. 1. Iliad.* Sol vbi flamma propiore nudos Inficit Indos. *Sen. in Oedip.* Domus Memnonię. *Prop. 1. 6.* quia Memnon Auroræ filius in Æthiopia regnauit. Decolor India. *Ouid. 4. met.* Cephęis terra, *ex eodem.* Cephęia tellus. *Id. 4. met.*

Meroe Cephęa. *Prop. 4. 6.* Meroe eſt inſula Nili cæterarũ nobiliſsima. V. *AEgypt.* quã tamen *Strabo* vocat caput Æthiopici Regni à Meroe Cambyſis matre nomen ſortitam, vt ſcribit *Diodor.* Cephæam verò nominar à Cephæo patre Andromedæ Rege Æthiopum, vt ſuperius dictum. Fuſca Regna. *Ibid.* à colore. India toſta, ideſt Sole ſiccata. *Catull.* Comites fuſci, quos India torret Solis & admotis inficit ignis equis. *Tib. 2. 6.* Qua mundus redit (nempè orientales plagas) & nigras ſuperuolat vrbes. *Manil.* Æthiopum vapores. Æthiopum medios penetraſſent vela vapores. *Claud. 1. Paneg. de laud. Still.* Hinc populi.

ÆTHIOPES, um.

Et quos interior nimio plaga Sole relegat. *Claud. vt ſup.* Et Gir notiſſimus amnis Æthiopum ſimili mentitus gurgite Nilum. *Ibid.* quem nunc Nigrum appellant.

Nigra Agmina. Cum montibus Ide Nigra coloratus produceret agmina Memnon. *Ibid.* Niger Indus. Hic gemmata Niger tentoria fixerat Indus. *Ibid.* Arma Memnonis. *Virg.* Eoæ acies. *Id.* Indi ſitientes propter nimium æſtum. *Idem 4. Georg.* Indi colorati. *Ibid.* Nigri. *Ouid. 1. de art.* Populi Æthiopum. *Ouid. 4. met.* Cephęni, à Cephęo. Nigritæ, à colore, vel à fluuio. Blemyes pop. in Æthiopia versùs Auſtrum capitibus carentes, ore, & oculis pectori affixis, ſi tamen credendum eſt *Pomponio*, à quo alio nomine Bleptę dicuntur: meminit *Claud.* Per Meroen, Blemyaſque feros, &c. Cephęi populi, *ex Ouid.* qui Cephęo olim parebant, niſi potius hoc Perſas dicamus eſſe.

Ab aurora populi, & littore Rubro. *Virg. 8. AEn.* Mare autem rubrum longo tractu ab Oriente irrigat Æthiopicas oras. Niger, ideſt Æthiops. Nigrum Memnonem. *Hor. 1. od. 6. & Tib. 4. 2.* Lati niger accola Nili. *Pont.* apud Aethiopes enim ſunt Nili fontes, quos ignorari dicunt veteres: vndè *Claud. in 1. de Still.* Fontem ſi quærere Nili, &c. Peruſti Indiæ populi. *Sen. in Med.* Syenites, à Syene opp. V. *ſuo loco.* Suenites. *Ouid. 5. met.* Marmaces pop. *Steph.* Aeſtus, & Eoa diſcolor, ſeu decolor, Indus aqua. *Prop. 4. 3.* Et gens ſi qua iacet naſcenti conſcia Nilo. *Luc. 1. Pharſ.* V. *ſupra.*

Quibus propinquam Phœbus admouens rotam Atra fauilla corpora infecit virum, Caloribuſq; adducens præpotentibus retorridas criſpauit eorum comas. *Theodectes.* Sunt qui reprobant huiuſce viri opinionem. Lege *Tibulli interpretem Veronenſem.* Qua ferens Titan diem Binos propinqua tingit Aethiopes face. *Sen. in Herc. fur.* nempè Orientales, qui ad Erythręum ſunt mare, & Aegyptum verſùs, & Occidentales, qui

ma-

Digitized by Google

mare Atlanticum ſpectant.
Et qui renatum prorſus excipiens diem Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto. *Sen. in Troad.* vbi interpres, pro Aethiopibus accipit; ſed mihi aliquid ineſt ſcrupuli: Arabas enim Orientales in felici Arabia degentes ad mare Perſicum intelligerem, in quod influit Tigris. Macrobij pop. Aethiopum vltra Meroen. Lege *Solinum*. Phaetontei populi, nam Phaeton ex Aethiopum fuit gente, vt *Ouid. 1. met. in fine*. Aethiopasq; ſuos poſitosq; ſub ignibus Indos. Indi poſiti ſub ignibus. *Ibid.* Sub Phaetontei Solis incend o Aethiopas nigrum traxiſſe colorem fabulatur *Ouidius lib. 2. met.*

Apud hos Noctua mortis erat hieroglyphicum, quam cùm ſibi à littore allatam cernerent rei, ſponte ſibi mortem conſciſcebant. Lege *Pierium lib. 20. ſub Noctua hieroglyph.* Tumori pedum, & articulorum dolori vehementer obnoxij dicuntur, quod Tauri Cęleſtis pes extra regionem ſuam in Aethiopas exporrigit.

Epith. Vagi, nigri, vſti, rubentes (eos ſcilicet intelligit *Stat. 5. Theb.* qui apud mare Rubrum ſunt) triſtes, fuſci, nigricolores, deformes.

ÆTNA, æ.

Notiſſimus in Sicilia mons, quem Pindarus Cęli columnam nuncupat, & Typhoeum. *Sil. Ital. lib. 14.* quod ibi Gigantes à Ioue fuiſſent proiecti, montibusq; oppreſſi, vt in Encelado patebit, & Typhoeo. Aſſiduis flagrat ignibus, cuius incendij dicuntur cauſſæ, terra pinguis, ſulphure, nitro, alumine, atq; alia re cremabili admiſto vnctuoſo bitumine, quod & ignem recipere cito, & longo tempore poſſit alere, tum vapor ſiccus agitatus in ſubterraneis ſpecubus. Crater eius (ſic pars ſuperior dicitur) patet ambitu ſtadia viginti, teſte *Plin. lib. 3. cap. 6.* fauilla verò Taurominium, & Catanam vsq; feruens peruenit: fragor verò ad Maronem, & Gemellos colles. Sed nunc eiuſdem crateris ambitum dilatatum credo, cum aliquoties à *Plinio* huc vſque conflagrarit mons. In quo olim Vulcano ſacrum erat templum, ad cuius cuſtodiam canes adhibebantur, qui adeuntibus caſtè, ac religioſè blandiebãtur; in ſceleſtos verò, & contaminatos, ſi vel templum, vel lucum ingredi vellent, irruebant, mordebantq;. Quædam de Ætna narratur fabula, illam nempè Briarei Cyclopis filiam fuiſſe, Sicaniq; ſororem, quæ à Vulcano, & Cerere de finibus arbitra electa ſecundùm Cererem ſententiam tulit; vndè a Vulcano in montem ſui nominis conuerſa eſt, ignibusq; flagrare perpetuis iuſſa. *AElianus* quoque refert, flammas incendij ex Ætna erumpentes miraculosè ceſſiſſe duobus filijs in humeros ſublatos ſenes parentes efferentibus, quod autem aliàs erumpens Æteus ignis D. Agathæ precibus fuerit contuſus. V. *infra S. Agatha.* Sed ad Synon.

Ætneus ignis. *Ouid. epiſt. 21.* Siculi camini. *Stat. 1. ſilu. 1.* Ætnęi camini. *Sen. in Herc. fur.* Ætnęa cacumina. *Claud. 3. de rapt.* rura. *Ibidem*. iuga. *Sen. in Hipp.* Mœnia. *Ouid. 5. met.* Murmura. *Lucr. 6.* antra. *Virg. 8. AEn.* flamma. *Ouid. 2. Pont. 10.* Regna. *Mart. 7. 65.* Ætnę iuga. *Claud. de rapt.* barathrum. *Luc. 1. Pharſ.* fornaces. *Lucr. 6.* flammæ. *Ouid. 5. triſt. 3.* rupes ferventis Ætnæ. *Sen. in Thyeſt.* Ætnęæ valles. *Luc. 6. Pharſ.* rupes. *Bemb.* flammæ, oræ. *Mar. 8. 45.* Ætnæus calor. *Pontan.* apex. *Claud. 1. de rapt.* Scopuli Ætnæi. Ætnæi fines. *Sil. Ital. 14.* Mons igneus. *Stat. 3. Theb.* Empedoclis ſepulcrum, nam, vt refertur in hunc montem clam ſocijs relictis Empedocles Agrigentinus, vt immortalis crederetur eſſe, cùm non appareret, ſeſe immiſit. V. *Philoſophi*.

Cauernæ Siculæ. *Claud. 2. rapt.* Ignis Vulcanius. *Idem 1.* Nom mihi Cyclopum quamvis extructa caminis Culmina fida ſatis. *Id. 3.* Siculus mons, quas Siculo vomit de monte tellus igneos volvens globos. *Senec.* Antra Trinacria. *Sil. Ital. 14.* Antra Cyclopum exeſa caminis. *Senec.* Cyclopum offieinæ. *Hor. 1. od. 4.*

Typhoeus, pars pro toto, ſiue contentum pro continente. Flammamq; fero vomit ore Typhœus. *Ouid. 5. met.* quem ſub Ætna premi fingebat antiquitas; alij verò Enceladum ſub Ætna, & ſub Inarime Typhœum: eſt vbi fama premi ſemiuſtum fulmine corpus Enceladi. Typhœum pro Ætna. *Silu. Ital. 14.* Trinacria rupes, Antonomaſt. *Catull. 69.* Specus Siculi verticis. Siculi verticis laxa ſpecum Tellus gigante Doris excuſſo tremens Suppoſita monſtri colla terrifici leuet. *Sen. in Herc. fur.*

Ignis æternis reſonans caminis. *Id. in Thyeſt.* Sulphureis ardens fornacibus Ætna. *Ouid. 15. met.* Surget Enceladus ferox, Mitterq; quo nunc premitur in ſuperos onus. *Sen. in Herc. Oet.* Quam qui caminis ignis Ætnæis furit. *Id. in Herc. fur.* Sulphureis innixa vadis, olimq; Cyclopum Terra ferax, & nunc trucibus domus apta Tyrannis. V. *Lucret. lib. 6.* vbi multa de Ætna. Nec peredit impoſitam celer ignis Ætnam. *Hor. 3. od. 4.* V. *Virg. 3. AEn.* Ætnæ flammas deſcribentem, & *Trogum lib. 4.* Nec Sicana feruida Virens in Ætna flamma. *Hor. epod. 17.* Ardet in immenſum geminatis ignibus Ætna. *Ouid. 2. met.*

Epith. Feruida, Trinacria, ardens, Sicula, alta, Typhois, doctorrens, flagrans, ignifera, vaporifera, fumans, parens florum, alticollis (*ex Pind.*) Nemoroſa, ardua, ventoſa, grauis, feruens, Trinacris, dos: ſulphurea, fera.

Eſt in opuſculis Virgilij Ætna; quam lege, ſunt qui pu-

putant Cornelj Galli eſſe opuſ. Lege *Claud. de rapt. Proſerp.* Lege *Sil. Ital. lib.* 14. *v.* 59. Triceps mons. *Oppian.* ob tria capita, quibus ſuperemi-net. Enceladi tegmen. *Idem.* Typhonium cubile. *Nonnus.*

ÆTOLIA, æ.

Prouincia in tertio Europæ ſinu Græciæ quidem celeberrima, ab Ætolo Martis filio, vel Endymionis, ſic dicta, quæ Locros, Acarnanes, & Epirotas finitimos habet. Hæc vna cum Corcyra, Epiro, & Acarnania à Gothis quondam deuaſtata, mareq́; nauigantibus inutile redditum fuit. *Blond.* 7. *& Procop. lib.* 3. cuius populi, fluuij, & oppida à *Plin. lib.* 4. *cap.* 2. per totum recenſentur; quorum multorum nunc vix veſtigia extant; Populi verò quondam bellicoſiſſimi fuerunt, inſignesq́; extitere Regionis verò primaria loca.

Atracia, æ, ſic dicta regiuncula ab Atrace Ætoli filio, ſiue potius ab Atrace fluuio, qui illam irrigat. Atracis vndæ. *Catull.* Atraces, p.c. pop. Atracis, dis. V. *Hippodamia.* Calydonia, æ, regiuncula à primaria totius Ætoliæ vrbe Calydone. V. *ſuo loco.*

Vrbes.

Calydon. V. *infra.* Macinia, ſiue Machynia, opp. *Plin.* Molyeria, æ. *Idem.* Molycrias. *Steph.* haud procul ab Rhione promont., quod etiam Antirrhium vocat *Plin.* Molycrius, a, um, & Molycreus, &c. Chalcis, vrbs, propè quam mons Taphiaſus, vndè Achelous fluit. Ionijs, & fluctibus hoſpita portu Chalcis, *Stat.* 4. *Theb.* Naupactum, i, ſiue potius Naupactus, i, Vrbs memorabilis ob victoriam Chriſtianorum ſub Pio V. Pontifiei Max. de Turcis maritima claſſe relatam; quam nunc Lepanthum appellant: maritima eſt, vndè Naupactius, & Naupacteus ſinus, *golfo di Lepanto.* Phylene, oppid. *Plin.* Scopuloſa Philene. *Stat.* 4. *Theb.* Pleuros, i, opp. V. *ſuo loco.* Gonœſſa, æ, locus. Ætolia, æ, vrbs à regione tota ſibi nomen aſciſcens. Halycarna. *Plin.* oppid. Athamania littora, ſunt ad Ætoliam, & Ambraciam Epiri regionem. *Prop.* 4. 6. vndè Athamanes populi.

Montes celebres.

Acanthus, ſiue Acanthon. *Plin.* apud quem vrbs quoque eſt Athamanum, in qua mutas eſſe cicadas *Stephanus* ſcripſit. Panætolium, quaſi totam Ætoliam continens. *Plin.* mons altiſſimus eſt. Macinium, ij, mons. *Idem.*

Fluuij.

Achelous. V. *ſuo loco.* Euenus, i, fluu. in Callidromo monte naſcens, & iuxtà Calydonem in mare Ionium influens ita dictus ab Eueno Martis filio, & Marpeſſæ patre, qui ſe in hunc fluuium præcipitauit: hinc *Lucan.* Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi Euenus Calydona ſecat. Eueni vndæ rapidæ. *Ouid.* 9. *met.* Lycormas, æ, ante dictum, flauusq́; Lycormas. *Id.* 2. *met.* Flauus rapido fonte Lycormas. *Sen.* Lynceus, fluuius, Qui ripas Lyncææ tuas. *Stat.* 4. *Theb.*

Synon.

Ætolica regna. Atraciæ oræ. *Prop.* 1. *eleg.* 8. Ætola pubes latrocinijs exercita. Ætolicus ager. *Ouidius.* Eueni accolæ, nempè qui fluuium accolunt. Ænienſes, Tymphæi, Perrhœbi, Ephyri, Dolopes, Maraces, Atraces pop. *Plinius.* Monſtriferæ Calydonis opes, Acheloiaq́; arua Deſerui. *Stat.* 1. *Theb.* Ætolæ vrbes. *Id.* 4. *Theb.* V. *Calydonia.*

ÆVVM, i. V. *AEtas.*

AFFLICTIO, & AFFLICTVS.

Iactatos æquore toto. *Virg.* 1. *AEn.* Naufragus, metaph. *Ouidius.* Ingenti proſtratus mole. *Id.* 1. *triſt.* 7. Miſer, iacens. *Id.* 5. *eleg.* 9. Sollicitus. Sollicito tempore, ideſt in afflictione. *Ibid. eleg.* 10. Animi fluctus. *Ibidem.* Ægræ contagia mentis. *Id.* 3. *triſt.* 8 Ægritudo, is. V. *ſuo loco.* Mens tamen ægra iacet. *Ouid.* 5. *triſt.* 2. Miſerabile vulnus, metaph. *Ibid. eleg.* 6. Grauis procella. *Ibidem.* Nubes, metaph. pars vitæ triſti cætera nube vacet. *Ibidem.* Triſte tempus, triſti materiam tempore. *Ibidem.* Morſus curarum, metaph. Si mea perpetuos curarum pectora morſus Habent, &c. *Id.* 1. *de Pont.* 1. Stimuli. *Ibidem.* Senſus amarus. *Ibid. eleg.* 2. Mente iacens, & acerbo ſaucius ictu. *Ibid. eleg.* 4. Anxietas animi, continuusq́; labor. *Ibid. eleg.* 5. Animus habens miſerabile vulnus. *Ibid. eleg* 6. Longus enim curis vitiatum corpus acerbis, ſiue amaris. *Ibid. eleg.* 11. Triſtitiæ onus. *Ibidem.* Grauior fortuna. *Sen. in Octau.* Nubes curarum. *Ouid.* 2. *de Pont.* 1. Vulnera. Et vulnera ſæua mineris. *Ibid. eleg.* 2. Iam propè depoſitus, certè iam frigidus æger Seruatus per te, ſi modo ſeruor, ero. *Ibidem.* Res lapſæ. *Ibid.* nempè afflictio. Languida cura. *Id. eleg.* 4. & lege reliquas. Triſtes animi curæ. *Catull.* Spinoſæ curæ. *Id. in epith. Pelei.*

Caſus iniquus. V. *Aduerſitas.* Innumeris curarum fluctus. Fatorum mole oppreſſus, vexatus. Innumeris cladibus appetitus, impetitus, curuatus, exhauſtus. Caſibus proſtratus iniquis, vexatus, fractus. Omnibus merſus malis. Agitatus multis terraq́;, mariq́; periclis. Terris iactatus, & alto.

Obrutus innumeris curarum fluctibus, *ex Poet.* Mens tantis onerata malis. *Sen. in Octau.* Miſerijs, luctu obruta mens, obrutus, mœrore preſſus. *Ibidem.*

AFRICA, æ.

Ab Afro Libys Herculis filio dicta eſt ea, quæ ſecunda Orbis pars enunciatur, vel à quodã Abrahæ nepote, vel ab alijs. Quam ferè mediam Æ-

Digitized by Google

quinoctialis circulus ſecat: Tropici eam non excedunt,ſed ipſa vtrinque Tropico excedit gradibus decem,& amplius. Ex magna parte inculta, ſiue arenis ſterilibus obducta, ſiue ad Cæli ſitum deſerta,ſiue multo,ac maleſico animalium genere infeſta. Regna continet plurima; quæ verò potiſſimum habitantur, ſunt Mauritania Tingitana,& Cæſarienſis,Numidia,Africa,Cyrenaica, Marmarica, Libya ſuperior, & inferior,licet parum, Ægyptus ſuperior, & inferior; Æthiopia ſub Ægypto, & interior. Hanc ab initio, vt ait *Saluſtius*,habitauerunt Getuli, & Libyes aſperi, incultique, quibus erat cibus ferina caro, atque humi pabulum veluti pecoribus. Hæc incipit à finibus Ægypti,& mari Rubro, & vſque ad Gaditanum mare protenditur. Habuit prouincias olim ſic dictas Libyam Cyrenenſem, Pentapolim, Barcæam, Carthaginem, Numidiam. At nunc ipſa Africa diuiditur in ſex regiones; in Ægyptum,Æthiopiam,Barbariam,Numidiam,Libyam, & Nigritarum Regionem; verùm ſi de antiquorum diuiſione quæris. V. *Plin. lib.5. & 4. & Ptolem. 4. cap.3.* ſi de nouiſſima, conſule *Ortelium, Gerard. Mercatorem in Atlant. & Cluerium*, vbi multa reperies. Habet Nilum fluuium, Nigrum, & alios innumerabiles, montem præ cæteris Atlantem: ſed ad noſtrum ordinem. Regiones in Africa habitabiles ſunt.

Mauritania,æ. V. *ſuo loco*. Numidia,æ,in qua Iuba regnauit Leonum arida nutrix tellus Iubæ. *Hor. 1. od.22.* V. *Numida*. Africa,æ,prouincia à tota parte ſibi nomen ſumens, in qua Carthago, & adiacentes vrbes. Ægyptus. V. *ſupra*. Libya. V. *ſuo loco*. Terra Libyes. *Mart.5.75.* Cyrenaica. V. *Cyrene*. Æthiopia. V. *ſuo loco*. Nubiæ regna, ad Æthiopas pertinere dicuntur, & ad Nigritas; vt etiam Guineæ ambæ. Tombutum, &c. V. *Atlant. min.* Teleuſinum regnum nunc dicitur, quod olim Numidia. Tunetanum Regnum, quod complectitur totum terræ tractum à fluuio maiori ad Meſratæ regionis amnem, ad quod regiones pertinent. Bugia, æ, in qua Bugia oppidum ab Hiſpanis obtenta. Conſtantina. *Atl.minor*. Tripolis,vrbs ſic dicta,quoniam Tyrij,Sidonij,& Aradij illam obtinuere;quæ duplex eſt in Syria,& in Africa, cuius nunc nobis eſt ſermo. Hinc Tripolitana Regio,in qua vrbes primariæ. Abrotonum, i, opp. *Plin.* Tophia,æ. Leptis magna, trans Syrtim minorem ſita iuxtà Ocam opp. Leptis minor,quę Sarrana cognominatur à Sarranis Phœniciæ pop.

Barca,ſiue Barcha,Regnum, quod à finibus Meſratæ protenditur ad Ægypti confinia. Barcęa deſerta. Marocci Regnum. V. *ſuo loco*.

Verùm quia vndique Africa mari partim Oceano, partim Rubro, partim Mediterraneo cingitur, præterquam ad Ægyptum, qua eſt Aſiæ conterminа,multos continet ſinus,qui ſunt:

Adrumetinus, ſiue Adrumetinus ab vrbe Adrumeto, quam vulgò Mahomettam appellant. Zygis ſinus,apud quem Portus eiuſdem nominis,& Zygęum, i, Promontorium. *Capo de' Giannizzeri*.

Portus.

Magnus portus. Myſocoras, æ. Selinus portus, cum oppido. Zuriga,æ,port. *Ptol.* aliosq;. Sed cum oppidis, de quibus paullò poſt dicemus; habet.

Promontoria.

Abyla,Promont.ad Gaditanum fretum. V. *ſuo loco.* Apollinis promontorium,minoris Africæ. Aromata,prom. Atlantis prom. ad Oceanum Atlanticum. Boreum,i. Carapula. *Gira flumat* Pęnis dicitur Metagonium,ſiue Metagonites, Numidiæ Promontorium. Sextiaria extrema. Africæ Promont. Deorum vehiculum, prom. *la punta de Lope Gonzales* dicitur,vel *Sierra Siona*. Frons Africæ. *Mel. Capo di buona ſperanza*, haud procul à Tropico Capricorni eſt. Vide quid referant de loco Indiam nauigantes. Grammaria extrema, ad mare Atlanticum, *Gabo de Non*,Luſitanis dictum. Herculis promontorium ad mare Atlanticum,vulgò *Gabo Cantin*. Hermæa,æ,ſiue Pulcri promont. circa Clupeam minoris Africę,& Mercurij promont. ad mare Mediterraneum. Heſperion ceras, ad Oceanum, *Capo verde*, Græca vox,quaſi Cornu Heſperium dicas. Mega,prom. Raptum,i. *Ptol.* Mapale. Solis mons,prom. & Solis promontorium. Tretum, i, *Capo ferrato*. Triton,is, Numidiæ promontorium.

Oppida ſparſim clariora.

Adrumetum,ſiue Adrumentum,i,min.Afr. Alexandria,æ. V. *ſuo loco in AEgyto*. Acharitanum,i. *Plin.* Achola,æ,*Ptol.* Africæ min. Acholla,æ,Libyæ non procul à Syrtibus Colonia Melitæorũ. *Steph.* Aphrodiſium,ij,maritimum oppid. minoris Afr. Africa hodie, & Mauris *Mahadia*, quæ anno 1550. Caroli Cæſaris auſpicijs fuit expugnata. Apollinis templum,opp.Apollonia,opp. Aſpis,opp. idem cum Clypia. *Sil.Ital. lib.1.* Aurigda, Pentapoleos Africæ regionis opp. Barathiæ,opp. Batrachus opp. in marmarica reg. Berenice,es,vrbs duplex in Ægypto,& in min .Afr. Bocanum Hemerum. V. *Maroccum*.

Charax. *Strab.* Pharaxa. *Ptol.* maritim. oppid. ad Mediterraneum. Carthago. V. *ſuo loco.* Ciſſe, es,opp. Clypia,vel Clupea,opp. meminit *Luc.4. Pharſ.* Cyrene,quæ Carotus,Libyæ opp. Cyrene Thereorum colonia. V. *ſuo loco*. Eſſiliſſa, ſiue Exiliſſa. *Ptolem.* ad fretum Herculeum,ſiue Gaditanum,quæ,& Iulia traducta,æ. Septa,& Ceuta.

ta. Lixa, oppid. maritim. ad Oceanum Atlanticum.

Macodama, æ, iuxtà Syrtim magnam ad Mediterraneum. Meſgana, æ, Afr. minor. opp. ad oram maritimam, quod nunc excreuit eò vt caput Regni dicatur, eſtq; Alger, vulgò *Algieri*. Niſia, maritimum oppid. ad Mediterran. Rhuſpe, vel Ruſpina, olim D. Fulgentij Epiſcopatu clara. Hippo Regius, vrbs, nunc Bona, olim D. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris celeberrimi Epiſcopatu celebris, min. Afr. opp. Ruſibis, opp. Ruſicada, opp. Numidiæ. Ruſtonium, ij, opp. Rutubis, opp. marit. ad Oceanum Atlanticum.

Salde, ſiue potius Sade Colonia. Cirtha, æ, oppid. Mauritaniæ marit. Selenis, opp. Selinus portus maritim. Tabacra, opp. littorale ad mare Mediterr., ſiue potius Inſula à continente diſiuncta, nunc *Tabarca*. Tamuſige, opp. Taphræ, opp. inter Syrtes. Tingis Cæſarea. V. *Mauritania*. Vtica, æ, oppid. ad mare Mediterran. ad Bagradam fluuium ſita, proximam à Chartagine olim obtinens dignitatem, in qua Cato, victo iam Scipione, necem ſibi conſciuit, qui indè Vticenſis dictus..... proh triſtia fata! Non Vticæ Libycæ clades, &c. *Luc.6. Pharſ.*

Fluuij inſigniores.

Aſama, æ, fluu. Nilus. V. *ſuo loco*. Niger. V. *AEthiopia*. Aſarath. Aſtaboras, æ, Ægypti fluuius, & Æthiopiæ iuxtà Meroen. *Herodot*. 10. Bagrada, fluu., qui propè Vticam in Mediterraneum deuoluitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu baliſtis, & catapultis Serpens 120. pedum longus occiſus eſt. *Plin.. 8. cap. 14. Gell. lib. 6. cap. 3. Strab. lib. vltim.* Primaq; caſtra locat cano procul æquore, qua ſe Bagrada lentus agit. *Lucan. 4. Pharſ.*

Carcernius. Cuſa, fluu. Afr. min. *Ptolem.* Cynips fluu. inter duas ſyrtes influẽs in mare Libycum, apud quem olim proceriſſimi naſcebantur hirci, qui indè Cyniphij à Poetis peculiari epitheto nuncupantur, vndè etiam veſtes Cyniphiæ, pellis, &c. Gir fluu. V. *AEthiopia*. *Claud.* Lix, min. Afr. Malua. Maſſa. Naſabath. Rubricatus. Serpetis. Subur, fluu. Africæ.

Montes.

Atlas. V. *infra*. Aſpis, pars montis Atlantici. Lunæ montes, è quibus Nilus oriri dicitur, qui propè Tropic. Capric. locantur. Solis mons, in Mauritania Tingitana in mare protenſus, vndè fabulæ progrediuntur apud eos, quos Romaneos appellamus.

Synon.

Quæ à regionibus cognitis deſumpta ſunt, cætera tu lector tibi compones.

Regna Punica. *Virg. 1. Georg.* Carthago, is. Pœnorum arua. *Virg. 12. AEn.* Sic regna, oræ, littora, &c. Deſerta ſiti regio. *Id. 4. AEn.* Punica humus. *Ouid. epiſt. 7.* tellus. At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros. *Virg. 1. eclog.* Syrtes, ium. V. *ſuo loco*. *Hor. 1. od. 22.* Non vſta aſſiduo Sole Libyſtis humus. *Pontan.* ſic, tellus Libyſtis, &c. Afra Regna. *Prop. 4. eleg. vlt.* Solis æſtiui plagæ, & aduſta medius Regna, quæ torret dies. *Sen. Herc. fur.*

Populi.

Afri, orum. Maſſyli. Garamantes Carthaginenſes. Numidæ. V. *ſuis locis*. Libycæ cateruæ. *Stat. 4. ſilu. 2.* Naſamones. V. *ibid.* Libyæ gentes. *Mart.* & Gentes Libycæ. *Id. 2. 56.* Libyci populi. Getuli, orum, antiquiſſimi Africæ incolæ. Hinc

Africum mare.

Quod duplex eſt, ſiue triplex; vel ad Mediterraneum ſpectans, vel ad Oceanum Atlanticum, vel ad Æthiopicum, in quibus Inſulæ.

Ægimus, i, quæ Lotophagitis, dicitur, à loti fructus eſu, apud Syrtes eſt, ad quam cùm perueniſſet Vlyſſes cum ſocijs, vix indè abſtrahi potuit, quod dulcedine loti fructus detinerentur. Lotophagi, orum, pop. de Loto. V. *ſuo loco*. Ætuſa. *Plin.* Limoſa alijs Fatiana. Cercinna, in mari Mediterr. cum vrbe eiuſdem nominis ex aduerſo Africæ ad promontorium minoris Syrtis ſita. *Pompon.* Cercinitis perparua Inſ. Cercinæ ſuperiori Carthaginem versùs ponte iungitur. *Plin.* Coſyre, & Coſyra, p. p. Inſula ſterilis in mari Libyco non procul à Melite, cuius incolæ Coſyrei dicuntur. Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ Inſula, quam Libyci verberat vnda freti. *Ouid. 3. faſt.* Paconia etiam dici vult. *H. Iun.* Galata, ſiue Galathe Inſula non procul à Melita. *Pomp. lib. 2.* alij eam Tuneto vicinam faciunt, vulgò, *Goletta*. Lopaduſa, ſiue Lampiduſa Inſula iuxtà Taphum Libyæ. Syrtes. V. *ſuo loco*.

Eſt quoque portus inſignis, vndè ſæpè Chriſtianis oritur malum per triremes, quas Biſertinas ab oppido *Biſerta*, quod cùm haud procul ſit ab Vtica antiqua; nonnulli latinè Vticam appellant, alij alio modo; Bugiam ſunt qui dicunt.

Epith. Fertilis, ardens, vadoſa Africa.

AFFINIS, & AFFINITAS.

Conſanguinitas, tis. *Virg. 2. AEn.* quamvis propriè ad cognationem ſanguinis pertineat. Vincula affinia. *Ouid. 4. Pont. 8.* Cognatus ſanguis. *Virg. 12. AEn.* Proximitas, tis. *Ouid. 10. met.* Sanguinis, & cari vincula rupit amor. *Prop. 1. 15.* Sanguinis vinculum. *Sen. Hipp.* Fides cognati laris. *Id. in Oedip.* V. *Cognatio*, vbi cognationis vocabula reperies multa. Conſanguineus. *Virg. 6. AEn.* Conſanguinitate propinquus. *Id. 2. AEn.* Cognatus, quaſi vnà, communiterq; natus. Agnatus. Agnatio. Propinquus. *Hor. 1. Serm.* Sanguine iunctus. *Ouid. 2. faſt.* Coniunctus à ſtirpe. *Virg. 8. AEn.* Sanguine natus eodẽ. *Ouid. in Ibin.*

E Co-

Cognato ſanguine natus. Cui commune genus. *Ouid.* 1. *met.* Socius generis. *Ibid.* Qui tibi materno quamvis à ſanguine iunctus. *Id.* 2. *met.* Gentilis. V. *Cognatus.*

AGAMEMNON, is.

Atrei, & Æropes filius Pelopis nepos, Tantali pronepos, Menelai frater, ac Mycenarum Rex Troiana expeditione celeberrimus, vtpotè cui totius exercitus Græci ſummum fuerit demandatum imperium. Qui Troiam ad vlciſcendam fratris iniuriam ob Helenæ raptum profectus voti factus eſt compos. Hic primum Aſtynomen Chryſeida patri eripuit: ſed ob peſtilentiam ab Apolline (cuius Sacerdos erat Chryſe Aſtynomes pater) immiſſam reddere coactus fuit. Briſeida, quam ſortitus fuerat Achilles in Lyrneſſi expugnatione, adamauit, & abſtulit; ſed cùm iuſtas Achillis iras, & totius exercitus in ſe videret excitata murmura, intactam reſtituit. In egreſſu ad bellum propter felicem nauigationem Iphigeniam filiam ad aras mactandam conſtituere, quòd Dianæ ceruam aliquando occidiſſet, coactus eſt. Plurimis tandem laboribus in Troia pro Græciæ dignitate expugnanda exantlatis, domum reuerſus cum captiua Caſſandra, quæ in prędæ partitione ei obuenerat; eiuſdem ſenſit vaticinium, cui credere noluit. Nam veſte adulteræ coniugis Clytemneſtræ dolo inuolutus inextricabili, eadem auxiliāte, impiè ab Ægiſtho adultero fuit interfectus, relicto ex impia coniuge Oreſte filio, qui poſteà indignam patris necem vlciſcens, matrem vnà cum adultero interemit. Lege *Sen. in Agamem. & Eurip. in Oreſt.* Habuit Agamemnon ſceptrum à Vulcano fabricatum, & clypeum, in cuius medio erat Gorgonis; in zona verò draco voluminoſus; Illius facta fortia recenſentur ab *Homero Iliadum libris.*

Rex Graium magnus Atrides, *Id.* 1. *Iliad.* Atrides, dæ. *Ouid.* 13. *met.* Atrida, æ. *Prop.* 2. *eleg.* 11. ab Atreo patre. Tyndareus gener, ſiue Tyndari gener, quòd Clytęmneſtram eius filiam duxit vxorem. Atrei filius. Pelopis nepos. Tantali nepos, *ex hiſt.* Menelai frater, germanus, *ex eadem.* Oreſtis, & Iphigeniæ pater, genitor, &c. Clytęmneſtræ coniux, vir, maritus, *ex eadem.* Electræ pater, ſiue parens, *ex Sen. in Octau.* Troiæ populator, *Ouid.* Rex Troię euerſor. *AEſchyl.* Ductor Mycenæus. *Virg.* 11. *AEn.* Tantalides. *Ouid.* 5. *faſtor.* ab atauo.

Pliſthenius vir. *Id.* 1. *de remed.* à Pliſthene Pelopis filio ex Hippodamia, qui cùm iuuenis moreretur Agamemnona, & Menelaum filios ſuos paruulos admodùm Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit, filiorumq; loco educati; & ob id Atridæ dicti. Dux Mycenus. *Id.* 2. *eleg.* Mycenarum enim, & Argiuorum Rex. Tertius hęres Pelopis. *Catull.* Nam Pelopi Atreus, Atreo Thyeſtes, ſed dolo; Thyeſtæ ſucceſſit Agamemnon. Cuius impulſum manu cecidit decenni Marte concuſſum Ilium. *Sen. in Agam.*

Magnorum ductor Achiuum. *Virg.* Pelopeius Heros, ab auo. *Prop.* Rex Mycenarum. *Senec. in Agam.* Telluris Argolicæ decus. *Ibidem.* Myceneus, antonomaſt. *Ibidem, & Ouid. in epiſt.* Iugulatus coniugis aſtu. Victima coniugis adulteræ. Quem perfidus Ægiſthus ſæua fraude necauit. Qui caput Argolici militis vnus erat fortiſſimus omnes inter Mycenæos, &c.

Supraq; magnos gentium exultet duces libido victrix, nam Agamemnon, quem eo loco Thyeſtes Senecæ intelligit, Chryſeida, & Caſſandram malo tamen alite deperijt. Qui dedit coniugi iugulum ſuæ. *Sen. in Agam.* Aſtynomes amaſius, & Chryſeides. *ex hiſt.* Qui ſuam natam parens Dianæ immolauit, è *Sen. in Troad.* Conclamant Danai, ſtimulatq; Agamemno volentes. *Stat.* 2. *Achil.* Agamemno pro Agamemnon more Latinorum.

Epith. Tumidus, ſuperbus, fortis, Myceneus, magnanimus, celebris.

AGANIPPE, es.

Fons in Bœotia Apollini, & Muſis, quæ indè Aganippides dicuntur, ſacer, qui etiam Hippocrene nuncupatur, quod, vt poetæ fabulantur, factus ſit ex Pegaſi alati equi vngula. Hunc autem fontem à Cadmo narrant oſtenſum in Caſtalio antro, vndè etiam Caſtalius fons. Enippe antea dicebatur. Sunt qui hunc fontem in Helicone collocant, in quem aiunt fuiſſe conuerſam Aganippen Permeſſi fluminis filiam; vel ad Parnaſſi radices.

Fons Permeſſius. *Claud.* à fluuio vt ſupra. Vnda Aganippęa. *Idem.* Hippocrene, es. *Ouid.* 5. *faſt.* Fontes Hippocreni. *Ibidem:* ideſt vngula equi percuſſi. Fons Meduſęus. *Id.* 5. *met.* ab equo è Meduſæ ſanguine concepto, ideſt Pegaſo. Pieriæ aquæ. *Id.* 3. *eleg.* 8. ad Muſas pertinet quæ Pierides, ſiue è loco Bœotiæ. Fontes docti. *Stat.* 1. *ſilu.* 2. quòd qui biberent ex ea aqua, Poeſin edoceri cenſerent. Aoniæ aquæ. *Ouid.* 3. *faſt.* à Bœotiæ loco. Caſtalia aqua. *Id.* 1. *eleg.* 15. ab Antro, *vt ſupra in hiſt.* vnda. *Stat.*

Vnda Permeſſis, dis. *Mart.* 1. 77. Pierij lacus, *Tib.* 3. *eleg.* 1. Fontes Aſcręi. *Prop.* 2. ab Aſcra Bœotiæ vico ad radices montis Heliconis. V. *Heſiodus*, qui in ea natus eſt. Bellerophonthæi qua fluit humor equi. *Prop.* 3. *eleg.* 2. à Pegaſo, quo fuit vſus Bellerophon ad Chimęram interficiendam. Dura Meduſęi quem præpetis vngula rapit. *Ouid.* 5. *met.* Amnes docti. *Stat. ſilu.* Vnda Cyrrhæa. *Id.* 3. *Theb.* Permeſſis, dos. V. *ſupra.* Permeſſi ripa, flumen. *Prop.* 2. *eleg.* 8. Caſtalius fons.

Mart.

Mart. 12. 3. amnes Caſtalij. Latices. *Luc.* 5. *Pharſ.* Fontis Caſtalij Lympha. *Sen. in Oedip.* Aonidum fontes. *Iuuen. ſat.* 7. Aonius latex. *Sen. in Med.* Liquor, fons. *Ouid.* 4. *de Pont.* 2. Fons Caballinus. *Perſ. prol.* 1. *ſat.* Vngula Gorgonei quem caua fecit equi. *Ouid.* 4. *Pont.* 8. Pegaſis, dos, vnda. *Mart.* 9. 59. Facundaq; flumina largæ Phocidos. *Mant.* V. *Phocis.* Vatum quà conſcius amnis Gorgoneo percuſſus equo. *Stat.* 4. *Theb.*

Muſis dicatus fons, ſacer Apollini. Fons ſacras qui fundit aquas. Gorgonei præpetis vnda. Quem Pegaſus fecit alato pede. Sacri latices Heliconis. *Ouid.* 5 *met.* Factæ pedis ictibus vndæ. *Ibid.* Gorgoneus lacus. *Id.* 3. *el.* 2. Lympha quos ſuper irrigat frigerans Aganippe. *Catull.* 62. V. *infr. Aonia, & Bœotia.* Dicite quæ fontes Aganippidas Hippocrenes. *Ouid.* Aganippes valles. *Iuuen. ſat.*

Epith. Hyanthęa, Permeſſia, Heliconis, Bœotia, Aonia, à locis.

AGASO, onis. V. *Aſinus.*

S. AGATHA.

Virgo, ac Martyr celeberrima, quæ in Sicilia Panormi, ſiue Catanæ nobilibus orta parentibus, cùm Chriſti fidem, ac virginitatem acerrimè cuſtodiret, Quintiano Pręſidi delata; ad eum adducitur, qui eius pulcritudine vehementer accenſus, vt ab optimo eam abſtraheret propoſito, Aphrodiſiæ cuidam publico ſcorto deprauandam tradidit: in qua re ſanè operam, oleumque perdidit. Quapropter iterum ad Prętorem adducta, dum conſtantiam in fide etiam verbis liberè demonſtraret, colaphis cęſa eſt; tum iuſſa in mamillis torqueri; deindè in carcerem ducta, ibidem ab Apoſtolo Petro curatur. Poſtremò ad Iudicem conſtituta, cùm nullo pacto à fidei propoſito dimoueri poſſet; accenſis eſt iniecta prunis; quo tempore terremotu perterritus Tyrannus, eam in carcerem iterum trudi iuſſit; vbi expanſis manibus, fuſiſq; Deo precibus, ad ſponſum migrauit, à quo purpureas, & candidas ob duplicem triumphum corollas accepit. Corpus diuinitùs humatum etiã nunc mirabilem Deum in ſuis Sanctis oſtendit. Sanè celebre fuit, cùm paullò poſt ſub iiſdem Gentilibus, erumpentibus ex Ætna (qui Catanæ imminet) flammis; ad eius ſepulcrum infideles mixti fidelibus accurrerunt, indèq; ſumpto velo, & in Labari modum flammis oſtenſo; retrò illæ ceſſerunt, & quod minabantur infortunium, minus intulerunt. Huius ſacra celebrantur Nonis Februar. Fœminiſq; mamillarum dolore laborantibus præſto eſſę, non tàm creditur, quàm ſentitur.

Panormi numen, quod ipſi ciuem ſuam appellant. Panormi decus, Lux virginea Trinacridis oræ. Siciliæ decus, ſplendor. Sicula Acathes. Siculi Soli gemma lucidiſſima. Catanæ patrona, tutatrix. Numen Catanenſium, apud quos occubuit. Catanenſis Luna, decuſq;, *ex hiſt.* Catanæ cuſtos, Dea, ſiue tutelaris Dea, antiquorum more, *ex Poetis.*

AGAVE, es. p.p.

Cadmi filia, & Hermiones, quæ Pentheum filium ex Viro Echione Thebano ſuſceptum; quod vinum abſtemius exprobraret, illo ipſa furens, & ebria, obtruncauit, ablatoq; capite cum Bacchis furentibus reliquum filij corpus diſcerpſit, ob quod facinus ad ſanitatem poſteà reuerſa, ſtetit attonita. Factum prolixè narrat *Ouid. lib.* 3. *met.*

Quo quondam victa furore Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue. *Virg. in Culic.* Cadmeis, dos, à Cadmo patre, *Poet.* Hermiones filia Echioni nupta. Echioni coniux, ſponſa, vxor, &c. *ex hiſt.* Cadmea mater. *Tib.* 3. 6. *& Sen. in Oedip.* 5. Qualis attonita, & furens Cadmea mater abſtulit gnato caput.

Penthei genitrix, mater, &c. *ex hiſt.* Inus, & Autonoes ſoror, germana. Cadmi filia nata maior, ſiue natu maior. Qualis Deo percuſſa Mœnas Entheo ſiluas gradu. Armata Thyrſo terret, atque expers ſui Vulnus dedit. *Sen. in Troad.* Inſtinctas Deo egit ſorores Mater, & gaudens malo Vibrante Thyrſo prætulit fixum caput. *Id. in Theb.* Et ſpolium tulit cruenta nati Mœnas in partes dati. *Id.* Thebanæ matris mala præda. Pentheum intelligit. *Ouid. in Ibin.*

Pentheia mater. *Stat.* 11. *Theb.* Baſſaris, dis, quod Baſſarides dicerentur Mœnades. Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris, &c. *Perſ. ſat.* 1. V. *Baccha.* Cadmeia genitrix Penthei. *Stat.* 4. *Theb.* Mœnas naticida. *Nonnus*, vtpotè quæ filium bacchans interfecit. Cadmei filij interfectrix.

AGENOR, is.

Phœnicum Rex, & Beli filius, duas habuit filias Taygetam, & Europam, filios verò Cilicem, Cadmum, Phœnicem, quos omnes ad raptam ſororem Europam exquirendam dura ſiquidem conditione legauit, ne redirent, niſi repertam adducerent, vndè Cilix in Cilicia, Cadmus verò in Bœotia ſubſiſtit, vbi Thebas ædificauit: ex altera verò coniuge Polydorum, & Labdacum ſuſcepit filios. Fuit etiam Labdacus alter Phœnicis filius fortaſſis ob fratris defuncti memoriam impoſito nomine. Agenoris progeniem enumerat *Steph. in Taſſo.*

Belides, æ, p.p. à patre Belo, *ex hiſt.* Phœnicum Rex maximus. Cadmi, Cilicis, Phœniciſq; pater, parens, genitor, &c. Taygetæ, Europæ genitor, parens, &c. *ex hiſt.* Non tulit inſidias Diuum imperioſus Agenor. *Stat. in Achill.* ab hoc Phœni-

ces dicti ſunt Agenorides. V. *Phœnicia*.

AGER, i.

Campus,i. *Virg.2.Georg.* V. *ſuo loco.* Pinguia culta. *Id.4. Georg.* Iugera ruris. *Id.2.* Iugera, orum, *Mant.* Florea rura. *Virg.1.AEn.* Rura. *Poet.* Agellus, i, diminutiuum ab Agro. Aruum, i, & arua.

Epith. Dulce, pingue, dumoſum, hinlcum,frugiferum,patulum,pruinoſum,fœcundum,latum,fœtum,pomiferum, apertum,vaſtum, oliuiferum, viniferum, madidum, odoriferum, operoſum, fertile,benè olens,æſtiferum aruum.

Paſcua,orum. *Ouid.2.met.* Sata lęta boum. *Virg.2. AEn.* Culta,orum. *Ouid.4.faſt.* Solum cultum. *Tib.1. eleg.1.* Sulci,orum,pars pro toto.*Ouid.2. de art.*Vbera terrarum pinguia. *Bemb.*Terra,æ. Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ. *Virg.* Gleba, pars pro toto. Magnaq; Niliacæ ſeruit tibi gleba Syenes. *Mart.5.13.* nempè ſunt tibi fundi, prædia, &c. in Ægypto. Boum labores. *Virg.2. AEn.* Reddens ſata lęta. Gramen habens locus. Oneratus meſſibus ager, *ex Poet.*

Epith. Dotalis,picturatus floribus, vacuus, almus, pinguis,latus,diues,frugifer,olens,ferax,fertilis, cultus, amœnus, virens, madidus, lapidoſus, facundus, patulus, benignus, viridis, luxurioſus, operoſus,ſuburbanus,municeps ager.

AGGER, is.

Coaceruatio,nis. *Cic.* Foſſa,æ. Munimentum,i,& munimen, is. Oppoſitæ moles. *Virg.2. AEn.* Obex,cis.*Id.10.AEn.* Agger terræ. *Id.11.* Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem. *Id.7. AEn.* Terræ cumulus,tumulus, &c. Propugnaculum,i, & propugnaclum. Vallum, i. V. *ſuo loco, & ibi multa.* Caſtra, orum. V. *ſuo loco,* præſertim ſi ad bellum agger pertinet. Congeries terræ,arenæ,&c.

Epith. Herboſus, graminens, terrenus,incuruus,lapidoſus.

AGMEN. V. *Acies.*

S. AGNES, tis.

Inter Romanas Virgines, quæ pro Chriſto ſubiere martyrium, celeberrima. Hæc Romæ illuſtribus exorta natalibus, cùm duodecimis eſſet, Præfecti Sempronij filij connubium ſpreuit (vt in *lib. 1. de Virginibus D. Ambroſius* explicat) quamobrem ad Præfectum tanquam Chriſti aſſecla delata, dum eius imperium aſpernatur, vt Idola coleret, ſiue inter Virgines Veſtales ſe clauderet; poſt verbera, & ludibria verborum, ad fornicale lupanar ſub Circo Flaminio, ſiue Agonali, nuda pertrahi iubetur; Sed diuinitùs ſtola ſuperinduta ibidem cuſtodem Angelum reperit, per quem ab impuris defenſa procis, & ipſo Sempronij filio tanti ſceleris authore, qui & ibi obijt, ibidemq; Virginis precibus in vitam fuit reuocatus; tandem in flammas iniecta, cùm nihil lęderetur, gladio tranſuerberata,cum Virginea purpuream ex martyrio coronam admiſcuit. Hæc paullò poſt ad ſepulcrum via Nomentana primo ab vrbe lapide, parentibus illacrymantibus viſa eſt multis comitata Virginibus; quæ & agnum candidiſſimum gremio continens,eos conſolata,euanuit,in Cęlum regreſſa. Tum Conſtantiæ Auguſtæ Conſtantini Cæſaris filiæ ſanitatem ex elephantiaco morbo deprecanti reſtituit; cui ædem ibidem celeberrimam conſtituit, tumulumq; condidit honorificum, haud procul à Bacchi templo. Templum quoque habet in Circo Flaminio ad lupanar, quod in ſacram ædem conuerſum fuit: eius feſtus dies ſolemnis celebratur 13. Cal. Feb. Hanc *D. Damaſus Papa, & Prudentius* carminibus exornarunt.

Nutricis gremium ſubito liquiſſe puellam Sponte truces calcaſſe minas,rabiemq; Tyranni. *D.Damaſ.* O Agnes verum decus, alma pudoris,imago. *Ibid.*

Agne, es, Gręco modo. Agnes ſepulcrum eſt Romulea in Domo fortis puellæ Martyris inclytæ Conſpectum. *Prudent. in Periſteph.* Cingit coronis Interea Deus frontem duabus Martyris innubæ Vuam decemplex edita ſexies. *Idem.*

Virgineum Romæ decus, eſt cui nomen ab Agna Virgo, cui tener in gremio hęret agnus. Agonalis Dea,cur non licitum more priſcorum, (ſed quod fas ſit dici, Chriſtiana fide imbutis) quod ædem habeat in Agonali Circo, apud quem Virgo hęc ſanctiſſima paſſa martyrium eſt:ſic etiam Nomentanum Numen, quod Nomentum cunctibus templum eius occurrat. V. *ſupra in hiſt.*

AGNVS, i.

Fœtus ouium teneri. *Virg. 1. eclog.* Spes gregis. *Ibidem.* Soboles. *Hor.3.od.13.* Lanigeri ſoboles gregis. *Virg.* Agna,æ. V. *Ouis.* *Ouid.1. de art.* Proles ouium, *ex Lucret.* partus,ſoboles,pignora ouium. Agnellus, diminut. Lactentes greges. Tuti ſub matribus agni Balatum exercent. *Virg.* Fœtus pecorum. *Id.3.Georg.* Intonſa bidens. *Id.12. AEn.* Pecus, dis, figur. *Ibidem.* Balatus matris per iuga longa ſequens. Luxurians lætis tener agnus in agris. Subſiliens,molliq; in gramine ludens.

Epith. Tener, laniger, audax,balans,mollis,corniger,alacer,laſciuus,mitis, &c. nouellus,pinguis, lactens, petulans.

AGON, is.

Locus fuit certaminis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur. V. *infra Circus*; ponitur tamen pro ipſo certamine.

Agones Capitolini ludi erant, in quibus genus omne artificum certabant,vt Citharœdi,Poetæ, Hiſtrio-

Digitized by Google

ſtriones,& huiuſmodi; victoribuſq; pręmia conſtituebantur. Lege *Ioſeph. Scalig. lib.1. Auſon. lect. cap.*10. *&* *Ouid.*1. *faſt.* de Agonijs,& Agonalibus. Agonalia, V. *Feſta Gentilium*, quæ etiam Agonia dicuntur. Lege *Ouid.* 1. *faſt.*

AGONIZANS, tis.

Gręca vox ab agone deducta, nempè qui in extremo eſt animæ conflictu è corpore digreſſuræ:

Oculos iam morte grauatos Pyramus erexit. *Ouid. 4.met.* Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra. *Id.*5.*met.* Exhalans ſub acerbo vulnere vitam. *Ibidem*. Qui reſupinus humum moribundo vertice pulſat. *Ibidem*. Semianimus. *Ibidem*. Singultans animam. *Ibidem*. Animæ aliquid retinentia membra. *Id.*6.*met.* Spiritus dubiæ horæ. *Prop.*2.10. ideſt agonia,& hoc nomen Græcum ab Agone,nempè pugna.

Illum inter geminæ nantem confinia mortis. *Tib.* 4. 1. Cùm granis extremas Veſtinus duceret horas. *Mart.*4.73. Et iam per Stygias eſſet iturus aquas. *Ibidem*. Extremus halitus. Exhalans. V. *ſuo loco*,vbi multa. Moribundus. V. *ſuo loco*. Vltima penſa,nempè Agonia. *Mart.*4.73.

AGRAGAS, tis.

Mons Siciliæ haud longè à Gela, muro olim cinctus,habens oppidum in ſummitate, quod Agragantum,ſiue Agrigentum dicitur, quod Leuinus Dux Romanorum ſubegit,hoſte è Sicilia pulſo; ex quo Empedocles, & Phalaris Tyrannorum ſæuiſſimus duxerunt ortum: apud hanc vrbem, & agrum Agrigentinum optimos equos alere conſueuerunt incolæ, & exindè in Gręciam ad agonem tranſmittere; hanc vrbem deindè Carthaginenſes euerterunt: Megalus autem, & Feriſcus rursùs inſtaurarunt. *Athenæus* refert de quibuſdam iuuenibus,qui ebrietate adeò fuerunt dementati, vt omnia domeſtica vaſa, & arma è feneſtris proiecerint. Lege *eundem lib.* 2. vndè Agrigentini vini potentia digno citer. Huius Populi Phalaridis deteſtata Tyraanide eius taurum æneum (V. *ſuo loco.*) in mare proiecerunt, ne tantæ immanitatis memoria extaret.

Arduus indè Agragas oſtendit maxima longè. *Virg.*3. *AEn.* *&* *Sil. Ital. lib.*14. Sal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, vel liquore alio crepitat veluti torreatur, vt ait *Solinus*. Agragantini,pop. & Agrigentini. Agrigentini ſaltus, rupes,mœnia, &c. portus, &c.

AGRICOLA, æ.

Colonus,i. *Virg* 1.*AEn.* Colonus ruris. *Idem.* Colens,tis. *Ouid.*3.*eleg.*9. Ruſticus,i. *Mart.*3.*ep.*57. Arator,is. *Virg.eclog.*3. Ruricola,æ. *Ouid.*2. *eleg.*3. Proles ruſt corum. *Hor.*3.*od.*6. Arua colentes. *Ouid.*1. *eleg.*13. Pubes agreſtis. *Virg.*1. *Georg.* Alumnus agreſtis. *Senec.* Moderator aratri. *Ouid.*1.*de Pōt.*9. Pubes ruſtica. *Tib.*1.*eclog.*1. Cultor,is. *Hor. de art.* Agreſtis,is,ſubſtantiuè poſitum. *Virg.*7.*AEn.* Villicus,i. *Ouid.*1. *faſt.* Villica,æ. *Mart.*3.57. Rura colens. *Catull.* Ruſticus populus. *Ouid.*3.*faſt.* Agreſtum iuuentus. *Prop.* 3.11. Vir durus. *Ouid.*4.*faſt.* Foſſor,is. *Id. de nuce*. Labe facta mouens robuſtus iugera foſſor. O fortunatos nimium ſua ſi bona norint Agricolas. *Virg.*1.*Geor.* Truncis,& duro robore nati. *Id.*8.*AEn.* Ruris turba. *Bemb.* Ruſtica turba. *Sen. in Hipp.* Arua mutans. *Id. in Oed.* Ruſticorum maſcula militum proles. *Hor.*3.6. Sabellis docta ligonibus verſare glebas. *Ibidem*. Arui fertilis incolæ. *Sen. in Herc. fur.*

Epith. Auarus, indomitus, miſer, fortis, beatus, rudis, immanſuetus,aſper,ſeuerus,robuſtus,durus, laborioſus, crudus, hirſutus,pauper,impiger, ſedulus,incuruus,vigil, gnauus, hirſutus.

Agricolarum varia munia, &
Nomina.

Putator,is,qui vites putat. Agricolator,is, Agricultor,is. *Liuius*. Paſtinator,is,qui paſtino biſurco inſtrumento agrum, aut vineam fodit. Vitiſator,is. *Virg.*7.*AEn.* qui vites conſerit.

Frondator,is. *Idem*;& Arborator,is *Plinius*,& Putator arborum. *Idem*. qui colit arbores,putatq;. Vinitor, is. *Cic.* idem ac Villicus, qui vineæ curam gerit. Pampinator,is. *Colum.* Vindemiator,is. *Idem*. Vindemitor,is. *Horat.* Vinitor,is. *Virgil.* Maturæ vinitor vuæ.

Topiarius,ij. *Plinius*; qui opere topiario hortos exornat; & ſequacem materiam varias exprimere rerum ſpecies docet vulgò *Giardiniero,che fà ſpalliere*. Hortulanus,i, & olitor. *Cic.* nempè olerum cultor,& venditor. Conſitor,is. *Ouid.* Plantator,nempè qui arbores depangit.

Meſſor, is, qui meſſem facit, & ſuccidit ſegetem. Fœniſeca,æ, p.c. & *Colum.* Fœniſector, is. *Col.* qui fœnum ſuccidit. Fœniſex,cis, p.c. *Plin.* Cultor agelli;& cultor agri. Saltuarius, ij. *Pomp.* Saltuum cuſtos, *Guardiano*.

Apiarius,ij,qui apes. Mellarius,ij. *Varr.* & Meliturgus. *Idem*. qui mellificio inſtat. Mellificij curator. Grauem duro terram qui vertit aratro. Calloſis manibus diſcinctus arator. *Mirand.*

Epith. Curuus, robuſtus, durus, incuruus arator,& pellitus,ruſticanus,&c. Qui incuruo terram molitur aratro. V. *Ruſticus*. Hinc

AGRICVLTVRA, æ.

Studium colendi rura. *Ouid.*1. *de rem.* Et faceret patrio rure Senator opus. *Id.*3. *faſt.* Opus agreſte, *ex eod.* Gratum opus agricolis. *Virg.*1. *AEn.* Ruris opus,ſtudium: Terræ durum opus. *Tib.*1. 10. Agrorum cultura,cultus,cura,&c. *Ouid.*2.*de Pont.*7. Terrę,telluris cultura,cultus,&c. *ex Poet.* Colendi via,& ars. *Virg.*1. *Georg.* Frumenti labor. *Ibidem*. Tellus fœcunda nouari optat,&

opt.

optata gaudet arantis ope. *Pont.* Ruris innocui labor. *Sen.H.fur.* At quibus aruorum,ſtudiumq; inſontis aratri. *Val. Flacc.1. Arg.*

Porrò Agricolarum arma ſunt Aratrum, vomer, ligo, raſtrum, plauſtrum, de quibus Vide *ſuis locis*.

AGRIPPA, æ.

Plures fuerunt hoc nomine clari. Filius Ariſtobuli magni Herodis filij à Tiberio Cæſare coniectus in vincula, ſed à Caio Cæſ. liberatus, & Rex Iudeæ factus.

Agrippa Menenius cognomine Lanatus dux à Romanis electus aduersùs Sabinos de eis triumphauit:& hic idem plebem à Patricijs ſeiunctam reuocauit. Lege *Liuium*.

Agrippa Auguſti gener nauali victoria contra Sextum Pompeium inſignis,qui Pantheon templum rotundo ambitu,quod nunc etiam extat. (V. *ſuo loco*)omnibus Dijs conſtruxit,& dedicauit,& huius Synon. Parte alia ventis, & Dijs Agrippa ſecundis. *Virg.8. AEn.* Octauius enim eo nauali certamine in M. Antonium dextrum regebat latus;M.Agrippa leuum. Cùm iam in ipſo pugnę ardore res contis,& tragulis gereretur, Agrippa leuum circumagente cornu,cogebatur Publicola latius ſe explicare,quo contigit illicò,vt Antonij claſſe abrupta,turbati fuerint ordines. Lege *Dionem,& Suet.* Cui belli inſigne ſuperbum Tempora nauali fulgent roſtrata corona. *Ibid.* quod Sext. Pomp. Magni Pompeij filium nauali pręlio vicit; ob quam victoriam ab Auguſto naualem coronam meruit auream; ſicuti cęruleum vexillum acceperat ab eodem poſt naualem victoriam. Pompeio natum Siculo certamine bello Deuicit, *ex hiſt.* Auguſti gener, *ex hiſt.* Pantheon qui condidit, *ex hiſt.* Cunctis qui templa Deis conſtruxit in vrbe,*ex hiſt.*

AGRIPPINA, æ.

Multæ fuerunt fœminę huius nominis celebres,ſed hic Neronis matrem,& auiam intelligimus,quæ Marci Agrippæ, & Iuliæ Octauiani Cæſaris filiæ filia fuit. Hæc Germanico nupta ex illo peperit Iuliam Agrippinam, quæ Domitio Neroni Ænobarbo coniux viro defuncto (ex quo Neronem genuerat) Claudium Cæſarem maritum alterum accepit, cuius filium Britannicum, cui legitimè contingebat imperium veneno occidit, nec non ipſum Claudium venenato boleto, vt refert *Martialis*, necauit, vt filium Neronem ad imperium deueheret:in quo ipſa vt mater maiorem partem haberet. Hæc fecit, vt priuigna Octauia,nempè Claudij filia,& Britannici ſoror, Neroni nuberet; quam poſtea impius auerſatus vltionem in ipſam meditatus eſt. Lege *Neronem, Sueton. & Dionyſ.* V. *infra*. Sed ipſa ſcelerum machinatrix Agrippina ab eodem filio iuſſa eſt occidi; quæ fuit ad Baias ſepulta; vbi nunc quoque eius tumuli veſtigia aliquot ipſe vidi.

Agrippæ filia,ex Iulia nata. Auguſti neptis,primam Agrippinam intelligimus.

Vxor Claudij,quem boleto extinxit. Neronis mater, genitrix. *Sen. in Oct.* quam lege totam:parens. *Ibidem*. Mox & ferro lacerata diu ſæui iacuit victima nati. *Ibidem.* Quæ patrem Octauiæ extinxit,*ex eod.* Octauiæ nouerca. *Ibid. ver.21.* Tulimus ſęuæ iuſſa nouercæ Hoſtilem animum, vultusq; truces. Coniux Claudij. *Ibidem.* Domitij Neronis coniux,quo mortuo, nupſit Claudio, ſecum habens Neronem ex Domitio Nerone ſuſceptum. Quæ dedit filio fortunam per ſcelus ingens Infanda parens,*ex eod. Sen.* Auguſta. Scindit veſtes Auguſta ſuas, laceratq; comas, &c. *Id. v.322.* & reliquum lege. Quam Anycetus libertus Neronis nutricius interfecit.

AGYLLA, æ.

Vrbs fuit olim in Etruria celeberrima ſic à conditore primùm appellata, tum Cęre ab euentu quodam;nam cùm Romani euntes per Tuſciam, interrogantes Agyllinos quo nomine diceretur vrbs,illi vtpotè Græci quid audirent ignorantes, & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt Χαῖρε, quam ſalutationem Romani nomen vrbis eſſe rati detracta aſpiratione,Cęre,dixerunt. Hodie veſtigia vix vrbis ſeruat,ſed clara ſunt vicina balnea Cęretana. Crediderim verò oppidum idem eſſe, quod vulgò *Cerueteri*, propè Centumcellas, vel ad loca illa maritima quaſi Cęre vetus,dicatur. Huius Rex quondam Mezentius fuit, ſed crudelitate ſua expulſus, conſedit in Latio. Vrbis meminit *Virgilius 8. AEn.*

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto Vrbis Agyllinæ ſedes, vbi Lydia quondam Gens bello pręclara iugis inſedit Etruſcis. Hanc multos florentem annos,&c. Cære,is. *Strab.* Cærete, is. Cæretana mœnia. Mezentij vrbs, regia,regnum,ſedes,&c. Tyrrhena regia,nam Metropolis Tuſciæ tunc habitabatur à Mezentio Tuſcorum Rege. Agri Cęretani, *Mart.7.73*. Cęretani fines, *Rutil.*

AHENVM, i.

Æs cauum,*Ouid.4.met.* Coſtæ aheni. *Virg.7.AEn.* Lebes,tis,p.p. Ænea vaſa,ex ære fiunt,ſic Ærea. Cacabus,i. *Stat.* V. *ſuo loco*,vbi multa.Labrum,i, vas ad lauandum accommodum. Dolium,ij,ſed potius ad vinum ſeruandum vas aptum. Caldarium, ij, vaſa caldaria ad calefaciendum. Vas coquinarium. *Plin.* quod culinæ proprium.

Milliarium,ij. *Colum.* Vas æneum,procerum,& anguſtum, à pondere, non autem à milio dictum, in quo aqua calefit,aut aliquid maceratur, quod

vas

Digitized by Google

vas dicitur. Cucuma,æ. *Petron.arbit.* à cucumeris,vt apparet oblonga forma.Diploma,tis.*Plin.* Duplex vas,quod alteri cacabo,aut aheno impoſitum eius feruētis calore concoquitur:Eſt etiam diploma. Olla fictilis, quæ incruſtata tectorio vitreo,dupliciq; tunica eſt,vt exſudare,aut tranſmittere liquorem non poſſit. Olla,æ. V. *ſuo loco;* & V. *Vas.*

Pro vaſe tamen, vbi purpura tingebatur ſæpiſſimè vſurpatur ahenum, vt à locis, vbi vſus erat purpuræ ſumpta epitheta declarant. Diribus Aſſyrij ſpumis fucantur aheni. *Claud.* Pars calidos latices,& ahena vndantia flammis Expediunt. *Virg.* 1.*AEn.* Cortina. *Plin.* Tinctorium ahenum,ſiue lebes,in quo lana ſuffecta ſuccum imbibit.

Epith. Amyclæum,Getulum,Tyrium, Agenoreum, Tænareum,Aſſyrium,Sidonium,Tarentinum,ardens, ferueus, ſpumans, vndans, patulum.

AIAX.

Telamonis filius ex Heſione Laomedontis filia,qui proximam ab Achille fortitudinis laudem adeptus eſt in Græcorum exercitu. Hic ad bellum Troianum cum cæteris Græcorum Principibus profectus, multa ibidem virtutis monimenta reliquit ſuæ. Cum Hectore aliquando certamen ſortitus commiſit, quod nocte, ne conficeretur, ſuit diremptum. Achille verò à Paride interfecto magna inter eum,& Vlyſſem contentio orta eſt, vter ipſorum illius armis dignior eſſet. Sed ab Agamemnone ad reliquos duces reiecta cauſſa ob Mineruæ ſignum Vlyſſi conceſſa,abiudicata verò Aiaci fuere. Qui ob iniuriam acceptam accenſus ira,& in inſaniam verſus,ſe gladio, quẽ ab Hectore acceperat,cui ſuum ipſe viciſſim balthenm antea tradiderat,confodit. Deorum autem miſeratione in Hyacinthum florem mutatus eſt. Lege *Ouid.*13. *met.* Græci fabulantur totum fuiſſe inuulnerabilem,præterquam in ceruice.

Telamonius heros. *Virg.in Cul.* à patre ſic. Telamoniades. *Ouid.*13. *met.* & *Hom.* Dominus Tecmeſſæ. Telamone ſatus. *Ouid. vt ſupra.* creatus, natus. Captiuæ captus forma. *Hor.*2. *od.*4. Telamonis filius, *ex hiſt.* Heſiones filius, natus, &c. *ex eadem.* Cui parens, gēnitrix fuit Heſione. Priamo ſobrinus,ſiue conſobrinus nepos. Laomedonti ex filia Heſione nepos,*ex hiſt.* Teucri frater, nam Teucer filius fuit Telamonis. V.*ſuo loco.*

Achillis patruelis,nam Achillis pater Peleus, & Telamon Aiacis Germani fratres erant. Æaci nepos,ex patre Æaci filio. A Ioue tertius Marte, & viribus atrox. V.*ſup.AEacus.* Calligones vir, ſponſus, &c. *Ouid. in Ibin.* Quem tamen inuictum vicit dolor,nempè inſania, in quam verſus permulta pecora, & inter ea arietem corpore præſtantem occidit, ratus ſe Atridas,& Vlyſſem intereniſſe. Cui ſeptem tegmen terga fuere boum,Clypeoq; interritus Aiax. *Polit.*

Epith. Inſanus, temerarius, ſtolidus, ferox, Salaminius,furens,illuſtris,fortis,magnanimus. Æmulus Vlyſſis,dolis,& aſtu maleficę mentis eiuſdem fractus, ex *Sen.*

AIAX.

Oilei Regis Locrorum filius, qui cum cæteris Græcis ad Troianam expeditionem profectus grande ſuæ virtutis dedit ſpecimen, niſi ſacrilegio conſpurcaſſet:Cùm enim in ipſa Troianæ proditionis nocte in Palladis templo Caſſandræ Priamidi ſtuprum inferre voluiſſet, ſiue intuliſſet, meritas dedit deteſtandi criminis pœnas;nam ab ipſa Pallade in regreſſu ad patriam Iouis igne fulminatus eſt,tum à Neptuno acuto ſcopulo infixus occubuit. *Virg.*1. *AEn.* & *Ouid.in Ibin.*

Vnius ob noxam,& furias Aiacis Oilei.*Virg.vt ſup.* Oilides, p p. *Prop.*4. *eleg.*1. Oileus Locrorum ductor,dux, &c. nomen patris pro filio. Naryeius,ſiue Naritius Heros. *Ouid.*14.*met.* à Naryeio Locrorum oppido,in quo ipſe regnabat. Cuculus iactans vanas minas. *Lycophr.* Fortis natus Oilei. *Q. Calab.* Locrorum Imperator. *Hom.* Caſſandræ ſtuprator. Fulmine exuſtus Palladis. Quem Pallas ob iram Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto, *ex Virg.*1. *AEn.*

Terrifico,vel Palladio fulmine merſus aquis; apud Caphareum,vbi Græci naufragium fecere. Ob cuius crimen claſſes exurere Pallas Argiuum, atque ipſos potuit ſubmergere ponto, *ex Virg.* Crimini pœnas Patrio pependit fulmine,& Ponto moriens Oileus. *Sen. in Med.* ideſt Oilei filius. Ardua vt cautes ſalo Ambuſtus extat. *Id. in Agam.* vbi deſcriptio eiuſdem fulminati.

Cùm Pallas vſto vertit iram ab Ilio In impiam Aiacis ratem, *Hor.epod.*10. ex qua naue cum ad vada Gyręa ſaluus delatus eſſet, dixiſſetq; ſe Dijs inuitis ſeruatum eſſe,periculumq; effugiſſe, eam vocem tam impiam indignè ferens Neptunus ſaxum Gyręum, cui ille inſidebat diſrupit,ac diſcidit, quo facto præcipitem illum in medios fluctus exturbauit,teſte *Hom.od.*4.

Philoſtratus refert, Aiaci Locrenſi draconem manſuetum in delicijs fuiſſe, cui cibum de menſa communi miniſtrabat,quemq; perindè ac canem ſecum comitem adducebat,cumque quinque cubitorum magnitudinem expleſſe. Lege *Pier. lib.*16.*Hierogl.*

Epith. Velox,haſta inclytus,bellicoſus, ex *Græc.*

ALA, æ.

Remigium alarum. *Virg.*6. *AEn.* Alarum iugum humerale. *Anthol.*4. Radit iter liquidum celeres neque commouet alas. *Virg.*5. *AEn.* Præpetes pennæ. *Id.*6. *AEn.* Præpetibus pennis auſus ſe cre-

Digitized by Google

credere Cęlo. Remigium volucrum. *Ouid.2.de art.* Tegmen volucre. Pennę, pars pro toto figur. Quis gemino alarum remige munit aues? *Pictor.* Alarum remi. *Ouid.5.met.* Plumæ: Trepidas denſo cum murmure plumas quaſſat. *Stat. 3. Theb.* Et plumę verſicoloris auis, *Bapt. Pius.*

Epith. Leuis, mollis, blanda, tenuis, paganica, concreta, penſilis, volucris, tepens pluma.

Epith. Aeria, ſtridens, pernix, ventoſa, velox, leuis, mollis, audax, præpes, tenera, trepida, ſtrepitans, volucris, ſatigata, ſpacians ala.

ALBA, æ.

Quæ cognomento dicitur Longa vrbs eſt in Latio, quam Aſcanius Æneæ filius condidit ab alba ſue ſic dicta ibidem reperta in monte Albano: vndè Albani patres, & ritus in vrbem poſtea profecti ſunt. Lege *Liuium*, & *Dionyſ.* Hanc poſtea Tullus Hoſtilius euertit; ibi etiam mons Albanus, cuius frequens eſt apud Romanos Hiſtoricos mentio, in quo carnem accipere erant ſoliti aliquot Italiæ populi, & vbi fiebat ſacrificium Ioui Latiali à Pontifice Romano, & commeſſatio; ibi Reges regnarunt aliquot: quorum Regni initium cepit anno poſt captam Troiam trigeſimo ſecundo, vt author quidā ait, & ætatis Aſcanij vigeſimo quinto (quod mihi quidem non arridet, Aſcanius enim iam natus erat ante Troiam captam, ſi vera, quæ à Virgilio enunciantur) à quo ad Procam vſque vndecim Reges præfuerunt imperio Albano, quorum nomina à Dionyſio Halicarnaſſæo recenſentur. Diruta verò Alba, Albaniſq; in vrbem receptis Mons Cælius illis colendus aſſignatus eſt à Tullo Hoſtilio. Lege *Liuium 1. Dionyſ.1.* & *Ouid. 14. met.*

Reges Alba tuos, & Regnum facta tuorum. *Prop. 3. eleg.3.* Et ſtetit Alba potens, albæ ſuis omine nata. *Id.4. eleg.1.* Candidaq; antiquo continet Alba lare. *Tib.1.7.* Albaq; ab Aſcanio condita longa duce. *Id.2.5.* Vrbes Albanæ. *Virg.7.AEn.* Secures. *Hor.in carm. ſacul.* vbi ſecures, ſiue Romuleas, quod ab Albanis Romam deuicti fuerunt magiſtratus, & alia munia. Vrbs Latina. Antonomaſt. quod Latiarum vrbium eſſet caput; poſt Laurentum, in quo regnauit Rex Latinus. Vrbs in Latio, quam condidit acer Aſcanius. Indè ſub Aſcanij ditione binominis Alba, Reſq; latina fuit. *Ouid.14.met.*

Albanus lacus. *Prop.3.20. vel 21.* In nemore Albano lacus eſt, qui olim creuit in inſolitam altitudinem, cuius ex oraculi reſponſo facta fuit ſolemnis deriuatio. Autor *Liu. in 5.* & *Plutarch. in Camill.* Hunc autem recentiores appellant Caſtri Gandulphi lacus, quod illi dictum oppidulum immineat. Propè hunc eſt alter lacus, qui propter nemus Aricinum eo tempore clarū, apud quod eſt, Nemorenſis dicitur, & à caſtro ibidem vulgò *Neme*; hodie *Lago di Neme*, dicitur; vel ab altero caſtro Cynthiano, *Lago di Genſano*, quaſi Cynthiæ lacus, & oppidum. V. *Lacus*. Ab Alba verò

Albani patres. Albæ de nomine dicti. *Virg.9.AEn.* Albanæ gentes, ciues, populi, aduerte tamen alios eſſe populos Albanos in Europa: conſule *Coſmographos*.

Albanum aruum. *Mart.4. 1.* in quo Domitianus quinquatria in honorem Mineruæ vel inſtituit, vel collapſa reſtituit. V. *Suet. in Domit.* Albæ Palladiæ colles. *Mart.5.ep.1.* Albana arx. *Id.9. 104.* Albani colles. *Id.4.64.* Albana commeſſatio. *Id.12. 48.* V. *ſupra in hiſt.*

Albanus, i, ideſt Albanus ager. Cæſar in Albanum iuſſit me manè venire. *Mart. 11. ep.8.* forſitan ad Agonem Albanum (alter enim Romæ erat, de quo ſuperiùs) à Domitiano inſtitutum, ſiue reſtitutum. V. *ſupra Agon.* Et reſidens celſa Latialis Iuppiter Alba *Luc.1.Pharſ.* V. *in hiſt.* Colles Romanæ Albæ. *Stat.4.ſilu.* Conſpicitur ſublimis apex, cui candida nomen Scrofa dedit. *Iuuen. ſat.12.*

Epith. Iliaca, Dardania, Troiana, longa, Palladia, vetus.

ALBVNEA, æ.

Fons, & nemus iuxtà Anienem ſiue à colore aquæ ſulphureæ, ſiue quòd Albunea latinè ſit, quod Græcis Leucothea, ſiue ab aquæ qualitate. Hæc tamquam Dea, & Tiburtinæ Regionis præſes culta fuit Tibure; alij Nympham dixerunt; & Sibyllam Italicam, ſiue Tiburtinam.

Lucoſq; ſub alta Conſulit Albunea nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat. *Virg.7.AEn.* quem lege. Quam domus Albuneæ reſonantis. *Hor.1. od.7.* Albuneæ fons, aqua, vnda, &c. Et quæ ſæuam exhalat opaca mephitim, *ex Virg.7.AEn.*

ALBVS, a, um.

Niueus, a, um, à niuis colore. *Virg.* Candore niualis, *Id.3.AEn.* Cui toga non tactas vincere iuſſa niues, ideſt alba. *Mart.2.ep.29.* Dealbatus. Cretatus, a, um. *Mart.2. ep.41.* Candens, tis. *Virg. 2.AEn.* Candidus, & candidior. *Idem.* Qui candore niues anteit. *Idem.* Lacteus, vt lactea colla. *Id.8.AEn.* Eburneus, a, um. *Ouidius*, ab ebore. Argenteus, a, um. *Id.2. met.* Sine labe. *Ibidem.* Veſtis intacta. *Id.1.faſt.* albam intelligit. V. *Veſtis.* Niuibus æmula. *H.Balb.* Cereus, a, um. *Hor. 1.od.13.* à cera.

Creſſus, forſitan pro ceruſſata. Creſſa nec careat pulcra dies nota. *Hor.1. od.36.* Creſſa idem valet, quod alba, & candida, à creta terra vult *Lambinus*, quem lege. Ceruſſatus, a, um, à ceruſſa, quæ vulgò dicitur *Biacca*. Ceruſſata ſibi placet Lycoris. *Mart.1.ep.73.* Dulcia cùm tantùm ſcribas epigrammata ſemper, Et ceruſſata candidiora

dioraeute. *Id.7.ep.24. & 2.41.*
andidior Cycno, niue, lacte,&c. Cycneus,a,um, à Cycnis,qui albi ſunt.Olorinus color, ideſt albus ab oloribus, qui idem cum Cycnis. Superansq; niues,& lilia candor. Par nitor intactis niuibus. *Claud.* V. *Color albus.* Hinc

ALBEDO, is.

Candor, is. V. *ſplendor*. Niueus candor, & in niueo miſtum candore ruborem. *Ouid.3. met.*

Epith. Niualis,lacteus,argenteus,conſpicuus,albus, purus candor. Albor, is. *Varr.* Albitudo, is. *Plaut. Trinumm.* Color niuis, niueus. Cycnus pro albus dixit *Mart.3.43.* Tam ſubitò coruus, qui modò cycnus eras. Albedo. Nix,is. Argentum, i. figur. per auxeſin; pulcrè in *epigr.* 116. *lib.1. Mart.* inquit: Toto candidior puella cycno, Argento, niue, lilio liguſtro. At Albedinis antitheta vide in voce *Nigredo*.

Albedinis exempla.

Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti:
Qua ſaturat Calabris culta Galeſus aquis.
An Tarteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi
Bætis in Heſperia te quoque lauit aqua?
An tua multifidum numerauit lana Timauum,
Quem prius aſtrifero Cyllarus ore bibit?
Lilia tu vincis; nec adhuc delapſa liguſtra,
Et Tiburtino monte quod albet ebur.
Sparanus tibi cedit Olor; Paphiæque columbæ;
Cedit Erythræis eruta gemma vadis.
Sed licet hæc primis niuibus ſint æmula dona,
&c. *ex Mart.8. epig.28.* Ebur, Lac, &c. figur.

ALCESTIS.

Quæ etiam Alceſte dicitur Peliæ filia (nonnulli Perilai ſcribunt)quæ cum alijs ſororibus,Medeę inſtinctu,patrem iugulauit,cùm iam anteà deſponſata fuiſſet Admeto Pherçorum, & Theſſaliæ Regi. Apollinis beneficio, nam Pelias Pater filiæ nuptias propoſuit ei, qui leonem, & aprum ad eumdem currum iungeret;quod Admeto oſtendit Apollo, & vxorem habuit, è qua hoc beneficij accepit. Cùm eius fatales anni eſſent expleti; & obtentum per Apollinem à Parcis, vt mora aliqua eius morti produceretur; cum conditione, vt aliquis pro eo fata ſubiret; neque Pheres grandis natu pater, neque iam exacta ætate mater Clymena,neque quiſquam amicorum repertus eſt, qui non ſuam, quàm alienam vitam, ſeruare mallet. Sola Alceſtis ſe ſponte pro viro ad mortem obtulit, impium patris Peliæ fatum luitura, quam tamen poſtea Hercules liberauit.

Peliæ filia,*ex hiſt.* Pelias,dis.Pelias Admeti coniux, &c. *ex ead.* Admeti vxor. *Ouid.5.Triſt.15.* Coniux. *Id.3.Pont.1. & Prop.2.el.* Coniugis fatum redimens Pheræi Vxor impendit animam marito.*Sen.Med.3.*Quæ pro viro mori maluit Theſſalo,*ex hiſt.* Ergo Theſſalici coniux penſare mariti funus.*Stat.4.ſilu.3.*Nec minor Alceſtin fama ſub aſtra ferat. *Mart.4.75.* Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtem, & ſimilis ſi permutatio detur Morte viri cupiant animam ſeruare catellæ. *Iuuen. ſat.* Lege *Euripidem in Alceſte*. Alceſtis, dis. Alceſta, ę, etiam declinatur. V. *Admetus*.

ALCÆVS, i.

Poeta Lyricus fuit patria Mitylenæus bello ferox, & minax, ſed aureo ſonãs plectro,vt inquit *Horatius* varij carminis inuentor, quod ab ipſo Alcaicum nominatur. V. *in noſtra Poeſi*. Hic non niſi benè potus ſua carmina condebat, teſte *Athen. lib.*10. qui etiam quovis tempore, quovis ſtatu Cęli vinoſus fuit. Lege vitam eius per *Gyraldum* conſcriptam;quæ in lyricis poetis anteponitur; in muſicis,& in arte modulandorum carminum peritiſſimus fuit. Pittacum, & alios ſimultate inſecutus, & verſibus; qui etiam domum omnifariam armis inſtructiſſimam habuit. Sapphon amauit,vt apud *Athen. lib.13.*

Lesbius Alcęus quoties commeſſabundus laſciuierit, dum Sapphus blandum amorem cithara canit. *Id.* Nec plus Alcęos conſors patriæq;, lyræq; Laudis habet,quamvis grandius ille ſonet. *Ouid.epiſt.21.* Amator Sapphus,*ex hiſt.* Conſors patriæ,lyræq; Sapphus. Lesbius ciuis,ab inſula, vbi Mitylene vrbs. *Hor.1.od.32.* Lesbius vates. *Hor.1.od.3.* Pittaci Æmulus,*ex Græcis.* Antimenidis frater,*ex Gyrald. in eius vita.* Lesbia carmina. Mitylenæus vates,poeta,&c. Alcaica carmina. Alcaici verſus. Alcaici carminis author, inuentor,&c. *ex hiſt.*

Epith. Pugnax,Lesbius,Mitylenæus,&c.

ALCIBIADES.

Imperator Athenienſis ſummo loco natus, qui naturæ,& ingenij excellentibus ornatus donis,rursùs verò omni vitiorum genere deformatus;niſi quantum eum ab illis Socratis diſciplina retraxit,cui ſe erudiendum tradidit; vitam eius prolixè deſcripſit *Plutarchus*,multaq; bella præclarè geſta ab illo narrantur,qui tandem,vt cęteri Tyranni, violenta morte perijt.

Cliniades,à patre. *Ouid.* Qui quondam rexit Athenas & genere,& forma clarus,*ex Poetis*. Socratis alumnus, *ex hiſt.* Timęe Ægidis vxoris adulter,mœchus,*ex Athen.* apud quem multa de Alcibiade reperies. Damaſandræ, & Theodetes amaſius,*ex hiſtorijs*. Pharnabazi inſidijs in Meliſſa occiſus. *Athen. lib.13.* apud quam monumentum eius exornauit Adrianus Cæſar; illius enim ſtatuam è Pario lapide imponi ſepulcro iuſſit,& quotannis bouem immolari: fortaſsè ſui recordatus Antinoi.

ALCINOVS, i.

Rex Phęacum in Corcyra Inſula Narſithoi Regis

Digitized by Google

filius, qui Aretem Rexinoris filiam in vxorem duxit, Vlyſſem naufragum honorificè ſuſcepit, eiq; coniugium Nauſicaæ filiæ obtulit. Demum alia naui muneribus, ſocijsq; datis dimiſit. Hortos habuit amœniſſimos. Apud *Homerum* dicitur etiam Alcinus; qui quamuis delicatiori vitæ, & voluptatibus addictus eſſet, bubula tamen carne veſcebatur; vt refert *Athen. lib.* 1.

Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, voſq;, Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami *Stat.* 1. *ſilu.* 3. Phæacius Rex, & Phæax, cis. Corcyreus Rex. *Mart.* 8.68. vt Corcyrei pomaria Regis, &c. Alcinoi pij pennates. *Mart.* 4.64. quòd hoſpitio naufragum Vlyſſem accepit. V. *Corcyra*.

Nauſicaes pater, genitor, parens, &c. *ex hiſt.* Qui hoſpitio lętè ſuſcepit Vlyſſem, cui quoque redeunti nauem apparauit in patriam; ſed hanc in ſcopulum conuerſam fuiſſe cùm *Homerus* 13. *odyſſ.* tùm *Ouid.* 14. *met.* fabulantur. Et lætus videre rigeſcere puppes Vultibus Alcinoi, ſaxumq; increſcere ligno. Præbet & Alcinoi poma benignus ager. *Idem.* Nec mea Phæacias æquant pomaria ſiluas. *Prop.* 3. *eleg.* 2. Pomaq; & Alcinoi ſiluæ. *Virg.* 2. *Georg.* Munifici mores improbat Alcinoi. *Ouid.* 2. *Pont.*

Epith. Iuſtiſſimus, munificus, Corcyreus, Phæax.

ALCITHOE, es.

Minei filia, quam in veſpertilionem conuerſam narrat *Ouid. lib.* 4. *met.* cuius fabulæ hæc ſumma. Cùm Thebis Tireſias Fueri filius diem feſtum ſacris Liberi patris edidiſſet Alcithoe in eadem permanſit ſententia, in qua Pentheus, cum ſororibus; lanæ enim potius operandæ ſtudio, quam ſacris adeſſe voluerunt. Sed Bacchi, cuius ſacra contemnebant indignatione in veſpertiliones aues fuerunt conuerſæ.

Mineias, dis. *Ouid.* 4. *met.* Mineia proles. *Ibid.* Mineides, um, tres ſcilicet ſorores Minei filiæ Alcithoe, Leucothoe, & Leuconoe. *Id. ibid.* Conatæq; loqui minimam pro corpore vocem, &c. *Ouid.* 4. *met.* V. *Veſpertilio*.

ALCMÆON, is.

Filius fuit Amphiarai vatis, & Eryphiles; cui pater mandauit, vt de matre, cuius illa cauſſa peribat (V. *Amphiaraus*) pœnas ſumeret: qui defuncto patre memor præcepti, vt in patrem pietatem ſeruaret, impius in matrem factus eſt; vndè eam necauit; qui poſteà cum furijs agitaretur ob matrem interfectam (vt Oreſtes ob Clytęmneſtram) ad fluuium Phegeum iuit, à quo luſtratus eſt; cuius filiam Alpheſiboeam amans, donato illi monili, quod matris Eryphiles fuerat, vxorem illam duxit. Cęterùm cùm aliquando ad Acheloum fluuium poſt ea tempora forte rediiſſet, & ſibi illius filia Callirhoe placuiſſet, monile, quod ſuperiori coniugi dederat, etiam illi ſpe nuptiarum pollicitus eſt, ad quod tamen repetendum cùm iret, à fratribus Alpheſiboeæ Themone, & Axione occiſus fuiſſe dicitur: qui tamen homicidæ à filijs Callirrhoes ex Alcmęone, (vt *Ouidius* ſentit) quos Iupiter natos ſtatim adultos homines fecerat, in patris vltionem interfecti fuere. Sunt qui dicunt, ab eo, matre interfecta, illud monile Apollini conſecratum fuiſſe, quo in fontem immiſſo, vel attrectato fabulabantur eclipſim Solis cerni; & tempeſtates oriri, vt *Lactan. in Stat. Theb.* obſeruauit.

Alpheſiboeæ coniux. *Prop.* 1. *eleg.* 15. vbi oſtendit ab hac Alcmęonis interfectores, licet illi eſſent fratres, interemptos. Phegęi gener, Phegeus gener, quod Phegeus pater eſſet Alpheſiboeæ. Callirrhoes vir, coniux, ſponſus, &c. *Ouid.* 9. *met.* Vltusq; parente parentem Natus erit facto pius, & ſceleratus eodem. *Ibidem.* Attonitusq; malis exul, mentisq;, domusq; Vultibus Eumenidum, matrisq; agitabitur vmbris, &c. *Ibidem, & alia.*

Acheloi gener, ob deſponſatam filiam. Deianiræ affinis, cuius ille Callirrhoen ſororem ſponſam ſibi ſumpſerat *ex hiſt.* Vltor patris: Neve necem ſinat eſſe vltoris inultam. *Ouid* 9. *met.* Amphiaraides, à patre. *Id.* 2. *faſt.* Amphiarao genitus, *ex Poet.* Thebani, & Argolici vatis natus, filius, qui parentis vltor fatidicus, *è Stat.* Eryphiles genitus; matricida, &c. natus.

Alcmęoniæ furiæ: Aut Alcmęoniæ furiæ, aut iciunia Phinei. *Prop.* 3. *eleg.* 4. quod matricida fuiſſet. Amphilochi frater. *Ouid.* 2. *de rem.* Mœſtamq; Eryphilen Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit. *Virg.* 6. *Æn.* Furores inſontes nati. *Stat.* 2. *Theb.* V. *Eryphiles, & Amphiaraus.*

ALCMÆNA, ſiue

Alcmęne, es, ſiue Alcumena, Electryonis, & Lyſidices filia Amphitryonis vxor, cui hac lege nupſit, vt mortem fratris ſui à Telebois occiſi vlciſceretur, in qua expeditione cùm Amphitryon verſaretur, Iupiter in Alcmęnam ardens forma viri militantis ſumpta, ante lucem quaſi ab expeditione rediens, ad eam acceſſit, quæ maritum rata, cum eo concubuit, (etſi antea ab viro prægnans eſſet) concepitq;: vndè vno tempore geminos peperit, Iphiclum ex Amphitryone viro; Herculem verò ex Ioue. Lege *Ouid.* 9. *met.* & *Plaut. in Amphitr.*

Leuata eſt Argolis Alcmęne, potiturq; puerpera voto. *Ouid. vt ſup.* Tyrinthia. *Ouid.* 6. *met.* ab vrbe Tyrinthe. V. *ſuo loco*. Alcidæ genitrix. *Sil. Ital. lib.* 13. Herculea mater. *Stat.* 10. *Theb.* Mater, parens, genitrix Herculis. Vxor Amphitryonis, coniux, ſponſa. Iouis amaſia Tyrinthia. Noctem Herculeam ter, veteres ſed querelas mitto, dicit Iuno apud *Stat. Theb.* 12. nam qua no-

cte

ĉte cum Alcmena concubuit Iuppiter, ne aduentu diei concubitus minueretur voluptas; iuſſit illam triplicem fieri. *Lact. in Stat.*

Iſmenia Regina, Electryonis enim Thebarum Regis filia fuit: vt ipſa de ſe *in Herc. Oet. apud Senecam* teſtatur. Orbata Thebas Regnum, & Iſmenum petam, Thalamoſq; noſtros, in quibus quondam Iouem dilecta vidi. Mater Alcidæ. *Ibidem*. parens. *Ibidem*. Qui gnatus Hercules, *ex eodem.* Lege fabulam totam tragicam. Filia ſeruatoris populi Electryonis. *Heſiod.* O beatum enixa mulier, Perſica propago, *Theocr. idyll.* Mideatis Heroina. *Idem.*

ALCMAN, is.

Siue Alcina è Lydia Sardienſis poeta Lyricus filius Damantis, qui claruit 28. Olympiade, cùm apud Lydos regnaret Ardis pater Alyattæ, & cum nimio amore puellam quamdam deperiret amatorios cantus primus inuenit, & Alcmanium verſum. Lege vitam eius à *Gyraldo* conſcriptam. Sunt qui Laconem faciunt Alcmana, vt *Statius*; quod tamen manifeſtè negat *Velleius Paterculus.* Fuit ventri, ac gulæ dedititiſſimus, vt *in* 10. *Athenæus* teſtatur, perijt pediculari morbo, hoc eſt Phthiriaſi, cum Megaloſtratam poetriam adamaſſet.

Et tetricis Alcman cantatus Amyclis. *Stat. 5. ſilu. 3.* Forſitan quod lingua vſus Dorica, qua & Lacedæmonij vtebantur. Lydius vates, poeta, ſi reſpicis patriam, Sardius vates. Damantis filius, ſiue Titari. *Gyrald.* Alcmanius verſus, dulcis dicitur à Gręcis. Lyræ fidicen Lacenæ. Præco hymenæorum. Digna muſis modulatus olor.

ALCYONE, es.

Neptuni filia, vel, vt alij ſentiunt, Æoli, Ceycis autem Trachiniæ Regis vxor, quæ viri deſiderio, qui ad oraculum nauigans naufragio perierat, in mare ſe deiecit, quam tamen poetæ Deorum miſeratione in auem ſui nominis vnà cum viro cõuerſam fuiſſe fabulantur. Sunt qui cum aſpiratione ſcribant Halcyone. Lege fabulam prolixè narratam *lib. 11. met. ab Ouid.* Sunt autem hæ aues, quibus nidificantibus, fœtumq; intra ſeptem; vel vt alij nouem, aut quatuordecim dierum ſpatium educent bus tempore hiberno mare pacatur, quod tempus Alcedonia dicuntur, vulgò, *State di S. Martino*. Marinas faciunt, & fluuiatiles has aues. Marinæ verò rarò apparent in littoribus, quæ paullò maiores ſunt paſſere, colore cæruleo, viridi, & ſubpurpureo mixto, roſtro longo, tenui, & rutilo. Nidificant in maris ſcopulis, & incubare ouis, & pullos excludere in media ſolent bruma. Alcedo, & Alcedines etiam nuncupantur. V. *inferius, Halcyon*.

Ceycis vxor. *Ouid. 11. met.* coniux, &c. V. *Ceyx*. Luciferi nurus, nam Ceyx maritus Luciferi filius. Æolis, dis, ab Æolo patre. *Ibid.* Alcyonea, æ, Latinorum more. *Font.* Æolis auis, volucris, &c. Dilectæ Thetidi volucres. *Virg.* ob conſanguinitatem, ſi Neptuni dicatur filia. Conſilij tamen ante ſui fidiſſima, certam Te facit Alcyone. *Ouid. 11. met.*

Cui maritus Ceyx. *Ouid. ibid.* Trachinis, dos Regina, à regione, *ex hiſt.* Licet Alcyones Ceyca ſuum fluctu leuiter plangente ſonent cum tranquillo malè confiſæ credunt iterum pelago audaces, fętuſq; ſuos nido pauidæ titubante fouent. *Sen. in Agamemn.* Ceycis aues. *Mant.*

Epith. Deſerta, mœſta, flebilis, Trachinia.

Sunt qui Alcyones ab Alcyoneo gigante dictas putant, & ſeptem eius filias fuiſſe, quarum nomina *Suidas* recenſet: ſcilicet Phoſtonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Aſterie.

ALEA, æ.

Ludus ſortis à Lydis repertus, vt *Herodotus* ait, ſiue Palamedi, cùm in Græcorum caſtris aduersùs Troianos eſſet in ocio, quem veteres prohibuerunt graui pęna; nunc verò in eo Principes Chriſtiani, qui iuſtitia illos antecellere deberent, conniuent.

Periculoſæ plenum opus aleæ. *Hor. 2. od. 1.* Neque enim loculis comitantibus itur Ad caſum tabulæ poſita, ſed luditur arca. *Iuuen. 1. ſat.* Teſſerarum ludus, quamvis differat. V. *Teſſera*, in ludorum generibus. V. etiam *Alea, ibid.* vbi multa. Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat. *Hor. 1. epiſt. 18.* Nec tenet incertas alea blanda manus. *Ouid. 1. de Pont.* Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax. *Idem 4.* Si luditur alea pernox. *Iuuen. ſat. 8.* Aleæ ludus. *Conrad.* Dum blanda vagus alea December Incertis ſonat hinc & hinc fritillis, Et ludit rota nequiore talo. *Mart. 4. 14.* Lege *Farnabium*.

Epith. Periculoſa, vetita legibus, damnoſa, anceps, iniqua, turpis, iocans, atra, dubia.

ALECTO. V. *Furia*.

ALEXANDER.

Cognomento Magnus Philippi Macedonum Regis ex Olympia filius, natus ex duabus in Gręcia præſtantiſſimis familijs, videlicet ex Herculis, & Æaci poſteritate: forma fuit ſupra hominem auguſtiore, ceruice celſa, lætis oculis, & illuſtribus malis ad gratiam rubeſcentibus, reliquis verò corporis lineamentis non ſine maieſtate quadam decorus. Peragrauit orbem rectoribus Ariſtotele, & Calliſthene vſus. Subegit Aſiam, Armeniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum; Taurum, Caucaſumq; montes tranſgreſſus eſt; Bactra domuit; Medis, & Perſis, deuicto iam Dario, imperauit, Indiam cepit, reliquaſq; in illis regionibus vrbes. Victor tandem omnium, inter voluptates, quas vincere non potuit, perijt morbo ex

vinolentia contracto apud Babylonem, relicto imperio, vt inter ſuos diuideretur comites, cùm vel nullos, vel nimium paruos haberet filios ex altera Darij filia, quam ſibi vxorem acceperat. Lege *Q. Curtium*; *Arrianum*; *& Plutarchum in vita Alexand. Diod. Sic. Iuſtinum & Plinium*, regnauit annis 12. vel 13. Sunt qui dicant Stygijs aquis periſſe propè Nonacrin Arcadiæ. V. *Styx*.

Iuuenis Pellęus. *Iuuen. ſat.* 10. Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis: ſic dictus à Pella Macedoniæ vrbe, in qua natus. Dux Pellæus. *Stat. 1. ſilu.* 1. Tyrannus Pellæus. Hoc habuit nomen Pellæi menſa Tyranni; Qui citò perdomito victor in orbe iacet. *Mart. 9. ep.* 44. Pellæa Rex natus in vrbe. Æſtuat infelix anguſto limite mundi Pellæus puer, &c. Pellæus ductor. *Beroald.* Rex. *Luc. 9. Pharſ.* Proles Philippi. *Idem* 10.

Magnus Macedo, is, à Regno. Antonom. Quam qui cornigero de Ioue natus erat. *Ouid. in Ibin.* Creditum enim fuit ex Ioue Amonio illum natũ, veluti in ſomnis viſum fuerat Olympiadi matri. Rex Macedum, pro Macedonum. *Bembus.* Fortis Macedo, qui ſubdidit orbem. Sic natum Naſamonij Tonantis Anguſto Babylon premit ſepulcro. *Stat. 2. ſilu.* 7.

Dux Emathius. *Ouid. 3. triſt.* 5. à prouincia in Macedonia. Emathiæ dux, Rex, &c. Emathius belliger conditor vrbis. *Stat. 3. ſilu.* 2. Dux inſuperabilis armis, cui fortis dextera bello, *ex Poet.* Ille etiam magnos fatis rumpentibus actus Cùm traheret lethale merum iam mortis opaca Nube grauis vultus alios in numine caro, Æraq; ſupremis timuit ſudantia menſis. *Stat. 4. ſilu.* 6.

Præluſtri ſtirpe creatus. Cui cæca libido Attulit indubiam mortem. Natus genitore Philippo. Qui valido ſuperauit milite Regem Perſidis, & geſſit prælia multa manu. Orbis domitor Emathius, *ex Poet.* Ducet ad Emathios manes, vbi belliger vrbis Conditor Hyblæo perfuſus nectare durat. *Stat. 3. ſilu.* 2. Sepulcrum Alexandri fuit Alexandriæ, in quod eius corpus à Perdice ſublatum, qui illud ex Babylone detulerat, Ptolemęus Lagi filius condidit in aureo alueolo cineribus locatis; quibus parentauit. Quod poſteà ibidem Octau. Cæſar, deuicto Antonio, & Cleopatra, intuitus conſperſum floribus veneratus eſt, teſte *Sueton.*

Populator Aſiæ. Qui theſauros omnes per aliud tempus à Regibus reconditos diripuit. *Athen. lib.* 6. Decimumtertium Grecię numen, *ex Diod.* Qui duodecim Grçciæ Dijs, nempè Dijs Conſentibus. (V. *infra*;) decimum tertium addit Alexandrum.

Idem Rex ille, &c. Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra

Fortis Alexandri vultum ſimulantia, &c. *Hor. lib. 2. epiſt.* 1. Gratus Alexandro Regi magno fuit ille Cherilus, &c. *Ibidem.* Felix prædo terrarum *Luc. 11. Pharſ. & ibi multa in principio.* Regnator Macedum. *Stat. 4. ſilu.* 6. Euerſor ſuperbę Babylonis. *D. Greg. Nazian.*

ALEXANDRIA, æ.

Vrbs Ægypti celeberrima non longè à Nili oſtio, quod Canopicon dicitur à Canopo, ab Alexandro Magno conditore nomen habens; quam Dinocrates Architectus metatus mirabili ingenio quindecim millium paſſuum laxitate ad effigiẽ Macedonicæ chlamydis orbe gyrato lacinioſam extruxit. Condita eſt ante Chriſtum natum anno vigeſimo ſupra trecenteſimum intra ſeptendecim dierum ſpatium, vt teſtatur *Iuſtinus lib.* 11. Hæc olim habuit ſcholas omnium diſciplinarum, artiumq; liberalium, quæ ſub Chriſtiana lege ſanctiſſimis viris floruit, & virginibus; inter quos D. Athanaſius, & D. Catharina virgo, ac Martyr elucent, tamquam duo ſidera maiora. Olim fuit, & nunc etiam eſt ob commoditatem Mempheos totius orbis emporium: breuiori enim curſu multa ab Indis vſque ad Erythreum mare aſportantur: quæ deindè camelorum dorſo per arenoſum æquor ad dictam Memphim vſq; vectãtur: tum Nilo ad Alexandriæ portum, vndè Syri, Turcæ, Græci, Venetiq; aliò diſtrahunt. Pharum habet, de qua V. *ſuo loco*. eius meminit *Plinius* ſæpè, præſertim *lib. 5. cap.* 10.

Pharos, à Pharo ipſa, quæ Inſula eſt in conſpectu vrbis. V. *Mart. 9. ep.* 41. Pharia vrbs. *Id. 7. ep.* 29. Pharij muri, mœnia, tecta. Pharij horti. *Id. 6. ep.* 80. Campi. *Idem.*

Alexandrea. *Hor. 4. od.* 14. ſic latinitate donata ex Græca voce. Pellęo condita terra duce. *Pontan.* Paratonia vrbs. *Luc. 10. Pharſ.* à vicinitate Paretonij in Marmarica vrbis. Alexandrina tellus. *Prop. 3. eleg.* 9. Vrbs Alexandri. *Ouid. 1. triſt.* 2. Pellęus Canopus, figur. oſtium Nili, apud quod vrbs condita eſt.

Et Ptolomęæ littora capta Phari. *Prop. 2. eleg.* 1. à Regibus, qui in ea regnarunt. Sic: Regnum Lagi Romana ſub arma Iret, &c. *Luc. 10. Pharſ.* Emathia tecta, quod à Macedonibus Emathijs condita fuit. *Ibidem.* Pellęa aula. *Ibidem.* Regna Phari. *Idem* 9. Oſtendit Pharijs Ægyptia littora flammis. *Ibidem.* Phariæ vrbes, ideſt Ægypti Regnum. *Id. 10. & ibi multa.* Oræ Niliacæ. *Mart.* 4. à vicinitate Nili, quo alluditur. Hinc

ALEXANDRINI.

Quorum ea fuit mollities, & petulantia, vt procacitas eorum paſſim fuerit obſeruata in factis, dictiſve; vt & in canticis laſciuis; de quibus *Iuuen. ſat. 1. & 6. &* 11 nec non *Mart. 3.* 62. Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurras, &c. & alibi.

Pha-

Pharij populi, clientes. *Lucan.*10. *Pharſ.* Phariæ gentes. *Ibidem.* Memphiticus enſis. *Ibidem.* fig. contentum pro coatinente. Pharia caſtra,*ex eodem*. Et Pharios currus Regum ceruicibus egit. *Id. Lucan.* Pellei turba Canopi. *Virg.* Pharia arma. Par ſcelus admiſit Pharijs Antonius armis. *Mart.*3. *ep.*65. V. *AEgyptus.*

ALGA. V. *Vlua.*

ALGIDVM, i, & ALGIDVS.

Mons cum oppido ab vrbe duodecimo, vel 14. lapide diſtans ab aſſiduo frigore ſic dictus, vndè Romam ſingulis annis nix concreta ad vini calorem refrigerandum aduectatur: Eſt illi hodie ſilua latrocinijs incolarum accommoda.

Quicumque aut gelido prominet Algido. *Hor.*1. *od.*21. Algida terra. *Ouid.*6.*faſt.* Algida tellus, ſilua,*ex eodem.* Algidus,i,mons,oppidum,vulgò *Rocca di papa.*Nam quæ niuali paſcitur Algido. *Hor.*3. *od.*23. Nigræ feraci frondis in Algido. *Id.*4.4. Algidi ſeceſſus. *Mart.*10.*ep.*30. Lacus Regillus in ingreſſu Algidi ſiluæ à nonnullis reponitur: qui forſitan eſt ille, cui propè locus à Tuſculo,qui dicitur *Palazzolo*.

ALLIVM, ij.

In quod inuehitur vehementer *Hor. epod.*3. eſt vehementis caloris bulbus; nec non acutioris mephitis,antidotum ſanè ruſticorum omnium contra venena, cuius eſu ad pugnam incitantur galli, vt tradit *Pierius lib.*2. Hinc factum vt militiæ ſymbolum ſit allium; vt *Idem* oſtendit *lib.* 58. quod non tantùm militiæ eſt adiumento,ſed ruſticæ quoque rei. Siquidem,vt *Africanus* ait, oleum,in quo allium contritum fuerit mirè prodeſt vitibus eo obunctis ne pediculos gignant: & abſque oleo tritum, oblitumq; arborum truncis, ne ab erucis infeſtentur, efficit. Leopardo quoque antipathicos nocet; ſi quis enim locum, quo ille moratur, confricuerit, cogit exilire, & aufugere. Sed ad noſtra.

Allium cicutis nocentius. *Hor. epod.*3. Venenum meſſorum. *Ibidem.* Quo perunxit Iaſonem Medea Ignota tauris illigaturum iuga. *Ibid.*

Epith. Calidum,acre.

ALLOBROGES.

Pop. Galliæ Tranſalpinæ, qui Narbonenſibus adſcribuntur,ſiti ſunt iuxtà Rhodanum ad tractum Lugdunenſem, quorum Metropolis erat Vienna. Fabij quondam victoria, & Catilinæ coniuratione noti. Nunc autem dicuntur Sabaudienſes, & Sabaudiæ Duci parent. Sabaudia quippè Regio eſt valdè mõtuoſa, cuius Metropolis dicitur Chamberiacum vrbs in conualle ſita, quæ montibus vndiq; cingitur. Cum Sabaudia tamquam partes eius explicantur Comitatus Geneuenſis,qui circa Lacum Lemanum extenditur, cuius Metropolis eſt Geneua, quæ Ceneua dicitur Antonino,libera vrbs,& Catholicæ Religioni nimium obnoxia,& Comitatus Maurianenſis, qui expanſus eſt ad Archum fluuium.

Allobrogum gentes.*Pont.* Rhodaneia pubes.*Idem.* Nouiſq; rebus infidelis Allobrox. *Hor.epod.*16. Allobrogum colles, mõtes, alpes, ſaltus, clitii, &c. Delphinates: Viennenſes, olim inter Allobroges connumerabantur.

Iſara, æ, fluuius in Rhodanum influens non procul à Cemeno monte. *Plin.* Iſarę vada.*Luc*,1.*Pharſ.* Cemenus mons. *Plin.* Chambriacum, vulgò *Ciamberì*.Chambriaci colles. Sabaudia regio,& Sabaudienſes pop.

Pedemontani finitimi ſunt Sabaudienſibus, & eorum Duci ſubditi. Lemannus lacus. V. *ſuo loco.* Piſcoſi dura ſaxa Lemanni. Vienna,æ, ad Rhodanum illuſtris Vrbs Allobrogum in Gallia. Accuſiorum Colonia. *Ptol.* Vrbs Allobrogum in Gallia. quæ Gratianopolis, vulgò *Granoble*. Monſpeſſulus, in Gallia Narbonenſi ad Allobroges olim ſpectans, vulgò *Mompolier*, D. Rochi Confeſſoris patria.

ALMO, nis.

Fluuius ſuburbanus Romæ ad Portam Capenam præterfluens. V. *Roma,& ibid.* Porta Capena. V. *Berecynthia*,cuius meminit *Mart.*3.47. *Ouid.* 4.*faſt. & Marcell.*23. nec non *D. Auguſtinus* 2. *de Ciuitate Dei*, inquiens: Ante cuius lecticam (feretrum intelligit, ſiue currum, quo Berecynthia ad ipſum Almonem flumium ferebatur) die ſolemni lauationis eius talia per publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis,qualia non dico Matrem Deorum, ſed matrem qualemcumque Senatorum, vel quorumlibet honeſtorum virorum; immò verò qualia nec matrē ipſorum ſcenicorum deceret audire. Hæc ille. Huius etiam *Vibius Sequeſter ad Vergilianum filium* meminit,refertq; ad 6. Kal.April. Matris Dei ſtatuam lauari ſolitam, neque tantùm ſtatuam, ſed carpentum quoque (quod lecticam appellat *D. Auguſtin.*) lauabant Galli Sacerdotes. Hinc *Lucan.*1. *Pharſ.*

Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem; & *Ouid.*3.*faſt.*

Eſt locus in Tyberim, quo lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos
Almonis Dominam, ſacraq; lauit aquis.

Almonis aquæ, vndæ, riuus, &c. *ex Ouid.* Cuius aquæ,vtpotè quæ aqua minerali quadam (vulgò *Acqua ſanta*) haud longè à fundo,quem à Caſtellorum familia denominant, dimanante commiſcentur; optimæ cenſentur quodam anni tempore ad corporis ſcabiem extergendam, præſertim ſi calidæ adhibeantur.

AL-

Digitized by Google

ALNVS, i.

Arbor nauigijs apta. Et per immenſum mare motura remos alnus *Sen. in Oedip.* Alnus amica fretis. *Stat. 4. Theb.* Et fluctibus aptior alnus. *Luc. 3. Pharſ.* Submiſit canas alnus opaca comas. *Pontan.* Tum primum fluuij alnos ſenſere cauatas. *Virg.* Paludis amans planta, arbor, &c. *ex Poet.*

Epith. Procera, viridis, fluminea, intacta, procelloſa, virens, fluuiatilis, alta, aeria, longa, viridans.

ALOIDES. V. *Gigantes.*

ALPES, ium.

Montes perpetui, & editi; qui perpetua crate, Italiam à Gallijs, & Germanis diuidunt. Variè nominantur ab adiacentibus populis: hæ verò à candore niuium dictæ ſunt, quia perpetuis ferè niuibus albeſcunt. Patent autem à ſupero mari ad inferum in longitudine multorum millium paſſuum; his enim munitur, ac vallatur Italia. Hos Annibal aceto peruios fecit, quos tamen Galli ante Annibalis aduentum quinquies traiecerant. Gallica per medias rabies effunditur Alpes. *Lucan.*

Alpes Cottiæ, & Salaſſorum, *di Gineura.* Alpes Adulæ, & Summæ, in Lepontijs, quæ ab Heluetijs nuncupantur S. Gothardi. Alpes Graiæ, in Salaſſis, forſitan, quæ vulgò dicuntur, *Marcheſato di Saluzzo.* Alpes Iuliæ, in foro Iulij. Alpes Lepontiæ, Pœninæ, & Pœnina iuga, vndè Pœneus Annibal traiecit. Alpes ſummæ, & Montes Cenisij. Alpes maritimæ, quæ & Liguſticæ vocitantur, *Montagne della riuiera di Genoa.* Alpes Rheticæ. V. *Rhetia.* Alpes Carnicæ, vbi Çarniola prouincia, de qua V. *Italia.* Brenni, populi Alpini ſunt. *Plinius.* Inter has Apenninus. V. *infra.*

Synon.

Alpini aggeres. *Virg. 6. AEn.* Saltus, montes. Iuga Alpium. *Hor. epod. 1.* Alpinum dorſum. *Stat. 1. ſilu. 4.* Alpinæ niues. *Virg. 10. eclog.* rupes. *Claud. 2. in Ruff.* Alpinæ glacies. *Id. 2. de rapt.* fauces. *Plin. 3. cap. 17.* Alpinæ gentes, turbæ, populi, &c. Arces Alpibus impoſitæ. *Hor. 4. od. 14.* Alpis nubiferæ colles. *Luc. 1. Pharſ.* Æquantes gelidis nubila ſumma iugis Sæuit vbi rigido frigore ſemper hiems.

Epith. Tremendæ, aeriæ, gelidæ, nubiferæ, deuexæ, celſæ, patulæ, ventoſæ, latebroſæ, frondoſæ, altæ.

ALPHABETVM, i.

Græca vox elementares litteras, quas infantes edoceri ſolent, indicans. Prima elementa. *Horat. 1. ſat. 1.* Abecedariæ notæ. Primæ litteræ. Rudimenta, orum. Prima puerorum rudimenta. Primum doctrinæ lac. Litterarium, Palladium lac, quo pueritia nutritur, & alitur.

ALPHESIBOEA.

Phegei, (ſiue Phlegei) filia, quam Alcmęon Amphiarai filius donato illi monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in vxorem duxit. V. *ſup. Alcmaon*; quem cùm eius fratres interfeciſſent; ipſa maritum ſuum vlta eſt, vt refert *Prop. 1. eleg. 15.*

Alpheſiboea ſuos vlta eſt pro coniuge fratres Sanguinis & cari vincula rupit amor. Alcmæonis vxor, coniux, *ex hiſt.* Amphiarai nurus, *ex eadem.* Cui ſocer Amphiaraus, *è Statio.* Phegis, dos, à patre. *Ouid.* Cognatumq; latus Phegeius hauſerit enſis. *Id. 9. met.*

ALPHÆVS, i.

Fluuius varijs Poetarum figmentis celeberrimus apud Elidem in Peloponneſi Regione, quē Pauſanias tradit occultis meatibus ſubter mare labi, & in Arethuſam Siciliæ fontem deſinere: quod etiam innuit *Virg. 3. AEn.* Hinc autem orta fabula: Arethuſam venatricem fuiſſe ab Alphæo adamatam, cui cùm ille vim adhibere pararet, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis fuiſſe conuerſam, occultisq; terræ viſceribus, ne amatoris pollueretur vndis, in Siciliam vſq; fugiſſe; vbi tandem in ea parte Syracuſanæ vrbis, quæ Ortygia dicebatur, magna aquarum vi erupit; quam Alphæus amoris cauſſa inſecutus eſſe dicitur, quod is longo tractu videatur abſorptus, vndè ſubter mare defluens ex Peloponneſo in fontem Arethuſam apud Syracuſas Siciliæ ſe attollit, ac deindè in mare Siculum delabitur. Alij verò referunt ipſum Alphæum Piſæum in mare Ambracium multis cum fluminibus, quibus repletur, influere; aliumq; eſſe Alphæum, qui apud Syracuſas erumpit. Lege *Plin. lib. 4. cap. 5. Strab. lib. 6. Pauſaniam, & alios.*

Alphęum famæ eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis. Flumina Alphęa. *Virg. 3. Georg.* Elidis amnis. *Id. 3. AEn.* Amnis Piſæ. *Stat. 1. ſilu. 2.* Piſæus amnis, fluuius, aqua. Hinc Arethuſçæ Piſæus amaſius vndæ Labitur occulto, &c. Piſęa aqua, vnda, per Antonomaſiam Alphęus intelligitur. Vndæ Elçæ. *Ouid. 5. met.* Alphæi celeris ripa. *Sen. in Hipp.* Amnis Elęi vadum. *Id. in Oedip.*

Nyctimus, i, Stymphelus, i, antiqua nomina. *Ibycus.* Amnis, qui ſtadio notus Olympico, *ex Claud.* Iouis coronifer amnis. *Anthol. 1.* ob coronas, quæ in Olympico certamine ex eius ripis collectæ tribuebantur. Tumidæ ſic transfuga Piſæ Amnis in extremos longè flammatus amores Flumina demerſo trahit intemerata canali, Donec Sicarios tandem prolatus anhelo Ore bibat fontes. Deſcriptio pulcra, ſiue Periphr. *Stat. 1. ſilu. 2.* Nec ſuas profert ſacras Alphæus vndas.

Sen.

Sen. in Thyeſt. Fluminis Alphæi veteres narrauit amores. *Ouid. 5. met.* vbi fabula explicatur. Sacer amnis Alphæi. *Theocr.* Sponſus ſui arbiter itineris, *Anthol.* Suorum vector amorum. *Theocr.* V. *Elis, & Arethuſa.*

ALTARE, is. V. *Ara.*

ALTHEA, æ.

Theſtij filia, ſoror Plexippi, & Toxei, quos Meleager eiuſdem Altheæ filius ex Oeneo Calydoniæ Rege, cuius erat vxor, interfecit. V. *Meleager.* Althea verò, vt fratrum cædem vlciſceretur fatalem filij ſtipitem igni impoſuit, filiumq; vnà cum illo exuſſit, ob cuius vindictæ lætitiam ipſa quoque perijſſe dicitur laqueo, cùm nefas triſtis agnouiſſet.

Meleagri mater. fratres Meleagre matris Impius mactas moreriſq; dextra Matris iratæ. *Sen. in Med.* v. ſaphic. Piæ ſororis, impiæ matris facem Vltricis Altheæ vides. *Ibidem.* piam quòd fratres vlta: impiam quòd filium extinxit, vocat. Plexippi, & Toxei ſoror germana, &c.

Theſtias, dis. *Ouid. 8. met.* vbi fabula longiùs deſcribitur. *& 1. triſt. 6.* Vtq; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror. Oenei coniux, vxor, &c. *ex hiſt.* Oeneis coniux, *ex Ouid.* Calydonia Regina. Ætola parens Meleagri, &c.

Tydei genitrix, nam non Meleagrum tantùm, ſed alios peperit filios; inter quos inſignior Tydeus Diomedis pater, & Menalippus, quem ille inſcius occidit. V. *Tydeus.* Diomedis auia. Theſtij nata, filia, &c. *ex hiſt.* Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes Exitium nato matre parante ſuo. *Prop. 3. 21.* V. *Meleager.*

ALVEARIVM, ij, &

Alueare, is, apum domus ad mellificium accommoda. Tecta apum, & ſubauditur, cùm de illis agitur. *Virg. 4. Georg.* Ceræ, vt Atticarum prima mella cerarum. *Mart. 5. 38.* Stabula pinguia. *Virg. 4. Georg.* .... Seu corticibus tibi ſuta cauatis, Seu lento fuerint aluearia vimine texta. *Ibidem.* Viſcum, dicitur gluten, quo rimas liniunt. Gluten lentum. *Ibidem.* eſt illud viſcum, quo foramina, & rimas aluearis claudunt. Cubilia ramoſa. *Ibidem.* Exeſæ arboris antrum. *Ibidem.* ſæpè enim in cauis arborum corticibus mellificant. Nidi, orum. *Ibidem.* Caueæ, arum. Cunabula, orum. *Ibidem.* Regna cerea. *Ibidem.* Caſtra cerea. *Id. 12. AEn.*

Cellæ apum. *Ibidem.* Cortex cauatus, & cauus. *Idem.* Pumex latebroſus. *Id. 12. AEn.* Cauus. *Id. 4. Georg.* Vimina faui. *Ouid. 1. de rem.* Truncus cauus. *Hor. 2. od 19.* Aerijq; tenens mellis redolentia regna.

Fauus, i. Rure leuis verno flores apis ingerit alueo, Compleat vt dulci ſedula melle fauos. V. *ſuo loco.* Pars intra ſepta domorum Narciſſi lacrymam, & lentum de cortice gluten Prima fauis ponunt fundamina, &c. *Virg. 4. Georg. vbi multa de aluearibus, & apum mellificio.* Apes, um, fig. contentum pro continente. Cadus ruber, Flauaq; de rubro promere mella cado. *Mart. 1. ep. 55.*

ALTVM. V. *Mare.*

ALTVS, a, um.

Sublimis, e. Arduus, a, um. *Virg. 3. AEn.* Celſus, a, um, excelſus, præcelſus. Aerius, a, um, quod in aera tendat. *Ibidem.* Vndè aeria cupreſſus, dicitur alta. Sidereus, a, um. Hyperbolicos. Sidereus coloſſus ob altitudinem. *Mart. in Amphith. ep. 2.* Æquata cęlo culmina. Propinquus nubibus. *Horat.* Actus ad ſidera, Hyperbol. *Virg. 11. AEn.* Arduus in nubes. *Ouid. 14. met.* Eductus in aſtra. Elatus, a, um.

Nubibus æquus. *Ouid. 4. Pont. 7.* Nubibus ipſis inſerta caput turris. *Sen. Agamem. ch. 1.* Cyclopea ſaxa, ideſt magnitudinis, & altitudinis miræ. *Id. in H. fur.* Procerus, a, um. Summus, ſuperus. Quæ medijs rupes caput audax nubibus infert, *ex Poet.* Depreſſum quæ celſa nemus ſupereminet arbor.

Nubibus inſertans caput altis. *Poet.* Superans cacumine montes, *ex iiſdem.* Altior à ſcopulis veluti Polyphemus in Ætna. Altiſſimus, a, um. Æquataq; machina cęlo. Aerias qui vertice tendit in auras. Cunctis altior ibat Anchiſes. *Virg.* Superatq; cacumine nubes. *Ouid 1. met.* Turris erat vaſto ſuſpectu. *Idem.* Vrbs erat in ſummo nubibus æqua iugo. *Idem.* Sublimiq; minans irrumpit in æthera dorſo. *Idem.* Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo. *Idem.* Hinc

ALTITVDO, is.

Celſitudo, is. Excellens potentia. Proceritas, tis. Sublimitas, tis. Cælo æquata potentia.

AMANS, tis.

Amator, is.

Epith. Cæcus, feruidus, anxius, tener, blandus, pulcher, amator.

Furens, vt puer furens, ideſt amore. *Hor. 1. od. 13.* Amaſius, ij, & amaſia. Amica, æ, in malam tamen ſumitur partem. Adulter, i, nec Damalis nouo Diuelletur adultero. *Hor. 1. od. 36.* ideſt amatore. Quam turpi Pholoe peccet adultero. *Ibid. od. 33.* Veneris turpia caſtra, *Pont.* ideſt amantes, Ignis. Dum lateri meus ignis adeſt. *Id. ex Virg.* Meus ignis Iolas. *3. eclog.*

Laſciui cœtus. V. *Libidinoſus.* Viſa correptus imagine formæ. *Ouid. 3. met.* Attenuatus amore Liquitur, & tecto paullatim carpitur igni. *Ibid.* Ex æquo captis ardebant mentibus ambo. *Id. 4. met.* Effręno captus amore. *Id. 6 met.* Miles audacis proci. *Sen. in Hipp.* nempè qui procum comitatur. Furoris ſocius, *Ibidem,* ideſt inſani

amo-

amoris. Infando malo correptus,correpta. *Ibidem.* ideſt amans. Oeſtro mulieroſo percitus. *Oppian.* Nulla Minois leui defuncta amore eſt. *Sen. in Hipp.* non leuiter amat.

Qui ſubijt leges,ſine iura Cupidinis. *Leand.* Obſequens diræ ſpei. *Sen. in Hipp.* Qui blandiendo dulce nutrit malum. *Ibid.* qui amans eſt, *& multa huiuſmodi reperies in ijſdem tragœdijs; & in libris metamorphoſ. Ouid.* Miles amoris,Cupidinis,Veneris,&c. Quem molliter vrit amor. Qui gratam ſentit ſub pectore flammam. Proci, orum,nempè in amore riuales. Cuius in oſſibus tacitus ignis gliſcit. Turba procax, temeraria, ſalax, &c. Turba luxurioſa. Et cupidi nomen amantis habe. *Ouid. epiſt.*

Epith. Miſer,inſomnis,imprudens,periurus,amens, ſollicitus,tener,ardens.

AMABILIS.

Dignus amore puer. Multo dignandus amore. Iucundus,a,um. Gratus. Acceptus. Qui ſibi conciliat mentes. Qui pectora mulcet. Deliniens animos. Qui fronte eſt, & mente benignus. Qui ad ſe allicit omnes. Cuius oculi ſpirant amorem. Oculis qui ſpirat amorem, *ex Poet.* Cuius oculi ſunt in amore duces, *ex Prop.*

AMALTHEA.

Quam Tibullus Sibyllam Cumæam fuiſſe opinatur. V. *Sibylla Cumaa VII.* Hæc nutrix Iouis fuit, & Meliſſi Regis Cretæ filia: dicunt enim Meliſſum duas filias habuiſſe Amaltheam,& Meliſſam,quę Iouem caprino lacte, & melle nutriuerunt, *Lactantio teſte.* Alij dicunt: Capram, cuius lacte nutritus fuit Iupiter,hoc nomine vocitatam, *Parmenio authore.* Lege *Diod.*, *Strabonem*, *Palaphatum*, *&c.* Cornu Amaltheæ in prouerbium deductum,pro ſumma abundantia. V. *Cornucopia.* Amaltheæ pellis,quæ diphthera dicta eſt à Ioue accepta, in qua res humanas perſcriberet: & huiuſmodi fabulas ſexcentenas apud Poetas reperies, in quibus diuerſa narratio eſt.

Meliſſei filia, *ex hiſt.* Creſſa Iouis nutrix, quod in Creta nata. Themidis ſoror, *Hyginus ex Muſao,* qui Opem illius matrem fingit. Olenia Capella. V. *Capra ſidus. Ouid. 3. met.* Nais Amaltheæ Cretea nobilis Ida: *Id. 5. faſt.* Amalthea,ideſt Attici bibliotheca. V. *Bibliotheca.*

AMARACVS, i.

Filius fuit (vt Poetæ fingunt) Cynaræ Regis Cypri, qui quum vnguentarium,alabaſtrum,quod ferebat,laſſus fregiſſet tanto dolore intabuit,vt Deorum commiſeratione in odoriferam eiuſdem nominis herbam ſit commutatus. Veneri ſacer, & indè corona ex illo exhibebatur Hymenęo, qui quamdam habet cum Venere cognationem. Hinc *Catull. in epithal. Iul.*

Cinge tempora floribus ſuaue olentis amaraci, &c. *& Virg. 1. Æn.* Idaliæ lucos,vbi mollis amaracus,&c. Frater Adonidis,ex patre. Cynareiu flos. Perſa, æ, & Sampſuchum,i, vulgò *Maiorana.*

Epith. Mollis contortus in orbes, genialis, ſuaue olens.

In Ægypto abundat amaracus, vt teſtatur *Athenæus lib. 15.* ex quo coronam ſibi conuiuantes, licèt incommodam ob nimium odorem nectebant.

Phrygius amaracus,qui Hortenſe Caryophyllum à nonnullis dicitur, qui æſtate floret, vndè æſtiuus flos appellatur. *Athen. vt ſup.*

Ex amaraco, vnguentum amaracinum, quo pedes olim veteres vngebant, quodq; ad molliendos neruos dicitur aptiſſimum à *Plinio.* Amaracinis vnguentis mei pedes confricantur. *Eubulus apud Ath. lib. 12.* Poſteſq; ſuperbos Vngit amaracino, & floribus miſer oſcula figit. *Lucret. lib. 3.*

AMARANTHVS, i.

Flos,qui numquam marceſcit,vndè & immortalitatis ſymbolum eſt, & inoffenſæ valetudinis. Lege *Pier. lib. 55.* eſt amaranthus ſpica purpurea; verius quàm flos vulgò dicitur, *Fior di velluto.* Hic decerptus aſſeruatur, & poſtquam cuncti flores deficere,madefactus aqua reuiuiſcit,& hibernas coronas facit; Theſſalorum inuentum, dum ad Achillis tumulum quotannis libamina, & expiationes oraculi Dodonęi ferre iuſſi admonitione; incorruptas ex amarantho corollas excogitarunt. Qui etiam tauros duos, album vnum, nigrum alterum vtrumque manſuetum à patria ducturi; ſiluam ex Pelio monte cæſam, ignem ex Theſſalia; molamq;, & aquam ex amne Sperchio hauſtam aſportaturi erant.

Vt cum contexunt amaranthis alba puellæ Lilia, &c. *Tib. 3. eleg. 4.* vbi obſerua priſcorum morem in aſſeruando amarantho; quo enim tempore florent lilia,amaranthi recentes non ſunt,qui ſub Auguſto florent. Amaranthęi flores. Amaranthæa ſerta, *Pont.* Has Hyacinthe tenes,illas amaranthe moraris *Ouid. 4. faſt.*

Epith. Immortalis, florens, purpureus.

AMASIS, dis.

Rex Ægypti, qui ad Regnum ex Plebeio peruenit ob coronæ munus, quam elegantiſſimam veris tempore è floribus confecerat adhuc priuatus, & per initia plebeius; quam Partami eo tempore regnāti,cùm natalem diem celebraret, donauit; qui coronæ pulcritudine delectatus, Amaſin ad cœnam vocauit,& in amicorum deindè numero habuit. Quem tandem,cùm à ſe defeciſſent Ægyptij,exercitus ducem aduerſus eos miſit,à quibus quod eſſet inuiſus, & odioſus Partamis, Rex creatus fuit Amaſis. *Hellanicus apud Athen. lib. 15.* Ad hunc Cambyſes Perſarum, & Medorum Rex legatos miſit,qui illi vnam ex ſuis filiā

in

in vxorem poſcerent; quam quidem Amaſis ad illum non miſit, ſuſpicatus illam pro pellice futuram. Sed Nitetin Apriæ (qui olim Rex fuerat Ægypti, & Regno exciderat ab eodem Amaſide interfectus) filiam miſit; cuius cauſſa motum bellum à Perſis in Ægyptios. Lege *Athen. lib.* 13. Bibax valdè fuit, teſte *Herodoto*, & libenter iocari ſolitus, & conuiuas irridere: Iuſtus tamen Rex, qui legem condidit, vt quiſque quotannis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretq; vndè viueret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur; qui verò id non feciſſet, morte afficeretur, quam legem ab Ægyptijs ad Athenienſes tranſtulit Solon. Amaſis regnauit 44. annos; & mortuo tumulus fuit vna Pyramidum.

Non mihi Pyramidum tumulis euulſus Amaſis. *Luc. 9. Pharſ.* Regnauit eodem tempore in Ægypto, quo ſeptem ſapientes in Græcia floruerunt. De hoc multa *Plutarchus in Sympoſ. ſept. Sap.*

AMATHVS, thuntis.

Inſula maris Ægęi Veneri ſacra, vndè tota inſula Amathuſia dicebatur. *Ptol. & Plin. 5. cap. 5.* metallorum fœcundiſſima; alij tamen metallorum fœcunditatem Amathunti adſcribunt, quæ Vrbs in Cypro eſt eidem Veneri ſacra; forſitan in vtraq;, hæc metallorum fuit copia.

An ſi fortè roges fœcundam Amathunta metallis. *Ouid. 10. met.* Piſcoſamq; Gnidon, grauidamq; Amathunta metallis. *Ibidem.*

In hac obſcęnæ Propętides fuere, quas, quod Venerem Deam eſſe negabant, poſtquam in triuio vulgaſſent corpora, & pudore induruiſſēt, nouiſſimè in lapides transfiguratas fuiſſe fabulatur *Ouid. 10. met.* Hinc: Amathuſiacæ bidentes. *Ibidem.*

Vetuſtiſſima autem fuit Ciuitas Cypri Amathus, vt ſcribit *Stephanus*, in qua Adonis Oſiris venerabatur, qui cùm Ægyptius eſſet Cyprij, & Phœnices proprium fecerunt; ſic dicta ab Amatho Herculis filio, vel à Cynarę matre Amathuſa, vel alia de cauſſa: quam vrbem Venus cariſſimam habuit: vndè *Virg. AEn.* Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera.

AMAZONES, um.

Fœminæ bellicoſiſſimæ à pueritia armis aſſuetæ, quæ ab initio viris interfectis arma ſumpſerunt, cæterorum auerſatæ connubia. Attamen quotannis ad ſobolem propagandam, viros admittebant, quosq; parturiebant mares è medio tollebant, ſeruatis tantùm fęminis, quibus, vt ad haſtam, iaculaq; vibranda eſſent dexteriores, dextram mammam exurebāt: vndè Amazones, ideſt ſine mamma dictæ fuerunt. Tanaim primum Scythiæ fluuium, & paludem Meotin, nempè Tauricam Cherſoneſſum accoluere: tum Thermodoonta Themiſcyræ Cappadociæ Regionis fluuium, bello, & imperio celebres. Quæ etiam Sauromatidæ dictæ à Sarmatia Regione, Tauricæ finitima. Reginas aliquot habuerunt clariſſimas: Themiſcyran, à qua oppidum in Aſia conditum propè Thermodoonta. Pentheſilean, cuius meminit *Hom. in Iliad.* Antiopen, vel Hippolyten, quæ Boſphorum Thracium quondam gelu conſtrictum traiecit, cumq; ſuis copijs Græciam aggreſſa, in Attica tandem deuicta eſt à Theſeo, cui nupta Hippolytum peperit; Martheſian, & Lampedon, quæ maiorem Europæ partem ſubegerunt: Martheſiæ Orithya filia ſucceſſit, quæ ſororem Antiopen habuit. Poſt Orithyā Pentheſilea Regno potitā. *V. ſuo loco.* Menalippe quoque clarnit inter Amazones. Ex harum progenie fuiſſe Camillam Volſcam narrat *Virg. 8. AEn.* aliæ fuerunt in Libya Amazones. Lege *Dionyſ. 4. & Sil. Ital. lib. 2. Iuſt. lib. 7. Plin. lib. 6. cap. 13. & lib. 5. cap. 20.* Sunt autem qui de Amazonibus omnia dicant eſſe fabuloſa.

Agmina Amazonidum. *Virg. 1. AEn.* Puellæ ſecurigeræ. *Ouid. epiſt. 4.* bellicam autem ſecurim inueniſſe Pentheſilean aiunt, quæ dicitur *Alibarda*. Cateruæ ſecurigeræ. *Val. Flacc. 5. Argon.* Meotides peltiferæ, à pelta, quam ferebant. *Sabin. in epiſt.* Acies lunatis peltis. *Sil. Ital. lib. 8.* Cohors peltata. *Claud.* Puellæ peltatæ. *Ouid. 2. eleg. 14.* Armata peltis cohors Incluſa ripis vidua Thermodontijs. *Sen. in Med.* Cui lunatā latus pręmunit pelta cohorti, *ex eodem.*

Cohors Amazonidum. *Claud. 2. de rapt.* Fœminea turma. *Ouid. 4. de Pont.* Cateruæ Tanais, aut Męotis. *Sen. in Hipp.* Truces puellæ. Arma detraxit trucibus puellis. *Id. in Oedip.* Baltheum ſcilicet Antiopæ, vel Hippolytæ Hercules. Turmæ Thermodoontiacæ. *Stat. 1. ſilu.* Thermodoontiacæ cateruæ. *Sen. in Oedip.* Gens Thermodoontia. *Id. in H. fur.* Et quę vagos vicina perſpiciens Scythas Ripam cateruis Ponticam viduis ferit. *Id. in Troade.*

Amazonidum bellica turba. *Prop. 3. eleg. 12.* Lunata latus Protecta pelta fœmina, turba, agmina, &c. Thermodoontis bellicoſi mulieres, *ex hiſt.* Genus Amazonium ſcias connubia vitans. *Sen. in Hipp.* Gens armigera, eſt prorſus iſte gentis armigeræ furor Odiſſe Veneris fœdera, & caſtum diu vulgare corpus populis. *Ibidem.* Illæ feroces ſentiunt Veneris iugum. *Ibidem.* Threiciam texto ſpoliauit Amazona. Baltheo. *Virg. in opuſcul.* At Scythicæ longis vtuntur Amazones haſtis. *Mant.*

Epith. Martiæ, Mauortiæ, maſculæ, bellatrices, Thermodoontiacæ, ſæuæ, truces, feroces, peltatæ. *Mart.* Æquorum domitrices. *Orph.* Robuſtæ, roſeis lacertis decoræ. Viragines. *Homer.*

Amazonium mare, Euxini pars maris, ad quam ac-

colebant Amazones. Amazonius mons, præter cuius radices Thermodoon amnis labitur. Amazonia Regio.

Strymonis, dis. Amazonem intelligit; Illa ruit qualis celerem propè Thermodoonta Strymonis abſciſſo fertur aperta ſinu. *Prop.* 4. 4. à fluuio Strymone. Vnimammę puellæ. *Titianus apud Seruium: Ioſeph Scaliger in Propert.* At ſi fœmineo fuerat tibi Marte cadendum Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni. *Ouid.* 13. *met.* Amazoniæ ſecures. *Hor.* 4. *od.* 4. Libyæ, Scythiæ puellæ. *Stat.* 4. *ſilu.* 6. Amazonia arma. Amazonijs vlulatus Caucaſus armis. *Id.* 4. *Theb.*

AMBARVALIA, um.

Dicebantur ſacra, quæ pro aruis fiebant: vndè ambaruale ſacrificium, & ambaruales dictæ ſunt hoſtiæ. Horum meminit *Virg. eclog.* 3. *Feſtus* autem apud *Macrobium:* ambarualis hoſtia, ait, quæ rei Diuinæ cauſſa circum arua ducitur ab his, qui pro frugibus faciunt. Fuit autem Ambaruale ſacrum, cùm arua, & ſegetes ſolemni victima luſtrabantur; Quam victimam matris frugibus circùm arua ducere conueniebat, vt in Cereris ſacris: tum ſequebantur omnes clamantes, ex quibus vnus querna præcinctus corona cum ſolemni ſaltatione compoſito carmine Cereri decantabat laudes; & poſtquam vino, & lacte libaſſet, antequàm fruges meterent porcam fœcundam, & grauidam, vel vitulam Cereri immolabant. Huic ſacrificio duodecim fratres, qui Aruales dicebantur præerant (*ex Feſto*) qui terminos agri Romani ſuouataurilibus circumirent Lege *Girald. ſynt.* 17. & *Roſin. lib.* 4. 17. *Antiquit.* Deſcribitur autem à *Virg.* 1. *Georg.* & *Tib. lib.* 2. *eleg.* 1.

Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adorat, Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho, Terq; nouas circum felix eat hoſtia fruges, &c. V. *reliqua*. *Virg.* 1. *Georg.* Quiſquis adeſt faueat, fruges luſtramus, & agros Ritus, vt à pr ſco traditus extat auo. *Tib.* 2. *eleg.* 1. Feſta Pali ſacra; Pales enim frugibus quoque ſupereſſe credebatur. Cùm ſolemnia vota Reddemus Nymphis, & cum luſtrabimus agros. *Virg. eclog.* 5. Agri luſtratio, ſacra Cereri, vel potiùs Pali Cùm faciam vitula pro frugibus, ipſe venito. *Id.* 3. *Georg.* Hæc apud nos Rogationum dies dici poſſiunt. *V. ſuo loco*. Campos luſtramus, oueſq;, &c.

Amburbale, ſiue amburbium ſacrificium dicebatur illa ſupplicatio, qua vrbem circuibant. Mox iubet, & totam pauidis à ciuibus vrbem Ambiri. *Lucan.* Dij patrij purgamus agros, purgamus agreſtes Vos mala de noſtris pellite limitibus. *Tib.* 2. *el.* 1. Luſtralia ſacra, dici poſſent, ſic Luſtralis victima, hoſtia; ab agrorum luſtratione.

AMBITIO, is.

Gloria perfuſa fuco. *Ouid.* 1. *faſt.* Regnandi dira libido. Ambitus, us, p.c. *Stat.* 1. *Theb.* Studium laudis non veræ. Dulcis amor regni. *Id.* 2. *Theb.* Vacui ſimulamen honoris. Ambitionis amor. Maleſuada ſtatus ratio, *ex poet.* Regni cupido. *Ouid.* 5. *met.* Imperij cupido. Sitis imperij cruenta. *Sen. in Hipp.*

Honorum inſana cupido. *Accurſius.* Magnæ laudis amor. *Pont.* Vanitas. Aura populi. *Sen. in Hipp.* Vanus honor. *Ibidem.* Immenſus amor laudis. Amor tituli. *Ouid.* 1. *triſt.* Quærendiq; mihi nominis ardor erat. *Ibidem.* Cupido laudis, tactuſq; cupidine laudis. *Id.* 4. *triſt.* 5. Hinc

AMBITIOSVS.

Spiritus auidus domando. Mendicus honorum. Imperi cupidus, cupiens, appetens. Regni auidus, floribus potentum excubans. Æmula laudis mens, *ex Ouid* Tituli tangebar amore. *Id.* 1. *triſt.* Sectorq; fauoris, ideſt ſectator. *Luc.* 1. *Pharſ.* Aura inani tumidus. *Sen. in Herc. fur.* Quæ magnos ſibi poſcit honores, quæ tergeminos aſpirat honores.

Siſyphius labor, cura, ſtudium, machina, &c. *ex Lucr.* 3. Ambitioſos intelligit, eorumq; vitium. Vel tu Siſyphios licet admirere labores Difficile vt toto monte volutet onus. *Prop.* 2. 17. Illum populi fauor attonitum Aura tumidum tollit inani. Vrit miſerum gloria pectus. *Senec.*

Captator popularis auræ. *Sen.* Non illum aura populi, & vulgus infidum Bonis inflammat. *Idem.* Qui vanos honores ſequitur. *Idem.* Vano ſplendida faſtu mens. Non ſinit ambitio, cæciq; ſuperbia cordis, Et ſitis æterna, quæ ſpe ſuccedit habēdi, Mortaleſq; vrit animos, & trudit in enſes. Deſcript. Heu peſtis damnoſa homini, & funeſta libido Nominis!

Laudum magno perculſus amore. Quem laudis amor, & gloria ſollicitat, Quem mouet æternæ pulcherrima gloria famæ. Quem famæ, laudumq; cupido exagitat. Famam captans, & nominis auram, *ex poet.* Vanus, & Vanitas. V. *ſuo loco.* Certiſſima eſt regnare cupienti via Laudare modica, & ocium, ac ſomnum ſequi. *Sen. in Oedipo.* Inquietus. *Ibidem.* Muſa nec inſano Syrmate noſtra tumet. *Mart.* 4. 49. Cæcuſq; cupidine regni, ideſt ambitioſus. *Stat.* 2. *Theb.*

AMBROSIA, æ.

Herba eſt, quam multi Botrin, alij Arthemiſiam vocant. Fingunt tamen poetæ ambroſiam eſſe cibum Deorum ſuauiſſimum: quam melle dulciorem nouies eſſe; & in melle nonam tantùm partem eius voluptatis, quæ in Ambroſia ſentitur percipi, ſcripſit *Ibycus.* De ambroſia herba, & flore meminit *Athen. lib.* 15. quam à Corinthijs violam nominari ait: cum lilio idem eſſe aſſerit.

Hanc

Hanc fabulatur *Ouidius* naſci in paſcuis Solis, qua etiam refici ait eius equos.

A te ſub Heſperio ſunt paſcua Solis equorum Ambroſiam pro gramine habent, ea feſſa diurnis Membra miniſterijs nutrit, reparatq; labori. *Ouid.* 4.*met.* & etiam 2.*met.* Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis. Succus Ambroſiæ. *Virg.* 2.*AEn.* Ambroſiæ odor. *Id.* 2.*AEn.* Cibus, ſapor. *Beroald.*

Ambroſiæ dapes. *Mart.* 4. 8. Qui Palatinæ caperet conuiuia menſæ, Ambroſiaſq; dapes. *Id.* 8.39. *Ibidem epig.* 50. & 13.90. Ambroſius liquor. Ambroſij latices. Ambroſiæ folijs perfuſus. *Augur.* Ambroſius odor. *Idem.* Succus. *Balb.* Cęleſtes cibi, dapes, epulæ.

Epith. Amabilis, odorata, Cęleſtis, Ætheria, ſuauis, immortalis.

S. AMBROSIVS.

Excellentiſſimus Mediolanenſium paſtor, cui ex Ambroſio Galliarum præfecto, Romano tamen ciue, nato paruulo, & in cunis dormienti apes in labellis conſediſſe dicuntur, futuræ ſpecimen eloquentiæ. Romæ (vbi nunc Monialium Monaſterio indicantur ædes) liberalibus diſciplinis eruditus: tum ad Æmiliam, Liguriam, & Inſubriam regendam adhuc cathecumenus adlegatus eo pacto ſe in adminiſtratione geſſit, vt etiã præſul diuinitùs deſignatus fuerit. Quare ſacris luſtratus aquis, & initiatus, Epiſcopale ſuſcepit onus. Multa ſcripſit, egitq; pro Dei Eccleſia ſeruanda aduersùs Hęreticos; inter quos Chriſto Sanctum Auguſtinum clariſſimum Eccleſiæ lumen peperit. Theodoſium magnum Auguſtum à ſe iuſta de cauſſa ab Eccleſia expulſum; veniam exorantem abſoluit; quem deindè defunctum eleganti proſecutus eſt oratione. Poſtremò ſanctimoniæ laude mirum in modum effulgens Mediolani ſenex occubuit.

Nomen ab Ambroſia cui dedit alma parens. *Poet.* Inſubrum digniſſime Præſul, *ex hiſt.* Qui quondam Mediolanenſes rexit oues, *ex eadem.* Auguſtinum qui Cælo peperit, *ex eadem.* Theodoſij Cęſaris arbiter, *ex eadem.* Ambroſides, ab Ambroſio patre.

AMBVLANS.

Qui lentè ſpatiatur. Hic, quem videtis greſſibus vagis lentus. *Mart.* 2.27. nempè cum grauitate, & maieſtate. Qui obambulat, deambulat. Incedens. V. *Inceſſus.*

AMERICA. V. *India Occidentalis.*

AMICA, æ.

In malam ſumitur partem.

Pellex, cis. V. *ſuo loco.* Concubina. Meretrix. V. *ſuo loco.* Domina, æ. O ego cum dominam adſpicerem quàm fortiter illic Verſarem valido pingue bidente ſolum. *Tib.* 2. *eleg.* 3. *Id.* 4.13. Puella mea. *Ibidem.* Rura tenent, Cornute, meam, villæque puellam.

Nemeſis. *Tibull.* Cinthia. *Propert.* Lesbia. *Catull.* Chloris. Phyllis. Amaryllis. *Virg.* Corinna. *Ouid.* nomina fictitia ſunt, quibus appellant amicas ſuas Amantes; vel noſtri etiam Poetæ. Illius ex oculis cùm vult exurere Diuos, Accendit geminas lampadas acer Amor. *Tib.* 4. *eleg.* 2. Nunc licet è cælo mittatur amica Tibullo; Mittetur fruſtra, deficietq; Venus. *Ibid. el.* 13.

AMICVS.

Pectus amicum. *Ouid.* 3. *de arte.* Domeſticus, i. Prouecta eſt animæ portio magna meæ. *Rutil.* 1. *itin.* Familiaris, is. Intimus, a, um. *Cic.* Intima corda: pectora &c. *ex poet.* Proxima pectora animo. *Ouid.* 1. *triſt.* Iunctus amicitia *ex eodem* Qui me ſibi iunxit. *Virg.* 4. *AEn.* Pectora iuncta fide. *Ouid.* 1. *triſt.* Fidus ſodalis. *Manil.* 2. Dimidium animi. *ex Horatio.* Fidum pectus amoribus. *Id.* 2. *od.* 12. Coniunctus fœdere amoris. Iunctus amore: fide &c. Conſtanti pectore deuinctus. Animæ pars altera noſtræ. *ex poet.*

Pars animæ meæ. *Hor.* 2. 17. Quo non carior alter. *Ouid.* 5. *met.* Non inimicus; per iſydonym. *Id.* 1. *triſt.* 8. O mihi care quidem ſemper, ſed tempore duro Cognite. *Id.* 3. *triſt* 4. Nec tibi me tota iunctior orbe fuit. *Ibid.* 6. Longo iunctiſſimus vſu. *Ibidem* Comes exemplum veri Phocæus amoris. *Idem* 4. *triſt.* 4. amicitiam innuit Pyladis de quo V. *ſuo loco.* O mihi dilectos inter pars prima ſodales. *Ibid. eleg.* 5. Pars magna animæ meæ. *Id.* 1. *de Ponto* 9. Ille domus veſtræ primis venerator ab annis. *Id.* 2. *de Ponto elegia* 2.

Fidele caput. *Prop.* 2. *el.* 1. O fidum caput. *Sen. Herc. fur.* Carum caput. *Hor.* 1. *od.* 24. Cognata pectora. Cuius fida pectora iunxit amor. Anchora fida fortunę, *ex Poet.* Longo cognitus vſu. *Ouid.* Noſtræ pars maxima mentis. *Rut.* 1. *Itin.* Amica manus, ideſt amicorum multitudo. *Stat.* 4. *Theb.*

Amabilis ocellus familiaritatis. *Eurip.* Amicorum dulciſſima cura tuorum. *Mart.* 8. Hęrens pectoribus. Æternum qui ſeruat amorem, *ex Poet.* O & præſidium, & dulce decus meum. *Hor.* 1. *od.* 1. Comes, & veri non diſſimulator amoris. Animæ pars melior. Sanctæ cultor amicitiæ. *Strozz.* Longo deuinctus amore. Mihi certo fœdere iunctus. Tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis Ingenio mores æquiparante places. *Ouid.* Fabricio iunctus fido requieſcit Aquinus. *Mart.* 1. 94. de his ſcribit *Polyb.* Penè puer puero iunctus amicitia, *ex Poet.* Non mihi quam fratri frater amate minus. *Ouid.*

Te vocat Ægiden (ideſt Theſeum) Eurialumq;

ſuum: inter enim amicitiæ exempla locantur. Pars deſiderij maxima penè mei. Culte mihi ſupremum vitæ tempus ad vſque meæ. Vnica fortunis ara reperta meis. Plena fuit vobis omni concordia vita, Et ſtetit ad finem longa, tenaxq; fides. Amiculus,i. *Catull.* 28.

Amicorum exempla.

Pylades, & Oreſtes. Theſeus,& Pirithous. Caſtor, & Pollux: hi fratres. Achilles, & Patroclus. Tydeus, & Polynices. Menelaus, & Agamemnon. item fratres. Eurialus,& Niſus. Lege *Virg.* 8. *Aen.* Damon,& Pythias,qui Siculi fratres,dicuntur. *Mar.7.ep.*23. Quod in Sicilia eſſent nati. Par animi, fiducia mentis. Fidiſſima pectora, corda,*ex poet.*

Epith. Verus,fidus, carus, ſuauis, dulcis, candidus, certus,ſyncerus, non dubius,dilectus.

AMICITIA,æ.

Fœdus amicitiæ. *Ouid.3.triſt.*6. Iura amicitiæ. Ius ſodalitij. *Id.*1. *triſt.* Nomen amicitiæ. *Id.*4. *de Pont.* Fœdere communia ſtudia. Fœdus amoris. Conuictus. Vincula non ſoluet nos, quibus arctat amor,*ex Ouid.* Nexus,nodus amicitiæ. Studia,orum: me ſtudijs obſeruat mutuis,vt te paribus proſequor animis. *Augurell.*

Concordia. Conſuetudo, *Cic.* Amicitiæ conſtantia.*Ouid.*2.*Pont.*3.Ægidæ,Pirithoiq; fides.*Ibid.* 6. ſic de cæteris dici poteſt. Recta fides comitum.*Id.*2.*Pont.*7.Amor,is.V.*infra.* Familiaritas. *Cic.* Concors pietas,nec dubitatus amor. Vſus, us. V. *ſupra.* Neceſſitudo. *Cic.* Vſus amicitiæ. *Ouid.*5.*triſt.*3. Munus amicitiæ. *Id.*4.*triſt.*5. Fiducia mentis. Vincula amoris. Amoris inconcuſſa repagula. *Nonnus.*

Gratia,æ. *Cic.* Si quid longa fides,canaq; iura valent. *Mart.*1.16. Amicus amor,communis,&c. Et ſperata voluptas Suauis amicitiæ. *Lucr.* 1. Viſq; inſita cordi dulcis amicitiæ. *Pontan.* Pignora amicitiæ. *Augurell.* Sanctuſq; pudicæ ſeruat amicitiæ leges amor. *Stat.*2.*ſilu.*

Epith. Suauis, ſocialis, indeclinata, ſancta, mollis, pudica,dulcis,ſyncera,tenera,infracta,pura.

Amicitia non facilè cuiuſq; admittenda;ſed admiſſa conſtantiſſimè retinenda, vt feciſſe fertur Auguſtus, teſte *Suetonio.*

Amicitiæ ſymbola plurima eſſe poſſunt, & hieroglyphica,ex plantis,vt in Palma,& fœmina: Hedera,& vite: Punico arbore, & myrto, qua in re aſſerit *Didymus* ad Punicorum feracitatem, myrtum iuxtà eſſe ſerendam: Quin, vt *Democritus* ait, ita ſe amant, vt etiam aliquanto procul poſitæ radices mutuò complicentur; ideòq; mutua earum inſitio mirificè fœtuficat. *Pier.lib.* 54. *hieroglyph.*

Sacrum fœdus laudatæ vitæ, nuncupat amicitiam. *Mart.*1.94. Compages beneuolentiæ, *ex Græc.* Humanus vſus.*Demoſth.* Amicitiæ indiſſolubilis vinculum,*ex eodem.*

AMNIS. V. *Flumen.*

AMOMVM, i. V. *Aromata.*

AMOR, oris.

Quem Deum finxit antiquitas: & quem fortiſſimum dixit *Manander*, quod eius vnius cauſſa per cæteros Deos peierant amantes. Cupido dictus. V. *ſuo loco.* Qui cuncta ſuperat tamquam ignis, quo cuncta pereunt (ſi malè adhibeatur) tamquam veneno; quem fluctibus,ac tempeſtati ſimilem faciunt poetæ, vt *Meleager Anthol.* 7. *Catullus:* Tanto te abſorbens vortice amoris Æſtus in abruptum detulerat barathrum. Et *Horatius:* Quanta laboras in Charybdi. Et *Prop.*2. 12. Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,&c. Sed conſule *Polyanthea*, ſi multa de amore ſcire cupis.

Synon.

Flamma mollis. *Virg.4.AEn.* figur. Occultus ignis: Occulto carpitur igne. *Idem.* Pectoris illecebræ. *Orph.* Ignita cuſpis amoris:ignis amoris. Igneus ictus amoris, vulnus, flammæ amoris. Lenti ignes: Quam lentis penitus macerer ignibus. *Hor.*1.*od.*13. Fœnus amoris,amoris viciſſitudo. Affectus ocioſæ animæ. *Theoph.* Ignita illecebra. *Lycophr.* ad impurum amorem. Pronubus ales amorum. *Nonnus.* Lętitiæ præco. *Idem.* Virgineum philtrum. *Oppian.* Oeſtriferæ lex Veneris. *Anthol.* Primigenium ſobolis principium. *Nonnus.* Auræ Veneris. *Euripid. in Iphig.*

Calor,is: Feruere,& vrentem interius cohibere calorem. *Pontan.* Æſtus animi. *Ouid.epiſt.*15. pectoris. *Idem.* Pectoris ardor. Æſtus,us. *Id.*3. *de art.* & *Prop.* Munus amoris.*Ouid.*4.*faſt.* Stimuli amoris. *Virg.*3.*Georg.* Aura cupidinis,ideſt deſiderium. *Augurell.* Vires amoris. *Ouid.*5. *met.* Vis amoris. Vincula amoris;gaudia. Pietas,tis. Charitas. Beneuolentia. Dilectio, is, ad proſaicos potius.

Ignis autem dicitur amor,quod è flaua bile oriatur, quæ in hominis temperatura igni reſpondet; cuius ſedes iecur potiſſimum eſſe cenſetur; vndè *Sen. in Herc. Oet.* Sed iecur fors horridum flectam emerendo. Cùmq; ſit ex ijs affectionibus, quarum virtus regula eſſe non poteſt, nullum nouit habere modum, *ex Farnabio in Med. Sen.* Vicit & ſuperos amor. *Sen. in Herc. Oet.*

Illius remedia tria enumerat *Crates* (Ethnicorum more) fames,tempus,reſtis,nempè ſuſpendium, ſiue voluntaria mors. Perdidit vires amor. *Sen. ibid.* Multumq; ab illo traxit infelix ſtatus. Illicita amantur Excidit quidquid licet. Fortuna amorem peior inflammat magis. *Ibidem.* Ille locus ſæui vulnus amoris habet. *Ouid. in epiſt.*

Epith.

Epith. Sollicitus, inſanus, æger, occultus, dulcis, cæcus, flagrans, placidus, improbus, veſanus, feruidus, laſciuus (V. *infra Amor laſciuus*) tener, gratur, pulcher, volucer, (V. *Cupido*) ingenioſus, timidus, vigilans, ambitioſus, pacis amicus, & alia innumera.

Dij verò, qui apud veteres Amoris præſides putabantur, quiq; ab amantibus inuocari, placariq; ſolebant, erant Venus, & Cupido, de quibus, V. *ſuis locis*. Verùm quoniam amor communis eſt affectio, quæ in partem bonam, & malam ſumi poteſt. Hinc dicitur

Amor Diuinus.

Fauillæ cæleſtes. Diuini flaminis ignis. Calor ætherius. Diuinus amor. *Ouid.* Ætherię flammæ. *Pictor.* Æterni flamen amoris. Sic ſi cunctis amoris Synonymis addas epitheta, Cęleſtis, Diuinus, Ætherius, & huiuſmodi.

Amor caſtus.

Legitimo fœdere iunctus amor. *Ouid. 2. triſt.* Amicitia. V. *ſup.* Syncerus amor, ardor, &c. Socialis amor. Pacis amicus amor. *Pontan.* Hoc tibi ſynceri pignus amoris habe. *Marull.* Pacificus, ſedulus, concors, &c.

Amor maritalis:

Quo inuicem diliguntur coniuges.

Amor iugalis. *Sen. in Agam.* ſic: Socialis amor. Caſta fides. *Idem.* Coniugalis amor. Pudicus coniugis torus. *Idem.* Coniugium fidele. *Idem ibidem.* Animus coniugi obſtrictus ſuę. *Ibidem.* Legitimus amor. V. *Coniugium.* Genialis amor. Zelotypus amor. *Mant.* qui in coniugibus eſſe ſolet. Maritæ faces inſomnis pharetræ. *Nonnus.*

Amor proprius.

Cæcus amor ſui. *Hor. 1. od. 15.* Philautia, æ. *Plat.* Græcum nomen: Proprij dominator amoris. *Corn. Gall.*

Amor laſciuus.

Cæci Cupidinis aura. *Virg. 3. Georg.* Tela Cupidinea. *Ouid. 4. triſt.* 10. Tela Cupidinis. *Id. 1. de art.* Cupidineæ ſagittæ. *Id. 1. de rem.* Amor vetitus. *Id. 1. de arte.* Cæcus. *Id. 2. faſt.* Iniuſtus, rebellis, lethęus, inſanus, improbus, veſanus, incæſtus, fęmineus, inſidioſus, luxurioſus, furtiuus, turpis, maleſanus, proteruus, peſtifer, &c. *ex Ouid. Prop. Virg. Horat. Sen. & alijs*; ſicq; huiuſmodi addes epitheta, ſexcenta tibi paries Synonyma.

Sagittæ laſciuæ. *Claud. 1. de rapt.* Inſani ſtimuli amoris. Sęuæ flammæ. *Ouid. 3. de art.* Vetus vulnus. *Id. 4. faſt.* Cupidinis arcus, arma, &c. *Angerian.* Furor inſanus. *Mant.* Stimulans libido. *Pont.* Debilibus pennis irritus exit amor. *Id. 1. de remed.* Inferet arma tibi ſęua rebellis amor. *Ibid.* Triſtis ignis verſans in oſſibus. *Virg. 2. Geor.* Paphiæ aquæ, Paphias, i, bibe dixit aquas. *Angerian.* Amoris vulnera. *Idem.* Et calidæ ſentio peſtis onus. *Idem.* Feruens ſerpit in oſſa vapor. *Idem.* Ego cæco vulneror arcu. *Idem.* Veneris flammea regna ſequor. *Idem.* Acidaliæ faces, ab epitheto, quod Veneri tribuitur. *Idem.* ſic de alijs Veneris dicendum epithetis. Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent. *Ouid. 1. faſt.*

Cupidiniſq; vinculo tenet vinctum. *Augurell.* Et Veneris multos ferre iugum docuit. *Bemb.* Veneris militia. Et duræ ſequitur militiam Veneris. *Pont.* Ah valeant Veneres, valeant mala gaudia amores Caſta placent: luxus deſidioſe vale. *Idem.* Nequitiam Veneris turpia caſtra ſequi. *Idem.* Nefandi ignes. *Sen. in Hipp.* Indomitæ flammæ. *Ibidem.* Laſciuæ faces, *ex eodem.* Effręnæ mentis impetus. *Id. ibidem.* Furtiuus ignis. *Ibidem.* Veneris iugum ſentiunt. *Ibidem.* Viſceribus ignis merſus, & venis latens. *Ibidem.* Vapor inſanus. *Ibidem.*

Cupido, & Cupidines. *Prop. 1. eleg. 1.* V. *ſuo loco.* Accepti ſub oſſibus ignes. *Ouid. 2. met.* Et ignes ipſe ſuos nutrit. *Id. 6. met.* Phyllidis ignes, & Amaryllidis, *ex eodem 2. triſt.* Certamen amoris, *ex eod. 2. de Pont. 2.* Formoſæ puellæ vincla. *Tib. 1. eleg. 1.* Libido, is. V. *ſuo loco.* Cæciq; Cupidinis ignes. *Ouid.* Fax pectoris: Prurigo, is: Furor, is, *ex poet.* Mundicijs capitur delicioſus amor. *Pontan.*

At Regina graui iamdudum ſaucia cura. *Virg. 4. AEn.* Tum Venus, & calidi ſcintillat feruor amoris. *Calphurn.* Exigit has partes officioſus amor. *Fauſt.* Me calor Ætneo non minor igne tenet. Compeſce impij amoris flammas precor. *Sen. in Hipp.* Libidinis inextinctę incendia. *Ouid. 1. faſt.* Furiales concipit ignes. *Id. 2. faſt.* Iniuſti ſtimulis agitatus amoris. *Ibidem.*

Epitheta. V. *paullò ſuperiùs.* Amor vetitus, cæcus, iniuſtus, &c.

AMPHIARAVS, i.

Oiclei filius vates clariſſimus, qui cùm ſe à bello Thebano non reuerſurum præuidiſſet, à Polynice nullis precibus adduci potuit, vt illi intereſſet. Quare Polynices aureum illud monile à Venere Hermionæ dono datum Eriphylæ Amphiarai coniugi, quò belli ſocietatem viro perſuaderet, largitus eſt. Cùm verò eo tempore Amphiaraus, Adraſtuſq; de regno diſſentirent, ad eius coniugem, quæ Adraſti ſoror erat, diſſenſiones omnes dirimendas, detulerunt: illa verò pro Amphiarao viro ſententiam quidem tulit, ea tamen conditione, vt belli Thebis inferendi ſocius, adiutorq; eſſet. Ita coactus eſt ei bello, à quo tantoperè abhorrebat, proptereà quod ſciebat (*ex Genethliaco*) ſibi quoque peſtem, & calamitatem ex eo eſſe paratam, intereſſe: Sed cùm

co-

cognouiſſet vxorem ſuam auro corruptam fuiſſe, non ante ad bellum cogitauit, quàm illam acerrimè accuſaſſet, & filio Alcmæoni imperaſſet, vt priuſquam in caſtra veniret, matrem ille necaret. At Amphiaraus eodem die, quo Thebas peruenit vnà cum curru, & equis terræ hiatu fuit abſorptus: filius verò genitoris pius vltor exiſtens, matris fuit impius interfector. V. *ſup. Alcmæon*. Lege *Beroald. in Prop. 2. 33.*

Oiclides, æ, vel Æclides: Illum heu præſagis, quo nullus amicior aſtris Oicliden. *Stat. 6. Theb. & 3. & Ouid. 3. de arte.* Oeclides, *Idem 8. met.* Augur Apollineis dilectiſſimus aris. *Stat. 8. Theb.* Fatidicus Rex. *Ibidem*. Talia fatidico peragunt ſolemnia Regi. Laurigeri vatis hiatus ſubiti. *Id. 1. Theb.* Vates Argolicus. Hoc aurum vati fata exitiale mouebant Argolico. *Id. 4.* Eriphylę coniux, vir, maritus, &c.

Vates Oiclides belli nubes. *Pind.* Magnus vates Oiclides. *AEſchyl.* Amphiaraęæ nil proſunt fata quadrigæ. *Prop. 2. eleg. 33.* Ioclei generoſa propago. *Euripid.* dixit pro Oiclei. Quem prodidit vxor ab Adraſto. *Mant.* Affiuis Adraſti, ob ſororem vxorem acceptam. Thalai gener. *Ouid. in Ibin.* quod filiam in matrimonium duxit. Alcmæonis, & Amphilochi pater, genitor, parens, alios quoque filios habuit, vt inf.

Argiuus augur. *Hor. 3. od. 16.* Concidit Auguris Argiui domus ob lucrum demerſa excidio, quem perdidit vxor ob aureum monile, *ex Cic. 3. in Verr.* Notus homo merſis Amphiaraus equis. *Ouid. 3. de Pont.* Caruitq; Thebis Ille ſi veri cecinit futura. *Sen. in Med.* Viuus adhuc vates, vltusq; parente parentem Natus, &c. *Ouid. 9. met.*

Epith. Doctus futuri, fatidicus, ſacer, laurigér, Argolicus, prudens.

Præter Amphilocum, & Alcmæonem hos quoque filios habuit Tiburtum, Coraten, & Catillum, qui in Italiam profecti, Tiburem vrbem condiderunt. V. *Tibur*. Amphilocus autem patrem ſecutus in doctrina fuit augur, & vates inſignis, nec non princeps. Amphilochi aut monitus adijt malè ſana nefaſtos. *Mirand.* Sunt qui illum vocitent Amphimacum, quem *Homerus* cum alijs Græcorum ducibus Troiam veniſſe ſcribit. V. *Eriphyle*.

AMPHION, is.

Filius Iouis ex Antiope Nyctei filia. V. *infra Antiope Nyctéis*: quem illa vna cum Zeto in biuio edidit, quos paſtores pro ſuis educarunt, & alterum Zetum quidem: alterum appellarunt Amphiona. Qui poſteà adulti, cognitis iniurijs, quibus matrem eorum affecerat Dirce (Lyco Thebarum Rege interfecto) tauri indomiti caudę eam alligantes, eandem per loca aſpera agitatam, diris eam cruciatibus laniarunt. Donec miſertus Bacchus, eam in fontem eiuſdem nominis commutauit. Fuit autem Amphion muſicus tàm inſignis, vt teſtudinem à Mercurio (non autem ab Apolline) dicatur accepiſſe, cuius modulatu ſaxa traxit ad extruendas Thebas, vt innuit *Sen. in Oedip.* quod interpretantur, eum eloquentia ſua populos incitaſſe ad laborem, & ad vrbem ſuam mœnibus muniendam; vel, eum pecunia ex muſica arte comparata, muros conſtruendos curaſſe: id autem factum narrant, quod Phlegios hoſtes, dum Cadmus regnaret, extimeſceret. Vxorem habuit Nioben Tantali Regis filiam, ex qua ſeptem filios, totidemq; filias ſuſcepit, qui à Latonæ filijs ob contumeliam matri illatam omnes fuerunt interfecti. Quod cùm pater Amphion ferre non poſſet, ſe ipſum interfecit, vnàq; cum fratre Zeto in Itharęa vrbe Bœotiæ (*Steph.* teſte) ſepultus eſt.

Aonius vates. Thebes Tyriæ dux. *Stat. 4. Theb.* ſunt qui dicunt illum à Muſis lyram accepiſſe. Antiopes ſatus, ſiue Antiopæ. Zeti frater, germanus, &c. *ex hiſt.* Vir Niobes, maritus, coniux. *Ouid. 6. met.* Dircæus muſicus, à loco. *Mant.* Saxa tuo cantu vindex iuſtiſſime matris Fecerunt muros officioſa nouos. *Ouid. 3. de art.*

Thebanæ conditor vrbis. Saxa Cytheronis Thebas agitata per artem Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt. *Prop. 3. 1.* Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere ſono, & prece blanda. *Hor. in art.*

Thebais Chelys, inſtrumentum pro authore. Et Chelys vna Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri, *Stat. 1. ſilu. 2.* Qui ſaxa dulci traxit Amphion ſono. *Sen. in Oedip.* Natus Ioue. Cuiuſq; muros natus Amphion Ioue ſtruxit canoro Saxa modulatu trahens. *Id. Herc. fur.* Poteris has Amphionis Quaſſare moles, nulla quas ſtruxit manus Stridente tardum machina ducens onus, Sed conuocatus vocis, & Citharæ ſono Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis? *Id. in Theb.*

Ad Chelyn, & ductas animantem Amphiona cautes. *Stat. 8. Theb.* Phœbęus cautes animans teſtudine vates, *ex eod.* Qui veteres fundauit ſonitu mœnia Thebes. Qui lapides flexiſſe canendo dicitur. Non ſi te ferreus agger Ambiat, aut tripliçes alio tibi carmine muros Amphion auditus agat, *Stat. 2. Theb.* Lege *Prop. lib. 3. eleg. 14.* Aut Amphionię mœnia flere lyræ, *Id. 1. 9.*

Epith. Dircęus, docilis, Aonius, Phœbęus, muſicus, dulcis, clarus.

AMPHITHEATRVM, i.

Quod eſt Theatrum circulo clauſum, ſic dictum, quaſi ex duobus Theatris conſtans: Et illud hic innuimus, quod Fl. Veſpaſianus conſtruxit in 3. regione vrbis; Titus deindè Veſpaſiani F. dedicauit:

cauit: Domitianus verò Titi frater in eo plurimas edidit venationes. Lege *Suet. in Veſpaſiano cap.*9. *in Tito cap.*7. *& in Domitiano cap.*4. A principio quidem I. Cæſar. iterum Dictator. Amphitheatrum ligneum extruxit, vt ait *Dio lib.*43. Primus verò Statilius Taurus Auguſto IV.Coſ. Amphitheatrū excitauit in campo Martio lapideum; idq; venationibus editis, conſecrauit. *Dio lib.*51. poſteà etiam Nero ligneum extruxit. *Suet.cap.*12.*in Nerone.* Poſtremò magnificum ex lapide Fl. Veſpaſianus, in cuius honorem multa extāt Martialis spigrammata; in quo multi ex noſtris Martyribus feris obiecti, poſt dilaniationem ad Chriſtum euolarunt: cuius denique vetuſtate collapſi, adhuc integra veſtigia viſuntur; & à Romanis vulgò *Coliſeo* dicitur, à magno Coloſſo ibidem ante ingreſſum à Domitiano collocatum: quaſi dicas Coloſſæum, in cuius dedicatione quinque millia ferarum occiſa ſunt, teſte *Eutropio.* Aliud fuit Caſtrenſe amphitheatrum in 5. regione vrbis. De Amphith. lege *Caſſiodor. variar. lect. lib.*5. *cap.*42. Sed ad noſtra.

Amphitheatralis pompa, ludus, &c. Amphitheatri moles. *Mart.*1. Structum vtrinque theatrum, *ex Ouid.*2.*met.* Martia arena, à Martis prçlijs inibi præſtitis dictum, vel illud Statilij intelligi poteſt, quod in Campo Martio fuit. *Mart.*2.*ep.*75. Arena, pars pro toto. Quicquid fama canit donat arena tibi. *Id.*1.*epig.*5. Romanum theatrum. *Pontan.* Antonomaſt. Magnum theatrum. Flauia theatra, à conditore Veſpaſiano, cui prç nomen Flauius fuit, *ex hiſt.* Omnis Cçſareo cedat labor Amphitheatro. *Mart. in Amphith.*1.

Epith. Conſpicuum, magnum, Coloſſçum.

AMPHITRITE, es.

Nerei, vel Oceani, & Doridis filia, Neptuni vxor, cuius nuptias cùm à principio fugeret, virginitatem ſeruare cupiens, miſit ad eam Neptunus delphinum, qui per varia loca quæſitam tandem ad radices Atlantis montis inuenit, & vt Neptuno iungeretur perſuaſit. Hinc à Poetis maris Dea fingitur, ex qua natus eſt Triton, vt canit *Heſiodus.* Sumitur autem interdum pro toto mari. Sic dicta à terrore, quòd terreat nauigantes, vel quòd terram atterrat. Hæc alio nomine.

Salacia, æ, dicta. *D. Auguſtinus* 4. *de ciuit. Dei.* Salaciæ ſæuitiam fugiamus (dixit *Pacuuius*) vel à ſalo, vel à ſalſedine, ſiue quod ſalum ciat. Neptunū gremio complectitur Amphitrite. *Claud.* Neptuni coniux, ſponſa, *ex hiſt.* Neptunea coniux. *Virg. in Ciri.* Nereis, dis, *ex Claud.* Nereia mater Tritonis, *ex eodem.* Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten. *Catull. in epith. Pelei.* Tritonis parens, genitrix, *ex poet.* V. *Mare.*

Nymphæ aliæ duæ fuerunt hoc nomine. V. *Nympharum nomina.*

Epith. Fluctiuoma, diues aquis, &c.

AMPHRYSVS, i.

Theſſaliæ fluuius leniter fluens propè Magneſſam vrbem, apud quem Apollo paſtoritia ſub imagine Admeti Pherçorum Regis armenta pauit. V. *ſuis locis Admetus. Apollo.*

Et flumine puro Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi. *Luc.*6.*Pharſ.* Amphryſiacum gramen. *Stat.*1.*ſilu.*4. Amphryſiacus liquor, latex, &c. Amphryſi vndæ. *Pontan.* aquæ. Amphryſia vates, eſt Sibylla. V. *Sibylla.*

AMPHITRVO, ſiue

Amphitryo, is. Thebanorum Dux. Alcmęnæ coniux, Herculis putatus pater; Hali filius, frater Tirynthes, quæ nomen dedit vrbi, vndè ipſa erat Alcmęna, quæ Tirynthia fuit appellata; & Iphicli genitor. Qui cùm ad expugnationem profectus eſſet Oechaliæ, ſecundùm vxoris conditiones; eius aſſumpta forma cum Alcmęna concubuit Iupiter. V. *Alcmana.* Qui reuerſus cum victoria, cùm ſe à coniuge negligentiùs excipi videret; eam interrogans, omnia, quæ in Oechalia geſta fuerant adamuſſim ab ea narrari audiuit. Quod vir admiratus aliquod ineſſe numen ſuſpicans, fœtum ex illa ſuo tempore enixum diligentiùs cuſtodiuit.

Thebanus Alcmęnæ coniux. *Sen. in Herc. Oet.* Pater Herculis falſus. *Ibidem.* Falſiparens Amphitryoniades. *Catull.* Alcmęnæ vir, *ex eodem.* Alcidæ parens tardus ſenio graditur. *Sen. in Herc. fur. chor.*1. quod eius pater haberetur. Thebanorum Dux Tirynthius, *ex hiſt.*

AMPLEXVS, us.

Complexus, us. *Virg.*1.*AEn.* Amplexus gaudia. *Pont.* Quis te noſtris complexibus arcet? Da iungere dextram, da genitor, teq; amplexu ne ſubtrahe noſtro. *Virg.* Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vnquam Gnate tuo. *Idem.* Niueis dare colla lacertis. Implicitus materno brachia collo, *ex Poet.* Cunctantem amplexu molli fouet. *Virg.*8.*AEn.* Auidiſq; amplexibus hçrent. *Ouid.*7.*met.* Non te cuſtodia caro Arcet ab amplexu. *Id.*9. Hæc vtraque manu complexu aſſere toto. *Mart.*1.16. ideſt obuijs vlnis amplectere.

Epith. Furtiuus, tenax, placidus, verus, breuis, dulcis, mollis, auidus, cupidus, arctus, charus.

AMPVLLA, æ.

Amphora, æ. *Vitrum.* figur. Vitreum vas. Cadus. Teſta. *Ouid.*2.*triſt.* Vitreus nimbus. *Mart.*14.112. Vrceolus, i. Lecythus, i: ampulla olearia, vas ad oleum inſtillandum opportunum. V. *Vas.* Amphora olearia. *Cat.* ſeruans oliuum.

Epith. Rubida, ollaria, vinaria, precioſa, vitrea, Chry-

Chryſtallina, pellucida, fictilis, Samia.

AMVLIVS, ij.

Numitoris frater, & Procæ Latinorum Regis filius, qui fratrem, licèt natu maiorem, imperio vi pepulit, fraudibusq; eius filium Lauſum necauit: filiam verò Iliam Veſtę Sacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis auferret. *Liu.* 1. *ab V.C.* Quam tamen cùm Mars compreſſiſſet; indè natos Remum, & Romulum cum matre præcipitari iuſſit Amulius in Tyberim. Sed Fauſtuli paſtoris beneficio ſeruati, cùm eſſent adulti Amulium interfecerunt Numitori auo reſtituto Regno; Ipſi verò vrbem nouam ædificare cęperunt. V. *Roma*, & *Romulus*.

Frater Numitoris. *Ouid.* 4. *faſt.* & 3. Proca genitus, *ex hiſt.* Iliæ patruus. *Ouid.* 3. *faſt.* Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui, Nam raptas fratri victor habebat opes. *Ibidem*. Romuleoq; cadit traiectus Amulius enſe, Regnaq; longæuo reſtituuntur auo. *Ibidem*.

AMYCLÆ, arum.

Laconiæ ciuitas Tyndari regia, in qua Caſtor, & Pollux educati ſunt, vndè Amyclęi fratres dicti. Sic nuncupata ab Amyclo Lacedęmonis filio, qui eam condidit. Fuit etiam altera vrbs eiuſdem nominis inter Fundos, & Terracinam à Laconibus Caſtoris, & Pollucis comitibus condita; cuius ciues cùm ſecundùm Pithagoream ſectam ab eſu carnium, & animalium cæde abſtinerent, ſerpentesq; ex vicinis paludibus natos occidere nefas putarent, ab iiſdem ſunt interempti: reliquiæ verò, cùm lege cautum iuſſiſſent, ne quis hoſtium aduentum nunciaret, quod ſæpiùs falsò enunciatum eſſet, ab improuiſo irruentibus hoſtibus captæ locum prouerbio dederunt. Loqui volo, nam ſcio Amyclas tacendo perijſſe, hinc à *Virgilio* tacitæ Amyclæ nuncupantur *lib.* 10. *AEn*.

De primis.

Phrygius Graias hoſpes Amyclas. *Sen. in Troad.* ad earum differentiam, quæ in Italia ſunt. Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis: vt diſcriminet à recentioribus. *Ouid.* 7. *met.* Theraphneæ. *Mart.* 9. 106. Amyclęi olores. *Stat.* 1. *ſilu.* 2. Lege *Fabulam Ledæ infra*. Ledeæ Amyclæ. *Stat.* 7. *Theb.*

De alteris.

Et tacitis regnauit Amyclis. *Virg.* 10. *AEn.* Fundanæ Amyclæ. *Mart.* 13. 114.

Eſt etiam Amycleum ciuitas in Creta, & portus, quo Amyclęi Laconici Coloniam miſerunt. Amyclęa colonia.

AMYCVS.

Neptuni, & Melopes filius ſiue Melies, vel Melitæ Nymphæ Bebryciorum, ſiue Bithyniæ Rex, qui conſueuit aduenas in Bebrycio nemore ex occaſione cæſtuum, ad quorum certamen eos vel inuitos prouocabat, interficere. Verùm ad illud nemus cùm appuliſſet vnà cum Argonautis Pollux ab Amyco prouocatus, eumdem (cognitis inſidijs) interemit.

Seruator cruentus Bebrycij nemoris. *Stat.* 3. *Theb.* Bebryciæ Rex dirus.

Huius filius Bute ob patris ſæuitiam Regno pulſus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam confugit, vbi à Lycaſte nobili ſcorto ſuſceptus hoſpitio, & ob formæ, morumq; elegantiam dilectus, eius concubitu vſus Erycem filium ex ea ſuſcepit. Quoniam verò Lycaſte ob eximiam pulcritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. At *Virgilius* ſentit hunc Buten in Phrygia perijſſe à Darete interfectum propè ſepulcrum Hectoris, 5. *AEn.* Sunt autem qui Amycum Neptuni filium fuiſſe ex Melantho, non ex Melie, ſiue ex Melite, quæ Melantho filia Protei ſenis, cùm conſueſceret poſitis veſtibus dorſo Delphinum inſidere, & ſic per Patris maria vagari, cùm id Neptunus cognouiſſet, ſe in Delphinum tranſformauit, illamq; blandiendo illexit, vt dorſo ſuo inſiliret, quod cùm puella feciſſet, ipſe in aduerſum litus abductam, in priſtinam formam reuerſus, vitiauit, ex qua Amycum ipſum ſuſcepit.

AMYMONE.

Danai Regis filia vna ex quinquaginta ſororibus, quæ dum ſe in ſiluis iaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre; quare implorato Neptuni auxilio, ipſe tridentem in Satyrum emiſit, qui leui corporis declinatione euitato ictu, impunis aufugit: ſed quod à Satyro formidarat Amymone, à Neptuno paſſa eſt. Itaq; pręgnans facta, Nauplium peperit: cùm verò tridentem, qui ſcopulo hæſerat, iuſſiſſet Neptunus ab ea reuelli, fons limpidiſſimus ſubſecutus eſt, quem ab adamatæ puellæ nomine is Amymonem appellauit, qui apud Argos eſt iuxtà Lernam. Alij Amymonem dicunt tędio vitæ affectam in fontem ſui nominis fuiſſe conuerſam. V. *Nauplius*, & *Lerna*.

Nauplij genitrix, mater, *ex hiſt.* Palamedis auia, quia Nauplius Palamedis pater fuit. Danais, dis, à patre, *ex hiſt.* Quærit Bœotia Dirceen Argos Amymonem, &c. nempè fontem. *Ouid.* 2. *met.* Belis Amymone, ab auo, nam Belus Danai pater fuit. *Hiſt.* Lernęus fons. Hinc: Lernamq; regas, nos horrida Dirces, &c. *Stat.* 2. *Theb.* intelligir. Amymones liquor. *Id.* 4. *Theb.* Atque amne reperto Triſtis Amymone. *Id.* 6. Et Lerne pulſa tridente palus. *Prop.* 2. 26.

AMY-

AMYGDALA, æ, &
AMYGDALVS, i.

Arbor, in quam conuerſam fuiſſe Phyllida Poetæ narrant, poſtquam ſe à Demophoonte violatam; non autem in matrimonium accipi, vt is receperat, vidiſſet. V. *Phyllis*. Lege *Pier. lib.* 51.

Veris nuncia arbor, *ex Mant.* nam prima eſt arborum, quæ florere incipiat penè ipſis brumalibus. Phyllidis arbor. *Calent.* Nux, cis, à fructu, quem priſci nucem appellabant quemlibet huius ſpeciei. Cùm nux ſe plurima ſiluis Induet in florem. *Virg. 1. Georg.* quem lege. Phyllis frondoſa, florens.

ANACREON, tis.

Poeta lyricus ex Teo Ioniæ vrbe; qui vt in ſcriptis, ita & toto vitæ tempore ſupra modum laſciuus, quod autem polleret lyricis, in honore fuit apud Polycratem Samiorum Regem, cuius etiam puerum Smerdieum, ſiue Smerdin minus pudicè amauit; ſed in primis Bathyllum deperijt, & Megiſtea pueros; Euripylen quoq; puellam dilexit. Demum illi ſtatua in arce Athenienſium prima poſt Sapphonem locata eſt eo habitu, & ſtatu corporis, cuiuſmodi credibile eſt eſſe hominis ebrij canentis, *ex Pauſan.* in Atticis. Patrem habuit Scythinum; quem alij Eumelum, ſiue Parthenium, ſiue Ariſtocritum appellant. Lege eius vitam per *Gyraldum* conſcriptam *lib. 9. de Poet. Hiſt.* Pronior igitur in vtramque Venerem fuit: vulgato enim apud Græcos carmine vtriuſque amoris inſatiabilis ſenex fuit; qui amore percitus non in Deos, ſed in pueros, quos ſuos ipſe Deos vocitabat, ſcripſit hymnos. Demum octoginta quinque annos natus acino vuæ paſſæ ſuffocatus (vt *Plin. & Val. Max.* teſtantur) obijt.

At te ſancte ſenex acinus ſub tartara miſit. Cycnææ clauſit, qui tibi vocis iter. *Cœlius* apud *Gyrald. vt ſupra*. *Athenæus lib.* 10. ſcribit: Anacreonta totâ ſuam poeſin laudibus ebrietatis contexuiſſe. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium. *Hor. epod.* 14. Fides Theia. *Id. 1. od.* 17. Sunt enim qui dicunt ab illo repertam Barbiton fuiſſe; *Pindarus* quidem eam à Terpandro excogitatam narrat, *ex Athen. lib.* 14. Nec ſi quid olim luſit Anacreon deleuit ætas. *Hor. 4. od. 9.*

Præcepit lyrici Teia Muſa ſenis. *Ouid. 2. triſt.* Teius vates, lyricus, poeta, *ex poet.* Teius olor, *ex Græc.* Bathyllum qui cecinit verſu. Verſus Anacreontici, de quibus vide quid in noſtra poeſi aliàs nimium iuuenes luſimus. Facundi non Teia Muſa Poetæ. *Mant.* Sit quoque vinoſi Teia Muſa ſenis. *Ouid. 3. de art.* Troia carmina. Teij verſus. Ionij etiam poſſunt appellari à lingua Ionica, qua ipſe vſus eſt, *ex hiſt.*

Epith. Teius, merobibus, mollis, inſatiabilis amorũ.

ANAXARETE. V. *Iphis*.
ANCÆVS, i.

Lycurgi, ſiue Neptuni, & Antiones filius, Samiorum Rex, quem agriculturæ ferunt amantiſſimum fuiſſe. Aliquando tamen, cùm vineam nimio plãtaſſet ſtudio, eòq; ſeruos grauiùs labore preſſiſſet, ex illis quidam quaſi vaticinans dixit, nunquam ex illa vinea fructum fore percepturum. Sed ipſo vindemiæ tempore, cùm exultans Ancæus eidem dixiſſet ſeruo, vt ſibi maturum muſtum infunderet; Deindè iam calicem ori admoturus ſeruo, quæ olim dixiſſet, redegit in memoriam, quaſi vanam exprobrãs diuinationem; at ille tunc ſententioſè reſpondit hero: Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra. Seruili ſententiæ fauit euentus; dum enim muſtum propinatum vult haurire; alter acceſſit ſeruus, qui in vineam aptum ingentem irruiſſe nunciauit: à quo vaſtabatur. Quem, vt interficeret Anceus relicto poculo cum vino diſceſſit; ſed ab eodem apro percuſſus interijt. Vndè natum adagium: Multum intereſt inter os, & offam. Lege *Adagia Manutij*.

Lycurgides. *Ouid. in Ibin.* Parrhaſius Iaſonis comes. *Idem*. Strauit Ancæum violentus ictu Setiger, &c. *Sen. in Med.* Bipennifer Arcas. Arcadicum facit Ancæum. *Ouid. 8. met.* Ancæo nocuit temeraria virtus. *Ibidem.* Antinoes natus, *ex Valer. Flacc. 1. Arg.* Plena tulit quem Rege maris. *Ibidem*, ideſt ex Neptuno in maria dominante.

ANCHISES.

Capys filius, Laomedontis nepos ex fratre, qui ex Venere ad Simoenta Troiæ fluuium Æneam ſuſcepit, quòd ab ipſa inter ſiluas, quas colebat, ante bellum Troianis illatum, fuiſſet adamatus. Porrò cùm ſe Veneris concubitu vſum fuiſſe iactaret ab eadem oculis priuatus fuiſſe dicitur (propterea eum Troianorum conſilijs non interfuiſſe) Alij referunt à Ioue fulmine afflatum fuiſſe. Ardente verò Troia à filio ſuper humeros ſuſceptus, indè per multas maris, & orbis oras deuectus nauibus, Drepani tandem in Sicilia fatis conceſſit.

Quem Dardanio Anchiſe Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndas. *Virg. 1. Æn.* Æneæ genitor, parens, pater, *ex hiſt.* Aſſaraci nepos, quòd eius eſſet auus. Capys Dardanij natus, genitus. Quem Capys antiquus genuit. Senex Phryx ſarcina nati, *ex hiſt.* Cum quo commune parentis Non dedignata eſt nomen habere Venus. Cui mater amorum Gaudet in Idæis concubuiſſe iugis. *Ouid. in epiſt.* Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. *Virg.* Cùm pater in nati tremulus ceruice pependit, Et verita eſt humeros vrere flamma pios. *Prop. 4. 1.* Vmbra ſenilis magnanimi Anchiſæ. *Ouid. 14. met.* Phrygius maritus

Veneris . . . . Phrygio ſi non ego iuncta marito. *Stat.1.ſilu.2.*

ANCHORA, æ.

Anchoræ morſus. Vncus morſus. *Virg.6.Æn.* Manus nauium, *ex Græc. epigr.* Nauis dentes æſtum inhibentes. *Lycophr.* Nauium errantium laqueus. *Phil.* Remora nauium. *Theater.* Tempeſtatis vinculum. *Idem.* Vncus,i. *Val. Flacc.* Morſus vnci. *Luc.3. Pharſ.* Dens tenax. *Virg.6.Æn.* Nexus curuus. *Ibidem.* Funis,ſcilicet quo anchora ligatur. Fune ſoluto. *Ouid.2.eleg.11.* Anchoræ dens, *ex Virg.* Atque tenax vnco claſſem premit anchora roſtro. *Val. Flacc.* Vincula. Hic feſſas non vincula naues Vlla tenent. *Virg.1. Æn.* Nexu fuit anchora curuo. *Mart. in Amphith.26.* Figitur in viridi (ſic ſors tulit) anchora prato. *Ouid.1.met.*

Anchorarij funes, dicuntur, qui anchoram tenent, & Prymneſium,ij,funis,de quo ſtat nauis: *Feſtus* tamen Prymneſium vocat Tonſillam,nempè palum ipſum, de quo religatur nauis, non funem: eſt tamen Græca vox. Anchorale,is. *Liu.* idem funis. Retinaculum,i. *Virg.4.Æn.* Strictoq; ferit retinacula ferro: nempè funem,qui nauim in alto,aut vado ſiſtit. Nam melius duo defendunt retinacula nauem. *Prop.2.22.* Abſcidit ardenti Æſonides retinacula ferro. *Val.Fl.1.* Peſma,tis, etiam funis.

Ancyra,æ, Græcè dicitur anchora. Sacra anchora. *Pollux*: nempè qua in extrema neceſſitate, vti coguntur nautæ. Anchora iacta mihi. *Prop.* Huius autem Hieroglyphica. Vide apud *Pierium lib.45. & alibi*.

Epith. Ferrea, mordax,certa, tenax.

ANCILLA, æ.

Famula,æ. Serua. Miniſtra. Clienta,æ. *Hor.2. od.18.* Puella,æ,pro ſerua; vt puer pro ſeruo accipitur ſæpiùs. Aſſecla, æ, quæ ſequitur dominam,& dicitur etiam Pediſſequa, æ. Dominam colens, obſeruans, ſuſtentans. Dominæ obſequens. Ad dominæ vocem trepidans, *ex Athen. lib.6.* Ancilla quaſillaria. *Petr. Arbit.* quæ ad quaſillum ſeruit. Et dominæ facta eſt obſequioſa ſuæ.

ANCON, is. V. *Picenum*.

S. ANDREAS.

Apoſtolorum Principis germanus frater, qui vnà cum illo ad Apoſtolatus dignitatem euectus cũ cæteris Diuino ſpiritu repletus, in Scythiam Europeam,quæ ei prouincia ad Chriſti fidem diſſeminandam obtigerat,profectus;deinde Epirum, ac Thraciam peragrauit; vbi doctrina, & miraculis innumeros Chriſto peperit homines. Demum cùm Patras Achaiæ veniſſet, multosq; conuertiſſet ad fidem, impij Proconſulis Ægææ iuſſu multis tormentorum generibus cruciatus, vt à Chriſto deficeret;cùm videretur immobilis: tandem Cruci affixus,non tam Petro fuit ſanguine,quàm ſupplicio,ac triumpho proximus. Cuius corpus indè Conſtantinopolim allatum ſub Conſtãtio Cęſare Cõſtantini F. poſtremò Amalphim in Campania delatum, ibidem ſumma veneratione colitur. Romæ duo habet inſignia templa:alterũ à D. Gregorio Magno apud Scauri Cliuum ſub Cælio, Viæ triumphali imminens conditum eſt,quod etiam commune cum conditore nomen habet: alterum recentius Alexandri Peretti Card. Montalti cognomento magnificẽtia elegantiſſimè conſtructum in ima Romanæ Vrbis parte,quæ à Valle nomen habet,vbi quoq; D.Sebaſtiani memoria recolitur,ibidem in cloacam proiecti,quam diligentiſſimè ſeruant Clerici Regulares, à Theate qui nomen acceperunt. Huius caput Romam delatum ſub Pio II. Pont. Max. flexis genibus ab eodem reuerenter ſuſceptum, & in Baſilica D. Petri collocatum fuit.

Sanctiſſima Ionæ progenies. *Mant.in faſt.* Germanus Petri. *Idem.* Qui Baptiſtę documenta,viamque Ante ſequebaris,quàm te cum fratre vocaret Chriſtus. Fidei qui detexit Achæis Lumina. Qui ligno occubuit Patris confiſus acuto Imperio Ægææ,&c. Patrum decus,& lumen quondam. Qui Cilicum, & Phrygiæ ſacro luſtrauerat oras Lumine Euangelij.

ANDROGEOS.

Filius Minois Cretæ Regis, & Paſiphaes; qui, cùm omnes in Palæſtra ſuperaret, ab Athenienſibus, & Megarenſibus ex inuidia occiſus eſt. In cuius vltionem Minos Niſo Megarenſium Rege occiſo,Megaram euertit:Athenienſes verò acri bello ſuperauit,eosq; quotannis ſeptem adoleſcentes, & totidem puellas à Minotauro deuorandas, in Cretam mittere coegit. V. *Minos*.

In floribus lethum Androgeo, &c. *Virg.6. Æn.* Phædræ frater,& Ariadnæ. Minoides, à patre. Paſiphæius Heros,à matre. Solis genus inuiſum Atticis,à matre, *ex hiſt.* Androgeiq; necem iuſtis vlciſcitur armis. *Ouid.7.met.* vbi cauſſæ,& bellum patris narrantur. Minoe ſatus,Paſiphaeq;. Minoi filius,gnatus, *ex hiſt.* Androgeoææ pœnas exſoluere cædis. *Catull. in epith. Pelei.* Reſtituit patrijs Androgeona focis. *Prop.2. eleg.1.* Lege *Beroaldum ibidem interpretem*. Androgeon,nis, *idem Prop.*

ANDROMACHE, es.

Eętionis Thebarum in minori Aſia Regis filia Hectoris Troiani vxor,& mater Aſtyanactis, quæ à virili pugna nomen ſortita eſt; virili enim animo erat, & tamquam virago. Quæ poſt Troiæ euerſionem (iam antea orbata viro) cùm filium in patris tumulum ab hoſtili furore abdidiſſet, tamen Vlyſſis ſagacitate repertus, è turre fuit præ-

Digitized by Google

præceps datus: ipſa verò à Pyrrho in Græciam deducta eſt;ex qua tamquam ex pellice, & concubina Moloſſum filium ſuſcepit. Tandem interfecto Pyrrho Heleno Troiano Hectoris fratri in matrimonium ceſſit cum aliqua Regni portione;cuius meminit *Virg.3.AEn.*

Hectoris Andromache Pyrrhin connubia ſeruas? *Ibidem*. Coniux Hectorea. *Ibidem*. Hectoris. *Sen. in Troad.* Nurus maior Priami. *Mart.* 2.41. Thebais,dos. *Ouid.* à patria. Eętionea coniux. Aſtyanactis parens, genitrix, *ex hiſt. & poet.* Thebana: Quam cum Thebana cruentum Hectora Theſſalico vidit ab axe rapi. *Ouid.* 4. *triſt.* ſic *Sen. in Troad.* Cum ferus curru incito Mea membra raperet, Et graui gemeret ſono Peliacus axis, pondere Hectoreo gemens. Hector tuere coniugis furtum piæ. *Idem ibidem, vbi multa*. Qui tumulo natum abſcondit coniugis,*ex eodem*. Coniux Heleni,cùm prior fuiſſet Hectoris. *Ibid.* V. *ſup. & Virg.*

Phrygia quam turre cadentem Aſtyanacta parens. *Stat.* 5.*ſilu.*3. Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum Seruitio quæ enixa tulit, *ex Virg.3. AEn.* V. *ſup.* Anxia captiua triſtius Andromacha? *Prop.* 2.20. Filia magnanimi Eetionis. *Homer.*

ANDROMEDE.

Et Andromeda Cepheo, & Caſſiopes Æthiopum Regum filia,quæ ob matris ſuperbiam(*V.Caſſiope*) monſtro marino fuit obiecta ſaxo prius alligata à Nymphis Nereidis; quod à Neptuno fuerat immiſſum, vt totam vaſtaret Æthiopiam. Quam tamen Perſeus in patriam à Gorgonea rediens expeditione,ſe liberaturum ea conditione pollicitus eſt,vt ſibi deſponderetur;quam deinde à periculo ereptam,(*vt in Perſei eſt hiſt.*) accepit vxorem. Quæ virum poſt bella conſanguineorum ſuperata,conſequuta eſt in Gręciam. Quamobrem dicitur Mineruæ beneficio inter aſtra collocata,propter Perſei eiuſdem Mineruæ ex Ioue fratris virtutem; quem ipſa tam libenti animo fuit inſecuta, vt à parentibus, quin illum ſequeretur,obſecrari numquam potuerit. V. *Perſeus. Caſſiope. Cepheus.*

Virgo Cepheia. *Ouid.3.eleg.3.* à patre. Cepheis, dos. *Id.3.de art.* Perſeia virgo. *D.Sidon.Apollin.* à viro, qui eam à cæto eripuit. Perſeia coniux. *Poet.* Caſſiopes gnata,filia,&c. *ex poet.* Nobilis vxor Perſei. *Prop.*2.20. Danaes nurus. *Ouid.*2. *triſt.* Reſoluta catenis Incedit virgo, pretiumq; & cauſſa laboris. *Id.4.met. vbi eius nuptia diffuſius explicantur,& in lib.*5.

Qualis & accubuit primo Cepheia ſomno Libera iam duris cotibus Andromede. *Prop.*1.3. Illic immeritam maternæ pendere linguæ Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Ammon. *Ouid.* 4. *met.* Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes Vidit Abantiades. *Ibid.* Cephei nata,filia, genita, *ex hiſt.*

Epith. Fuſca,mœrens,triſtis,famoſa.

ANGELVS.

Et Angeli, de quibus conſule Theologos; quorum natura ſublimis, & ab humana valdè diuerſa; quibusq; nomen officij attribuitur; non qualitatis.

Ætherius miniſter, ſic ſi addas epitheta: Diuinus, Cæleſtis, ſidereus, & huiuſmodi. Cęleſtes,um, *ex Ouid.*1.*faſt.* Plebs ſuperum, *ex eod.2. de remed.* Aligeri,orum. *Poet.* Aligerum corona;manipli;cœtus;genus. Aligeræ mentes. *Vida,à quo multa ſunt huiuſmodi excerpta Syn. & è Sanazario.* Aligerum de fratribus vnus. *Idem.* Aligeri iuuenes, cunei. *Idem.* Aligeri altæ militiæ. *A.Bargaus.* Aligerum iuuenum cœtus. *Vida.*

Cælites,um. *Poet.* Dei immortalis prępes nuncius. *Apollon.* Sidereæ acies. *Idem.* Angelicæ phalangis pennigerum, & vagum examen. *Nonnus.* Mundi Rotatores. *Idem.* Motores cæli,quod ab ipſis cæleſtes orbes volui dicantur. Cæleſtes iuuenes;ciues;volucres; militia Cæleſtis, & Ætheria. Ciues ſuperi. Ætherij. Mentes beatæ,*ex Poet. Chriſt.* Cœtus Angelici. *Fortun.* Diuini chori. *Idem.* Angelici. *Idem.* Aligerum manipli; acies; agmina, & huiuſmodi. Nuncius Angelicus, ætherius, ſidereus, &c. *Iuuencus.* Miniſtri Angelici. *Sedul.* Volucres. Miniſtri.

Ætheriæ cæleſtum animæ. *Vida.* Cæli ſoboles. Aulæ ſtellantis alumnus; alumni. Cæli præpes, tis. Præpetes beati. Gens incola Cæli. Pennipotens exercitus. Alituum cæleſtum acies. Agmina. Alituum ſuperum de gente volucri, *ex eodem*. Plumipedesq; acies cæli volucres. Pennatus Puer,& Pueri pennati: non autem quòd pennas habeant: ſed, quòd velociſſimum eorum officium circa hominem; vel Diuinum imperium ſignificetur, pictorum id tabulæ exprimunt.

Quorum apud nos Chriſtianos,& Eccleſiæ Doctores hieroglyphica ſunt oculi. V. *Pierium lib.*33. Lilia. V. *eumdem lib.*55. Stellæ: *eumdem lib.*44.

Quorum nomina ſecundùm tres Hierarchias (de quibus *D. Dionyſium Areopagitam* conſule) ſunt Seraphim. Cherubim. Virtutes. Principatus. Poteſtates. Dominationes. Throni. Archangeli. Angeli.

Primi ordinis Hierarchici quòad nos eſt purgare; alterius,illuminare:tertij perfectum reddere.

Principatuum cura circa Reſp. Principes,& Reges, eſt (vt ex *Dauide* cognoſcimus) Archangelorum circa myſteria,& ſacras cęremonias. Angeli priuatis rebus,& ſinguli ſingulis hominibus adhibētur. Sed hęc noſtris *Theologis* relinquamus.

H 2 Pi-

Digitized by Google

Pictus iuxtà puer aſtitit alis. Pennatæ cæli acies. Cæliuagi iuuenes, *ex Vida*. Iuuenis demiſſus Olympo. Ales Cæli. Sine corpore mentes, *ex Sanaz*. E cętu aligerum miniſter. Aliger altæ militiæ. Cæleſtis nuncius aulæ, *ex A. Barg.* Qui pia iuſſa Dei ritè miniſter agit. Celer ſtellata in veſte miniſter.

Æquatis volucer pulcherrimus alis Adſtitit, *ex poet.* Volucer demiſſus ab æthere pręco. Aliger æthereà de ſede nitentibus alis. Aliger effulgens Cęli de nube ſerena. Penniger intonſa ſignans puer ora iuuenta, *ex Poet.* Siderea tibi miſſus nuncius arce. Celer aerio labens per nubila curſu. Nuncius aeripes Nazareth arua petit. Cæliuum caſto numine plena cohors. Et iam pennipotens liquidis exercitus ibat Tractibus, ac volucri cingebat agmine cælum. Alipotens. Prępete penna inſignes pueri, iuuenes, *ex Poet. Chriſt.*

S. ANGELVS CVSTOS.

Cuius beneficio vnuſquiſque mortalium ab ipſa mundi conſtitutione, ad finem vſque (Chriſto excepto) Deo iubente fruetur; & cuius cuſtodia defendimur, ac ſeruamur. Sed quia multi multa dicunt, quamvis pauca in eius honorem, ſilentio eius crebra beneficia venerabimur potius, quàm futili eloquio eadem pronunciemus.

Cui cuſtodia credita noſtri. Qui datus hærebat iam vitæ à limine cuſtos. Noſtræ ſaluti qui vigil excubat. Cui procul à nobis cura eſt auertere manes Tartareos. Fidus mentis Achates, dici poteſt à ſollicitudine, qua ſalutem noſtram ipſe curat: nam Achates eſt ſollicitudinis ſymbolum.

Genius tutelaris, ſi piæ non auerſabuntur aures, licebit. De genio V. *ſuo loco.* vt Gentiles interpretabantur. Diuinus, Æthereus, Cæleſtis Genius, quo cuſtodimur, æquius licebit. Myſtagogus vitæ, *ex Manand.* Cuſtos animæ. *Syneſ.*

SS. MICHAEL.
GABRIEL, &
RAPHAEL. V. *ſuis locis.*

ANGERONA, æ.

Silentij Dea, cui ſacrificabatur ad diem 12. Cal. Ianuar. Hæc ore obligato, obſignatoq; ſimulacrum habebat. *Plin. 3. cap. 5.* de qua hæc *Macrobius 1. Sat. 10.* Diuæ, inquit, Angeroniæ Pontifices in Sacello Volupiæ ſacrum faciunt, quam Verrius Flaccus, Angeroniam dici, ait, quod angores, ac animorum ſolicitudines propitiata depellat. Maſurius adijcit eius Deę ſimulacrum ore obligato, atque obſignato in ara Volupiæ propterea collocatum, quòd, qui ſuos dolores, anxietatesq; diſſimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modeſtinus ideò ſacrificari huic Deæ dicit, quòd populus Romanus morbo, qui angina dicitur, pręmiſſo voto, ſit liberatus. *Hactenus ille.* Vide *Gyrald. ſyntagm. 1.* vbi multa de Angerona, ſiue Angeronia.

Tacita Dea. *Plutarch.* Silentij ſtudioſa Nympha. *Idem.* Mater Larum, ſiue Larium. Lege *Ouid. 2. faſt.* Muta, æ. *Ibidem.* Silentij Dea, *ex eodem.* Angeronalia, ſacra, & dies, quibus eadem fiebant dictæ Deæ. V. *ſup. in hiſt.* Quæq; premit vocem, clauſoq; ſilentia ſuadet Ore Dea, *ex Ouid.*

ANGLIA, æ.

In Oceano Germanico inſula celeberrima, quæ ab albis rupibus, quas mare vndique alluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes coluerunt, qui Troia fugerunt diruta, Palladiſq; oraculo claſſem illuc appulerunt: vbi Gigantes tunc inſulam tenentes multis victos pręlijs expugnarunt. Eam poſt multorum temporum tractum Saxones illuſtres Alemanię populi oppreſſère, cuius agros, & opes inter Legatos Saxonum Regina Angela diuiſit, vndè nomen Angliæ acceptum nonnulli exiſtimant (quod quidem poſt Chriſtum natum innuitur, vt ex Reginæ nomine conijcitur) in longitudinem dicitur extendi inſula ad trecentas, & amplius leucas Anglicas, totidemq; ferè in latitudinem. Fertiliſſimum habet ſolum, & omni genere beatum. Conſule *Coſmographos*, præſertim *Gerardum Mercatorem in minori Atlante, vbi diffuſiſſimè ſeptem deſcribit tabulis Angliam, eiuſdemq; diuiſionem recentem adamuſſim explicat.* Continet vrbes plurimas, inter quas maximè excellunt, quæ in ſuis erunt Prouincijs, quarum hæc ſumma:

Northumbria, æ, in qua Neucaſtlum, vrbs cum portu, quem Tina fluuius efficit ſua profunditate. Tina fluuio diuiditur à Scotijs, prouincia.

Cumbria, æ, in qua Carile, oppidum munitiſſimum, & vetuſtate nobile: ad Irtonem amniculum oſtriferum, ſiue conchiliferum. Deruentio, nis. Olenus, ſiue Elenus, fluuij.

Dunelmenſis Epiſcopatus, vbi Standrope. Bincheſtrum, & alia, oppida. Tueſis, ſiue Atheſis. *Folyd.* ſiue Teiſis, & Teiſa, fluuius. Vedra, æ, fluuius.

Veſtemorlandia, in qua Aballaba, opp. Candale, ſiue Candalium, opp. lanificij gloria, & induſtria celeberrimum.

Lancaſtria, æ, vbi Lancaſtrium, opp. Mancunium, ſiue Mamucium. Marſeius. Truellus. Ribellus, fluuij. Merton, is, Palus celeberrima.

Ceſtria, æ, in qua Deuna, æ. *Ptolem.* vrbs primaria. Condate, es, opp. Deuna, æ, fluuius, Salmonum ferax.

Snaudonia, & Aruonia, æ, reginncula, in qua Bangorium, ij, Epiſcopalis vrbs. Denbigenſis ager, ſiue Debinghia. Flintenſis regiuncula eſt illi finitima. Denbigia primarium, oppid. Ruthunium opp.

opp. Merionithia. Maruicinia,æ. Narlechum,i, opp. Montgomeria, ab oppido Montgomerio ſic dicta. Regionem irrigat Sabriana, ſiue Sabrina, æ, fluuius ſecundus, à Tamiſi in tota Britannia celeberrimus.

Salopia,& Salopienſis comitatus, ab vrbe primatia eiuſdem nominis. Colunus. Temdus, & Terna,fluuij.

Ceretica,æ, ab oppido primario, quod vulgò *Cardigan*,appellant. Radnoria,æ. Vigornia,à primaria vrbe,quæ comitatui nomen tribuit.

Cornubia,æ, inſignis prouincia vulgò *Cornuaglia*, in qua oppida multa. Heilſtonium, primarium ſtanni ſignandi priuilegio celebre. Cenionis oſtium,*Ptolem.* portus Brunduſino in Italia ſimilis nauium capaciſſimus, & tutiſſimus.

Deuonia,æ, in qua Auguſta,æ, ſiue Iſca,æ. *Ptolem.* quæ Iſca Dumnoniorum dicitur *Antonino*, & Exonia, æ, vrbs primaria Teauus, Plimus, Teignus,Credenus,Columbus,& alij fluuij. Iſca,æ, quæ nomen Exoniæ vrbi tribuit, per quam labitur.

Somerſetenſis comitatus. Briſtolia, vrbs ædificijs, gemino flumine, & muro, & portu, exterorum commercijs,ciuium frequentia illuſtris. Theodorudunum. Barhonia,æ, oppida.

Doreeſtria,æ,in qua Duria,æ, ſiue Durnium,ij,ſiue Dunium. *Ptol.* Durnonaria,æ,vulgò *Dorcheſter*, olim oppidum inſigne, ſed mœnibus Danorum furore nudatum. Sturus. Alenus. Varia,fluu.

Viltonia,æ,à primario oppido ſic dicta, quod Vuiltonium,ij,eſt:

Gloceſtria,æ, in qua Claudia, æ, ſiue Cleuum, ſiue Gleuum. *Anton.* & Clouernia,æ,ſiue Claudiocestra,æ,vrbs quidem antiqua,& ab ipſis Romanis condita;propè quam Sabrina fluuius labitur. Iſis, fluuius, qui poſteà recepto Tamo, Tamiſis compoſito vocabulo dicitur.

Monumethenſis comitatus, ab oppido primario, quod Monmouthum appellant. Gobanium, ij. *Anton.* Iſa,æ,vrbs. *Idem.* Legio II. dicta.

Clamorgania, æ. Leucarum. *Anton.* opp. à fluuio Leucaro, quo irrigatur. Ramnius fluu.

Cærmandeſiria, in qua Mar'dunum,i. *Ptolem.* vel Muridunum. *Anton.* Tobius fluius. *Ptolem.*

Penbrochienſis comitatus ab oppido, quod Pembro dicitur. Meneuia, æ. opp.

Bræchinia, in qua Brechnochium opp. à Brechanio principe conſtructum. Iſca fluuius regiunculam irrigat. Herefordienſis ab vrbe, quæ Hereſordia dicitur.

Eboracenſis ager à nobiliſſima vrbe, quæ Eboracũ dicitur totius Angliæ ſecunda: amœna, ampla, munita,ædificijs tam priuatis, quàm publicis exculta; opibus, ciuibuſq; referta: Archiepiſcopatus titulo gaudet. Hanc Vrus fluuius mediã perſecat: ponte tamen vaſtiſſimo iungitur. Dancaſtrium. Halifacium. Shirborna, æ, oppida. Flumina, quibus irrigatur prouincia, ſunt: Damus, Vrus,Arus,Calderus,Vuerfus,Nidus,& alij.

Lincolnia, æ, ab vrbe einſdem nominis; quæ etiam Lindum,i,dicitur. *Ptolem.* & *Anton.* in qua Coritaui populi habitaſſe dicuntur. Stanfordia. Ancaſtria. Beſtonium,ij,& alia oppida. Darbienſis, ab oppido,quod Darbium dicitur.

Staffordia,ab vrbe eiuſdem nominis. Sichefeldia, æ,opp.Vroeitria,æ. Trenta,æ, fluuius,qui è duobus fontibus effluens, ſuo quaſi iure tertium ſibi locum inter Britanniæ flumina vendicat.

Nottingamia,æ,ab oppido primario,quod Nottingamium,ij. Manſfeldium,ij,opp. Trenta fluuius regionem irrigat.

Leiceſtrenſis, ab vrbe primaria. Legeceſtria, quæ etiam Leogara, Legoceſter, & Leiceſter dicitur. Soarus fluu. agrum permeat.

Rutlandia,æ. Vppingbamium,ij. Ochehamia,æ, oppida.

Nortfoleia,æ,quaſi Borealis Regio. Sitomagus,i. *Anton.* vetuſtiſſima vrbs. Noruuicus,i,vrbs ampla,& celeberrima. Iarmouthum, i, opp. cum eleganti portu.

Vuaruuicenſis pagus, à primario opp., quod Vuaruuicum,i. Vchindonia,æ. Manceſtria,æ. Stratfondia,æ,& alia oppida. Northamptonia,æ, ab vrbe eiuſdem nominis. Huntogdonia,æ, ab vrbe eiuſdem nominis.

Cantabrigia, æ, ab vrbe inſigni eiuſdem tituli ad Camum ſedentem,quæ totius Angliæ celeberrima eſt academia. Sturus,& Camus,fluuij regionem irrigantes.

Suffoleia,æ. Debenhamia,æ. Oreſordia,oppida.

Oxonia,æ,in qua Oxonium opp.,in quo Academia celebris,& Burfordia: hæc Caleua,æ,etiam. *H. Iun.* Burceſtria, &c.

Buchingamia,æ,ab opp., quod Buchingamium dicitur Bedefordia,ab vrbe eiuſdem nominis.Herfordia,ſimiliter ab oppido nomen habens.

Eſſexia, æ, in qua Camalodonum, ſiue Camalodunum. Colceſtria,æ, vrbs.

Bercheria,æ,in qua Abbendonia,æ. Farendonia,æ, Iſis,& Tamiſis fluuij per regionem excurrentes. Middelſexia,æ, in qua præter alia.

Londinium,ſiue Londinum totius Britanniæ metropolis vrbs, regniq; caput, in qua plerunq; Rex habitat. Sita ad Tamiſin fluuium,agro fertili,& Cęlo clementi. Diſtat ab oceano ſexaginta millibus paſſuum. Pontem habet lapideum vltra flumen 350. paſſ. vtrinq; magnificis, ſplendidiſque exornatum ædificijs. Arcem prętereà munitiſſimam habet, cum armentario. Huic vicinum eſt Vueſtmonaſterium, opp. ob templum, in quo Reges inaugurãtur,& ſepeliuntur; forum

iudiciale,& Regiam,longè celeberrimum. Londinum dicitur quoque Longidinium,ij,& Auguſta Britannorum,vulgò *Londra*.

Suathamptonia,æ, in qua vrbs eiuſdem nominis, & Viltonia,æ, ſiue Vuintonia,æ. Sutreia, ſiue Suthriona,æ, (*Beda* teſte) Godelmingia,æ,opp. & alia.

Cantium,ij,prouincia longè celeberrima,in qua inſignis vrbs. Durouernum,ſiue Daruernum. *Ptol.* quæ Cantuaria Latinis dicitur, & *Conturbia* vulgò, in qua multi celebres olim fuere Archiepiſcopi,in Sanctorum albo conſcripti,præſertim D. Thomas, cui ſub Brumalibus ſacra facimus, ob Eccleſiæ immunitatem martyrij laurea decorato.

Suthſexia,æ, prouincia maritima. Chicheſtria,æ. Arundelium,ij,oppida.

Quoniam verò nonnulla ſunt oppidorum nomina apud Lexicarios,quæ cui ſint prouinciæ tribuenda me latet hic ſubieci, quæ conſcius locorum Anglus ſuo loco diſtribuet.

Aquæ calidæ,quæ Aquæ Solis. *Anton.* Bathonia,æ, vulgò *Bathe*. Aualonia,æ. Bimonium,ij,vrbs. Brillendanum. Cerperis,is. Cerſeuerus,oppida. Camaletum, i, vrbs in ipſis Murotrigum limitibus. Corinium,ij, vrbs. Cunctio,is, opp.

Deua,æ, Angl. Deuana, æ, Britann. Durobreuis, Angl. Granta,æ,Britann. Accademia hodie celebris. Gleſſoburgus, i. Iſcacis, *Ilceſter*, vulgò. Iſurium,ij. Leucopidia,æ. *Ptol.* & Luballia. *Anton.* opp. Manconium,ij. *Anton.* Mediolanium, ij,Britann. opp. Moridunum, ſiue Murotrigum. Neomagus, i, opp. & Niomagus. Olicana,æ.

Ordouicum,i,vrbs,*Noruich.*, ad quam populi ſunt Ordouici,orum;nempè Lancaſtrienſes, Ceſtrenſes, & Salopienſes. Portus magnus,marit. opp. Rhigodunum,i. Siguntium,ij. Spine. *Anton.* vulgò *Neuburium*. Strigulia, æ. Venantodunum,quaſi venatorum mons,oppida. Venta,æ, opp. in Icenis, quæ Nondouichum, i, aliud opp. in Vuinceſtria. Venta Aualoniæ, non longè à ſinu Cornubienſi: emporium mercato non ignobile. Verolanium. Verouicum. Vilugia,æ. Vricomum,oppida. De Scotia. V. *ſuo loco*.

Inſulæ inſigniores.

Monalida,æ, ſiue Mona,æ, & Eubonia,æ. Mania, & Menauia. *Bed.* Inſula olim Druidum antiqua ſedes,licèt aſpectu inamœna,nunc fertilis.Quam Paulinus,Suetonius, & Iulius Agricola Romano ſubegerunt Imperio,nunc ab Anglis deuicta,*Angleſey*, quaſi Anglorum Inſ. dicitur. Bellus mariſcus, opp. primarium, ab Eduardo I. Anglorum Rege conſtructum. Neoburgus,i,opp. ſiue Neoburgum. Aberfranum,i,Regia Vuallorum vrbs. Vectis,is,Inſ. V. *Gyrald.* quam primus Veſpaſianus, dum priuatus ſub Claudio merebat,in Romanorum poteſtatem redegit. Neuportus, primarium Inſulæ opp. Limnos,i, Inſ. circa Angliam. Lindiſfarna,æ,Inſ. propinqua ad oſtium Tuedæ fluuij. Sarnia,æ,Inſ. V. *Mercat. Cluuerium, & alios*.

Synon.

Britannia, æ, generale nomen totius Inſulæ, quæ etiam Albion. V. *Britannia*. Terra Britanna. *H.Balb.* Rura Britannica. *Fauſt.* Anglica Regna, *ex poet.* Montes Britanni,rupes,fluuij,amnes,&c. *Poet.* Anglica littora, tecta,mœnia; ora,humus, tellus,terra,&c. *ex iiſdem.*

Populi.

Angli, orum. Londini. Cantuarienſes, &c. Britanni, orum. Orcades, ac minima contentos nocte Britannos. *Iuuen. ſat.* 2. Britones, um. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vmquam. Alij pop. ſuperiùs nominantur.

Epith. Flaui, Caledonij, hoſpitibus feri, remoti, æquorei,virides, cærulei, picti,extremi, toto orbe diuiſi,horribiles,Aquilonigenæ,pugnaces,gelidi, ſemoti, Neptunnicolæ. Britannis attributa.

Epith. Sæua, dira, ignara luporum,generoſa,diues, diues pecorum, flaua, noſtro deducta Britannia mundo. *Claud.* picta Anglia.

ANGVILLA, æ.

Cuius laudes exſequitur, & qualitates *Athenæus lib.* 4. *& lib.*7. quam olim Iunoni ſacrauit antiquitas, vt ex *Matronis* verſibus dignoſcitur. Huius poſt veſtigia incedebat Albis vlnis, Brachijsq; Dea Anguilla piſcis, quæ ſe in Iouis amplexu veniſſe gloriatur; ac eius concubitu agreſtium anguillarum procreatum genus, &c. apud *Athen.lib.*4. in Bœotia optimarum anguillarum captura, vt *Antiphanes* teſtatur *in Probati*: Anguilla quidem Bęotia,mures Pontici,&c. *Ath.*7. Poſtulat (eodem *Antiphane* teſte) hæc anguilla parua ſalem, origanum, aquam, &c. Anguillas Bœotij, inuſitatæ magnitudinis hoſtiarum modo coronare, aſperſaq; mola cum precibus Dijs immolare conſueuerunt. Hæ ſucci bonitate cęteros omnes piſces antecellunt; aquis gaudent puriſſimis; quod cęnoſis tenues illis branchiæ obturentur,vndè turbatis,earum fit captura. Has Ægyptij tamquam potiores Deos colebant, vt patet ex *Antiphane*. Obuolutæ betis anguillæ in cibo fuerunt olim, vt *ibidem* teſtatur *Athen.* Sed ad noſtra.

Anguillæ marinæ. Copeæ,ſiue Copaides anguillæ, à Copaide lacu. *Dorion.* excellentiſſimæ. Strymoniæ, à Strymone lacu, & fluuio. Macedonicæ,à loco. Cęnarum Helena, ab Epicureo quodam dicta eſt anguilla. *Ath.lib.*7.

Rheginæ,ad Rhegium captæ,præſtantiſſimæ dicuntur *Eraſiſtrato*. Regina voluptatis. *Idem.* obtinet principatum; ſolaq; piſcium natura eſt Apyrenos;

renos; nempè fructus abſque nucleo. Apyrenos, metaph. *Archeſtratus*.

Lariæ anguillæ, à Lario lacu, vbi maximæ, & inſignes, quæ etiam Comacenæ anguillæ, dici poſſunt. Comaclenſes anguillæ, vulgò *di Comacchio*. Anguilla decumana. *H.Iun.* à longitudine. Quæq; natat cluſis anguilla domeſtica lymphis. *Mart.12.epig.31.* Longæ cognata colubræ Turba marina, &c. Flexuoſa amnium propago. *Nonnus*.

ANGVIS. V. *Serpens*.

ANHELITVS. V. *Halitus*.

ANHELANS, tis.

Anhelus, a, um, vt pectus anhelum. Anhela corda. *Sen. in Agam.* Oris anheli ſpiritus. *Poet.* Spirans, reſpirans, efflans, tis. Ille nec vllos Senſit anhelatus, &c. *Ouid.7.met.*

Aſpice vt in toto nullus mihi corpore ſurgat Spiritus admiſſo notus adulterio. *Prop.2.29.* Crebra autem anhelatio in muliere indicium eſt coitus perpetrati, qui calorem excitat, & colorem, vndè dixit *Poet. ſatyric.* Et vultum, auremq; rubentem, quæ omnia in huiuſmodi conſpiciuntur.

ANIO, enis.

Vel Anien, is. Nobilis Italiæ fluuius in montibus Trebianorũ naſcens Tiburtinum irrigans agrũ, vbi è ſublimi in ſubiectam vallem magno impetu delabens efficit cataractam; deindè per plana fluens, tres nobiles lacus ſecum in Tyberim defert, haud procul à Pincijs, ſiue Hortulorum colle, cùm duos antea ſuſtineat pontes, Nomentanum, quod eò tendat via; & Salarium à porta vrbis antiquiſſima: aquis ad bibendum aptiſſimis repletur, præſertim cùm non longè ab Æquicolis, & Sabellicis montibus ſulphureæ plurimæ in cum influant aquæ. Nomen ſuſcepiſſe videtur ab Anio Etruſcorum Rege ibidem ſubmerſo, quòd Cethegum filiæ raptorem inſecutus, cùm aſſequi non poſſet, deſperatione ductus, in eumdem inſilijt, nomenq; dedit.

Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis. *Prop.4.el.7.* Aniena fluenta. *Virg.4.Georg.* Tiburtina fluenta, *ex poet.* Anienis aquæ. *Ouid.14. met.* Lympha Aniena. *Prop.3.16.* Anien, is. *Stat.1. ſilu.3.* Aniena vnda. *Prop.* Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes. Aniena frigora. *Stat.4.ſilu.2.* Gelidæ Anienis vndæ. *Luc.1.Pharſ.*

Anienicolæ. *Sil. Ital. lib.4.* ideſt qui Anieni ripas accolunt. Gelidumq; Anienem, & roſcida riuis Hernica ſaxa colunt. *Virg.7.AEn.* Anienus, i. Acceſſit ripæ laus Aniene tuæ. *Prop.4.eleg.7.* Tiburtinæ vndæ. Tiburis vndæ, hunc fluuium intelligimus, *ex Poet.* cuius *Dionyſ.lib.5.* meminit. Hic tumidam rabiem, ſpumoſaq; ponit Murmura. *Stat.1.ſilu.3.* Delius Anio, epitheto poſſet dici, quando Anius, qui fluuio nomen dedit Rex fuit Deli, & Phœbi Sacerdos. Lege *Ouid.13. met.*

Epith. Gelidus, præceps, Tiburnus, pomifer, ſaxeus, Herculeus (à Tibure) Delius, *vt ſupra*.

ANIMA, æ.

Animas in Cęlo ante immiſſionem in corpora fuiſſe *Plato* ſenſit, vndè opinionem hanc ſecutus *Sen. in Herc. Oet.* dixit: Cęloq; tandem redditum planctu iubes Sentire fatum? *& in Herc. fur.* Non capit terra Herculem, Tandemq; ſuperis reddit. Quas vnà cum corporibus ſepulcro condi crediderunt olim Epicurei; etiamq; mori. Lege *Senecam in Troad. v.374. & reliquis; & ibi notas Farnabij*; quas humano placabãt ſanguine, alijsq; rebus; ex aere, ſeu elementorum ſubtiliſſima parte concretas credentes, & igneas, in aquis prorsùs extingui; ab alijs deniquè creditum in alia corpora tranſmigrare: ſed aliud noſtra mater Eccleſia credit, illas immortales aſſerens ex nihilo factas, corporibus infuſas, pœnas ex nequitia; præmia ex bonis operibus conſecuturas perpetuò. Sed conſule *Theologos*.

Senſus æthereus. *Virg.6.AEn.* Intellectualis ſortis imber. *Syneſ.* Ignis ſimplicis aurai. *Virg.* Spiramenta animæ. *Idem 9. AEn.* Latebræ animæ. *Id.10.* Vis ex aſtris lapſa. *Iuſtin.* Mens, tis. *Virg. 11.AEn.* Spiritus, us. *Ouid. in Ibin.* Vis ſimplicis auræ: Dei ſemen. *Syneſ.* Ætheria pars, ſecundùm priſcorum Theologorum ſententiam. Vitæ ſpiracula noſtræ.

Animus, i. V. *inferiùs*. Vita, quæ ab anima pendet, ſine qua corpus efficitur cadauer. Per totum dita corpus Vis ignea. Quæ vegetat artus. Quæ totos infuſa per artus humanum corpus agitat. Diuinæ particula auræ. Vitalis aura. Fons vitæ, & ſpirantis origo. Toto quę corpore vitam Ventilat. Membriſq; vigorem infundit. Spiritus intus alit corpus. Neſcia fati, ideſt immortalis. Non ſentiens damna ſepulcri. Mens diuinitùs orta: Quæ manet, immiti non peritura nece. Mens animi tantis fluctuat illa malis, *ex poet.*

Epith. Viuax, immortalis, illuſtris, egregia, volucris, Diuina, ętherea, optima, ſancta, clara, triumphalis, ægra, pugnax, vltrix, victrix, &c.

Ætheræ portio naturæ. *Phil.* Particula à Deo reciſa, *ex eod.* Scintilla generoſæ mentis. *Syneſ.* Deiformes ſpecies. *D.Greg.Nazianz.* Diuinitatis ſtilla, emanatio. Diuinum figmentum. Melior particula, *ex eodem Greg.* Primo ipſi ſeni animam extinguerem. *Ter. in Adelphis.* V. *ſupra*. Igneus cui vigor eſt, & cęleſtis origo. *Virg. 6. AEn.* Hinc extinguere aliquem, eſt de medio tollere.

Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta Sede nouis domibus viuunt, habitanſq; receptæ. *Ouid. 14. met.* Pythagoreorum ſententia, quam nos Chri-

Chriſtiani reprobamus in eo, quod in aliud tranſmigret corpus. Quod quidem Pythagoras ab Ægyptijs, qui id primùm edocuerunt, accepit. V. *faba:* Hinc

Animæ defunctorum.

De quibus alibi dicetur. Vitæ tenues. *Virg.6.AEn.* Exſangues,ſilentes,vagæ,animæ, *ex Ouid. Virg. Mant.* Vmbra, æ, figur. nullam enim vmbram præſeferunt animæ, ſed ita à priſcis creditum fuit. Hinc: Vmbræ tenues. *Virg.6.AEn.* exſangues. *Idem 4.Georg.* Silentes. *Id.6.AEn.* Exanimis vmbra. *Ouid. in Ibin.* Animæ deformes;tenues. *Ouid.14. met.*

Imago,is. *Virg.* Simulacra modis pallentia miris. *Idem.* Oſſea forma. *Ouidius in Ibin.* ſic ad imitationem oſſea larua. Simulacrum,& ſimulacra, Simulacra ſola inferos petunt, *ex Sen. in Herc. Oet.* Sed ire ad illos vmbra, quos vici Deos Pater erubeſco,&c.Simulacra functa ſepulcris. *Ouid. 4. met.* Errat antiquis vetus emiſſa buſtis turba. *Sen. in Thyeſt.4.* Maiora notis monſtra, ideſt Phantaſmata. *Ibidem.*

Sancta vmbra,de pijs manibus,quos tales credebant veteres. *Mart.6.18.* Manes pij. V. *ſuo loco.* Pia turba ſilentum. *Val.Flac.1.751.* Simulacra magna. *Sen.in Thyeſ.* Vmbrę ſine corpore,& oſſibus. *Ouid.4. met.* Vmbræ parentales,ideſt parentum animæ. *Id.4.triſt.9.* Manes. V. *ſuo loco.* Silentes, um. *Ouid.5. met.* Leues populi. *Idem.* Populus ſilens. *Claud.2.de rapt.* Figuræ defunctæ. *Id.1. in Ruf.* Lucis honore carentes.

Animæ ſilentum. *Ouid.5.faſt.* Tu pias lętis animas reponis. *Mart.1.od.10.* nempè bonas. Simulacraq; luce carentum *Virg.* Leuis turba: virgaq; leuem coerces Aurea turbam. *Hor. 1. od. 10.* Niger grex. *Id. 1. od. 24.* quod ob noctis colorem dicitur, tanquam vmbrarum propriũ.

Vulgus inane caua ſub nocte repoſtum. *Stat. 4. Theb.* Vmbræ lucis egentes. *Ibidem.*

ANIMADVERSOR.

Lictor, is. Lictores. V. *Satelles.* Cenſor. V. *ſuo loco.* Cenſoris, & Cenſorum leges,lingua,virga, correctio. Caſtigator, is. Vindex,cis.Vindex linguæ. *Hor.4.od.16.* Correptor,is. Qui corripit, animaduertit, corrigit,reprehendit,caſtigat,&c.

ANIMVS, i.

Anima,æ, *vt ſupra.* Pręcordia,æ. *Virg. 2.AEn.* Medullæ. *Ouid.2. eleg.17.* Pectus,oris,vbi animi ſedes à nonnullis locatur, & Cor,is. V. *ſuo loco.* Animi pignora. *Ouid. 4. Pont.13.* Nunc ſi cui virtus, animusq; in pectore præſens Adſit, &c. Mens. V. *ſup. Anima.* Vires,ium. Vigor,is. Reuocate animos,mœſtumq; timorem mittite. *Virg.* Ipſe dolor vires animo dabat. In curas animus diducitur omnes. Robur, ris, pro animo,nempè fortitudine. Poſt vbi collectum robur,vireſq; receptæ. *Virg.* Virtus,is,in eodem ſenſu. Tum pudor incendit vires,& conſcia virtus, &c.

Epith. Lethi exſors,egens deliciarum,latens,ſagax, memor, volucer, ſolers, auarus, infragilis, illuſtris,præſtans,ſeruilis,præſens,ignauus, ſenij expers,immortalis,ſurſum tendens,ſublimis.

ANIMAL, is.

V. *Beſtia, & Ferarum nomina.*

ANIVS. V. *ſupra Anio.*

S. ANNA.

Sacratiſſimæ Virginis parens digniſſima, quæ ex regia Dauidis progenie longa nobilium Ducum ſerie oriunda Ioachimi eiuſdem ſtirpis viri Sanctiſſimi coniux,mundo tenebris obſito immaculatam lucem peperit 6. Idus Septemb.& vt nonnulli aſſerunt,ante filiæ partum, vel paullò poſtquam, Solem illa edidit; in ſenectute bona obdormiuit in Domino.

Virginis parens,genitrix,mater, *ex hiſt.* Ioachimis, dos,à viro. *Poet.* Barpantheris,dos,à ſocero:Barpanther enim ſecundùm *D. Io. Damaſceni* ſententiam *lib. 4. de fide orthod. cap.15.* Ioachimi parens fuit. Ioachimi vxor,coniux,marita,matrona, *ex hiſt.* Auia Chriſti. Ieſſeæ ſtirpis truncus, ex quo edita Virgo. *Poet.* Albor Solis æterni, nam ſicut Albore Auroram generari; ab aurora Solem adduci olim credebant; ſic illa tamquam albor auroram,quæ Virgo: Virgo verò Solem, Chriſtus, enixa eſt. Anna puerperio fortunatiſſima ſancto. *Mant.7.faſt.* Anna diu ſterilis tandem concepit. *Id.12.faſt.*

ANNA.

Beli filia,Didoniſq; ſoror, quę poſt illam mortuã, & Carthaginem à Iarba Getulorum Rege occupatam patria ſede,& ſororis vrbe relicta ad Battum Melitæ Regem curſum arripuit, à quo iure veteris hoſpitij benignè ſuſcepta duos, & vltra ibi manſit annos. Sed cùm Pygmalionem fratrem iam cum armis à Tyro aduentare didiciſſet, Battus veritus illius potentiam, Annam, vt indè abiret, hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa, dum aliò nauigare contenderet, vi tempeſtatis acta in Laurentem peruenit oram, vbi iam Æneas pacatis rebus cum vxore Lauinia dominabatur, qui cum ſorte ſolo Achate comitatus in littore nudis pedibus ambularet, æſtiuo tempore,errantemq; Annam conſpexiſſet,& vix eam eſſe credens,tandem agnitam compellauit. Quæ à principio ſororis caſum verita, vix tandem precibus coacta, ad eius regiam acceſſit. Data verò thalami ſuſpicione Lauiniæ ipſa fuit à ſorore in ſomnis admonita,vt infauſtam fugeret domum; Quæ ſtatim per feneſtram exilijt, cùmq; citato curſu ad Numicium amnem perueniſſet in eum ſe pręcipitem dedit. Fuit autem à Priſcis tamquam Dea culta, quam Annam pe-

ren-

rennam vocitabant, cui Kalendis Martij li-tabatur à Romanis, vt bene annare, & perennare poſſent: vel potius Idibus. Atlantis, dis. *Ouid.* 3. *faſt. vbi fabula longè narratur*: à regione, quam incoluerunt, nempè Africa, vbi vixit Atlas. Didonis, vel Didus ſoror. *Ibidem.* Pygmalionis ſoror, germana, *ex hiſt.* Sidonis naufraga: Sidonis in Laria trepidabat naufraga terra. *Sil. It.* 7. ab vrbe Sidonia, vndè in Carthaginem, & inde in Italiam profecta. *Ouid.* quoque 3. *faſt.* Annæ feſtum geniale Perennæ. *Ibidem.* quod Idibus Martij celebratum canit. Exul Phœniſſa. *Ibid.* Quam tumidis rapuiſſe Numicius vndis, Creditur, & ſtagnis occuluiſſe ſuis. *Ibidem.* Placidi ſum Nympha Numici. *Ibdem.* Amne perenne latens. Anna perenna vocor. *Ibidem.*

ANNALES, ium. V. *Hiſtoria.*

ANNIBAL, is.

Amilcaris filius, quem adhuc impuberem iureiurando ante aras pater adſtrinxiſſe fertur, vt cùm primùm per ætatem licuiſſet arma contra Romanos ſumeret; quapropter iam adultus in Hiſpaniam, vbi Saguntum cepit. (*Liu. lib.* 1. *Decad.* 3.) Indè per Gallias in Italiam, ſigni, & accto, quo expeditius iter faceret ſuperatis alpibus; Galliſq; ad Rhodanum ſuperatis) traiecit. Ad Alpes occurrentem Tit. Sempronium Coſ. apud Trebiam fugauit. Flaminium fudit ad Thraſymenum lacum. Verùm à Fabio Max. illius victorijs retardatis, rurſum collectis viribus tertiò Paullum Æmilium, & Terent. Varronem creatos Coſſ. apud Cannas in Apulia vicit, in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia equitum ſupra ſeptingentos cæſa dicuntur. Cùmq; Vrbem facillimè capere poſſet in Campaniam diuertit, & Capuanis voluptatibus detentus, omnem animi vigorem remiſit: tum ad Nolam non mediocre damnum à Marcello accepit. Deindè à Carthaginenſibus, quòd à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia reuocatus, ab eodem apud Zamam Africæ oppidum pugna victus, ad Antiochum profugit, cuius auxilio bellum redintegrauit. Sed illo quoque Rege à Romanis debellato, Annibalem captiuum ij repopoſcere; Quod Pœnus ſentiens, ad Bruſiam Bithyniæ Regem confugit; à quo cùm iterum illum Romani depoſcerent; ſuſpectum cum Regem haberet hauſto veneno, quod annulo incluſum geſtabat, voluntariam obiuit mortem, vel à Carthaginenſibus fuit lapidibus obrutus ob rem malè geſtam; vt narrat *Oroſius lib.* 4. *cap.* 20. vel cruci affixus, *vt Liu. lib.* 9. quem lege, & *Florum* 1. 2. *& alibi, Eutropium lib.* 3. *Iuſtin.* 31. *Oroſium* 4. 20. *& Plutarch. in eius vita, & Polyb. Aurelium, & alios.*

Dirus Afer. *Hor.* 4. *od.* 4. Antonomaſt. Tyrius Tyrannus. *Sil. Ital.* 1. dictus Tyrius, quod à Tyrijs Carthago, in qua natus Annibal, fuerat condita. Pœnus perfidus. *Ouid.* 3. *faſt.* Dux Punicus. *Id. in Ibin.* Punicus furor. *Mart.* 6. 19. Eliſæus Tyrannus. *Sil. It.* 2. ab Eliſa, nempè Didone Carthaginis conditrice. Rex Naſamoniacus. *Stat.* 4. *ſilnar.* 5. à populo Carthagini proximo. Ille Saguntinæ vaſtator barbarus vrbis. *Mant.* Libycus tyrannus. *Sil. Ital. lib.* 5. Ductor Agenoreus. *Idem*, ab Agenore Phœnicum, Tyriorumq; Rege, qui poſteà Carthaginem cum Didone condiderunt. Libycus ductor. *Beroald.* Sidonius ductor, *lib.* 5. O rector Libyæ vigili ſtant bella magiſtro. *Sil. It.* Barbaricus Tyrannus. *Id.* 11. Cum Getula ducem portaret bellua luſcum. *Iuuen. ſat.* 10. nam dum per planitiem, & paludes Arni fluminis in Etruriam deſcenderet, priuſquàm è paluſtribus locis egrederetur aeris intemperie, vigilijsq; confectus, alterum amiſit oculum.

Epith. Pœnus, cruentus, durus, ſuperbus periuro enſe, abominatus parentibus, dirus, perfidus, belliger, furibundus, infeſtus, indocilis, paciſq; modiq; magnanimus, atrox, ferus, ferox, audax, callidus.

ANNONA.

Victus: copia victus: commeatus. *Cic.* Cibatus. *Plaut. & Lucr.* Res frumentaria: cibus, & paſtus, vti pabulum pro feris dicitur.

ANNVLVS, i, vel ANVLVS.

Quem olim ferreum fecerunt veteres, & aureum. Serui, & Libertini ferreum geſtabant; aureum Equites; apud Lacedæmones verò vtriuſque erat vſus, aureos enim adhibebant legationis cauſa, cumq; in publicum exirent: ferreos autem domi. Sponſæ quoque veteri ritu ferreum annulum mittebatur. *Plin. de triumphantibus:* Annulus in digito (ſcilicet triumphantis) ferreus erat, æqua fortuna triumphantis, & ſerui coronam ſuſtinentis. Porrò annulum priſci non ornatus cauſſa, ſed ſignandi circumferebant, nec plures habere, quàm vnum licebat: ſed luxu populorum ſucreſcente, optimum morem vitiarunt.

Fidei ſymbolum apud Ægyptios, & cordis; propterea quòd, neruulum quemdam à corde natum per dorſum ad annularem digitum tendere, & in eo deſinere compererint; vndè factum, vt is digitus annulo tamquam corona honeſtaretur; quemq; Sacerdotes ad Deorum aras operantes confectis odoribus illiniebant; Nobilitatis hieroglyphicum apud Romanos, vt Cannenſis victoria demonſtrauit. Lege *Pier. lib.* 41. *& Roſin. lib.* 5. *cap.* 37. *Antiquit.*

Aurum, i, materia pro re facta, vt: Ferrum, dixit *Stat.* 3 *ſilu.* 3. Leuæq; ignobile ferrum exuit, &c.

Pignus, oris. Et digito pignus fortaſsè dediſti.

Iuuen. ſatyr.6. Tortile manibus decus. ***Bembus***. niſi fortaſsè ſignificare voluerit, quod vulgò *Maniglie*, nuncupamus, ſed ad imitationem licebit. Tortile digitis decus, dicere. Gemma, æ, pars pro toto. *Ouid. 2. Pont. 10*. Quod digitis aurum perlucet in iſtis. ***Pontan***. Sardonicata manus, à gemma Sardonico, quæ manu geſtabatur in annulo. *Mart. 2. ep. 29*. Aureus orbis. Circulus aureus. Digitalis gemma. Gemma nitet digitis. Conſpicuam gemmis vultis habere manum. *Ouid*. Paſſus aptari digitis Smaragdos. *Sen. in Hipp*. ideſt annulos nitentes ſmaragdis. Quæ digitos circumdat gemmula caſtos. Anulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus Non eadem digitis pondera conueniunt. *Mart. 11. ep. 38*.

Epith. Aureus, argenteus, auratus, gemmifer, ferreus, grauis, leuis, fixus, garrulus, ſigillaris, (quo ſignabant epiſtolas, tabulas publicas, & huiuſmodi.) ſignatorius. *Val. Max.*

Anulus pronubus: ſponſalis, quo ceu arrabone coniugij fides obligatur. Anulus purus, & Lunula, æ. *Plaut*. abſq; gemma. Pala, æ. Anuli latior pars, turgidiorq́;, cui gemma, aut ſymbolum inſeritur. Dactyliothcea, æ. *Plin*. Anulorum repoſitorium, ſiue condendis anulis theca comparata. Sardonychas ſmaragdos, adamantas iaſpidas vno Portat in articulo Stella, Seuere, meus. *Mart. 5. 11.*

ANNVS, i.

Orbis annuus. *Virg. 5. AEn.* ſic circulus annuus, anni, Orbes anni. *Stat. 1. Theb.* Spatium annuum. Cunctantem ſpatio longius annuo. *Hor. 4. od. 5.* Iter annuum. *Catull.* Annorum moræ. *Stat. 1. ſilu. 1.* Annuum tempus. *Poet.* Mora annua. *Ouid. 14. met.* Sol annuus omnes Conficeret metas. *Stat. 1. Achill.* Annuus recurſus. *Sen. in Hipp.* Anni rota. *Id. in Herc. fur.* Orbita anni, ſiue annua. *Poet.*

Anni tempora, quæ quatuor ſunt, & hæc ſingillatim tamquam pars pro toto, ſumuntur pro anno, vt: Æſtas prima, ſecunda, tertia, &c. pro anno primo, ſecundo, &c. vel duas, binas, ternas æſtates; pro duos, tres annos. Sic Ver: Autumnus, &c. *Prop. 3. 7.* Hiems, is, ſeu plures hiemes, ſeu tribuit Iuppiter vltimam. *Hor. 1. od. 11.* ideſt annos. Annus, & Menſis, apud Gaderam, ſiue Gades, vt ait *AElianus*, aras habuerunt, in quibus ijs ſacra fiebant. V. *Gades.*

Conſul, pro anno. Bis iam penè tibi Conſul trigeſimus inſtat, ideſt iam ſexagenarius es, Romanos autem à conſularibus faſtis annos numeraſſe notiſſimum eſt. *Mart. 1. ep. 16. & 3. 92.* Annui faſces. *Mart. 8. 72.* nam faſces erant inſignia Conſulatus, quo annus ſignabatur. Cum Sol duodena peregit ſigna. *Ouid. 13. met.* Ternaque tranſierint Rutulis hiberna ſubactis. *Virg. 1. Aen.* ideſt tres anni. Meſſis, is, ſumitur ſępiſſimè pro toto anno. Perq́; nouem timuit Pamphylia meſſes. *Stat. 1. ſilu. 4.* December, is, menſis, qui duodecima eſt anni pars, pro toto anno. Hoc per triginta merui Fabiane Decembres. *Mart. 3. 56.* Emeriti curſus anni. *Ouid. 3. faſt.* Annorum ſeries. *Id. 4. de Pont. 12.* Annorum gradus. *Sen in Herc. fur.* Vicibus annuis. *Ibidem.* ideſt annuatim, quotannis. Ipſe tamen redit in gyrum, vireſq; reſumit Impiger æterno ſemper remeabilis ortu, periphr. Celer admiſſis labitur annus equis. *Prop. 3. eleg. 4.* Anniculus. Hornus, a, um: vnius anni. Duodecim orbes Lunæ. *Nonn.* Quadrifidi temporis vertigo. *Idem.* Duodecim menſium ſpatium. Duodecima aratio meſſis. *Sophocl.* Poſt dena Phœbi luſtra, ideſt decem annuos Solis curſus. *Sen. in Agam.* Vt nunc canæ frigora brumæ Nudent ſiluas, nunc arbuſtis Redeant vmbræ, nunc æſtiui Colla leonis Cererem magno Feruore coquant; vireſq; ſuas Temperet annus. *Id. in Hipp.* (Perphr. trium anni temporum) Sumitur etiam aliquando annus pro parte anni: vt pars pro toto, veluti dictum ſupra. Annus hibernus, pro hieme. *Hor. epod. 2.* Formoſiſſimus annus, ver ſignificat.

Annus rediens, vertens, ſic dicebatur priſcis, cùm Sol ad ſignum, vndè cęperat, redijt, & *Macrobius* annum qui mundanus, ſiue maximus dicitur, vertentẽ autumant, qui à conuerſione plenæ vniuerſitatis efficitur; Seu quia vertentis fructum percepimus anni. *Propert. eleg. 2.* Curſus autem Solis cauſſa eſt anni varietatis, qui vices temporũ, annumq; renaſcentem ex vſu naturæ temperat, vt ſcribit *Plinius*. Curſus annualis, auctore *Varrone*, diuiſus eſt in 4. partes totus: idem ſubtilius in octo ſexquimenſes diuiditur. Iuriſconſulti annum in æſtatem, & hiemem ſolummodò diuiſerunt. Ægyptij tria anni tempora eſſe dixerunt hiemem, ver, æſtatem; cuius rei hieroglyphicum erat Mercurij lyra trium chordarum. Annus agit certa lucida ſigna vice. *Tib. 1. eleg. 4.* & contra. Vos, ò clariſſima mundi lumina Labentem Cælo quæ ducitis annum. *Virg. 1. Georg.*

Anni hieroglyph. apud Ægyptios Palma fuit ob varias cauſſas, quas te docet *Pierius lib. 50.* quarum prima eſt, quòd ſola omnium arborum per ortus Lunæ ſingulos ramos ſingulos progenerat; ſiue vt Babylonj referunt, teſte *Plutarcho*, quòd hæc arbor trecentas, & ſexaginta vtilitates mortalibus afferat. Apud Romanos clauus, qui Septembribus Idibus figebatur per annos ſingulos in ſacrarum ædium parietibus, ad annorum numerum colligendum: quia paruus tunc erat litterarum vſus, iſq; clauus annalis vocabatur, *ex Pier. lib. 48.* Per Solem quoque ſignificabatur annus. *Id. lib. 44.* Per aureum circulum in Simandij

Digitized by Google

dij ſepulcro. *Id.lib.*30. Per ſerpentem,qui ad inſtar circuli caudam mordicus apprehēdat ſuam. Sed ad noſtra. Subijciemus nunc aliquot anni periphraſes,reſeruatis alijs titulo *Numerus*, poſt epitheta.

Epith. Labens, lubricus,vertens,velox,fragilis,fertilis,pręceps,tacitus,fugax, pomifer, recurrens, breuis, florifer, locuples frugibus,frigidus,lethifer,exſanguis,viduus,florens,ſollicitus, naſcens, tener, creſcens, feſtinatus,puerilis,ſimplex,emeritus, iugalis,viridis, ingens.

Anni I. Periphr.

Emeritis ibat curſibus annus. Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno. Cùm Sol duodena peregit ſigna. Annua nos illic tenuit mora. Hic mihi labentis pars anni magna peracta eſt.

I I.

Vt patria careo bis frugibus area trita eſt Diſſilijt nudo preſſa bis vua pede. *Ouid.* Hic tibi bisq; aeſtas,bisq; cucurrit hiems. Bis Sol duodena peregit ſigna. Bis me Sol adijt gelidæ poſt frigora brumę,Bisq; ſuum tacto piſce peregit iter (nempè Sol.) Signa recenſebat bis Sol ſua,tertius ibat annus.

I I I.

Vt ſumus in Ponto ter frigore conſtitit Iſter Facta eſt Euxini dura ter vnda maris. *Ouid.* Tertius exactis completur menſibus annus. Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum Finierat Titan. Tertia dum Latio regnantem viderit ęſtas. Ternaq; tranſierint Rutulis hiberna ſubactis. *Virg.*1. *AEn.* Decubuit tertia falce Ceres. Bruma ter poſuit niues. V. *Numerus, vbi reliqua.*

Quot ad Troiam flentes Hyberna Mycenas Cernas. *Val.Flacc.*1. ideſt quot annos,cùm hiberna pars ſit anni. Duxit & æſtates ſyntheſis vna decem. *Mart.* 4. 66.

ANNIVERSARIVM, ij.

Annua ſacra. *Catull.* Quæ ſacra quotannis Neptuno fiunt. Annuo feſtas referente luces Tempore, *ex Hor.carm.ſecul.* Hic dies anno redeunte feſtus. *Id.*3.*od.*8. Annua dies. Annua lux. V. *Dies.* Nos verò anniuerſarium intelligimus ſacra quotannis pro defunctis Manibus piorum exhibita.

ANSER, is.

Anſeres olim magno in honore habiti apud Romanos, quòd eorum vigilantia ab hoſtili irruptione Capitolia defenſa fuerint. Hinc in ſacello, ſiue delubro Iunonis apud Iouis Capitolini templum eorum aliquot tamquam ſacri alebantur. Quin id etiam moris fuit Romanis, vt quotannis certo die ſolemni in pompa geſtaretur canis in crucem actus, & anſer ſplendidè admodum in lectica,& veſte ſtragula precioſa ſedens, ob eamdem cauſſam:cuius ſolemnitatis meminit *Plutarchus in lib. de fortuna Romanorum.* Horum beneuolentia erga homines notatur ab *Athen.lib.*13. qui Nicandri teſtimonio ait,apud Argiuos puerum Amphilocum Olenium patria amatum ab anſere. Horum hepar magno quondam precio habitum fuiſſe, *Id.Athen.* eſt teſtis *Lib.*9. Symbola, & hieroglyphica habes apud *Pier. lib.*24.

Oca,æ. Anſerinus pullus. *Paparo.* Anſer ferus,ſilueſtris, immanſuetus:horum quatuor genera recenſet *Geſner.* Chenalopex,cis,ab anſere,& vulpe compoſitum genus. *Gaza teſte ex eod. Geſn.* Tarpeiæ quondam cuſtodia rupis. Quæ ſeruauit auis Tarpeij templa Tonantis, *ex poet.* Anſer aquis gaudens.

Epith. Argutus,canorus,raucus,garrulus,ſtridulus, clamoſus, edax.

ANTARCTICVS. V. *Polus.*

ANTHEA, æ, vel ANTÆA.

Siue Antia Amphianaſſæ filia, & Prœti Abantis Argiuorum Regis filij vxor, cui quatuor filias peperit Meran,Euryalen,Lyſippen,& Iphianaſſam, quæ,cùm forma eſſent præſtantiſſimæ,ſe Iunoni auſæ ſunt præferre: ſed Deæ indignatione in furorem verſæ, vaccas eſſe ſe arbitratæ, in ſiluas fugerunt,& Prœtides dictæ. V. *Prœtus.*

Vxor Prœti,coniux,&c. Mulier Prœti. *Hor.*3.7.Vt mulier Prœti perfida credulum falſis impulerit criminibus,&c. V. *Bellerophon*, cuius amore capta Antęa dum concubitum petit, ab eo auerſata;illum viro,ne libido ſua ante detegeretur,detulit. Sed à viro aliò ablegato Bellerophonte ad patrem ſcilicet Iobatum, cùm illum ab eo optimè tractatum reſciuiſſet, ob occiſam Chimæram, deſperatione ſibi necem conſciuit. Iobatis,dis,à patre. Abantis nurus,*ex hiſt.* Prœtidum genitrix,parens, mater, &c.

ANTÆVS.

Gigas Neptuni ex terra filius Mauritaniæ Tingitanæ Rex, Libyæ Tyrannus, magno, ac procero corpore; quippè qui cubitis quadraginta adoleuerit apud Lixum oppidum. Hic fuit in hoſpites crudeliſſimus,illos enim ad luctam prouocabat; quos deindè victos interficiebat, ac prædabatur: Quoties autem membra labore ſibi in lucta defeciſſent,terræ tactu recreabatur. At Hercules illac tranſiens, cum illo congreſſus, animaduertit illum valentiorem ſurgere ex tactu terræ, quamobrem illum altius ſublatum mediū compreſſit,ſpiritumq; ademit. Lege *Ouid.lib.*9. *met. & Lucan.lib.*4. *Pharſ. in fine.* Scribit *Plutarchus* Sertorium Romanorum Ducem apud Tygænam oppidum Libyæ effoſſo ſepulcro Antæi cadauer inueniſſe. Huius regiam in Mauritania fuiſſe non procul ab Heſperidum hortis, *Plinius author eſt*,aliter tamen ſentit *Luc. lib.*4.

Terrigena,æ. *Stat.6.Theb.* Nullus Antæus Libys animam reſumit. *Sen.in Herc.Oet.* filium habuit eiuſdem nominis. Aut ſi quis minor Antæus vrbes perfidæ terret plagæ. *Ibid.* Rex cruentus Libycus. *Ibidem.* Antęi quæ regna vocat non vana vetuſtas. *Lucan.4.v.589.* Quem tellus effœta Gigantes Terribilem Libycis partum concepit in aruis. *Ibidem.* Cui tellus robur, vireſq; miniſtrabat. Sęno alimenta parentis Antęo eripui. *Ouid.9.met.* Libycus Palęſtra. *Mar.5.ep 66.* Libycus Palęſtrita.

Epith. Pugnax, ſuperbus, minans.

ANTENOR.

Vnus ex Troianorum Principibus, qui deleta à Græcis Troia, adiunctis ſibi Henetis, & Paphlagonibus in intimum maris Adriatici ſinum peruenit, vbi primum exiguum condidit oppidulum, quod à nomine relictæ patriæ Troiam appellauit. Verùm cum affluente multitudine illud peranguſtum videretur, paullò longiùs à mari vrbem condidit ampliorem, quam de nomine ſuo Antenoream appellauit: quamvis poſtea mutato nomine Patauium primùm, mox Padua fuerit nuncupata. V. *ſuis locis.* Conſentiunt autem omnes ferè, per illum traditam fuiſſe Troiam Gręcis; legatorum enim ipſorum, qui ad Helenam repetendam venerant, fuit hoſpes; à quibus vrbe capta, permiſſum, vt immunis diſcederet; præſertim ab Vlyſſe, quem diſſimulato habitu intra mœnia agnitum domi ſuæ occultauerat. Obijt Patauij, vbi etiam ſepulcrum eius oſtenditur; filios habuit, vt teſtatur *Homerus*, Archilochum, Athamanta, Laodocum, & Helycaona; & ſecundùm quoſdam alios duos Archelaum, & Anthęum, quem Paris imprudens interfecit: vndè exortum patris odium in Paridem; cuius vituperauit crimen, reddendæq; Helenæ ſemper fuit auctor. Eloquentiſſimum appellat Antenora *Eurip.* apud *Athenæum lib.15.* Meminit huius *Virg.1.AEn.*

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus, &c. Chelydrus horripilus, *ex epig. Græc.* Phrygius ſenex. Gallica qui Phrygium ducit in arua ſenem. *Ouid.4.Pont.* Conſtructor Patauii: auctor vrbis Patauinæ. V. *Patauium.* Patauì qui condidit vrbem, arces, &c. *ex hiſt.* Suaſor Troianæ pacis. *Poet.* Proditor Troiæ. Phrygius, ſiue Phryx Patriæ proditor. Proditor altricis terræ. *Lycophr.* Patauì Mauortius arces Condidit Antenor. *Quinct.*

Epith. Profugus, Troianus, Dardanius, Phrygius.

ANTHEDON, is.

Vrbs Bœotiæ olim celeberrima, à Thracibus habitata, quæ in extremo eiuſdem prouinciæ littore è regione Eubœæ inſulæ ſita eſt, quam dicunt nomen ſuſcepiſſe à quodam Neptuni pronepote, qui Anthedon appellabatur. Hic enim Dij filius, cuius pater Anthus fuit Neptuni filius ex Alce Abantis filia. Huius vites tamquam optimi vini feraces laudantur ab *Athen.lib.1.* qui priſcum recitat oraculum: Turbida vina bibas, qui non Anthedone viuis.

Carpſit & Euboica viuax Anthedone gramē. *Ouid.7.met.* non quòd in Eubœa; ſed contra Eubœam Euripo tantùm diſiuncta in Bœotio littore. Agrippias, æ, olim. *Lycophr. interpr.* Macris, is. Abantis, dis. *Plin.* V. *ſup. in hiſt.* Anthedonius, a, um. Anthedonij ciues, populi, &c.

ANTICHRISTVS.

De quo variè SS. Patres dixerunt, quem putant nonnulli è tribu Dan Babylone naſciturum, vel Corozaimi in Galilęa. Hic adulterinis ſignis electos à Dei amore auertere conabitur, Deumque verum timentes inſectabitur, occidetq;: inter quos Eliam, & Enochum, ad id ſeruatos, (vt aiunt) in terreſtri Paradiſo. Tum ipſe, cùm in Cęlum fallax voluerit aſcendere, interficietur à Verbo Dei. V. *Patres.*

Beſtia rapax. Monſtrum furens. Pſeudochriſtus, nempè falſus. Vltimus Tyrannorum, *ex poet. Chriſt.*

ANTIGONE, es.

Filia Oedipi Regis Thebanorum, ſororq; Polynicis, & Eteoclis; quæ patri cęco, & à Creonte in exilium acto vię dux fuit. Lege *Senecam in Oedip. & Stat. in Theb.* Hæc poſtea cùm ad officium funebre ſuorum fratrum veniſſet, ibiq; adiuuante Argia Polynicis coniuge eorumdem cadauera cremaſſet, ambæ Creontis iuſſu, qui id vetuerat, captæ, ac occiſæ ſunt; quarum mortem poſtea Theſeus vlciſcens, Creontem interfecit. Hęmon autem Antigones amaſius ad eius mortuæ tumulum ſe interfecit. Vndè *Prop.2. eleg.8.* Quid? non Antigones tumulo Bęotius Hęmon Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus? Lege *Beroaldum Propertij interpretem.*

Soror Thebana ..... Fratrem Thebana peremptum Suppoſuit tumulo Rege vetante ſoror. *Ouid.4.Triſt.* Oedipodias, dis, à patre. Iocaſtis, dis, à matre, *ex poet.* Oedipi nata, genita, ſoror, filia, neptis, &c. *ex hiſt.*

Polynicis, Eteocliſq; ſoror. *Hiſt.* Cæci parentis regimen, ac feſſi vnicum patris leuamen gnata, &c. *Sen.in Theb.* quam lege totam. Labdaci proneptis, *ex eod.* nam Labdacus Laij, Laius Oedipi, Oedipus pater Antigones fuit. Animoſa virgo. *Ibidem.* Soror producere triſtes Exulis auſa vias, &c. *Stat.2. Theb.v.315.* fuit autem altera ſoror dictæ Antigonæ, Hiſmele nuncupata.

ANTIGONVS.

Rex Macedonum: Qui primus poſt Alexandrum in Aſia regnare cępit, & duodeuiginti annis multa

bella

Digitized by Google

bella geſſit, in quibus tandem occubuit. *Plutarch. in vita Pyrrhi.*

Magni ſucceſſor Alexandri, *ex hiſt.* Antigoni pectus. Energetes, ſic dictus ob multa, quæ Græcis præſtitit beneficia. Qui Cleomenem vicit Spartę Regem. Spartæ ſuperator vrbis: Narrant, ab illo militem victorem poſt vrbem expugnatam ab omni iniuria contentum fuiſſe; priſtinamq́; eidem vrbi libertatem reſtitutam.

ANTILOCHVS, j.

Neſtoris, & Eurydices maior natu filius, qui patrem ſecutus ad bellum Troianum in pugna à Memnone Auroræ filio eſt occiſus; vt tradit *Homerus*, vel ab Hectore, vt ait *Ouid. in epiſt. Penelopes*; vndè patris prece motus Achilles, Memnonem occidit.

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum Antilocus noſtri cauſſa timoris erat. *Ouid. epiſt.* 1. Neſtoris filius, *ex hiſt.* Neſtorides. *Poet.* Eurydice genitus, natus, fillus, &c. *ex hiſt.* Neſtore natus. *Homer.* Non ille (ſcilicet Neſtor) Antilochi vidiſſet corpus humatum, &c. *Prop.* 2. 13. Meſſenius dux, ab *Homero*; nam ipſe Meſſenios ducebat ad bellum.

ANTIMACHVS, i.

Colophonius Poeta Græcus, qui auditoribus ſuis cùm obſcurum quoddam poema recitaret ſe deſerentibus, ſolo verò Platone manente, dixit: Plato vnus Inſtar mihi omnium eſt. Hic aggreſſus belli Thebani materiam vigeſimum quartum volumen impleuit, antequam Duces Thebas vſque produceret. Lydiam quamdam puellam amauit, quæ etiam Lyda dicebatur, quam vxorem accepit; ea autem defuncta elegiam ſcripſit (*teſte Plutarcho*) conſolatoriam.

At populus tumido gaudeat Antimacho. *Catull.* 96. Scriptor Cyclicus. *Hor. in art.* qui enim poemata prolixo ordine, ac recto tractu totam rem exequuntur, Cyclici à Græcis nuncupantur, vt obſeruauit *Ioſeph. Scalig. in Catull.* Lydiæ Chryſeidis amore ictus ad Amnis Pactoli fluenta progreſſus eſt. *Athen. lib.* 13. Colophonius vates.

Thebaidos ſcriptor, *vt ſup. in hiſt.* Antimachi muſa grauis, ſuperba, tumida, &c. Antimachi verſus, carmina. Clarius Poeta. *Ouid.* 1. *triſt.* 5. ab inſula Claro, in qua Colophon vrbs. Nec tantùm Clario Lyde dilecta Poetæ. Cui Lydia dilecta.

ANTIOCHIA.

Multæ fuerunt vrbes huius nominis, eæq́; celebres, vt recenſent Coſmographi, ſed quę in Syria fuit, & nunc eſt, ſed diuerſo nomine, aliarum celeberrima, hæc à Seleuco Nicanore in ſuorum memoriam condita Olympiade 119. quam Orontes fluuius interfluit, & ab Occidente lauat Parfar fluuius. Lege *Strab.* Hic primùm Chriſtiani nuncupati, qui antea fideles dicebantur; nec non ibidem Princeps Apoſtolorum primus reſedit, vndè feſtiuus apud nos dies Antiochenſis Cathedræ; indè multi exorti fuere viri ſanctitate, & meritis celeberrimi; inter quos D. Ioan. cognomento Chryſoſtomus, Conſtantinopoleos Patriarcha; Pro Oronte fluuio Euphratem nonnulli reponunt, quod quidem non arridet.

Antiocheni, pop. Metropolis Epiphane, olim. Reblata, æ. Theopolis, quaſi ciuitas Dei. Prima Petri ſedes. Antiochenſis, ab Antiocho Epiphane reſtauratore ſic poſtea dicta vrbs.

ANTIOPA.

Nyctei filia, & Lyci Thebanorum Regis vxor, quã cùm Iuppiter in Satyrum mutatus compreſſiſſet Lycus repudiauit, vxoremq́; Direen ſuperinduxit, quæ Antiopam in carcerem coniecit. Verùm inſtante partus tempore, ruptis vinculis, in Cytheronem montem ſe recepit, vbi & Amphionem, & Zetum gemellos peperit, qui à paſtoribus inuenti, & educati, poſtea maternæ iniuriæ vltores extiterunt, Lyco cum Direc vxore interfecto. V. *Dirce. Amphion. Zetus.*

Antiopæ forma Nycteidos. *Proper.* Nycteis, dos. *Ouid.* 6. *met.* Lyci Thebani coniux. Zeti mater, & Amphionis, *ex hiſt.* Antiope, es. Quam Satyri cęlatus imagine pulcra Iuppiter eximiam forma compreſſit, & indè Amphion genitus, &c. Ardor vagæ Nycteidos. *Stat.* 7. *Theb.*

Fuit etiam Antiope Amazonum Regina, quæ cùm Boſphorum Thracium cum ſuis copijs traieciſſet, Græciam aggreſſa eſt, ſed in Attica à Theſeo deuicta, eidem nupſit, cui Hippolytum peperit, quam denique ob iurgium interemit. Sunt qui cum prima confundant, eamdemq́; faciant, quæ Hippolytum Theſeo, & Ioui Zetum, & Amphiona; ſed videntur allucinari. Hippolyti parens. V. *Hippolyte*; diuerſo enim nomine dicitur à nonnullis. Theſei coniux, vxor Amazon, *ex hiſt.* V. *Amazones.*

ANTIPHATES.

Lęſtrygonum Antropophagorum Rex vnus ex poſteris Lami Formianum conditoris, in cuius littora cùm aliquando eiectus eſſet Vlyſſes, treſq́; è ſocijs emiſiſſet, qui regionem explorarent, Antiphates vnum ex his apprenſum ore dilaniauit, reliqui duo vix fuga ſalutem quæſiuerunt, quos Antiphates cum magna Lęſtrygonum manu inſecutus naues Vlyſſis omni conatu oppugnauit, ſaxis, & trabibus in eas coniectis, omnes demerſit, vna tantùm excepta, qua Vlyſſes ipſe cum nobilioribus aliquot ſocijs vehebatur, qui ſuccaſis repentè ruderibus, & anchoralibus, ſe, ſuoſq́; eripuit. *Ouid.* 14. *met.* & latiùs. *Hom. Odyſſ.* 10.

Antiphates terra regnabat in illa. *Ouid. vt ſup.* Lęſtrygonius Rex. V. *Laſtrygones, vt ex hiſt.* Rex Lęſtrygon, is. Tyrannus Lęſtrygonius, *ex Hom.*

An-

Digitized by Google

Antropophagus Rex, *ex hiſt.* Durus Lęſtrygon. *Sil. Ital.* 14. Lami filius. *Polit.* ſiue potius à Lamo deſcendens. Regnauit in Sicilia Antiphates, vel eos ſubiectos habuit. *ex Sil. Ital.* 14. *v.* 33. V. *Formia.*

ANTIPODES.

Ita dicti populi, qui orbem pedibus noſtris obuerſum colunt; quos nos, vel occiduos populos apud Braſiliam, Peruſtanam, & Mexicum colentes eſſe dicimus; vel Eoos Iaponios, Sinas, & huiuſmodi. Dicuntur etiam Antichthones. De Antipodis meminit *Cic.* 4. *Academ. quæſt.* Nonnulli autem ex priſcis patribus crediderunt fabuloſa, quæ de Antipodibus narrantur, ſed illos extare, & recentis orbis inueſtigatione non ignoramus.

Qui noſtris aduerſa premunt veſtigia plantis. Pars, quæ iacet ſub pedibus noſtris. *Manil.* 1. *aſtronom.* Orbis obuerſus noſtris pedibus. *Sen. in Hipp.* Dirima tęq; tellus abdita, & quiſquis ſub hoc in alia verſus ſidera, ac Solem auium dependet orbis, &c. *Id. in Oedip.* Quo fertur dies hinc raptus. *Id. in Thyeſt.* Teq; interiecto mundi pars altera Sole. *Tib.* 4. *eleg.* 1.

ANTIQVI, & ANTIQVITAS.

Maiores, um. *Hor.* 1. *ſerm.* 5. Veteres, um. *Virg.* 1. *Georg.* Turba vetus. *Ouid.* 3. *faſt.* Ætas vetus. *Hor. in art.* Fama vetus, prior, priſca, vetuſta, &c. Vetuſtas, tis, pro ipſis veteribus. Priſci, orum. Proaui, orum. *Ouid.* 3. *faſt.* Priſca gens mortalium. *Hor. epod.* 2. Vetuſtas, tis. V. *ſuo loco*. *Virg.* 12. *AEn.* Veteres, & antiqui. Iam indè a Belidis, natalique vrbis (ſiue orbis) ab anno. *Cinna.*

Primis ab annis. Priſcis ab annis. *Poet.* Primi primordia, fundamina mundi, *ex poet.* A primo fundamine terræ, mundi, orbis, Cęli, &c. Prima tempora, priſca, *ex poet.* Secula antiqua. *Apoſtorell.* Secula priſca. *Idem.* Ætas auorum. *Mart.* 8. 56. Ætas priſca, antiqua, prima. Tempora priſca, *ex poet.* Hinc

Antiquus.

Vetus, eris. V. *ſuo loco*. Vetuſtus, a, um. Priſcus, a, um. Auitus, a, um, auito tempore, ab auo.

S. ANTONIVS.

Ægyptius Anachoretarũ Princeps nobilibus apud ſuperiorem Thebaidem natus parentibus eſt, qui Euangelici curator mandati, re vendita familiari, ac pauperibus erogata, cęleſtis vitæ genus in eremo colere inſtituit. Quamobrem in vaſtiſſimam ſe ſolitudinem recipiens abſtinentiæ, continentiæ, vigilantię, manſuetudinis, miſericordię, humilitatis, omnium denique virtutum typus extitit egregius. Hæreticorum inſectator, pauperum amator fuit. Demum hoc ſufficiat in eius pręconium, Athanaſium Alexandriæ Patriarcham acerrimum Eccl. ſuæ defenſorem rerum ab ſe geſtarum pręclariſſimè buccinatorem habuit. Qui tandem ſenio confectus quinto poſt centeſimum annum cęleſtem euolauit in patriam: cuius oſſa partim Viennam in Gallijs trãſlata, partim aliò: ſed eius brachium integra cum manu ipſe vidi Anconæ, maxima quidem veneratione cultum ab illius vrbis ciuibus. Illum credunt eryſipelæ, ſiue igni ſacro dominari, indè vulgus ignem S. Antonij appellant; narrantq; factum aliquod, in furem, qui belluam illi oblatam eripuerat, ſtatim igni ſacro conſumptum. Hinc factum, vt omnes, qui pecora, cęteraſq; huiuſmodi agunt animantes illum patronum habeant pro ſeruandis gregibus.

Ægyptius Abbas. Pharius Anachoreta. Eremicola Nili. Pater accola Nili. Thebaidos Phariæ lumen, *ex poet.* Eremi Pharij accola, incola, Ægyptius, cultor, colonus, *ex hiſt.* Athanaſii præceptor. *D. Hieron.* Eremitarum pater, author, licèt enim primus fuerit Paulus Ægyptius, tamen hic primus fuit, qui ſub diſciplina anachoretica diſſitos congregauit Eremitas.

ANTONIVS ROMANVS.

V. *M. Antonius.*

ANTRVM, i.

Luſtra, orum. *Virgil.* 11. *AEn.* Luſtra ferarum. *Id.* 1. *Georg.* Montis domus. *Idem* 8. *AEn.* Magna ora domus. *Id.* 5. *AEn.* Tecta ferarum. *Id.* 6. *AEn.* Spelęa ferarum. *Id. eclog.* 10. Stabula alta ferarum. *Id.* 6. *AEn.* Deſerta ferarum. *Id.* 7. *AEn.* Latebræ, arum: cauæ rupis latebra. *Sophocl.* Montis latebræ ferarum. *Ouid.* 1. *met.* Specus, us. *Virg.* Spelunca, æ. *Idem.* Cauerna, æ. *Idem*, & V. *ſuo loco*.

Caueæ, arum. *Claud.* Ferarum caueæ. Foramina terræ. *Poet.* Cauum. *Virg.* 1. *Georg.* Saxum cauum. *Id.* 8. *AEn.* Saxea limina. *Ibidem.* Vmbra ſaxea. *Id.* 3. *Georg* Lares ſub terra. *Idem* 4. Rupes cauata. *Id.* 1. *AEn.* Caua. *Stat.* 10. *Theb.* In his reſidens facto de cautibus antro. *Ouid.* 1. *met.*

Vaſtus receſſus. *Virg.* 8. *AEn.* Adyta ima. *Id.* 5. *AEn.* Fornix ſaxi. *Id.* 10. *AEn.* Latibula, orum. *Catull.* Et obſtruſos ducit in antra ſinus. *Claud.* Rupes exeſa. *Sen. in Theb.* Grata domus Nymphis. *Prop.* 1. *eleg.* 20. Obſcurus receſſus. *Sen.* Latebroſa cubilia Nymphæ. *Stat.* 2. *ſilu.* Stabat acuta ſilex pręciſis vndiq; ſaxis. *Virg.* 8. *AEn.* Exciſum latus ingens rupis in antrum. *Idem.*

Concaua ſaxa. *Anger.* Pendentia pumice tecta. *Beatian.* Muſcoſo ſubter pendentia fornice tecta. *Bemb.* Speluncæ ſedes alta. *Idem.* Saxea tecta. *Idem.* Conuexa ſub alta ſpeluncæ. *Idem.* Cauernoſus receſſus. *Quint.* Fouea, æ: Flectere nixus inter foueam eſt delapſus imam. Foſſa. Pars in pręcipites foſſas vrgente ruina Voluitur.

Au-

Digitized by Google

Antra virentia muſco. *Sil. Ital.* 15. Per ſinuoſa cauis, atque aſpera cautibus arua. Ingenuo cameratum fornice ſaxum, *ex poet.* V. *Spelunca*.

Epith. Viride, gelidum, opacum, cauum, cæcum, capax, vaſtum, rorans fontibus, obſcurum, furuum, montanum, effoſſum, decline, ſecretum, roſcidum, humens, curuum, ſulphureum, nigrans, muſcoſum, ſinuoſum, excelſum.

Erant autem antra olim apud priſcos dicata Mundo, & Nymphis, vt obſeruauit *Gyrald. ſynt.* 17. aliquando etiam fluuiorum Numini; indè factum epitheton: Glaucum, antrum, cęruleum, & huiuſmodi: nec non Muſis, indè Corycium antrum; Libethrum, & alia.

ANTVERPIA, æ.

Vrbs celeberrima in Brabantiæ Ducatu, vulgò *Anuerſa*. Nomen ſumpſiſſe aiunt à manu proiecta: nam gigas quidam Druo, qui loca illa ante C. Cæſaris aduentum incoluit prætereuntibus ſi dimidium ſuarum mercium non ſoluiſſent, manum dextram pręſcindebat, eamq; abijciebat in profluentem Schaldim: ſed hæc fabula. Dictam verò hanc potius autumant ab aggeſtu terræ contra fluuij, ſiue maris effluxionem: illius ambitus extrinſecus eſt quatuor millium paſſuum octingentorum, & duodecim, templis, palatijs, ædibuſq; pulcherrimis repleta, de qua hæc *Iul. calig.*

Oppida quot ſpectant oculo me torua ſiniſtro
Tot nos inuidiæ pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenũ eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens, Res Venetum vaſta, Toloſa potens.
Omnimodæ merces, artes, priſcæq;, nouæq;;
Quorum inſunt alijs ſingula, cuncta mihi.

Lege *Ortellium, Ger. Mercatorem, alioſq; coſmographos.*

Belgarum vrbs celeberrima, *ex poet.* Vrbs, quam gurgite Schaldis Alluit. Omnigenæ mercis celebrata per orbem Dia Antuerpia faſtu Luxurians tumido inſigni celeberrima cultu. Nympha Europęo longè gratiſſima Cęlo, Quæ Schaldis diues celebrato in littore ludis. *ex poet.* Ditiſſima littora Schaldis. Emporium Schaldi celebratum à littore.

ANVBIS.

Ægyptiorum Deus, quem ſic deſcribit *Apuleius*: Ille ſuperum commentor, & inferum nunc atra, nunc aurea facie ſublimis attollens canis ceruices arduas Anubis, læua Caducæum gerens dextra palmam virentem quatiens, &c. Hinc *Virg.* 8. *AEn.* Omnigenumq; Deum monſtra, & latrator Anubis. Quo loco *Seruius*: hunc volunt, inquit, eſſe Mercurium, ideò capite canino pingitur, quia nihil eſt cane ſagacius. Sed *Plutarch.* aliter *in lib. de Iſi, & Oſiri* narrat, vbi inquit: Sunt qui puerum, ex quo Iſis Oſiridis necẽ comperit, ſub Anubis nomine coli putent, quem natum Nephthe tradunt, & ipſam quidem Nephthen timore Typhonis perculſam ante matura tempora partus puerum eieciſſe, potius quàm peperiſſe; atque eum ita Deis cuſtodem additum, ceu canes ad mortaliũm cuſtodiam adhibentur. Vide reliqua apud illum. Sacrificabatur autem illi gallus albus, aliquando croceus. *Tertullianus, & D. Auguſt.* videntur Cynocephalum pro Anubi Deo ponere, quòd ſcilicet capite ſit canino. Sunt qui tradant Anubim ſecutum eſſe in expeditione bellica patrem Oſirim, & canem pro inſigni geſtaſſe, quare canina facie illum Ægyptij coluere. Lege *Gyrald. ſynt.* 9. *& Diod. Siculum.*

Memphiticus canis, ex *Lucan.* Semicaneſq; Deos, & ſiſtra mouentia luctum. *Luc. Pharſ.* Semihomo canis: ſed. Semihominemq; canem ſupplex homo pronus adoret. Mercurius, ſi pro illo ſumatur. V. *ſuo loco, Mercurius.* Mercurij vis. Cuſtos Deum canis, *ex hiſt.*

ANVS, us.

Moritura, nempè, quæ proxima morti eſt. Nec formoſa tibi, ſed moritura placet. *Mart.* 3. *epig.* 75. Hecuba, pro vetula *ibidem* dixit; vt Andromache, pro iuniore.

Vultus anilis. *Poet.* Forma anilis. *Ouid.* 6. *met.* Vetula, æ. *Plaut.* Anicula capularis, quæ morti vicina eſt. Suſpicor, & pluma corpus anile tegi. *Ouid.* 1. *eleg.* Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus. *Tib.* 1.

Epith. Tremens, viuax, pia, annoſa, curua, frigida, frigida, marceſcens, triſtis, callida, turpis, deſipiens, mitis, multiloqua.

ANXVR.

Dicebatur vrbs, quæ modò Terracina dicitur, de qua V. *infra ſuo loco*, vbi multa apud quam fons Feroniæ. V. *Feronia*: dictus autem Anxur, quod ibi Iupiter imberbis coleretur, quem iccirco Anxurum lingua Oſca dicebant, ideſt ſine nouacula.

Anxuris ædes, arua. *Virg.* 8. *AEn.* agri, &c. Itur in agros, Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco, Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas. *Sil. lib.* 13. *Punic.* Paſſer, oppidulum propè lacum Pontinam inter Priuernum, & Anxur; cuius nunc nihil penitùs extat ob paludis grauitatem. Meminit *Mart.* 6. 42. Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur.

AONIA, æ.

Bœotiæ regio montoſa, ſic dicta ab Aone Neptuni filio, qui ex Apulia factione quadam pulſus in Bœotiam migrauit, partemq; montoſam à ſuo nomine Aoniam dixit, accolaſq; Aonas, & Aonios vocitant. Montes verò Muſis ſacri fuere, vndè ipſæ Aoniæ, & Aonides dictæ ſunt: potiſſi-

mum

mùm verò, vt pars pro toto, ſumitur pro ipſa Bœotia. V. *infra.* in his autem montibus Aganippe fons celeberrimus, de quo ſupra; & Ædipodia, Pſammate, Dirce, Epigranea, Arethuſa, Hippocrene,& Gargaphię,de quibus vel ſuis locis,vel aliò dicetur. Hinc populi Aonij.

Humus Aonia. *Ouid.*1.*faſt.* Vrbes Aoniæ. *Id.*3. *met.* Aonia arma,arua,antra. *Stat.*4.*ſilu.*6. Aoniæ vertex. *Virg.*3.*Georg.* Aonij agri. *Stat.*5. *ſilu.*3. Aonidum nemus. Aonij agri,luci,ſaltus, colles,montes. Aoniæ ſiluæ. *Stat.*2.7. domus, &c. Helicon. & Parnaſſus. V. *ſuis locis.* Aonius latex. *Sen. in Med.* nempè fons Aganippe. Protinus Aonijs immiſſa eſt bellua Thebis. *Ouid.*7. *met.* Aonij ſpecus. *Catull.*62. V. *Bœotia*.

APELLES, is.

Cous pictor ille pręſtantiſſimus,qui pictores omnes prius genitos, futurosq; etiam,vt nimium temerè ait *Plinius*, ingenio, arte, & induſtria ſuperauit: vixit olympiade centeſima duodecima,nempè ſub anno vrbis conditę.... Perpetua illi conſuetudo fuit numquam tam occupatam agendi diem, quin lineam ducendo exerceret artem. Hic meruit, vt Alexander ab alio nemine pingi voluerit, pręterquã ab illo,qui ea pinxit, quę ab alijs non pingebantur, nempè tonitrua,fulgetra, fulguraq;: quin etiam animum expreſſit. Pinxit Venerem, alteram verò moriens reliquit inchoatam,quam nullus repertus eſt,qui vellet abſoluere, de qua *Ouid.*

Si nunquam Cous Venerem pinxiſſet Apelles Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Artifex Cous, vt Venus Artificis labor eſt,& gloria Coi. *Ouid.*4. *Pont.*1. Pictor Cous, *ex eod.* Apellæus color. *Stat.*5.*ſilu.* Apellææ artes, pro ipſa pictura. Apellæum opus, pro Veneris ſtatua. *Mart.*7. 83. Ingenio, gratia, & tabulis inſignis Apelles, *ex hiſt.*

Linea, quæ veterem longè fateatur Apellem. *Stat.* 4.*ſilu.* 6. Apelles enim cum Protogene certauit, vt eſt apud *Plinium*, ductis ſubtiliſſimis lineis; illa verò tabula diu fuit in Palatio admirationi quidem alijs pictoribus; conſumpta tamen priore incendio domus Cæſaris. Munere Apellææ cuperent te ſcribere ceræ. *Stat.*1.*ſilu.*1. Lege *Plin.lib.*35. *cap.*10. Qualis Apellæis eſt color in tabulis. *Prop.*1. 2. In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles. *Id.*3. *eleg.*7.

APER, i.

Siluester ſus:ſilueſtreſq; ſues. Agreſtes ſues. *Prop.* 2.14. Fulminei dente ſues. *Stat.* Violentus ictu ſetiger. *Sen. in Med.* Teſtis,qui niueum quondam percuſſit Adonem. *Prop.*2. 13. Sus fera. *Mart.ep.*14.*ſpect.*

Ætola fera. Ætolæ fama ſecunda feræ. *Mart.*7. 26. Antonomaſticôs, quia in Ætoliam immiſſus fuit aper horribilis, qui deſcribitur elegantiſſimè ab *Ouidio lib.*8. *met.* à Diana in vindictam Regis Oenei, qui cum cæteris Numinibus frugum honores ſacrificaret, ei iuſſit prætermitti; hinc Calydonius aper vocitatus, cuius frequens eſt apud veteres mentio: vt Meleagri gloria famæ. *Mart. in lib. ſpect.ep.*15. Ætolus ſus. *Id.* 13.41.

Sus Oleuius. *Stat.*2. *Theb.* V. *Olenus*. Olenij tegmen ſuis:quo Tydeus coopertus incedebat. Aut fera notam Calydonia ſæua. *Sen. in Troad.* Sus infeſtæ famulus,vindexq; Dianæ. *Ouid.*8. *met.* Virginei Numinis vltor aper,*ex eodem*. Ferus,i, Antonom. Ira feri mota eſt. *Ibidem*. Setiger,i. Antonom. *Ibidem*.

Sus Erymanthius: alter aper, qui in Arcadiam immiſſus à Iunone fuit, quem viuum ad Euryſthæum traxit Hercules, quo viſo Rex timore perculſus, in æreo ſe vaſe ſcribitur abſcondiſſe. Mænalius,Arcadius aper. *Mart.*9.104. Arcadiæ vaſtator aper. *Ouid.*9. *met.* Seuſit Arcadij populator agri. *Sen. in Agam.* Hiſpidus ſus. *Id. in Herc.fur.*Atra ſetis terga. *Stat.*2.*Theb.* Obliquo dente timendus aper. Peſtis Erymanthia. *Sil. Ital.lib.*3. Quiq; Erymanthæi ſudantem pondere monſtri Amphitryoniaden Tegęo limine Cepheus Iuuit. Aprum Arcadicum intelligit. *Val.Flacc.*1. *Argon.* Vindex ille Dianæ Erectus ſetis. *Stat.* 2. *Theb.*

Ac veluti ille canu morſu de montibus altis actus aper multos Veſulus, quem pinifer, &c. deſcriptio apud *Virg.* 10. *Æn.* Sed prolixior apud *Ouid. lib.* 10. *met.*

Epith. Malè paſtus, nudus, ſpumeus, paſtus,ferox, Laurens,ſpumans,vernus,grandis, *ex Mart.* Setoſus, acer, ſæuus, Erymanthæus,furens,immanis,Tegeęus, ferus, toruus,Arcas, Arcadicus,fulmineus, hiſpidus, violentus,Meleagræus, dentatus,vaſtator, monſtroſus,argenteo dente conſpicuus,vaſtator, pernicioſus,*ex Gręc.*Annoſus,pulſus volutabris ſilueſtribus,humilis,cilioſus, marſus, Apenninicola, cruentus, &c. *apud Textorem*.

Animal propter conuiuia natum. *Iuuen.* quem integrum menſis inferebant Romani. Qualis ſetigeram lunata cuſpide frontem ſtrictus aper. *Stat.*8. *Theb.*

APIS, & APES, um.

Quarum virtutes,& naturam multi ſcripſere. Lege *Ælianum Ariſt.*, & præſertim *Virg.*, qui *lib.*4.*Georg.* earum curam,& mellificij rationem elegantiſſimè exequitur. *Plinius* quoque multa de Apibus: & *Pierius lib.*26. vbi multa ſcitu digna reperies,quæ huc referre breuitatis cauſſa prętermitto. Sunt enim Regni ſymbolum;vitæ ſociæ amatrices; eloquentiæ hieroglyphicum, vt

vt quæ D. Ambroſio, Pindaro, & Platoni pueris in labellis conſederint; Imperij diuinatrices, vt quondam Dionyſio, & Hieroni Regnum præmonſtrarunt; quæ Venerem ignorant; quæ homines à coitu olidos oderunt; quarum denique politia à *Plinio* deſcribitur. Sed ad noſtra.

Mellifer exercitus. *Claud.* 2. *de rapt.* Volucresq; nouæ tinnitibus actæ. *Ouid.* 3. *faſt.* Examen, examina, um. Volucres mella daturæ. *Id.* 5. *faſt.* Quos cera tegit ſexangula fœtus. *Id.* 15. *met.* Caſtra cerea, continens pro contento. *Claud.* 2. *de rapt.* V. *infra, Alueare.* Cateruæ melle granidæ. *Stat.* 1. *Achill.*

Melliferæ turbæ, *ex Ouid.* ſic gentes, volucres, aues, &c. Hyblææ volucres, à copia apum, quæ in Hybla ſunt. Florilegæ aues. Argutæ apiariæ. *Zonar.* Inſigne laborum exemplar. Volitans per amœna vireta Ruris odoriferi ſaltus, ſiluasque peragrans. Aerijq; tenens mellis redolentia regna. *Virg.* Carpit apis ſtudioſa thymos.

Denſa per herboſos errant examina campos, Floribus inſidunt varijs, roremq; madentem Ore legunt: onerant humeros, ceraſq; liquentes Cõficiunt, dulceſq; lares in pumice figunt. deſcr.

In apem Meliſſa, quæ vna fuit ex Iouis nutricibus, conuerſa fuit.

Cum examen alto nectitur denſum globo. *Sen. in Oed.* Solentq; lentis vuam demittere ramis. In morem enim vuæ conglobatæ apes ramo deflunt. Lege *Virg.* 4. *Georg.* Tauri filiæ apes. *Theocr.* quòd è corruptis tauri viſceribus enaſci dicantur. Sedula opifex. *Phil.* Cæleſtis nectaris artifices. *Anthol.*

Epith. Hyblææ, florilegæ, Cecropiæ, melliferæ, ſedulæ, Atticæ, mellis auidæ, Sicaniæ, populatrices Hymetti, fugaces, Dædaleæ (i. ingenioſæ) leues.

APENNINVS, i.

Mons à penna, quæ eſt ſummitas, vel ſi cum diphthongo, œ, ſcribas, vt obſeruauit *Seruius*, quaſi alpes Pœni, quem Annibal traiecit. Hic ab alpibus proficiſcens haud procul à Genua incipit, & per mediam Italiam extenſus illam perſecat, cuius pars Tyrrhenum, altera reſpicit Adriaticum mare; diuerſa tamen ſortitur nomina apud populos, quibus incumbit; ſed Apenninus præſertim vocatur, qui fines à Bononia diuidit, & Florentia, tum apud Nurſinos, vbi ſupra Arquatam oppidum altiſſimis cacuminibus effertur, & adeò ſeipſum celſitudine videtur ſuperare, vt adhærentia circumquaque iuga cætera quamquam editiſſima longè vincat, ideóq; nomen huic culmini datum, mons Victor. V. *Sabini*; quorũ ipſe ex ea parte terminus à Picenis, & Samnitibus eſt: tandem in duo brachia ſcinditur, quorum alterum in agrum Brutium ad fretum vſque Siculum, alterum per Apuliam vſque ad ſuperum mare porrigitur. Hinc Apenninicolæ dicuntur, qui hunc montem incolunt. *Virg.* 11. *Æn.* Apenninicolæ bellator filius Auni. Apennina regio. *Plin. lib.* 8. *cap.* 58. Apennini montes. *Id.* 3. 12. Apennini ſilua. *Id.* 3. 5. eiuſdem montis deſcriptio apud eumdem 5. c. 5. Apennnigenæ paſtores. *Claud.* Rupes apennini. *Sid. Apoll.* Abruptæ valles apennini. *Bemb.* ſic cautes, ſaltus, ſaxa, &c. Longi latus apennini. *Mant.* Apennini deuexa videri, *Rut.* 1. *in Itin.*

Epith. Celſus, nubifer, longus, niualis, acrius, nimbifer, gelidus, frendens, ſaxoſus, durus.

APIS.

Arginorum Rex Iouis filius ex Niobe Phoronei filia, alio nomine Oſiris appellatus, qui Iſidem vxorem duxit. Achaiæ Regno Ægialeo fratri conceſſo, in Ægyptum traiecit, vbi cum homines rudes ad mitiorem vitæ cultum traduxiſſet, colendarumq; vinearum rationem eos edocuiſſet, cócordibus omnium votis in Regem eſt aſcitus. Cúmq; aliquandiu mira prudentia, pariq; clementia Ægyptum adminiſtraſſet, multaq; in ſubditos beneficia contuliſſet, vita tandem functus pro Deo eſt habitus; quem Ægyptij ſub viui bouis imagine coluerunt. V. *infra Epaphus*, vbi multa; V. *Oſiris*. Bos tamen ille reſponſa, non vt reliqua oracula dare ſolebat, ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à conſulentibus ſecundos euentus, atque omnia proſpera; ſin verò abnuiſſet, ſiniſtra portendebat. Ideò cùm à Germanico Imperatore pabulum oblatum renuiſſet funeſtum omen, & indubiam necem, quæ paullò poſt ſecuta eſt, prænunciauit.

Et comes in pompa corniger Apis erat. *Ouid.* 3. *Pont.* Varijsq; coloribus Apis. *Id.* 9. *met.* Aut quo ſe gurgite Nili Mergat adoratus trepidis paſtoribus Apis. *Stat.* 3. *ſilu.* 2.

Huius templum ſolemne apud Memphim fuit; cuius conſecrandi rationem conſule *Gyrald. ſyntagm.* 6. Apis autem poſt mortem Serapis dictus eſt. V. *ſuo loco.*

Bos Memphiticus. Niliacum pecus. *Stat.* 3. *Theb.* nempè Apis taurus lunatus Iſidis, qui Ægyptijs motu corporis ſui, & quibuſdam ſignis futura prædicebat.

Epith. Mareoticus, corniger, ſacer.

APOLLO, is.

Iouis, & Latonæ filius, Dianæ frater à priſcis ob quatuor primum artes potiſſimùm celebratus, quod Citharœdus eſſet, & Citharœdorum præſes; medicinæ inuentor; iaculator inſignis; & vates, & vaticinij Deus, vt cæca putauit antiquitas, vndè cum lyra pingitur, cum arcu, cum grypho æneo, ſeu clypeo; nam præter Gryphem, coruum quoque habuit, cycnumq; in tutela. Phœbus

Digitized by Google

etiam dictus, & Sol. Natus dicitur in Delo inſula eodem partu cum Diana, quæ & Phœbe: quò Latona parens ex longo errore, & fuga cùm eſſet vicina partui, fugit, ibiq́; gemellos peperit; vel in Delphis, vt alij; vel Tegyræ, vt *Plutarch.* Hic adultus Pithonem ſerpentem ſagittis occidit. Lege *Ouid.* 1. *met.* longiùs fabulam exſequentem: tum Cyclopes, cuius cauſſa aliquandiù diuinitate priuatus, armenta Admeti Regis pauit in Theſſalia. V. *Admetus, & Amphriſus.* Sunt autem qui dicant per nouem annos illius armenta Apollinem pauiſſe, vt eius filia frui poſſet. A Mercurio citharam dono accepit, cui virgam pro pari gratia oſtendit, quæ deinde Caduceus dictus fuit. Daphnem adamauit, quam cùm fugientem inſequeretur, in laurum conuerſam vidit. Lege *Ouid.* 1. *met.* V. *Daphne.* Coronidem compreſſit, ex qua Æſculapium ſuſcepit. *Id.* 2. *met.* In bello Giganteo ſe in coruum mutaſſe dicitur ob timorem, vt *idem* teſtis eſt *Author lib*, 5. Cum Pane de muſica decertans, victor exiſtens, arbitrum Midam aduerſantem ſibi, aſininis inſigniuit auribus. Tum cum Neptuno in hominem conuerſus mœnia Troiæ cępit exædificare. Lege *eundem lib.* 11. *met.* Vicit deindè Marſiam tibicinem, à quo laceſſitus fuerat tibiæ cantu, quem quoque victum excoriauit. Medicinæ vſum primus intuliſſe, & propterea Deitatem meruiſſe dicitur. Author fuit carminis, & muſicæ; vndè à poetis Numen ſibi captum eſt; eumq́; Muſis præeſſe dixerunt. In Rhodo Coloſſum habuit inſignem. V. *Rhodus.* Tandem varia ſortitus fuit nomina à locis, vbi colebatur. Romę in prima regione ædem habuit, & aream; vicum à ſe denominatum in regione quarta; ædiculam in quinta; templum in 6.; alterum in 9. in qua etiam ædem; vicum alterum in regione 10. vbi quoque templum cum titulo Apollinis Palatini, dedicatum ab Auguſto, vbi lychnuchi pendebant inſtar arboris mala ferentis, cum porticu, & area, in quo eius erat ſimulacrum cum alijs Scopæ opus; Ædem in regione 11. cum titulo Apollinis medici; vbi quoque area. Præter hæc Romæ itidem illius ſimulacra plura fuere: apud regionem octauam ipſius ſignum ex Apolonia à Lucullo tranſlatum, altum cubitos 30. ſiue 32. alterum cum Battone adorante in templo Concordię; alterum Latonę puerperæ ipſum Apollinem, & Dianam ſuſtinentis; & alia penè innumera. Apud Actium Octauius Auguſtus illi templum, niſi ſuſcitauit, reſtaurauit quidem magnificentiùs. V. *ſupra, Actium.* Templum verò ipſius Apollinis apud Palatium Romæ fuit magnificentiſſimum: deſcribitur autem à *Prop.* 4. *eleg.* 1. Lege *Gyraldum ſyntagm.* 7. *vbi multa diffuſiſſimè de Apolline*, & meminit *Hor.* 1. *od.* 31. *& alij.* Sed ad

Synon.

Phœbus, i. V. *ſuo loco.* Sol, is, quamvis aliquando diuerſus ſit apud poetas, vt eſt in fabulis. V. *Sol.* Pæan, is. Implorat Pæana ſuum conterrita Delos. *Claud.*

Delius, à Delo inſula, in qua natus, & cultus deinde fuit, & vbi oracula habita certiſſima reddebat. V. *Delos.* Fulſerit hic niueis Delius alitibus. *Tibullus.*

Ara Dei cornibus frequens. *Mart.* 1. *ep.* de illa intelligit, quæ in Delo ab ipſo quadrimo ex cornibus cynthiadum caprearum à ſorore interfectarum compacta. Lege *Plut. de animalium ſolertia, & in vita Theſei, & Polit.* 52. *miſcell.* Epidelius Apollo. Lege *Gyrald. ſyntagm.* 7.

Lyciæ ſortes, ab oraculo in templo eiuſdem Apollinis Lycij celeberrimo. *Virg.* 2. *AEn.* Hinc: Lycius Deus. *Prop.* 3. *eleg.* 1. Horarius Deus. *Lycophr.* quod horas diſtribuit, ſed ad Solem potius ſpectat. Sciaſtes, Orchius, Telphuſius. *Idem.* Cynthius, à monte Deli, apud quem parens illum cum Diana enixa eſt.

Paſtor ab Amphriſo. *Virg.* 3. *Georg.* quod Admeti armenta pauerit propè Amphriſum amnem. Delius vates. *Id.* 6 *AEn.* Deli præſes. *Sophocl.* Autor carminis. *Tib.* 2. *eleg.* Præſes Delphi. *Ouid.* 10. *met.* à Delphis, vbi etiam oracula erant certiſſima. V. *Delphi.* Delphicus, i. *Ouid.* 3. *faſt.* Delphicus Deus. *Sen.*

Latous, i. *Hor.* 1. *od.* 3. à matre Latona: ſic. Proles Latonia. *Ouid.* 8. *met.* Latoides. *Stat.* 1. *Theb.* Latonæ decoræ germen aureo vultu. *Ariſtoph.* Latoius. *Ouid.* 11. *met.* Latonigena. *Id.* 6. *met.* Latonæ genus. *Virg.* 12. *AEn.* Stirps Latonia. *Ouid.* 3. *triſt.* 2. Latonæ filius, & Iouis. *Hom.* 1. *Iliad.* Latonæ puer. *Hor.* 4. *od.* 6. Latonia maximi Magna progenies Iouis. *Catull.* Latous pater vatum. *Stat.* 1. *ſilu.*

Aonius Deus, quod Muſis Aonijs præeſſet. *Ouid.* 1. *de art.* Clarius Deus, ab inſula Claro, vbi colebatur. *Id.* 2. *de art.* vel ab vrbe. Deus fatidicus. *Id.* 2. *faſt.* Vates Cirrhæus. *Iuuen. ſat.* 2. à Cyrrha vrbe ſub Parnaſſo, quæ illi ſacra. Deus Cirrhęus. *Claud. in præfat.* Deus vatum. *Ouid.* 1. *eleg.* 8. Deus fata canens. *Id. epiſt.* 20.

Thymbræus pater vatum. *Stat.* 1. *ſilu.* à Thymbra propè Troiam, vbi colebatur ſolemni templo, in quo nuptiarum prætextu Achilles fuit interfectus. Muſarum Imperator. *Nonn.* Princeps modulationis. *Anthol.* Artis ſagittariæ Rex. Canorus lyræ Rex. *Argent.* Agyleus decus camœnæ. *Hor.* 4. *od.* 6. vel Agyeus. Intonſus Deus. *Prop.* 3. *eleg.* Arcitenens Deus. *Virg.* 3. *AEn.*

Pithius. *Prop.* 2. quod illi dicata Pithia ob Pithonem ſerpentem interfectum: fabulam lege apud *Ouid.*

Ouid. 1. *met.* Lege *Gyrald. ſyntagm.* 7. *Hor.* 1. *od.* 16. & *Prop.* Pithius in longa carmina veſte ſonat. Deus veridicus. *Sen.* Deus Ortygius. *Ouid.* 3. *triſt.* 2. idem, quod Delius. V. *infra*, *Delos*.

mintheus. *Ouid.* 6. *faſt.* à muribus interfectis. Crinis enim (ſic dictus homo quidam) Apollinis Sacerdos, cùm ipſius ſacra negligeret, à terreſtribus muribus agrorum fructibus eſt priuatus; cuius detrimento, damnoq; commotus Apollo, bubulco cuidam Hordæ nuncupato iuſſit, vt Crinin Sacerdotem moneret de peragendis ſacris; quod cùm ille feciſſet, Apollo mures ſagittis confixit, hinc Smintheus cognominatus, quòd Sminthas Cretenſes mures appellent. Lege *Gyrald. loco citato*.

Cuſtos Soractis. *Virg.* quod in Soracte monte coleretur. Medicæ repertor opis. Leucadius Deus *Ouid.* 5. *triſt.* 3. quòd apud Actium, propè quod Leucas eſt, coleretur. V. *ſuis locis*. Qui citharam neruis, & neruis qui temperat arcum. *Ouid.* 10. *met.* Phœbeus arcus, contentum pro continente. Phœbeo domitus Pithon cùm decidit arcu, Membraq; Cirrhæo fudit anhela iugo. *Claud. in praf. in Ruf.*

Mitras, apud Perſas. V. *Sol.* Horus, apud Ægyptios. Lege *Gyrald.* Actius Phœbus. *Prop.* ab Actio. Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crines ſolutos, Qui Lyciæ tenet Dumeta, natalemq; ſiluam Delius, & Patareus Apollo. *Hor.* 3. 4. Nec non qui Tripodas mouet frater Virginis aſperæ; ideſt Dianæ. *Sen. in Med.* Dianæ frater; Phœbes germanus, *ex eod.* Theſſali pecoris magiſter. *Id. in Hipp.* V. *ſuperius*. Paſtor ab Amphriſo, &c.

Lucidum Cæli decus, pro Sole. V. *ſuo loco*. *Sen. in Oedip.* Et numquam humeris poſiturus arcum. *Hor.* 3. 4. Diue, quem proles Niobæa ſenſit. *Id.* 4. 6. Filios enim duodecim Niobes ex Amphione ipſe ſagittis confodit cum ſorore. V. *Niobes*. Doctor argutæ fidicen Thaliæ. *Ibidem*. Paſtor Pheræos Delius pauit greges. *Sen. Herc. fur.* Cui Delphica tellus, & Claros, & Tenedos, Patareaq; regia ſeruit.

Multis autem Græciæ, Aſiæq; locis olim colebatur Apollo, vndè ſibi epitheta ſumit, & ſynonyma; ſed ne longior, conſule *Gyraldum dicto ſyntag.* 7. Qui Paridis tela direxit. Gryneus, à Gryneo nemore illi dicato. *Virg. ecl.* Pharetriger Rex. *Sil. It.* Cirrhæ dominus. *Strozz.*

Latonæ geniti numina. *Homer. Iliad.* 1. Pater auricomo ſpectabilis arcu, Qui Chryſam, Cillamq; tenes loca ſacra potenti, Quiq; manu Smintheu Tenedo dominaris aquoſæ. *Ibidem.* Malcoticus Apollo, à Maleæ promontorio, in cuius vertice Maleus Rex illi templum ſacrauerat. V. *Malea*.

Epith. Formoſus, pulcher, augur, crinitus, intonſus, Palatinus, flauus, iuriſperitus, roſeus, certus, vates, Citharæ pulſator, paſtoralis, facundus, ruralis, canorus, bubulcus, mitis, Diuinus, Tegeæus, ſagax, Latialis, vocalis, doctus, Actiacus.

Apollinares ludi.

De quibus V. *infra*. ludorum genera, à Romanis inſtituti, vt *Liuius* narrat *lib.* 25. & *Macrobius lib.* 1. *Satur. cap.* 17. Qui cum primo Romæ celebrarentur ex vaticinio Martij vatis, & carmine Sibyllino repentino hoſtis aduentu plebs ad arma excitata hoſti occurrit: eoq; tempore nubes ſagittarum in aduerſos viſa ferri, quæ hoſtes fugauit, denique victores Romanos ad ſpectacula Dei ſoſpitalis reduxit; hinc exiſtimat *Macrobius* Victoriæ, non peſtilentiæ cauſſa Ludos inſtitutos Apollinares oblitus, quod dixerat prius Ludos inchoatos, cùm ab hoſtibus aggrederentur. Eamdem ob cauſſam à Siculis adoratus olim Apollo, quem Libyſtinum, ſiue Libyſſinum dixere: cùm enim ad Pachinum Siciliæ promontorium Libyci inſulam inuaſuri, appuliſſent, Apollo, qui ibi colebatur, ab incolis inuocatus, immiſſa hoſtibus peſte, cunctis penè ſubita morte interceptis, Libyſtinus ipſe fuit cognominatus: hi celebrabantur pridie nonas Quinctilis.

Ludi ſacri Phœbo. Feſtoſq; dies de nomine Phœbi inſtituam. *Virg.* 6. *AEn.* celebratiores autem facti ab Auguſto poſt Actiacam victoriam. Certamina Phœbo ſacra. His aderat populus laureatus, cuiq; etiam ſtips dabatur, vt *Feſtus* ait, pro cuiuſq; copia. Lege *Roſin. lib.* 5. *cap.* 17. *Antiquitatum Rom.* Romana Pithia, dici poſſunt, vt enim Græci pro interfecto ſerpente illi ludos inſtituerunt, ſic Romani pro fugatis hoſtibus, ſeu peſtilentia.

S. APOLLONIA.

Quæ Alexandriæ nata ad extremam vſq; ſenectam (nonagenaria enim obijt) tàm in virginitate, quàm in fide perſeuerauit, pro qua etiam dentium omnium euulſionem paſſa eſt, & flammas, in quas præcipuo numinis afflatu è perſecutorum manibus elapſa inſiliuit, quibus tandem tamquam aurum purgata, in cæleſte Regnum tranſlata fuit. Cui ſacra ſunt inſtituta 5. Id. Febr. hæc dentium doloribus præeſſe dicitur, vt beneficia à fidelibus per eam accepta ſæpè teſtantur.

Nilotica virgo. Gloria fœminei ſexus Nilotica virgo, Quæ capis antiquo veniens ab Apolline nomen. *Mant.* 2 *faſt.* Tu quoque cæleſtes imitans Apolonia Nympha: vbi detrahit geminatum, l, *idem Mantuan.* Virgo, cui dentes rabidi fodere miniſtri Nomen ab intonſo quæ traxit Apolline virgo, *ex Poetis*. Virgo cui priſcus nomen Apollo dedit Ab Apolli-

neo nomine nomen habens.

APOLLONIA, æ.

Vrbs in Epiro quatuor millibus paſſuum à mari diſtans, quæ Corinthiorum fuit colonia optimis olim legibus inſtituta, quæ vulgò hodie *Valonia*, ſiue *Valona* nominatur; quam (vt *Strabo* refert) Corinthij, Coryceique, vel Corcyrei potius condidere, ab Acante fluuio ſtadijs decem diſſita. In huius vrbis portu Venetæ triremes anno ſalutis Chriſtianæ 1638. decem, & octo Biſertanas triremes perdiderunt mirabili quidem victoria, claſſis imperatore Marino Capello.

Valona, æ. Apollinis vrbs. *Ouid. 2. triſt.* Sed illam Ponti intelligit. Apollinea littora, Apollinei muri, &c.

Eſt etiam altera in Macedonia prope Pellan, in qua Auguſtus Cæſar Græcas litteras didiciſſe fertur, per quam D. Paullus ſacri buccinator Euangelij tranſijt. Achedoro tantùm fluuio à Theſſalonica diuiſa. Eſt etiam alia in Creta, alia in Ponto, in Thracia, in Idumæa, in Troade, & alijs prouincijs.

SS. APOSTOLI.

Ij dicti ſunt, qui veritatis lumen nobis in tenebris oberrantibus primum intulere, quorum nomina non tàm in libro vitæ, quàm apud Chriſtianum orbem notiſſima ſunt. V. *ſuis locis vnumquemq;.*

Iuris Apoſtolici proceres. *Arator.* Biſſeni proceres. *Vida. in Chriſt.* Senatus Apoſtolicus. *Prud.* Apoſtolico fulgens honore. Biſſeni Heroes. *Vida.* Lecti Chriſto proceres.

Biſſeni magiſtri. *Bemb.* Petriq; ſodales. Turba duodena. Biſſena virum vis. Bis ſex ſocij. Sic vt Apoſtolici ſemper duodenus honoris Fulget apex numero menſes imitatus, & horas. Biſſenos ſibimet Chriſtus delegerat omni ex numero. *Vida.*

Satores fidei. *D. Ambroſ.* Fundamenta fidei. Columnæ mundi. *D. Ignat.* Lucernæ mundi. *D. Greg. Nazianz.* Splendentia lucis ſpicula. *Idem.*

APIVM, ij.

Herba eſt amari ſucci folia habens petroſelino ſimilia, ſed aliquanto maiora. Hac olim herba conſueuit Achaia in ludis Olympicis victores coronare; nec non in ludis Nemeæ; olim quoque monumenta defunctorum apio coronabantur: tum in cœnis funebribus præter legumina illud quoque apponebatur, quod contra ebrietatem facere exiſtimabant.

Phylli nectendis apium coronis, &c. *Hor. 4. od. 2.* V. *Lambinum* hoc loco multa differentem. Floribus, atque Apio crines ornatus amaro. *Virg. eclog.* Lege *Plin. lib. 20. cap. 11.* Neu deſint epulis roſæ, neu viuax apium, neu breue lilium. *Hor. 1. od. 36.* Nemæa herba, quod qui victores in ludis Nemeæis extitiſſent, apio coronabantur, hinc victoriæ Nemeææ ſymbolum, ſiue hieroglyphicum fuit. Lege *Pierium lib. 52.* Inferis herba ſacra. Luctus indicium herba. Herba luctuoſa, funebris, lugubris, feralis, & huiuſmodi dici poteſt, *ex hiſt.* Selinum, i, Græcè. V. *Athen. lib. 2. & alibi.* Herba leonis. *Pind.*

Epith. Viride, vdum, viridans, viuax, triumphale.

APPARATVS, us.

Paratus, us. *Ouid. 3. faſt.* Pulcroque inſtructa paratu. *Id. 4. met.* Cultus, us. *Id. 6. met.* Inſtructio, is. Structura. Rerumq; graues paratus. *Stat. 2. Theb.*

APPARITIO. V. *Viſio.*

APPIA VIA. V. *Via.*

APRILIS, is.

Qui ex ordinatione Romuli ſecundus anni menſis fuit, ita dictus, vt plerique ſentiunt, ab aperiendo, quòd tunc terra videatur aperiri, & flores, & germina emittere. Veneri ſacer erat, fortaſsè quod ſicut Marti primus dicatus fuerat menſis Romuli genitori; ſic alter à primo Veneri, è cuius ſanguine Æneadum veniebat progenies. Sed ad feſta, quæ hoc menſe olim à priſcis Romanis celebrabantur progrediamur, tùm ad Synon.

Calendis Aprilis Veneri ſacrum fiebat, cum floribus, & myrto, & mulieres fertis myrteis redimitæ lauabantur; cuius rei cùm *Plutarch. in Numa*, tùm *Ouid.* meminit 4. *faſt.* qui etiam cauſſam ſub fabula adtexit. Eodem die ture ſacrificium fiebat Fortunæ virili à virginibus, cuius cauſſam recitat *Ouid. ibid.* quod virgines viro maturæ in eius templum ducerentur, & ibi depoſitis veſtibus omnia corporis vitia detegerent, ſperantes fore, vt ea Fortunæ beneficio viros laterent. Diſcite nunc quare Fortunæ tura virili Detis eo, gelida qui locus humet aqua, &c. Placabatur quoque eo die Venus Verticordia, vt animos ab illicito amore auerteret. *Id. Ouid.* cū papauere lacte trito, & melle id ſacrū fiebat.

Prid. Non. Aprilis. Erant ludi Matris magnæ Deū, qui Magalenſes dicebantur, & Megaleſia, qui deſcribuntur *ab Ouid.* Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit, & Ideæ feſta parentis erunt: Ibunt ſemimares, & inania tympana tundent: & quæ ſequuntur. In his autem ludis ferè comœdiæ exhibebantur, vt tituli Terentij comœdiarum indicant, vndè *Ouid.* Scena ſonat, ludiq; vocant ſpectare Quirites, Et fora Marte ſuo litigioſa vacent. De his ludis lege *Alex. ab Alex. 6. Genial. cap. 19.* qui per ſex dies durabant ad 5. Id. ſcilicet.

VIII. Id. Apr. Dies conſecrationis Templi Fortunæ publicæ in colle Quirinali, vt *Ouid. ibid.*

VI. Id. Ludi erant ob victoriam Cæſaris de Iuba. *Ouid.*

V. Id.

Id. Ludi Cereris, qui etiam proximo die fiebant in Circo, & Prid. Id. Ludi Cereris; in quibus repræſentabatur à matronis luctus Cereris ob raptam Proſerpinam, & eius peregrinatio cum face quæritantis filiam. Pompa producebatur cum Deorum ſignis, & ouo. De his ludis lege *Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 19., & alios.* Fiebant autem hi ludi à pridie Idus Aprilis per dies octo in Circo, proximo poſt Circenſes die; quod *Ouid.* teſtatur 4. *faſt.* Hinc Cereris ludi non eſt opus indice cauſſa, &c. in quibus equeſtria certamina exhibebantur. V. *Cerealia.*

Idibus Apr. Ioui victori, & Libertati ſacra fieri conſueuerant ob templorum ædificationem. *Ouid.*

XVII. Cal. Maij fordicidia erant: fordæ enim vocabantur boues prægnantes, quæ plures in Curijs ea die publicè immolabantur. *Idem.* Pars cadit arce Iouis Terdenas Curia vaccas Accipit, &c. Eodem die Virgo Veſtalis maxima cremabat vitulos, quorum cinis ſeruabatur in templo Veſtę, vt indè ſuffimen fieret, quo populus Palilibus purgaretur, cuius moris meminit *idem*

XVI. Cal. Octauius Auguſtus Imperator ſalutatus eſt. *Idem.*

XIV. Equiria erant in Circo maximo, & vulpes cum ſtipulis ardentibus in Circo mittebantur. *Ouid.* de Equirijs. V. *Februarius.*

XIII. Cal. Cerealia erant. V. *Cerealia.*

XI. Cal. Palilia erant. V. *Pales.* deſcribuntur autem copioſiùs ab *Ouid.* 4. *faſt.*

IX. Cal. Vinalia priora erant: Vinalia, inquit *Varro*, à vino. Hic dies Iouis, non Veneris; in quo die, vt *Feſtus* eſt author, vinum nouum Ioui libabat: alij diuersè ſentiunt. Hoc die meretrices ſacrificabant Veneri Erycinę. *Ouid. vt ſup.* quo etiam multum vini effundebatur è templo Veneris, quem morem explicat *Plutar. Quæſt. Rom.* 45.

VII. Cal. Robigalia erant. V. *Rubigo; & Ouid. eod. loco* copioſiſſimè explicantem.

IV. Cal. Floralia erant, quæ, vt inquit *Plin.* 18. *c.* 29. inſtituerunt Romani anno vrbis 516. ex oraculo Sibyllæ, vt omnia benè defloreſcerent. Hunc diem *Varro* determinat Sole tauri partem quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges, & omnia, quæ florebunt lędi neceſſe erit. *Ouid. vt ſup.* quæ tamen Floralia cum primum menſe Aprili celebrarentur, poſtea in Maium tranſlata ſunt. V. *ſuo loco; & Ouid.* 5. *faſt.* Lege *Alex. ab Alex. lib.* 6. *cap.* 8. *& Roſin.* 5. *cap.* 15.

Prid. Cal. Maij ſacrum fiebat Veſtę Palatinę. *Idem.* Sed ad

Synon.

Menſis Cythereius. *Ouid.* 4. *faſt.* quod Veneri ſacer menſis. Menſis Veneris. *Ibidem, &* 1 *faſt.* Idus menſis Veneris, *Hor.* 4. *od.* 11. Aprilis, ſiue Apriles nonæ, Idus, Calendæ, dies, luces, Soles, tempora, &c. Calendæ Cythereiæ. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus, & aduerſo cedens Canis occidit aſtro. *Virg.* 1. *Georg.* Nam cornua tauri Menſe calent. *Balb.* V. *Sol in Tauro in Zodiaco, infra.* Natales Ouidi tuos Apriles. *Mart.* 9. *ep.* 53. Quartus menſis, ex conſtitutione Cæſaris. *Ouid.* 4. *faſt.* Cæſar in Aprili quod tuearis habes. *Ibidem.* Sic Venerem gradibus multis in gente receptam Alterius voluit menſis habere locum. *Ibidem.* Menſis Aprilis Veneris marinæ. *Hor.* 4. *od.* 1.

APTVS, a, um.

Idoneus, a, um. Accommodus, a, um. Habilis, e. Opportunus, a, um. Bello viridis manus, ideſt apta bello ob viridem ætatem. *Stat.* 3. *Theb.*

APVLIA, æ.

Italiæ regio duplex Adriatico mari contermina, diciturq; Apulia Daunia ita nuncupata à Dauno Pilumni, & Danaes filio, Turni auo, qui in ea regione regnauit; qui etiam fluuio dedit nomen: altera Apulia Peucetia, à Peucetio Oenotri fratre vocitata, quæ proxima, & finitima eſt Calabriæ; de qua V. *ſuo loco.* In priore Apulia, quæ Aufido flumio interluitur: hæ ſunt vrbes celebriores.

Sipontum, i, iuxtà Garganum montem à Diomede ædificata, ſic ob ſepiarum multitudinem, quæ ibi capiuntur, dicta: à quodam autem Manfredo reſtauratore Manfredonia deinceps dicta, quæ licèt arcem haberet inuictam, paucis tamen ante annis Turcarum patuit incurſionibus, nec non diritati. Hinc: Sipontini populi, dicitur etiam Sipontinus portus. Apeneſtre, es. *H. Iun.* Vrbes. Luceria, æ, vrbs, & Colonia Dauniorum. Nuceria, opp. Troia, æ, opp. olim opulentiſſimum agri fœcundi, & Ducatu inſigne. Aſculum, i, opp. memorandum clade illata Pyrrho à Curio, & Fabritio Coſſ. Romanis, vulgò *Aſcoli in Puglia.* Salpe, ſiue Salpiæ, arum. *Ptol.* apud Ionium pelagus, quæ Salapia, æ. *Plin.* dicitur. Arpi, orum, quæ *Seruio in* 7. *AEn.* primo Argi, poſt Argyripa, deindè Arpi dicta eſt vrbs à Diomede condita, quam prius Argyro'iphum, vel Argos Hippium vocauit, deindè Argyripam. Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris. *Virg.* 11. *AEn.* Vrbs Diomedæa, *ex eod.* Arpi diſerti. *Mart.* 4. *ep.* 55. Diomedis vrbs. *Virg.* 8. *AEn.* Argyrippum. *Strab.* Agri Iapygis. *Virg.* 11. *AEn.* Lampe, es. *Steph.* dicit. Apina, & Trica, æ, oppida.

Peucetiæ Apuliæ oppida.

Barium, ij. V. *ſuo loco.* Canuſium, ad Aufidum fluuium oppidum vulgò *Canoſa*, rutilæ lanæ ferax, quæ indè Canuſina dicitur, ex qua qui veſtes geſtabant Canuſinati dicebantur, vndè *Mart.* 14. *ep.* 127.

ep. 127. Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo Munus erit: gaude: non citò fiet anus. & *lib.* 9. 23. Vt Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet, &c. Celia, æ, ſiue Cilia. *Ptol.* Cilium, i, vulgò *il Ciglio*. Hytia, æ, ſiue potius Hyria à Cretenſibus condita, cuius meminit *Herodot. lib.* 7. cuiuſque gentile Hyrieus, vulgò *Oria*. Polinianum, i, opp. Epiſcopatu inſigne, ſaxoſa rupe ſitum, lautum tamen, populoq; frequens. Mola, æ, frequens quidem ædificijs, ſed colonis agreſtibus. Iuuenatium, ij, vrbs Epiſcopalis agro fertili. Vigiliæ, arum, ad littus præcelſis in rupibus oppidum Epiſcopale. *Biſegli*. Monopolis, vrbs noua Marchionatus titulo celebris; cuius ager eſt olei feraciſſimus. Trinium, ij, quod nunc Tranum appellant Archiepiſcopalis ciuitas, olim ædificijs celeberrima, nunc penè deſerta, à cuius agro ſiluæ olearum, & Amygdalorum Tarentum vſque protenduntur. Venuſium. V. *ſuo loco*. Venafrum. V. *ſuo loco*. Oſtunum, i, populo frequens, parnoq; in colle ſitum. Barulum, i, vulgò *Barletta*; inter quatuor Italiæ caſtella numeratur.

Fluuij.

Aufidus, i, Amnis in Apulia Daunia, qui ex Hirpinis montibus oriens, & Canuſium vrbem præterlabens in Adriaticum mare ſeſe exonerat. *Plin.* à quibuſdam Canna, quo nomine vicus ei ſupereminens vocatur, celebris Romanorum clade, quæ Cannenſis dicta à cunctis Romanæ Hiſtoriæ ſcriptoribus memoratur. Qua violens obſtrepat Aufidus. *Hor. epod.* 3. 30. & Adriacas, qui verberat Aufidus vndas. *Lucan.* 2. *Pharſ.* Aufidus infamis Romano ſanguine factus. *Hor.* Acer, longè ſonans, tauriformis, epith. Daunus, i, fluuius. Et qua pauper aquæ Daunus Agreſtium Regnauit populorum. *Hor.* 3. 30. Qui regna Dauni perfluit. *Id.* 4. *od.* 14. Matrinus, Apul. fluuius, qui Heluinus. *Plin.* dicitur. Phiternus, i, ſiue Triſernus. *Plin.* in Apul. Daunia. Mandurium, lacus Apuliæ Dauniæ.

Montes.

Garganus, i. V. *ſuo loco*. Phiternus mons, ſiue Tiſernus. *Plin.* in Apulia Daunia. Diomedeæ inſulæ. V. *Inſula*; propè Apuliam ſunt in ſinu Adriatico. V. *Adriaticum*.

Synon.

Agri Iapygis. *Virg.* 11. *AEn.* Iapygia, æ, vtraque dicta fuit Apulia ab Iapyge Dedali filio, qui primus illic regnauit, poſt quem Daunus, tum Diomedes euerſa Troia: & hæc etiam à Græcis Meſſapia dicta, vnde. Meſſapia arua. *Ouid.* Vendit agros ſed maiores Apulia vendit. *Iuuen.* Huius deſcriptionem priſcam habes apud *Plin. lib.* 3. *cap.* 11. Daunia, æ. *Hor.* 2. *od.* 1. ſic Daunia tellus, terra, humus, ora. Daunia Regna. *Sil. Ital. lib.* 14. Littus Matinum. *Hor.* 1. *od.* 28. Apula terra. *Mart.* 2. 46. Sunt qui ſcribant Appula, vnde communis eſt prima ſyllaba. Appula tellus. Apuli campi. *Mart.* 10. 74. Apulus, i, qui ex Apulia eſt. Regna Dauni Apuli. *Hor.* 3. 14. Regnum Argiui coloni. *Mart.* 4. 57. Sed in eo loco Dauniam intelligit propè Ardeam à Dauno Turni patre, Dauni Apuli filio dictam regiunculam: ſic enim ille: Tu colis Argiui Regnum, Fauſtine, coloni Quo te bis decimus ducit ab vrbe lapis; in Apuliam enim non bis decimus, ſed bis centeſimus, & vltra lapis eſt ab vrbe.

Epith. Siticuloſa, arida, ſicca.

Iapyges, pop. Apuli, ſiue Appuli. Daunij. Peucetij, &c.

AQVA, æ.

Quam rerum omnium principium *Thales* poſuit: vndè à *Sen. in Oed.* Per te pater Neptune; & ab illo. Oceanusq; pater rerum: omnia enim ipſe Philoſophus ex aquis putauit generari, & nihil ſine humore naſci poſſe. Indè in nuptialibus ſacris aquæ, & ignis olim adhibita Sacramēta, quæ calorem, & humorem ad fœtum denotarent. In aquis tamen perire, dedecus cenſebatur olim, idque genus mortis deteſtabātur, qui cùm animam igneam eſſe crederent, aquis illam prorſus extingui putabant: in quo ſanè mortis genere nemo poteſt ſuæ fortitudinis ſpecimen dare. Plerumque tamen in ſacris aqua adhibebatur: nam & expurgari adeuntes ad ſacra ſolitos aquæ inſperſionibus, legimus, in qua torrem ex altari, vbi rem diuinam feciſſent, prius extinxiſſent; quæ Chernips diceretur (*ex Gyrald. ſynt.* 17.) ſcribit *Seruius* 4. *AEn.* quòd qui ſuperis ſacrificabant, abluebantur. Donec me flumine viuo Abluero: vt dixit Æneas apud *Virg.* Quem morem à ſacris Hebræorum vſurpauerat Ethnicus, vt in ſacris videre licet. Aquam autem Romani de fonte Iuturnæ, qui circa Numicum labitur in omnibus ſacris adhibebant, vt *Seruius* ſcribit *in* 12. *AEn.* Eam verò aquam ſuper terram poſuiſſe, piaculum, ac triſte omen erat. Ideò vas ore lato, & fundo anguſto, quod ſtare non poſſet, & quo hauriebatur aqua; adhibebant: quod tamen aliquando in manibus geſtabant Virgines Veſtales, & Veſtalium famulæ, nec non Camilli, flaminum ſcilicet pueri matrimi, & patrimi coronati tamen: de Iuturna V. *ſuo loco*. Athenienſes verò aquam ſumebant ex Callirrhoe fonte magnæ religionis in maximis ſacris, & ſponſaliorum cæremonijs; in quibus aliam adhibere nefas eſſe cēſebatur, Deli incolæ ex Delij Apollinis templo, quam ad alios vſus adhibuiſſe, magni criminis inſtar erat. Græci ex Eleuthero flumine, qui apud Syriam eſt; Troezenij ex Hippocrene; Perſici Reges ex Choaſpe, quam peregrè profecturi ſecum

ſecum etiam ferebant. Arabum Reges ex Euleo, qui ortus à Medis præcipuo ſiquidem nitore fluit; Ægyptij ex Nilo. V. *Nilus*. Babylonij ex eodem,& Iſtro, & alijs. Aquæ verò ſacra, ſic à Perſis peragebantur: ad lacum, vel flumen, vel fontem ſcrobe facta, ibi hoſtiam iugulabant, cauentes, ne quid proximè aquam ſanguine cõtingeretur (alioquin pollutum ſacrificium cenſebant) poſteà immolatis carnibus myrto, lauroq; ſuperimpoſitis, eas Magi virgis ſubtilibus cremabant, & imprecationibus quibuſdam factis, oleum lacte,& melle mixtum inſpergebant: non in aquam, neque in ignem; ſed in terram. Verùm cætera huiuſmodi lege apud *dictum Gyrald.* ad noſtra properemus. De aquæ qualitatibus conſule ex qualitatibus *Athen. lib. 3. & alibi*. Aqua verò adhibebatur olim ad vinum miſcendum, dum accumbebant etiam Dij. Lege *Ouid. 1. faſt.* 409.

Liquor,is. Roſcidus humor. *Anthol.* Pocula Acheloia. *Virg. 1. Georg.* figurate. Ros Acheloius. *Euripid.* Humor,is. *Virg.* Fontanus liquor. *Orph.* Fluuius,ij, continens pro contento: fluuij recentes. *Id. 3. Georg.* Lympha,æ. *Idem*. Deus Indorum. *Nonnus*.

Latex,is,& latices. *Poet.* Vnda,æ, *ijdem*. Ros,is,& rores. V. *infra ſuo loco*. Achelous. *Ouid. 5. faſt.* figur. Liquor aquæ. *Virg. in opuſc.* Fons,tis, continens pro contento: ſic flumen, amnis, &c. V. *ſuis locis*. Ros Acheloi. *Euripid.* forſitan ob aquæ bonitatem hic fluuius alijs præponitur. Circumfluus humor. *Poet.* Contrarius ignibus humor. Liquores gelidi. Cęruleæ guttæ, aqua Cæleſtis. V. *Pluuia*. Molli lapſu per ſaxa ſonans, *ex poet.*

Epith. Calida, frigida, ardens, craſſa, guſtata, nitida, nitrata, pota, ſubita, rigida, periens, decocta, offenſa, furtiua, gelida, immunda, niuea, rigens, tepens, tacita, dulcis, alma, argentea, iugis, vitalis, concreta, facilis, larga, laudata, laborata, amatrix apud *Mart.* Strepens, torrens, iacens, æquorea, marina, pluuialis, ſaliens, fontana, ciſternina, fluens, fluuialis, pura, properans, canora, cærulea, tumida, limoſa, ſalutifera, viridis, mollis: & alia penè innumera apud *Textorem*.

Attribuuntur quoque illi à locis epitheta: Heſperia, Caſtalia, Hyanthea, Baiana, Lethęa, Inferna, Stygia, Cyrenęa, & huiuſmodi.

Lymphaq; fumifico ſulphure tincta calet. Aquam acetoſam, vt vulgò *Rutil.* vel huiuſmodi. Aqua caduca, apud *Front.*, *ritorno d'acqua*.

Aqua benedicta.

Qua nos fideles ex Apoſtolorum inſtitutione, & Alexandri I. Pontif. decreto vtimur ad dæmones fugandos, morbos depellendos, & alia ſacra luſtranda; in cuius benedictionem poſt exorciſmum ſalem ſacrum inijcimus ter in modum Crucis formato ſigno; cuius virtutes noua Chriſtianorum Eccleſia Iaponica, Indica, & Sinenſis, varijs teſtantur exemplis.

Luſtralis aqua, *ex Virg. 6. AEn.* Vnda pura. *Ibidem*. Lympha luſtralis. *Benciu*s. Lympha ſalubris, *ex eod.* Luſtralis liquor, vnda. *Poet.* Ros pius. Rore pio caput aſpergo. *Pontan.* Se flumine ſacro abluit, & frontem, pectuſq;, manuſq;, *ex Virg.* Fontem irrorat cæleſtibus vndis. Luſtrali frontem tingens aſpergine lymphæ. Luſtrali flumine vultum irrorat, *è ſacra poeſi*.

Aqua Virgo.

Quam ſeptimo ferè ab vrbe lapide in vrbem deduxit in Ædilitate ſua M. Agrippa: aquæductu egregiè conſtructo. Dicta autem fuit Virgo à Virguncula quadam aquę ſcaturiginem indicante viris ad aquas exquirendas ablegatis. Porrò magnificentia Agrippę meminit *Plinius*, pręſertim cùm multa ex operibus, quæ ab ipſo *Plinio* narrantur annuo ſpatio facta fuerint; quorum nonnulla annum per ſe deſiderarent. Virgo lympha. Virginei riui. Virgineæ vndæ.

Aqua odora.

Myrteolæq; fluet lucidus humor aquæ. *Pontan.* nempè è myrti floribus. Floreus liquor, humor, *ex poet.* Spargit odoratas, quas liquit de floribus vndas. Lymphæ odoriferæ. *Poet.* Aqua roſacea. V. *Roſacea aqua*. Ex citreis floribus humor ductus. *Poet.* Laboratæ è floribus aquæ, liquatæ, &c. *ex poet.*

AQVÆDVCTVS.

Arcuata opera ad aquam in vrbes, balnea, & hortos deducendam, excogitata; in quibus tamen præter Romanos, rari excelluerunt: qui ab vrbe condita per annos 441. vſu aquarum, quas aut ex Tyberi, aut ex puteis, fontibuſve hauriebant, contenti fuerunt. Verùm, vrbe quotidie creſcente, & aquæ penuria laborante, aliæ à longinquis regionibus in vrbem deriuatæ ſunt aquæ. Ex quo factum, vt ex illa aquarum copia ſingulæ ferè domus ſuos fontes habuerint, præſertim ſub Auguſto, deriuatis ex aqua Virgine canaliculis in varias vrbis partes, vt nunc etiam videmus. Ius dandæ, vendendæq; aquæ Cenſorum fuit, Reipub. tempore, & Ædilium Curulium; tum ad Conſules; demùm apud ipſos Cæſares remanſit; vndè *Martialis lib. 9. epig. 19.* Cæſarem Domitianum exorat, vt ex Martia aqua ſibi liceat vndam in ſuos penates, & villam deriuare. Qui Cæſares Curatores aquarum inſtituerunt, primuſq; ab Auguſto Meſſala Coruinus nuncupatus eſt. Primus autem omnium App. Claudius arcuato opere aquam in vrbem perduxiſſe dicitur. Lege *lib. de Aquaduct. Sext. Iul. Frontini; & Plin. lib. 31. cap. 6. & alios*. Aquę tamen

men 10. & aquæductus primarij nouem fuere in Vrbe;quorum meminerimus in vrbe Romæ. V. *Roma*.

Caſtellum, i, locus dicitur, quo aqua confluit ex aquæductu, vulgò *Bottino*. Piſcina. *Front.* Lacus. *Idem,& Plin.* Caſtellarius, qui curam habebat,ne læderetur. Eſt quoq; caſtellum, quòd aquæ reſpiramini fabricatur vulgò *Reſpiratoio*. *Front.* Conceptela,æ. *Idem.* quod caſtellum, & piſcina,& lacus dicitur. *Idem.* Aquagium. *Pompon. Iuriſconſ.* Hydragogia,Græca vox,Alueus,i. *Virg.* Canalis. *Caſ.* Fiſtula plumbea. *Front.*

Viæ aquarum. *Ouid.* 1. *met.* & ſic callis,ſemita,& huiuſmodi aquæ,*ex eodem*. Tubus, ſiue Tubulus. *Varr.* fictilis, aut plumbo ductilis fiſtula,vel lignum canaliculatum teres, per quod aqua corriuatur. Nili,orum,aquarum ductus maiuſculi, ſiue emiſſaria,quales in priuata magnatium ædificia deduci ſolebant ſumptuoſi operis.

Euripi,orum,p.p. Aquarum ductus exiliores in altum ſalientium,qui per tubos, aut fiſtulas deducebantur. Aquarum conceptacula.*Front.* receptacula. *Idem.* Aquarum venæ,ſicut ſanguinis venæ dicuntur, *ex poet*.

Plumbum audax. Teq; per obliquum penitus,quæ laberis amnem Martia & audaci tranſcurris flumina plumbo. *Stat.* 1.*ſilu.*3. Emiſſæ lymphæ per cuncta cubilia. *Ibidem*. Non operoſa rigat Martius arua liquor. *Prop.*3.4. Quid loquar aerios pendentes fornice riuos, Qua vis imbriferas tolleret Iris aquas? *Rutil. in itin.* Aquarius, ij, apud *Front.* qui curam aquæ habet aquęductuũ, ne ſurripiatur,&c. Ductus,us. *Idem.* fons,riuus, &c.apud *eundem*. Riuorum formæ.*Idem.* Grandis gutta. *Mart.*4.47.

AQVARIVS, ij.

Signum cæleſte vndecimum in Zodiaco. Quis autem fuerit nondum conſtat:nonnulli enim fuiſſe Deucalionem reſtantur,alij Cecropem, alij Hylam ab Hercule adamatum: alij tandem Ganymedem Laomedonti fratrem, Troi filium, in quo ferè omnes conueniunt, vt ex ſynon. patebit.Quem ob pulcritudinem per aquilæ miniſterium, in Cęlum rapuit Iupiter, ſibiq; à poculis miniſtrum fecit. V. *ſuo loco*.

Hydrochous. *Catull.*67. Puer vrniger. *Virg. in opuſc.* Aquari ſtellæ. *Arat.* Fons aquari.*Pont.*Iuuenis geſtator aquæ. *Virg. in opuſc.* Radij frigentis aquari. *Mant.* Per iuuenis curres ſigna regentis aquæ.*Ouid.*1.*faſt.* vbi deſcribitur fabula,& ab *Hygino* diffuſius. Puer Idęus. *Id.*2.*faſt.* quod ab Ida monte fuit raptus in Cęlum.

Vrniger Iliades. Iliacus pincerna Ioui puer. Aurea diuinas vrna profundit aquas. *Prop.*2. *eleg.*17. Vrnas reſupinans humentes. Argenteas fundens aquas,vndas,&c.Fuſor aquæ puer Iliades.Troianus ſuperis pocula miſcens. Cui nomen aquæ factum.

Hydrophorus iuuenis, vrnam portans, Græca dictio. Deucalionis aquæ.V.*ſup.in hiſt.* Dilectuſq; Ioui puer. Velut gelidi cum ſidus aquari.*Mant.* Et iuuenis geſtator aquæ. *Virg. in opuſc.* Vrna nimbiferi. *Idem.* Inflexam diffundit aquarius vrnam.

Epith. Frigidus, horridus, radians, humidus, liquens,Iliacus,vdus,triſtis, iuuenilis, humens, fluuialis,frigens,gelidus. V.*Ganymedes*. *Et in Zodiaco*.

AQVILA, æ.

Cuius encomia aliàs progymnaſmate Aphthoniano celebrauimus, vbi multa reperies: hæc olim ſacra Ioui fuit, quod illi ex inſula Naxo contra Titanas proficiſcenti;& in littore ſacrificium facienti, aduolarit, auſpiciumq́; fecerit, immò in capite (vt nonnulli ſcribunt) reſederit. *Seruius* aliam affert cauſſam, quòd illi flumina miniſtrarit,quod ideo fictum eſt, quoniam ales ipſa calidiſſima ſit,adeò vt,oua,quibus incubat, coquere poſſit,niſi lapidem Gagaten, vel Actiten,qui frigidiſſimus eſt,admoueat, vt teſtatur *Lucan.* Fœta tepefacta ſub alite ſaxa. Lege *Gyrald.ſynt.*2. alij dicunt (*ex Athenæo*)Aquilam Ioui nectar potandum præbuiſſe, dum in Creta educaretur in antro. Aquila demum optimum ſemper auſpicium protendit, vt in ſuis Hieroglyphicis teſtatur *Pierius lib.*19. in quo quidem multa eruditionis plena cognoſces:cuius cauſſa,non tam Romani in vexillis vſi ſunt,ſed Perſæ primùm;tum Græci, à quibus mutuati ſunt Romani. Sed piget,quæ aliàs ſcripſimus huc referre.

Ales miniſter fulminis. *Hor.* 4. 4. Qualem miniſtrum fulminis alitem, Cui Rex Deorum Regnum in aues Vagas permiſit expertus fidelem Iupiter in Ganymede flauo, &c. Lege *Lambin. Horatij interpretem*. Ales Iouis. *Virgil.* 1. *AEn.* Chaonij famula Iouis. *Val.Fl.*1. Regina volantum.*Phil.* Ales amorum.*Nonnus*,quod inſeruierit Ioui ad Ganymedem rapiendum, quem ipſe Iupiter deperibat. Hinc etiam: Nuncius Iouis. *Antholog.* Volucris amica Ioui.

Iouis armiger. *Virg.*5.*AEn. Val.Flac.*1.*Arg.* Præpes Iouis. *Ouid.*4. *met.* Volucres Caucaſeæ, à Caucaſo monte,vbi plures ineſſe dicuntur,ad cuius cautes Prometheus vni aquilæ depaſcendus fuerat alligatus. *Virg.eclog.*

Ales regia. *Ouid.*4. *met.* vel quod omnium auium celerrimè volat, vel quòd ſola ex auibus Solem irretortis oculis intuetur, & ſpectat; vel propter eius officia, & fidem erga Iouem. Flammiger ales. *Stat.*8.*Theb.* quòd Ioui fulmina miniſtret. Auis grata Ioui. *Ouid.*5.*faſt.* Auis famula Iouis. *Iuuen.*4.*ſat.*

Re-

Regina volucrum. *Mart.* 5. 56. Caucaſia volucris. *Virg.* Caucaſi volucris. *Augur.* Fuluusq; Tonantis armiger. *Claud.* Magni præpes adunca Iouis. Diuum volucris gratiſſima Regi. Auis, quæ fulmina curuis ferre ſolet pedibus. Quæ implumes natos ſolis conuertit in ortus. *Luc.* 9. *Pharſ.* Phœbea dubios explorans lampade fœtus. Ales ſacra Ioui magnarum gloria rerum. Hic Iouis altiſoni pennata ſatelles Aduolat.

Prædator aduncis pedibus. *Ouid.* 6. *met.* Venatrix prædam roſtro meditatur adunco. Alituum Regina potens, & fulminis expers. Summi fida miniſtra Iouis auis. Non fulminis ardens vector adeſt. *Stat.* 3. *Theb.* Idæus ales. *Pont.* ad Ganymedis alludit fab. Alituum ſola cęleſtis. *Bion.* Perfectiſſima auium. *AEſch.* Alatus canis, *ex Græc.* Nuncius portentorum Iouis. *Callim.* Iouis auſpicatus ales. *Theocr.* ob colorem. Ales adunco prædita roſtro. *Hom.*

Aquila vexillum. V. *Vexillum.*

Epith. Ferox, regalis, nubiuaga, armigera, bellatrix, fulua, clangens, prædatrix, vnguibus hamata, ſublimis, adunca, &c. Hinc:

Aquila Cęleſtis.

Aſtrum eſt, cuius ala dextra circulum æquinoctialem parum prodit, ſiniſtra autem non longè à capite Ophiuchi videtur. Roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cancro ad Capricornum proueniens. Exorto leone occidit: exoritur autem cum Capricorno habens in capite ſtellam vnam, in vtraque penna vnam, in cauda vnam, fabulantur poetæ hanc eam eſſe, quæ Ganymedem rapuit, eiusq; officij gratia à Ioue inter aſtra fuiſſe collocatam, *ex Hygino in aſtron.* Idæi alitis aſtra. Aquilæ ortus; Aquilæ ſidera. Cęleſtisq; aquilæ ſignum dum cernimus, &c.

AQVILO, is. V. *Ventus.*

AQVILEIA, æ.

Metropolis Carnorum, iuxtà quam defluit Timauus ab aquis legendis dicta. Dicitur modò Timauus Natiſon fluuius, apud quem ſita eſt. Olim fuit ampla, copioſa, mœnibus firmiſſima, templis, magnifico Theatro, alijsq; operibus publicis, & priuatis ſupra modum ornata. Hodie verò colonis infrequens, & ad ſolitudinem propemodum perducta eſt. Hanc Attila Vnnorum Rex per triennium oppugnauit; quam deindè magna annonæ inopia laborantem cepit, ac vaſtauit, obtruncatis triginta ferè ſeptem millibus hominũ. Poſtea à Narſete reſtituta in Longobardorum aliquandiù fuit poteſtate. Patriarchatus dignitate adhuc excellit, quę etiam ad Venetos addiuncta, vrbem reddit inſigniorem. Colonia Latina dicitur à *Liuio*; emporium verò gentium Illyricarum ſuo tempore vocauit *Strabo*, hodie *Algar.* Aquileiæ expugnationis augurium dederunt Ciconiæ vno impetu ex vrbe migrantes; fœtusq; ſuos roſtris ſublatos foras per rura exportantes, vt refert *Pierius lib.* 17.

Et tu Lędeo felix Aquileia Timauo. *Mart.* 4. 25. Vbi ſeptenas Cyllarus haurit aquas. *Ibidem.* Lacus Euganei. *Ibidem.* Fons Timaui. V. *Timauus*, quo interfluebatur. Saxa Timaui. Aquileiæ muri, mœnia, tecta. Aquileienſes, pop. Vniacis exciſa dolis, & Rege ſuperbo, Nomina, cui dederunt Aquilæ, &c.

AQVITANIA, æ.

Tertia Galliæ pars ad Garumnam fluuium ſita, quam nonnulli dictam volunt ab aquis, quibus abundare fertur; alij ab oppido Aquis deriuant. Hæc à Pyreneis montibus ad Ligerim vſque, ſecundùm *Ptolem.* extenditur, nunc autem, teſte *Ortellio*, à Garumna ad Oceanum, & Pyrenæos montes: ad Septentrionem quidem Lugdunenſi; ad Meridiem Narbonenſi prouincia definitur: quæ olim Aremorica dicebatur: in qua *Mercator* quinque Ducatus, 20. Comitatus, & 6. Dominia enumerat, vt paullò inferiùs. Populi verò in Aquitania ſic olim appellabantur Vaſcones, Auſci, Vaſates, Begerri, ſiue Brigerriones, Tarbelli, & hi ad Aquitaniam propriè ſpectabant, cum alij ſuarum prouinciarum eſſent peculiarium, quamvis in eadem continerentur Aquitania.

Vaſconia, ſiue Guienna, regio eſt ad Oceanum ſita inter Baionam, & Burdigalam agrum habet vini fertilem. Burdigala, æ, vrbs primaria, ſiue Burdegala. Burdigallia. *Strabo.* Aquitanorum nobiliſſimum emporium Auſonij poetæ patria ſita in paludibus, quas exundans Garumna efficit; nobilis eſt Academia Biturigum, Vibiſcorum vrbs, dicitur etiam. Burdigalenſes, pop.

Aruernia, Regio, quæ ab Oriente Forenſes, & Lugdunenſes; à Meridie Languedochios, ab Occidente Cadurcos, Petrocorios, & Lemouices; à Septentrione Bituricenſes, & Borbonios: duplex quidem ſuperior, & inferior. Fanum S. Flori, opp. primarium. Carlatum, muratum, & alia minoris pretij. Claromontium, inferioris Aruernię Metropolis, vrbs Epiſcopalis. Aruerni, orum, pop. Lege *Caſ. comm.*

Inculiſmenſis ager, prouinciola ad Septentr. Pictonibus; ad Occaſum Sanctonibus; ad Merid. Burdigalenſibus; ad Orient. Lemouicibus contermina, cuius Metropolis: Inculiſma, vulgò *Angolem.*

Biturigum Regio, & Ducatus, à Septentrione Soloniam inferioris Belſiæ partem; ad Ortum Hurepenſes, Niuernenſes, & Borbonios reſpicit; qua Meridies eſt Lemouices habitant; qua Occidens Pictones, & Turones. Hic olim Bituriges habitarunt, qui duplici cognomine dicebantur Bituriges Cubi, quorum Metropolis. Auaricum,

Digitized by Google

Caſ., & *Anton.* quæ Biturigæ, arum; *Ammiano* dicitur. Biturica, & Bituriga, vrbs; huius incolę vt Cęſarem commeatu, & pabulatione prohiberent vno die viginti vrbes incenderunt. Lege *Atlant. minorem*. *Luc.* 1. *Pharſ.* Et Biturix, longisq; leues Axones in armis. Bituriges Vibiſci, quorum Metropolis eſt Burdigala, vt ſupra.

Turonia, regio eſt à Turonibus dicta totius Galliæ hortus, & pomarium: vini, frumentiq; ferax; in qua etiam nemora venationi aptiſſima, cuius metropolis

Cæſarodunum Turonum: vrbs opibus, & ædificiorum præſtantia nobilis; cui vicinus ad orientem Ligeris eſt, ad meridiem, & occidentē Idra fluit. Sed cæteris clarior D. Martini epiſcopatu; qui ad eam regendam Eccleſiam inuitus electus, ſumma ibidem reliquit ſanctimoniæ ſuæ veſtigia, quem quoque ſanctorum ibidem Epiſcoporum chorus imitatus, vrbem clariorem ſemper reddidere. Turo, is. Turonenſis ager, vrbs. Turones pop. & pro ipſa vrbe. In hac etiam regione Ambocia, Langerſium, Chinonum oppida, & alia.

Sunt præterea in Aquitania:

Toloſa vrbs, quæ tamen Narbonenſi prouinciæ adſcribitur, Tectoſagum etiam dicitur *Plinio*. Narbona V. *ſuo loco*. ſed hæc ad Prouinciam ſpectat. V. *Gallia*. Albretum. Arminiacenſis ager. Bigerronum vrbs.

Aquæ Auguſtæ *Ptolem.* vrbs, quæ etiam Baiona. Aquæ mortuæ opp. Gall. Narbonenſis opere C. Marij centum paſſus à Rhodani oſtijs deductæ. *Plin.* Foſſæ Marianæ. *Ptolem.*

Aquæ Sextiæ Salvbum Gall. Narbonenſis vrbs, nunc Aquenſis ciuitas, quam Sextius dux, redactis in poteſtatem Salybis ædificauit, vbi erant aquæ calidæ. *Strab.* In qua primus ſub Chriſtiano lumine Lazarus, quem quatriduanum Saluator noſter in terris degens euocauerat in vitam, epiſcopatum geſſit. Aquenſes pop.

Fluuij.

Rhodanus. V. *ſuo loco*. Garumna fluuius inſignis. V. *ſuo loco*. Atax. Hunc fore Aquitanas, poſſet qui fundere gentes, Quem tremeret forti milite victus Atax. *Tib.* 1. *eleg.* 7. eſt autem Galliæ Narbonenſis fluuius, qui ex Pyrenæo monte per dictam regionem in mare Mediterraneum infunditur: meminit & *Luc.* 1. *Pharſ.* Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

De reliquis conſule Coſmographos: ſed ad Synonyma.

Aquitanica regna. Atemoricæ oræ: Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras. *Rutil.* Pictones. Pop. ſunt valde finitimi Aquitanis; immo à nonnullis inſeruntur huic genti. Limones. Sāctones. Cadurci, nunc *Querez*, quorum oppidū Deruona. Petricorij, quorum vrbs Veſonna. Aruerni, ſiue Aluerni, quorum vrbs Auguſta Nemetum. Limouices, quorum Auguſtoritum. Rutheni. pop. Cadurcis contermini. *Luc.* 1. *Pharſ.* Aquitana gens, turba, caſtra, arma, &c. Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis, Et magna intonſis gloria victor ades. *Tib.* 2. *eleg.* Aquitanæ acies. Aquitani populi, &c.

ARA, æ.

Sic dicta, vt *Iſid.* ait, quod ibi incenſæ victimæ ardeant: alij ab imprecationibus Græcè ſic dictis: alij aliunde. *Lactant. in lib.* 4. *Stat. Theb.* tria fuiſſe, ait, in ſacrificijs loca, per quæ expiationē facerent, ſcrobiculo facto inferis; aris terreſtribus; cæleſtibus extructis focis: vnde etiam denominata ſunt altaria, quaſi altæ aræ; ad quæ, cū ſacrificabant, manus in altum porrigebant. *Porphyrius* autem ait: aras, & templa ſtatuebant cęleſtibus, terreſtribus autem focos, ſicut etiā Heroibus; ſubterraneis autem deis foſſas, ſcrobeſquè. Ergo ſuperis deis, vt etiam *Feſtus* tradit, à terra exaltatis aris, terreſtribus in terra, inferis ſub effoſſa terra ſacra facere conſueuerunt veteres. Sed apud regiones quaslibet diuerſi ritus, moreſquè. Lege *Gyrald. ſyntagm.* 17., & *alios*. Amphiarao Argiuo poſt mortem fuit tēplum erectum ab Oropijs cum ara, quæ quinque partes haberet; prima pars Ioui, Herculi, Apollini Pæoni dicata fuit: altera Heroibus, ac Heroum vxoribus: tertia Veſtæ, Mercurio, Amphiarao, Amphilochiq; liberis (nam Alcmæoni ob ſcelus in matrem locus inter eos datus non eſt) Quarta Veneri, Panaceæ, Iaſio, Hygiæ, Mineruæ, Pęoniæ. Quinta Nymphis, Pani, & amnibus Acheloo, & Cephiſo. Sed ad noſtra. Primùm ſciendum eſt: olim ſupplicibus precātibus, ſacra facientibus, & iurantibus manu aras tangere moris fuiſſe; vndè *Sen. in Herc. fur.* Aras tangite ſupplices, &c.

Altare, is. Ture vaporatis lucent altaribus ignes. *Stat.* 1. *Theb.*

Epith. Fumidum, pingue, feſtum, tureum, ſacratum, cultum, carum, diuinum altare.

Foci, orum. Et date paganis annua liba focis. *Ouid.* 1. *faſt.*

Epith. Calens, calidus, tepidus, fumoſus, ardens, odoratus, accenſus, turicremus, ſacrificus, vaporifer, ſanctus, fumicus focus.

Turicremi tumuli. Turicremæ menſæ. Sacer lapis. *Prop.* 1. *eleg.* 4. Tepido taurorum imbuta cruore Saxa. Fumans ſacris ignibus ara.

Epith. Sacra, odorata, ſolemnis, pinguis, turicrema, flagrans, fumida, fumoſa, graminea, caſta, iuſta, feſta, turigera, fulgens, humilis, ſepulcralis, dura, ignota, Palladia, venerabilis,

lis, coronata, frondens, ſacrifica ara.

Ara Cęli locus eſt Romæ in Capitolio Beatiſſimæ Virgini ſacer, vbi olim Iouis dicti Capitolini inſigne templum fuiſſe memorant; in quo etiam Octauius Auguſtus aram erigi iuſſit Deo Max. V. *Capitolium*. Templa Tarpeiæ ſedis. *Ouid.* 4. *Pont.* 4. Et Capitolinæ candida templa Deæ: figuratè dici poteſt. Capitolinæ Virginis ædes, arces, aræ, &c.

Ara quoque ſignum cęleſte Antarcticum circulum propè contingens inter Hoſtiæ caput, & extremam Scorpionis caudam collocatum. V. *Hyginum*.

ARABIA, æ.

Inter Iudæam, & Erythræum mare ab Arabo Apollinis, & Babylones filio ſic dicta regio: quæ in triplicem diuiditur; in Felicem, Petream, & Deſertam. Arabia Deſerta, quæ nunc Arden. *Ptol.* Scenetis, dicitur *Straboni*, vbi Scene vrbs. *Plin.* in qua nulla ædificia, ſed tentoria, ſub quibus gens habitat aſpera. Hæc à meridie montibus Arabiæ Felicis cincta, eſt quidem ſterilis præterquam vbi Syriam attingit à Peluſio vſq; ad Arſinoen Rubri maris oppidum; à Septent. Meſopotamiam habet: ab Occidente Petream, & Celeſyriam: ab ortu montibus, quibus à Babylonia ſeparatur.

Vrbes.

Scene, es, *vt ſup.* quę Sues ad ſinum Arabicum. Arſinoe, es, In Cyrenaica verò regione altera eſt Arſinoe, quæ à Prolomeo Philadelpho in Arſinoes ſororis honorem ædificata fuit. Poſidium, ad intimum Arabici ſinus receſſum.

Arabia Petræa, ſic dicta à Petra vetuſtiſſimo oppido: Ægypto, Iudęæq; confinis eſt, & hæc Nabathæa propriè regio, in qua mons Sinai. Vrbes notæ ſunt.

Medaua, & Boſtra, ſecundùm *Cluuerium*. Adra, æ. *Ptol.* Petra, æ, quę prouinciæ nomen tribuit Munychiates, æ, vbi Mahometæ ſepulcrum, vulgò *Mecha*.

Arabia Felix, ſiue beata, quæ pluribus in locis maximè fertilis eſt, & alicubi etiam bifera (ſi *Plinio* credendum) nempè quòd bis fructum afferat, in qua tus gignitur: Huius oræ Erythræo ſinu ad meridiem alluuntur, & ad orientē Perſico mari ad Septentrionem Petreæ, contermina eſt, & Deſertæ; ad occaſum verò ſinu alluitur Æthiopico, & Rubro. Hæc Sabæa, & Panchaia etiam.

Vrbes verò notæ in hac recenſentur.

Abiſama, æ, vrbs. Acrua, æ, opp. Acila, æ, emporium maritimum felicis Arabiæ. Aſotum fortaſsè *Pompon.* Madoce, es. *Ptol.* Vrbs. Metacum. *Idem.* Vrbs.

Montes.

Sinai, & Oreb. V. *Sina*. Caſius, mons, extremum

Nili oſtium in Arabiæ Petreæ parte, quæ Caſiotis dicitur, meminit *Lucan.* 10. *Pharſ.* Lucifer à Caſia proſpexit rupe, &c. vbi delubrum Ioui, qui Caſius indè vocitatus, cui propè eſt etiam Magni Pompeij tumulus.

Cabubarra, mons. Dydimi, orum. *Ptol.* montes.

Sinus Arabicus.

Sinus Perſicus, mare Perſicum. Diodori, orum, inſula eſt in oſtio eiuſdem ſinus.

Synon. promiſcua.

Panchaia, æ. *Virg.* 2. *Georg.* & *Tib.* 3. 2. Panchæa rura. *Ouid.* 10. *met.* Panchaia tellus. *Ibidem*. Saba, æ, regiuncula, vndè Sabæi pop. Sabæa regna, tecta, &c. Arua Arabum. *Stat.* 1. *Silu.* 4. Eoæ Arabum domus. *Virg.* 2. *Georg.* Nabathęa regio, Et domus intactæ te tremit Arabiæ. *Prop.* 2. 10. Nabathæa regna, tecta. Arabum ſiluæ. *Pont.* Cinnamis ſiluas Arabum beatas. *Sen. in Oedip.* Beneolentia arua. *Tib.* 4. 2. Poſſideatq; metit quicquid beneolentibus aruis Cultor odoratæ, diues Arabs ſegetis. Hinc:

Populi.

Arabes, & queis ſagittas diuites Arabes liniunt. *Sen. in Med.* qui etiam veneno ſagittas ſuas liniunt. Gens odorifera. *Ouid.* 4. *met.* Sabæi. *Mart. in Amphith.* Panchæi, orum. Nomades, & Scenitæ, ſiue Suenitæ, pop. Panchææ gentes. Gens turis. *Ouid.* 3. *faſt.* Turilegi. *Id.* 4. Tura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum. *Id.* 1. vbi obſerua Euphratem, qui Arabiam Petream alluit, in ſinum Perſicum exonerari, de quo V. *ſuo loco*.

Cultor odoratæ ſegetis. *Tib.* 4. 2. Arabum gentes. *Pont.* Innumeri diues odoris Arabs *Strozz.* Multi paſtor odoris Arabs. Lector turis; Qui tura legit, &c. Quos tener è terra diuite mittit Arabs. *Tib.* 1.

Epith. Palmiferi, turilegi, molles, Eoi, diuites, nigri, æſtuoſi, opulenti, odorati, turiferi, longinqui, picti, mitra velati; extremi. V. *Tus*.

ARACHNE, es.

Lydia puella Idmonis Colophonij filia, lanificij peritiſſima, quę cùm ſe Palladi anteferret, eamq; in certamen prouocare auſa eſſet, ab ipſa Pallade ſub vetulæ forma admonita fuit, vt ab incepto deſiſteret, ac temeritatis ſuæ ab illa veniam ſuppliciter peteret: At illa admonitione neglecta, immò inſolentior Palladem conuitiata eſt; à qua tandem victa, ob eius indignationem in araneam conuerſa eſt (quæ telam ſuiſmet viſceribus ad muſcas captandas contexat) quæq; vt *Ouid.* 6. *met.* laqueo perijt.

Aranea, & Araneus. In foribus ſuſpendit aranea caſſes. *Plinius* ait ab Arachne linum, & retia inuenta fuiſſe, cuius filius Cloſter fuſos in lanificio inuenit. Męonis, dos; ſic dicta à Męonia prouincia Lydiæ. Męonia puella, fœmina, textrix.

Idmonia. *Ouid.6.met.* à patre. Idmonis,dis. Idmone nata,genita. Pater cui Colophonius Idmon, *ex eodem*. Radio percuſſa Mineruæ. Auſa Mineruæ ſtudio contendere lanæ. Æmula Mineruæ, Palladis infelix æmula.

Lyda puella. *Strozz.fil.* Nec vaga tam tenui diſcurſat aranea tela. *Mart.8. 33.* Lyde turgida. *Iuuen.ſat. 2.* pro aranea, in quam Lyda Arachne conuerſa eſt.

Epith. Mæonia,Idmonia,animoſa, operoſa, ſolers, Lyda, inuiſa Mineruæ, audax,pendula,arida,ſublimis,putris,(modò ad Arachnen,modò ad araneam ſpectantia.)

ARATRVM, i.

Robur aratri. *Virg.1. Georg.* Dens aratri. *Ouid.2. eleg.* Ferrum, pars pro toto, quo conficitur vomer. *Virg.1. Georg.* apud quem frequens de eo mentio. Dens vncus. *Id.2 Georg.* Oſyris opus. Primus enim dicitur aratrum inueniſſe apud Ægyptios, & Triptolemus apud Græcos. Hinc *Tib.1.eleg.7.* Primus aratra manu ſolerti fecit Oſyris.

Vomer. *Ouid.1.de remed.* figur. V. *ſuo loco.* Dens recuruus. *Id.2. eleg.* Et ferret tellus fruges ſine vomeris vſu. Pondus aratri. *Id.7.met.* Iugum incuruum,metalepſis fig. Incuruo colla premenda iugo. *Id. 4. triſt.5.* Æs renidens. *Virg. 2. Georg.* Ferrum vertens glebas,renouans terram, *ex eodem*. Et curui formam accipit vlmus aratri. *Id.1.Georg.*

Buris. *Virg.1. Georg.* Continuò in ſiluis magna vi flexa domatur In burim,&c. figur. Bura. *Varr.* eſt curuamen aratri, quod vomerem excipit, hanc cum ſtiua confundunt Grammatici, ſed perperam. Stiua. *Idem.* eſt aratri manica. Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat imos. *Virg.* Dentale. *Idem.* lignum,ad quod vomer includitur,& dens dicitur. *Varr.* Duplici aptantur dentalia dorſo. *Virg.1.Georg.*

Aratri verò conficiendi rationem ibidem edoceris. De Iugo V. *ſuo loco*.

Et altis vrbibus Stetere cauſſæ Cur perirent funditus:imprimeretq; muris Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*Hor.1.16.* Conſuetum enim priſcis, cùm vrbem aliquam deſinere cupiebant, illam aratro circumducere, in qua etiam ſeri ſolitum ſal, teſte *D. Hieronymo*, ob victoris exercitus iram.

Epith. Depreſſum, inflexum, curuum, incuruum, obliquum,durum,preſſum,vncum,aduncum,ruricola, patiens, terram renouans, validum,ruſticum, impreſſum, ſordidum,habile,ſterile,hoſtile, compactum, proſcindens terram.

ARAXES, is.

Armeniæ fluuius inſignis ex mõte Abon,ſiue Aban, aut Agan,ex quo etiam Euphrates naſcitur, contrario tamen ei curſu; verſùs orientem tendens vſque ad Atropatiam, deinde in Boream conuerſus Azaram perlabens in mare Caſpium deſinit, ſiue Hyrcanum: Hæc *Strabo*. *Herodotus* tamen ſecùs ait. Dicitur gelidus,quòd ſæpiùs niuibus augetur,& quaſi gelu conſtrictum frangat arua, à Græco nomine ſic dictum.

Bactrus, & Halmus antiquè dicebatur. Araxis flumen, amnis. Armeniumq; bibit Romanus Araxem. *Luc.7.Pharſ.* Armenius fluuius,amnis. Armeniæ vndæ,aquæ:antonomaſt. intelligitur Araxis. Euphrati compar amnis, quòd ex eodem monte effluant ambo. Potabis galea feſſus Araxis aquam. *Prop.3.eleg.11.* Nec quæ regna vago Tomyris finiuit Araxe. *Tib.4.1.* Indus gelidum potat Araxem. *Sen.in Med.* argum. ab impoſſib. Medum flumen. *Hor. 2. od.*

Super hunc fluuium pontem ſtruxerunt Alexander Magnus,& Auguſtus Cæſar; vndè *Stat. 1. ſilu.4.* ... patiens Latij iam pontis Araxes: quod *Virg. 8. AEn.* innuit: Et pontem indignatus Araxes: ſunt qui dicant ſic denominatum ab Armeno Iaſonis ſocio, qui eò tendens fluuium, qui Bactrus olim dicebatur,Araxem dixit à Peneo in Theſſalia,qui ſic appellabatur; vtvt eſt, ſæpiùs pro ipſa ſumitur Armenia.

Epith. Barbarus, Armenius, gelidus,Medus,ferus, vagus,impacatus,Scythicus,fluitans,niueus,rapidus, pharetratus.

ARBITRIVM. V. *Voluntas*.

ARBOR, is, vel ARBOS, is.

Planta. Plantarium, fig. pro re contenta. *Virg.2. Georg.* Stirps,pars pro toto. Lignum. *Virg.12. AEn.* Silua,metonym.

Arbutum. *Hor.1. od.1.* vel potius: Arbutus. Pomoq; onerata rubenti Arbutus. *Ouid.10. met.* Et quæ vos viridis rara tegit arbutus vmbra. *Virg.eclog.* Arbuſtum. Atque arbuſta vagis eſſent quòd adultera pomis. *Manil.*

Virgultum. V. *ſuo loco*. Arboris truncus. *Virg.12. AEn.* Robur, ſpecies pro qualibet. Materies,ei. *Virg.* Stipes. *Ouid.3.faſt.* Cortex, figur. *Id.1.* Mater ramorum, ſcilicet frondium, fructuum, &c. *Virg.* Frutices, cum: & frutex. Nec parui frutices iram meruere Tonantis. *Claud.*

Arboris vmbra. *Tib.1.eleg.1.* Carrectum. *Virg.3. eclog.* Tu poſt carrecta latebas. Minores ſiluæ. *Sen. in Oedip.* Arborum cacumina,comæ dicuntur. Rami penſiles. *Hom.* Vmbroſum cacumen. *Idem*. Domus cicadarum. *Antiph.*

Comæ,arum,frondes ſcilicet, pars pro toto. Horrent opaca fronde nigrantes comæ: nempè ipſa arborum cacumina. *Sen. in Herc.fur.* Et curuata ſuis fœtibus arbor. *Id. in Thyeſt.* Nemus, oris, continens pro contento. Omne nemus dimittas ſuas demittit,pomaq; deſuper. *Ibidem*.

Digitized by Google

ꝛtiquæ domus auium, in quibus eę nidificare conſueſcunt. Antiquasq́; domos auium. *Virg.* 2. *Georg.* Largis onerata fructibus. Purpureis colluceus floribus arbos. Arbor in immenſum viribus aucta ſuis.

Epith. Silueſtris, tenera, vmbroſa, reuirens, opaca, ferax, patula, frugifera, pomifera, fertilis, frondens, miris, alta, ramoſa, aprica, odora, verna, flexilis, frondoſa, vidua, adultera, (ob inſitum) aliena, excſa, inſana, arida, infelix, amœna, &c.

Arboris partes.

Cortex. V. *ſuo loco.* Apex, vulgò, *Cima degli arbori*, annoſos truncant apices. *Stat.* 3. *Theb.* Frondes. Radix, ramus, truncus. V. *ſuis locis.* Arboris acclinis trunco. *Virg.* 10. *AEn.*

Sumunt quoque à regionibus nomina arbores, vt arboribus Nomentanis, dixit *Mar.* 13. *ep.* 42. à Nomento in Sabinis.

Arborum genera.

Quæ olim Dijs ſacræ fuere penè omnes, vt in ſuis locis obſeruatur; & quarum frondibus, cùm Dijs ſacrificaretur, aras exornabant: vt Iouis æſculo, Apollinis lauro, Mineruæ olea; Veneris myrto; Bacchi hedera, pampinis, & ramis ficulneis; Panis pino; & cupreſſo Siluani, Ditisq́; ſacris vtebantur. Thraces quidem, & Iudæi pro lege habebant in omnibus ſacris hedera coronari. Cappadoces ambroſia, quæ eſt herba, de qua ſup. Ægyptij hederam præferebant vitibus: Druidæ Gallorum nullum ſacrum ſine roboris, vel quercus fronde, & viſco conficiebant. Abrotonum, (quæ etiam herba) Iſidi ſacrum: cuius tamen Sacerdotes abſynthij marini ramis vtebantur. Dianæ ſacra Dictamni herba; tum Schinus, (quæ lentiſcus dicitur) & lotus: arbores tamen, quæ ad Stygem natæ erant, veneficijs aptæ habebantur; vt taxus; nec non cupreſſus, quæ Diti ſacra erat: hinc *Sen. in Med.* Tibi iactatur triſtis Stygia Ramus ab vnda. Verùm de arboribus conſule qui diffuſiùs ſcripſere.

Abies. Æſculus, ſiue Æſchilus. V. *ſuis locis.* Acer, is, g.n. *Acero.* Dedicat, at nuper vile fuiſtis acer. *Ouid.* 1. *eleg.* 11. Acernus, a, um, vt: Acernæ trabes. *Virg.* 2. *AEn.* Acerui rami. *Ouid.* 1. *faſt.* Menſa acerna. *Mart.* 14. 90.

Alnus. V. *ſuo loco.* Agrifolium barbaro vocabulo Italis, Oxymyrſine, à Græca voce, hoc eſt. Ruſcus ſilueſtris. Aquilc.ta. *Varr.* à lentore inſigni. Aquifolia. *Plin.*

Amygdalus. V. *ſuo loco.* Azarolum. *Pontan. Lazaruolo.* Betula. *Plin.* Buxus. V. *ſuo loco.* Caprificus. Iunoni ſacra. *Pier.* 52. *hierogl.* Erineos, Græcè Olynthos, & Meſſeniorum lingua. Tragos. Carpinus, quam duplicem faciunt albam, & nigram; rubens eſt, & fiſſili ligno, cortice liuido, & ſcabro. Caſtanea. Cedrus. V. *ſuis locis.* Citrium, ſimile, vel idem cum cedro, affinis eſt quoquæ medicæ arbori, ex qua poma, vulgò, *Limoni, cedri*, naſcuntur, quarum ingentes ſiluæ apud Atlantem montem in Africa, vndè *Mart. lib.* 14. 89. Accipe felices Atlantica munera ſiluas Aurea qui dederit dona minora dabit. *Ibid.* 90. Silua Maura: nec filia ſiluæ Mauræ, niſi fortaſsè intelligat. Ebenum. Menſa citrea. *Ibidem.* In Liguſticis quoq; oris reperiuntur, & in Campania felici ingens copia: verùm à citrijs, & medicis arboribus non parum eſt diſcriminis. Citrus, arbor dicitur.

Ceraſus, quæ è Ceraſunte oppido Ponti à Lucullo, in Italiam fuit aduecta: quo etiam nomine ante Lucullum dicta fuiſſe teſtatur *Daphnus* apud *Athenæum lib.* 2. Ceraſa ſtomacho grata ſunt, parum nutriunt, bonum ſuccum gignunt: cùm frigida ſumuntur placere ventriculo, præferri cæteris Mileſia, & quæ magis rubent, quoniam mouent lotium. Ceraſa poma. V. *fructus.* Ceraſum, fructus. Luculliana arbos, quod ipſe primus in Italiam aduexerit. Colutea. *Theophr.*

Cornus. V. *ſuo loco.* Corylus, vndè: Auellanæ nuces. Corylos vitibus vicinitate ſua nocere, experimento compertum eſſe ait *Pierius lib.* 10. Hinc Colurnus, a, um, vt nonnulli volunt, quamvis *Feſtus* à Corno, Colurnum deductum exiſtimet. V. *ſuo loco.* Hic inter denſas corylos, &c. *Virg.* 1. *eclog.*

Cupreſſus. V. *ſuo loco.*

Ebenus, quam duplicem faciunt materiarij nigriorem, quam guacum, ſiue gaiacum, & ſanctum lignum dictum nonnulli autumant: ſed ſanctum lignum in Regionibus quoque noſtris floret; Ebenus verò, & ſalaminæ, & Acanthinæ Phalanges (tria primæ nobilitatis ligna) ex India, vt olim, nunc etiam exportantur: quibus additur, *China*, vulgò, ad exſiccandū idonea, quam à Sinis nomen deduxiſſe volunt: de ebeno diffusè in ſuo nomenclatore. *H. Iun.*

Euonymus. *Theoph.* arbor infelix, malo punicæ ſimilis.

Fagus. Ficus. Fraxinus. Hedera. Ilex, cis. V. *ſuis locis.*

Iuniperus, i, arbor frequens arenoſis in locis, ſubter quam dormitantem Eliam Angelus admonuit, vt poſt panis, quem attulerat, eſum, à Iezabelico ſe furore auerteret. Sana eſt eius combuſtio epidimiæ tempore, vt experimento compertum: baccas gignit odoratas; & ſtomacho vtiliores; præſertim ſi vino immergantur; inde quoque naſcitur gummi, pictoribus cognitum, *vernice*. Iuniperus, cui ſunt duratæ in ſpicula frondes. Robur impenetrabile carie. *Mant.* metaphoricòs. Virens, viridis, epith. Iuniperi gummi. Baccæ.

La-

Digitized by Google

Larix,cis, quæ vſtis radicibus non repullulat; montes amat, incorrupta ei vis, humor contumax, nec ardet,nec carbonem facit, ſed lapidis inſtar conteritur: folia habet minus caduca, ſed pungentia, florem neſcit, & cariem. Hinc *Mant.* Longæva larix. Et robuſta larix, igne impenetrabile lignum. *Idem.*

Laurus. V. *ſuo loco.*

Lentiſcus: Schinus, Græcè dicitur, cuius mentio in ſacris apud *Danielem*. Lentiſcus, Myrtuſq; emendant oris odorem. *Seren.* Amara, odore acuta herba.

Liguſtrum. Lotus,vel lotos. Malus. V. *ſuis locis.*

Meſpilus,cuius acerbus eſt fructus, niſi paleis mulceſcat,vndè adagium. Tempore,& paleis meſpilum cicurari. Morus. V. *Mora,& Morus.*

Myrica,p.p.V. *ſuo loco*. Myrtus,Nux,Olea,Palma, Perſicus,Pinus,Pirus.V. *ſuis locis*. Picea,vndè pix fit. V. *Pix*. Platanus. Populus. Prunus. Quercus. Robur. V. *ſuis locis*.

Rhus coriaria,& Rhus terginus,vel tergorarius, *ex Cal. Aur. lib.* 4.quo tergora,& coria depſere mos eſt. Ruſcus,ſiue Bruſcus, apud *officin.* Scopa regia. *Marcell. pungitopi*, inter arbuſta potiùs recenſenda.

Salix. Sambucus. Spina alba. V. *ſuis locis*. Sorbus, cuius fructus idem penè cum meſpilo, ſi velis,vt maturetur,tempus expectes. Suber, is, g.n. cuius cortex in crepidarum ſoccum habilis eſt. Siluæ ſunt huius prope Priuernum,& alibi. Taxus. V. *ſuo loco.*

Terebinthus. Terminthos, Græcè, arbor ſoliditatem habens in ſpeciem buxi: reſinam emittit odoratam,quæ inde vocatur Terebinthina,vulgò *trementina*, duplex eſt maſcula, & fœmina: maſcula ſine fructu eſt; fœminarum duo ſunt genera,alteri fructus rubet lentis magnitudine; alteri pallet;frequens eſt in Syria, vndè etiam in ſacris eſt mentio Terebinthi, ſub qua Abraham Angelos accepit hoſpitio;quam arborem vſq; ad imperium Conſtantij Iunioris duraſſe *D. Hieronym. author eſt*, quam ſe vidiſſe quoque peruetерem,& annos magnitudine indicantem aſſerit. Lege *Nicephorum* de hac Terebintho 8. *Hiſt. Eccleſ.* 30. & hæc in conualle Mambre; altera in Bethel; ſub qua Virginem aliquando quieſcere ſolitam fuiſſe narrat *Salígniacus tom.* 10. *cap.* 2. cuius etiam mentio fit in ſacris. Erat prætereà: Terebinthi vallis, in qua puer Dauid in funda, & lapide proſtrauit Goliath gigantem. Eſt quoque magna copia Terebinthorum in Macedonia. Incluſum buxo cui Oricia Terebintho Lucet ebur. *Virg.* 10. *Æn.* ab Orico Epiri ciuitate, iuxtà quam naſcitur terebinthus nigri ligni. Reſina Terebinthina. Gummi Terebinthinum.

Tilia,ob materiæ mollitiem ſignis efformandis aptiſſima,vulgò,*tiglia*.

Vlmus, vitibus amica arbor, cuius duo genera faciunt Græci; montoſam,quæ ſit amplior;campeſtrem, quæ fructicoſa: Gummi profert, ſemen eius vocatur ſamara. Amicta vitibus arbor, *ex Ouid.* 10. Hoſpita vitibus arbos, è *Stat.* 6. *Theb.* Vlmus Gallica. Atinia. *Plin. & Col.* ſiluestrem interpretantur.

Epith. Aeria, frondoſa, alta, fortis, opaca,Falerna, ſpatioſa, denſa, amicta vitibus, patula,montoſa, ramuloſa,hoſpita vitibus,mollis, vmbroſa,pampinea, &c.

Arbores,(vt diximus)olim à priſcis ſingulæ ſingulis Dijs fuere ſacræ;Ioui quercus, & æſculus; Apollini laurus,& lotos; Libero Patri,vitis,hedera,& ferula: Cybelæ pinus,quæ etiam Pani ſacra;Stupori acer,teſte *Seruio*. Ita inter herbas,gramen Marti,quod è cruore humano generetur,ex *Plinij* authoritate confirmat *Seruius*: Narciſſus Furijs. Sic inter animalia: Marti equus, lupuſq;: Baccho lynces, & tigres: Dianæ ceruus: Cybelę leo: Lunæ bos: Diti capra. Inter aues: Apollini olor, coruus, accipiter (teſte *Porphyrio*) quamquam tutelæ Martis accipitrem eſſe, dicat *Seruius*) & Gryphs:Ioui aquila:Soli phœnix:Iunoni pauo,& ciconia, (teſtimonio *Porphyrij*): Mineruæ noctua: Marti picus: Veneri columba,ardea, & cycnus: Cereri grus (teſte *Porphyrio*) larus Mercurio, *Euſtathij* teſtimono: pica Baccho;& ſi qua alia ſunt, de quibus ſuis locis dicetur; vel dictum ſupra.

Arbor infelix. *Plin.* Religione damnata. De Cęlo tacta,quòd ſterilis ſit.

Arbuſcula topiaria, quæ flexilis, & lentore ſuo ſequax, ad decorem in hortis conformatur in fornices concameratum, *atte per ſpalliere*.

Surculus,i. *Quintil.* & Inſitum.*Colum.* & Calamus. *Plin.* Ramulus nouellus, qui inſpicatur ad inſerendum, vulgò *Inſito*.

Talea, æ, ſurculus vtrinque reſectus, vt inſeratur terræ:taleas inhumare. *Plin.*

Alia Synon.

Vmbra: Pelion denſa ſpoliauit vmbra,ideſt arboribus. *Sen. in Med.* Trabs,quòd ex arboribus fiat. *Val. Flacc. Argon.* 2. *v.* 19. Prodiga largis fœtibus arbor: Decora lętis fructibus. Auium hoſpitium;nam arbores ſunt tecta auium, vt ſuperiùs dixit *Virg.* Domus auium. Tecta auium: volucrum ſedes,& ſimilia ſexcenta ſynonyma. Vmbræ nemorum. Et multas nemorum conſumpſerat vmbras, ideſt arbores. *Sil. Ital.* 14.

ARCA, æ.

Scrinia, orum. *Prop.* 3. *eleg.* 4. Scriniaq; ad lecti clauſa iacere pedes. Capſa. *Plin.* Ciſta,ciſtella, ciſtellula. *Plaut.* Ciſtula. *Mart.* Vas vimineum.

Ciſta

Ciſta corio contecta. Riſcus. *Ter.* Capſella. *Plaut.* Capſula, diminut. Arca camerata, *forziero. Vlpian.* Capſella fictilis, qua pueri ſub natalitijs domini nummos ſibi in ſtrenas ab amicis traditos aſſeruant.

Epith. Infelix, ferrata, ęrata, paruula, grauis, ſuperba, munifica, ingrata, longa.

ARCADIA, æ.

Peloponneſi regio penè mediterranea, à mari ſcilicet ſemota, dicta ab Arcade Calyſtus Lycaonis Regis eiuſdem prouinciæ filiæ, Iouiſq; filio; cùm antea Parrhaſia diceretur, tum Lycaonia, Gigantis, vt *Stephano* placet, nec non Azania, Pania, vel, vt *Plinius*, initio Drymodis, mox Pelaſgis, ſiue Pelaſgia à Pelaſgo Rege magno, & ſapiente viro; qui vitæ cultioris apud eos autor fuit, & victum è ſtirpibus herbarum, arborumq; frondibus tranſtulit ad glandem. In montes 76. attollitur, quamobrem tota hæc regio paſtioni potius pecoris, quàm negotiationis, aut agriculturæ dedita; ideoq; Pana paſtorum Deum veluti peculiare Numen ſibi vendicarunt. V. *Pan*. Habet aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt: Habet lapidem Aſpheſton, hoc eſt inextinguibilem. Huius incolæ omnium vetuſtiſſimi olim habiti, quòd ante Solem, & Lunam ſe natos eſſe factitabant. Lege *Ouid. lib. 6. met.* Huius olim primariæ

Vrbes.

Megalopolis, quæ dimidia ſui parte Oreſtia ab Oreſtis aduentu dicta fuit; in qua pręter alios, qui à *Stephano* recenſentur, Polybius natus eſt grauiſſimus, ac ſapientiſſimus ſcriptor. Megalopolitanus, & Megalopoliticus. *Steph.*

Mantinea, quæ poſtea Antigonia dicta fuit in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Adriani Imperatoris iuſſu rurſùs Mantinea fuit appellata. *Strab.* 8. quam Epaminondas, ſuperatis ſecunda pugna Lacedęmonijs, illuſtrem reddidit, in qua & ipſe diem obijt. Mantineus, a um. Mantinis, dis, f. g. Mantinica mœnia, &c.

Tegea, & Tegeęa, oppidum, in quo Pan præcipuè colebatur. V. *ſuo loco.* Stymphalus. V. *ſuo loco. Stat. 4. Theb.* Lilęa, opp. alterum eiuſdem nominis in Phocide. *Steph.* Pſophis, dis, vrbs non procul à Mantinea à Pſophide Lycaonis filio, vel (vt alij malunt) Erycis Siculi filia nomen habens. Phegęa etiam à Phege Rege. Pſophidius ciuis, ſiue Pſophites. *Stat. 4. Theb.*

Orchomenos, vrbs in Arcadia, cuius meminit *Ouid. 5. met. & Stat.* aliæ eiuſdem nominis alibi. Vſq; ſub Orchomenon, Pſophidaq;, Cyllenenq;. Pheneum, opp. vbi naſcitur illa herba contra omnia veneficia præſens remedium, quam *Homerus* à Dijs moly vocari putat. *Plin. 4. cap. 6. & lib. 27. cap. 4.* Phigalea, vrbs olim clara.

Parrhaſia, vrbs non procul à Stymphalo Lycaonis patria, vndè vniuerſim Arcadia à Poetis etiam dicta fuit Parrhaſia, vt ſupra innuimus. V. *Calyſto, & Arctos.* Olenos, vrbs Arcad. in qua dicitur Amalthea capra Iouem nutrijſſe, vndè illa Olenia capella. *Ouid. 3. met.* V. *Capra caleſtis.* Ægios, opp. *Stat. 4. Theb.* & Arane, opp. *Ibidem.* quæ ab Adraſto genero Polynici cum ſuperiore dotalia data fuerunt.

Cleonę, arum, vrbs, quæ à nonnullis Coſmographis huc reponitur. V. *ſuo loco, Nemea.* Æmonia, vrbs Arcad. *Steph.* Phyllos, quæ & Phyllalia, vrbs. *Stat. 4. Theb.* Clitor, opp. à quo fons vicinus Clitorius appellatur, vndè aquis hauſtis vini faſtidium inducitur. Hinc *Ouid. 15. met.* Clitorio de fonte ſitim quicumque leuauit, Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius vndis. Lampia vrbs montoſa .... candenſq; iugis Lampia niuoſis. *Stat. 4. Theb.*

Nonacris, ſiue Nonacria locus Arcadiæ, in quo Iupiter in ſpeciem Dianæ conuerſus cum Calyſtone Lycaonis filia concubuiſſe narratur; vndè *Stat. 4. Theb.* .... & quæ viſiſtis amores Grata Pharetrato Nonacria rura Tonanti. Stygem pariter habet fontem ad radicem montis Nonacrij, cuius aquæ ob immoderatum frigus nullo neque aureo, neque argenteo vaſe, neque æneo, ſiue ferreo contineri poſſunt, præterquam vngula mulina. *Steph.* Oppidum quoque habet eiuſdem nominis. Nonacria, opp. vndè Nonacrius, a, um: & Nonacria rura. *Stat. 4. Theb.* Nonacris ora. *Prop. 1. eleg. 1.* quæ paſſim pro tota Arcadia à poetis ſumuntur. Nonacrine, es, de fœminis, & hinc Nonacrinus, a, um, vt ... in Virgine Nonacrina Hæſit ... *Ouid. 2. met.*

Alea vrbs in Arcad., in cuius meditullio templum inſigne Mineruæ cum nemore. Hinc *Stat. 4. Theb. v. 288.* Aleæ templum nemorale Mineruæ. Cynoſura, locus Arcad. vndè Calyſto minor vrſa inter aſtra fuit tranſlata. *Id. Stat. ibidem.* Æphithij agri, in Arcad. *Ibidem.*

Montes celebriores.

Parthenius, ita dictus à Virginibus, quæ in eo Veneri frequenter ſacra facere ſolebant. Cyllene. V. *ſuo loco.* Pholoe mons ſiluoſus, oppidum habens eiuſdem nominis, quod Pholon etiam dicitur à Pholo Centauro. *Steph.* Hinc: Pholeus, a, um. Lyceus. Męnalus. V. *ſuis locis.* vbi multa. Artemiſius, ob Artemiſiæ herbæ ibi naſcentis copiam. *Plin. lib. 4.*

Fluuij nobiliores.

Agno, us, fons Arcad., cuius aqua ceremonijs quibuſdam commota nebulæ more in aerem aſcendens, largiſſimos dimittebat imbres. Nomen autem huic fonti dediſſe exiſtimatur Agno vna

ex nutricibus Iouis. V. *Cal. Rhodig. lib.* 15. *cap.* 17. *lect. antiquar.* Clitorius fons. V. *ſupra in vrbium Arcadicarum numero.*

Lyrcæus, fons Arcad. ſub Lynutia monte, ex qua Inachus fluuius oritur. *Strab.* 8. Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus, & ingens Inachius ... *Stat.* 4. *Theb.*

Inachus fluuius, qui quod & Argiam præterfluit, datus eſt locus fabulæ Inacho Regi Argiuorum. V. *Inachus.*

Phœneus, lacus Arcad. in Alphæum defluens, cuius aquę nocturno tempore perniciosæ, diurno tempore ſunt ſalutares. *Ouid.* 15. *met.* & *Stat.* 4. *Theb.*

Ladon, fluu. V. *ſuo loco.* Hic præter Daphnem filiam, cuius amore captus Apollo, dum ſequitur, fuit in laurum illa conuerſa, Telephuſam filiam alteram habuit, à qua nomen idem eſt vrbi in eadem Arcadia. *Lycophr.* Clyton, fluu. rapidus apud *Stat.* 4. *Theb.* Alpheus, fluu. V. *ſuo loco.* Erymanthus, fluu. V. *ſuo loco.* qui etiam monti nomen eſt, vnde ſcatet.

Synon.

Arcadij montes. *Ouid.* 5. *faſt.* Arcadiæ montes gelidi. *Id.* 1. *met.* Iuga Arcadia. *Id.* 2. *faſt.* Parrhaſiæ niues. *Ibidem.* Arces Arcadiæ. *Claud.* 2. *in Ruf.* Agri Arcadij. *Prop.* 2. 20. Arcadici. *Pontan.* Rupes Arcadiæ. *Prop.* 1. *eleg.* 1. Fines. *Stat.* 3. *Theb.* Colles Arcadiæ nigri. *Hor.* 4. *od.* 12. ob ſiluas, quibus adumbrati nigreſcere videntur; & ob nigram terram frumenti feracem. Senſit Arcadij populator agri. *Sen. in Agam.* Arcadica nemora. *Id. in Herc. fur.*

Saltus Lycæi, à monte Lycæo. *Virg.* 1. *Georg.* Siluæ, & ſumma Lycæi. *Id.* 2. *Georg.* Saxa Lycæi. *Id. eclog.* 10. Siluæ, amnesq; Lycæi. *Id.* 3. *Georg.* Siluæ Licęæ. *Stat.* 1. *ſilu.* 3. Gelidi pineta Lycæi. *Ouid.* 1. *met.*

Parrhaſij lares. *Ouid.* 1. *faſt.* Parrhaſis, dos, ora. *Bemb.* Siluæ Erymanthidos, à monte, & regione adiacente. *Ouid.* 2. *met.* Tellus Erymanthidos vrſæ, à Calyſto, quæ Arcadem peperit. Luſtra Parthenia, à monte. *Claud.* 2. *de rapt.* Parthenij ſaltus. *Virg.* 10. *ecl.* Et iuga Parthenij ſaltus. Parthenium antrum. *Prop.* 1. *eleg.* 1.

Mænaliæ ſiluæ, à monte. *Ouid.* 2. *de art.* Męnalij ſinus. *Id.* 5. *met.* Męnalis ora. *Id.* 3. *faſt.* Męnala, orum. *Claud.* 1. *de rapt.* Męnalij ſaltus. *Pont.* Cyllenius, a, um, quod ad Arcadiam figuratè ſpectat. Cyllenis ora. Cyllenis, dis, ad fœm. *Ouid.* 5. *met.* Hinc populi:

Arcades.

Nepotes quercus. *Lycophr.* ob antiquitatem ab ipſis prælatam. Lupiformes. *Idem.* alludens forſitan ad Lycaonem Regem Arcadiæ, qui in lupum conuerſus. Nyctimi ſectores. *Idem.* Qui ante Lunam fuiſſe celebrantur. *Apoll. Arg.* 4. vnde & *Ouid.* Gens Luna prior: quod etiam *Lycophr. in Caſſ.* Arcadij coloni. *Stat.* 2. *Theb.* Populi.

Arcadiæ gentes. Parrhaſiæ turbæ. Parrhaſiæ cateruæ. *Stat.* 7. *Theb.* Nonacrij, orum: & Nonacrini. Mænalij, orum. Tegeęi, orum. Glandiphagi, orum, quod olim glandes paſcebant. Abeatæ, orum, pop. in Arcad.

Proſelyni, orum, ideſt antiquiores Luna. Flete Herculeos Arcades obitus Nondum Phœbe naſcente genus. Iuga Parthenij, Nemeęq; ſonent, feriantq; graues Męnala planctus. *Sen. Herc. Oet.* Arcados ſedes, & inhoſpita tecta Lycaonis. *Ouid.* 1. *met.* Lycaonię gentes, Lycaoni olim ſubditæ. Lernæi alumni. *Stat.* 4. *Theb.* à Lerne palude in Arcad.

ARCANVM, i.

Secretum. *Claud.* 2. *de rapt.* Penetralia mentis. *Ibidem.* Intima cordis. Secreta cordis vis verborum extrahat. *Sen. in Hipp.* Res eſt arcana. *Ouid.* 4. *met.* Pectoribus multa tegenda. *Id.* 3. *el.* 8. Secreti quicquid. *Ibidem.* Arcanum conſilium. *Hor.* 3. *od.* 21. Secreta mens, pectora, corda. Pectoris interiora, cordis, animi cęlare, tegere. Quicquid corda tegunt, internaq; pectora ſeruant. Arcanum os. *Mart.* 1. 90.

ARCHEMORVS, i.

Qui, & Opheltes Lycurgi Thracis Regis filius, qui à patre nutriendus Hypſipylæ fuit traditus; quæ aliquando cùm Langiam fontem Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiſcentibus oſtēſura eſſet, Archemorum alumnum humi depoſuit, qua abſente adrepens ſerpens puerum interemit; cuius cauſſa cùm à Lycurgo nutrix ad ſupplicium quæreretur, ab Adraſto, cæterisq; Argiuis ſeruata eſt, in pueri honorem demortui ſacrificijs, & certaminibus inſtitutis apud dictum fontem, qui deindè ab extincto puero Archemorus cępit vocitari; Nemeæi verò dicti ſunt ij ludi, vt nonnullis placet; qui clariores facti poſt victoriam Herculis de Nemeæo leone. V. *Hypſipyle.*

Hypſipyles, vel Hypſipylæ puer, ideſt alumnus. *Ouid. in Ibin.* Opheltes, & Euphetes, priſca nomina. *Id.* 3. *met.* In cuius honorem Nemeęi ludi fuerunt inſtituti. *Pauſan.* V. *Opheltes vbi multa.*

Sunt qui dicunt, ex huius pueri ſanguine, procreatum Apium herbam. *Pier. lib.* 52. Infantulus corona pulcra redimitus lactens, galathinus (Græca voce) cùm animam efflaret leniter eſt lacrymatus. *Simonid.* apud *Athen. lib.* 9. Langianam priuſquam diceretur Archemorus fons, vt innuit *Stat.* 4. *Theb.* dicebatur Langia. V. *Neme.*

ARCHILOCVS.

Lacedæmonij, ſiue Parij, (ex Paro inſula) poetæ nomen, à quo carmen iambicum fuit repertum, quo

Ly-

Lycamben ſocerum ſuum, quod ſibi pactam filiam Neobolon nomine, alteri locauiſſet, ad ſuſpendium adegit. Vixit ſub Romulo, cuius quidem verſus elegantes ſanè, ſententijsq; pleni, & in quibus (vt inquit *Quintilianus*) plurimum ſanguinis eſt, & neruorum. Huius libros ob inuerecundiam, & obſcœnitatem Lacedæmonij ex vrbe tolli iuſſerunt; eorumq; authorem in exilium relegari eadem hora, qua fuerat captus, quòd in carminibus ſuis ſcripſiſſet; melius eſſe abijcere arma, quàm mori. Poſtremò à quodam, cui nomen Coraci, in bello interfectus fuit. Sapphonem poetriam dilexit, vt *Diphicus Comicus* obſeruauit apud *Athen. lib.* 13.

Vates Parius, à loco gentilitio, ſiue patrio. Author iamborum. Iamborum, vel iambi repertor. *Ouid. in Ibin.* Teſiclei filius, gnatus, vel Teleſiclei. Spretus gener infido Lycambe. *Hor. epod.* 6. V. *Iambus*. Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris, Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit. *Hor. epiſt.* 3. *lib.* 1. ad quod enim mortis genus ſocerum adegit; adegit & filiam ſibi ſponſam.

Archilochum proprio rabies armauit iambo. *Hor. de art.* Animus Archilochi. *Idem*. verſus, carmen, &c. Lycambę carnifex: quòd eius necis fuerit cauſſa.

Sapphonis amator. Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit. *Ouid. in Ibin.* nempè iambos verſus intorquebit. Qui quondam acerbam Muſam viperea primus tinxit bile. *Anthol.*

Epith. Spartanus, obſcœnus, Parius.

ARCHIMEDES, is.

Syracuſanus vir omni mathematicarum, & geometricarum rerum genere peritiſſimus. Hic inter cætera mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum viſebantur, vnde *Claud.* Percurrit proprium mentitus ſignifer annum, Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit. Adeòq; ſtudio geometrico addictus, vt ſæpè numero inuictus ad balnea ductus, dum perungendus in cratere conſtituebatur, per corporis vnguenta figuras, ac lineamenta digito inſcriberet, teſte *Plutarch. in vita Marcell.*, ſub cuius tempore floruit, Qui in Syracuſarum expugnatione, vnde is plurium damni ex vſtorio Archimedis ſpeculo acceperat, cùm interdixiſſet, ne is vnus interficeretur; vrbe iam expugnata, dum ipſe animo, ac oculis in terram defixis formas geometricas exprimeret à milite ignaro, quis eſſet, interfectus fuit, cui ſepulcrum idem erexit Coſ., quod inter vepres poſtea à ſe repertum teſtatur *Cic. in Tuſcul.* quum eſſet in ea prouincia quæſtor. Demum is eſt, quem Matheſeos, & geometrię ſtudioſi numen ſibi quodammodo venerantur.

Senex Syracuſius. *Claud.* Syracuſius, Siculus Geometra. Siculæ repertor ſphæræ. Fallaces vitreo ſtellas componere mundo Nouerat. Quæ vis animauerit aſtra, Implerit q; choros quo viuat machina motu. Nouerat, &c. *Claud.* Prima Syracuſij mens prodidit alta magiſtri. *Horatius*.

Athen. meminit Archimedis *lib.* 5. quem præfectum, & curatorem inſignis nauis onerariæ fuiſſe, quam inſignem faciendam curabat Hieron Syracuſarum Rex Ptolemeo, & quem helicem primum inueniſſe dicit, de qua vide infra in Architectonicis. Archimedæum problema. *H. Iun.* Archimedes deſcribitur à *Sil. It.* 14. *v.* 342. Decus unmortale Iſthmiacis colonis, ideſt Syracuſijs, qui ab Iſthmo Coloniam duxerant.

ARCHITAS, æ.

Heſtiæi, ſiue Mneſarchi filius patria Tarentinus, eiusq; ciuitatis facile princeps. Profeſſionis Pythagoricæ Aſtrologus, & Geometra; quam à Platone didicerat, quem pariter per litteras monuit vt è Sicilia diſcederet, quod Dionyſius de eo necado cogitaret. Cubum primus inuenit; columbam ligneam tam affabrè effinxit, librauit, & inflauit, vt viuæ volatum imitaretur. Platagen quoquè ſcilicet puerorum crepitaculũ primus adinuenit, vt pueros ocio faceret abſtinentes. Tandem naufragio perijt, vt indicat *Hor.* 1. *od.* 28. & in Apulia ſepultus ad littus Matinum.

Quem olim deuexi rapidus comes Orionis Illyricis Notus obruit vndis. Te maris, & terræ, numeroq; carentis arenæ Menſorem cohibent Archita, *Hor. ibidem.* Tarentinus geometra, aſtrologus, philoſophus, &c. Pythagoricus Tarentinus. Platonicus Tarentinus. Sophus Tarenti. Pythagoræ auditor, aſſecla Tarentinus. Architæ ſoboles Babylonius Horos. *Prop.* 4. *eleg.* 1.

ARCHITECTVS.

Inter quos olim eluxerunt Dædalus. *V. ſuo loco*. Menecrates Epheſinus: Cteſiphon, templi Dianæ Epheſinæ conſtructor: Epeus: Philo Athenienſis: Archimedes Syracuſanus: Michael Angelus Bonarotius Florentinus, & alij.

Architecton, is. *Varr.* qui præeſt fabricæ, & rationem operis animo conceptam metatur, fabricandaq; præſcribit. Curator ædificij, fabricæ, molis. Machinarius: qui machinas excogitat. Mechanicus. *Sueton.* Ingenioſus, & ſolers fabricator operum. Curator operis. Hydraulicus qui fiſtulis, tubiſve aquam perducit quolibet, vel in ipſos montes, ſi velit.

Huc Architectonica pertinent.

Ergata, æ, machina tractoria axe recto, quæ obnitentibus, & in orbem euntibus vectiarijs verſatur: qualis eſt, qua in pertrahendis in ædificium

ſaxis magni ponderis; & in altum tractandis videmus; & qua etiam in emolienda anchora vtuntur in onerarijs nauibus nautæ, vulgò *Argano*.

Succula. *Veget.* machina tractoria tereti ligno conſtans duobus vectibus traiecto, circum quam ductarius funis obuoluitur: vbi in duobus arrectarijs, quæ ab anteride ſuſtinentur, tranſuerſa ponitur ſuccula inter chelonia duo verſatilis. Anterides verò ſunt, vel arcus, pilæve muris obnitentes labans ædificium fulcientes, vel tigna parietes ruinoſos ſuſtinentia: quæ à *Vitruuio* dicuntur etiam, eriſmæ.

Chelonia, orum. *Vitruu.* Anſæ quædam arrectarijs tignis affixæ, in qua ſuccularum cardines coniecti verſantur à vectarijs.

Vectis, is. *Vitruu.* Palus ligneus, aut ferreus, quo circumagitur ergata traiecta, aut ſuccula. Eſt etiam vectis, quæ vulgò mechanicis dicitur *leua*, quod onera facillimè vnus ſubleuabit pro multis. Vectis roſtratus. *Plin.* præpilatus ferro. Roſtrum, vel ligula, pars vectis, quæ ſub onus ſubducitur; & Hypomochlio inſiſtit: Hipomochlium, id, quod vecti ſubijcitur, vt obniſu ſuo vectem adiuuet.

Trochlea, æ, & Rechamus. *Vitruu.* tractoria machina cum æreo, ligneove orbiculo, qui circum axiculum verſatur, ſiue rotula ſtriata. Trochlea polyſpaſtos. *Vitr.* in qua plures orbiculi ſtriati verſantur. Funis ductarius, qui per trochleæ orbiculos traijcitur.

Helice, is, vel potiùs, Helix, cis, machina cochlearum inſtar clauiculatim, ſpiratimq; ſtriata, cuius circumductu attolluntur, & ſubſtinentur grauiſſima pondera; & illa apud Germanos vtuntur aurigę in ſubuchendis curribus onuſtis, vt ſi quid eſt in rotis vitij, extrahant, corrigant, & reponant; quam primus inuenit Archimedes; quaq; nauigium inceptum ab Hierone in mare perduxit, *ex Athen. lib. 5.*

Tympanum. *Vitruu.* & Rota. *Idem.* Ingens ſcilicet rota, quæ à calcantibus hominibus circumagitur, & axis funè obuoluitur, & effert in altum vaſta onera, aut valuas cti: m aquarum obices; dicitur etiam. Verſatile tympanum. *Idem.* Amphireuſis. *Idem.* Peritrochos. *Idem.* vocabula Græca.

Ciconia, & Tolleno, is. *Plin.* machina putealis, cuius hæc ſtructura. Trabs altè ſolo depangitur, cui altrinſecus altera longior tranſuerſa immititur fibula adſtricta pondere vnam partem prægrauante; qua è puteis aquas illicò hauriunt: & his machinis Florentiæ ſuburbanus ager maximè abundat ad hauriendas aquas in labris, & inde ad hortos æſtiuo tempore irrigandos.

Anſæ, forcipes vncinati. *Vitruu.* anſæ ſunt, quibus pendulum pondus mordicus apprehenſum ſubſtinetur. Fibula. *Idem.* Axiculus, vel clauus, qui per tignorum capita traijcitur, vt ea contineat.

Antlia, æ. *Mart. 9. 19.* Hauſtoria machina, quæ arte attrahit aquas è ciſternis, aut colluuiarijs; forſitan quam vulgò dicimus *Tromba da cauare acqua dal pozzo*. Curua laboratas antlia tollit aquas.

Enodaces. *Vitr.* ex ferro rotundæ quædam fibulæ in extremis ſcaporum capitibus adactæ, aut plumbo effuſo firmatæ, quæ in armillis verſantur. Armillæ. *Idem*, annuli, ſiue vmbilici ferrei, quibus enodaces, ceu vertibula quædam inſeruntur. Subſcudes. *Idem.* Tabellæ ligneæ, quibus aſſes, & materia compinguntur: & alia huiuſmodi habes apud eundem, quem *H. Iun. in nomenclatore ſuo* citat.

Libella, quæ etiam dicitur perpendiculum. *Cic.* inſtrumentum, quo faber filum plumbo appenſo explorat ſtructuræ in altum rectitudinem, *Liuello*. Ad libellam, & normam exigere dixere *Plin. & Vitr. Liuellare*.

Dioptra, æ. *Plin.* inſtrumentum geometricum, quo diſtantia, & altitudo locorum è longinquo deprehenditur per minuta foramina tranſmiſſa oculi acie, & interuallum colligente.

Amuſſis, is, funiculus aliquo illitus colore, quo ſectarij tabulas, vel lapides dirigunt ſecandos. Linea. *A. Gell.*

Norma, & Regula, *Squadra*, ita vt libella exploret altitudines, norma angulos, regula longitudines. Hinc:

ARCHITECTVRA.

Menecratis ars. Hic clari viguere Menecratis artes, atque Epheſi ſpectata manus, &c. *Auſon.* ſic: Dędali virtus, ars, ſtudium, &c. Creſiphontis artes, ingenium, cura, &c.

ARCTOPHYLAX, cis.

Iuxta maiorem vrſam ſidus, quod alio nomine nuncupatur à nonnullis, quamvis improbet *Hyginus*, Bootes; de Arctophylace hæc ille: Dictum fuiſſe Arcadem Calyſtonis, & Iouis filium, quem dicebatur Lycaon genitricis parens, cùm ad eum Iupiter hoſpitij cauſſa diuertiſſet, in epulis conciſum appoſuiſſe. Sed re à Ioue cognita Lycaonis domum fulmine percuſſam indignabundus incendit, ipſumq; criminis authorem in lupum trasformauit. Matrem verò, Arcademq; filium, qui fuit poſtea dictus Arctophylax, nempè vrſæ cauda, in cęlum tranſtulit; atque inter ſidera collocauit, *ex eodem Hyg.* Cùm verò vrſa maior formam plauſtri præſeferat, hic cuſtos vrſæ, auriga plauſtri eſt habitus, quod à tergo videtur inſequi, vnde Bootes à nonnullis vocitatur. V. *ſuis locis*. Qui tamen antequam inter ſidera collocaretur, filios habuit,

Ar-

Arcturus, i, ſtella in ſigno Bootæ poſt caudam maioris vrſæ, cuius ortus, & occaſus futuras tempeſtates portendit : oritur à Canicula ferè poſt diem quinquageſimum: Sic dictus ab vrſinæ caudæ ſimilitudine. At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum,&c. *Virg. 1. Georg.* Arcturi ſidera . *Bootius* . Nec ſæuus Arcturi cadentis impetus . Bootes . V. *ſuo loco* . Arcas, dis. *Ouidius 2. met.*

Calyſto, ſiue Calyſtus , ſeu Calyſtone ſatus , natus, &c. Cuſtos Erymanthidos vrſæ . *Ouid: 1. faſt.* Hyperboreæ glacialis portitor vrſæ . *Stat. 1. Theb.* Cuſtos vrſæ . *Ouid. 2. faſt.* Tardumq; ſub aſtris Arcada . *Stat. 5. ſilu.* 1. Gelidi ſigna Bootæ . *Pontan.* Proles Lycaoniæ parentis . *Ouid. 2. met.* Cuſtosq; ſui tardus plauſtri iam non ſtabilis ruet Arctophylax . *Sen. in Thyeſt.*

Epith. Piger, triſtis, rigens, frigidus, glacialis, gelidus,hyperboreus, tardus, Arctous . V. *Bootes, & Calyſto* .

ARCTOS . g. f.

Græcis vrſus, vel vrſa,pro duobus ſignis cæleſtibus accipitur,quæ maior,& minor vrſa dicuntur. V. *Vrſa ſidus* . Hæ ſeptentrionali polo velut axe quodam nixæ Arctico circulo clauſæ , & ita collocatæ ſunt , vt vtraque reſupinata, alterius contegat caput : ſed caput eius , quæ ſuperior eſt ad caudam inferioris contendat : dicuntur autem Helice,& Cynoſura . V. *ſuis locis , & Calyſto.*

Arctica plauſtra . *Sen. in Med.* Sidera Erymanthidos vrſæ . *Ouid.* Stellæ numquam tangentes æquor. *Idem 3. triſt.* 10. Stellæ Erymanthidos vrſæ. *Id. 5. triſt.* 4. Proxima ſunt nobis plauſtri præbentia formam, & quæ præcipuum ſidera frigus habent . *Id. 2. triſt.* 10. Axis niualis . *Id.* 4. 15.

Arctous orbis . *Luc. 1 Pharſ.* Polus. *Mart. in Amph.* 15. Signum celſi glaciale poli ſeptem ſtellis Arcades vrſæ lucem verſo temone vocant . *Sen. in Herc. fur.* Siccus trionum tractus . *Muſaus.* Curriculum vrſæ . *Nonn. in Dionyſ.* Expers Oceani,& numquam tingens mare . Arcti cæruleo metuentes æquore tingi Oceani , &c. *Arat.*

Parrhaſis,dis. V. *Calyſto.* Parrhaſides ſtellæ:Namq; omnia noſſe poteſtis, Æquoreas numquam cum ſubeatis aquas. *Ouid. 4. faſt.* Quo gemta eſt liquidis,quæ caret Arctos aquis . *Id. in Ibin.* exorauit enim Iuno Tethyn maris Deam,quòd pellicem, pellicisq; filium inter aſtra Iupiter collocaſſet , ne permitteret marina aqua demergi : quod ſic factum fabulantur . V. *Vrſa.*

Epith. Hiberna , neſcia noſtri nominis (dixit olim *Mart. 9. ep.* 86. nunc autem conſcia dici poteſt) gelida,opaca,Mænalia,Parrhaſis,Lycaonia (à locis Arcadiæ) Strymonia,Scythica, Boryſthenia , Boreetis,(à locis hibernis,apud quæ videtur) immunis,glacialis,fremens,ventoſa,frigens,auſtrina , pruinoſa , ætheria , algens , lucida , volubilis,&c.

ARCVS, us .

Vel arcus eſt,quo iaciuntur ſagittæ .

Neruus.figur. pars pro toto . *Virg. 10. AEn.* Cornu Cornu flexile . *Id. eclog.* 10. Curuato torſiſſem ſpicula cornu. Cornua adducto neruo. *Ouid. 11. met.* Cornua arcus,vnde lunare arcum dicitur à poetis pro armare, ſeu parare ad emittendas ſagittas . Neruus equinus , quo arcus tenditur . Adducto curuans ſe in cornua neruo . *Ouid. vt ſupra* . Vaſtum coactis flexit arcum cornibus . *Sen. in Herc. fur.* Arma Dianæ,Apollinis,& Cupidinis ; cui ſuit ſacer . Nitido ſpectabilis arcu . *Petrarch.* Pone truces arcus , agmenq; immite pharetræ; ideſt ſagittas . *Stat. 3. ſilu.*

Epitheta plerumque ſumit à locis , vbi frequens eſt illius vſus , vt

Epith. Ithureus, Armenius,Gortyniacus,Cydonius, Scythicus,Sarmaticus,Geticus,Lycius,Achæmenius,Gnoſiacus,Amazonius,Mænalius,Thrax,& Thracius,Dictæus,&c.(tum à qualitatibus.) Horriſonus, habilis, flexus, acer, lethifer,aureus,minax, incertus, fulgens, corneus,lentus,ſinuatus , curuus, ſinuoſus,fatifer,ſæuus,flexibilis,iniquus, teres, dubius, &c.

Sic arcum tendere,flectere,intendere neruis, ſinuare, contendere,lunare,curuare,excutere,conuertere in aliquem,ſoluere curuatos arcus, retendere , &c. *ex poet.*

Vel Arcus eſt ſtructura,nempè fornix, cuius formæ multi ſunt, & olim fuere Romæ triumphales; de quibus ita ſcribit *Georgius Fabricius in ſua Roma cap.* 15. Arcus olim honoris,virtutisq; cauſſa erecti ſunt ijs,qui externis Gentibus domitis,ſingulares victorias patriæ pepererant . Hi primùm rudes , & ſimplices fuerunt , cùm præmia virtutis eſſent, non ambitionis lenocinia ; ſeculo inſolentiore monumenta victoriarum, & triumphorum pompa in ijs inciſa . Fuerunt autem vel lateritij, vt ſub Romulo; aut ex rudi lapide quadrato, vt Camilli : aut ex marmore, vt Cæſaris in foro, Druſi cum tropheis in via Appia,& reliqui, qui recenſentur ab ipſo *Fabricio* , quiq; eos deſcribit . Triginta ſex fuere arcus marmorei Romæ ; quorum nonnullorum veſtigia adhuc viſuntur: vt arcus Conſtantini; Titi; Seueri; Gordiani: Arimini viſuntur, qui Cæſari fuerunt erecti : Anconæ , qui Traiano in portus ingreſſu conſtitutus fuit ; & alibi .

Stat ſacer edomitis gentibus arcus ouans . *Mart.* 8. 64. Teſtudo triumphalis . Triumphalis fornix Signa triumphi .

Vel eſt arcus cæleſtis. V. *Iris ſuo loco*, vbi fabulæ; qui denunciat tempus futurum ſecundùm eam Cœli partem , quæ ſe extulerit , vt in quæſtionibus

naturalibus diſputat Seneca Philoſophus.

Quamvis prætexens picta ferrugine cęlum Venturam admittat imbrifer arcus aquam. *Tib.1.el.4.* Arcus mille coloribus. *Virg.5.AEn.* Arcus trahens mille colores. *Id.9.* Thaumantis,dis. *Ibidem.* V. *Iris & Claud. & Stat.* Purpureus arcus. *Prop.3.eleg.*Pluuius arcus.*Hor.de art.*Thaumantis proles. *Virg. in opuſc.* Nuncia Iunonis. *Ibidem.*

Virgo Thaumantæa. *Ouid.14.met.* Virgo diſcolor. *Stat.10.Theb.* Nimborum creatrix.*Ibidem.* Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu Nubibus eſſe ſolet. *Ouid.3.met.* Qualis ab imbre ſolet percuſſis ſolibus arcus Inficere ingenti longum curuamine Cælum, In quo diuerſi niteant cum mille colores Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit:deſcript. *Virg.*

ARDEA, æ.

Vrbs in Latio 18. mill. ab Vrbe Turni, & Rutulorum regia, à Danae Perſei matre,vel, vt alij maluit,à Dauno Pilumni filio condita, & à feruore regionis ſic dicta. *Mart.4. 60.* Ardea ſolſtitio, Pęſtanaq; rura petantur, Quiq; Cleonęo ſidere feruet ager. Quam vrbem poſt Turni mortem igni conſumptam, & in auem ſui nominis conuerſam fabulatur *Ouid. 14. met.* Quam auem longis, & incuruis ceruicibus facit *Epicharmus* apud *Athen.2.*Atque multæ Ardeæ collo in longum flexo. *Idem Epicharmus* apud *eundem lib.9.*

Tempeſtatis indicium eſſe innuit. *Virg.* Cùmq; marinæ In ſicco ludunt fulicæ, notaſq; paludes Deſerit,atque altam ſupra volat ardea nubem.

Sed vrbis Synon.

Regna Dauni. *Virg.12. AEn.* Vrbs Dauni,& patris antiquam Dauni defertur ad vrbes. *Id.10.* Iugera Dauni. *Stat.5.ſilu.3.* Regia Turni,& Rutulorum.

ARDOR. V. *Ignis.*

ARDENS, is.

Ignitus. Ardeſcens. Igneus. Exardens. Feruidus. Candens. Furens flamma. *Hor.* Igne rubens. *Ouid.12.met.* Flagrans. Conflagrans. Deflagrans.

ARETIVM, ij.

Vrbs Thuſciæ à Græcis condita, eo tempore, quo populus Iſrael ſub iudicibus regebatur; à qua incolæ dicti ſunt Aretini; vbi quondam egregia vaſa ex argilla fiebant ſummi precij. Vrbs quidem ingenijs abundans, & antequam in Florentinæ Reipublicæ ditionem caderet, armis egregia.

Aretinus ager. *Tib.4. 8.* Atque Aretino frigidus annus agro. Aretina mœnia, tecta, prata. Sic Aretinæ violant chryſtallina teſtę. *Mart.1. 54.* Aretina vaſa. *Idem 14. 98.*

ARENA, æ.

Nimbus arenæ. *Virg.3.Georg.* Agger arenæ. *Idem 1.AEn.* Examina arenæ. *Idem in AEtna.* Vadus limoſus. *Ouid.4.faſt.* Littus,in quo ſemper. Sabulum. *Plin.*quod vulgò *Sabbione.* Ripa,vel ora fluminea. Cumulus arenæ. *Stat.8.Theb.* Littus arenæ. *Mart. 10.* Solidum madentis, *epig.51.* Littoris exiguus puluis. *Hor.1.od.28.* Pulueris exigui prope littus,*ex eod.*

Puluis Erythrei, id eſt maris, quamvis aliquid precioſum innuit,quod ibi pyropi naſcantur. Mollis ripa: ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam. Littoreus puluis. Stabat arenoſæ frendens in margine ripæ. Sterilis puluis. Bibulus puluis, ex epith. Arenæ.

Epith. Sterilis, bibula, fulua, flauens, fluminea, ęquorea,littorea,putris,mobilis,nuda,foſſilis,numero carens,vaga, attrita,vda, madida,peregrina,limoſa,nitida,mollis,ingeſta,gelida,vndans, natans,madens,ſaxifera,reflua,patula,fluctuans, liuens,vilis.

Sumitur etiam Arena pro certaminibus ludicris,vt ſæpiùs apud *Mart. in Amphit.* Quicquid fama canit,donat arena tibi; Et pro locis,in quibus fiebant. Talis Olympiaca iuuenem, qui ſpectat arenam. *Stat.5.ſilu.* V. *Theatrum.*

Epith. Amiclęa, Auſonia, Elęa,Cæſarea, Latia,ſanguinea,&c. & huiuſmodi.

AREOPAGVS, i.

Sic dictus Athenis locus à templi,viciq;Martis proximitate, vbi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcribit *Plinius*; & in eo iudices, qui indè Areopagitæ nominati ſunt. Sic appellatus,quòd in ipſo iudicio primus Mars homicidij crimine reus delatus (iudicantibus duodecim Dijs) in eo pago ſex ſententijs abſolutus ſit. Lege *Alex. ab Alexand. lib.3. cap.5.& 4.*& *cap.11.& lib.6. cap.11. Cal. Rhodig. lib.7. cap.19. Bud.in Pandect. & Adagia.* Verùm quid ageretur in Areopago *Iulius Pollux lib.8. de magiſtrat. Atheninenſium* ſcribit. Hi iudices autem de capitalibus cauſſis iudicabant tanta quidem integritate, vt noctu, atque in tenebris, non interdiu, atque luce cauſſas cognoſcerent,quo non dicentes (velo enim obtegebantur) ſed dumtaxat quæ dicerentur,audirent, & pronunciarent. Sunt qui dicant, reos capite velatos apud hos iudices, vt ſe defenderent, olim ſolitos adſtare.

Scopulus Mauortis. *Ouid.1. de art.* Martis forenſe tribunal,*ex eod.6. met.* Martis ſedes forenſis. Vicinia,vicus, pagus Martis. Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce Pingit, &c. *Ouid.6. met.*

ARETHVSA, æ.

Fons eſt Syracuſis, qui longæ fabulæ dedit originem. Aiunt enim Nerei, & Doridis filiam fuiſ-

ſe,

Digitized by Google

ſe, Elidis regionis Nympham, Dianæq; comitem; quę, cùm ab Alphæo adamaretur, eius vim volens effugere, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis fuit conuerſa: cuius aquas cùm ſuis miſcere vellet Alphæus, illa à terra abſorpta, in Ortygiam inſulam, deinde in Siciliam delata eſt. Alphæus autem cùm propter mare eam ſequi nõ poſſet, per cuniculos ſubterraneos in Siciliam peruenit; ibiq; aſſociatis Arethuſæ aquis, in mare Siculum ſeſe exonerat. V. *Alphæus*. Verè quidem fons eſt iuxta Syracuſas, qui creditur eſſe ex Alphæo Piſæ Elidis fluuio: nam obſeruatum eſt, quæ in Alphæo iaciuntur eadem per Arethuſam in Sicilia reddi, vt ait *Plin.* Lege fabulam Arethuſæ apud *Ouid. 5. met.* De alijs huius nominis locis conſule *Plin. & Lexica*.

Latices Arethuſæi. *Claud. 2. de rapt.* Alphæias, dis. 2. *Id. 5. met.* ab amatore, vel quod inde procedat. Fons Arethuſæus. Nec procul hinc Nymphe, quæ, dum fugit Elias amnem, Tecta ſub æquorea nunc quoque currit aqua. *Ouid. 2. de Pont.* 10. Cui Piſa eſt patria, & ab Elide ducitur ortus.

Sicanium peregrina colit Arethuſa Pachinum. *Ouid. 5. met.* Nais, dis. Miratur dulcia Nais Oſcula, nec credit pelago veniſſe maritum. *Stat. 1. ſilu.* 2. Sacer fons Arethuſæ, *ex Ouid. 5. met.* Fulminis Alphęi vetus ignis, *ex eod.* Armigera Dianæ, *ex eod.* Amatæ amnis aquæ Alphæi, *ex eodem*. Arcadia virgo. *Id. 3. eleg.*

Epith. Frigida, Piſęa, velox. Sicula, Syracuſia. V. *Alphæus*.

ARGENTVM, i.

Spuma argenti. *Virg. 3. Georg.* obſeruatum fuit enim in Gallia, (vt inquit *Athen. lib. 6.*) vel apud Pyreneos montes, cùm caſu ſilua quædam conflagraſſet, liquatum indè argentum, profluxiſſe, antea enim minus notum.

Talentum argenti. *Virg. 5. AEn.* Pondus argenti. *Id. 1.* Congeries argenti. *Ibid.* Argenti lumen. *Ouid. 2. met.* nitor. *Id. 3. Pont. 4.* Candor argenti. Veteres tellure recluſit Theſauros ignotum argenti pondus, & auri. *Virg 1. AEn.*

Argentum ſignari, & cudi cæpit anno V. C. 585. Fabio Coſ. annis quinque ante primum bellum Punicum. Argenti libras Marius tibi quinque reliquit. *Mart. 2. 76.* Argenti genus omne comparaſti. *Id. 4. 39.* Argenti ſex ſcrupula: *Ibid. ep. 89.* Maſſa, vt argenti maſſa. Argentei nummi; Sanguis, & anima mortalium. *Eurip.*

Epith. Lentum, ſolidum, liuens, clarum, nitidum, felix, tenue, archetypum (*Mart. 8. 34.*) altum, &c.

ARGIA. V. *Polynices*.

ARGILLA. V. *Creta*.

ARGO NAVIS.

Sic dicta à poetis prima nauis, vel propter celeritatem, vel ab inuentore, vel ab ipſis Argiuis, quos deuehebat; in qua Iaſon cum 50. Heroibus Græcis nauigauit Colchos. Fuit autem, (teſte *Diodoro*) iuxta Pelion ædificata magnitudine, atque apparatu longè maiore, quàm quæ ad eam diem fieri conſueuerant: erat enim antea paruarum nauicularum vſus. Alij factam fuiſſe autumant in Magneſia apud vrbem Demetriaden; ſiue in ijſdem finibus ad Pagáſam Theſſaliæ vrbem; ſiue alibi: Mineruæ tamen ope factam, & reſtauratam ab Argo, ſcribit *Val. Flaccus*. Sunt qui eam conſtructam dicunt arboribus Dodonæ ſiluæ, in qua olim oracula; alij Peliacis. Tandem perfectis nauigationis laboribus; ipſius tabulæ, & aſſimenta tamquam ſacræ rei reliquiæ Mineruæ templo fuiſſe appenſa conſtat vſque ad tempora Alexandri Magni. Inter aſtra verò collocata fuit; quod ſignum oritur prid. Id. Martij.

Prima pinus. *Ouid.* pars pro toto. Pelias arbor. *Id. epiſt. 12.* quod iuxta Pelion conſtructa. V. *ſupra*. Prima ratis. *Id. 1. eleg. 15.* de maioribus tamen intelligit. Puppis Pagaſęa. *Id. 7. met.* ab vrbe, in cuius nauali ædificata: & *Stat. 1. Achill.* Pagaſæia. *Val. Flacc. 1.* Pinus Tritonis. *Ouid. in epiſt.* à ſigno Tritonis, qui in mali cacumine ad ventorum flabra verſabatur: vel potius à Pallade, quæ Tritonia dicebatur, adiutrice. Æmonia puppis. *Id. 1. de art.* à prouincia Theſſaliæ, vnde potiſſimum vectores.

Et ratis Hero ·m, quæ nunc quoque nauigat aſtris. *Manil. in Aſtron.* Ratis Argoa. *Val. Flacc. 1.* à Græcis in eadem deuectis. Lege *Authorem de hac re 8. libris canentem*. Puppis Theſſalica. *Id. 1. Arg.* Ratis Palladia. *Ouid. in Ibin.* à Pallade inuentrice, vt nonnulli aiunt. Pinus. *Val. Flacc. 1.* Pinus Theſſala. *Stat. 3. Theb.* Puppis Theſſala. Peliaca trabs. *Prop. 3. eleg. 21.* Ignoti prima carina maris. *Mart. 7. 18.* Magneſias, dis, à loco. Temeraria puppis, antonomaſticòs, quod prima fluctus marinos experiri auſa fuerit.

Et quæ facta ratis pugnacis cura Mineruæ Per non tentatas prima cucurrit aquas. *Ouid. 3. triſt. 7.* Theſſalica trabs. *Sen. in Agam.* Ratis Theſſalica. *Val. Fl. 5.* Fatidica ratis. *Idem.* fabulantur enim ipſam locutam fuiſſe beneficio Mineruæ.

Et qui mouiſtis duo littora cum rudis Argus Dux erat ignoto miſſa columba mari. *Prop. 2. el. 26.* Data enim fuit Argonautis columba dux itineris Phryneo pręcipiente, quam ſcribit *Apollonius* Euphemum nutriuiſſe, quam poſtea emiſit, vbi Argonautæ ad Cyaneas peruenerunt; qui eam ſecuti ſine periculo tranſiuerunt, ſic *Ouid. in Ibin.*

Qualis & ipſe fuit quoque præcipiente columba Eſt data Palladiæ præuia, duxq; rati.

Sinus propugnate Peliaco vertice, *Catull. in nuptijs*

Digitized by Google

Pel. vbi multa ad hac ſpectantia. Puppis Iaſonia. *Theocr.* Loquax pica, dicitur *Lycophr. in Caſſand.* Pulcriprora Argus cymba. *Eurip.* Quę abiegnis remis vada ſalſa primùm penetrauit, ſemitaſq; duxit maris. *Orph. Argon.*

Epith. Peliaca, audax, ardua, Argiua, nobilis, cæleſtis, Pagaſcia, celebris, improba, itura in ſidera puppis.

ARGONAVTÆ, arum.

Heroes illi, qui cum Iaſone Colchos profecti ſunt, ad auellendam auratam pellem, vt canit *Catull. in epithal. Pelei*. Fuerunt numero ampliùs quinquaginta. *Val. Flacc. lib.* 1. multos enumerat, & *Orpheus*, & *Apollonius* in huius nominis argumento. Horum autem præcipui fuerunt Iaſon, Tiphys, Hercules, Caſtor, Pollux, Hylas puer, Telamon, Theſeus, Orpheus, Nauplius, Mopſus, Zetes, Calais, alijq;: quorum principatus datus fuit Herculi, quanquam Iaſon nauis, & expeditionis author erat. V. *Iaſon*, & lege *Val. Flaccum*, qui apud Latinos huiuſmodi argumẽtum tractauit; *Orpheum*, & *Apoll. Rhodium* apud Græcos.

Audaces Graij, viri Argolici, Æmonij, & Iaſonij dicuntur. Iuuenes robora puppis Argiuæ. *Catullus in epith. Pelei*. Argoi Reges. *Stat.* 1. *Achill.* Iaſonij Heroes. *H. Strozz.* Lecti iuuenes. *Catull.* Heroes delecti. *Virg.* Flos inclytus Græciæ. *Sen. in Med.* Nobiles Regum manus. *Ibidem.* Decus Græciæ. *Ibidem.*

Minyæ. *Ouid.* 1. *met.* V. *ſuo loco*, & ſæpe à *Valer. Flacco*. Argous remex. *Hor. epod.* 16. Non huc Argoo contendit remige pinus, Neque impudica Colchis intulit pedem. Æmonij nautæ auricomam conati auellere pellem. Quos Pelias arbor longa per æquora vexit. *ex Ouid.* Diuinum flos Heroum. *Theocr.* Semidei Iaſonis bellicoſi nautæ. *Pind.*

Semidei reges. *Stat.* 1. *Achill.* & 3. *Theb.* Turbaque Phaſiacam Graia bibiſtis aquam. *Ouid. in epiſt.* & 4. *de Pont.* Excipit hoſpitio iuuenes Æeta Pelaſgos. *Idem.* Et qui per freta duxit Argonautas. *Stat.* 2. *ſilu.* 7. v. phaleuc.

Fabellam, ſiue hiſtoriam ſic narrat de Argonautis *Diodorus Sic. lib.* 4. Tradunt (inquit) Argonautas poſt captum aureum vellus, quum Æeta nauibus oſtia Ponti obſediſſet rem mirificam fuiſſe aggreſſos, & hiſtoria dignam: Nauigantes enim per flumen Tanaim ad eius fontes iuxtà quemdam locum naui per terram ad alium fluuium tracta in Oceanum versùs Arcton per eius decurſum delatos ferunt. Poſtmodum terra à ſiniſtris relicta, quum ad Gades perueniſſent, noſtrum mare ingreſſi, in patriam reuerterunt. Alia multa ab eodem afferuntur *Diodoro*, vt fides adſtruatur rebus à ſe narratis, illorum reprobata ſententia, qui eos per Iſtrum nauigantes, atq; ad eius fontes delatos, poſtea ad ſinum Adriaticum, & inde ad patriam reuerſos fuiſſe, cecinerunt. Verùm non eſt huius loci horum concordare diſſenſiones.

ARGIA.

Regio propriè in Peloponneſo, vnde Argiui à primaria vrbe, quæ Argos dicebatur, *vt inf.* ita dicta ab Argia Adraſti Regis filia, & Polynicis vxore, in qua regione vrbes primariæ.

Argos, eos, g. n. ſing. ſiue Argi, orum, maſc. in plur. vrbs quidem vetuſtiſſima, & nobiliſſima totius Achaiæ, ſiue Peloneſi; in qua primus Rex fuiſſe fertur Phoroneus, vndè Phoroneum dicta fuit aliquando, & hæc: Argos hippium, vocata ab equorum præſtantia, qua tunc temporis claruit Aptum dicit equis Argos, diteſq; Mycenas. *Hor.* in qua vrbe templum fuit Iunoni vetuſtate, ac religione percelebre. Argos nobilibus nobile ciuibus. *Sen.* Dulces remeabat ad Argos. *Stat.* 2. *Theb.* Vrbs Argolica, antonomaſt. *Ouid.* 1. *Pont.* & 4. *met.* Vrbs Phoronica, à Phoroneo primo Rege. Dipſion, ſiue Dipſium, olim dicta propter aquæ penuriam. Doricum, i. *Sophocl.* Hippobotum. *Euſtath.* Iaſium. *Idem.* Ægialea. Hippium, quod Neptuni equis paſcua ſuppeditauerit. Argiua vrbs. *Sen. Herc. fur.* Regia nobilis antiqui Inachi. *Idem in Thyeſt.* V. *Inachus*. Vrbs Abantæa, ab Abante, qui in illa etiam regnauit. V. *Abans*. Acriſioneæ arces, ab Acriſio, qui tertius ab Abante ibidem regnauit. *Ouid.* 5. *met.*

Nauplia, agri Argiui oppidum, & portus Argorum, quod inde nominatum, quòd eo nauis applicent. *Strab.* 8. ea eſt hodie fortaſſis, quæ vulgò, *Napoli di Romania*, dicitur inſignem habens portum. Proſymne, opp. Argiuorum. *Stat.* 4. *Theb.* Nemæa, Mycenæ. V. *ſuis locis*.

Trœzen, fide ſocietatis Atticæ illuſtris. Epidaurus Æſculapij templo inclyta, de quibus V. *ſuis locis*. Amyclæ, arum, quamvis Laconiæ ab aliquibus adſcribatur tutiùs. Thyrea, opp. finitimum Argiuis, & Lacedæmonijs, ob cuius terminos indeciſos varia fuerunt inter illos bella. Hinc *Ouid.* 2. *faſt. v.* 662. Si tu ſignaſſes olim Thyreatida terram.

Eraſinus, fluu. eſt à Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terræ occultatus in agrum Argiuum denuò erumpit, & in ſinum Argolicum illabitur. Hinc *Ouid.* 16. *met.* . . . . . recto modo gurgite lapſus Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris.

Lyrcæus. *Steph.* mons Argiuæ regionis, vnde plaga illa Lyrcæa quoque dicitur; ſed cùm ſit Arcadiæ vicinior, huic potius eſſet adſcribenda. Hinc *Ouid.* 1. *met.* . . . . iam paſcua Lernæ, Conſitaq; arboribus Lyrcæa reliquerat arua. Lyr-

Lyrcæa.

Digitized by Google

exia tellus. *Valer. Flacc. Arg.* 1.

Epith. Vrbis Argos. Achaicum, ſuperbum, Hippium, Abantæum. Inachij, vacui, inuiſi, &c. Siticuloſum laudis Argos. *Ath. lib.* 10.

Synon.

Danaeia arua, *Stat.* 3. *Theb.* à Danae ex fabulis nota. Humus Perſea. *Id.* 4. *Theb.* Aurea quondam arx Perſei. *Alphius Græcus.* Vrbes Argiuæ. *Mart.* 4. 55. Argiua tellus. *Sen. in Troad.* Argolicæ vrbes. *Id. Herc. fur.* Argolis, dis, eadem cum Argia. Abantis, Acriſij, Inachij, Phoronei regnum, imperium, &c. Vrbs ſacra Iunoni, *ex Hor.* 1. *od.* 7. Hinc

Populi.

Argiui. V. *Græci.* Argolici. Stirps Inachia. Pelopæa phalanx. *Stat.* 2. *Theb.* Argiui coloni. *Mart.* 4. 57. Argolica gens. *Ibidem* 66.

Porrò Argiuorum reges ex hiſtoriarum monimentis præter Inachum recenſentur à *Stat. lib.* 4. *Theb.* Toruus Abas, Prœtusq́; nocens, mitisq́; Phoroneus, Truncatusq́; Pelops, & ſæuo puluere ſordens Oenomaus, &c. de quibus V. *ſuis locis*: ſed inter hos fuit etiam Acriſius, Aga memnon, & alij. V. *ſuis locis*.

ARGVMENTVM.

Periocha, æ. Lemma. Dilemma, tis. Materies, & materia. Cauſſa. Argumenta nouis ſtupeant naſcentia rebus. *Mant.*

ARGVS, i.

Ariſtoris filius, **πανόπτης**, à Græcis cognominatus, quod totus oculis ſcateret: cêtum verò oculis repletum fuiſſe fingunt, cui zelotypiæ cauſſa à Iunone fuit Io tradita, quam in vaccam Iupiter mutauerat, cuſtodienda. Sed à Mercurio teſtudinis ſono nuper repertæ delinitus Argus iuſſu Iouis capite obtruncatus eſt: cuius tamen oculi à Iunone in Pauonis cauda fuerunt inſerti. Lege *Fabulam apud Ouid. lib.* 1. *met.* Huius allegoriam habes apud *Macrob.* 1. *Saturn. cap.* 19.

Ariſtorides, à patre. *Ouid.* 1. *met.* Cuſtos Iunonius. *Id.* 2. *eleg.* 2. Cuſtos Virginis Ius. *Virg.* 7. *AEn.* Centeno lumine cinctus. *Claud.* Cuſtos Inachiæ iuuencæ. Stellatus. *Ouid. & Stat.* Cuſtos Phariæ iuuencæ. *Stat.* 1. *Theb.* Quem Mercurius ſono teſtudinis delinitum interfecit, *ex hiſt.* Donec Ariſtoridæ ſeruiandam tradidit Argo. *Ouid.* 1. *met.* Centum vigilans oculis. *Mant.*

Epith. Sacer, ſtellatus, vigilans, &c.

Ioſephus Scalig. obſeruat malè dictum ab *Ouidio* hunc Argum Ariſtoriden, Ariſtoris ſcilicet filium; quum ab hoc Argon primam nauim conſtructam fuiſſe conſtat ex Apollonij teſtimonio, qui prior fuit Ouidio: ſed diuerſum facit, & alio patre generatum autumat.

Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis Argus, vt ignotis cornibus Inachidos. *Prop.* 1. *eleg.* 3. Theſpiades, ab vrbe, de eo autem intelligit *Valer. Flacc.* 1. *Arg.* qui primam nauem molitus eſt.

Multioculus bubulcus Inachiæ. *Anthol.* Milleoculus paſtor. *AEſch.* Iunonis propugnator. *Nonnus.* Iouis obſeruator. *Idem.* Inſomnibus toto corpore fulgens oculis. *Idem.* Iouis ſpeculator cornigerorum hymenæorum. *Idem.* Adulteri Iouis nouos thalamos obſeruans. *Græc.*

ARGYRIPPA. V. *Apulia.*

ARIADNA.

Et Ariadne, es, minoris Cretæ Regis filia ex Paſiphae, Phædræ ſoror, Androgeos, & Glauci: quæ Theſea, cuius amore exarſerat, labyrinthum ingreſſurum tradito filo adiuuit; quemq́; redeuntem in patriam vſque ad Naxum inſulam inſecuta eſt, quo loco ab homine perfido relicta, ac lugens, Libero patri poſtea nupſit, à quo donata eſt corona ſeptem ſtellis adornata, quam ille à Venere, & Horis acceperat. Poſtremò à Diana dicitur ſagitta percuſſa, atque occiſa, quod virginitatem non ſeruaſſet. Theſei verò perfidia, & Ariadnæ derelictæ querrimonia anſam dedere Græcis, Latinis, Italisq́; poetis, & muſicis, non inſuaues componendi Tragœdias, & cantiunculas. Sed ad noſtra. Meminit Ariadnæ *Catull. in epith. Pelei. Prop.* 3. *eleg. Ouid.* 8. *met.* diffuſiusq́; 3. *faſt.* 459. *&* *epiſt.* 10.

Gnoſia virgo, à loco. Gnoſis, dos. *Stat.* 1. *ſilu.* 2. Gnoſias, dis. *Ouid.* 1. *de art.* Minois, dis, à patre. *Id. epiſt.* 15. in qua ipſius querimoniæ narrantur, & quidem perlegere licebit. Cui pater eſt Minos, cui mater filia Phœbi. *Ibidem.* Quæ, vt regerent paſſus, pro duce fila dedit. *Ibidem.* Fœmina periuri fraude ſepulta viri. *Ibidem.* Minotauri ſoror, *ex eod.* Androgeos ſoror. *Ibid.* Minoia virgo. *Id. epiſt.* 16. Minois virgo. *Apoll. Argon.*

Cęli ſpectabere ſidus Creſſa puella. *Ouid. epiſt.* 15. Quæ dedit ingrato fila regenda viro. *Id.* 3. *faſt.* Stellata corona. *Apoll. Argon.* Libera, à Libero patre, cui nupſit, & cuius admonitu in ſomnis perterritus Theſeus in Naxo inſula illam reliquit. Teſtis ſidereæ torta corona Deæ. *Prop.* 3. *eleg.* 18. Coniux Bacchi. *Hor.* 2. 19. & *Ouid. in epiſt.* Phędrę ſoror. *Sen. in Hipp.* Sic micet æternum, vicinaq́; ſidera vincat Coniugis in Cęlo clara Corona tuæ. *Ouid.* 5. *triſt.* 4.

Gnoſiacæ puellæ ſerta. *Sen. in Herc. fur.* V. *Corona ſidus.* Errans ignotis arenis deſerto in littore Naxi. Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur Indomitos in corde gerens Ariadna furores. Minois filia. *Sen. in Herc. fur.* Te te ſoror (Phædra loquitur) quacumque ſiderei poli In parte fulges. *Id. in Hipp.* Ducitur magno noua nupta cęlo. *Id. in Oed.*

Quali, Theſea iacuit cedente carina Languida de-

ſer-

Digitized by Google

ſertis Gnoſia littoribus. *Prop.* 1. 3. Regia virgo. *Catull in epith. Pel.* Et Gnoſim Bacchus amauit. *Ouid. epiſt* 6. Creſſa virgo. *Stat.* 5. *ſilu.* Non talem Creſſa ſuperbum Callida ſollicito reuocauit Theſea filo.

Epith. Lucida, ſiderea, Gnoſia, Minois, flaua, pulcricoma, miſerabilis, (*ex Græc.*)

ARICIA, æ.

Oppidum Latij duodecimo ab vrbe lapide vrbs quondam celebris, quam ædificauit Hippolytus Theſei filius, poſtquam ab Æſculapio in vitam medicis herbis reuocatus, Diana rogante, Virbius dictus fuit; & ab Aricia nobili Atticæ regionis fœmina, quam idem adamaſſe, & in matrimonium duxiſſe fertur. In hac Oreſtes oraculo monitus ſimulacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione tranſtulerat, priuſquam Argos peteret, conſecrauit. Erat autem olim ad huius templum nemus, quod vocabatur Aricinum, cuius meminit *Ouid.* 3. *faſt.* & fabulam diffuſè narrat; in quo nemore Ægeriæ Nymphæ fons. V. *ſup. AEgeria.* Apud hanc vrbem Simon Magus ruptis cruribus obijt veluti Samaritanus, ac de Hebræorum ſanguine: paullò enim ante, Claudij ſcilicet tempore, quando ab vrbe aduenas expulit ob nimiam multitudinem, in eum locum ſeſe Iudæi receperant, vbi etiam aliqua veſtigia viſuntur.

Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſiluis, Sacraq; Oreſteę gemitu queſtuq; Dianę Impedit. *Ouid.* 15. *met.* & 3. *faſt.* Aricinus cliuus. *Mart.* 12. *epig.* 32. & 2. 19. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. *Id.* 13. *epig.* 19. Hic latet Hippolytus furijs diſtractus equorum, Vnde nemus nullis illud aditur equis. *Ouid.* 3. *faſt.* ibi Diana religioſiſſimè colebatur, cui vota nuncupabant mulieres, & voti compotes, illuc ibant geſtantes faces accenſas, qua ſuperſtitione Deam ſe venerari exiſtimabant: quod ibidem demonſtratur. Et *Prop.* 2. 32. Cùm videt accenſis deuotam currere tædis In nemus, & Triuiæ lumina ferre Deæ.

Nemus Artemiſium. *Strab.* à Diana, quæ à Græcis Artemis dicitur, nunc oppidulum, vulgò *Nemi*. Rex Nemorenſis: Sacerdos, qui in illo nemore his ſacris dabat operam, quod & alibi obſeruauimus. Lacus Nemorenſis: qui Aricinus, & Cynthianus dicitur vulgò *Genſano*, ab oppidulo huius nominis lacui imminente à parte Septentrionali, ſiue potiùs Occidentali.

Aricinus ager. Aricini colles. Lucus, & lacus Aricinus. Ægeriæ luci. *Virg.* Himettia littora, ob Hippolytum ex Himetto Atticæ monte ibi à Diana abſconditum, Ægeriæq; traditum aſſeruandum: obſcura ſanè metalepſis. Silua Aricina. V. *Diana*, vbi multa de Aricia. Albanuſq; lacus ſocia Nemorenſis ab vnda, &c. *Prop.* 3. 20. Speculum Dianæ, dicebatur etiam lacus.

Iamq; dies aderat profugis cum Regibus aptum Fumat Aricinum Triuiæ nemus, & face multa Conſcius Hippolyti ſplendet lacus, ipſa coronat Emeritos Diana canes, & ſpicula tergit, Et rutas ſinit ire feras, omniſq; pudicis Itala terra focis, Hecateias excolit Idus. *Stat.* 3 *ſilu.* 1. Aricinum antrum. *Idem*.

Cliuus Virbij, ideſt Aricinum, vbi mendici habitare ſolebant, *ex Mart.* 2. 19. Et quod virgineo cruore gaudet Annæ pomiferum nemus Perennæ, *ex eod. Mart.* 4. 64. nemus illud intelligit Dianæ Aricinæ, in quo faciebant ſacra, non mitiora, quàm Tauricæ Dianæ. *Strabo lib.* 1. qui Nemorenſis ager, nunc *Nemi*, opp. ſub Frangipanię familiæ ditione eſt, cuius etiam meminit *Suet. in I. Caſ.* 46.

ARIES, tis.

Vel eſt mas ouium.

Dux gregis inter oues. *Ouid.* 7. *met.* & *Tib.* 1. *eleg.* 11. Coniux ouis. *Ouid.* 1. *faſt.* Dux pecoris. *Id.* 4. *faſt.* Maritus pecori. *Virg.* 2. *Georg.* Dux corniger ouium. Corniger Idæi vacuam paſtoris in aulam Dux aries ſaturas ipſe reduxit oues. *Prop.* 3. 11. Ductor opulenti gregis. *Sen. in Thyeſt.* Ouium ſator, pater, genitor. Agnorum pater.

Epith. Corniger, petulcus, pugnax, trux, tortus in cornua, laniger, bellator, cornuq; ferox, villoſus, petulans.

Vel inſtrumentum bellicum, quo vtebantur priſci, quod ſic ab *Ammiano Marcellino* deſcribitur *lib.* 24. Eligitur, inquit, abies, vel ornus excelſa, cuius ſummitas duro ferro concluditur, & prolixo Arietis efficiẽs prominulã ſpeciem, quæ forma huic machinamento vocabulum indidit: & ſic ſuſpenſa vtrinque tranſuerſis aſſeribus, & ferratis quaſi ex lance vinculis trabis alterius continetur, eamq; quantum menſuræ ratio patitur multitudo retrò repellens rurſus ad obuia queq; rumpenda protundit, ictibus validiſſimis. Hactenus ille, & alia etiam. Meminit *Vegetius lib.* 4. *cap.* 14. Huius igitur impulſu muri diruebantur; habebat enim intrinſecùs trabem cornutam arietis inſtar, quæ muris adactã, lapides extrahebat: foramine paullatim facto: meminit etiam *Virg.* 2. *AEn.*

Nec clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro Ianua, & emoti procumbunt cardine poſtes. Huius rei inuentor fuiſſe dicitur Pephamenus. Arietibus crebris procumbit murus. Ariete diſſiliunt muri, diſiectaq; ſaxis Saxa labant, multuſq; vndanti puluere fumus Voluitur, &c. Duroq; reſoluere muros Ariete. *Sil. Ital.* 5. Tu quoſcumq; voles in planum effundere

re

re muros His aries actus diſperget ſaxa lacertis. Nunc aries ſuſpenſo fortior ictu Incuſſus denſi compages ſoluere muri Tentat, & impoſitis vnum ſubducere ſaxis. Tum tua murali libretur machina pulſu, Dumq; aries murum pulſabat aheno Cornu. *Prop.4. eleg.10.* Vix muris tolleranda lues. Saxa rotet præceps aries. *Claud.* Ferreus olim Quum lacetas aries, baliſtave concutit arces, *Ouid.15. met.*

Epith. Fortis, turrifragus, ferratus, trabalis.

Vel ſidus cęleſte, quod primum eſt Zodiaci ſignum, quod Sol ingrediens 4. Idus Martias æquinoctium vernum efficit. Hunc nonnulli volunt arietem eſſe, qui Libero patri in Lybiæ deſertis ſiti laboranti fontem oſtendit. Lege *Hyginum de ſignis caleſtibus.* Alij (& hæc potior ſententia) hunc illum ipſum eſſe, qui Phryxum tranſtulit, & Hellen per Pontum; vndè puella decidens illi pelago nomen dedit. V. *Helle, Helleſpontus, & Phryxus.* Hic in tutum deuectus ad Colchos arietem Ioui immolauit, pellem verò auream detractam templo affixit, ad quam defigendam Iaſon cum Gręciæ flore profectus eſt, vt in Iaſone dicemus. V. *Zodiacus, & Vellus aureum.* Aries autem ſub ortu Solis inducit Zephyrum, quo flante tempus nauigationis aperitur. Inſolito autem colore indutus Regi, vel Imperatori omnium rerum largitionem portendebat. Vndè *Mart.6. epig.3.* Et totam Phryxi Iulia nebit ouem: niſi dicamus, hoc potius ad Arietem ſpectare terrenum: nempè cùm inter greges aliqua ex huiuſmodi naſcatur pecus: ſed ad noſtra. V. *Vellus aureum.*

Pecus Helles Athamantidos. *Ouid.4. faſt.* Quadrupes Nepheleius: dicunt enim à Nephele Phryxo filio, vt à nouercæ caueret inſidijs, datum fuiſſe. *Ouid.4. Pont.* Ouis aurea. *Prop.2. eleg.19.* Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen, Aurea quam molli tergore vexit ouis. *Ouid.* Ouis Phryxi. *Mart.6.3.* Agnus Phryxæus. *Id.10.51.* Cùm gregis ductor radiante villo Aureo fratrem ſimul, & ſororem Suſtulit tergo, &c. *Sen. in Troad.*

Aurato princeps Aries in vellere fulgens. *Man.1. Aſtron.* Eſt ſignum, ſic: Corniger aſtrorum ductor. Portitor Helles. Signum aurati velleris. Nubigenum iuuenum vector. V. *Phryxus.* cur dicatur Nubigenà. Velleris aurati fulget pecus aurea cęlo, Qui impôſitum ſibi non benè pertulit Hellen. Qui tempora nocturnis æqua diurna facit. V. *ſupra AEquinoctium.*

Hic qui nondum verè benigno Reddit Zephyro vela tepenti Aries præceps ibit in vndas. Per quas auidam vexerat Hellen. v. anapęſt. *Sen. in Thyeſt.* Nam qua ſe laniger alto Cęlo Aries tollit. *Ruf. Auien.* Phryxæi agni ſidera. *Mar.10. ep.51.* Primus ad auroram circum caua tempora flexa Cornua contorquens Aries cęleſtia pandit Lumina ſignorum, ductorq; & ianitor anni: Aurato inſignis villo de nocte ſerena Ter ſex exiguis variatus corpora ſtellis. *Manil Aſtron.* Aureus vt iuuenem miſerantibus intulit vndis Vector, & aſtrictis vt ſedit cornibus Helle. *Val. Flacc.1. Argon.*

ARION, is.

Methymnæus (ex oppido Lesbi) citharœdus, & poeta Lyricus, emicuit olymp.38. ſcripſit cantica circiter verſuum duo millia; dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuiſſe, & chorum inſtituiſſe, ac Dithyrambicum carmen cecinisſe. (teſte *Suida*) Huius Arionis hiſtoriam *Herodotus* narrat; *Ouid.* rem, ſiue fabulam *lib.2. faſt.* diffuſiùs pertractat: & *Gell. lib.16. & AElianus de Animalib.* Charus fuit Periandro Corinthiorum tyranno, cuius auſpicijs in Italiam profectus, grandem pecuniam ex arte ſua promeruit. Quamobrem ex Italia pecunioſus Corinthum reuertens, cùm videret ſibi à nautis ob pecuniam mortem machinari, petito ſpatio, & obtento, veluti cycnus moriturus, ſibi cecinit exequias, Dijs verò marinis laudes: quo peracto, ſe in mare pręcipitem dedit; ſed à Delphino dorſo exceptus, ad Tęnarum Laconiæ promontorium peruectus eſt. Vnde ſeſe ad Periandrum contulit, nautaſq; detulit homicidas; quos ille, re cognita, ſupplicio debito affecit. Sunt qui dicunt plures ad ſonitum Delphinas cucurriſſe; huiuſmodi enim, & hominis aſpectu maximoperè delectantur. Inde huius lyram monumenti gratia aſſeruatam fabulantur inter aſtra; nec non & Delphinem. Lege *Ouid.2. faſt.*

Quod mare non nouit, quæ neſcit Ariona tellus? *Ouid. vt ſup.* Lesbiæ lyræ dominus: Lesbia cum domino ſeu tulit ille lyram. *Ibidem.* Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes. *Ibidem.* Captaq; erat lyricis Auſonis ora ſonis. Cuius tergo Delphina recuruo Commemorant oneri ſe poſuiſſe nouo, *ex eod.* Vates Methymnæus. *Stat. 2. ſilu.2.* Quamvis mutus erat, voci fauiſſe putatur Piſcis Arioniæ (fabula nota) lyræ. *Id.3. de art.*

Captus Arioniæ Delphin dulcedine vocis. *H. Balb.* Lesbius Citharœdus. Fidicen Methymnæ, ob patriam poetæ. Cantu inſignis, vocalis Arion. Qui piſcem fertur detinuiſſe lyra. Quem tulit in dorſo cantus dulcedine Delphin Motus, &c. Iam Methymnæi vatis manus. *Stat. 2. Silu. 2.* Sed tibi ſubſidio Delphinum currere vidi, Qui puto, Arioniam vexerat ante lyram. *Prop. 2. eleg.26.*

Epith. Methymnæus, præſagus, flauus, Apollineus, doctus, Citharœdus.

Digitized by Google

ARISTARCHVS.

Nomen cuiuſdam Grammatici, qui tantùm ſibi in Homeri poemate permiſit, vt verſus, quos vellet, velut ſuppoſititios partus ab alijs Homeri verſibus ſubmoueret. Vnde etiam hodie Ariſtarchos vocamus alienorum ſcriptorum cenſores. *Ouid. de Pont.*

Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat. Cenſor inuidus. Zoilus. Qui verſus expunſit Homeri.

ARISTÆVS, i.

Apollinis, & Cyrenes Nypſæi filiæ, filius, Autuchi frater; cuius ortum ſic deſcribit *Diodorus Siculus*. Cùm Cyrene Hypſæi filia apud Peneum virgo educaretur: Apollo eius forma captus, raptam virginem in Lybiam detulit, vbi poſtea vrbs Cyrene condita fuit, & ex ea natum Ariſtæum, Nymphis nutriēdum tradidit. Hic adultus mellis, & olei confectionem primus mortales docuit. Quoniam verò hæc in eorum vſus exhiberat, tanquam Deum poſt mortem coluerunt. Verùm relicta Ægypto in Bœotiam deueniens Autonoen duxit vxorem; ex quibus natus fuit Actæon, qui laceratus à canibus miſer interijt (vt ſupra) deinde in Cæam inſulam profectus Ariſtæus peſtilentiam ſedauit; tum in Sardiniam peregrinatus, illam inſulam aliquandiù incoluit, vbi filios Carinum, & Callicarpum genuit.. In Sicilia quoque aliquo tempore moratus, cùm multa hominum vitæ vtilia docuiſſet, pro Deo habitus in Thraciam, ad Dionyſium tranſgreſſus eſt, vbi Orgia doctus, diuq; ibi verſatus, in Arcadiam poſtremò ſe recepit; vbi cùm diù regnaſſet, non comparuit, Deorum tamen honores ab omnibus aſſecutus eſt. Aliqui verò dicunt, illum Apollinis (vt diximus) ex Cyrene Penei Regis Theſſaliæ filia, genitum fuiſſe; qui cùm adoleuiſſet Eurydicen Orphei coniugem adamauit; quæ cùm inſequentem fugeret, à ſerpente fuit occiſa, in cuius vltionem Nymphæ omnes apes perdiderunt. At ille matris implorato auxilio; & ad Protei profectus oraculum; Eurydicen ſacrificijs placare iuſſus eſt; quod cùm faceret, tauroſque quatuor, totidemq; iuuencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto apes ſuas recuperauit.

Paſtor Ariſtæus fugiens Penæia Tempe. *Virg. 4. Georg.* Magiſter Arcadius. *Ibidem.* Cyreneides, à matre. Cultor nemorum. *Idem 1. Georg.* Mellis repertor, inuentor. Qui primus lac congelare, mel, & oleum conficere ſciuit, *ex Iuſtino Diodoro, &c.* Nomius, Agreus, alio nomine dictus. Lege *Gyrald. ſynt.* 1. Autuchi frater. *Apollon. Rhod.* Lariſſæ nepos, quod Cyrenes ſoror eſſet. Actæonis pater, genitor. Autonoes coniux, vir, &c. Cadmi gener, quod filiam duxit vxorem, *ex hiſt.*

ARISTO, onis.

In Coo inſula natus fuit Philoſophus inſignis ex Peripateticorum familia Bionis Boryſthenenſis æmulus, cognomento dictus Scepticus, nempè quæſitor, conſiderator. Hic in dialecticos ſophiſtas dicere ſolebat: ijs eos eſſe aſſimilandos, qui cancris veſcerentur, cibi enim admodùm exigui ſunt, quod circa oſſa tam multa numero tantum laboris inſumunt.

Scepticus Philoſophus. Zenonis auditor. Æmulus Bionis. Cous Sophus, à patria. Ceus Peripateticus, apud *Athen.*

ARISTOPHANES.

Poeta comicus fuit, Philippi filius ex Lindo Rhodi oppido ortus, lege verò, ac motibus Athenienſis, inuentor tetrametri verſus. Hic poetarum omnium mordaciſſimus habitus eſt, & in carpendis hominum vitijs liberrimus. Cum Socrate inimicitias exercuit, quem in Nubibus comœdia, vt iuuentutis correptorem acerrimè inſectatur: filios habuit Ararota, Philippum, Philethærum comicos omnes. Docuit fabulas 54. teſte *Suida*: meminit illius *Hor. lib. 1. ſerm. 4.*

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſq; poetæ.

ARISTOTELES.

Stagyræ in Macedonia natus ex Nicomacho medico, & Phæſtiade matre, Philoſophus inſignis, & Peripateticorum princeps, ſtatura paruus, gibboſus, deformis, & balbutiens; ſed diues, vt qui ſocius, & præceptor, & à ſecretis Magno erat Alexandro. Septendecim annos natus profectus eſt Athenas, vbi Platonem per annos viginti audiuit, deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, Alexandrum decem annis inſtituit, cui chariſſimus fuit. Alexandro deinde in Aſiam profecto Athenas redijt, & in Lyceo tredecim annos philoſophiam profeſſus eſt: poſtea delatus, quòd de Dijs non rectè ſentiret, inuidiæ cedens, abijt in Chalcidem, ibiq; vitæ reliquum tranſegit, ętatiſq; ſuæ anno ſexageſimo tertio deceſſit, eo penè tempore, quo Demoſthenes Athenis, (ſiue in Apulia, vt nonnulli dicunt) perſequente Antipatro. Eius ſcripta (vt eſt apud *Athen. lib. 8.*) fatuis miracula cenſentur: ſed benè ponderata incertis oppleta rebus, & ſibimetipſis contradicentia, præſertim in Hiſtoria animalium condenda: pro qua accepta ab Alexandro 800. talenta, ſi aliò impendiſſet, maiorem ſui nominis gloriam reliquiſſet; in hoc vno laudandus, quòd bibliothecæ comparandæ ſtudioſus fuit. Vitijs aliquot inquinatus, multum de fama denigrauit ſua; obſoniorum fuit appetens. (*Timæus* apud *Athen. lib. 8.*) diſcipulum Phaſelitin turpiter adamauit, ex Herpyllide ſcorto Nicomachum genuit: ſed ad

ad noſtra, ne Stagyritomaſtix appeller.

Stagyræus magiſter, præceptor, *ex Mant.* Stagyrites. Magni Macedonis præceptor, inſtitutor, doctor, tutor. Lycei princeps, doctor, &c. Peripateticorum norma. Nicomachi natus. *Mant.* Non Plato non hoc vult doctus Ariſtoteles. Ariſtotelica dogmata.

ARITHMETICA, orum.

Quorum ſtudium ab Ægyptijs per ſurrectos digitos indicabatur; vt Geometria per arundinem; Muſica per quatuor dentes lingua percuſſos; Aſtrologia per maculoſam hinnuli pellem, quam cum Aſtronomia à Phœnicibus inuentoribus ad Græcos emanaſſe ſcribit *Strab. lib.16.* cuius artis laudes exequitur. *Caſſiodorus lib.1. variar. lect. cap.10.* acutiſſimè, quem lege, & *lib. peculiari de arithm.*

Numeri. Ars numerorum. Ars numeraria. Rationes. Ars numerandi. Calculi. Hinc: Arithmeticus. Qui calculos nouit. Qui artem numerandi callet.

ARMA, orum.

Quorum cùm ſint ſpecies, ſiue genera varia; varios quoque habuere repertores.

Arma inueniſſe memoratur Phoroneus Inachi filius (*Hygino* teſte) Galeam; Curetes, vel Lacedæmonij. Loricam; Mydias Meſſenius. *Plin.* Clypeum; Prœtus, & Lacritius, inter ſe digladiantes, vel ſi *Plinio* ſtabitur, Chalcas Athamantis filius. Gladium; Belus Neptuni filius, cùm antea fuſtibus, ſudibuſq; res gereretur. *Hygin.* Quod inuentum Curetibus alij tribuunt; at Spartanis. *Plin.* Iaculum, & amentum; Ætolus Martis filius. *Idem.*

Haſtam; Lacedæmonij. Haſtam velitarem; Pilumnus Tyrrhenus, *eodem Plin.* teſte. Lanceam; Ætoli. Frameam; Mars, qui vmbonem clypeo, & criſtas galeis addidit: vel potius Dares populi. *Thucyd. ſcholiaſt.* Fundam; Ætoli, vt *Strab.* Baleares, vt *Vegetius.* Phœnices, vt *Plin.* aſſerunt.

Arcum; Scythes Iouis filius. Sagittam; Perſes Perſei filius. *Idem. Diodor.* autem vtrumq; Apollini tribuit. Peltam; Illyrij, *Clemente* teſte. Harpen; Thraces. *Idem.* Tympanum; Corybantes. *Euripid.* Baliſtam; excogitarunt Phœnices. Onagrum; Cretenſes. *Plin.* Arietem; Epeus ad Troiam, vel Pephamenus. *Ammian.* Ocreas; Cares pop. *Plin.* Bipennem; Amazones. Inducias; Lycaon primus inſtituit. Fœdera Theſeus adinuenit. V. *Bellica inſtrumenta, & nonnulla ſuis locis.*

Armatura, quæ potius ad defenſionem eſt: omniſq; generis.

Sed potiſſimùm è materia, qua fiunt arma. Ferrum. Æs, & huiuſmodi, de quibus V. *ſuis locis.* Inſtrumenta belli. *Luc. 10. Pharſ.* Armorum ops; ope armorum. *Ouid. 5. met.*

Armorum genera.

Galea, Telum, Gladius, Enſis, Clypeus, Lorica, Scutum. V. *ſuis locis, vbi multa*; ſic Culter, Haſta, Sagitta, Arcus, Claua, Funda, Pharetra, Baliſta, Bombarda, Sclopus, Catapulta, Aries, Teſtudo. Verutum, & Veruina: telum breue, & anguſtum eſt. Framea: haſta Germanica dicitur. *Cor. Tacit.* anguſto, breuiq; ferro; ſed acri, habiliq; ad vtramque pugnam, ſiue cominus, ſiue eminus pugnetur. Securis Romana, & Amazonia ſecuris, *Alibarda.* Pyroboli, orum: tela miſſilia ignita, quæ vulgus artificiales ignes appellat. V. *Bombarda.*

Synon.

Armorum vires. Bellicus fragor. *Sen. in Herc. fur.* Munimina tuti corporis. Clareſcunt ſonitus, armorumq; ingruit horror. *Virg. 2. AEn.* Armorum terror obſidet. *Sen.* Armorum ſonitum toto Germania Cęlo Audijt inſolitis, &c. Iterum, atque iterum fragor intonat ingens, Enſeſq; clypeiq; ſonant. Pernicioſi ſubſidia belli. *Theocr.* Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, æraq; fulgent Sole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant. .... Tremulus vibratur in armis Ardor, & errantes ludunt per caſſida flammæ.

Epith. Fulgentia, impia, Vulcania, diſcordia, ſæua, radiantia, grauia, picta, furialia, inimica, nocitura, funeſta, triſtia, luctuoſa, virilia, horrida, crepitantia, fera, ſcelerata, feralia, valida, pugnacia, Getica, infeſta, cruenta, dura, potentia, calentia, ninea, rapida, rabida, trepidantia, lethalia, improba, iniqua, infelicia, hoſtilia, peſtifera, nocentia, nitentia.

Sumunt quoque à locis, & populis epitheta, vnde tibi ſurgent innumera ſanè epithetorum agmina.

Præterea apud poſtes conſueuerunt veteres arma ſuſpendere, cum pace fruerentur. Hinc *Stat. 3. Theb.* .... arma paternis Poſtibus, & fixos ſuperum ad penetralia currus Vellere amor, &c. Hinc:

Armatus, a, um.

Luce coruſcus ahena: metaph. *Virg. 2. AEn.* Inſtructus ferro. *Idem 12. AEn.* Accinctus armis; cinctus fulgentibus armis, *ex eodem.* Circundatus armis. Haud ſecus inſtructi ferro, quam ſi aſpera Martis Pugna vocet, &c. Stabat in egregijs Arceſtis filius armis. Thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis, ſuraſq; incluſerat auro. *Virg.* Miles radiabat in armis. Accinctus gladio illum tegit aureus vmbo. Sidereo flagrans clypeo, & cęleſtibus armis. Pulcris conſpectus in armis. Ære gerens, ſolidoq; datos adamante lacertos. *Stat. 3. Theb.* Armorum luce coruſcans. Inſignis galea, & fulgentibus armis. Omnibus æratæ pro-

propugnent pectora crates, Pilaq; ſæua manu, patrius ſtat vertice Mauors. Auratis etiam flagrans ſplendebat in armis. Geticis ſuccinctus ab armis. *Ouid.2. de Pont.* Fidens equo, & verſicoloribus armis. *Virg.*

Olim verò antequam è ferro fierent arma truncis, & ſudibus pugnabant; proq; galea caſſide, ſiue pelle vrſina, ſeu leonina ſe contegebant. Lege *Stat. 4. Theb. & Virg.*

ARMENIA.

Duplex eſt in Aſia Maiore prouincia Maior, & Minor, quę à *Plin.lib.6.cap.9.* deſcribitur diffuſiùs: Euphrate fluuio, & Tigri perluitur, & Araxe ininterſecatur. Maior ad Mediam eſt, & finitimas habet Colchida, Iberiam, & Albaniam: ab occaſu Euphratem habet, qui Cappadociam, Minorem Armeniam, & Syriam Comagenam relinquit à dextris. Ab oriente partem Hircani maris, & Mediam, qua montes Caſpij aſſurgunt à meridie Meſopotamiam, & Aſſyriam. Et in hac maiore Armenia vrbes primariæ:

Arſamotes, Euphrati proximum opp. Carcanthiocerta, quod Tigri alluitur. Tigranocerta, vrbs in excelſis Armeniæ ſita montibus. Armauria, in *Phil.Cluu. Geogr.* Artaxata, iuxtà Araxem fluuium. *Iuuen.2.* Thoſpia, Vrbs Arm. Artemita; item

Regiones verò, quæ in hac Maiori Armenia recenſentur, ſunt: Coracene, Bocche, Toſarene, Totene, Colthene, Soducene, Syracene, Sacaſene, Baſiliſſene, Horbodene, Arſea, Anciliſene, Aſtaunites, Sophene, Anzitene, Thoſpites, Corinea, Gordiene, & Cortæa.

Artyſſa, Palus inſignis. Lychites. *Ptol.* item palus.

Montes.

Taurus, quo à Meſopotamia diſcernitur. V. *ſuo loco.* Moſchici montes, quibus à Colchide, & Iberia. Nyphates, quo ſeparatur ab Aſſyria. V. *ſuo loco.* Caſpius, quo ab oriente ſeiungitur. Antitaurus, qui à Media illam diuidit, qui etiam Albus dicitur. Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates, & Araxes fluuij. Gordiæus, ex quo Tigris oritur.

Fluuij.

Cyrus amnis, qui ab Albania illam dirimit. Euphrates, qui à Minori Armenia illam diſterminat. Tigris, & Araxes, de quibus V. *ſuis locis.*

Populi.

Mardi. Gordiæi.

Minor Armenia, clauditur ab ortu Euphrate amne; à meridie Amano monte; ab occaſu, & ſeptentrione monte Scordiſco. Regiones in ea ſunt. Orbaliſſine, Ætulane, Æretheca, Horſene, Orbiſene: Item præfecturæ Cataonia, Morimene, Lauiana, Arauena.

Vrbes primariæ.

Satala, vrbs. Nicopolis, vrbs. Melitene, vrbs olim clara plurimorum Sanctorum martyrio, vt in Eccleſiæ faſtis præfertur, quæ etiã Melitine, p.p. Comana, vrbs in conualle Antitauri montis inſigni Bellonæ fano celebris. Aziris, vel Aza, vrbs iuxtà Euphratem. *Ptolem.* Fluuij Melas, qui iungitur Euphrati.

Lycus, fluu. qui Minorem Armeniam à Cappadocia diuidit, quem *Q. Curtius in Alex. Magni vita* deſcribit.

Synon. ad vtramque ſpectantia.

Armeniæ latebræ. *Ouid.2. eleg.14.* Araxes, Niphates, Euphrates, Tigris, fluuij, pro ipſa regione, quam alluunt. V. *ſuis locis.* Arua Niphatis. *Sidon.* Armeniæ oræ. *Hor.2. od.8.* Siluæ Armeniæ. *Sen. in Thyeſt.* Armenij campi, &c.

Qua regna vago Tomyris finiuit Araxe. *Tib.4. eleg.1.* Aut qui Caſpia fortibus recludunt iuga Sarmatis. *Sen. in Thyeſt.* Gentes, quas ferat Euphrates. *Manil.* Accola Tigris. Quæ colit Euphratem, niueum, quæ potat Araxem Gens, *ex Sen. in Hipp.* Gentes, populos, quos Tigris inundat. Tigris, & Euphrates ſub tua iura fluent. *Prop.3.4.* ideſt Armenij, Parthi, & Medi. Metonymiæ tropus eſt: ſic *Hor.4. od.14.* Iactat odoratos vota per Armenios: *Tib.1. eleg.2.* Arcuq; horrenda fugaci Armenia. *Stat.1 ſilu.* Armenius lapis, *Lapiſlazolo.*

Epith. Feroces, indociles, fugaces.

ARMENTVM, i.

Magnus grex. *Tib.1. eleg.1.* Ingens grex. *Ouid.1. de art.* Pecudes ingentes, maiores, &c. Armentaq; bucera pauit. *Ouid.6. met.* ideſt cornuta, vt boues. Armentale pecus. *Rut.1. itin.* Armentales greges, caulæ, &c. Et totis armenta ſequi paſcentia campis. *Manil.* Armentarius, qui cuſtodit armenta.

Epith. Validum, montanum, toruum, ſpumans, lanigerum, diſcolor, mutum, obſcurum, equinum, bouinum, ſiue bouillum.

ARMILLA, æ.

Brachiale, is. *Plin.* Brachijs circumdari ſolitum ornamentum circulare. Ornamenta Lacerti. Tortile manibus decus. *Bemb.*

Armillæ. *Vitr.* annuli ſunt, ſiue vmbilici ferrei, quibus enodaces (V. *Architectonica*) ceu vertibula quædam inſeruntur.

Armillæ olim decus fuerunt humeris (ideſt armis, vnde nomen ſumpſere) & brachijs, quibus milites in bello ſtrenui donati fuere. *Liuius 10. ab Vrb.* poſt victoriam à Samnitibus ad Aquiloniam. Armillæ argenteæ. *Idem.*

ARNE, es.

Ciuitas iuxtà ſinum Maliacum. *Plin.* primum à Bœotijs, deducta colonia ab altera eiuſdem nominis in Bœotia; quam ſic denominauit Arne

Æo-

Æoli filia; deinde à Theſſalis habitata. Arne verò Æoli gnata alio vocabulo Menalippe dicta fuit; & ſic etiam vrbs.

Menalippe, es. *Strab. Varr.* Virgo Æolia. *Ouid.*

ARNVS, i.

Inſignis Etruriæ fluuius ab eodem ferè, vt dicitur, exoriens monte, vndè Tibris, nempè ex Apennini latere dextro (vt *Strab.* ſcribit) modicis initijs principio inter rupes horridas, præcipiteſq; conualles in occaſum tendit, deinde collectis fontibus, torrentibus, amnibuſq; plurimis tumidior magna cum mole Florentinum ingreditur agrũ; Florentiam interluit mediam, quatuor ſubactus inſignis ſtructuræ pontibus; tum pergit alijs ſuperbus aquis Piſas, quas diuidit: poſtremum brachio, ſiue cornu tamquam alteri Acheloo diſtracto Magni Ferdinandi Magni Ducis Etruriæ opera, quo per foſſam Labronem (ſiue Liburnum) tenditur; multis tandem adauctus fluuijs mare petit.

Arni flumina, vndæ, aquæ, latices, liquor, humor, &c. Valles Arni Etruſci. *Marull.* continens pro cont. Non vitreus gelidis quę rigat Arnus aquis. Arnicolæ, qui accolunt Arnum. Arnis, dis, ora, vnda, aqua, &c.

Epith. Præceps, Tuſcus, nobilis, frigidus, gelidus, lucidus, leniter fluens, reſonans.

AROMATA, um, g. n.

Herbæ ſunt, ſiue herbarum, & ſeminum magnę virtutis contuſi pulueres: qui potiſſimùm ex India, Arabia, & Syria ad nos afferuntur, quę ſuper ignẽ impoſita (vt inquit *Pierius lib.* 46.) orationis erunt emblema, & hieroglyphicum.

Aroma, tis, num. ſing. Odoramentum. *Plin.* quod ab vnguine differt ariditate, & ſoliditate. Vnguen. V. *Vnguentum, vbi plura.* Herbæ odoriferæ. *Ouid. 2. faſt.*

Amomum, quo veteres cùm valetudinis, tum voluptatis cauſſa in conuiuijs comas vnxerunt, vt *Sen. in Thyeſt.* Pinguis madidus crinis amomo. v. anapęſt. Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo. *Mart.* 5. 65. Aſſyrium eſt optimum, cuius etiam meminit *Idem* 8. 77. Odorem Aſſyrium vocat. *Catull.* 69. Flagrantem Aſſyrio verrit odore domum. Aſſyrio flagrans olino. *Idem.* In quo loco interpretes opobalſamon, myrobalanon, ſtyracem, malobathron, & alia huiuſmodi intelligunt. Donum fragrantis amomi. *Sil. Ital.* 15. Armenij gramen amomi. *Pontan.* Aura procul ſpirantis amomi. *Lactant.* Hic mitis amomi, Hic caſiæ matura ſeges. *Claud.* Atque ea cum folijs, & amomi puluere miſce. *Ouid.* 3. *triſt.* 3.

Epith. Aſſyrium, Syrium, ſpiſſum, matutinum, fragrans, pingue, odoriferum, odoratum, gratum, craſſum, Arabum, olens.

Crocus. V. *ſuo loco.* Croceus puluis. *Ouid. ibidem.*

Cinnamomum, & Cinnamum: aroma fragrantiſſimum, cuius in locum ſucceſſit nobis Caſia, quod perfectiſſimum naſci in Æthiopia narrat *Plin.* 11. Cinnamon, & multi paſtor odoris Arabs. *Prop.* 3. 12. Vrantur odores, Quos tener è terra diuite mittit Arabs. *Tib.* 2. *eleg.* 2. Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet. *Mart.* 3. 62. Et fluere excuſſo cinnama fuſa vitro. *Ibid.* 45.

Epith. Rara, Panchæa, odora, redolentia. V. *Cinnamomum.*

Caſia. V. *ſuo loco.* Caſiæ ſeges. *Claud.* Caſiæ mitis vimen. *Lactant.*

Epith. Olens, florens, rubens.

Sunt qui ſcribunt Caſſia, à Græcis deducta methodo; ſed à poetis vnico ſemper, s, ſcriptam reperimus.

Coſtum, ſiue coſtus, arbuſcula quædam aromatica, vnde vnguentum coſtinum à Gręcis ſępiùs adhibitum, teſte *Athen.* 15. Lege *Plin. lib.* 12. *cap.* 12. & alios. Et Tamaris non lęta comis, Eoaq; coſtus. *Luc.* 9. *Phaſ.*

Epith. Achęmenium, Arabum, Aſſyrium, odorum, odoratum, molle.

Indica meſſis. *Stat.* 4. *ſilu.* 4. Theſauri Arabum. *Hor.* 3. 24. Arabum odores. *Prop.* 2. 21. Quicquid Indorum ſeges, &c. *Sen. Herc. fur.* Merces Syra. *Hor.* 1. *od.* 31. *ſiue* 32. Vina Syra reparata merce.

Stacte, es. *Theophr.* latex, oleumve è cinnamomo, & myrrha inciſa ſudans. Paſtillus odorus. *Mart.* 1. 88. Orbiculus ſuauis. Trochiſcos, i, Græcè. Phœnicobalanus. *Dioſcor.* Tamarindus. *Officin.* Palmula Punicea, vel nigra.

Myrobalanos. *Aetius.* Glans Ægyptia. Nux vnguentaria, vel odorata, myriſtica. Macer, vel macis, & Xylomacer, Gręcè, cortex aromaticus nucis myriſticæ inuolucrum, amiculumq;.

Caryophyllon, *Garofano*, ex India orientali merces penè innumera. Balſamum. V. *ſuo loco.* Zinziber: Zinziber, & calidum, mordax piper, & Laſer album. *Seren.* Piper. V. *ſuo loco.*

Laſer Cyreniacum, quod apud Cyrenen in Ægypto abundet. Gummi benzoinum. Aſſa dulcis, vel odorata, vel potius aſa. Laſer Medicum, vel Syriacum, à Media, & Syria proueniens. Aſa fœtida.

Naſcaphthum, ſiue Narcaphthon. Thymiama. *Officin.* à voce Hebræa. Styrax rubea. *Storace.* Cuminum.

Acorus, vulgò. Calamus aromaticus. Piper apum. *Apul.* quod appenſum aluearibus apes contineat ne diffugiant.

Agallochum, & agallochon. Tarum. *Plin.* Lignum Aloes. Xylaloe, es. *Aetius.* Zadura, vel zador, & zadera, vulgò *Zedoaria.* Coriandrum. Nardi ſpica. V. *Nardus.* Piſſaſphaltum, caro ſub ara-

ara

na exſiccata præſertim humana, *Mummia*. Carpeſium. Carum.

Aeromeli. *Galen.* Droſomeli, p.c. niſi accentu producatur more Græcorum. Ros Syriacus. Mel aerium, quo Calabria, & Hydrus abundat; nec non Sabina aliquibus locis: licèt illa ſit hac excellentior, vulgò *Manna*, excíſis ornorum corticibus. Eſt etiam Droſomeli mel roſcidum, quod æſtiuis temporibus ſub nocte, colore melleo, ſed roris inſtar defluit aliquibus in regionibus. Ladanum. Moſcus, & muſcus. V. *ſuo loco*.

ARSINOE, es.

Filia Ptolemei Lagi filij, eius ſcilicet, qui Ægyptum poſt Alexandrum tenuit; quæ Lyſimacho Macedonię Regi poſtmodum nupſit, cui Lyſimachum, & Philippum peperit: poſt viri mortem regnum ſperans ad Achyllam, qui Pompeium interfecerat, ſe ex regia traiecit, vnaq; bellum adminiſtrare cępit: ſed mox controuerſia de principatu orta, cùm vterque vtrique inſidiaretur, Arſinoe per Ganymedem famulum Achyllam interfici curauit, ſicq; imperium obtinuit.

Nec non ſubrepta paratis A famulo Ganymede dolis peruenit ad hoſtes Cæſaris Arſinoes. *Luc.* 10. *Pharſ.* Proles Lagæa. *Ibidem*.

Lagis, dis, *ex eodem*; quamvis intelligatur etiam de Cleopatra, cuius erat ab longa ſerie conſanguinea, ſed antiquior ſanè: vnde mihi inceſſit religio, aliam eſſe Arſinoen, de qua eo loco loquitur *Lucanus*, ab illa, quæ Lagi filia fuit; à quo vſque ad Ptolemeum Philometorem, qui Cæſaris tempore fuit aliquod ſeculum abijt. Licet Ptolemei Reges Ægypti ſub Lagi nomine cuncti dicerentur: tamen ab Alexandro: poſt quem Lyſimachus regnauit ad Cęſarem, plurimi fluxerunt anni. *Ath. lib.* 14. meminit Arſinoes Lyſimachi coniugis; & alterius, quæ fratri Philadelpho nupſit, quas nuptias cùm Sotades exprobraſſet ipſius Regis iuſſu à Patroclo fuit interemptus. Alij dicunt, hanc illi amicæ non legitimæ coniugis, ſiue ſororis loco fuiſſe; quam etiam à poculis habuit miniſtram (niſi ſit alia) cui multas erigendas ſtatuas in Alexandria curauit; ſed ad noſtra.

Vnguentaria Lagis, Arſinoen intellige, quæ in vnguentis conficiendis ſingulare ſtudium locauit. *Ath.* 15.

Eſt etiam vrbs in Cyrenaica regione ab illa ſic denominata; vel potiùs ab ea, quę Philadelphi fuit: cùm antea Epheſus diceretur ab Epheſiorum colonia. Illius pietas commendatur, quæ à fratre inſidijs, & fraude decepta, dum in filios percuſſores ille immiſit, hæc ambos amplexata corpus ſuum cædendum oppoſuit. Lege *Pier.* 20.

ARS, tis.

Opus. Artis opus. Studium. Studij ſucceſſor, & hæres. *Ouid.* 3. *met.* Quæſtuoſum opus. Inuentrix operum. Ingenij fœtus. Naturæ ſimia, metaph. quæ imitari illam, ac mentiri videtur. Naturam quæ ſupplet. Quæ fœtum naturæ matris adumbrat. Ars ingenio clariſſima.

Epith. Sola, agilis, mira, varia, doloſa, mala, pecunioſa, vetus, medica, fabra, vetita, maligna, ſanatrix, inepta, honeſta, ignota, omnigena, præclara, egregia, operoſa, ſolers.

Habet etiam ab inuentoribus, & ab ijs, qui artes exercuerunt varias, epitheta, & ſignificationes diuerſas; vt

Epith. Magæ, magicæ, Simoniacæ, Pæoniæ, Stygiæ, Apellęæ, Palladiæ, Phidiacæ, Pherecediacæ, Zoroaſtrides, & huiuſmodi. Poetica, de qua lege *Horat. Scaligerum, & Pontanum Ieſuitam; in qua ego etiam aliquid iunior compoſui*.

Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra Proueniunt. Primuſq; per artem Mouit agros curis acuens mortalia corda.

Ars pro induſtria. V. *Conſilium, Mens*.
Curæ nouæ. Solers cura, &c.

Artes liberales, vt vulgus appellat Grammaticorũ, ingenuæ dicuntur *Ciceroni* ſeptem recenſentur: Grammatica, Dialectica, Muſica, Geometria, Pictura, Rhetorica, Arithmetica.

Epith. Ingenuæ, præclaræ, egregiæ, doctæ.

Synon.

Muſarum, & Apollinis artes. Nerui vitæ, fonteſque bonorum. Inuentas multo vitam excoluere per artes. Ipſe ſuas artes ſua munera lætus Apollo Augurium, citharamq; dabat.

Artem naturæ victricē ſignificaturi pingebant Ægyptij vectem, quo adacto magnas rerum moles loco dimouemus. De artium origine fabulā narrat Plato in Protagora ſub perſona Socratis, quæ repetitur *in appendice ad hieroglyph. Pier.* Vtq; artem, & ingenium ijdem Ægyptij ſignificarent vulturem adiungebant ſcarabęo. *Pierius lib.* 18. Quod etiam innuunt poetæ, cùm Pallada Vulcano matrimonio collocatam fingunt: quod confirmant, qui ſcribunt, artes nullas à mortalibus inuentas, priuſquàm ignis repertus eſt: quod factum à Prometheo poetica cōminiſcitur turba. Manus apud Ægyptios hieroglyphicum fuit artis, operiſque. Lege *Pier. lib.* 35. Sed in ſtudioſi adoleſcentis gratiam hic ſubijciemus Artificum quoque promiſcua vocabula.

Opifex. Artifex, Manus artificis. *Virg.* 12. *AEn.* Experientia artificis. *Stat.* 4. *ſilu.* Mango, nis. Faber, cui ſi addas ferrarius, lignarius, ærarius, & huiuſmodi, diuerſitatem artis habebis ex epitheto.

Comicus. Tragicus, ſiue tragœdus. V. *ſuis locis*.

Chirurgus. Medicus. V. *ſuis locis*.

Herbarius. *Semplicista*. Veterinarius, Mulomedicus, Equarius medicus. *Val. Max.* Medicamentarius.

Digitized by Google

carius. Litothomos, p.c. qui calculos è veſica exſcindit.

Pharmacopola. Myropola, vnguentarius. Pinguentarius, à pinguedine vnguinum. Seplaſiarius. *Lamprid.* à Seplaſia Capuano foro vnguentarijs deſtinato.

Aromatopola. Aromatarius, qui vendit aromata.

Alipta. *Iuuen. ſat.* vnctor, qui palęſtritas certaturos in gymnaſio perungebat.

Circulator. Ceretanus, à Cereto opp. Circuitor, quòd circumeat. Medicus circumforaneus, *Saltinbanco*:

Geometres, & geometra. Finitor. Decempedator, qui metitur, qui diuidit loca.

Typographus. Qui pręlo libros imprimit. Suppoſitor prælo libri, ſiue librorum. Bibliopola, æ, qui vendit: Bibliopegus, qui compaginat libros. Antiquarius, qui notas Antiquitatis callet.

Faber ærarius. Architectus. V. *ſuo loco.* Automatarius faber, *in antiq. lapid.* Qui horologia, versua, aliaſq; machinas, aut imagines, ſua ſponte verſatiles fabricabatur, *ex H. Iun.*

Argentarius, qui quæſtum facit permutandis, ſiue fęnerandis pecunijs, qui Collybiſta, & Trapezita apud Græcos: ipſa verò pecuniæ permutatio, vnde lucrum petitur, ab ijſdem collybus dicitur, vt inquit *Sigonius*; dicitur etiam Menſarius. *Suet.* & pariter Nummularius, qui ad artem nummulariam incumbunt. Menſularius. *Scæuola in legibus.*

Aurifex, cis. Annularius, qui annulos facit. Aurarius. *Bud.* Inaurator, *indoratore*. Bractearius, & bracteator, *battiloro*, ſiue qui bracteis vtitur ad inaurandum.

Calcarius. Cęmentarius. Structor. Fabricator. Ædificator.

Capſarius. Capſarum artifex. Scriniarius. Carpentarius. Eſſedarius. Culcitrarius. Clinopegus, qui ſpondas fabricatur.

Cultrarius. Carbonarius. Ferrarius faber. Fuſor æramentarius, *fonditore*, Armamentarius, qui curam habet armamentarij. Gemmarius. Qui gemmas vendit, æſtimat, ſiue concinnat.

Imbricarius, qui imbrices pangit. Lapicida, æ. Latomus. Lithurgus. Laterarius. Lignarius faber. Materiarius. Lychnopęus, qui lucernas facit. Ocularius faber.

Palangarius, ſiue Phalangarius. *Vitr.* qui teretibus fuſtibus onera transfert, vulgò, *facchino*. V. *Baiulus*.

Plaſtes, is: fictor, is: figulus. Politor. Plectropęus, qui plectra componit. Serrarius. Priſtes, is.

Sculptor. Statuarius. V. *Statua, & ſuo loco.*

Stamnarius.

Sulphurarius. V. *Venditores*.

Thoracopeus; qui thoracas aſſuit, *Giubbonaro*.

Tornio, nis. Toreuta, æ.

Textor. Textrix, cis, fœmina. Linteo, nis: linteorum textor.

Vitriarius. Vaſcularius.

Veſtiarius. Pellio, nis, qui pelles parat. Lanarius. Lanipendia, & Lanifica. Linarius. Linopola.

Sericarius, *Setaiuolo*. Infector. *Plin.* Offector, is. *Feſt.* Tinctor, *Tintore*. Pileo, nis, qui pileos parat.

Interpolator. Mango, nis. *Plin.* qui veteres reparat, reuenditq; veſtes. Phrygio, nis. *Plin. Ricamatore.* Limborarius. *Nonn.* Barbaricarius. *Donat.* Segmentarius, qu ſegmentis aureis, ſericisve veſtium limbos, & oras exornat, *Trinaruolo*. Polymitarius, qui verſicoloria texit.

Sutor. Calceolarius. Cerdo, nis. Coriarius, *Concia pelle*. Alutarius. Zonarius. Fibularius.

Oenopola, æ. Tabernarius. Vinarius. *Suet. Tauerniero*. Popinarius. Cupedinarius. Cruſtularius. Libarius. Dulciarius piſtor. *Mart.* Piſtor. *Fornaio.*

Macellarius. Popa. Lanio, nis, & Lanius. Carnarius, *Beccaio*. Auiarius, qui aues: Piſcator, qui piſces: Salſamentarius, qui ſalſamenta: Salarius. *Mart.* qui ſalem: Lactarius, qui lac: Pomarius, qui poma: Caſearius, qui caſeum: Olearius, qui oleum vendunt.

Tragematopola, *Confettiero*. Cocus. V. *Coquus ſuo loco*.

Promus, i, *Diſpenſiero*. Structor, *Scalco*. Molitor, *Mugnano*. Auriga. *Cocchiero.* V. *ſuo loco*. Nauita. V. *Nauta*. Tonſor. Pictor. Famulus. V. *ſuis locis*. Agonotheta. V. *Luctator*.

Et hæc ſufficiant: ſi plura deſideras, tibi *Lexica* ſuppeditabunt.

Epith. Iners, doctus, clarus, peritus.

ARTEMISIA, æ.

Regina Cariæ Mauſoli Regis vxor, inſignis pudicitiæ fœmina, quæ in auxilium Xerſis contra Græcos, inter primores duces bellum acerrimè ciebat; quæq; virum incredibiliter amaſſe fertur: nam etiam mortui cineres vino commixtos bibit, & illius memoriæ tam ſplendidum conſtruxit ſepulcrum, vt inde magnifica omnia monumenta Mauſolæa deinceps fuerint appellata. V. *Mauſolaum*. Lege *Gell. lib.* 10.

Mauſoli coniux. *Mant.* Mauſolis, dis, patronym. à viro. Cariæ regina pia. Mauſolæi ſepulcri author. Quæq; viri cineres Caris amata bibit. Caris, dis, Regina.

ARTVS.

Membrorum vincula. Compages. Nodi corporis. *Plin.* Articulus, diminut. Iunctura, & nodus membri. Internodia corporis. Famulos animę artus, dixit *Val. Flacc.* 1. *Argon. v.* 75. quod animæ famulentur. V. *Corpus, & Corporis partes.*

ARVN-

Digitized by Google

ARVNDO, inis.

In quam Syringam conuerſam fuiſſe canunt poetę. V. *Syrinx, & Ouid.*

Silua arundinea. *Virg.* 10. *AEn.* Arundinei canales. *Idem* 4. *Georg.* nempè ex arundine facti. Calamus paluſtris. *Ouid. lib.* 1. *met.* Canna paluſtris. *Idem* 5. Calamus arundineus, caulis, &c. V. *inferiùs.*

Arundines (inquit *Plin.*) tantæ proceritatis ſunt in India, vt ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant: ex his igitur arundinibus antiquitùs nauigia conficiebantur, vnde ait *Prop.* 2. *eleg.* 27. Iam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex Cernat, & inferna triſtia vela ratis. Canna Micipſarum, pro cymba etiam dixit *Iuuen. ſat.* qua Numidæ, ſic dicti à Micipſa Rege, vtebantur.

Et longæ parua ſub arundine cannæ. *Ouid.* 7. *met.* Quo in loco *Scholiaſt.* intelligi dicit cannarum corticem, qui, & tenuis eſt, & facilè areſcit, vnde videtur nomen arundinis deductum.

Canna, & Calamus. *Ouid.* 2. *faſt.* At calamorum multiplex eſt genus. Calamus fiſtularis. *Plin.* Syringa, æ: & Syringias dicitur; totus concauus, fiſtulis vtiliſſimus. Calamus tibialis. *Idem Plin.* continuo foramine peruius. Calamus fruticoſus, nempè Cyprius. flumineus, exilis, aquaticus. Calamus vallaris, & lępicularis, maceris expetitus. Calamus ſpado. *Plin.* qui exiguam, atq; adeo nullam habet paniculæ comam. Calamus ſagittarius, ſagittis quæſitus, qui toto internodio concretus eſt. V. *ſagitta.* Calamus Indicus, & Arundo Indica. *Plin.* Calamus ſcriptorius. V. *ſuo loco.*

Pannicula, dicitur paluſtrium arundinum flos, qui quando aridus vento in leuiſſimos globulos per aerem diſſipatur, vnde à *Plaut. Mil. Glor.* 1. Pannicula tectoria dicitur, quòd huiuſmodi arundinibus vtantur paſtores ad caſarum, ac tuguriorum tecta conficienda.

Arundinis cartilago. Arundinum oculi, vel bulbi. *Plin. lib.* 17.

Epith. Longa, nodoſa, fragilis, deformis, fluuialis, vmbroſa, tenera, glauca, exilis, humilis, gracilis, &c.

Sumitur etiam Arundo pro iaculo. V. *Sagitta*, cuius ſunt.

Epith. Lethalis, volans, leuis, volucris, Gortynia, pennata, fatalis, ſtridens, Cydonia, Cydoniaca, Scythica, Parthica, hamata, Dictęa, quæ epitheta ſagittæ etiam tribuuntur.

Sumitur etiam Arundo pro fiſtula. V. *Fiſtula*; & eius ſunt.

Epith. Cerata, fulminea, docta, ſtridula, paſtoralis.

ARX, cis.

Olim Palladi ſacra, quæq; nunc mutata religione Angelis, & D. Barbaræ cuſtodiæ tradita, ab arcendo dicta.

Caſtellum. Turris. Vallum, propugnaculum. V. *ſuis locis.* Vix ope caſtelli defendimur, & tamen intus Miſta facit Graijs barbara turba metum. *Ouid.* 5. *Pont.* 10. Nec altis montium ſtructæ iugis arces. *Sen. in Thyeſt. Fortezze.* Non vertice alti montis impoſitam domum, Et eminentem ciuitas humilis tremit. *Ibidem.* ad coercendos enim ciues in altis iugis locatæ ſunt arces. In arce ſumma Pelopis vna eſt pars domus Conuerſa ad Auſtros, cuius extremum latus Æquale monti creſcit, atque vrbem premit, Et contumacem regibus populum ſuis Habet ſub ictus, Fulget hic turbæ capax, &c.

Munitæ rupes, in rupibus potiſſimùm ædificabantur olim à tormentis tutę muralibus. Inhoſpita ſaxa.

Epith. Impoſitæ montibus, alpibus, nefandæ, æternæ, charæ, inualidæ, littoreæ, aeriæ, vmbroſæ, altæ, conſpicuæ, turrigenæ, munitæ, fortes, &c.

Sumunt etiam epith. à locis, ſiue à conditoribus, vt Aſiacæ, Solymæ, Romanæ, Diomedææ, Alpinæ, &c. V. *Turris.*

ASCALAPHVS, i. V. *Bubo.*

ASCANIVS, ij.

Qui alio etiam nomine Iulus fuit appellatus Æneę, & Creuſæ Priami Regis filiæ filius ab Aſcanio Phrygiæ fluuio, ſic dictus, qui paruulus patrem poſt Troiæ excidium ſecutus, in Latium peruenit. Albam longam ædificauit, poſtquam Lauinij triginta regnaſſet annis, in qua octo deinde regnauit annos; paruo filio, qui Iuliæ familiæ dedit originem, relicto, quem cùm ad regni adminiſtrationem ineptum videret; fratrem Siluium ex Lauinia nouerca, & Ænea patre reliquit ſucceſſorem. Dictus Ilus quondam, ab Ilo Troianorum rege, tum Iulius, à prima barbæ lanugine. Futuri Imperij illi omen tunc factum exiſtimant, cùm diſceſſuro vnà cum patre profuſo flammula in capitis vertice apparuit; quæ nihil illi intulit lęſionis. Lege *Virg.* 2. *AEn.*

Iulus. *Virg.* 1. *AEn.* Dardanius puer. *Id.* 10. *AEn.* Nepos Veneris. Eſt auus Anchiſes illi, Cytheręa nepotem Agnoſcit, &c. Priami nepos, ex matre. Hectoreus nepos, qui condidit Albam, quòd matris eſſet frater. Æneides, à patre. *Virg.* 6. *AEn.* Auchiſiades, ab auo. Hic locus vrbis erit requies, & certa laborum, Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis Aſcanius condet clari cognominis Albam. Albaq; ab Aſcanio condita longa duce. *Tib.* 2. *eleg.* 5. Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba, Reſq; Latina fuit. *Ouid.* 14. *met.* Filius Æneæ, peperit quem clara Creuſa.

Epith. Regius, dulcis, auidus pugnæ, conditor Albę, Troius.

ASCEN-

ASCENSVS, us.

Principio cliui noſter anhelat equus. *Ouid.* 3. *de remed.* Conſcenſus,us. Superas euadere in auras. Difficilis aſcenſus locus. Hinc

Aſcendens.

Superans aſcenſu. Euadens ad ſummi faſtigia tecti. Nitens gradibus. Exſuperans iugum. Petens cœlum.

ASDRVBAL, is.

Frater Annibalis,qui in Italiam ex Africa profectus fratri auxiliaturus; vt ſe illi coniungeret, Alpes tranſcendit; ſed à M. Linio Salinatore, & Claudio Nerone altero Coſ. inſidijs circumuentus victus eſt, ac cæſus, cùm haberet in ſuo exercitu quinquaginta ſex hominum millia. Lege *Liu. lib.* 27.

Quid debeas, ò Roma Neronibus Teſtis Metaurum flumen,& Aſdrubal deuictus. *Hor.* 4. *od.* 4. Frater Annibalis.

ASIA, æ.

Duplex apud Coſmographos omnes: Maior, quæ dimidia orbis terrarum pars eſt, reliquas duas magnitudine ſuperans. Hæc ab Europa Tanai fluuio;ab Africa Nilo,ſeu potius Erythræo mari dirimitur;ab ortu,ſeptentrione,& meridie oceano abluitur. Sic dicta ab Aſia Nympha oceani, & Tethyos filia Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum fuiſſe ferunt:vel ab Aſio Lydo Manæi filio. In qua regiones celebriores ſunt.

Arabia triplex. Aſia minor. V. *inferiùs*. Syria,Aſſyria. Palæſthina. Idumæa. Chaldęa. Perſis. Suſa. Media. Parthia. Hircania. India. Scythia. Sarmatia Aſiatica;de quibus V. *ſuis locis.*

Adiabene. V. *Meſopotamia.* Regio orinntalis prope Aſſyriam,teſte *Strab.lib.* 16. medio loco inter Euphratem, & Tigrin, inde à Græcis Meſopotamia: in medio ſcilicet duorum fluuiorum.

Albania,regio eſt inter Colchos, & Armenios à colore populi vocata, eò quòd albo crine naſcantur. Hæc ab oriente ſub mare Caſpium ſurgens per oram Oceani ſeptentrionalis vſque ad Męotidas paludes, per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas,& Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi,qui tauros,& leones occidunt. Lege *Plinium,& Strab.* qui viginti ſex linguas Albanorum fuiſſe tradit, totidemq; aliquando reges. Ab his Albani orti ſunt,quorum pars hodie in Peloponneſo, pars in Macedonia iuxtà Dyrrhachium ſedet, quorũ dux fuit Georgius Scanderberg, hoc eſt Alexander dominus; ita enim vocatus fuit à Turcis, quando illum adhuc paruulum è Chriſtiano Georgio, in Mahomedanum Alexandrum, ſiue Scandeir Beig, impuris ſuis ritibus initiatum commutarunt,qui poſtea conuerſus, multa pro Chriſtiano nomine aduersùs Turcas geſſit prælia: Hinc Albani, populi apud *Plinium, & alios.*

Iberia,regio iuxtà Pontum inter Colchos,& Armeniam Alazone fluuio ab Albanis diuiſa, cuius incolæ. Iberes, p.c. dicuntur *Plin. lib.* 6. *cap.* 10.

Colchis. Boſphorus Cimmerius. Armenia maior, & minor. Taurica Cherſoneſus. Pontus. Sinæ, arum, Tartaria;de quibus V. *ſuis locis.*

Vrbes habuit olim tres toto terrarum orbe celeberrimas Babylonem, Niniuen, & Hieroſolymam;de prima,& poſtrema. V. *ſuis locis*;de Niniue. V. *in Aſſyria.*

Montes inſignes. Imaum;Amanum. Taurum,Niphatem,Caucaſum. V. *ſuis locis.*

Fluuios celebratos. Tigrim, Iordanem,Gangem, Indum,& Euphratem. V. *ſuis locis*. Arius,p.p. fluu. Aſiæ regionem irrigans, quæ media eſt inter Indos, & Parthos: cuius meminit *Lucanus lib.* 3..... Hinc fortis Arius, &c. populum intelligit,qui Arius, & Arianus quoque. Lege *Plin. lib.* 6. *cap.* 23. Lege *Ortellium in tab. Aſiæ, & Ger. Mercatorem,& alios.*

Synon.

Aſiæ regna immenſa. *Bemb.* Agmina barbara ſubiecta ponto. *Ouid.* 6. *met.* Orbis Aſiæ. *Virg.* 1. *AEn.* Aſiæ tractus,&c.

ASIA MINOR.

Quæ ſub vulgari nomine Natolia dicitur, eam nempè partem complectitur,quæ versùs Septentrionem Cappadociam, Galatiam, Bithyniam; tum ad Occidentem Phrygiam, Lydiam,vtramque Myſiam,Cariam,Æolidem,Ioniam: ad Auſtrum Lyciam,Pamphiliam,& Ciliciam; ad Ortum denique Maiori Aſiæ coniuncta eſt Iſthmo; quæ à ſinu Iſſido ad Pontum vſq; Euxinum pertingit: cuius mediterraneæ ſunt Phrygia maior, Paphlagonia cum Ponti parte;de quibus ſuiſquibuſque locis diſſeritur. Huius quidem terra ob Cęli clementiam, bonitatem ſoli, ac felicitatem multis ſanè pręponenda eſt regionibus;cuiuſque frequentiſſima eſt apud veteres mentio. Nunc Turcis poſſeſſa dominorum infelicem prorsùs tyrannidem miſera experitur. Montes, & fluuios celebriores in ſuis reperies prouincijs, quos huc repetere vanum eſſet.

Synon.

Res Aſiæ: Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gentem. *Virg.* 3. *AEn.* Vrbes Aſiæ. *Idem* 3. *Georg.* Te duce magnificas Aſiæ perreximus vrbes. *Ouid.* 2. *Pont.* 10. Oræ Aſiæ. *Virg.* 3. *Georg.* Orbis Aſiæ. *Idem* 1. *AEn.* Aſiæ oppida. *Ouid.* 1. *triſt.* 2. Oppida non Aſiæ non mihi viſa priùs. Campus,vbi Troia fuit. *Virg.* 3. *AEn.*

Terra Aſis,dis. *Ouid.* 5. *met.* Et Regnum Priami vetus. *Hor.* 1. *od.* 15. Aſiæ florentis imago. *Ouid.* 13. *met.* Ad claras Aſiæ volemus vrbes. *Catull.* 47. Claræ verò vrbes Catulli tempore

quatuor erant, quas propterea à numero Quadrigam Aſiæ vocat *Proper.*, ſcilicet Epheſus. Smyrna, Colophon. Miletus, è *Ioſepho Scalig.* de quibus V. *ſuis locis*. Hinc

Aſiatici populi, quorum mollities ab omnibus olim damnata, nunc turpitudo. Molles populi. Fœmineæ gentes, ob ipſam mollitiem. Effœminatæ turbæ, cuius prouinciæ populi Lydij, Męonij, Phryges, Paphlagones, Cappadoces, & cæteri, qui à regionibus, vrbibus, locisq; denominantur.

ASINVS, i.

Quem olim Ægyptij adeo abominati ſunt non tam propter imperitiam, ineptias, & contumelioſam naturam, quàm quòd victimis inhabilis (Deus enim in ſacrificijs Hebræorum hoc animal oue commutari iuſſerat) iudicaretur, vnde in prouerbium exijt: Aſinus Ægyptius inſcitiæ, ignauię, petulantię, & impudentię ſymbolum. Quem tamen Hyperborei Apollini mactabant, quod illo Deum gaudere crederent, vnde canit *Callimachus:* Exhilarant pingues Phœbum epulæ ex aſino. Tamen Priapo ſacer erat hortorum cuſtodi, ob verēdi ſcilicet enormitatem, qua etiam cenſentur (vt apud homines etiam qui ea genitalis productione conſpicui ſunt) ad generationem inepti. Fœminę annum integrum geſtant, plerumque in ſolſtitio, ſiue circa id temporis fœtus emittunt, eosq; in tenebris. Sed conſule *AElianum, cæterosq; de natura animalium ſcriptores*. Lege *Pierium* 12. *Hierogl.* Aſininas vngulas in ſuffimentum abortiuis euocandis prodeſſe dicunt. Tamen & aſinus quoque hoſtem habere dicitur, irreconciliabilem, nempè Ægithum, quę auicula eſt in carduis nidos ſtruens; verùm, quòd aſinus cardos abradendo, illi nidos diſſipat, hæc perpetuas cum illo gerit ſimultates; cui cùm vllo alio modo nocere nequeat, illi vlcera erodit. Lege *Plin. lib.* 10. *cap.* 74. Sed ad

Synon.

Aſellus, diminut. Aſina, fœm. & Aſella, diminut. Quadrupes, is, antonomaſt. ob ignaniam, ſic: Ignauum pecus. *Virg.* Pullus aſellæ; pullus aſinæ. Quadrupes rudens, rudens animal. Onager, & onagrus: ſunt ſilueſtres aſini.

Tardum quadrupes, iners, auritum, tardigradum. Exceptis tamen Palæſthinis aſinis (vt inquit *Pierius lib.* 12.) qui equos pernicitate ſuperare dicuntur. Hinc frequens in ſacris mentio, inſignes homines ſtrauiſſe aſinos ad equitandum: cùm in ea regione curſu ſint equis velociores.

Arcadicum pecus, à regione, in qua procero ſunt corpore, ſed ignauis viribus. Miſerandæ ſortis aſellus, vtpote qui indefeſſi laboris, atque ſeruilis imago, ſymbolumq;. Aſſiduo verbere domitus, cui callum obducit ob ſua, quæ quærit commoda. Sileni vector. V. *Silenus*. Et ſenior pando Silenus aſello Venerat. *Ouid.* 1. *faſt.* Induiturq; aures tardè gradientis aſelli. *Idem in fab. Midæ*. Humanæ commoditatis aſſiduus miniſter. Animal laborioſum.

Priapo ſacra bellua: cauſſam hanc afferunt, quòd cùm is Veſtæ dormientis impudicitiæ inſidiaretur, illa intempeſtiuo aſelli clamore excitata, & detecta fuit inſidiatoris libido. Fabulam attingit *Ouid.* 1. *faſt.* v. 438. Victima grata Deo Helleſpontiaco; cui mactabatur ob cauſſam, quam refert *idem Ouid. ibidem*. Męnala pecuaria. *Fauſt.* quòd in eo monte armenta plurima eſſent. Cillus. *Poll.* vnde *Petron. Arb.* Et Cilli magnas inuocat auriculas. Aurita beſtia. *Pollux*. Filius tarditatis. *Anthol.* 2. Agaſo, nempè qui agit aſinos. Sępè oleo tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis, &c. *Virg.* 1. *Georg.*

Epith. Onerarius, clitellarius, paluſtrarius, molarius, doſſuarius, villoſus, Arcadicus, vilis, piger, iners, pandus, lentè gradiens, auritus, turpis.

ASOPVS, i.

Fluuius in Peloponneſo è Chorio monte naſcens, ſiue è Chronio, & Corinthiam regionem præterfluens, qui demum in ſinum Corinthiacum labitur. Fabulati verò ſunt à Męandro ortum ducere, qui in Phrygia multis anfractibus ſinuoſus, ac flexuoſus in mare ad Miletum delapſus, illud ſubit, inq; Peloponneſum emergit, vbi vocatur Aſopus. Eſt etiam alter Bœotiæ, qui Thebas, Platæas, & Tanagram vrbem præterfluit. Hunc poetæ Æginæ patrem faciunt, ex qua Iupiter in ignem conuerſum Æacum ſuſcepit Achillis auum. Quod cùm reſciuiſſet Aſopus, vndas ſuas in aſtra euomens, Ioui bellum intulit, à quo fulmine fuit interfectus.

Aſopi fluentis ſonitus. *Prop.* 3. *eleg.* 13. Aſopi ripæ, vndæ, fluenta, &c. Dumq; per Aſopi percurrit flumina cymba Quicquid & Aſopon, veteresq; interiacet Argos. *Stat.* 3. *Theb.* Æginæ pater, quæ ab eo Aſopis, dis, denominatur. V. *ſup.* At poſt herboſi venere Aſopidos vndas. *Hom.* 4. *Iliad.* Clare Gigantæis etiamnum Aſope fauillis. *Stat.* 7. *Theb.* reſpicit ad bellum Ioui commotum ab ipſo, *vt ſup. in hiſt.*

Epith. Fluens, herboſus.

ASPARAGVS, i.

Herba in virgultum, & caulem creſcens expetitus epulis irritatorijs. Satiuum eſt, & ſilueſtre genus.

Gratior incultis non erit aſparagis. *Mant.* Et bacca aſparagi ſpinoſa proſilit herba. *Colum. & Theophraſt.* Corruda: eſt aſparagus ſilueſtris. *Plin.* Corrudago dicitur *Gaza*. Aſparagi radix ſatiui. Spongia peculiariter vocatur à *Plinio*, & *Columela*.

ASPE-

ASPECTVS, us. V. *Viſus*.

ASPIS, dis. V. *Serpentum genera*.

ASSARACVS, i.

Trois Regis Troianorum filius, frater Ili, qui Troi ſucceſſit; Aſſaracus autem genuit Capyn, à quo Anchiſes pater Æneæ, & Iuliorum familia prouenit. Alij dicunt, illum non Ili fratrem, ſed filium fuiſſe, & in Phrygia regnaſſe.

Et genus Aſſaraci. *Virg.* Anchiſæ auus. Æneæ proauus. Verùm à *Lambino* Æneæ geneſis hæc traditur: à Ioue Dardanus, qui Erichthonium genuit; huius filius Tros, qui tres habuit filios Ilum, Aſſaracum, & Ganymedem; hoc poſtremo ab Ioue rapto, Ilus ſucceſſit patri, & Laomedontem genuit, à quo Priamus; Aſſaracus autem Capyn; ex quo Anchiſes, & alij. Tellus Aſſaraci. *Hor. epod.* 13. nempè Troiam intelligit. V. *ſuis locis*. Merumq; in auro veteris Aſſaraci trahunt. *Sen. in Agam.* nempè in calicibus aureis è Troiana præda relatis.

ASSVS, a, um.

Aſſatus. Toſtus. Pars in fruſta ſecant, verubusq; trementia figunt Viſcera. *Virg.* 1. *AEn.* Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent. *Idem*. Igni coctus lento. Et lentis datæ ſtillant caminis epulæ, carnes, &c. *Sen. in Thyeſt.* 4. Illa (ſcilicet membra) lentis ignibus ſtillare iuſſi. *Ibidem*. Graciliq; traiectas veru mugire fibras vidi. *Ibidem*. Dum turdos verſat in igne. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. *Virg.* nempè in verubus ex ligno colurno compactis.

ASSYRIA, æ.

Maioris Aſię regio, quam diuersè Coſmographi diſcriminant: *Ptolemaus* ab ortu Mediæ parte terminat: ab occaſu Meſopotamia: à ſeptentrione parte Minoris Armeniæ iuxta Niphatem montem: à meridie Suſiana. Diuersè *Plin. lib.* 5. *cap.* 12. alij illius initium Adiabenen faciunt: de qua V. *ſup. in Aſia Maiore*; Syriæ tamen adeo contermina eſt ab occaſu, vt pro ipſa ſæpè capiatur. In ſe continet Garamæos, & Sambathas populos. V. *Syria, vbi multa*. Prouincias olim habuit Arrapachiten, Sittacenam, Adiabenen, Apolloniaten, Arbeliten, & Calacenen, in hac.

Vrbes.

Niniue, es, quæ & Ninos dicitur, quam ædificauit Aſſur egrediens de terra Sennaar; à Nino Rege ſic dicta. (vt ſcribit *Auguſtinus*) Sita fuit iuxta Tigridis amnis partem, cuius ambitus ſexaginta milliaria complectebatur: quæ cùm floreret; vitijs tamen eſſet implicita Ionæ Prophetæ prædicationem audiuit. Lege *Ionam*, poſtea vaſtatæ vix veſtigia viſuntur.

Babylon, vrbs inſignis olim. V. *ſuo loco*.

Niſibis, is, vrbs iuxta Tigrim fluuium ſita in regione Perçæ, quondã Romani imperij ſub Conſtantinis propugnaculum Epiſcopatu Iacobi viri quidem celeberrimi clara; ſed in Perſarum poſtea ditionem ſub Iuliano Apoſtata venit, à quo ſancti viri oſſa, quibus defendebatur vrbs, exhumata, combuſta, & in ventos diſperſa fuerãt. Niſibitæ, populi.

Antiochia. V. *ſup.* inter Cœleſyriam, & Arabiam alia fuit Antiochia à Semiramide condita; quæ poſtea Gadera, vocitata (è *Steph.*) tum Antiochia per Antiochos reſtaurata.

Edeſſa, trans Euphratem ſita vrbs (vt vult *Strabo*) quæ etiam Bambyce, & Hierapolis vocabatur, in qua Atergatim Deam Syriam colebant Edeſſenſes. Arabiæ à nonnullis adſcribitur, & Antiochia dicta fuiſſe fertur. *Plin.* 5. *cap.* 24. Heraclea, vrbs in Syria.

Philadelphia, inſignis ciuitas, quæ priùs Amana, deinde Aſtarte, demum Philadelphia à Ptolemæo Philadelpho dicta eſt, quæ regiunculam ſibi proximam à ſe denominat.

Cteſiphon, Parthorum regia; & Arbela vicus quondam, ſed ob victoriam Alexandri Magni è Dario relatam inſignis vrbs.

Fluuij celeberrimi.

Euphrates, & Tigris, quibus terminatur, & irrigatur. V. *ſuis locis*. In Tigrim autem defluunt Lycus, Caprus, & Gorgus.

Gyndes, maximus fluuius ſecundùm Euphratem. Is cùm Cyri impetum venientis contra Babylonios interciperet, & quidam ex militibus ſummè dilectus Regi, eius moliens tranſitum, rapacitate fluuij abſorptus eſſet; tantam Regi mouit iram, vt cum illo bellum gerere conſtituerit; quamobrem totis copijs per magnas deductum foſſas in quadraginta ſex alueos diſpartiuit. *Sen. lib.* 3. *de ira*, & *Tib.* 4. *eleg.* 1. meminit. Aut rapidus Cyri dementia Gyndes.

Choaſpis, pis, Aſſyriæ attribuitur à nonnullis, cùm propriè Medorum ſit fluuius. V. *Media*.

Synon.

Aſſyrius orbis. *Pont.* ſic Aſſyria tellus, humus, ora, &c. Aſſyrij fines. *Catull. in coma Beren.* Aræctæi campi. Ardet Aræctæis, aut vnda perhoſpita campis. *Tib.* 4. *eleg.* 1. Aſſyrij nidi. Qualiter Aſſyrios renouat incendia nidos Vna decem quoties ſecula vixit auis. *Mart.* 5. *ep.* 7. de Phœnice loquitur, quam in Arabia eſſe ſuperiùs demonſtrauimus. Aſſyrij, pop. Aſſyriæ gentes, turbæ, acies. Arma Aſſyria, &c. Aſſyrius vidit Lycabas iunctiſſimus illi. *Ouid.* 5. *met.*

Olim Aſſyrij columbam coluerunt in Semiramidis gratiam, vt nonnulli exiſtimant, ſed authores Græci in Rheæ potius memoriam, vtpotè qui aſſerant aerem, & aquam potiores eſſe partes, in quibus oſtentet ſe natura rerum, pariq; ratione eos à piſcibus abſtinere. De columba *Tibullus*

Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes Alba Palæſthino ſancta columba viro, *ex Pier. lib. 22.* Aſſyrium vnguentum. V. *Vnguentum.* Aſſyrius odor. V. *ſup. Aromata.*

Epith. Ferax, diues Aſſyria.

ASTERIE, es.

Latonæ ſoror, Cei Titani filia; quam poſt ſororem vitiatam dilexit Iupiter; & in coturnicem conuerſam, aquilæ miniſterio ſibi rapuit, vt fabulatur *Ouid. 6. met.* quæ deinde in deſertam inſulam aufugiens, nomen illi ſuum dedit Aſteriæ, quæ ab eius in auem coturnicem conuerſione, à Græcis Ortygia dicta eſt, poſtremò Delos. V. *Delos.*

Fecit & Aſterien aquila luctante teneri. *Ouid. 6. met.* Latonæ ſoror. Apollinis, & Lunæ matertera.

ASTRÆA, æ.

Aſtræi gigantis ex Aurora dicitur filia, ex qua coniuge ventos omnes genuit; quos, cùm fratres Titanes aduerſùs Iouem bellum mouiſſent, omnes armauit, & in ſuperos emiſit: quos tamen illi vinclis coercitos, Æoli cuſtodiæ tradiderunt. In reliquis autem Aſtræus princeps iuſtiſſimus fuit, propter cuius æquitatem, eius filia Iuſtitia dicta eſt, vt ſcribit *Aratus.* Alij dicunt Aſtręam Iouis, & Themidos filiam fuiſſe, quæ olim terras cæde madentes reliquit, & inter ſidera collocata: vnde *Idem Aratus:* Et Cęli fortita locum, qua proximus illi Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes. Hanc Aſtrologi ſignum in Zodiaco Virginem eſſe dicunt: à *Gellio* deſcribitur *lib. 14. noct. Attic.* Demum tanquam Dea Iuſtitię à priſcis habita, & culta fuit.

Themis, dis. *Ouid. 1. met.* V. *ſuo loco, vbi multa.* Aſtræi filia. Virgo Aſtræa. *Nonnus.* Auroræ genita. Ventorum ſoror, germana. Iuſtitiæ Dea. Vltima cęleſtum terras Aſtræa reliquit. *Ouid. 1. met.* Cadet in terra virgo relictas, Iuſtæq; cadent pondera libræ. *Sen. in Thyeſt.* Tu nuncia fontium Virgo Iouis, Terras oculis, quæ proſpicis ęquis. *Val. Flacc. 1. Argon.* Aureæ nutrix ætatis, *Nonnus.*

Epith. Alma, inimica rapinis.

ASTROLOGVS, i.

Chaldæi olim Aſtrologiæ operam dedere maximam, à quibus natalitia, Genethliaci, aſpectumq; ſiderum notitia huc vſque ad nos peruenit. Lege *Tull. 2. de diuinat.* ad quos Aſtronomos, & Mathematicos pertinere dicunt nonnulli, licèt ipſi inuicem diuerſæ ſe diſciplinæ eſſe dictitent: quos conſule, non enim ipſe eorum differentiæ ſum arbiter.

Cęli rimator, obſeruator, inſpector, conſiderator. Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus. Quæritis & Cęlo Phœnicum inuenta ſereno, Quæ ſit ſtella homini commoda, quæq; mala. *Prop. 2. eleg. 19.* Viri ſiderum periti. *Anthol.* Aſtrorum interpretes. Aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu. *Prop. 3. eleg. 19.* Collis ò Heliconij Cultor Vraniæ genus. *Catull.*

Architæ ſoboles: Me creat Architæ ſoboles Babylonius Horos, Horos & à proauo ducta Conone domus. *Prop. 4. eleg. 1.* V. *Mathematica.* Fuerunt enim Aſtrologi etiam Mathematici. Secretaq; cæli Noſſe. *Luc. 1. Phaſ.* Quem non ſtellarum niſu, primiq; per artem Sideribus videre vagis pendentia fata. *Manil. 1.* Experientia longè ſpeculata Deprendit tacitis dominantia legibus aſtra. *Ibidem.*

Nec quicquam tibi prodeſt Aerias tentaſſe domos, animoq; rotundum Percurriſſe Polum morituro. *Hor. 1. od. 28.* Qui ſolerti indagine nouit, Qua venit exoriens, qua deficit, vnde coactis Cornibus in plauum menſtrua Luna redit. Qui cælo liber aperto Suetus in ętherios ire meatus. *Boetius.* Fallaces vitreo ſtellas componere mundo Nouerat. *Claud. de Archim.* Quæ vis animauerit aſtra, Impleritq; choros, quo viuat machina motu. *Idem.* Qui primi lineis dimenſi polum. *Nonnus.* Obliquum Solis curſum ponderantes, *ex Græco epig.*

Stultitia vulgi, & credulitate ſequaci Vtitur Aſtrologus, magna, atque horrenda minatur: Inſanamq; famem, populantemq; omnia peſtem, Et bella, & quicquid bellorum inſania cladis Inuehit, humanis irataq; Numina rebus: deſcript. Nimiùm malignis credulus aſtris. Suetus orbitas, curſuſq; labentum tueri ſiderum. *Maſc. 1. od. 10.* Siue vias cæli, rerumq; exquirere formas. *Pontan.* Obſeruator ſiderum; ſideris, &c. Qui ſidera ſeruat. *Virg.* V. *Mathematicus, vbi multa huc pertinentia.*

ASTROLOGIA.

Aſtrologia, quæ Gręcis dicitur: Arcana cæleſtis muſæ. *Nonnus.* Muſa, quæ nouit circularem aſtrorum motum. *Idem.* Aſtronomia: quamvis diuerſæ inter ſe ſint, tamen apud Poetas facilè confundi poſſunt, quibus omnia licita. Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit Formidoloſus. *Hor. 2. ode 17.*

Babylonij, vt ait *Porphyrio*, aſtrologiam inueniſſe dicuntur, per quam geneſis colligitur; &, vt author eſt *M. Tullius*, Babylonij omnem curam in ſiderum contemplationem poſuerunt: vnde Babyloniorum philoſophi nobiliſſimi Chaldæi celebrantur, qui aſtrologiam, & genethlialogiam optimè callebant: de quibus multa *Diodor. Strabo, & Cic. 2. de diuinat.* tradiderunt. Lege *Beroaldum interpr. Prop. 4. eleg. 1.* qui *in lib. 2. eleg. 27* Phœnicibus quoque aſtrologiæ tribuit inuen-

inuentum; quos ab Abrahamo illam didiciſſe, tradit *Euſeb.9. de præp. Euangel.* At vos incertā mortales funeris horam Quæritis, & qua ſit mors aditura via. *Propert. vt ſup.*

ASTRVM, i. V. *Sidus.*

ASTVS, us.

Aſtutia. Fraus, dis. V. *ſuo loco vbi plura.* Pelaſga ars. *Virg. 2. AEn.* Græci enim ſemper aſtuti habiti. Pectus fictum. *Ibid.* Calliditas, tis. *Ouid. epiſt. 19.* Ars. *Virg. 12. AEn.* Ipſe meæ moui callidus artis opem. *Ouid. 1. faſt.* Callida, vafra ars. *Mart. 6.* Verſutia. Fallacia. Vulpina ſimplicitas. *Mant.* Captio, nis. Techinæ. Dolus. V. *ſuo loco.*

Epith. Solers, fallax, cęcus, mendax, tacitus, pauidus, acer, callidus, prudens, vafer, Lycaonius, timidus, verſutus, &c. Hinc

ASTVTVS, a, um.

Verſutus. Vafer. Fallax. Callidus. Inſtructuſq; dolis, & arte Pelaſga. *ex Virg. 2. AEn.* Doli fabricator *ex eod.* Machinator aſtus. Parans aſtū *Stat. 1. Achill.* Illita felle malæ pectora fraudis habent. *Bemb.* Catus. *Hor. 1. od. 10.* Voce formaſti catus, & decoræ More paleſtræ. v. ſapph. nempe ſolers, callidus, ſollicitus, conſideratus, acutus, cordatus.

ASTYANAX, ctis.

Qui alio nomine Scamandrius dicebatur vnicus Hectoris, & Andromaches filius, poſt inchoatum bellum inter Troianos, & Græcos vtrique natus. Quem Vlyſſes è turre deiecit, vt Calchas prædixerat; vel vt alij ſponte deſilijt, ad id à matre incitatus, antequam à Græcis captiuus fieret, vel morti daretur, quando illi iam à Sigæo ſoluere cogitabant. *Seneca* verò illud à matre in patris ſepulcro abſconditum fingit, & ab Vlyſſe detectum, èq; turri præcipitem datum: *in Troad.* quam lege *Act. 5.*

Paruumq; manu Aſtyanacta trahebat. *Virg. 2. AEn.* Scamandrius, à fluuio illi nomen impoſitum à patre. Hectore natus. Hectoreus puer. *Ouid. in Ibin.* Filius Andromaches. Eætioni nepos, ob matrem, quæ Eætioni erat filia. Priami nepos Hectoreus. *Sen. in Troad.* Hectorea ſoboles. *Ibidem.* Hectoris natus. *Ibidem.* proles. *Ibid.* Stirpes. *Ibid.* Futurus Hector. *Ibid.*

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. *Virg. 3. AEn.* Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde Pugnantem pro ſe, proauitaq; regna tuentem Sæpè videre patrem monſtratum à matre ſolebat. *Ouid. 13. met.* Turribus è Phrygijs dirus, quem miſit Vlyſſes, è *Stat. 2. ſilu. 1.* Paterna pueto bella monſtrabat Senex, ideſt Priamus auus nepoti. *Sen. in Troad. act. 5.* Præceps ab altis qui cecidit muris puer. *Ibidem.*

ASTYDAMIA, æ.

Ormeni Regis filia, quam (patre occiſo) rapuiſſe dicitur Hercules. Nec referam partus Ormeni Nympha tuos. *Ouid.* Ormenis, dis. Ormeni Regis filia. *Diod.*

ASTYNOME, es.

Chryſæ Apollinis Smynthei, apud Smynthen oppidum in Phrygia Sacerdotis filia; de qua hęc narrantur. Smyntheo oppido à Græcis in Troianum imperium erumpētibus capto è prǫda Agamemnoni data fuit Aſtynome Chryſæ filia, quā pater prece, & precio repetens à Rege, repulſus eſt. Iniuſtitiam hanc vltus eſt Apollo, cuius ille Sacerdos erat, peſtilentia, quam in Græcum immiſit exercitum; quamq; non ceſſaturam reſpondit, niſi reddita virgine. Ab Achille igitur conſilij eius authore abſtulit Agamemnon Briſeida, quam tamen reddidit. V. *Briſeis.* Aſtynomen verò patri reddidit apud Troiam Agamemnon.

Chryſæ filia, genita, &c. Flamma Chryſeidos. *Ouid. 2. triſt.* Chryſeis, dos, à patre, *Idem 2. de rem.* V. *Chryſeis.* Smynthea, ſiue Smintea ſpolia. Sminthea tenuit ſpolia Phœbi ducis Ardore ſacræ virginis iam tum furens. *Sen. in Agam. 3.* ideſt filiam Chryſæ Sacerdotis Phœbi habuit pro ſpolijs. Sunt autem qui dicunt, non in oppido Sminotheo, ſed in Chryſe Ciliciæ oppido illam habitaſſe cum patre Chryſe ſimiliter nominato, quā Apollinis Smynthei, ſic à loco alio dicti Sacerdos erat, quo oppido expugnato, Aſtynome ceſſit Agamemnoni prǫda; vnde *Hom. in Iliad. 1.* Sacræ Phœbia Chryſæ Littora, &c. oppidum intelligit littorale. Lege *Hom. vt ſup.* vbi diffuſior hiſtoria.

ASTYPALEA, æ.

Vna ex Cycladibus ab Aſtypalæa Ancæi matre denominata, nam antea cùm à Caribus habitaretur Pyrrhea primum, deindè Palea, poſtremò Theon trapeza, ſiue Deorum menſa fuit appellata.

Cunctaq; piſcoſis Aſtypalæa vadis. *Ouid. 2. de art.* Aſtypalæia regna. *Id. 7. met.* Regia. *Ibidem.*

ASYLVM, i.

Templum, aut locus ſacer, quo perfugis tutus erat receptus; vndè nefas erat aliquem extrahere; primum ab Hercule Athenis inſtitutum fuit, vel ab eius filijs, vt canit *Stat. 7. Theb.* Quos ij inſequebantur, quos eorum pater oppreſſerat. Epheſi quoque fuit Aſylum, & apud Delum in Apollinis templo; & Romæ à Romulo conditum, vt *Virg. 8. AEn.* ait. Euerſa tamen ab Auguſto fuerunt Aſyla, ſiue à Tiberio Auguſto; cùm animaduerſum fuiſſet, homines illis abuti ad occaſiones ſcelerum.

Fama eſt defenſos acie poſt buſta paterni Numinis Herculeos ſedem fundaſſe nepotes. *Stat. 12. Theb.* Hinc lucum, quem Romulus acer Aſylum

*Virg.*8.*AEn.* Et iam porticibus vacuis Iunonis Aſylo, &c. *Idem*. Lucus verò, vbi Romulus conſtituit Aſylum, Querectum dicebatur inter Capitolium, & Palatium. Romulus vt ſaxo lucum circumdedit alto Quilibet huc dixit, confuge tutus eris. *Ouid.*3.*faſt.* Locus tutus. Templa tuta ſatellite: Templa enim omnia à Gręcis vocabantur Aſyla. Tuta domus relligione.

ATALANTA, æ.

Iaſij Argiuorum Regis filia Virgo, & forma, & viribus corporis præſtans, quæ à Meleagro Calydoniæ Regis filio ad apri venatum, qui regionem omnem depopulabatur, accita, vnà cum cætera Achaiæ nobilitate iuuenum in Ætoliam profecta eſt, vbi prima aprum Calydonium ſagitta vulnerauit; cuius deinde interfecti pellem, & caput tamquam victoriæ ſpolium ab eodem accepit Meleagro, cui poſtea nupſit, & Parthenopæum peperit, cuius frequens eſt apud *Statij Thebaida* mentio. V. *ſuo loco*. Hanc celebrat *Ouid.*8.*met.* Sed aduerte magnam eſſe in veterum libris varietatem huius Atlantæ, quam Iaſij filiam non Argiuam, ſed Arcadicam faciunt, & Melanioni nupſiſſe ferunt, vt innuit *Prop.*1.1. Meleagro autem hanc nuptam fuiſſe, & Parthenopæum genuiſſe. *Stat.* 4. *Theb. Lactantius eius interpres, Hyginus, & D. Hieronymus in Iouinianum* teſtantur. V. *Mimalion*, vbi huius differentiæ redditur ratio, & *Muretum in Com. Prop.* longiùs de hac diuerſitate diſputantem.

Nonacria. *Ouid.*8.*met.* ab Arcadia prouincia. Meleagria virgo. *Pontan.* ſic coniux, vxor. Iaſis, dis. *Prop.*1.*eleg.*1. Sęuitiam duræ contudit Iaſidos, à patre, quem Argiuorum Regem fuiſſe multi cõtendunt, & varijs conſtat teſtimonijs; filia autem cur dicatur Arcadica, latet ſanè: niſi dicamus hanc patrem habuiſſe Iaſium, ſed non Regem Argiuorum: potius Arcadiæ Principem; ſed hæc ſcholis relinquamus. Atalanteæ aures. *Stat.*4. *Theb.* Calydoniaca puella. *Manil.* Tegeęa virgo. *Ouid.*8.*met.* vbi hanc Schœnei filiam fuiſſe canit, cùm diuerſiſſimæ fuerint loco, & patre. Nonacrina puella. *Idem* 2. *de art.* Arſit, & Oenides in Męnalia Atlanta. *Idem in epiſt.* Abantias, dis. *Muſæus in Leandro*; ab Abante Argiuorum Rege, ſed hæc potiùs alteri conueniret. Sed: huic, & Milanioni Heroibus factis Ceruus dedicabatur. *Pier. lib.*7. Parthenopæi mater, è *Stat. in Theb.*

ATALANTA, æ.

Schœnei in Scyro Regis filia, qui poſtea Schœnum in Bœotia oppidum condidit, vndè hæc Bœotica dicitur. Hic oraculo de filiæ viro futuro conſulto, reſponſum accepit, illi nullum opus eſſe, quæ venatricis Dianæ ſtudia ſequebatur (vt *Oppian. lib.* 2. oſtendit). Verùm cùm formoſiſſima eſſet, atq; à multis peteretur, curſus conditionem dedit procis, cùm eſſet perniciſſima, vt qui victor illam vxorem acciperet; at qui vincerentur morti eſſent deſtinati. Verùm Hippomenes Macharei filius, Neptuniq; pronepos virginis amore captus, in certamen curriculi cum ea deſcendit: ac Veneris ope, quam innocauerat, tribus acceptis pomis aureis, quæ inter currendum illi colligenda ſingillatim proiecit, puellam ſuperauit. Voti ita compos factus cum Veneri nihil gratiarum egiſſet, ab illa ad libidinem ita còncitatus eſt, vt in ſacello Matris Deum cum vxore ſeſe coniunxerit. Quare indignata Cybele ambos in Leones, vt fabulantur, conuertit. V. *Ouid.* 10.*met.* qui *lib.*8. eamdem Ætoliam profectam ad Meleagrum oſtendit, cui quoque nupſit: ſed eo in loco è ſyllaba mendoſa deprauatos agnoſce codices; vbi enim idem ipſe alibi primam, & alteram corripit ſyllabam Atalantæ nominis illic alteram producit:

Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo, equidẽ codicem deprauatũ exiſtimo. Sed ad noſtra.

Virgo Schœneia. *Ouid.*10.*met.* Schœnei pulcherrima virgo. *Id.*8. Forſitan audieris aliquam certamine curſus Veloces ſuperaſſe viros. *Id.*10. Quæ paſſu volat alite virgo. *Ibidem.* Schœneia. *Ibidem.* Schœneis, dos. *Id. epiſt.*20. Schœnis, dis. *Sidon. Apoll.* Pernix virago. *Idem.* Vt qui velocem fruſtra petiere puellam, Dum facta eſt pomis tardior illa tribus. *Ouid in Ibin.* Puella pernix. *Catull.*2.*epig.* Hippomenes coniux, ſponſa, vxor, &c. Dente premunt domito Cybeleia frena leones. *Ouid.*10.*met.* quòd à Cybele in Leones conuerſi fuerint. V. *Hippomenes*. Vincens viros curſu. *Manil.*

ATHAMAS, tis.

Æoli filius, Cretei frater, Thebarum Rex, qui Nephelen duxit vxorem, è qua Phryxum, & Hellen ſuſcepit liberos. Nephele verò mortua, vel furore Liberi patris concitata, cùm in ſiluas abijſſet, Athamas ſecundam duxit vxorẽ Inon Cadmi filiam, quæ cùm illi duos filios Learchum, & Melicertam peperiſſet, priuignos odio habens, perſuaſit agricolarum vxoribus, vt ſemina torrerent, ne terra fructum vllum poſset emittere, quod cùm accidiſſet, Athamas ſterilitatem admiratus conſulto Phœbo reſponſum accepit à Sacerdotibus precio iam ab Regina Ino corruptis, Phryxum, & Hellen immolandos. At hi, re cognita, Ariete ſibi à parente Nephele tradito, qui vellus habebat aureum vecti ſunt in Colchida ad Æeten conſanguineum, Helle tamen in Ponto demerſa. (V. *Helle.*) Pater autem per Sacerdotes vxoris impietatem agnoſcens, in furorem incidit à Iunone immiſſum; quare Learchum obuium vnum ex filijs Leonis catulum ratus, ſaxo illi-

illiſit, quod intuita Ino ſibi, ac reliquo Melicertæ filio timens, in mare ſe è quodam ſcopulo cum illo deiecit. V. *Ino*. paullò verò poſt Athamas quoque obijt. *Ouid.7.met.*

Æolides. *Ouid.4.met. & Stat.4.Theb.* Æolius vir. *Id.4.* Gener draconum. *Idem*. ad Cadmi fabulam reſpicit, qui ſerpentis dentes ſæuit. Penthides, quòd Pentheo forſitan ſucceſſit in regni adminiſtratione, ſiue conſanguineus. Phryxi pater, & Helles. Melicertæ pater, genitor. Nepheles vir, coniux: Nepheleius vir. Inus vir, coniux, maritus, &c. *ex Ouid.4.met.* Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus. *Stat.2.ſilu.* Cadmi gener, à filia in matrimonium ſuſcepta. Athamantęa dextra. *Claud.* Sinus Athamantęi. *Ouid.4.met.*

Epith. Infelix, Æolus, ſanguineus, ſuperbus.

ATHENÆ, arum.

In Græcia vrbs, quam larem, & regiam Gręciæ dixit Pythius, & litteris olim, & ingenijs ciuium, & bello cęterarum omnium clariſſima inter Achaiam, & Macedoniam ſita in ea parte, quæ quod valde littoralis eſt olim Acte, & deinde Attica vocata fuit: quam primus condidiſſe Cecrops dicitur, vnde Cecropia; tum Mopſopia à Mopſopo, tum Ionia ab Ione Xuchi filio, Poſſidonia à Poſſidone, demùm Athenæ à Minerua, quam Græci **Ἀθηνᾶν** appellant. Ferunt enim Neptunum cum Minerua de vrbis huius nomine contendiſſe, tandemq; inter eos ita conueniſſe, vt vrbi nomen imponeret, qui vtilius humano generi munus edidiſſet; cùmq; Neptunus equum; Pallas oleam produxiſſet, victum ſuffragio vno Neptunum Mineruæ conceſſiſſe; quæ vrbem de nomine ſuo Athenas appellauit. In qua diſciplinæ inuentæ plurimæ; & altæ ſunt cunctæ: in qua plurimi Reges, Principes, & eruditiſſimi viri regnarunt, de qua frequens eſt apud veteres mentio; & vnde eximij quidem fluxere homines. Has Athenas *Cic. pro Flacco, & lib.2. de leg. & in partit.* valde prædicat: Gręciæ columen illas nuncupauit *Pindarus*; Gręciæ communem oram dixit *AElianus*: de tribubus Athenienſium V. *Steph. in Berenicide*. In hac Areopagus. V. *ſuo loco*. Athenæum quoque fuit locus Mineruæ ſacer, vbi ſtudia ſua profeſſores exercebant, cuius meminit *Iulius Capitolin. & Lamprid.* Arcem olim habuit, quæ Munichia fuit dicta, nunc autem à Turcis poſſidetur, & *Setines* appellatur.

Loci Vrbis memorandi.

Areopagus. V. *ſuo loco*. Lymnæ. V. *paullò inferius*. Athenæum, *vt ſup.* Prytanæum, de quo paullò poſt. Acropolis, nomen arcis Athenienſium, quę Palladi arcium præſidi ſacra erat. Arx Palladia. *Sen. in Hipp.* Pandionius mons. *Stat. 2. Theb.* Arx Actæa. *Ouid.4. de Pont.1.* Cecropia. *Id.1. de art.* Tritonis arx. *Id.3. met.* Palladis arces.

Id.2. met. Et hæc etiam Munichia olim fuit dicta. Aphidnę, arum: vicus, vbi Theſeus Helenam raptam occultauit. Verùm non hunc Athenarum vicum, ſed Atticæ aſſerunt. *Sen. in Hipp.* Achradus, untis: tribus Athen. *Steph.* Ægeis, dis, tribus, ab Ægæo Pandionis filio, Theſei patre. *Steph.* V. *Attica.*

Synon. promiſcua.

Vrbs Mopſopia. *Ouid. epiſt.8.* à Mopſo Rege Græciæ Metropolis, olim habita fuit à Græcis. *Sophocl.* Venerandę Palladis inclytum ſolum. *Ariſtoph.* Mater eloquentiæ. *Anthol.*

Cecropis terra. *Ouid. epiſt.10.* à Cecrope fundatore, & *AEſchyl. & Eurip.* Cecropidum vrbs antiquorum. *Anthol.* Cecropia tellus. Cecropis vrbs. *Cinna*. Cecropiæ ſedes. Cecropiæ Pandionis arces, à Pandione Rege. *Mart.1.epig.26.* Terras à Pallade dictas. *Ouid. 2. met.* Humus grata Mineruæ. *Ibidem*.

Munichij agri. *Ibidem*; ſic dicti à Munichia, qui tumulus eſt in vrbe in Cherroneſi formam curuatus; ingreſſum habens anguſto ore, à quo murus 40. ſtadiorum longitudine protendebatur, Athenarum vrbem cum Pireęo, duobusq; alijs portubus connectens. Hinc Munichius portus, extra Athenas dictus *Hellanico teſte* à quodam Municho Rege Panteuclei filio. Munichiæ arces. *Stat.3. Silu.3. & 7.* Rura Munichia. *Idem*. Pandioniæ arces. *Claud.2. de rapt.* Actęi penates. *Stat.12.Theb.*

Piræeus, triſyllaba dictio, portus fuit Athenarum quadringentarum capax nauium muro duorum millium paſſuum vrbi coniunctus, ſupra quem via, quæ Theſæa à *Prop.* dicitur. Dicitur etiam Piræus. *Steph.* Piræi portus littora. *Prop.3. eleg.19.* Littora Pyræi. *Catull.1.* Phalerius. *Plin.* alter portus Athenarum, ſed Piræus illuſtrior.

Vrbs Tritonis. *Ouid.5.met.* à Pallade, quæ Tritonia. Tritonides arces. Vrbs Palladis. *Hor.1. od.7.* Palladia. *Sen. in Hipp.* Palladis arces. V. *ſup.* Erichthoniæ arces, ab Erichtheo Pandionis patre. *Virg. in Culice*. Diſciplinarum altrix, linguæq; magiſtra. *Mant.* Erichtheæ ſedes. *Ouid.* Theſeum ſolum. *AEſchyl.* Altera Roma Graia, Græca. Attica Roma. Gręciæ decus. *D. Greg. Nazian.* Artium inuentrix, poetarum alumna. Hic vbi diſiectę fruſtra quęruntur Athenæ, Quęruntur Graij mens, manus, arma, ſoli.

Colonos, agger fuit, ſiue locus editus non procul ab Athenis, vbi Oedipus à Thebis exulauit, è *Sophoclis trag.* Erat autem hic locus Neptuno ſacer, vbi eius equeſtris ſtatua, & aliorum. In hoc aggere fuit Timonis turris, qui à ſolitudine, hominumq; odio Miſanthropos dictus eſt. *Pauſanias*.

Epith. Tenues, Cecropiæ, Erichtheæ, claræ, bonæ, Palladiæ, Pandioniæ, doctæ, fertiles, ſublimes,

Actæ,

Actææ, illuſtres, veteres, Graiæ, celebres, antiquæ, florentes, Mopſopiæ, inuictæ, turritæ. Hinc:

Athenienſes pop. ciueſq; Actæa gens. *Sen. in. Hippol.* Cecropidæ. *Virg. 6. AEn.* Cecropij. *Catull.* Cecropiæ gentes, *ex Sen.* Cecropij coloni. *Prop. 2. 13.* Theſeidæ. *Virg. 2. Georg.* à Theſeo rege.

Actæi. Attici non tantùm vrbem, ſed Atticam quoque regionem incolentes. Mopſopij. *Ouid.* à Mopſopo rege. Populus Pandionius. *Lucret.* Attica turba: gens: arma: acies.

Erechthidæ, p.p. *Ouid. lib. 7. met. ex Pind.* Erechthęi ciues *Pind.* Populus Erichthonius. *Prop. 2. eleg. 5.* Qualis Erichthonios peſtis populata colonos. *Manil.* Alcmęonidarum robuſta propago. *Grac.*

Autochthones, ideſt indigenæ appellati Athenienſes ab *Luciano in Anach.*

Gens Palladia; à Pallade, quæ apud illos habitauit; cuius rei fabulã hanc narrat *Pind. Idyll. Olymp.* Iouis capite, qua parte grauidus erat, & parturiebat à Vulcano ſecto, ac diuiſo, Mineruaq́; ex eo edita: præmonuit Sol Rhodios, vt primi omnium illi ſacra facerent ob omen fatale ab illius domicilio proueniens. Rhodij igitur in arcem profecti, vt illi ſacrificarent ignis obliti, ſacra ſine igne fecerunt: Athenienſes autem, qui primi igni adhibito ſacrificaſſent, digni ſunt habiti, in quorum vrbe Minerua habitaret.

Cranai. *Strab.* quod vrbs Attis appellata, & Attica ab Attide Cranai filia.

Iones, um: ſic etiam appellati Athenienſes ab Ione è Creuſa Erichthei filia, & Apolline filio; qui apud eos mortalis habitauit, illamq́; duxit vxorem, ex qua Ionem accepit: vnde ab Athenienſibus Patrous eſt cognominatus Apollo. Lege *Gyrald. ſyntagm. 7.*

Athenienſes olim in conquirendis ſalſamentarijs adeò ſtudioſi fuerunt, vt Chærephili ſalſamentarij filios ciuitate ob id donarint, teſte *Athen. lib. 3.* quiq́; inter epulas poti ſaltare conſueuerunt; aſſentatores, molles, luxurioſi, vtpotè qui adeò vnguentorum ſtudioſi fuerint, vt etiam pedes illo oblinirent; quorum etiam laſciuia notatur ab eodem *authore lib. 12.* Maris imperio quondam potiti ſunt, cuius rei illud prodigium, quod cùm in Delo ſacrificarent, dum puer vrna aquam lauandis manibus hauriebat, ſimul piſciculos extraxit, & inde factum oraculum: illos fore maris dominos. Sed hæc hiſtoricis relinquamus.

Prytaneum: locus Athenis in arce digniſſimus, vbi iudices, & magiſtratus babere conſilium ſolebãt: vbi alebantur publicè, qui benè meriti erant de Repub. qui honor maximus habebatur. *Cic. de orat.* ibi quoque Athenienſes Dioſcuris (Caſtori ſcilicet, & Polluci) prandium exhibebant: in quo menſæ imponebantur caſeus, phyſte placenta, oliuæ caducæ, & porra, vt priſci victus memoriam refricarent. Lege *Athen. lib. 4.* Hos aliquando fames afflixit, vt ſcribit *Euſtathius*, ob Dianæ indignationem, quòd vrſam, quæ in Munychio eiuſdem ſacello nata eſſet, interfeciſſent, qui etiam apud Syracuſas capti Niciada clade pro ſeruis veniere ſub haſta, quorum frontibus equus charactere fuit ab iiſdem impreſſus, quo tamquam victoriæ nota vtebantur Syracuſani in cudendis nummis. *Pier. lib. 4.* In hoc autem fuere laudabiles, quod legem Pelargicam ſanxerunt de parentum ſenecta renutrienda; quòdq́; aduenas, & hoſpites omni officiorum genere proſequebantur, apud ſe permanere cogebant: ciuitate donabant, & ad honores, & Reipub. adminiſtrationem participes cooptabant, *ex eod. lib. 38.*

Lymnę, locus erat in arce Athenarum templum habens Dionyſio ſacrum è Theſeo Rege extructũ, quo in loco vetuſtiora Bacchanalia peragebantur die duodecimo menſis Antheſterionis, qui noſtro ferè Nouembri reſpondet: meminit huius loci *Ariſtophanes in ranis*; *& Thucydides lib. 2. Hiſt.*

Theſæus, a, um, pro Athenienſi, ſiue Attico dixit *Mart. 4. 13.* Maſſica Theſæis tam benè vina fauis, à monte ſcilicet Hymetto in Attica.

ATTICA, æ.

Regio Gręciæ inter Achaiam, & Macedoniam, ab Attide, ſiue Attica Cranei II. Regis Athenienſium filia ſic dicta; quæ olim Actica ab Actione, ſiue ab Actęo Rege, vt *Fauorino*, *& Lycophroni* placet; ſiue à littore, quod ἀκτὴ, Gręcè dicitur, in qua fuit vrbs Athenæ. Inundauit autem Melochi XI. Aſſyriorum Regis tempore. In hac loca memoranda.

Athenæ. V. *ſupra*. Marathon. V. *ſuo loco*, vrbs. Lege *Stat. 2. Theb.* Hymettus, mons. V. *ſuo loco*.

Iliſſus, fluuius Muſis dicatus, quas ab eo Iliſſidas vocant. *Stat. 4. Theb.* videtur hunc fluuium Furijs conſecrare cum ait: Anfracta riparum incuruus Iliſſos Sæuus honos fluuio Stygias luſtrare ſeueris Eumenidas perhibetur aquis, &c. apud quem eiuſdem nominis vrbs, *Steph. teſte*. *Lactantius* verò in *Stat.* interpretatur; à Phlegethonte inferorum fluuio vndarum augmenta percipere, ſiue in illo furias ſolitas eſſe morari: ſic, Lenis Iliſſus. *Sen. in Hipp.*

Acharna, vicus Atticæ; vnde Acharnenſes ſtrenui bellatores, qui meridionalem huius regionis partem incolunt: meminit *Sen. ibidem.* Qua tepidis ſubditus auſtris frigora mollit Durus Acharnan. Partem eſſe tribus Oeneidis tradit. *Steph.* ſed illos intelligit, qui in Acarnania ſunt, & Acarnanes dicuntur.

Phibalis, locus caricis commendatus. *Ariſtophan.* Si quem tangit gloria ſiluæ vocat hunc

Phi-

Digitized by Google

Phibalis , hic verſatur , &c. *Sen. Hipp.*

Sunion, ſiue Sunium, eſt promontorium Atticæ, quod in extima acie Helladis eſt ſupra Athenas, & Marathonem. *Steph.* Qua curuati littora ponti Sunion vrget. *Sen. in Hipp.* Sunias ora, genit. Suniadis. Eſt etiam vicus ad ipſum promontorium, vndè Suniæi, incolæ dicuntur.

Helene, ſiue Helena, inſula eſt Atticæ, ad quam appulit Helena poſt captam Troiam, quæ & Macris ob longitudinem dicebatur, & hęc eſt contra Sunium promontorium. Cranae, es, etiam, *Macroniſo*.

Mopſopia, prouinciola Atticæ, à Mopſopo Rege dicta. Eraſinus, fluuius eſt iuxta Babronem. *Strab. lib.* 8. Eraſini gelidi fontes. *Seneca in Agam.*

Synon.

Attica terra. *Ouid.* 4. *faſt.* & 1. *Pont.* 4. Actæa humus. *Id. in Ibin.* Actęæ oræ. Fines Attici. *Hor.* 1. *od.* 3. Attis, dis: equis abundans regio. *Soph.* Actæa, & Acte, es, vbi ſubauditur primo terra. Cecropij montis iuga. *Sen. in Hipp.* Hymettum intelligit. Attica tellus, arua, humus, &c. Atticum ſolum. *Sen. in Hipp.* Ægæi, Pandiouis, Erichthei, Theſei, Cecropis regnum, imperium, tellus, terra, &c. Actæa arua. *Sen. Herc. fur.* & *Ouid.* 1. *met.* Attici, orum, pop. Atticus, Theſęus, Cecropius. Pandionius, a, um. Actęa quiſquis arua colit. *Sen. in Herc. fur.* Attica mella. *Mart.* 13. 108. & 104. quæ ab Hymetti mellificio colligitur. Aracynthus mons, ad Atticam pertinens, & Achaiam: vnde Actæum dixit *Virg.* Callithoe, fons in agro Attico nouem habens fiſtulas, cuius meminit *Stat.* 12. *Theb.*

ATHOS. V. *Macedonia*.

ATLAS, tis.

Iapeti, & Clymenes, vel Aſiæ Nymphæ filius Promethei frater, & Rex Mauritaniæ, qui primus omnium Aſtrologica ſcrutari cępit: cùmq; monitus eſſet oraculo, vt caueret à Iouis filio nullum hoſpitio ſuſcipiebat; quod Perſeus Iouis, Danaeſq; filius, qui illuc ad Gorgonis expeditionem peregrinatus fuerat, & victor reuerſus, indignè ferens, ei Gorgonis caput oſtendit, quo conſpecto Atlas in montem conuerſus eſſe dicitur; qui cùm in Mauritania notiſſimus ſit, & Africam penè diuidens totam, vt Apenninus Italiam, nec non altiſſimus, Cęlum ideo fingitur ſuſtinere, & fabulæ Atlantis Regis in montem conuerſionis dedit originem. Habuit filias ex Pleione coniuge, quas Atlantiades, & Pleiades nuncupamus. V. *ſuis locis*. Mons autem, in quem ille conuerſus eſſe fingitur, tanta nitet vbertate, vt vites in eius finibus reperiantur, quas duorum hominum complexus capere non poſſit, quæ vuarum racemos cubitales pariunt. Porrò arbores circa montem proceritate ſunt inſigni, enodi nitore, & folio cupreſſi: per totam (vt diximus) excurrit Africam, cuius habitabilem ab inhoſpita parte diuidit; cuiuſq; oram ad occaſum vergentem mare alluens nominat de ſe Atlanticum. Regna continet potiſſimum Marocci, & Feſſæ, nempè Mauritaniam Tingitanam olim dictam. V. *Maroccum, & Mauritania*. Deſcribitur mons à *Virg.* 4. *AEn.* elegantiſſimè, vt ſolet.

Iamq; volans apicem, & latera ardua cernit Atlantis duri Cęlum, qui vertice fulcit Atlantis cinctum aſſiduè, cui nubibus atris Piniferum caput, & vento pulſatur, & imbri. Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Author Aſtrologiæ, pater, genitor, &c. dicunt enim illum Aſtrologiam, & Sphæram inueniſſe. Iapetionides, à patre Iapeto. *Ouid.* 4. *met.* Iapeto natus, ſatus, filius. Promethei frater. Cælifer, antonomaſt. *Virg.* 6. *AEn.* Cælifer Heros. Heſperius Rex. *Ouid.* non quòd Heſperiam noſtram, ſed quòd partem ad Heſperum, ſiue Solis occaſum vergentem regeret.

Atlantæus finis. *Hor.* 1. 34. vel vt mundi finis, quem Atlas mons terminare credebatur, vel quòd regiones multas definiat. Mons Lybicus, occiduus, antonomaſt. Aſpis pars eſt montis Atlantis, qui Numidiæ promontorium eſt ex clypei forma dictum, & in mare prominens: tum ex altera parte promontorium quoque facit in Æthiopia prope Ægyptum. Clarius mons: pars Atlantis, Aditis quoque dictus.

Pleiadum genitor, parens. Pleiones vir, maritus. Maiæ, Taygetæ, Electræ, Meropes, Aſteropes, Alcyones, Celænus genitor, pater, parens. Auus Mercurij, quamvis alterum Atlantem Arcadiæ Regem faciant, & Maiæ patrem, ex qua, & Ioue natus Mercurius dicitur.

Occiduis regnator montibus Atlas. *Val. Flac.* Laſſus an pondus titubauit Atlas. *Sen. in Herc. Oet.* Atlantes: apud antiquos vocabantur ſtatuæ, qui columnas humeris ſuſtinebant. Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo. *Mart.* 6. 77. alij legunt: Non aliter monſtratur Atlas cum compare mulo, Quæq; vehit ſimilem bellua nigra Lybin. Cælum ſinuoſum habens impoſitum humeris. *Anthol.* Vbi Libycus ſenex cæleſti vertigine curuatus grauiter laborat, ex *Nonno Panopolit.*

Epith. Durus, gelidus, validus, aſper, ferreus, Mauruſius, Pœnus, longęuus, pinifer, Libycus, arduus, pruinoſus, Occiduus, Olympifer, aſtrifer, ſublimis, nemoroſus.

ATOMVS, I.

Cæca materies. *Manil.* Semina minima. *Idem.* Concurſiones indiuiduorum. *Arnob.* Vaga pri-

Digitized by Google

mordia cæcis plagis collidunt. *Claud.* Fortuitæ concurſiones. *Minut.* Fruſta cohærentia. *Idem.* Corpora inſecabilia, *ex Ariſt.*

Magnum per inane coacta Semina terrarumq;, animæq;, mariſq; fuiſſent. *Virg.6.eclog.* de atomis *Lucretius* longè differit *in lib. de rer. nat.* Minutiora corpuſcula. *Lucret.* figuræ. *Idem.* Minutiſſimę partes. *Cic.* quę diuidi non poſſunt. Prima principia. *Lucret.* Indiuiſa ſemina rerum.

Quæ nos materiem, & genitalia corpora rebus Reddunda in ratione vocare, & ſemina rerum Adpellare ſuemus, & hæc eadem vſurpare Corpora prima. *Lucret.*1. qui autumat omnia ex atomis creari, vt olim dixit Epicurus; vnde fiat corporum verſio, ſeu mutatio, vt *Pythag.* Res ſubtiles, ac volitantes. *Lactant.* Corpora cæca. *Lucret.* Materies. *Idem.* Materiei corpora. *Idem.* Indiuidua corpuſcula. *Amm.lib.*26.

ATRAMENTVM, i.

Liquor ater. Tetricus humor. Scriptorius humor, liquor. Atramentarium, vas, in quo ſeruatur. Vas atri liquoris. Nigro exarata liquore pagina.

Epith. Coriarium, librarium, ſutorium, librarium tectorium, ſcriptorium.

ATREVS, i.

Pelopis ex Hippodamia filius, frater Thyeſtę, Tantali nepos, Agamemnonis, ac Menelai pater (putatiuus ſaltem. V. *Thyeſtes.*) qui opera Mercurij ægreferentis filium Myrtillum à Pelope fuiſſe interfectum in tantam cum fratre de imperio diſcordiam venit, vt alter alteri ſtrueret inſidias. Quare Thyeſtes, cùm ſciret Regnum penes eum fataliter manſurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem tum Atreus Regiam ingreſſus, plurimùm cuſtodiebat, corrumpens Æropen Atrei coniugem, allexit ad adulterium, ex qua tres filios ſuſcepit, dum frater abeſſet: qui reuerſus, & re cognita, bello illato Thyeſtem regno pepulit, ac exilio mulctauit: ſed neſcio quid maioris impietatis excogitatum effecit: ſimulata enim gratia fratrem reuocauit ab exilio, cui tres filios ex adultera coniuge antea ſuſceptos decoctos appoſuiſſe comedendos, & eorum ſanguinem poculis immiſcuiſſe fertur. Quod nefas, ne Sol videret, currum ſuum retrorſum conuertit. Lege *Senecam in Thyeſte.* Sed huiuſce ſceleris Ægyſthus Thyeſtę filius ab illo pœnas exegit, illata ei morte, filioq; Agamemnoni. V. *ſuis locis.*

Tantalides. *Ouid.2.faſt.* ab auo. Pelopeius Heros, à patre. Pelopeia domus. *Sen. Thyeſt.*1. Pelope natus, *ex eod.* Tantalea domus, quia Tantali nepos cum Thyeſte. *Ibidem.* Domus inclyti Pelopis. *Ibid.* Pelopeius mentis inops. Cuius Solis equi ſtupuerunt facta rubentes. Ob cuius crimen conuerſo tramite Phœbus Carpſit iter, ne ſua tam turpi præberet lumina facto.

Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus. *Hor. in art.poet.* Thyeſtæ frater. *Sen. in Thyeſt.* Agamemnonis pater, & Menelai. Oreſtis auus. Hippodamiæ gnatus. Antiqui genus Inachi, non quod ad ſanguinis genus, ſed adminiſtratione regni, cui longa poſt ſerie ſucceſſerunt. *Id. Sen. in Thyeſt.* Chryſippi frater, quem interfecerat, vt arietem aurei velleris adipiſceretur, penes quem erat futura regni ſucceſſio, *ex Farnab.* Milite vicinæ nullo iuuere Mycenæ Funereæ tũ nãq; dapes, medijq; recurſus Solis, & hic alij miſcebant pręlia fratres. *Stat.4.Theb.* Quiq; Thyeſtęis cumulauit viſcera menſis. *Ouid.15.met.*

Agnus autem, ſiue aries Atrei cum aureo vellere fuit aurea phiala (teſte *Herodoto Heracleote* apud *Athen. lib.*6.) in cuius medio aurea fuit agni imaguncula.

Epith. Crudus, Pelopeius, ferus, non potens mentis, truculentus, furens, dirus, &c.

ATRIVM, ij.

Ædes mediæ: Ædibus in medijs. *Virg.2.Æn.* Occus. *Vitr.* primus in ædes aditus. In atrio vult *Seruius* olim fuiſſe culinam, vndè à fumi nigrore nominis ratio.

Tablinum. *Plin.* Pinacotheca. *Idem.* In atrio locus circa lumina, ac fores, vbi imagines gentilitiæ, & tabulæ pictæ aſſeruabantur, vt ex *Plinio* liquet: quod modò videre eſt in Principum domibus, qui ſub atrijs, & periſtylijs antiquorum imagines ſolent ſuſpendere: & ab atrijs nunc potiſſimum in aulis, vulgò *Sala*, licèt atrium olim eſſent aulæ.

Impluuium, vocamus aulam, quæ ſub dio eſt hinc, & inde in palatijs periſtylijs circundatam, ſiue parietibus. Cauedium. *Plin. Iun.* nempè Cauum ædium. Cauea domus, fortaſsè à ſimilitudine theatri.

Atriaq; excelſæ ſunt adeunda domus. *Mart.*1.71. Aula pro atrio. V. *Aula.* Longæ porticus, V. *Porticus.* Superba potentiorum limina. Atria cingit ebur, trabibus ſolidatur ahenis Culmen, & in celſas ſurgunt electra columnas. *Claud.*

Epith. Alta, ambitioſa, inuidioſa, longa, magna, grata, ſpatioſa, Cęli tenebrarum experria, &c.

Atrienſis, qui atrium obſeruat.

ATROPOS. V. *Parca.*

ATYS.

Puer formoſiſſimus Calai Phrygis filius, qui dilectus à Cybele iuſſus fuit caſtimoniam ſeruare, eiuſq; templa tueri: at ille mandatorum immemor Sangaritida Nympham adamauit, cum qua etiam concubuit; at in ſe reuerſus, facti pœnitens, inq; furias actus à Dea, ſe ipſum primùm euirauit;

nit; cùmq; ſe vellet occidere, in Pinum fuit mutatus. Sed *Pauſanias* diuersè narrat de Aty. & *Arnobius in 5. aduerſus Gentes* explicat diffuſiſſimè. Nonnulli dicunt, illi à Cybele fuiſſe virilitatem demeſſam: vel id in ſe patraſſe, quòd nollet parenti nubere, vt *Pauſanias* refert. *Diodorus* ſcribit: Atyn cum Cybele dea concubuiſſe, quod cùm eius reſciuiſſent parentes puerum, nutricemq; interfecerut, & abiecerunt inſepultos. Cybele inſana facta Phrygas multis affecit morbis, à quibus, vt liberarentur, tam Deę, quàm puero ſacra ſtatuta fuere. Lege plura apud *Gyrald. ſynt.4.* Sed aliquanto confuſiora.

Cybelæius puer. *Ouid.10. met.* Cybeles amaſius. Cybelæ dilectus puer. Cybeles puer. *Mart.9. epig.12.* Sangarius puer. *Stat. 4. ſilu.4.* Sangarithidis mœchus, *ex Ouid.*

Non ſi molles imitata viros Triſtis laceret brachia tecum, Quæ turritæ turba Parenti pectore rauco concita, buxum Ferit, vt Phrygium lugeat Atyn. *Sen. in Agam.* Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Atyn, &c.

Pinus, arbor, in quam conuerſus eſt Atys.... Hirſutaq; vertice pinus Grata Deum matri: ſiquidem Cybelæius Atys Exuit hac hominem, truncoque indurauit illo. *Ouid. 10. met. vbi fabula.*

Marmor Synnadicum: quod ſanguineis guttis, dum ſe euirabat, maculauit Atys. Purpura ſola cauo Phrygiæ, quam Synados antro Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys. *Stat. 1. ſilu. 5.*

Galliambicon poema de Aty, eiuſq; fabulam lege apud *Catullum 64. lyr. eiuſq; interpretes.* Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum Elicit ex adytis. *Stat.10. Theb.* Semiuirum fecit puerum Brrecynthia mater. *Pamphil.* Concubinus Celænæus. Et concubino mollior Celænæo. *Mart.5 42.* ab vrbe Celænæ, quæ eſt in Phrygia. Æra Celęnæos lugentia matris amores Eſuriens Gallus vendere ſæpè ſolet. *Id.14. 204.*

Epith. Tener, Cybelæius, Berecynthius.

ATTALVS, i.

Pergami Rex pecunia ditiſſimus, & ſplendida, abundantiq; ſupellectile. Hic à populo Romano donatus eſt eo regno, cùmq; liberos non haberet, eumdem populum inſtituit hęredem; eiuſq; ſubſtantia ampliſſima Romam eſt allata. Ipſum inuentorem aiunt illius ſerici auro contexti, quod vulgò *Broccato* nuncupant.

Attalicæ veſtes. Attalica conditio. *Hor.1. od.1.* Attalicus torus. *Prop.*

ATTONITVS, a, um.

Tonitru concuſſus ſonitu. Admirans. Demirans. Iouis ignibus ictus *Ouid.1. triſt.3.* qui enim fulmine, ſiue potius fulgure fulgurantur, dicuntur attoniti, quaſi prope tonitruum. Vitæ neſcius ipſe ſuæ eſt. *Ibidem.* Iouis ignibus afflatus. *Ibidem eleg. 8.* Fulminis afflatus telis. *Id. 3. de Pont.6.* Immotus lumine.

AVARITIA.

Cupido ſordidus. *Hor.2.od.16.* Nec leues ſomnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Amor habendi. *Virg.4.Georg.* immoderatus. Sacra fames auri. *Id.3. AEn.* ideſt execranda, ſic dira, imperioſa fames. Cæcus amor auri. *Id.1. AEn.* Furor auaræ mentis. *Sen. in Hipp.* Cupido cæca bonorum. *Lucr.3.* Opum cupido. *Ouid.1.faſt.* Opum fames. *Ibidem.* Fœnus auidum. *Lucan. 1. Pharſ.*

Auarities, ei. *Lucret.3.* Sitiſq;, ſameſq; argenti. *Hor. epiſt.1.* Impius lucri furor. *Sen. in Hipp.* Cæcus cupido auri. *Ibidem.* Cæca cupido rerum. *Manil.* Sceleratus habendi amor. *Bemb.* Scelerum radix, ſitis habendi. *Pictor.* Diuitis error auari. *Ibidem.* Pernicioſa ſitis auri. *Pontan.* Pondus auaritiæ, vel fames. Eſuries nummi. *Mant.*

Studium auarum. Studioq; tenemur auaro. Abiſti in tantam, miſer, eſuritionem. *Mart.1. epig. 100.* nempè in auaritiam tam ſordidam, & famelicam, &c. Tenacitas. Crimen auaritiæ. *Idem 2. 56.* notatur Immodicæ fœdo crimine auaritiæ. Et ſitis haud vnquam fuluo ſatianda metallo. Veſana cupido auri. Opum furioſa cupido. Turpis amor nummi. Furor exitialis habendi. Triſtis auaritiæ rabies, quæ colligit aurum. *Pamph.*

Inſatiabile monſtrum Orcus auaritiæ Stygijs emiſit ab antris Germanum Harpyijs, facies inculta, ſitumq; Triſtis hiant rictus; tetricis frons aſpera rugis; Ora fame pallent; corpus miſerabile curæ Attenuant, virus promptam in periuria linguam Inficit, & trepidam exercent inſomnia mentem: deſcript.

Et maleſuada lucri rabies. *Pamph.* Scelerum genitrix, fraudumq; magiſtra. *Mant.* Dira fames auri culpæ regina, parenſq;. *Idem.* Fulmen inuictæ virtutis. *Prud.* Prodiga nec vitæ ſitis inſatiabilis auri. Effodiuntur opes irritamenta malorum. *Ouid.1.met.*

Immaturum per quam mortis adimus iter. *Prop.3. eleg.6.* in qua carpit auaritiam, ipſamq; pecuniam, cuius cauſſa Pœtus quidam Romanus iuuenis occubuerat. Pecunia, ſig. nam eſt auaritiæ ſcopus, & meta. *Ibidem.* Ergo ne ſollicitæ tu cauſa, pecunia, vitæ es. *Ibidem.* Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes Semina curarum de capite orta tuo. *Ibidem.* Auaritiæ crudelitas comes, vt inquit *Donatus.* Polymneſtoris vitium, crimen, qui ob aurum interfecit Polydorum Priamiden. V. *Polydorus.*

Metropolis vitiorum, *Bioni* dicitur auaritia. Diuitiarum

tiarum œſtrum. *Nonnus*. Morbus argenteus. *Idem.* Lucri auidus furor. *Idem*. Pecuniæ amantis œſtrum. *Idem*.

Epith. Profunda, cupida, cruenta, furens, ſollicita, triſtis, rabida, turpis, fœda, immodica, inexpleta.

AVARVS, i.

Auri cæcus amans. *ex Virg.* Parcus homo. *Iuuen. ſat.* 14. ſed ad ſobrium potiùs ſpectat. Tenax: Parcum genus, eſt patienſq; laborum, Quæſitique tenax, & quòd quæſita reſeruet. *Ouid.* 7. *met.* Lucriq; cupidine feruens. *Claud.* 1. *in Ruſin.* Pecuniarum accipiter. *Plaut. in Perſa* dixit pulcherrima quidem metaph. Cupidus. Cupidiſſimus.

Parcus opum. *Claud.* Nummorū inexplebilis Orcus. Cupida mens: Sed ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido. *Catull.* Hoſte ſui ſemper pallet auarities. *Pictor.* vitium pro ipſo homine fig. Diuitias auidus ſine fine parandi. *Ouid.* 1 *triſt.* 2. Mens auida ..... detrahe menti Spem fructus auidæ. *Idem* 2. *de Pont.* 3.

Lucra petens. *Tib.* 1. *eleg.* 10. Lucra petens habili tauros adiungit aratro, Et durum terræ ruſticus vrget opus. Hic nullo ſine beatus Cōponit opes gazis inhians, & congeſto pauper in auro eſt. *Sen. in Herc. fur.* Inter opes mendicus opum. Semper inops. Quærit, & inuentis miſer abſtinet, & timet vti: miſera auarorū conditio. Qui feruet auaritia. Cui pectus feruet auaritia.

Cæcus amore auri. Auri quem dira cupido Exſtimulat. Qui nummos magni numinis inſtar habet. Aurum omnes victa iam pietate colunt. *Prop.* 3. *eleg.* 12. Auro pulſa fides, auro venalia iura: Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor. *Ibidem*, *& lege totam*. Ebrius lucroſa rabie. *Dion Pruſſaus*. Morbi argentei pectus œſtro percuſſus. *Nonnus*. Qui amore ſeneſcit habendi. Quiq; immoritur lucris. Qui magnum magni ſpondente laboris Spe pretium linquunt, patriamq;, torumq;, laremq;, Grandæuoſq; patres, flenteſq; in limine natos: Præcipitantq; animas in aperta pericula viles, Auſpice auaritia, &c. deſcript. Qui poſtquam cum lucro audacia creuit, Alta petunt, charaq; procul tellure relicta, Veliuolas verrunt roſtris ſpumantibus vndas.

Nec tamen inuiſo pectus mihi carpitur auro, Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis. *Prop.* 3. *eleg.* 4. Qui ſibi diuitias cęlato congerit auro, Et tenet exculti iugera magna ſoli, *ex eodem* 1. *eleg.* 1. Qui ſibi diuitias patrum, fructuſq; requirit, Quos tulit antiquo condita meſſis auo, *ex eodem*.

Polymneſtor: vir fuit auariſſimus, qui auri cauſſa, conſanguinitate ſpreta, & hoſpitij iure Polydorum interfecit. Pygmalion, qui Sicheum Didonis virum ob auaritiam ad aras obtruncauit. V. *ſuo loco*. Eriphyla, Amphiarai vxor auariſſima mulier, cuius auaritia perijt vir eius. V. *ſup.* Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis. *Prop.* 3. 12. Iudas Iſcariotes, qui auaritiæ cauſſa Chriſtum vendidit.

Auarus deſcribitur à *Boetio*, ab *Horat.* 1. *ſat.* 1. & à *Mart.* 1. *ep.* 104. *lepidiſſimo epigrammate ad Scæuolam*: & à *Iuuen. ſat.* 14.

AVCEPS, & AVCVPIVM.

Qui cantu deludit aues: Fallaces tendens laqueos: Fictæ deludens volucrem imagine vocis: Volucres Viſcata pallens virga laqueis, quos callidus abdidit Auceps. *Ouid.* 11. *met.* Fallens laqueis volucres, & viſco. Pellaci cantu deceptus ab aucupe turdus. *Polit.* Qui inſidias molitur aui. Subdola tendit Retia, qui turdis, laqueos, pedicaſq; tenaces. Deprendat vacuo venator in aere prędam, Si captare feras aucupis arte placet. *Mart. in Amph.* 11. Prędo volucrum, *ex eodem*, qui 14. 216. ait de accipitre: Prędo fuit volucrum, famulus nunc aucupis idem Decipit, & captas non ſibi mœret aues.

Calamus aucupatorius, nempè viſco illitus. V. *ſuo loco*. *Mart.* 14. 218. Non tantùm calamis, ſed cantu fallitur ales Pallida dum tacita creſcit arundo manu.

Epith. Callidus, verſutus, fallax, inſidioſus, blandus, dulce canens, ſubdolus.

AVDACIA.

Fiducia. Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri. *Virg.* 1. *AEn.* Mens, pectora, corda temeraria, audacia, fortia. Animus fortis. *Sil. It. lib.* 1. Virtus animoſa. *Sen. in Herc. fur.* Spes improba. *Idem Thyeſt.* 2. Credula eſt ſpes improba. Ardet furore pectus Impleri iuuat maiore monſtro. *Ibidem*. Temerarium robur. Temerarius ardor. *Mart.* 6. 25. Temeritas: pro audacia, cùm fines ſibi conceſſos tranſilit. Et timor, & cęco pręceps audacia vultu. *Claud.* Ingenium velox, audacia perdita, ſermo promptus. *Iuuen. ſat.* 3.

Epith. Præſens, valida, pręceps, pugnans, petulans, cæca, felix, incauta.

AVDAX.

Fidens animi. Temerarius. *Mart.* 4. 43. Non ſum tam temerarius, nec audax: v. phaleuc. Quid te fręna iuuant temeraria, &c. *Idem* 12. 14. Præceps. Inuictum pectus. *Vida*. Confidentiſſimus. *Virg.* 4. *Georg.* Cui ſatis eſt animi. *Ouid.* 3. *met.* Expers terroris. *Catull.* Mens prona ruendi. *Luc.* 1. *Pharſ.* Spernax mortis. *Senec.* Mortis terrore carens. *Sil. It. lib.* 1. Iuuenis potenti auſu. *Bemb.* Generoſus. V. *ſuo loco*. In tenero improba pectore virtus, id eſt audacia. *Stat.* 4. *Theb.*

Thebaid. virtutem dixit improbam per catachreſin.

AVENTINVS, i.

Mons ex ſeptem,quibus Roma cingitur,cuius radicem Tiberis pręterlabitur; ita dictus ab auibus, de quibus factum fuit auſpicium à Remo. Sed plerique ſentiunt, ita dictum ab Auentino Rege Latinorum illic ſepulto. Variè ſentit *Varro*,qui dictum ab aduectu refert. *Sext. Pomp.* Auentinus, inquit, mons intra vrbem dictus eſt, quòd ibi Albanorum Rex Auentinus bello fuerit extinctus,quem montem Ancus Martius Romanorum Rex Vrbi addidit: ſed non intra vrbem incluſit: intra verò pomeriũ admiſſus fuit à Claud. Imperat. In eius ſummo lucus erat, qui Remoria dicebatur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auſpicatus; quem montem Romulus nemině paſſus eſt habitare:ſed ſacrum fratri eſſe voluit. In eodem monte Dianæ fuit templum,quod Seruio Tullio regnante à Latinis conditum fuit, teſte *Liuio*, ſiue ab Anco Martio, vt vult *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Lege *Gyraldum ſyntagm.*12. vbi multa de hoc templo. V. *Diana*. Cuius loco nunc Ædes S. Sabinæ,ad quam primis Cineralibus Romani Pontifices maximo cum comitatu deducuntur,ad ſtationum ferias inchoandas. Ibidem Lauretum fuit,Iunonis Reginæ,& Mineruæ templa: ædes Bonæ Deæ, Lunæ, & Libertatis, quam ex multatitia pecunia Gracchus faciendam curauit, forumq; piſtorium. Pręterea ibidem erat Ara Ioui Eligio,à Tullo Hoſtilio dicata; Armiluſtrium; ad radices autem ara Veneris Myrteæ, quæ Murcia dicta fuit, vndè mons ipſe aliquando Murcius appellatus. Ibidem Auentini,& Tatij Regum ſepulcra. In hunc montem aliquando plebs ſeceſſit. Cur de monte hoc decima tertia regio in vrbe fuerit denominata à Cęſare Auguſto, deſcribitur ab *Onuphrio Panuinio*; ibi tamen nunc in ſacras ædes conuerſæ ſunt,nempè in D. Alexij templum;& D. Priſcæ, vbi quoque non eorum modo;ſed aliorum quoque Sanctorum aſſeruantur oſſa.

Saxa Auentini. *Ouid.6.faſt.* Arx Auentina. *Idem.* Cacumen Auentinæ ſiluæ. *Id.3.faſt.* Remoriam ſcilicet intelligit. Cacumen Auentinum. *Ibidem.* Iugum Auentinum. *Id.3.&4.faſt.* Arnum Auentinum. *Idem.* Lucus Auentino Superat niger ilicis vmbra. *Idem 3.* Humus Auentina. *Ibidem.* Legit Auentinæ veſtigia terræ. *Stat. 2. ſilu.3.* Atraq; Caci rura. *Ibidem.* vbi Cacus graſſator habitabat. V. *Cacus*. Regia Caci,domus.

Diana Auentina,ob inſigne templum,*vt ſup.in hiſt.* Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ. *Mart.6.64.* Collis dominæ Dianæ. *Id.12.epig.18.* ob eandem cauſſam:& *Idem 7.* Collis Dianæ, Murcius, olim, *vt ſup. in hiſt.* Auentinum ſolum. *Bemb.* Tradit Auentino, qui, quo regnarat, eodem Monte iacet poſitus, tribuitq; vocabula monti. *Ouid.4.met.*

AVERNVS, i.

Lacus Campaniæ propè Baias Plutoni dicatus, grauiſſimi,& exitialis fœtoris, quo & aues ſuperuolantes extinguebantur,quem Auguſtus,ſiluis,quę circùm eum erant, deiectis, ſuſtulit, & vna cum Lucrino in mare Baianum immiſit.V.*Baiæ*.Hinc à poetis pro lacu inferorum ſumitur, quòd inde ad inferos acceſſus patere crederetur; ſiue potius propter necromantiam, quæ ibi exercebatur. *Strab.lib.6.*Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus, intra quem Auernus eſt. Qui ſanè nunc quoque extat,Lucrino lacu iam cum Baiano ſinu commixto,à quo parum diſtat,vt ego oculatus teſtis obſeruaui; in quo lacu ob profunditatem ingentes eſſe piſces dicunt accolæ vix expiſcandos, ad cuius radices meridiem verſùs oſtium eſt, quod in Sibyllinum introducit antrum (ſi verum, quod referunt priſca *Virgilij* monumenta) in quod ipſe quoque omnia obſeruaturus quondam ingreſſus ſum: cęterùm tetrum odorem non ex lacu prouenire crederem, ſed à ſulphureis Puteolorum campis, quos ego pertranſij Vulcania quondam dicta arua, & Phlegæos campos, qui vix tertio milliari diſtant. Verùm cùm hic dicatur ab Auguſto in Baianum æquor immiſſus cum Lucrino,indagandum eſſet,cur extare dicatur etiam:ſed cùm hęc non huius ſint loci,ad noſtra miſcellanea cupidum reijciemus.

Stagna Auerna. *Virg.4. Georg.* Luci Auerni. *Id.6. AEn. & Stat. 4. ſilu.3.* Limen Auerni. *Claud.* Tęnarius lacus. *Sen.* ad ſimilitudinem alterius apud Laconiam propè Tęnarium promontoriũ in Arcadia. Fauces Auerni. *Idem in Hipp. & Virg.* Nigra formidine lucus, Caligans. *Id.4. Georg.* Tęnarij ſpecus. V.*Tænarus. Sen.in Hipp.* Auernales aquæ. *Hor. epod.5.* Simulati latices fontis Auerni. *Virg.4.AEn.* Tartareæ cum patuere viæ. *Bemb.* Pro inferno ſæpiſſimè ponitur. V.*Infernus*.Lege *Virg.6. AEn.* lacum deſcribentem. Auerna,orum. *Lucret.* Palus Auerna. *Lycophr.*

Epith. Graue olens, triſtis,Tartareus, niger, immitis,lugens, ſilens, pallens, piger, vacuus,peſtifer, quæ cùm infernum ſignificat, potius ad hunc quadrare videntur.

AVGIAS, æ.

Vel Augeas Rex Elidis filius Solis, & Naupidames filiæ Amphidamantis, quem Hyginus inter Argonautas connumerat. Hic bubile habuit trium millium boum capax, numquam ante Herculis aduentum repurgatum; cui cùm id purgandum locauiſſet Augias,ille immiſſo Peneo fluuio, ſeu potius Alphæo fimum triginta annorum facile egeſ-

Digitized by Google

egeſſit, nulloq; negotio eluit: Quo nomine cùm pactam ſibi mercedem exigeret, tergiuerſante Augia, Phyleum eius filium ſibi delegit arbitrum Hercules; ſecundùm quem cùm is pronunciaſſet, pulſus à patre in Dulichium inſulam confugit. Quam rem ægrè ferens Hercules Elidem diripuit, Augiam interemit, reuocatumque Phyleum patris loco regnare iuſſit: *ex comment. in Hom.*

Nec ad omne clarum facinus audaces manus Stabuli fugauit turpis Augiæ labor. *Sen. in Herc. fur.* Veſtrum opus Elis habet. *Ouid. 9. met.* Rex Eleus, à regione. Naupidameus, à matre. Solis genus.

AVGMENTVM.

Et Augumentum. Augumen, is. *Lucr.* Incrementum. Acceſſio. Additamentum. Additio. Corollarium. Quicquid auget.

AVGVR, is.

Augures, & eorum collegium ſummo in honore habitos legimus, non modò apud Romanos, ſed & apud Græcos; quorum habitus deſcribit *Papinius 3. Theb.* Hic gemini vates ſanctam canentis oliuæ Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis Euadunt pariter, &c. quamvis aliter deſcribantur apud Romanos, vt infra: nec non apud Barbaros, pleroſq;. Chaldeos primùm, & Piſidas, ac Cilices; dein Etruſcos, & Græcos; mox Latinos, & Romanos augurandi diſciplina excelluiſſe, accepimus. Augures tres prius Romæ fuere propter tres ipſius tribus Luceres, Rhamnenſes, Tatienſes; mox vno addito, quatuor extiterunt. Sed, cùm poſtea plebs admiſſa eſſet in partem honorum Vrbis, quinque plebeij Augures creati, & patricij quatuor; atque ita nouem numero fuere ſub M. Valer., & Q. Apul. Coſſ. Romani verò nihil, niſi auguratò, inchoabant; tum locum, modumq; augurij ſic fuiſſe legimus. Templum conſtituebat augur, ſiue definiebat, vel effabatur ijs verbis, quæ ſunt apud *Varr. lib. 6. de ling. lat. & ex emendatione Scaligeri refert Roſinus in lib 3. cap. 9. Antiquit. Rom. vbi cuncta de Auguribus, & augurijs adamuſſim relata reperies.* Captanda autem erant auſpicia ex arce, ſiue parte templi eminentiore, Cęlo non turbido, nec procelloſo, ſed ſilenti; placido, ſereno, & puro aere: lituum ſine nodo, manu tenebat; quo Cęli regiones deſcribebat, & deſignabat metas, intra quas ſe obſeruaturum ſigna conſtituerat, vt quod dextrum eſſet, quodve ſiniſtrum oculis, animoq; metiri poſſet: tum poſt templi effationem, captato proſpectu in agros, atque vrbem, & conuerſa facie in ortum, regiones ab oriente in occaſum terminabat limite decumano, & cardine ex tranſuerſo ſigno metato, quo oculi ferrent quàm longiſſimè. Ex-diſtinctis regionibus antica in ortum vergebat, poſtica, à tergo occaſum: dextera meridiem; boream ſiniſtra reſpiciebat. His peractis, cęſa victima, longum pręfatus carmen preces effundebat. A precibus cõſidebat velato capite, & duplici amictus toga augurali (quæ lęna dicta eſt, ſiue trabea ex purpura, & cocco) defixis in Cęlum oculis, & attentè circumſpectis, ac perluſtratis cardinibus omnibus, expectabat, numquid alicundè ſeſe aliquid oſtenderet, & vnde naſceretur, ac prodiret: &, ſi obijceretur auis aliqua, huc ne, an illuc volaret; an prono, obliquo, ſupinoq; motu corporis ferretur; quò flecteret, contorqueret, porrigeret, contraheretq; membra; an hac, vel in illa ſe parte occultaret; à dextra ne, vel ſiniſtra parte canerent oſcines, ſiue augurales aues; de quibus inferiùs. Viſis auſpicijs, ſurgebat è templo, non autem ſatis erat vnum augurium vidiſſe, niſi confirmaretur è ſimili: Nam ſi diſſimilia eſſent poſteriora, ſoluebantur priora. Lege *Roſinum citato loco: ex antiquis Liuium lib. 1. Dionyſ. lib. 2. Plutarchum in problem. & in Vitis; Val. Max. Cic. de diuinat. Varronem, & alios:* nunc ad

Synon.

Aruſpex, cis: ſunt qui cum aſpiratione ſcribant Dicitur autem, teſte *Donato*, ab ara, ſiue hara, in qua concludebatur hoſtia, quæ erat imolanda. Nam Aruſpices exta pecudum propriè inſpiciebant, è quibus prędicebant futura. Aruſpices etiam illi nuncupabantur, qui horas in agendis negotijs, operibusq; cuſtodiebant. Aruſpicium autem primus inueniſſe dicitur Delphus, teſte *Plinio*. Aruſpicum Collegium erat olim in pretio, quod penè collapſum reſtituit Claudius Imperator, anno ab V. C. 800. Lege *Cor. Tacit.*

Diuinator. *Cic.* Pręſagus. *Idem.* Interpres. *Ouid.* Prouidus aruſpex. *Hor. 3. 27.* Omnia doctus aeris. *Stat. 2. Theb.* Nulla deceptus ab alite. *Ibidem.* Cui pecudum fibræ, Cęli cui ſidera parent, Et linguæ volucrum, & pręſagi fulminis ignes. *Virg. 10. AEn.* Pullorum quid fibra velit, quæ monſtrat Oſyris Somnia, quid volucrum turba canora ferat. *Balb.*

Pullarius: ex Aruſpicum quidem Collegio, nempè is, cui caueę pullorum cura erat, è quorum paſtu auguria Augures captare ſolebant, quæ quoties offa, quę pullis dabatur aliquo modo cadebat in ſolum, tripudia Soliſtima dicebantur. Lege *Cic. 2. de diuin. & Roſin. lib. 3. cap. 10.*

Sagax quondam ventura videre. *Ouid. 5. met.* Aut ſibi commiſſos fibra locuta Deos. *Prop. 4. eleg. 1.* extiſpicium intelligit. V. *ſuo loco.* Fibra conſcia Deorum. *Tib. 1. eleg. 9.* Nec mihi ſunt ſortes, nec conſcia fibra Deorum Præcinit euentus, nec

Digitized by Google

nec mihi cantus auis.

Thuſci viri: Vera manent Thuſcis exta probata viris. *Tib.* 3. *eleg.* 4. Thuſci enim auguralis artis erant peritiſſimi. Thuſci vates. *Luc.* 1. *Pharſ.*

Tages conditor artis. *Lucan*: quod hic apud Etruſcos habitus ſit inuentor. Apollini verò artis inuentum potiſſimùm tribuitur; vel alij, vt ſuperius. Arte qui reſeras polum, Cui viſcerum ſecreta, cui mundi fragor, Et ſtella longa ſemitam flamma trahens Dant ſigna fati. *Sen. in Troad. act.* 2. Duræ miniſter ſortis, *Idem* 3. Fatidicus vates. *Idem* 5.

Volucrum prædicere linguas: Conſultare fibras. *Manil.* 1. Augurum officium lege apud *Roſinum lib.* 3. *cap.* 8. Paſtor auium, ab *AEſchyl.* dicitur augur. Fatiq́; interpres mei. *Sen. in Theb.* 1. de aſtrologo genethliaca componente poteſt intelligi. Præſcia lingua; fata canens; euentura videns; plenus Phœbo; Interpres Diuum: Qui numina Phœbi, qui tripodas Clarij lauros, qui ſidera ſentis, & volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Veri prouidus augur. *Ouid.* 12. *met.*

Qui volucrum tractus ſolerti indagine ſignat, Scis benè quid fati prouida cantet auis, Iamq́; & fatidici mens expugnata fatiſcit Auguris, ... *Stat.* 4. *Theb.* Venturi certus aruſpex. *Strozza*. Sed tibi iam videor Dodona verior augur. *Prop.* 2. *eleg.* 21. Antequam ſtantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentum Oſcinem eorum prece ſuſcitabo Solis ab ortu. *Hor.* 3. *od.* 27.

Epith. Peritus, Phryx, ignarus, prouidus, fatidicus, Phœbeius, dexter, Tuſcus, aruſpex.

Augures notiſſimi.

Calchas, ntis: Augur celeberrimus in Græcorum exercitu. V. *ſuo loco*. Mopſus, augurio celebris. Melampus, augur apud *Stat.* 3. *Theb.* Tireſias, Thebanus augur. V. *Tireſias*. Idmon, augur excellens apud *Val. Flacc.* 1. *Argon.* 229. Cui tribuit monitu prænoſcere Diuum Omina, ſeu flammas, ſeu lubrica cominus exta, &c. & ibi alia multa.

Eurypylus, Herculis filius, qui regnauit in Coo inſula, & cum Græcis reliquis ad Troianum bellum profectus eorum omnium augur peritiſſimus eſt habitus: Hinc *Virg.* 2. *AEn.* Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus....

Spurina, augur, & aruſpex inſignis, qui I. Cæſari fatum ſub idibus Martijs futurum illi extremum præſagiuit: huius meminit *Suet. in I. Caſ.* 81. V. *alios* apud *Textorem, &c.*

AVGVRIVM.

Quod potiſſimùm à priſcis captabatur è cęde victimarum è volatu auium, ex extis ſpirantibus, ex tripode, è numeris, è fumo, & huiuſmodi: vnde *Stat.* 4. *Theb.* dum Tireſiam inducit vaticinantem, ſic inquit, ... ille Deos, non larga cęde iuuencum, Non alacri penna, aut verum ſpirantibus extis, Non tripode implicito, numeriſq́; ſequentibus aſtra, Turea nec ſupra volitante altaria fumo, &c. Porrò auguriorum tria fuiſſe genera ex *Seruio* obſeruamus: Erant enim aut oblatiua, quæ non poſcebantur, aut impetratiua, quæ optata eueniebant: aut ſtatiua, in quibus conſiderabatur quo in loco auguria peragi deberent. Sed de hoc V. *Roſin. in antiquit. Rom. vt ſup.*

Aruſpicina, eſt ars augurij pars; cuius erat, turis motus, & crepitus; & fumi motus, & flexus colligere, & interpretari: tum exta conſiderare, de quibus *ſuo loco* dicetur.

Aruſpicium. Omen, vel in bonam, vel in malam partem ſi ſumas. Et iam ſocialia preſſo Omina. *Stat.* 3. *ſilu.* 2.

Epith. Vanum, luctuoſum, triſte, ſiniſtrum, occultum, placabile, caſſum, dexterum, ſociale.

Magna fides auium eſt, experiamur aues. *Ouid.* 4. *faſt.* Auſpicium. Hoc mihi non ouium fibræ, tonitruſve ſiniſtri, Linguave ſeruatæ, pennave dixit auis. *Id.* 1. *triſt.* 8. vbi aduerte, hoc olim obſeruatum in diſciplina augurali, aliàs auſpicium facere ore, aliàs ore, & alis, aliàs volatu, & alis. Auſpicibuſq́; Dei tanti cognominis hæres. *Id.* 1. *faſt.* Coniectura futuri. *Id.* 1. *triſt.* 8. Aut ſi quis inotas cornicis ſenſerit alas. *Prop.* 4. *eleg.* 1. Monitus diuûm vatum. Fatalia verba.

Vaticinium. Oraculum. V. *ſuis locis*. Sed quia bona ſunt, & mala auguria diuidemus in

Augurium bonum.

Si Deus ore ſereno Annuerit, felix candide, ſolus eris. *Mart.* 2. *epig.* 24. Parca melior. *Ouid. epiſt.* 11. Nubite felices Parca meliore ſorores. Cenſebant enim in nuptijs Parcas optima nere ſtamina ijs, quos amabant: peſſima, quos oderant. Auſpicium bonum. *Id.* 1. *eleg.* 12. Signa ſecunda. *Id.* 2. *eleg.* 3. Sunt tibi cum domina ſigna ſecunda tua: alij legunt ferenda. Dextrum Numen. *Stat.* 1. *ſilu.* 4.

Proſpera ſigna. *Ouid.* 4. *faſt.* ſic ſecunda, optima, meliora, &c. Verſis ad proſpera fatis. *Id. epiſt.* 15. Sidera ſecunda. *Id.* 4. *faſt.* Bonæ aues. *Id* 1. *faſt.* Phrygibuſq́; adſis pede diua ſecundo. *Virg.* 10. *AEn.* Fauſto ſidere. Numine proſpero. *Sen. in Med.* Auſpice dextera. *Ibidem*. Numine propitio. Felici ſorte. *Id. in Hipp.*

Luce bona. *Ouid.* 1. *triſt. eleg.* 1. Felicia ſigna. *Ibidem el.* 6. Fato candidiore frui. *Id.* 3. *triſt. el.* 4. Fatis genitus melioribus eſſem. *Id.* 4. *de Pont.* 9. Et mea ſincero curreret axe rota. *Ibidem*. Secundo omine. *Hor.* 3. *od.* 11. Fulſerunt quondam candidi tibi Soles. *Catull.* Diuis ortæ bonis. *Hor.* 4. *od.* 5. Potiore alite. *Ibidem od.* 6. Fauſta alite. Secunda alite. *Id. epod.* 16. Felicibus edita pennis. *Prop.* 3. *eleg.* 8. Dextera cantet auis.

Digitized by Google

auis. *Id. 4. eleg. 1.* Remis æqua fauebat auis. *Ibidem el. 6.* Plenis Iouis omine velis. *Ibidem.* Fulſerit hæc nitido ſidere fauſta dies. *Pontan.* Sidere dextro natus. *Idem.*

Felix augurium, euentus, omen. Mars ſecundus. Ominibus primis. Alitibus ſecundis.

Dexter enim è cęlo Dexter Iouis adſtitit ales. Dextrumq́; affulgens riſit Olympus. *Bembus*; quod quidem elegantiùs antiquorum more, lęuumq́; affulgens, vt. Hoc vt dixit, amor ſiniſtra, vt ante Dextra ſternuit adprobatione: v. phaleuc. quæ enim nobis ſiniſtra ſunt, Deo, & Cęlitibus dextera dicuntur: vnde *Virg.* Intonuit lęuum: nempè in bonum augurium.

Nunc ab auſpicio bono profecti Mutuis animis amant, &c. *Catull.* 46. Diuis egreſſa ſecundis. Fauſto pede, lęto, felici, &c. Proſpero in ſtatu. V. *Proſperitas.* Proſpero fato, fato proſperiore frui.

Augurium malum.

Siniſtris auibus. Aues falſæ. *Ouid. 5. met.* Infelicibus ortus auſpicijs. *Virg. 11. AEn.* Si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubet. *Id. 1. Georg.* Naſcitur & læuo contriſtat lumine cęlum *Id. 10. AEn.* Auſpicium infauſtum. *Idem 11.* Infauſto omine. *Ibidem.* Omine non fauſto. *Ouid. 2. triſt.* Ominibuſq́; malis, pedibuſq́; occurrite læuis. *Id. in Ibin.* Et à læua mœſta volauit auis. *Ibidem.*

Siniſtra cornix. *Virg. 1. eclog.* Et ſunt ominibus pondera nulla meis. *Ouid. 2. eleg. 14.* Triſte augurium. *Virg. 5. AEn* Mala auis. *Hor. 1. od. 15.* Mala ducis aui domum, Quam multo repetet Græcia milite. Omen lęuum. Infelicibus Euris. Fatis adductus iniquis. *Virg. 10. AEn.* Nec vlla Commoda naſcenti, ſtella leuisve fuit. *Ouid. in Ibin.* Hora ſiniſtra. *Id. epiſt. 20.* Sideribus natus iniquis.

Ominum triſtes minæ. *Sen. in Hipp.* Prohibent nefandi carminis triſtes minæ. *Idem in Oedip.* Bubone coniunctus. *Ouid. 6. met.* quod malum eſſe omen crederent olim. Rimam fortuna faciente. *Idem 2. triſt.*

Alite lugubri. *Hor. 3. 3.* Mala ales. *Stat. 3. Theb.* vbi *Lactantius.* Quotieſcumque fœminino dicitur genere malum portendit augurium, vt *Hor. epod.* 10. Mala ſoluta nauis exit alite. Maſculino autem bonum demonſtrat. *Virg.* Namq́; volans fuluus, &c.

Omina dira Saturni ſacra me tenuiſſe die. *Tib. 1. eleg 3.* Belli mala ſigna cometes. *Idem 2.* Sine errore malo Troiæ, monitisve ſiniſtris. *Virg. 10. AEn.* Cui non fulſit Apollo Triſtia terris omina. *Bemb.* Infelix auibus locus. *Pontan.*

AVES AVGVRALES.

E` quibus olim captabatur augurium; erant aliæ oſcines, aliæ præpetes: oſcines dicebantur, quæ ore canentes faciebant auſpicium, vt coruus, cornix, noctua, bubo, &c. præpetes, quæ ſecundo volatu ante eum, qui auſpicabatur, volabant, & auſpicium faciebant: & hæ quidem aut ſuperiora tenebant, & prępetes vocabantur: aut inferiora, & inferę dicebantur. Diuerſa tamen receperunt nomina, quæ breuitatis cauſſa omitto. Lege *Roſinum*, qui hæc collegit *lib. 3. cap. 9. Antiquit.* hæ autem aues erant.

Aquilæ. Lege *Dionyſ. Halicar. lib. 3. & Pierium lib. 19. Hierogl.* V. *ſuperiùs Aquila.* Vultur. Accipitres: in quorum numero Falcones, Circi, & Buteones proſperi erant ſigni omen. Milui, frequentius mali auſpicij ſymbolum erant, ſicuti incendiaria auis. Corui, qui ſi cum aquilis, & vulturibus coiſſent; conflictus, & cædes indubias denunciabant. Ciconiæ, concordiæ ſymbolum. Circi, nuptiarum, & rei pecuniariæ ſignum bonum. Picus Martius, lęuus picus. *Hor. 3. 27.* Teque nec leuus vetet ire Picus, Nec vaga cornix. Luſcinia. Ardeolæ, quæ ſi ad auſtrum volatu cõtenderent, aut ſeptentrionem, proſpera, feliciaq́; decernere, & omnium periculorum metu ſoluere exiſtimatum eſt. Hirundines, quarum circumuolationes, decubitusve, aut inſeſſus infauſti habiti ſunt. Columbæ, quarum felix augurium, apud *Hom.* Galli, quorum præpoſteri, & veſpertini cantus optimi euentus ſigna aliqui notarunt. Gallinæ, quarum cantus numquam exauditi, niſi quando dirum aliquid immineret. Corui, inauſpicatæ garrulitatis aues. V. *ſuo loco.*

Bubo, funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auſpicijs; noctis monſtrum, nec cantu aliquo vocalis, ſed gemitu, ſi in vrbibus, aut omnino in luce viſeretur, dirum oſtentum prębuit. Cum Sext. Papellio Iſtro, & Lucio Pedęnio Coſſ. Cellam Capitolij bubo intraſſet eo anno nonis Martij Vrbs luſtrata eſt. Idem factum Lucio Caſſio, & C. Mario Coſſ. bubone viſo. Hic vultur illic luctifer bubo gemit, Omenq́; triſte reſonat infauſtæ Strigis. *Sen. in Herc. fur.*

Noctuæ, varium faciebant omen. V. *ſuo loco.*

Pulli, qui in cauea aſſeruabantur, quorũ curam pullarius, de quo ſuperiùs in augure diximus, habebat, è quibus hoc modo captabant auguria. Quotieſcumque id faciendum fuiſſet: ſummo mane, & primo diluculo, imperato ſilentio, pullarius pultem illis, aut offam cauea recluſa obijciebat: Quod ſi ad oblatam eſcam mox pulli è cauea non proſiliſſent, aut ſerius egreſſi, vel non attigiſſent, vel alarum planctu diſſipaſſent; ſiue relicta eſca oberraſſent, aut occiniſſent; aut prorsùs non veſcerentur, vel auolarent penitus: omen præſeferebant magni terroris, & ſolicitudinis, ac triſtiſſimos euentus: ſui autem pulli mox prorue-

Digitized by Google

rent cum impetu, certatimq́; in eſcam inuolarent,& auidè depaſcerentur,ita vt ex ore paſcentium aliquid in terram cadetet, quod tripudium faceret ſoliſtimum,optimum ſanè iudicium fortunati ominis credebatur. Lege *Roſinum lib.3. cap.10.*

Parra,ſiue parrha:genus auis inauſpicatæ inter oſcines habita, vt ait *Feſtus:* & *Plin.lib. 18. cap.29.* ſcribit: Auem parram Sirio oriente ipſo die non apparere donec occidat:ipſius cantus ſemper habitus triſtis, & infelix propter vocis inſuauitatem,& aſperitatem: vnde *Hor.3. od.27.* Impios parræ recinentis omen Ducat,& pręgnans canis, &c. Si confers fulicas cycnis, & aedona parræ. *Auſon.*

Cycni,quoque inter aues augurales habiti. Strix, & ſtriges. V. *ſuo loco.* Nec nos aeriæ voce monemur auis. *Ouid.1.de art.* Ferales auium cantus. Præpete cantu. Alituum monitus,&c.

S. AVGVSTINVS.

Tagaſte Africæ oppido natus è Sanctiſſima Monica,& Patricio viro;diuinarum,humanarumq́; rerum peritiſſimus fuit, qui primùm Manichęorum hæreſim ſectatus, deinde illa (iam veritate cognita)deteſtata Chriſto nomen dedit, atq; per B. Ambroſium ſacris ablutus aquis, tum Presbyter factus à Valerio Hipponenſi Epiſcopo,illi nō tam dignitate ſucceſſit: quàm vel doctrina anteceſſit. Demùm pro Chriſto multis exantlatis laboribus, ac Hęreſeos ſectatoribus à tota propulſatis Africa, plurimisq́; libris ad noſtram eruditionem editis, ſeptuagenarius, & vltra in Vvandalica obſidione,qua tribus menſibus vrbem oppreſſerant, ſanctimonia clarus, & rerum geſtarum memoria illuſtris adhuc pœnitens,pſalmoſque ad pœnitentiam prouocantes recinens, deceſſit. Cuius reliquiæ ſub Luithprando Rege, à Barbarorum incurſione iam vrbe Hippone Regio expugnata, Sardiniam fuerunt delatæ; & inde Ticinum ſub Deſiderio Longobardorum Rege deuectæ, ibidem ſumma veneratione coluntur: vbi etiam ſolemne templum, & adiunctum Cœnobium,à ſuis frequentatum in vita monaſtica aſkelis,conditum eſt.

Hipponis Pręſul celeberrimus. Tagaſtæus Doctor, Lumen, Doctrina Tagaſtęa. Afer Doctor, ab Africa regione. Libycus Doctor. Magiſter fidelium. Pelagij malleus, vtpotè qui Pelagium Hæreſiarcham doctrina contudit, diſperſitq́;. Doctrinæ culmen Hipponenſe. Hipponenſe decus, doctrinæ lumen; acerbus Malleus Hæreſeos, &c. Quo nil diuinius Orbi Poſt homines natos terra Libyſſa dedit:ſi doctrinam inſpicias. Hipponis paſtor. *Mant.* Pater. *Idem.* Monicæ filius. Quem Chriſto Ambroſius peperit,quem Monica mater Ediderat mundo,.quem ſidere

clara Tagaſte Conſpicit,atq; alio ſtellarum qui regat orbes Doctrinę dorſo gaudet Pater Atlanteo.

AVGVSTVS.

Ita cognominatus Octauianus Cæſar,ſiue Octauius patre Octauio Senatore genitus, Cæſaris nepos; qui adoleſcens Reipub. partes, tum Cæſaris ſuſcepit;tum adultus deuictis hoſtibus in Triumuiratu cooptatus; deindè à Lepido illi renunciata parte; bello cum Antonio inito, eoq́; ſuperato, Romanæ Reip. abſolutam ſuſcepit adminiſtrationem: imperauitq́; 56. annos: anno verò quadrageſimo ſecundo, toto terrarum orbe in pace compoſito, Chriſtus Dominus in Bethleem Iuda natus eſt. Eius bella, & res geſtas copioſiſſimè narratas à *Suetonio*, & *Dione*, perlege. Ab eò deindè cæteri Imperatores Auguſti dicuntur: ita dictus ab augurio; quaſi eo conſecratus,ornatuſque à Deo felicibus ſignis,& ſucceſſu. Inter plurima memoranda illud narratur,quòd infans ranas obſtrepentes ſilere iuſſit; eiq; in littore deambulanti è mari ad pedes proſilijt piſcis. Primus è Principibus Pater patriæ ſalutatus; cum hoc titulo antea M. Cato,dum eſſet Reſpublica, Ciceronem appellaſſet,cuius viri immaturę quaſi necis idem culpatur tamquam author. Sed ad noſtra.

Sic ille patriæ primus Auguſtus parens Complexus aſtra eſt,colitur & templis Deus. *Sen. in Octau.* nec tantum mortuo Auguſto diuinos honores tribuerunt olim Romani, ſed etiam viuo; vnde canit *Horat.3.od.3.* Quos inter Auguſtus recumbens Purpureo bibit ore nectar: viuo enim Auguſto compoſuit illam oden *Horat.*, vt placet *Lambino.*

Cæſaris natus, adoptione. Vt Deus accedat Cęlo, Templisq́; colatur, Tu facies, natusq́; ſuus, qui nominis hęres Impoſitum feret vnus onus,cęliq; parentis Nos in bella ſuos fortiſſimus vltor habebit. *Ouid.15. met.* Cæſarei nominis hæres, *ex eodem.* Cæſaris vltor, *ex eodem.* vbi narrantur eius res geſtæ,& pręlia. Deus Cęſar. *Prop.3. eleg.4.* Lege totam, in qua multæ eius laudes.

Auguſtus, cognomen illi primum tributum. Sed inter Cæſarem,& Auguſtum quid differat, docet *Ammianus* his verbis: Auguſti dicuntur, qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoris nomine honeſtati ſunt:at Cæſares dicuntur, qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam aliquam prouinciam cum Cęſaris honore tantùm,donec Auguſtus vixerit, in eius Imperium poſtea ſucceſſuri.

Qua videam ſpolijs oneratos Cæſaris axes. *Prop.3. eleg.4.* Veneris proles: Ipſa tuam prolem ſerua Venus, Hoc ſit in æuum Cernis ab Ænea quod ſupereſſe caput. *Ibidem.* Romani caſtra Ducis. *Id.2.*

*Id.2.eleg.*10. vbi multa de Auguſto. India quin Auguſte tuo dat colla triumpho, Et domus intacta te tremit Arabiæ. *Ibid.* Diui genus, ſubaudi Cæſaris.

Auguſtum nomen. *Ouid.4 de Pont. 6.* Anchiſæ, Venerisq; ſanguis. *Horat.* Æneades. *Ouid. in faſt.* Auſoniumq; ducem ſolitis circumuolet alis *Id. 2. triſt.* Auguſti numen. *Id. 3. triſt.* 8.

Cęſar: vt alij deinde Imperatores Cæſares appellati ſunt. At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho Mœnia. *Virg.* vbi *Seruius*: Tres, inquit, Auguſtus habuit triumuhos: primo die triũmphauit exercitus, qui Antonium vicerat; ſecundo qui Dalmatas; tertio ipſe cum Alexandrino ingreſſus eſt triumpho. Gentis Iuleæ nomina. *Ouid.* 1. *de Pont.* 1. Bellaq; reſq; tui memorarem Cæſaris, & tu Cæſare ſub magno cura ſecunda fores. *Prop. 2. eleg.* 1. quam lege totam. Cæſareum caput. *Ouid.* 3. *de Pont.* 3.

AVGVSTVS Menſis.

Sextili olim dictus, quòd ſextus à Martio anni principe eſſet: Poſtea Auguſto imperante in ipſius honorem Auguſtus eſt appellatus. Cauſſas refert *Macrob. lib.1.ſaturn. cap.*12. quem lege. *Dion* quoque *lib.*55. Menſem, inquit, Sextilem, Auguſtum nominauit, quod nomen cum alij Septembri, quo menſe natus ipſe fuerat, indere vellent, ipſe Auguſtus Sextilem prætulit, quod eo menſe Conſul factus, ac eo multis prælijs, iiſque magnis victoria potitus eſſet. Lege quoque *Sueton. in Aug. cap.*31. In Cereris tutela menſis erat; cuius feſta erant.

Calend. Auguſt. Equeſtria certamina exhibebantur (teſte *Dione lib.*60.) quod eo die Martis ædes conſecrata eſſet.

IV. Non. Erant feriæ, quod eo die Cæſar Hiſpaniam citeriorem viciſſet. De qua victoria, & ferijs in eius memoriam celebratis lege *Dionem lib.*43. *Suetonium in I. Cæſ.cap.*36. *& alibi.* triplex triumphus, triplexq; pompa Romæ de victoria Hiſpanienſi habita eſt. Feriæq; inſuper quinquaginta dierum actæ.

V. Id. Aug. Cæſar Hiſpalim vicit, cuius meminit *idem Dion eodem lib. & Sueton. & Hirt. lib. de Bello Hiſpan.*

IV. Id. Ararum Opis, & Cereris in vico iugario (in 8. vrbis regione) ſiue potius arearum, vt eſt in Panuinij Roma, conſecratio, vt *Gyrald. in ſuo kalend.* adnotauit.

Prid. Id. Herculi magno cuſtodi in Circo Flaminio ſacra facta eſſe *idem Gyrald.* adnotat: vbi eidem Herculi Circi Flaminij cuſtodi ædes inſignis condita erat.

Id. Aug. Dianæ ſacra fiebant, quod teſtatur *Martialis lib.*12. *epig.*68. Maiæ Mercurium creaſtis Idus Auguſtis redit Idibus Diana: & *Auſon.* Et Medias Idus Maij, Auguſtiq; recurſu, Quas ſibi Mercurius, quaſq; Diana dicat. *Idyll.de fer.* Et forſitan ſunt ſacra, de quibus ſuperiùs diximus in Aricia, vt nonnulli interpretantur, præſertim *Adrian. Turneb. Aduerſ. lib.7.cap.*27. Eodem die feſtum erat ſeruorum, & ſeruarum, de quo hæc *Plutarch. Quæſt. Rom.* 100. Cur Idibus Sextilis, qui nunc Auguſtus dicitur, feriç ſunt vtriuſque ſexus ſeruis; mulieres autem tum maximè lauare, & purgare capita ſtudent? An hoc ſeruis datum, quod ea die Seruius Tullus Rex natus è captiua fuit ancilla. Lotio autem capitis ab ancillis feriarum cauſſa cepta, etiam ad liberas perualit. Hactenus ille.

XVI. Calend. Septemb. Portumnalia erant, de quibus *Varro lib.5. de lingua lat.*, dicta, inquit, à Portumno, cui eo die ædes in portu Tiberino facta, & feriæ inſtitutæ. *Turnebus* addit: Rem diuinam fieri conſueuiſſe ad pontem Æmilium, vbi eius ædes fuerit.

XIV. Cal. Septemb. Vinalia erant, de quibus ſcripſimus in Aprili, & inferiùs in Vino.

XII. Calend. Conſualia erant; de quibus *Varro* 5. *de ling. Lat.* ſic dicta à Conſo, quod tum feriæ publicæ ei Deo, & in Circo ad aram eius ab Sacerdotibus fiebant ludi, quibus olim virgines Sabinæ raptæ fuerant. *Liu. lib.* 1. *ab V.C. author eſt*: Conſualia ludos eſſe Neptuni equeſtris. Lege *Plutarch. Quæſt. Rom.* 48. V. *infra Conſus.*

XI. Calend. dies intercifus, quod Dijs, & hominibus communis eſſet: noſtri vocarent *Meza feſta*, quòd licitum pro ſe aliqua facere, & Deo operari. Lege *Roſinum*.

X. Cal. Volcanalia, ſiue Vulcanalia erant: ſic dictæ à Vulcano feriæ (*Varr. lib.* 5.) quibus populus pro ſe in ignem animalia mittebat: ad Vulcanalia reſpexit *Plin. lib.*18. *cap.* 13. *& Colum. lib.* 11. *cap.* 3.

IX. Cal. feriæ Lunæ erant in Græcoſtaſi, quemadmodum habet fragmentum Calendarij marmoreum effoſſum Romæ ſub Hortulorum colle. Lege *Roſinum cap.* 12. *lib.*4. *Antiquit.* Necnon Cal. marmoreum antiquum in ædibus Petri de Valle nobiliſſimi apud Romanos Patritij, vbi cuiuslibet menſis præcipua ſacrificia, & alia huiuſmodi animaduerſione digna adnotata videntur. Græcoſtaſis autem quaſi Græcorum ſtatio, locus erat ante Curiam Hoſtiliam, & Roſtra ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent Legati, qui ad Senatum eſſent miſſi. *Cic. ad Quint. fr. lib.* 2. erat autem in regione octaua apud forum.

VIII. Calend. Opiconſiua erant: ab Dea Opiconſiua, cuius in regia Sacrarium, quod ideò actum, vt eò præter virgines Veſtales, & Sacerdotem publicum, introeat nemo; introeunti autem ſuffi-

Suffibulum opus erat. *Varr. lib.5.*

VI. Cal. Volturnalia erant,quæ, inquit *Feſtus*,Volturno deo ſacra erant, cuius ſacerdotem Volturnalem vocabant. *Gyraldus* autem Volturnæ deæ meminit, non Volturni; & Vortumnalia commemorat *ſyntagm.* 17. à Vortumno dicta, cuius feriæ, ait *Varro*, erant menſe Octobri.

V. Cal. Septemb. quo Ara Victoriæ in Curia dedicata eſt. De Victoria in Curia Iulia conſecrata *Dion lib.51.* cum triumphum Auguſti de Ægypto exponit,meminit,quem lege: diuersè tamen à *Gyraldo* in ſuo Calendario nonnulla feſta notantur,quem adi.

Synon.

Menſis Auguſtus. *Mart.6.ep.59.* Auguſti tempus, *ex Ouid.* Sextilis,is. *Mart.* Nonæ Sextiles,Auguſtæ. Idus Auguſti. *Mart.* ſic Calendæ,Nonæ. Dies Auguſti æſtiui;noctes Auguſtæ.

Cereris menſis, quòd in eius eſſet tutela. Sextus menſis. *Mart.3.68.* Sexti tempora menſis. Cæſare ab Auguſto ducens ſua nomina menſis.Quo Sol vrit equis Nemeęi terga Leonis.

Cleonęus Leo, fig. nempè cùm Sol in Leone eſt ab Idibus Iulijs ad Sextiles. Rura Cleonæo numquam temerata leone. *Mart.5.72.*

AVIS, is.

Volucris. Volucrum proles. *Ouid. 1. faſt.* Genus volucrum. *Ouid.4.faſt.* Nubes aeria volucrum. *Virg.* Grex volucrum,turba. *Idem 5. met.*

Epith. Vagæ, obſcęnæ, pictæ, raucæ, auidæ,aeriæ, pennipotentes, canoræ, peregrinæ,agreſtes,garrulæ, rapidæ, fluminceæ,ſtagnicolæ,ſagicolæ volucres.

Corpora volantum. *Lucret. 3.* Cateruæ auium. *Virg.11. AEn.* Cœtus. *Idem.* Genus altiuolantum. Pennigeriq; greges auium. Turba ſonans agminis aligeri. Aſſuetum ſiluis,innocuumque genus. *Ouid. 1.faſt.* Agmen aligerum. *Virg. 11. AEn.* Pecus volatile. *Colum.*

Ales,litis. Innumeræ comitantur aues,ſtipatq; volantum Alituum ſuſpenſa cohors exercitus ingens Obnubit vario latè conuexa meatu. *Claud.* Alituum genus. *Virg.8.AEn.* Pennis trepidantibus ales. Pullis implumibus ales,Incubat.

Epith. Siluestris, pennata,querula,canora,garrula, criſtata,loquax,ſonora,ſtrepitans:Ales:quæ cùm ſit etiam maſculini generis, vertes in idem genus.

Gaudete, ò celeres ſubnixæ nubibus altis. *Virg.* Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. *Id. eclog.* Quæ faciunt nidos,& oua fouent plumis, Et facili dulces edunt ore ſonos. *Ouid.1.faſt.* Volatiles greges. *Euripid.* Aerij pennata ſoboles. *Idem.* Hominibus obſcuram occinentes cantionem. *Orph.*

Epith. Garrula,arguta,vaga,pauida,loquax,deuia, aeria, nubiuaga, aligera,littorea,rara,quærula, vagans auis.

Auium genera.

Acanthis,dis.V.*Carduelis.*Accipiter. Aquila.V. *ſuis locis.* Ægithus. V.*Aſinus.*

Alauda. Prole noua exultans,galeaq; inſignis alauda. *Mant.* auis vulgò,*Lodola,*quæ à criſtato apice in galeri modum,ſiue galeæ: Galerita etiam dicitur,& Caſſita, p. p. Mande Galeritam volucrem,quam nomine dicunt. *Seren.* Corydalus, etiam dicitur Alauda apud *Gracos.*

Alcedo. V. *Alcyon.*

Anas,tis. Anas cicur,domeſtica. Anas fera,vel ſilueſtris: Anatum verò genera ſunt. Boſcas, æ. *Ariſtot.* Minor eſt anate illi prorsùs aſſimilis,roſtro latiore ad quamdam cochlearis ſpeciem. Penelopis,is. *Idem.* Anate,& hæc inferior,ſed inſigne habet puniceo colore collum. Querquedula, minor boſca; nomen hábens fortaſſis à querquero, hoc eſt gelido,hibernoq; tempore, quo maximè appareat. Glaucium,è glaucis oculis, quod fuſcius genus eſt, plumis, pedibuſq; . V. *Getſnerum in hiſt. Animalium.* Accipitrem fluuialis anas. *Ouid.11. met. in fin.*

Epith. Aquoſus, latipes,mollis, timidus: macra, eſt enim quoque generis fœminini. *Mart.3. 91.* Et Anatis habeas vropygium macræ, ſcazon. verſ. Eſt vropygium,auis cauda,inter epulas delicatior pars.

Anſer,is. V. *ſuo loco.*

Apodes, ſiue depodes, à paruitate pedum ſic dictæ Hirundines ripariæ; quæ vulgò dicuntur *Rondoni*,& hæ: Cypſeli,orum,p.c. à Græca voce. Maiores hirundines, velociſſimo ſiquidem curſu ſunt. Stridentes hirundines.

Ardea. V. *ſup.* præter quæ dicitur etiam;Auis Diomedęa, in quam ſocios Diomedis Argiui conuerſos fuiſſe fabulantur. Huius genera: Erodius,& Rhodius. *Hipponact.* Gręcè. Mergulus à nonnullis, vt vult *Getſnerus.* Tantalus, apud eumdem ex teſtimonio *Alberti Magni.* Ardea ſtellaris, à punctis, quibus tamquam ſtellis eleganter picta viſitur,& hæc: Taurus. *Plin.* dicitur, quod mugitum quodammodo bouis imitetur.Pelecanus,inter Ardearum genera connumeratur à *Getſnero.* Ardeola. *Alciat. in emblemat.* Ocnus,inter Ardeolarum genera. *Getſner.*

Aſio,nis,quę Ortus,Gręcè,& Scopa,& Scopes,num. multit.Noctua aurita dicitur:omnibus anni temporibus apparent aſiones, & iccirco perennes, & ſemper aſiones appellantur. V.*Getſner.*

Attagas,ſiue Attagens:Attagena,& Attagenus,apud *Athen.Ariſtot.lib.6.* Attagenam ponit inter eas aues, quæ in puluere volutantur, qualis eſt gallina,perdix,phaſianus; *& lib.9.* Attagen,inquit, auis eſt in puluere volutabilis: apud Ioniam fre-

quens harum auium captura, vnde *Hor. epod.* 2. Non attagen Ionicus iucundior, &c. & *Mart.* Ionicarum guſtus attagenarum: frequẽtes etiam in Megarica tradit *Athenæus lib.* 9. quem ſuauiſſimæ eſſe carnis ſcribit, ex *Ariſtophanis* teſtimonio; minorem perdice, toto dorſo varijs colorum notis diſtincto, & colore fictilium magis ſubruffeſcente: quæ facilè capi à venatoribus ob corporis grauitatem, & breuitatem alarum poſſunt & hæ in puluere ſeſe volutare, pullos multos parere, frugum, & ſtirpium ſeminibus veſci ſolent, teſte *Alex. Myndio* apud eumdem *Ath.* francolinum, & francolinam Italorum vocant nonnulli à franco, ideſt nobili, quod in cibo auium nobiliſſima ſit, & delicatiſſima.

Auriuittis. V. *Carduelis*.

Bubo. V. *ſuo loco*.

Capra, auis, quæ circa lacus, & amnes verſatur, Gallinaginum genus eſt, vocemq́; caprinæ ſimilem edunt. Caſpia auis. *AElian.* Caprimulgus, auis eſt montana magnitudine paullò maior Merula, quæ noctu clamat voce abſona, & tamquam vomiturientis: ſtriges, *ex Ouidio* interpretatur *Getſnerus in hiſt. animal.*

Capus, i: & Capo, nis. Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus Amiſit teſtes, nunc mihi gallus erit. *Mart.* 13. 62. & 3. *ep.* 57. Alius coactos non amare capones: ſcazon. verſ. Gallus ſpado. *Petron. Arb.* Eunuchus gallus, cuiratus.

Carduelis. V. *ſuo loco.*

Catarrhactes: naturam harum auium, quæ larorum, ſeu gauiarum genus eſſe dicuntur *Oppian.* deſcribit; refert *Getſner.* & eidem dicitur. Larus marinus: Miluo ferè æqualis cadaueribus veſcens, & in fame etiam anates rapiens, qui Carbo aquaricus, *Alberto Magno* dicitur. Mergus magnus, qui in alueum ſe præcipitem agit prædam piſcium ſequens. Cepphus, eſt laro ſimilis auis marina, nam larus etiam dulces aquas expetit.

Chloris, non Ligurinus eſt, ſiue Carduelis, ſed quæ à viriditate, *verdone*, dicitur Italis, milio potiſſimũ veſcitur. Hinc: Auis miliaria, dici poteſt: dorſo eſt viridi, roſtro albicante, magnitudine fringillę, ventre albicante, & fuſco; cantu ſuaui.

Canaria, huic ſimile genus auium, quæ è Canarijs inſulis ſacchari feracibus aduehitur ſuauiſſimi cantus. Citrinella, in aliquibus Italiæ locis eadem dicitur. Chloridi congener, vel Ligurino, pectore luteo, ſiue citrino. Auicula aurea, à colore, quæ etiam Aureola dici poteſt.

Ciconia. Columba. Cornix. Coruus. Coturnix. V. *ſuis locis*.

Cuculus, i, auis timidiſſima, vt *Anacreon* ſcripſit, quæ veris initio canit in ſiluis, & parere ſolet in alienis nidis, præcipuè in palumbium, currucæ, alaudæ, rubeculæ, luſciniæ, motacillæ. Cauſſa ſubijciendi pullos, putatur, inquit *Plin.* quòd ſciat ſe inuiſam cunctis auibus, nam minutę quoque infeſtant: Ita non fore tutam generi ſuo ſtirpem opinatur, niſi feſellerit. Lege *Plinium eundem lib.* 18. *cap.* 26. aliam affert cauſſam *AElianus* de incubatione Cuculi .... Cui ſæpè viator Ceſſiſſet magna compellans voce cucullum. *Hor.* 1. *ſat.* 7. vbi l', conſonantem duplicauit per ſyneręſ. & *Alciat. emblem*. Rurieolas agreſte genus, plerią; cucullos Cur vocitent, &c. Mox, vbi iam primum cuculus cantauerit Æſtum.

Curruca: Auis eſt, in cuius nido plerumque parit cuculus, cuiusq́; oua fouet, incubat, & excluſos inde pullos educat, cauda ſemper in altum elata. Hipolais, eſt Græcis, quod ſub lapidibus vermiculos inquirat. Nutrix cuculi, appellari ſynonymicôs poteſt. Tu tibi nunc curruca places, fletumq́; labellis Exorbes. *Iuuen. ſat.* 6.

Cycnus. V. *ſuo loco.*

Erythropus, ſiue Hemaropus, fringillarum rubentum genus. Externæ aues. *Plin. Starne* dicuntur vulgò Italis. Erythrotaon, is. *Plin.* Tetrao, is. *Idem.* Tetrix, eis, *Ariſt.* Pauonem agreſtem. Pyrenęi incolæ vocant.

Falco. V. *Accipiter*.

Ficedula, à ficuum eſu ex Ægithallorum genere, ex *Alexand. Myndio* apud *Athen. lib.* 2. Nitidas Sycallidas. *Epicharmus. Ibidem.* Nitidæq́;, ac pingues ficedulæ. *Ibidem.* Sycalis, ſimplici, l, ſcribendum aſſerit *idem auctor*. Elęos, genus Ægithalli. Pyrrhia, eadem cum ficedula, ſic dicta à rufa macula pectoris. Cerea quæ patulo lucet ficedula lumbo. *Mart.* 13. 5. & *Ibid.* 48. Cùm me ficus alat, cùm paſcar dulcibus vuis, Cur potius nomen non dedit vua mihi? *Iuuen.* corripuit: Mergere ficedulas didicit nebulone parente, *ſat.* 14.

Fringilla: auis, cui pectus rubet, ſi mas eſt fringillus: palleſcit autem, ſi fœmina. Fringilla montana. Hiberna, niualis.

Fulix, cis, & Fulica, æ: anate paullò eſt minor, ſed corporis forma conſimilis. V. *ſuo loco.*

Galgulus, i; de qua hæc *Plin.* Auis Icterus, ideſt luridus a colore, quæ, ſi ſpectetur ſanari id malũ traduut, & auem mori: Et hæc, Galbula: Galbula decipitur calamis, & retibus ales. *Mart.* 13. 67. Luridus ales. *ex Plin.*

Gallus. Gallina. V *ſuis locis* Gania, ſiue potius Gauia, quæ Larus etiam dicitur, auis auida, & uorax. Lege *Getſnerum multa de Laro diſputantem*.

Gracculus, ſiue Graculus: auis coruini generis eſt, tumultuoſa, & clamoſa. Monedula, genus graculorum. Graculus ſaxatilis, quod in ſaxis habitet. Ex horum genere eſt quoque,

Cornicula: Moueat cornicula riſum Furtiuis nuda-

Digitized by Google

ta coloribus . . . . . . *Hor.* cuius rei hanc fabulam comminiſcuntur. Iupiter Regem auium creaturus diem præſcripſit, in quo omnes apparere deberent: & cùm aliæ aquis ſeſe abluiſſent; Graculus omnium deformoſiſſimus defluentibus diuerſarum auium pennis ſe exornauit, vnde pulcherrimus omnium viſus eſt, & regiam quoque dignitatem adeptus fuiſſet, niſi noctua primum agnitam pennam vnam de ſuis auulſiſſet,& mox cęteræ aues ſimiliter. Priuatus autem furtiuis pennis, mox Graculus, vt erat antea, idem apparuit.

Pyrrhocetax,cis;Alpium peculiaris auis,& graculorum genus.

Grus. V. *ſuo loco.*

Gryphs,& Gryphus,& Gryphes,fabuloſas aues credit *Plinius.*

Hęmatopus, p.c. è genere fringillarum,vt ſupra in Erythropo;quod pedes rubentes habeat. Cirin Virgilianam interpretatur eſſe *Scaliger.*

Harpyiję:aues fabuloſæ. V. *ſuo loco.* Hirundo,is. V. *ſuo loco.*

Ibis,ibis,vel ibidis:auis eſt omnium manſuetiſſima, nigra tota vehementer, cruribus gruinis, roſtro maxima ex parte adunco,eadem quæ Crex (quę longis eſt cruribus, cætera coturnici, niſi quòd maior eſt,ſimilis) ſerpentibus veſcuntur; & ideo Ægypto, quæ huiuſmodi abundat ſerpentum morbo, vtiliſſima: vnde extra Ægyptum Ibes nunquàm progrediuntur;quarum nonnullę candidæ quoque ſunt. Hæc auis prima clyſteris vſum monſtrauit hominibus: roſtri enim aduncitate per eam partem ſe proluit, ſalſuginem adhibens, qua reddi ciborum onera maximè eſt ſalubre: & icirco ſpurca habetur auis; ob quam rem Ouidius indè ſumpſit argumentum Callimachum imitatus, ſcribendi in eum, qui eius liberationem temorabatur.

Iſpida auis,parua,ſed pulcra,& pennarum venuſtate clariſſima,colore medio inter viridem, & cæruleum. Auis Paradiſi,propter pulcritudinem. Piſcatrix auis.

Iynx. Torquilla;dicitur *Gaza*,à colli circumactu, reliquo corpore quieſcente, vndè Collitorquis, poteſt dici. *Cælius Rhodig.* paullò maior eſt, quàm fringilla,colore vario, qua olim ad veneficia amatoria vtebantur.

Lagopus,odis: auis eſt Alpium peculiaris præcipuo ſapore, pedes leporino villo inſignes ei hoc nomen dedere; plumas habet candidas; columbarum eſt magnitudine. Francolinum etiam cognominari ſcripſit *Lilius Gyrald.* Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus. *Mart. 7. epig. 86.*

Larus. V. *ſupra.* Gania,ſiue Gauia, *& Geſner.*

Luſcinia. V. *ſuo loco.*

Merops, pis: Auis, quæ etiam Apiaſtra, ab apibus, quibus veſcitur. Melliſophagus, Grecè: Merops parentes ſuos ſenio confectos paſcunt, veluti ciconiæ;nam & de pullis ſolliciti ſunt. Eſt etiam Merops, hirundo marina. *Plin.* quæ circa verſatur aquas, craſſior eſt Merope, vel ſturno, roſtrum habet oblongum, & nigrum. V. *Merops.*

Mergus,& Mergulus, à mergendo dictus, in quem Æſacum conuerſum fuiſſe fabulatur *Ouid. 11. met. in fine.* V. *ſup. AEſacus.*

Merula, æ, auis in delicijs expetita. Tum pectore adusto Vidimus, & merulas poni, & ſine clune palumbes. *Hor. 2. ſat.* Eſt merula torquata,quæ lineam habet albam ſub gutture verſus pectus, quæ totum eius collum ambit. Lege *Geſner.*

Miluus,& Miluius. V. *ſuo loco.*

Motacilla, quæ Cillyros *Heſychio* dicitur, eſt luteo colore, caudam irrequietè motitans. Cinclus genus motacillarum. Bucolina, quòd boues inſequatur propter muſcas, quibus paſcitur.

Noctua. V. *ſuo loco.*

Onocrotalus, ab aſinino crepitaculi ſono, auis dicta, quam à Latinis appellari Tutonem *Verrius Flaccus* ſcripſit. Anſer ferus,& ſilueſtris. *Geſner.* Auſer marinus,id ex nonnullorum teſtimonio. Lege *Alciatum in emblem.*

Nycticorax, ideſt noctis auis,& ſolitariæ genus, & vlularum,loca deſerta amat, & ruinoſa, fugiens habitata. *Suid.* Nidificat in altis arboribus oua terna,aut quaterna parit,piſcibus veſcitur.

Palumbes. V. *ſuo loco.*

Pardalus, auis colore tota cinereo eſt,haud abſimilis turdo corporis magnitudine.

Parra. V. *Aues augurales.*

Parus, i: Parus enim quamvis per noctem tinniet omnē, At ſua vox nulli iure placere poteſt, *Author Philom.* Fringillago,Pari genus,quæ maior Parus dicitur. Lege *Geſnerum* diffuſiùs de huius auis generibus diſputantem. Eſt quoque Parus minor.

Paſſer. Pauo. Pellecanus. Pernix. Phaſianus. V. *ſuis locis, & Geſnerum.*

Phœnicopteros, i, Auis eſt paluſtris à puniceo colore dicta,meminit *Mart. lib.* 13. 70. Dat mihi penna rubens nomen, ſed lingua guloſis Noſtra ſapit, quid ſi garrula lingua foret? & *lib.* 3. 57. Nomenq; debet quæ rubentibus pennis: cuius lingua præcipui ſaporis eſt. Et Scythicæ volucres, & Phœnicopterus ingens. *Iuuen. ſat. 11.*

Phœnix. Pica,& Picus. Pſittacus. V. *ſuis locis.*

Pipio. V. *Columba.*

Regulus, qui etiam dicitur Regaliolus, ſiue Regariolus apud *Suet.*, & ex horum genere,

Trochilus,de quo diſputat in *ſua Hiſt. animalium Geſnerus.* Auis baſilica, è Græcis. Senator. & rex Auium. *Ariſt. & Plin.* Non eſt autem parua

illa

illa auis Niliaca, quæ Crocodili in ſomno hiantis os, & dentes repurgat, ea enim gallinularum aquaticarum generis eſſe videtur. Paſſer Troglodytes; reguli genus. V. *Paſſer*. Eſt quoque Trochilus littoralis auicula mira celeritate, uelociſſimoq; curſu vermiculos in littore conſectans, quæ diuerſa eſt à regulo. Hæc autẽ propter aſſiduam caudæ agitationem, & cinerei coloris ſimilitudinem cum motacilla commune quid habet; vnde à multis cum illa cõfunditur.

Rubellio, nis: Rubecula ſilua vulgò *Pettoroſſo*. Rubicilla. Phœnicurus, quæ caudam habet rubrã.

Struthio, nis: Ex recentioribus Latinorum, qui Struthocamelus, & Struthiocamelus olim, quod crura habet Camelorum cruribus ſimilia, cui magnitudo eſt eximia, igneus calor ingens: utpote qui ferrum deglutire, & egerere hyperbolicôs dicatur; quod num uerum penès eos, qui faciunt experimentum eſto: Cardanus quidem negat, ſed oſſa in partes conciſa, & lapides auidè comedere teſtatur. Afra, vel Libyca auis, apud *Horat.* pro Struthione interpretantur; ſed pro Meleagride, vel Numidica potius, de qua *ſuo loco* dicetur.

Sturnus. Turdus. V. *ſuis locis.*

Tinunculus, ſiue Tinnunculus: auis eſt columbas defendens teſte *Plin.* 10. *cap.* 37. vox enim eius, ac viſus accipitrem territat.

Turtur. Turtures vere occultantur, pennaſquè amittunt; octonis viuunt annis; erepta compare ſemper gemunt, & caſtitatem ſeruare dicuntur. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. *Virg.*

Epith. Niger, caſtus, cereus, gemens, raucus, ſola, pudicus.

Veſpertilio. V. *ſuo loco.*

Vlula, auis, cui facies, & tota ferè pars ſupina albicat; ab vlulatu ſic dicta, quem edit. Vpupa. V. *ſuo loco*. Vrinatrix, quæ in aquis penè è piſcibus victitat. Colymbis *Callimacho* dicitur. Vultur V. *ſuo loco.*

Et hæc ſufficiant de auibus: qui plura deſiderat laudatos ſuperiùs authores perlegat. Nec Libye mittit, nec tibi Phaſis aues. *Mart.* 3.46. de Meleagridis gallinis intelligit, & Phaſianis: de Meleagridis lege *Athen. lib.* 14.

In Heliopoli procreari aiunt Phœnices, Athenis noctuas: Cyprus habet eximias columbas, Samia verò Iuno aureum, vt dictitant, auium genus formoſos, & ſpectabiles pauones. *Antiphanes ex Athen. ibid.*

AVLA, æ.

Vel Atrium eſt vulgò *Cortile*. V. *ſupra, Atrium*.

Vel Aula dicitur, quod vulgò *Corte d'vn Principe*. & hoc ſignificatu: Curia. *Virg.* 11. *AEn.* Aulę ſtrepitus, murmura; culmen lubricum: cuius eſt fortunæ rota Hieroglyphicum; quę nunc in imo, nunc in ſummo vertice conſpicitur. Fidamq; ſibi patefecerat aulam, *ex Horat.* Immane tectum turbæ capax. *Sen. in Thyeſt.* & atrium ſignificat, quod nos *Sala*, vocitamus. V. *Atrium*. Hæc eſt aulæ natura potentis. *Mart.* 9.81. Caret inuidenda ſobrius aula. *Horat.* Fulgor fallacis aulæ. *Sen. in Oct. vbi mores, & aulica vita conditiones deſcribuntur.*

Epith. Nitida, ſublimis, vacua, venerabilis, magnifica, clara, prędiues, paludata, fuſca, virginea, arcana. Hinc:

AVLICVS, i.

Atria magna colam. *Mant.* Pars Regis tecta ſuperbè celebrant, ſeu frequentant, ex *Ouid.* 4. *met.* Stet quicumque volet potens aulæ culmine lubrico. *Sen. in Thyeſt.* Qui magni celebrant pallatia Regum. Principum, Ducum, Regum aſſeclæ. Regij, Cæſarei aſſentatores. Qui ſatrapas, & aulas colit, *ex Menand.*

Aulas colere eſt, vt equidem cenſeo, Aut exulis, aut famelici, aut verberonis. *Diphilus* apud *Athen. lib.* 5.

AVLÆVM, i. V. *Tapes.*

AVLIS, dis; vel Aulis.

Regiuncula Bœotiæ petroſæ à caſtram etatione nomen ſortita, teſte *Strab.* Eſt autem dicta ab Aulide oppido iuxta Chalcidem in Bœotia. *Seruius* ait inſulam eſſe, & oppidum cum portu 50. nauium capaci, in quem portum Græci ſub Agamemnone in Troiæ excidium coniurarunt. V. *Ptolem. & Hom. Iliad.* 2. Ad eundem quoque portum regreſſa claſſis Gręcorum aliquandiù remorata eſt.

Bœotaq; tellus Aulide Piſcoſa puppes tenuiſſet ituras. *Ouid.* 12. *met.* Tardamq; ratibus Aulida. *Sen. in Agam.* Quam longa Danais ſemper in portu mora. *Idem in Troad. ver.* 160. Eiecit Aulis Impias portu rates. *Id. in Agam.* Aulis amiſſi memor inde Regis Portubus lentis retinet carinas Stare querentes. *Idem in Med.*

Ad quam Virgo Agamemnonias eſt paſſa ſecures. Iphigenia nempè, quæ ibi, vt poſſent è portu ſoluere, Calchantis Auguris iuſſu, mactata fuit ad aras. Euripuſq; trahit curſum mutantibus vndis Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulim. *Lucan.* 5. *Pharſ.*

Abalis, olim dicta ſecundùm *Lactant. Placid.* 7. *Theb.* Inſulam, cum *Seruio*, eſſe exiſtimat. Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ. *Ouid.* 12. *met.* Euboicam vocat, quod è conſpectu ſit Euboeę inſulę; ſiue inſula eidem contigua, quaſi ad illam attinens.

Epith. Hecateia, ſcandens mare Euboicum. Cadmæa, ideſt, Bœota.

AV-

AVRA.

Ventus. V. *ſuo loco*, vbi plurima. Aurarum impetus.

Epith. Tepens, volucris, diffuſa, ætherea, ſpirans, fluens, liquida, tenuis, gelida, frigida, aeria, vaga, tenera, tumens, ſalubris, mobilis.

Vel Aura popularis: eſt vulgi applauſus, qui ad fortunæ flabra volitatur: vnde populi leuitas, & mobilitas ſignificatur: & *M. Tullius*, popularem ventum, & concionum ventos appellauit: & *in Orat. de Aruſp. reſponſ.* Supplicium (inquit) longiùs, quàm voluit, popularis aura prouexit.

Arbitrium popularis auræ. *Hor.* 3. 2. Ventus popularis. *Cic.* Aura rumoris. *Idem.* Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris. *Virg.* 6. *AEn.* Fauores, & fauor, iuxta interpretationem *Seruij*. Populi faſtus, fauor incertus. Nunquam ſtabilis fauor vulgi Pręcipitis. *Sen. in Thyeſt.* Strepitus, us. Sic cùm tranſierint mei nullo cum ſtrepitu dies. *Ibidem.* Populi ſtudium. Populare ſtudium, obſequium. Gentile obſequium. Studioſum vulgus. V. *Ambitio*.

AVRIS, is.

Et aures numero multitudinis, cuius partes.

Auricula; quæ exterior dicitur, omnis eſt cartilago aurem ambiens. Auricula infima. *Cic.* Anſa auriculæ; eſt ea pars cartilaginis extrema, ex qua fœminæ ornamenti cauſſa, margaritas, gemmas, lapideſq; ſuſpendunt. Pinnula. *D. Iſid.* Summa auriculæ pars. Capreolus; exterior auriculæ ambitus, quaſi auriculæ conuexus. Scapha. *Pollux*; interior ambitus. Pinna; cartilaginea pars auriculæ latior. Concha; cauum auriculæ. Tragus; quod conchæ extrinſecus reſpondet. Auris meatus; vnde ſonus ad auriculæ teſtudinem factus permeat, & auditum efficit: vnde etiam ſordes, cerumen ſcilicet, & aurium marmoratum, vt appellat *Plinius*, foras à cerebro emittuntur. Teſtudo; concameratæ auricolæ pars, vbi foramen auris patet.

Nec rigidam timidis vocibus obde forem. *Ouid.* 2. *Pont.* 2. nempè, ne impedimenta ponas auribus. Penetratq; cauas vox omnis ad aures. *Ouid.* 12. *met.* Quid obſeratis auribus fundis preces? *Horat. epod.* Facilem ſi præbeat aurem. *Iunen. ſat.* 5. Obſtinatas applicet aures. *Hor.* 3. *od.* Gaudent pręnomine molles Auriculæ. *Id.* 2. *ſer.* Inaures: dicuntur ornamenta, quæ ex mulierum auribus pendentes videmus. Et quantos onus eſt aure tuliſſe duos; ſcilicet, lapides oriente petitos. *Ouid. de medicam. fac.*

Epith. Rimoſæ, patulæ, auidæ, bibulæ, curuatæ, acutæ, cupidæ, vigiles, innocuæ, hirtæ, fidæ, tacitæ, attonitæ.

AVRIGA, æ.

Agitator equorum. *Ouid.* 3. *eleg.* 2. Aurigarius. *Suet.* Rector, moderator equorum; olim enim aurigæ equorum curſui pręerant. Curribus Automedon, lentiſq; erat aptus habenis. *Ouid.* 1 *de art.* Ipſa ſubit, manibuſq; vndantes flectit habenas. *Virg.* 12. *AEn.* Currumq;, & equos, & lora regebat. Haud aliter citos currus gubernat rector. *Sen. in Hipp.* Curru leui dominante nullo. *Ibidem.*

Eſſedarius. *Cic.* Rhedarius. Carpentarius. Quadrigarius. *Arnob.* nempè qui currum quaternis equis iunctum agit. Plauſtrarius. *Vlpian.* qui plauſtra agit ruſtica.

Cui ius, & moderamen equorum. *Ouid.* 2. *met.* Qui iungit equos, rapidiſq; rotis inſiſtit eundo. Cęloq; inuectus aperto Flectit equos, curruq; volans dat lora ſecundo. *Virg.* 1. *AEn.* Currus citos gubernat, ora nunc preſſis trahit Conſtricta frenis, terga nunc torto frequens verbere coercet. *Sen.*

Iungit equos curru genitor, ſpumantiaq; addit Fręna feris, manibuſq; omnes effundit habenas. *Ouid.* 2. *met.* Saltuq; ſuperbus Emicat, & manibus molitur habenas. *Ibidem.* Veluti cum carcere rupto Auriga indocilis totas effundit habenas. *Sil. Ital.* 8.

Ciſiarius. Bigarius. Carrucarius. *Vlp.* Qui currus variè denominatos agitant, reguntq;: dicuntur etiam, qui eoſdem conficiunt. V. *Currus*.

Epith. Properus, citus, velox, indocilis, properans auriga.

AVRORA, æ.

Titani, & Terræ filia; ſiue Hyperionis ex Thya: ſiue Pallantis, vnde ipſa Pallantias dicta. Luciferi, & ventorum mater: quæ cùm Tithonum Laomedontis filium formoſum in primis adoleſcentem adamaret, eumdem rapuit; ex quo Memnona peperit. Amauit etiam Cephalum, de quo *Ouid.* 7. *met.* & *in Art.* Hanc dicunt Solis orientalis equos inſtruere. Eſtq; propriè matutinus ſplendor, quem ante Solis aduenientis iubar eleuari cernimus, nempè prima diei lux poſt exortum Luciferum tenebras expellens; quaq; ſub Solis aduentum illuſtratur aer; ipſumq; tempus eſt, quod prima diei pars dicitur; cùm lux quædam dubia in Oriente cernitur, adueniente Sole.

Coniux Tithonia. *Virg.* 8. *AEn.* Memnonis Æthiopis vnigena. *Catull. de Coma Beren.*

Parens Memnonis. *Ouid.* 1. *eleg.* 8. Non illa parentem Memnonis in roſeis ſobria vidit aquis. Memnonis alma parens. *Mart.* 8. Memnonis mater. *Ouid.* 4. *faſt.* Memnonis in roſeis lutea mater equis. Memnonis genitrix. *Virg.* Ignes auroræ. *Ouid.* 4. *met.* Curſus. *Ibidem.* Tithoni coniux. *Id.* 2. *eleg.* 5. Quale coloratum Tithoni coniuge Cęlum Subrubet, aut, &c. Nupta Tithoni. *Id.* 6. *faſt.* Tithoni culta puella.

Or-

Digitized by Google

Orta dies ſpargebat lumine montes. *Virg. 12. AEn.* Iam ſuper Oceanum venit à ſeniore marito Flaua pruinoſo, quæ vehit axe diem. *Ouid. 1. el g. 13.* Quò properas ingrata viris, ingrata puellis Roſcida purpurea ſupprime lora manu. *Ibidem.* Laomedontis nurus: Iam tua, Laomedon, oritur nurus, ortaq; noctem Pellit, & à pratis cana pruina fugit. *Idem 6. faſt.* Pallantis, dis...... Pallantide victus eadem. *Ibidem.* Eos. *Ibidem*: ideſt oriens, Græcum nomen.

Primus Eous. *Virg. 11. AEn.* Prima crepuscula. *Ouid. 4. faſt.* Matura iam luce dies. *Virg. 11. AEn.* Roſeida dea. *Ouid. 3. de art.* Roſea dea. *Ibidem.* Lucem referens, opera, atque labores. *Virg. 11. AEn.* Pallanti s. *Ouid. 4. faſt.* Vigileſq; Deæ pallentis habenas. *Stat. 6. Theb.* Luciferum roſeis candida portat equis. *Tib. 1. eleg. 3.*

Lucifera Dea. *Mart. 11. epig. 70.* Vt primum alma data eſt. *Virg.* Prima lux. *Id. 4. AEn.* Cum primum roſeo fulſit Eous equo. *Rutil.* Sacrum diluculum. *Apoll.* Mane genita. *Idem.* Cæſius fulgor. *Q. Calab.* ob colorem, quo videtur exoriri. Aurea gaudens ſede diua. *Idem.* Nuncia diuini Titanis, dux operum. *Idem.* Vitæ adminiſtra. *Orph.*

Nuncia Solis, ſed poſtquam roſeis fulgoribus nuncia Solis. *Nonnus.* Quę Cephali linquit fulgidos thalamos. *Idem.* Aſtrorum obitus, quia tunc ſidera videntur emori, cùm ſurgit Aurora. Ecce ſub occiduas verſæ iam noctis habenas, Aſtrorumq; obitus, vbi primum maxima Tethys Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto. *Stat. 3. Theb.*

Iam vaga Cęli ſidera fulgens aurora fugat Surgit Titan radiante comam. *Stat. in Oct.* Oriens. *Id. 1. Georg.* Eous. *Ibidem.* Ecce autem primi ſub lumina Solis, & ortus: eſt auroræ periphr. *Id. 6. AEn.*

Auroræ Lucifer pręuius ortus erat. *Ouid. epiſt 17.* Sæpè eadem auroræ, roſea ſurgente quadriga: catachreſis; biga enim tantum inuehitur. V. *inferius.* Roſeo ſpectabilis ore. *Virg.* Nam ſe quam primum terris lux candida præfert. *Pontan.* Noctis quæ Dea finit iter. *Idem.* Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes, Solq́; pruinoſas radijs ſiccauerat herbas. *Ouid. 4. met.* Vdis veniens aurora capillis. *Idem 5.* Poſtea depulerat ſtellas aurora micantes. *Idem 7.* Nox vbi conſumpta eſt aurora rubeſcere primo Cęperat. *Idem 3.*

Primo cum lumine Solis. *Virg. 7. AEn.* Roſcida genitrix primæ lucis. *Sen. in Thyeſt.* Iam rubicunda vagos Eoo littore currus Aptabat ventura dies, Auroraq́; noctis Candida pellebat tenebras. Croceis inuecta rotis Dea. Operum monitrix. Muſis ſemper amica.

Tithonia, à viro. Clara laboriferos Cęlo Tithonia currus Extulerat. *Stat. 6. Theb.* Quæ reuocat famulas ad ſua penſa manus; *Ouid. 1. eleg. 13.* lege *totam.* Quæ bijugis vecta rubebat equis. Roſeida puniceo fulſere crepuſcula Cęlo. *Rutil.* Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto Impulerat Cęlo gelidas Aurora tenebras Rorantes excuſſa comas, multumq́; ſequenti Sole rubens, &c. *Stat. 2. Theb.*

Epith. Pallida, roſcida, humida, pallida, pręuia, fulgida, lutea, roſea, purpurea, alma, candida, diues, fulgens, culta, formoſa, rubens, rutilans, rubea, crocea.

Auroræ equi.

Aurora curru per Cęlum vehi antiquitùs putabatur, qui Pegaſo alato trahebatur equo; & manu lampada ferre; quare etiam à Gręcis Lampadophoros dicebatur; tradunt enim poſt excuſſum ex Pegaſo Bellerophontem, ipſum equum ab Ioue Auroræ petenti conceſſum: *Homerus* tamen illi adſcribit equos duos: quem nonnulli Latinorum ſequuti, illam biga vectam dicunt; nonnulli quadriga: ſed vetus teſtimonium non affertur. Hinc *Virg.* Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Lampus, & Phaeton: equi Auroræ. *Homer.* Pegaſus. *Lycophron.* V. *Pegaſus.*

Matutini equi. *Ouid.* Matutini autem dicti ab Aurora, quæ etiam Matuta, & Leucothoe, nonnullis dicitur. Roſei equi. *Tib. 1. eleg. 3.* Auroræ currus. Auroræ pallor, ideſt color croceus, quo ſub Lucifero palleſcit; tum ſub Solis aduentu rubeſcit. Vtq; toris primo complexa iacebat Auroræ pallore virum. *Stat. 2. Theb.* Etenim iam pallida turbant Sidera lucis equi. *Ibidem.*

AVRVM, i.

Soli ſacrum olim metallum, quod etiam ipſius nomine nuncupabant, vt alibi obſeruatum; quod primum inueniſſe Cadmum, eiuſq; conflaturam; nonnulli teſtantur, ad Pangęum montem: alij dicunt Thoantem, & Eaclidem in Panchaia: alij tandem Soli Oceani filio inuentum aſſignant. Vtvt eſt illud nocentius ferro appellat *Ouidius*, quod eius cauſſa multa hominibus profluxerint mala: quod Iupiter in aurum conuerſus olim indicauit; vellus aureum apud Colchos; alterum apud Argos in ædibus Mycenęis; & aureum monile Eryphiles; tandem quæ apud nos his temporibus bella conſurgunt, vel propter aurum, ſiue propter ſpem auri (cuius etiam vitia enarrat *Rutilius* in ſuo Itinerario) facta cernimus. Olim apud Græcos tanta fuit auri penuria; vt oraculo iuſſi Apollinis Amyclęi ſimulacrum inaurare; cùm id facere nequirent; reſponſum acceperunt, vt ad Crœſum in Lydiam proficiſcerentur. Hieron verò Syracuſarum Tyrannus cùm

vel-

veſſet Tripodem aureum Apollini Delphico conſecrare, nec è Sicilia, Italia, & Græcia id potuit habere. Potiti verò Romani Hiſpaniæ regionibus,& ibi aurifodinis repertis,mundum auro repleuerunt;tum Dalmatiæ montibus exeiſis, tanta auri copia reperta,vt teſte *Plinio*,quinquagenæ libræ effoderentur ſub Neronis Principatu ſingulis diebus.

Pondus auri. *Virg.1. AEn.* Metallum fuluum. *Claud.* Flauum. *Idem.* à colore. Rarum,quod rarum inueniatur: Salomonis autem tempore, qui ſecundùm *Euſebij Chronica* floruit ſub anno Orbis conditi 4168. cœpitq; Templi ædificationem, multum fuit auri pondus ex Ophir nauibus aduectum, quo Templum exornauit, vt in ſacris habetur paginis.

Talentum auri. *Virg. 5. AEn.* Auri. *Lucret. lib.6.* Munera aurea. *Rutil.* Auri nitor. *Ouid. 3. de Pont.4.* Nec nitor argenti, quem vos vidiſtis, & auri, Quod mihi defuerit,purpuraq; illa queror. Metallum Dalmaticum. *Stat.1.ſilu.1.*; quòd in ea regione plurima copia, vti diximus.

Tempeſtas Tagi. *Claud.1. in Ruf.* nempe arenæ, quas ille fluuius aureas ducere dicitur. Glarea fulua Tagi. *Rutil.* Limus ſplendens Tagi. *Stat. 1.ſilu.3.* Lamina fulua. *Ouid. 11. met.* Aurea maieſtas. *Idem 1. faſt.* pro ipſo auro. Iouis filius, dicitur aurum à *Sappho*. Lamna aurea pro lamina. *Hor. 2. od. 2.* Athamantæum decus: nempe aurum, quod in vellere repertũ à Phryxo Athamantis filio. V. *Vellus aureum*. Virgineoſq; ſinus aureus imber emit. *Rutil.*

Fului metalli congeries. *Claud.* Auri cæcus amor. *Rutil.* Aurea ſepes. *Claud.* Imbres aurati. *Idẽ.* Imbres Cyprij: dicitur enim, Pallade in Cypro naſcente,aurum pluiſſe. Aurea dona *Idem.* Materies aurea. *Bemb.* Arenæ rutilæ. *Claud.* Flauæ arenæ. *Idem.* Metallum aureum. *Virg. 6. AEn.* Aureæ venæ. *Boetius.* Vnda aura. *Mart. 8. ep. 53.* Maculæ auro ſquallentes. *Virg. 4. AEneidos.*

Narrat *Athenæus lib 4.* è teſtimonio *Chryſip.*: Sub exitu vitæ quendam deuoratis non paucis aureis nummis obijſſe: Alterum autem in ſuris tunicæ, eam induiſſe, ac præcipiſſe familiaribus, vt ita ſepellirent; nec corpus pollinctura vngi, curari, vel cremari ſinerent. Vtinam etiam noſtris fidelibus auaritiæ crimine detentis id nunquam accidiſſet.

Flaua moneta. *Mart.14.12.* vel potius fulua. Æs decorum,antonomaſt. *Virg.12. AEn.* Precium, res effecta pro materia. Conuerſo in precium Deo. *Hor.3. od.16.* ideſt in aurum de Ioue, & Danae. V. *ſuis locis*. Quid vnda Tagus aurea claro deuehit alueo. *Sen. in Thyeſt.* Magni ponderis aurum. Latè lucens metallum. *Lycophr.* Quod ab igne probatum ſeptima teſta coquit, Splendida dona opulenti metalli. *Nonnus*.

Dona dehinc auro grauia. *Virg.3. AEn.* Ditabat rutilo quicquid Mida tangeret auro. Midæ gazæ. *Stat.5. ſilu.* Midæ diuitiæ;tactus: fabulati enim ſunt quicquid ille tangebat, in aurum conuerti. V. *Midas*. Materies vitijs aurum lethale parandis. *Rutil.*

Pactolia lumina. *Lycophr.* Pactolium lutum. *Idem.* Pactolius limus, *ex eod.* Pactoliæ ripæ donum. *Idem.* Pactoli arenæ,quas aureas trahit,vt etiam Hebrus in Thracia. V. *Pactolus*. Aut Pactoli quas parit humor opes. *Prop.3. eleg.16.*

Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum cum terra cęlat Spernere fortior, &c. *Hor.3. od.3.* Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis Dalmatico quod monte nitet. *Stat.3. ſilu.3.*

Hinc Aurifodinæ, dicuntur, vbi aurum effoditur, quibus nunc India abundat. Summi materies mali, aurum appellauit elegantiſſimè *Horatius 3. od.*

Epith. Barbaricum, molle, verum, ſanctum, vetitum, dotale, iniquum,deforme eruoribus,crinale,flauum,fuluum,regale,micans,nitidum,fuſile, clarum, ſolidum, obryzum, exitiale, fatale,Lydum, gemmatum, nobile, diues,rutilum,Callaicum,Indum,Indicum,Braſilium,Peruanum(à locis, vnde nunc aduehitur) Æthiopicum,Dalmaticum, diues, doloſum,fugax.

Artifici mendax vertit medicamine in aurum. *Mantuan.* quod vulgus Alchimiam auri appellat. Aurea ſpuma. Auri falſa ſpecies;mentitum aurum. Bractea eſt,quod vulgò,Aurum ſtridens appellatur. *Virg.6. AEn.* V. *ſuo loco*. Crepitans lamina. *Sen. in Agam.*Crepitans aurum,orichalcum.

AVREVS, & AVRATVS.

Quamvis diuerſæ inter ſe ſint ſignificationis.

Lucens auro. *Stat.9. Theb.* Auro ſquallens. *Virg.4. Georg.* Clarus ſquammis rutilis. *Ibidem*. Nec quæ Callaico linuntur auro. *Mart.4.39.* nempè auro Hiſpanico aurata. Ardens auro. *Ibidem*. Superbus auro, *ex 2. AEn.* Dona dehinc auro grauia. *Virg.3. AEn.* ideſt aurea. Picturatus ſub tegmine auri. *Ibidem*. Armatus auro. *Id. 4. AEn.* Inſignis auro. *Ibid.* & oſtro. Non auro nitidæ trabes. *Sen.*

Circundatus nitidiſſimus, multo ſpectabilis, fulgens, refulgens auro. Auratis circundata colla catenis, vt olim captiui Reges ferre conſueuerant. Auratæq; trabes veterum decora ampla parentum. *Virg.2. AEn.* Cęlataq; in auro Fortia facta patrum. Tenui telas diſcreuerat auro. V. *Textura*.

Aurea ſegmenta, ſiue ſegmina, *trine d'oro*. Quam limbus obibat aureus. *Virg.* Ornabant aurata mu-

Digitized by Google

monilia collum. Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris, *lettiere indorate*.

AVSONES, um.

Antiquiſſimi Italiæ populi ſupra Circęios Oſcis finitimi, qui ea tenuerunt loca, in quibus poſtea conditæ fuerunt Cales, & Beneuentum: ita dicti ab Auſone Vlyſſis, & Calypſus filio, qui eiſdem locis Auruncam vrbem condidit, vt *Feſtus* ait. Hi primum extrema Italiæ littora coluiſſe dicuntur, quæ à Lacinio promontorio vſq; ad Salentinos extenduntur, vnde & eius loci mare Auſonium eſt appellatum. *Plin. lib.* 3. *cap.* 10. à Poetis tamen Auſones pro Italis ipſis ſæpiſſimè vſurpantur, & Auſonia pro ipſa Italia, vt:

Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra Inuidia eſt. *Virg.* 4. *AEn.* Sermonem Auſonij patrium, moreſq; tenebunt. *Idem* 12. *AEn.* Auſonium mare, quid? cum Auſonium diræ peſtes voce canora mare mulcerent? *Sen. in Med.* partem ſcilicet maris Siculi, & Ionij Brutiam alluentem intelligit, ab Auſone, qui ibi regnauit. Auſonij portus. *Ouid.* 15. *met.* Auſonia arena. *Mart.* 8. 55. V. *Italia.*

AVSPICIVM. V. *Augurium.*

AVSTER, ſtri.

Ventus meridionalis, calidus, & humidus exitialis, & morboſus ab hauriendis aquis dictus, vnde etiam Grecè eadem ratione Notus dicitur, qui latinè ſonat humor. Sunt autem qui diuerſos inter ſe faciant Notum, & Auſtrum. V. *infra Ventus.*

Fruſtrà per Autumnos nocentem corporibus metuemus Auſtrum. *Hor.* 2. *od.* 14. Nec plumbeus Auſter, Autumnuſq; grauis. *Id.* 2. *ſat.* 6. Pluuioq; madeſcit ab Auſtro. *Ouid.* 1. *met.* Qui eodem libro eumdem ventum ſub Noti nomine deſcribit. Deſierunt imbres, victoq; Aquilonibus Auſtro Fuſca repurgato fugiebant nubila Cęlo. *Id.* 5. *met.* Dant placidi curſum redeuntibus Auſtri. *Idem lib.* 8. Nubium genitor, parens, pater.

Fœmineæ pater admiſſuræ. *Africanus in Georg.* ait: Si marem velis (de animalium fœtibus loquitur) Aquilone ſpirante admiſſuram faciendam; ſi fœminam, Auſtro: quod ab Ægyptijs obſeruatum, etiam *Ariſtoteles* enunciauit. Lege *Pierium lib.* 3. *Hieroglyph.* Auſtri flatus. *Catull.* 26. Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit Auſter. *Tib.* 1. 1. Calor Auſtrinus.

Spiritus Auſtri. *Enn.* Auſtrales nimbi. *Ouid.* 4. *Pont.* 4. Nulla dies adeò eſt Auſtralibus humida nimbis Non intermiſſis vt fluat imber aquis. Arbiter Adriæ. *Hor.* 1. 3. in eo enim mare potiſſimùm irruit. Dux inquieti turbidus Adrię. *Idem* 3. 3. Sibilus Auſtri. *Virg. ecl.* 5. Aut cum mare poſſidet Auſter Flatibus horriſonis.

Epith. Humidus, frigidus, nubilus, pronus, furens, fallax, turbidus; Calaber, rapidus, validus, pollens fulmine, aquaticus, inſanus, imbrifer, fortis, prefrigidus, Æolius, ſtridens, inexorabilis, niger, ſęuus, Mareoticus, Garamas, Libycus, imbricus, luctificus.

AVSTRALIS REGIO.

Cuius pars plurima incognita. V. *Terra Auſtralis*; ſub Antarctico enim Polo iacet obſcura: alia meridionalis dicitur, quod ſub meridiano circulo computetur.

Boreæ contraria tellus. *Ouid.* 1. *met.* Auſter, ventum ſumit. *Claud. de bello Gildon.* pro ea parte, vnde flat. Libya, & Africa. V. *ſuis locis.* quæ ab antiquis etiam cognitæ fuerunt regiones, licèt non in totum. Si qua ferventi Subiecta Cancro eſt ora. *Sen. in Hipp.* Feruidis pars incluſa caloribus. *Hor.* 3. *od.* 24. Et qua Sol medium tenens vmbras corporibus negat. *Sen.* V. *Syene.* Et hiulci fulminis expers plaga. *Stat.* 4. *Theb.* nempe vbi non pluit ob magnos calores.

Aduerte tamen regionem Auſtralem incognitam, quam vulgus *Terra del fuoco* appellat; non ſic ob calores appellari, cùm frigidiſſima ſit æquè, ac arcticus Polus; ſed ob viſos aliquos ibi ignes à repertoribus fuit appellata.

AVSTRASIA, æ.

Eadem cum Lotharingia, de qua V. *ſuo loco.*

Bullonij ſedes, qui quondam Marte Sabęos Proſtrauit, ferroq; Arabum populauit arenas. Nempè Gothofridus Bullonius, qui Hieroſolymam à Saracenis eripuit. Lege *Taſſum*, qui Etruſco verſu elegantiſſimè quidem antiquorum de more poetarum eius bella, reſq; geſtas cecinit, vulgò *Geruſalemme del Taſſo*, necnon *Guilelmum Tyri Archiepiſcopum in libris de Bello ſacro.*

Guiſiacæ gentis cunabula; Guiſiaca enim familia poſt regiam in Gallia reliquas nobilitate pręſtat; & in Auſtraſia originem habuit. Quæ proxima Rheno Pinguia Teutonicis iugera miſcet agris.

Illa Moſellæ, Araris, Matronæ, Saræq;, Moſæq, In lato condit murmura rauca ſinu. Expertos belli Lotharos genus inſuperabile bello. Mediomatrices, pop. hanc partem olim inhabitarunt. Leuci, orum, pop. Auſtraſij, pop. qui deinde à Lothario quodam Lotharingi, vulgò *Loreneſi* dicti ſunt. V. *ſuo loco.*

AVSTRIA, æ.

Quæ etiam Pannonia ſuperior dicitur, de qua *ſuo loco* tractabimus: hic tantùm ſubijciemus vrbes, lacus, fluuioſq; inſigniores Auſtriam irrigantes.

Noricum, regio ad Auſtriæ olim deſcriptionem pertinens. V. *Norici.*

Valeria, Pannoniæ pars in honorem Valeriæ Diocle-

cletiani filiæ nominata, teſte *Marcellino*, hodie Styria; quæ etiam: Pannonia Interamnenſis: ſed hanc regionem *Atlas minor* Croatiam putat eſſe inter Danubium, & Drauum inſignes fluuios ſitam: vnde olim Quadorum ſedes putatur, vt *Sext. Rufus* ſcribit. Sub Iulio Marcomannos, & Quados de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium, & Drauum fluuios pulſos eſſe: & hęc Styria ſuperior eſt, & inferior. Vrbes verò primariæ ſunt:

Brugæ, arum; ad Muram fluuium. Grazium, vulgò *Grats*, ad eumdem amnem ſitæ vrbes: Viana. Vulſpergum; ad Lauandam fluuium. Marchpurgum; metropolis eſt ad Draui ſiniſtram ripam, atque ex eadem parte Petouia, ſeu Colonia Petouia; vbi Legiones Romanæ fixerunt ſedem. Caſtra Variana; trans flumen; Varaſinum quoq; vocitant. Rachelſpurgum; Muræ fluuij ſiniſtræ ripæ adiacet; vbi Sauaria regio initium habet: ibi quoque, Cilia; ad Saui ripam: quæ etiam, Sullax, cis, olim à Sulla conditore, vt exiſtimant, dicta; & Cęlia, dicitur *Ptolem.*

Fluuij.

Drauus; Lauanda; Sulmo; Mura; Angrus, vel Anger, Arrabo, nis, qui Styriam irrigant.

Noricæ Alpes, montes Styriam amplectentes, in cuius confinijs ad Auſtriam, & Carinthiam, Taurus mons eſt: Gęſacus, mons Muræ fluuio imminens. Claudius mons, versùs meridiem, qui ſecundùm *Vadianum*, aliquando Ætnam in Sicilia ignium emiſſione imitatus eſt.

Oppida, ſiue vrbes in Auſtria primariæ.

Aredata, æ, ad Danub. vrbs. Aurelianum, *Lazius* quidam vocat. Bidaium, opp. Bolentium, opp. idem cum Rachelſpurgo, de quo paullò ſuperiùs. Caſtra Flauiana. V. *Vienna*, in Pannonia ſuperiore, vbi multa. Cecia, opp. niſi ſit Cilia, & Cęlia, de qua ſuperiùs. Chertobalus, Pannon. ſuperioris. Geſſodunum, vrbs. Comagenum, vel Comagena caſtra, opp. Laniacum; Laureacum, opp. Lucus felix, ſiue potius, Lacus felix; qui etiam lacus eſt in Auſtria, ad quem oppidum eiuſdem nominis. Noricum Ripenſe: Ouilabis. Sabaria, ad Angrum fluuium ſitum. Sacarbantia, vrbs ad Artabonem Styriæ fluuium. Sauaria: Sempronium: Seuarum: Vsbium, oppida.

Fluuij celebres. V. *in Pann.*

Cęcius mons, comprehendit omnem tractum, qui vocatur Calembergi, &c. Comagenus mons Auſtriæ.

Auſtriaca domus, nobiliſſima, è qua plurimi Cæſares, Imperatores, Principes; & adhuc imperium Romanum poſſident: vnde nunc pro Cæſarea familia ſumitur. Hinc: Auſtriaci populi, Auſtriaca gens, arma, turba, acies, &c.

AVSVS, us.

Auſum. Opus inceptum. *Virg. 3. AEn.* Cęptum ingens. *Idem 10. AEn.* Factum. *Ibidem.* Facta, orum. V. *Factum*. Audacis opus, ſtudium. Audax facinus. En age ſiquid ineſt animo par fortibus auſis. *Sil. Ital. 3.*

Epith. Rapidus, præſtans, ſtolidus, nefandus, ſacrilegus, magnanimus, Herculeus, Diomedęus.

AVTVMNVS, i.

Vnum ex quatuor anni temporibus, quo Sol in libra ab æquinoctio autumnali longiores noctes, & ſomnos facit: quo fructibus terræ fruimur.

Atque vbi iam breuiorq; dies, & mollior æſtas; Autumni periphraſis. *Virg.* Prima, vel Autumni ſub frigora, cum rapidus Sol. *Idem 2. Georg.* Autumni frigore. *Idem 6. AEn.* Autumnalis tempeſtas. *Oppian.* Calidi cum ſideris æſtu Deponit flauas annua terra comas. *Tibull.* Cum lucem vincere noctes Incipiunt. *Manil. 3.*

Incerti menſes. *Virg. 1. Georg.* qui tam veris ſunt, quàm autumni, quibus modò frigus, modò calor eſt. Pomifer annus. *Hor. 3. od. 23.* Veris, & autumni currens per tempora miſta. *Manil. 1.* Tempeſtas facilis aratu. *Nonnus.* Cum purpureo Subrubet vua mero, periphr. Cum vinoſa madet plenis vindemia labris. Cum iam turgeſcunt maturæ vitibus vuæ.

Cum facit humentes Pleias, orta dies: eo enim tempore exoriuntur Pleiades. Et cũ Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. Arualis dux choreæ. *Nonn.* quod eo tempore ruri frequententur. Seras poſuit cum vinea frondes, Frigidus, & ſiluis Aquilo decuſſit honorem. Ebria calcatis ſpumant cum pręla racemis. Cum riget ancipiti triſtatum frigore cęlum.

Vindemiæ tempus. Autumnale tempus. Autumnales dies, horæ, luces, Soles, Luna. Pomoſum tempus, viniferum, pomiferum.

Epith. Pomoſus, lethifer, varius, grauis, pampineus, vinifer, pomifer, muſtulentus, grauidus, ſordidus, pallens, vinoſus: & *ex Græcis*. Torridus, curarum obliuionem inducens, racemis diſtinctus. Hinc:

Autumnale Æquinoctium.

V. *ſup. quid de AEquinoctijs diximus.*

Æquato tum libra die cum tempore noctes Attrahit. *Manil. 1. Aſtron.* Paremq; toties libra compoſuit diem. *Sen. in Hipp.* Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas; Et medium luci, atque vmbris iam diuidit orbem. Cum libra dies, noctesq; examine iuſto Temperat, & mites fouet æſtus mitior vuas Æquat, & Autumnus furtiuas cum lucibus vmbras.

Signa dies condit ſex, & totidem tetigit nox; Dimidiumq; oculis pandit ſpectabile noſtris, Sed quas ſupereuolat vrbes Æquatur luces iuſtis cũ

R 2 no-

noctibus æquans. Cùm lux biſſenis;totidem nox clauditur horis. Libræ,Scorpionis, & Sagittarij tempora, dies, menſura; nam September, October, & Nouember ſunt menſes autumnales, in quibus Sol per eorum decurrit ſigna: vt *in ſuis locis* dicetur.

AVTHORITAS.

Maieſtas. Grauitas regentis. *Ouid. met.* Viri grauis aſpectus. Imperium. V. *ſuo loco*. Iuſſum; Mandatum. Cæſareus cultus. Atq; graui compellat voce puellos.

AVTHOR.

Compoſitor. Virginis chartæ pater. *Mart.* 1. *ep.* 67. Dominus libri; voluminis, &c. *ex eodem*.

AVVS.

Proauus. Tritauus. Abauus. Primi ſanguinis author. *Stat.* 2. *Theb.* Patris genitor. Prima patris origo. Gentis origo meæ. Sanguinis ultimus author. *Virg.* Maximus Atlas Eſt auus, ætherium qui fert ceruicibus orbem. *Ouid.* 6. *metamorph.*

AVXILIATOR, is.

Fautor. Auſpex, is: Auſpicibuſq; deis tanti cognominis hæres. *Ouid.* 1. *faſt.* Adiutor. Adiuuans. Iuuans. Auxilians. Auxilium: Præſidium,figur. pro ferente. Conſtans præſidium.

Qui fert, dat, præbet, præſtat, auxilium, præſidiū. Es mihi prę́ſidio. Manus auxiliatrix. *Xenoph.* Vis auxiliatrix. *Idem*. Æreum firmamentum. *Idem*. Capitis propugnaculum. *Idem*. Qui fert opem. Auxilij comes. Subſidiarius. Subſidij lator. Allator ſubſidij, auxilij, &c.

Auxiliarius homo, miles. Qui tendit iacenti dexteram. Leuamen; pro eo, qui fert. Columen, eadem de cauſſa. Solator,& ſolatium. Conſolator. Qui animos, vireſque ſecundas ſufficit. Hinc:

AVXILIVM, ij.

Ops,is,opem affer. Iuuamen. Vis opum. *Virg.* 12. *AEn.* Prębe noſtræ monumenta ſalutis. *Ouid.* 4. *de Pont.* Subſidium. *Id. in Ibin.* Prę́ſidium. *Virg.* 11. *AEn.* Numen,adulatoriè. Nos quoque frugiferum ſentimus inutilis herbæ Numen, & inuita ſæpè iuuamur ope. *Ouid.* 2. *de Pont.* 1. Numen vtriuſq; Dianæ. *Mart.* 14.

Adiumentum. *Ouid.* 4. *de Pont.* 13. Date numen eunti. *Idem* 1. *de art.* Ingentem ad ludum properauerit auſpicibus Dis. *Bemb.* Dux:Teucro duce,& auſpice Teucro. *Hor.* 1. *od.* 7. Auxilio vocare Deos. Auxilia Diuum poſcere. Stella mihi ſolamen adeſt,mihi dulce leuamen. *Ouid.* Tu mihi deſerto mite leuamen eris. Leuamen, cuius

Epith. Blandum,dulce,mite,molle.

Solamen. Columen. Mea vis,mea ſola potentia, Turris, Prę́ſidium,ſpes,& rebus ſolamen in arctis. Suffragium, propriè auxilium eſt in iudicijs præſtitutum voce,ſcripto, ſiue tabella.

Grata quidem ſunt hęc animo ſuffragia noſtro. *Ouid.* 2. *de Pont.* 5. Tu clypeus, tu tela mihi, tu certa ſalutis Anchora; tu ſtatio tuti placidiſſima portus, Sola ſalutis Spes, columen, vitæ prę́ſidiumq́; meæ. *Ouid.*

Epith. Dulce, mite,cęleſte,ſalutiferum,innocuum.

AXIS, is.

Propriè lignum eſt teres, & tranſuerſum in curru, circùm quod rota vertitur, & in hac ſignificatione. V. *Rota.* eſt item metaphoricòs pars Cęli Septentrionalis polus, ſiue vertex,qui Arcticus dicitur, & etiam Meridionalis, quamvis à nobis minus videatur, quā Antarcticus. V. *Polus*. Demum ſæpiſſimè pro Cęlo ſumitur. V. *Calum.* & hinc:

Sidereos rediturus ad axes. Tunc ſuperum conuexa tremunt, atque arduus axis Inſonat, motaq; poli compage laborat. Totuſq; ardeſceret axis. *Ouid.* 1. *met.* Temone reuulſus axis. *Id.* 2. *met.* Ni rota perpetuum, quæ circumuertitur axem Stipitis occurſu fracta, ac diſiecta fuiſſet. *Idem* 15. *met.*

Epith. Gelidus, Boreus, volucris, aſtrifer, ſtellifer, hyperboreus,Arctous,purpureus,ignifer,verſatilis,ſonorus,feruidus, inocciduus.

B

BABYLON.

Vrbs celeberrima in prouincia, quæ etiam Babylonia dicta, Aſſyriæ, ac Meſopotamiæ pars: hæc potentiſſima fuit Chaldæarum gentium caput. Cui ſcilicet regioni, ac populo Nemrod nepos Cham dedit originem. Qui cùm eſſet audaciſſimus, & ad omnia promptus, inſuetam primus in populum tyrannidem exercuit, ac iuxta Euphratem vrbem magnam condidit, quæ ab eo, quod ibi confuſæ ſunt linguæ turrim ædificantium Babel, & Babylon fuit appellata. Terra quoq; Nemrod dicta fuit, in qua populus Iudaicus ſeptuaginta annis captiuus detentus fuit. V. *Chaldæa*. Potiſſimùm verò celebratur Babylon ab inſtauratore Nino, vel Semiramide vxore, per quam munita,ac hortis penſilibus,templo,ac area ad admirationem vſque adeò fuit ornata, vt inter mundi ſeu miracula, ſeu ſpectacula numerata fuerit. Ambitus eius trecentorum, & octoginta quinque ſtadiorum fuit:muri verò alti pedes ducentos,lati quinquagenos;in ijſq; tam ſpatioſa via, vt quadrigæ mutuò ſibi occurrentes tranſire facilè potuiſſent. Florentiſſimum in

Digitized by Google

ea fuit regnum ſub Nabuchodonoſore illo, qui Syriam maximo exercitu ingreſſus Iudæã ſæuiſſima captiuitate exhauſit. Capta tandem à Cyro fuit;tum à Dario,regno ad Medos prius, mox ad Perſas translato. Scribit *D. Hieronymus* ſua ætate vix è ruderibus loci deſerti, incultiq; veſtigia extitiſſe, quæ vrbis ſitum indicarent.

Prouincia verò Babylonia eſt inter ſinum Perſicum,& Meſopotamiam ſita,dextra,læuaq; clauditur Suſiana,& Arabia deſerta: Nomen habet à Babylone vrbe primaria,eiq; adhęret Chaldęa.

Babylonia. Vrbs Semiramis. *Ouid.4.met.* Babylonis agri. Babylonis alta mœnia. *Anger.* Perſarum vrbs. *Prop.*.... per antonomaſiam; caput enim Perſidis regionis ſuo tempore erat, ſiue in qua Perſæ extincto Chaldęorum imperio dominabantur.

Alta Babelis mœnia. Cui corruit omne decus. Impia ſtuprorum, ſpurcitiæq; parens: forſitan ob Sardanapalum, qui tricefimus à Nino ibi regnauit. V.*Herodotum*. Quondam gemmis inſignis, & auro: Quæ turres ſuperas eduxit in auras: Faſtuq; olim elata ſuperbo..... fragili circundata teſta Mœnia mirantur refugi Babylonia Parthi.

Condidit has olim generoſa Semiramis arces, Primaq; coctilibus poſuit fundamina muris Culmina miratur Cęlum,miratus, & ingens Euphrates medio congeſtas flumine moles:Ac refluo ſiſtens decliues agmine curſus Suſpicit Aſſyrij palatia celſa Tyranni,&c. Regia Nini. Vrbs Babylonis, dis. *A. Dactius*.

Epith. Fructifera, impia, potens,celſa, ſuperba, Semiramia,rebellis,truculenta,ſpurca,ferox, Aſſyria,opulenta,aſpera.

BACCA.

Fructus eſt lauri,oliuæ,corni,nec non etiam myrti, iuniperiq;.

Granaq; parua dedit. *Ouid.3. de art.* Sunt qui differre dicunt inter baccam, & granum: ſed nihil ad nos cum poetis largo liceat vti modo. Strati baccis ſilueſtribus agri Venit hiems teritur Sicyonia bacca trapetis, nempè olina molitur. V. *Oliua*.

Epith. Silueſtris, ſanguinea, amara,turgens,virens, pinguis, arborea.

Bacca pro Gemma. V. *Gemma.*

BACCHE, es.

BACCHA, & BACCHÆ, arum:

Dictæ ſunt fœminæ quædam bacchantes, quæ & Męnades, & Tyades, & Baſſatæ appellabantur: quarum Dux, ſiue Regina Bacchi antiſtites vocata in Cytherone monte plerumq; morabatur. Hæ tertio quoque anno ad eundem montem cateruatim cum thyrſis conuenientes, nebridiſq; Damarum ſcilicet pellibus indutæ, ibidem Bacchi Orgia magno cum vlulatu celebrabãt: Hinc Bacchæ, quaſi Bacchi ſequaces dictæ ſunt, ac ſacrificulę. Noctu huiuſmodi ſacra faciebant nebridum pellibus, vt diximus, pręcinctæ, vel hinnulorum, vtpotè quæ Baccho ſacræ erant. Ab his autem Pentheus, quem aprum exiſtimarunt, quod huiuſmodi feſta vetabat agi, dilaceratus fuit; ab his etiam Orpheus, & diſciſſo capite in fluuium præcipitatus. Bacchabantur autem vino ebriæ in quoſlibet obuios. Has alij quoque populi imitabantur, vt Tyrij apud *Stat.2. Theb.* quiq; Cytheronem colebant; & Biſthones in Thracia, vbi potiſſimum Bacchæ fuerunt.

Męnas,dis;& Męnades. *Iuuen.ſat.6.*Mimallonides, ita dictæ, quod cornu gerebant ad Bacchi imitationem, nempè mulieres cornutæ; vel à Mimante monte. Thyrſiacæ. *Ouid.3.faſt.* à thyrſo, quod gerebaut.Thyas,dis;& Thyades,n.p. *Hor. 2.od.19.& Virg.4.AEn.* Bacchatur qualis commotis excita ſacris Thyas, vbi audito ſtimulant trieteria Bacchø.

Thebanæ matres. *Lucan.5.Pharſ.* quòd ibi ſolemnius,quàm alibi bacchabantur. Nymphæ Męoniæ. Aut quales referunt Baccho ſolemnia Nymphæ Męoniæ,quas Hermus alit... *Claud. 2. de rapt.Proſerp.* Mimalloniæ. *Mant.*

Vt Æmonio referens Trieterica Baccho Ire ſolet fuſis barbara turba comis. *Ouid. 2. de remed.* Fœmineos thyrſo concitat ille choros. *Id.3.faſt.* Strymoniæ matres. *Id. in Ibin.* à loco. Baſſarides. *Horat.1.od.18. & D.Sidon. Apoll.* Bacchęa ad bella vocate Matres.... *Stat.12.Theb.*

Euiades. *Horatius,*à cantu Euan in honorem Bacchi. Edonides. *Prop.*Threiciæ. *Ouid.* Eleleides. *Suid. & Ouid. 4. epiſt.* à locis. Baſſaridum cohors. *Sen. in Oedip.* Concita per ſiluas turba. *Ouid.6. met.* Bacchans. Bacchantum ritu. *Id.7.* Edonis,dis. *Luc.1. Pharſ.* & *Ouid.11. met.*

Celebrantes Orgia Bacchi. Numen adorantes Iacchi.... tuo motę proles Semeleia thyrſo Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Quæ tum alacres paſſim lymphata mente furebant Euoe bacchantes.... Sparſis ſubito correpta caniſtris Silueſtris Regina chori... *Stat. 4. Theb.* Nudum quatiens caput cęrulea hedera redimitum. *Triphyd.* Laphyſtiæ cornigeræ mulieres. *Lycophr. in Caſſand.*

Epith. Sęuæ, inſanæ, lymphatæ, ludi amantes Cadmęæ.

BACCHANALIA.

Quæ etiam Dionyſia,& Liberalia dicta ſunt Bacchi feſta,in quibus viri per noctem fœminis,& teneræ ætati per dolum turpiter miſcebantur,& hæc à multis Græciæ vrbibus tertio quoque anno celebrabantur. Sunt qui diſcrimen ponant inter tempus,quo & Liberalia,& Bacchanalia fiebant.

Li-

Digitized by Google

Liberalia enim decimo ſexto Kal. Apr. teſte *Ouid. 3. faſt.* in quibus pueris togæ dabantur: Bacchanalia verò Romæ ſingulis menſibus, quæ tamen à Poſthumio Coſ. propter dedecus ſublata fuere. Meminit horum *Statius lib. 4. Theb.* Omnipotens Niſęe pater, cui gentis auitæ Pridem lapſus amor: tu nunc horrente ſub Arcto Bellica ferratus rapidus quatis Iſmara thyrſo Pampineumque iubes nemus irreptare Lycurgi, &c.

Orgia. *Virg. 6. AEn.* V. *ſuo loco*. Bacchica ſacra. *Ouid. 3. met.* Sacra Baccheia. *Id. Ibidem*. Orgia Bacchi. *Virg 3. Georg.* Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi. *Ouid. 1. faſt.* Brumalia. *Cœl. Rhodig.* quod in brumæ tempore potiſſimùm agebantur, tertio ſcilicet brumæ menſe, vt innuit *Ouid. 1. faſt. 399.*

Orphica. *Diod.* quod ab Orpheo inſtituta ſacra Bacchi, in quibus tamen ipſe primus perijt. Dionyſia, à Bacchi nomine Dionyſio.

Trieterica, ideſt ſacra, quæ tertio quoque anno fiebant. V. *ſup. in Bacchu*. Tempus erat, quo ſacra ſolent trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus.... *Ouid. 6. met.* Nox conſcia ſacris; noctu enim fiebant, vt ſuperiùs: & *Stat. 2. Theb.* Non hæc trieterica vobis Nox patrio de more venit, non Orgia Cadmi Cernitis.... Vtque ſuum Bacche non ſentit ſaucia vulnus, Dum ſtupet Idæis exululata iugis (ſiue modis) *Ouid. 4. triſt. 1.* V. *Orgia.*

BACCHVS.

Iouis, & Semeles filius, communi poetarum ſententia, quæ cùm Iouis maieſtatem videre vellet, illius impatiens fulmine icta, infanſq; adhuc imperfectus inſolito ſuſceptus modo à patre Nymphis Nyſeidis datus fuit educandus. Varia ſortitus fuit nomina, prȩſertim cùm apud Nyſam vitis, & vini vſum, & plantandi rationem docuiſſe feratur. Potionem quoque ex hordeo confectam decocto, quam Zython Grȩci, noſtri Ceruiſium appellant, adinuenit. Noctuam inuiſam habet, quod huius oua ſi aſſumant infantes perpetuò vinum abhorreant, & temulentos ipſos, teſte *Philoſtrato*, formident. Naxi inſulæ Deus tutelaris factus eſt. Tyrrhenorum piratarum, qui ipſum paruulum rapuerant, oculos mirè faſcinauit, vnde in mare proſilientes in Delphines fuerunt conuerſi. Vitem in Grȩciam tranſtulit; Bello verò aduersùs gigantes à Dijs ſuſcepto in leonem conuerſus eſt. Hedera ſolitus coronari, & nebride amiciri. Demùm Indicam expeditionem ſuſcipiens Indiam bello domuit, victorq; curru vectus aureo triumphauit, tractuſq; à Leonibus, Tigribus, Lyncibuſq;. Primo tamen elephanto vectus eſt, teſte *Diodoro*. Poſtremò inter Deos relatus plurima habuit templa, eaq; inſignia, vnde nomina accipit diuerſa, & epitheta. Mȩonius, Lyſius, cuius rei hæc narrantur. Cùm quondam Bœotij à Thracibus deprehenſi partim capti, partim in fugam verſi fuiſſent; eorum nonnullis ad Trophonij ſpecum confugienbus viſus eſt eius loci Genius, ſiue Deus adſtans, qui Liberi patris illis auxilium pollicebantur. Hoc ſomnio alacriores redditi Bœotij Thracas ex inſidijs adorti ſunt, quos cùm vino, ſomnoq; ſepultos inueniſſent, nullo negotio ſuperarunt, receptiſque ſuis ciuibus, cùm in Patriam redijſſent Dionyſio Lyſio templum conſecrarũt, vt authorem eſt *Heraclides Ponticus*. Quòd autem dicatur biſgenitus, hanc comminiſcuntur fabulam: cùm Semele imperfectum fœtum icta fulmine emiſiſſet, ne periret infans, Iupiter illum denuò ſuo femori aſſuit, donec menſium debitum ſpatium in eiuſdem fœtus abſolutione percurreret, completiſq; menſibus denuò ex Iouis exijt femore biſgenitus Bacchus. Dicitur etiam Calydonius, &c. Etiam Romæ prȩter cȩtera extra Nomentanam portam templum habuit, quod nunc apud D. Agnetis ſitum D. Conſtantię Conſtantini Cæſaris filiæ dicatum eſt.

Liber. Lęneus pater. *Tib. lib. 4. eleg.* Bromius. *Luc. 8. Pharſ.* Nyctileus. *Virg.* Lyæus pater. *Id. 4. AEn.* Nyſeus. *Ouid. 4. met.* Proles Semeleia. *Id. 3. met.* Conſitor vuæ. *Id. 4. met.* Iacchus. *Virg. eclog. 7.* Nyctileus pater. *Ouid. 1. de art.* Commentor vuæ. *Id. 3. faſt.* Diue racemiferos hedera redemite capillos. *Idem 6. faſt.* Thyoneus. *Idem, & Val. Flacc. 1. 727.* Semeleius. *Hor. 1. od. 17.*

Puer Semeles. *Id. 1. od. 19.* Eubyus. *Idem 2. ode*. Semeleius euan. *Stat.* Repertor vitis. *Ouid. 2. faſt.* Vini. *Rutil.* Aut primi, cuius venerabile thyrſi. *Stat. 5. ſilu. 1.* Iunonis alumnus. *Ouid. 4. met.* illum enim aluit dormiens, vnde via lactea effecta fingitur. Bicorniger. *Horat.* Pater thyrſifer. *Mant.* Baſſareus. *Hor. 1. od. 18.* Euan rotator Baſſaridum. *Stat.*

Thebanus Deus. *Prop. 3.* Ogygius. *Ouid.* Corymbifer. *Idem.* Euius. *Suid. Heſych.* Dator lętitiæ. *Virg. 1. AEn.* Semeles proles. *Tibull.* Racemifer. *Ouid.* Proles fulminis improbi. *Sen. in Med.* Aptat qui iuga tigribus. *Idem.* Qui in *Oedip. ch. 2.* virtutes eius enarrat eleganter.

Omnipotens Niſæ pater. *Stat. 4. Theb.* ab vrbe Niſa, in qua potiſſimùm colebatur. Babactes, Bacchi cognomen, à vociferatione. Thyrſiger Deus. *Sen. in Hipp.* Ignigena ſatus. *Ouid. 4. met.* Eleuſque parens. *Ibidem.* Naiadum potens, Baccharumq;. *Horat. 3. 25.* Lycurgi domitor, & Rubri maris. *Sen. in Herc. fur.* Pampineis exornans tempora vittis. Racemiferis frontem circundatus vuis. Genialis conditor vuæ. Qui pampineis vi-

victor iuga nectit habenis. Liber agens celſo Niſæ de vertice tigres. Racemipotens ſtat Deus ante fores. Furtim illum primis Ino matertera cunis Educat, inde datum, &c. *Ouid.* Vitium Deus. *Dion.* Niſęius Iouis filius. *Apollon. Argon.* 2. Enorches Deus, Phygalius, Lucernalis. *Lycophr.* Bene ſatarum dominus vitium. *Nonn.* Aurea redimitus mitra comes Baccharum. *Sophocl.* Trietericus montanus Bacchus. *Oppian.*

Humanæ Dionyſi vitæ, iucundiſſime princeps. *Nonn.* Vinitor Dionyſi, conſitor, domine fructuum. *Idem.* Racemalis Deus. *Idem.* Pronubus ales amorum, lętitiæ pręco. *Idem.* Nympharum amabile germen, & pulcherrimæ Veneris. *Idem.* Vt Cereri comes ſic Veneri.

Epith. (*ex Græcis*) Vinoſus, biſgenitus, expers doloris, aurea decorus mitra, Euius, comatulus, obliuioſus, milleformis; *ex Latinis* verò

Epith. Inuerecundus, inſanus, intonſus, Semeleius, Aonius, Æmonius, fœmineus, hederiger, Iſmarius, blandus, pampineus, rubicundus, Agenoreus, iterum ſutus, inſutus patrio femori.

BACTRA, orum.

Scythiæ prouincia vltra Aſſyriam à Battro flumine ſic appellata. Hinc Bactri, ſiue Bactriani Scythis proximi, omnium rerum copia diuites, & ſmaragdis in primis nobilitati. In qua Prouinciæ metropolis vrbs nuncupatur etiam Bactra ſub monte Paropaniſo, qui antea Tirieſter dicebatur, ſita. Habet etiam Iſtigiam, & Paropamiſſum prouinciolam eiuſdem Batrianæ regionis: nunc autem Bactra Buchara dicitur, (vt plerique autumant) ad oriẽtalem plagam ſita Caſpij maris, Tartaris paret, qui Vzbeghi dicuntur, ac proprium habet Principem Tartarorũ more, Cham titulo decoratum. Bactrianorum olim Rex fuit Zoroaſtres magicæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille vrbibus fuiſſe inclytum ferunt. Horum populorum mores deſcribuntur ab *Oneſicrito*, qui ait: Canes ab illis ali, quos ſepulcrales vocant, quibus parentes morbo, ac ætate confectos (vide impietatem) obijciunt dilacerandos. Mulieres autem eorum ſplendido cultu, & vnguentis vti, à ſeruis, & ancillis multò magis, quàm viros coli: nec niſi equo inſidentes, magnoq; & auri, & gemmarum apparatu exultas, in publicum prodire: matrimonij leges viris minimè ſeruare; ſed promiſcuè tam ſeruis, quàm aduenis commiſceri, &c. Sed ad noſtra.

Bactrus, fluu. vnde denominatur vrbs, & ipſa prouincia. *Lucan.* meminit *lib.* 3. *Pharſ.* Bactri, Bactrij, & Battriani populi.

Zatiaſpa, etiam dicta, ſiue Ariaſpe. Regnata Cyro mœnia. *Horat.* Bactriana regio, regna. Bactria tecta, regna, &c. *ex Ouid.* qui dixit *lib.* 5. *met.* Bactrius Halcyoneus, nempè Bactris natus.

BACVLVS.

Bacillus: bacillum. *Mant.* Stipes quernus: nitens ſtipite querno. *Ouid.* 12. *met.* Nodoſum robur. *Ibidem.* Scipio, nis, quo quis nititur. Cęci parentis regimen, ac feſſi vnicum Patris leuamen.... *Sen. in Theb.* Baculus ſenilis. *Id. in Oed.* Ferula. Ferula titubantes ebrius artus ſuſtinet. *Ouid.* 4. *met.*

Noſtræ regimen, vireſq; ſenectæ. *Stat.* 4. *Theb.* Lignum; fuſtis; arundo; pinus: ſumuntur etiam pro baculo, ſiue ad ſuſtentaculum, ſiue ad cęſionem. Thyrſus ferratus, baculus, quem ferebant Bacchantes. *Ibidem.* Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.

Nec iam firmanti baculo, nec virgine fida Nititur. *Stat.* 4. *Theb.* Baculoq; innixus acerno. Laſſa cutis tereti malè ſuſtentata bacillo. Nodoſo incumbit baculo. ... baculumq; tenens agreſte ſiniſtra. *Ouid.* 15. *met.* vbi baculum g. n. effert.

Epith. Nodoſus, teres, accliuis, acernus, agreſte baculum, *vt ſupra*.

BÆTICA.

Hiſpaniæ regio notiſſima ad auſtrum potiſſimùm vergens, à Luſitanis Ana fluuio diſcreta, ita dicta à Bęti amne, qui eam mediam pręterfluit, quiq; ortus propè Caſtaonem ex Oroſpeda monte in occaſum vergens Cordubam, aliaq; oppida pręterlapſus ad Hiſpalim in auſtrum declinãs oſtio ſatis amplo (vnius enim leucæ eſt) ſed quod vadoſius, haud procul à Gadibus in Atlanticum mare ſe exonerat. Hic autem fluuius nobilis auro veteribus eſt, & oliuetis, variè denominatus, vt inferiùs ſub ipſo vocabulo Bętis; ipſa verò prouincia, teſte *Plinio*, cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili, ac peculiari nitore pręcedit. Metropolis eſt Hiſpalis, vulgò *Siuiglia*, Palatium, vel Palantia. Cabeæ, Nebriſſa, Carmon; etiam Italica, vnde Cæſares duo Traianus ſcilicet, & Theodoſius maior, & milites celeberrimi. Corduba metropolis eſt ſui conuentus, ſiue agri, in quo Vlia modò Mons maior, Vlia Antonini, tum propè Gades, ad quas ſpectat Medina Sidonia, Carteia, Vegelium, Conilium, aliaq;. V. *Plinium, & reliquos Coſmographos*; præſertim *Cluuerium in ſua introduct.*

Hodie verò vniuerſa Bętica continet duo regna, Granatam, & Andaluſiam, partemq; Caſtiliæ nouæ, & Eſtremaduram.

Tarteſſiacæ arenæ. *Claud.* 1. *in Ruf.* ſic dicta à Tarteſſo inſula in Bętis oſtio, quam modò nonnulli ſubmerſam exiſtimant cum Aſta: at alij Tarteſſum, dicunt, oppidum eſſe iuxta Herculis columnas, poſtea Carteia dicta, vt ait *Pomponius Mela*, vnde Tarteſſum duplex videtur eſſe. Littus Tarteſſium. *Sen. in Herc. fur.*

Bętis, fluuius prouinciæ maximus, vnde nomen illa

Digitized by Google

capit. V. *infr.* & pro qua ſynonymicè ſumitur. Tarteſſia tellus. *Sil. Ital.* 16. Ad Tarteſſiacos tendit per littora portus. Tarteſſiaca trapeta. *Mart.* 7. ob olei copiam, vt diximus. Bętica oppida, regna. Circen. Nominabatur ſic ab incolis teſte *Liuio.*

Huius oppida.

Hiſpalis, ſub cuius agro hæc recenſentur. Palatium, vel Palantia. Cabecæ, Malagam versùs in montium aditu ſitum oppidum. Nebriſſa. *Ptolem.* quam Veneriam *Plinius* appellat. Carmon. *Strab.* Carmo. *Antoninus in Itiner.* Charmonia. *Ptol.* Colonia Martia ab *Onuphr.* Lora, antiquè Axalita, vndè fluuius Axalitanus. Moron, olim Cluſio Arruci. *Plin.* Orſona. *Appian.* Orſon. *Strab.* Vrſo. *Plin. Oſſuna* nunc. Penaflor. *Ptol.* quæ Illipula magna in mediterraneis Turdulorum Ilpa cognomine Italica. *Plin.*

Corduba, ad Bętim ſita vrbs nobiliſſima, Senecarum patria, vbi primùm inuenta fuit ars præparandi optimi corij. Eccleſia Cathedralis (*La meſquita*) Maurorum opus inter pręcipuas Europę ſtructuras numeratur: habet enim portas 24. & columnas è nigro marmore 365. Hæc vrbs Colonia, Patritia etiam dicebatur. *Plin.* ſub qua hęc oppida numerantur. Mons maior; Vlia à *Ptolom.* Mons aureus Epora. *Antonin.* Luciferi fanum, tum Lux dubia, nunc *S. Lucar de barrameda.*

BÆTIS fluuius.

Heſperius fluuius. *Luc.* Bętis, dis, aqua, vnda, &c. Bętica littora. V. *ſup.* Turdetania etiam dicitur Bętica prouincia. *Strab.* Bęticolæ: Bęticolasq; viros ſpatijs agitabat iniquis. *Sil.* 1. Bętica humus, &c. V. *ſup.* Bętis fluuij aquis lanas optimè tingi ſcribit *Mart.* Bętis oliuifera crinem redi-[illegible] corona Aurea qui nitidis vellera tingis aq[illegible]

BAIÆ.

Vrbs Campan[illegible] priſcis in delicijs habita iuxta Lucrinum ſinum è regione Puteolorum propè Miſenum promontorium à Baio Vlyſſis ſocio ſic appellata, vt apud *Sil. Ital. lib.* 10. Cuius ſitus à *Dione lib.* 48. diffusè, & eleganter deſcribitur; locus eſt, inquit, quidam in Lunæ formam curuatus inter Miſenum, & Puteolos, qui ferè totus montibus paruis, ac nudis circumdatur, &c. Ibi ſunt calidiſſimæ thermæ ad medicinam aptiſſimæ, de quibus inferiùs in Synon. Hinc Baianus ſinus, ſuper quem Cæſar Caligula pontem extruxit ex lapide, & lateribus inchoatum, cuius etiam nunc pilæ viſuntur, perfectum denique contractis vndiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, ſuperiectoq; aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam. *Sueton. in Calig.* Nunc autem huius vrbis veſtigia, & parietinæ viſuntur. Tantùm arx ſaxo impoſito habitatur: Hic eſt templum Apollinis, Agrippinæ ſepulcrum, Neronis piſcina, Sibyllinæ cellulę, quæq; apud Cumas fuiſſe Virgilius, alijq; teſtantur. Quod verò maximè fuit admirabile Romanis ab Auguſto diſiecta fuit naturalis ſeparatio inter Lucrinum lacum, & Baianum æquor: vnde *Virgilius* 2. *Georgicôn*. An memorem, portus, lucrinoque addita clauſtra, Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor Iulia, qua Ponto longè ſonat vnda refuſo, Tyrrhenuſque fretis immittitur ęſtus Auernis. Verùm anno 1538. cuniculus ille, ſeu incile, per quod aqua ex Lucrino in Auernum deferebatur erumpente magna vi ignis, ac ruente ex ea vndique terra, penitus obturatus eſt, & deliituit, vt refert *Marcell. Donatus in Comm. ad Sueton. in Aug.* 16. V. *Lucrinus.*

Baianæ lymphæ. Baianæ aquæ. *Mart.* 1. 62. Baianus ſinus. Littus Baianum. Baiana balnea. V. *Puteoli.* Annua Baianis redeunt ſpectacula lymphis, Et medicas aperit terra ſalubris aqua. *Pontan.*

Humida Baiarum ſtagna tepentis aquæ. *Prop.* 3. *eleg.* 16. Baiarum ſacræ lymphæ. *Tib.* 3. 5. Baianæ villæ. *Mart.* 4. 25. Baianus lacus. *Ibidem ep.* 30. Quid referam Baias, prætextaq; littora velis, & quæ de calido ſulphure fumat, aquam. *Ouid.* 3. *de art.*

Portus Iulius. *Suet.* apud Baias, quem fecit Auguſtus immiſſo in Lucrinum, & Auernum lacum mare. Herculea littora. *Prop.* 1. *eleg.* 11. Ecquid te medijs ceſſantem Cinthia Baijs, Qua iacet Herculeis ſemita littoribus. Et modò Miſenis æquora nobilibus Vrbs, quæ ſinui Lucrino contigua. An pereant Baiæ crimen amoris aquæ *Prop.* 1. *eleg.* 11.

Salmacis vnda, dictæ ſunt Thermæ propè Baias, cuius aquis, (teſte *Floro*) robur Annibalis emarcuit. Deſcribuntur autem thermæ à *Mart.* 4. 55. & quæ pumiceis fontibus antra calent: nam ibi ſunt antra, quæ ipſe vidi calidiſſima; mirabili quidem artificio fabrefacta, in quorum antrorum meditullio aquam eſſe ebullientem, & ſupra modum calidiſſimam referunt Puteolani, vbi morbi aliquot etiam ſanantur loci ſiccitate; Crypta verò huiuſmodi eſt artificio effoſſa, vt in admirationem ſummam deducat ingredientes, dum ex media parte cryptæ latera calidiſſima in fornicem aſcendentia, ſed quæ pedibus calcatur frigida.

Miſenus, mons non procul à Baijs. V. *ſuo loco.* Nullus in orbe ſinus Baijs prælucet amœnis. *Hor.* 1. *epiſt.*

BAIVLVS.

Qui portat onera. Vaſtaſus, Gręca vox. Fortis ceruix. Quod nutantia fronte pertinaci Geſtat pon-

pondera Maſclion ſuperbus . . . *Mart.* 5.12. *v.* phal. Robuſtum collum.

BALEARES.

Et Balearides duæ ſunt inſulæ in mari Hiſpanico, Gymnaſiæ à Græcis dictæ,quod in ijs incolæ nudi æſtatis tempore fundarum iactu ſeſe exercebant, vndè Baleares funditores omnibus meliores extitere, quibus Romana militia plurimum vtebatur. Harum incolæ antequam in Romanorum deueniſſent poteſtatem, piraticam exercebant; ſed à Metello, qui deinde Balearicus dictus fuit,ſubacti fuere: tribus quiſq; fundis,teſte *Floro*, prçliabatur,quas nouerat à pueritia: puer enim à matre cibum non accipiebat, niſi quem, ipſa monſtrante, ſiue ad metam apponente, non percuſſiſſet. Diſtant autem hæ inſulæ inter ſe triginta milliaria;maior in longitudinem extenditur centum milliariorum, minor ſexaginta, nunc *Maiorica*, *e Minorica*, dicuntur: optima conficiunt vina, vnde Balearica nuncupantur. In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teſte *Plinio lib.*8. *cap.* 55. vt in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti.

Gymnaſiæ, à Grçcis, & Gymneæ. *Volaterr. lib.*2. Balearicus ſinus: Balearis tellus:Palentia,Palma, vrbes in maiore:Mago,& Ianna in minore inſula. Balearia,Balearica littora. Balearis funda. *Virg.* Balearica. *Ouid.* Fundam torquere periti.

BALÆNA.

Nomen potius barbarum, quo cete nuncupatur, cum diphthongo ſcribunt.

Cete,indeclinabile,& Cetus,i. V. *Cete, vbi multa*. Monſtra maris,Ponti. *Sen. in Hipp.* Monſtrum æquoreum. *Ouid.*11. *met.* Immania corpora ponti. *Virg.* Monſtra natantia. *Hor.*1. *od.*3. Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus. *Virg.* Bellua ponti. *Sen. in Hipp.* Phyſeter. *Ibidem*, ex balenarum genere,quæ è fiſtulis quibuſdam in vertice fluctus efflat. Belua ſquammoſa. Piſtris,& Piſtrix,monſtrum marinum abſorbens naues. *Plin.lib.*26. Monſtra maris Cçrulei. *Sen. in Hipp.* Immenſo bellua ponto. *Ouid.*4. *met.*

BALISTA.

Tormenti bellici genus, quo & lapides, & iacula mittebantur,quæ ſic ab *Ammiano lib.*23. deſcribitur: ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur, & vaſtum in modum regulæ maioris extentum,cuius ex volumine tereti,quod in medio ars polita componit, quadratus eminet Stylus extenſus, recto canalis anguſti meatu cauatus,& hęc multiplici chorda neruorum tortilium illigatus,eiq; cochleę duæ ligneę coniunguntur, quarum propè vnam adſiſtit artifex contemplabilis, & ſubtiliter adponit in temonis cauamine ſagittam ligneam ſpiculo maiore, conglutinatam, hocq; facto hinc inde validi iuuenes verſant agiliter rotabilem flexum, cùm ad extremitatem neruorum acumen venerit ſummum percita ſagitta interno pulſu è baliſta ex oculis euolat,hactenus Ammianus: Verùm non tantùm ſagittas,ſed ſaxa, aliaſq; machinas illo inſtrumento iaculabantur. De hac etiam agit *Lipſius*. *Hirtius* quoque de bello Hiſpanico, ait, Baliſta miſſa à militibus turrem deiectam fuiſſe, vnde quæ machina fuerit hinc licebit perpendere.

Tormentum murale. Admotis nihil eſt opus vrbes ſternere machinis Longè ſaxa rotantibus. *Sen. in Thyeſt.* Scutula. *Vitr.* Baliſtæ foramen. Balearis machina. Muralis machina. Phocais effundit vaſtos baliſta molares, forſitan ab inuentore,ſiue à loco.

Atque eadem ingentis mutato pondere teli Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit. Nec enim Solis excuſſa lacertis Lancea,ſed tenſo baliſtæ turbine rapta Haud vnum contenta latus tranſire quieſcit. V.*Tormentum murale. Bellica inſtrumenta,Bombarda*.

Epith. Ferrea,torta,Phocais.

BALNEVM. V.*Therma*.

BALBVS.

Qui difficulter, & inexpeditè loquitur.

Blæſa lingua. *Ouid.*3. *de art.* Quid cum legitima fraudatur littera voce. *Ibidem*. Blęſaq; fit iuſſo lingua coacta ſono. *Ibidem.* Blæſaſq; voces exprobat. Arguto bleſos concinit ore modos. Balbutiens. Os blæſum tibi,debiliſq; lingua eſt. Difficilis lingua. Debilis ore ſonus fit ſanè blęſo, Et nomen blæſo garriat ore meum. *Mart.* 5. *od.* 35.

BALSAMVM.

Opobalſamum. Succus balſami. Vnguen balſameum. *Lactant.* Aſſyriæ vnguenta. Aſſyria, nomine adiect. Vnguenta virorum. *Mart.* Eoos dines bibat vrna liquores. Fer caſiam,& flores, & odori balſama trunci. *Bembus*.

Aſſyrij odores. *Tib.*1.*eleg.*3. Non ſoror Aſſyrios cineri quæ dedat odores, Et fleat effuſis ante ſepulcra comis. Aſſyrio ſtillet vrna liquore. Syrium munus, nam in Syria potiſſimùm naſcitur prope locum, qui priſcè dicebatur Engaddi, de quo fit mentio in ſacris litteris. Et dabitur Syrio munere plenus onyx. *Prop.* 2. *eleg.*10. V. *Aromata*.

BALTHEVS.

Cingulum militare.

Aurea cingula. *Virg.*1. *AEn.* Inſigne humeris.*Idem* 12.*AEn.* Pôdera balthei. *Id.* 10. *AEn.* Aurea bullis cingula.*Id.*9.*AEn.* Parthica quæ tantis variãtur cingula gemmis. *Claud.*2. *de rapt.* Vincula pectoris. *Sen.Herc.Fur.*V.*Cingulum,vbi plura.*

Digitized by Google

BAPTISMVS.

Sic vnda primi criminis eluit Labem refuſam fontibus integris. *Maſcul. 1.od. 11.* Damnumq́; natalemq́; pœnam Diluit, ac ſuperis reponit. *Idẽ.* Vnda ſalutiferi fluminis. Sacra baptiſmatis vnda. Fons ſacer. V. *inf. Baptiſterium.* Sacra lauacra. Sacræ aſpergo lymphæ: ſacræq́; aſpergine lymphæ Ablutus.

Flumina baptiſmi. Sacratus gurges. Vnde animis ſcelus eluitur, veterumq́; parentum Crimine contractæ excedunt contagia labis. Veteris mundans contagia culpæ. Puris corpus perfundens lymphis. *Nonnus.* Sapiens fluentum. *Id.* Populatrix malorum aqua. *Idem.*

Inſtaurata etiam ſacri eſt baptiſmatis aula, Quo maculas veteres fons lauat vnus aquis. Liquido ſiquis de fonte renatus. Qui prius eſt ſacro luſtratus fonte ſalutis, Fulmineo nunquam læditur igne Iouis. Fontis & ſacri lauacri rorem ſubire, *ex Poet. ſacr.*

BAPTISTERIVM.

Dicitur locus, in quo infantes nuper nati ſactis abluuntur aquis, cunctiſq́; mundantur noxis, tam illi, quàm adulti: quorum illud inſigne, quod Romæ apud Lateranenſe palatium extrui iuſſit Conſtantinus forma rotunda, columniſq́; ex porphyrite circundatum, in quo cùm à Siluestro ſummo Pontifice ablueretur; ex tempore ex elephantiaco morbo ſanus factus eſt, vt *in hiſt. ſacris,* quamvis non deſit, qui iſthæc in controuerſiam ducat.

Sacer fons. Sacri fontes, *ex Ouidio.* Ardua ſacrati baptiſmatis aula coruſcat, Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat. Lauacrum ſacrum. Sacra lauacra. V. *ſup. Baptiſmus.* Lauacri fons. Purgantes lymphæ. Baptiſmatis vnda. Amnis. Sacrum flumen. Salubris vnda. Fluuiale lauacrum, quod noxas expiat, & ſordes, &c.

BARATHRVM.

Fundamenta barathri. Gurges barathri. Abyſſus. Vorago. Atq́; imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus, &c. *Virg. 3. AEn.* Imum tartari fundum. *Sen.* ſępiùs pro inferno ſumitur. V. *Infernus.*

BARBA.

Quam olim diuerſis ex inſtitutis homines vel radebant, vel nutribant: certũ eſt, apud cæteras nationes, prętetquam Romanam, barbam ſummiſſam, nutritamq́; fuiſſe: quam non ponebãt, niſi in luctu: At contra Romani nutribant. Hinc *Suet. in I. Caſ. 67.* narrat Cęſarem audita clade Tituriana, quando ab Ambiorige in Eburonibus illi cæſi fuerunt plurimi milites, barbam, capillumq́; ſubmiſiſſe; nec ante dempſiſſe, quam vindicaſſet. Sic Auguſtus barbam, capillumq́; ſubmiſit, cùm Varianæ cladis nuncium accepiſſet.

Lanugo, nis: dicitur autem flos primus, qui in iuuenilibus genis enaſcitur. V. *ſuo loco.* Flos iuuenilis. Flos lanuginoſus. *Anthol. 3.* Florea lanugo. *Homer.* Coronans veſticipis marginem genæ. *Idem.* Genæ pubentes. *Virg. 12. AEn.* Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta. *Idem.*

Mentum, vnde pili dependent. Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta. ... nondum validæ tibi ſigna iuuentæ Irrepſere genis... *Stat. 5. ſil. 2.* Lanugo malæ. *Mart.* Vultus. *Idem.* Genarum lanugo. Cæſaries barbæ. *Ouid. 15. met.* Vmbratæ genæ. *Stat. 3. ſilu.* Dum roſeis venit vmbra genis. *Id. 4. Theb.*

Ille manu propexam ad pectora mulcet Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines. Et ſuberat flauæ iam noua barba comæ. *Ouid. 3. faſt.* In pectus ſordida barba cadit. Mollem malis demittere barbam. Summo cadit hiſpida mẽto Barba. Barba reſecta cadit annoſo ex mento. .... poſtquam tondenti barba cadebat Candidior... *Virg. 1. ecl.* Reſcindere barbam.

Libat florentes hæc tibi prima genas. *Mart. 3. 6.* Quando enim primam barbam deponebant veteres Romani ſacrum habebant, ſolemneq́; diem *Xiphilinus in Ner.* qui ſuam in auream pyxidem repoſuiſſe, & Ioui ſacraſſe fertur. Canities mento propexa. *Stat. 2. Theb.* Genarum prima ætas. *Anthol. 1.* Genarum iuuenalis cincinni. *Apoll.* Delicata creſcentis purpuraſcebat corona barbæ. *Hom.* Flos purpureus ſignans genas, ideſt barba rufa, ſiue ęnobarba. *Idem.*

Genarum maſculi nuncij. *Anthol. 1.* Et cano prato vmbroſum mentum. *Nonnus,* ſignificat canam barbam. Barba boni ponderis, & Philoſophicæ denſitatis. *Arnobius.* Barba denſa, quam vulgò dicimus, *Barba da Filoſofo.* Muſcifuga, pediculorum creatrix non mentis, *ex Græc. Anthol. 2.*

Epith. Prolixa, impexa, comans, rigida, horrida, mœſta, hiſpida, aſpera, ſquallens, ſquallida, ęircumfuſa, hirſuta, acuminata, decenter ſparſa, increſcens genis, tegens, ornans genas, malas, maxillas, &c.

Gauſape, fig. barbam hirſutam, & prolixam nominauit *Perſius ſat. 4.* V. *Pallium, & Veſtis.* Nam genus veſtimenti eſt piloſi, & hirſuti. Aruncus. *Plin.* eſt Capræ barba. Hinc:

BARBATVS.

Facies hiſpida. *Hor. 4. 10.* Et ſube rat flauæ iamn oua barba comæ. *Ouid. 3. faſt.*

BARBARIA.

Vulgò, nobiliſſima Africę regio, nomen accepit, vel ab incolarum inconcinno murmure, Arabibus dicto, Barbar, vel à deſertis: Bar, enim eorum lingua deſertum ſonat. Ab Ægypto ad fretum vſq́; Gaditanum pertinet, complectiturq́; Mauritaniam vtramque Tingitanam videlicet, & Cęſarien-

ſarienſem, Africam, Cyrenaicam, Marmaricam, & Libyam maritimam. Regnis modò quatuor diſtinguitur Marocci, Feſſæ, Teleuſino, & Tunetano.

Teleuſinum regnum, nempè Mauritania Cæſarienſis, partem Numidiæ continet, Metropolis. Teleuſina: ſed modo collapſa magna ex parte: Algira, vulgò *Algieri*, aliaq; oppida.

Tunetanum, in qua Africa proconſularis prouincia à priſcis dicta Tunetum, *Tuniſi*, Hipporegius, *Bona*. Carthaginis ruderes. Bugia. Conſtantina. Tripolis. Aphrodiſium, vulgò *Africa*. V. *Africa, vbi plurima*.

Populi.

Tagaſtenſes. Madaurenſes. Hipponenſes. Barcęi, Marmarici. Carthaginenſes. Libyj, & Libyci. V. *ſuis locis*.

De Marocho. V. *ſuo loco*. De Feſſa. V. *Mauritania*.

BARBARIES, & BARBARVS.

In ſiluis genitus, nutritus lacte ferino. *H. Balbus*. Durior es ſaxis, durior eſq; feris. *Idem*. Feri cultus. *Hor. 1. od. 10.* Rigidi mores. *Pont.* Eximar, vt Scythici de feritate loci. *Ouid. 2. de Pont. 2.*

Barbara turba. *Idem 3. Pont. 2.* Genſq; virum truncis, & duro robore nata. *Virg. 8. AEn.* Aſper victu. *Ibidem.* Genus indocile. *Ibidem.* Inq; fugam barbara terga dedit. *Ouid.* Non, non humani te progenuere parentes, Sed lupis, aut dura rupe leęna ferox, Et tibi quæ tribuit vbera tigris erat.

Barbara corda. *Ouid. 3. Pont. 2.* Impia Thracum pectora. *Horat. epod. 5.* Mutum, & turpe pecus. *Id. 1. ſerm. ſat. 3.* ideſt barbari pecudum more victitantes. Regio impia. *Sen. Thyeſt. 1.* Barbaricis Oriens vaſtabitur armis. *Claud. in Eutrop.* Crudelis. V. *ſuo loco*. V. *Crudelitas.*

BARBITOS. V. *Cithara*.

BARBVS, &

Barbo, piſcis. Mulus, & mullus.

Epith. Oblongus. Nigris conſperſus maculis, Caudæ cui prima rubeſcit, Cuique longius eſt roſtrum.

Tuq; per obliqui fauces vexate Sarani, Qua bis terna fremunt ſcopuloſis oſtia pilis, Cùm defluxiſti famæ melioris in amnem Liberior laxos exerces barbe natatus, &c. V. *Piſcis*.

BARIVM.

Ciuitas in Apulia Peucetia, antiqua ſanè, eaq; pulcritudine, populiq; frequentia, vt regionis vniuerſæ teneat Principatum, eiq; nomen ab ſe terræ Barianæ largiatur. Nunc verò Sanctiſſimi Nicolai Myrenſis Epiſcopi reliquijs, vndè ſacrum ſtillat opobalſamum, celebrior, quam ſoli bonitate fœcundior.

Bari mœnia. *Horat. ſat. 5.* Bari mœnia piſcoſi, dehinc Gnatia lymphis. Iapygis vrbs, metonym. à Iapyge conditore. Littus adit victrix, claræq; allabitur vrbi, Quam quondam ceu priſca ferunt monimenta priorum Dędalides, omnemque agrum, qua Dannia tellus Culta patet propriò ducens de nomine nomen, Fecit Iapygiam; ſeri, ſed deinde nepotes Dixerunt Barium, &c. *P. Angelus Barg.* vbi Barium primam corripit, cum producat *Horatius*. Quam victor populorum Heros Patareius vnam Protegit. *Idem.* D. Nicolaum intelligit, Pataræ in Lycia natum.

S. BARTHOLOMÆVS.

Apoſtolus, vnuſq; ex duodecim Chriſtianæ fidei Doctoribus, qui Galilęus natione Citeriorem Indiam fortitus, in eamq; profectus, non tàm verbo, quàm exemplo, miriſq; ſignis gentem illam Chriſto dare nomen coegit: tandem in Armeniam maiorem illinc migrans, Polymium Regem, vrbeſq; plurimas ibidem ſacris abluit vndis: Poſtremò non tàm Sacerdotum, quorum diminuebatur cum vtilitate honor, quàm Aſtyagis Polymij Regis fratris impulſu, ac iuſſu, illi viuo pellis crudeliter detracta eſt, abſciſſumq; caput, cuius corpus modò in Tyberis inſula ſumma Romanorum veneratione colitur.

Armeniæ decus. Aſtyagis iuſſu nudatus pelle. Cui viuo detracta cutis, quo tutius Areis Oſtia ſidereæ penetraret Bartholomęus.

BASILISCVS. V. *Serpentum genera*.

Latinè regulus. Dictus autem Baſiliſcus vel à candida macula, quam in capite habet diadematis inſtar; vel ab eo, quod ſibilo ſuo ſerpentes omnes tanquam nocentior fugat, vt *Plin.* ait *lib. 8. cap. 21.* quem naſci ex ouo galli gallinacei nouem annorum per rubetam vulgò creditur, ac fertur, ſed ſine experimento, imò potiùs fabuloſè.

Vulnerat aſpectu, luminibuſq; necat Funereus Libyca veluti baſiliſcus arena.

Epith. Lethifer, noxius, venenoſus, dirus, lethalis.

BATAVIA.

Germaniæ prouincia duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa, quæ nunc Hollandia: prouincia inſignis in Britannia inferiore, ſiue in inferiore Germania, cuius incolæ bellica olim, & nunc quoque gloria clari admodum pręcellunt. Huius vrbes primariæ ſunt: Dordrechtum, Harlemum, Delphi, Lugdunum, Amſterodamum, Gouda, Roterdamum, Gorcomium, Vvorda, Naerdemum, Muda, Vveſopum, Edamum, Monachodamum, Rurmurenda, ſiue Ruremanda, Alemania, Enchuyſa, Horna, aliaq; oppida minora. In aliquibus verò ex prędictis Vrbibus ea eſt typographorum excellẽtia, vt meritò inde libri impreſſi ma-

magnam habeant admirationem, & à litteratis viris non immeritò exquirantur ad ſuas bibliothecas exornandas. Fuerunt autem Batani olim craſſitie, & ſtupiditate notati, quo fit, vt auris Batava prouerbio dicatur de craſſo, & ſtupido, & nullius iudicij homine. V. *adag.*

Batavi. *Luc.* 1. *Pharſ.* vbi penultimam corripit, at *Silius* producit. Iam puer auricomo performidate Batauo: producit etiam *Iuuen.* De his lege *Corn. Tacit. de ſitu Germ.* Batauæ gentes. Hollandica regna. Queis prope Zelandi ſunt. V. *Belgia inferius, & Flandria.*

BATTVS.

Cuſtos quidam equarum Nelei Neſtoris patris, & Pylij Regis, notus in Pylia regione, quem cùm Mercurius quaſdam in Pylijs agris errantes vaccas abegiſſet, ne furtum patefaceret pro præmio vna ex illis conceſſa rogaſſet, idem illi mutata forma Mercurius apparuit, rogauitq; Battus cum promiſſione præmij, num aliquas vidiſſet boues, illicò oſtendit ſub quodam eſſe monte, ob cuius rei indignationem Mercurius illum in ſilicem, qui dicitur index, conuertit. V. *Ouid.* 2. *met.*

Neleidas qui ſeruabat equas. Silex Battus. Index, pro ipſo Batto, in quem ipſe conuerſus fuiſſe dicitur.

Fuit etiam alius Battus Ouidio familiaris, quem ille Iambo clarum appellat.

Eſt etiam nomen Batti cuiuſdam, qui Cyrenas in Africa ædificauit, vt innuit *Herodotus lib.* 4. Hic filius fuit Polymneſti Therei ex Phronime, quã acceperat in concubinam, de qua hæc narrantur. Phronime fuit filia Etearchi Oaxi ciuitatis Creticæ Regis, qui amiſſa vxore, alteram ſuperinduxit, quæ verè nouerca in Phronimen, tantis illam apud apud Etearchum criminationibus agitauit, vt illum compulerit ad expellendam filiam, quã à quodam per ſolemne iuſiurandum adſtricto iuſſit in pelagus demergi: ſed ille puellæ miſertus, & vt illam ſeruaret, & pariter iuſiurandum illam religatam fune demerſit in pelagus, ſed illicò illam retraxit, duxitq; Theram, vbi Polymneſto, vt ſuperiùs diximus, data fuit.

BAVCIS.

Anus fuit paupercula Philemonis ſenis coniux, ad quos cùm Iuppiter, & Mercurius Phrygiam peragrantes diuertiſſent hos tantùm qui Deos hoſpitio dignarentur, repererunt; quamobrem cùm iam in animo Dij haberent regiunculam illam perdere ob inhoſpitalitatem, Philemonem, & Baucidem monuere, ſi ſalui eſſe vellent, vt eos ſequerentur, quos cùm in montis proximi cacumen ſequuti eſſent, illicò terræ hiatu terram abſorptam, & lacum inde emerſiſſe, in quo vnica domus illorum incolumis remanſerat, conſpexere. Quæ cùm in templum conuerſa fuiſſet pro hoſpitij munere à duplici numine petierunt, vt noui templi ſacerdotio præficerentur ambo, quod illis à Ioue, Mercurioq; conceſſum: fab. deſcribitur ab *Ouid.* 8. *met.* qui poſtea ambos in arbores ab iiſdem Dijs conuerſos fabulatur.

BEATVS. V. *Felix.*

BELGIVM, ſiue BELGIA.

Galliæ comatę prouincia inter Sequanam, & Schaldim fluuios ſita in quindecim olim populos diuiſa. Lege *Plin. lib.* 4. *cap.* 17. Huius Prouinciæ olim Metropoles, ſeu primariæ vrbes erant Treuiris, Colonia, Moguntia, Rhemi. Nunc verò ſub eo nomine continentur regiones Brabantia, Flandria, Hollandia, ſiue Batauia, Geldria, ac Friſiæ pars, tota Picardia priſcè Hannonia, Giuliacum comitatus, ac Campaniæ maxima portio, ſilua denique Arduenna vniuerſa, quæ tempore Iulij Cæſaris, vt ipſe ſcribit totius Galliæ maxima erat, vtpotè quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuirorum à flumine Rheno ad Neruios, nunc Tornacenſes, & Rhemorum millibus paſſuum amplius quingentis in longitudinem patebat. Hoc etiam tempore nulla totius Galliæ ſilua cum ea adæquari poteſt. Belgæ huius prouinciæ populi fuerunt eſſedorum inuentores, nunc verò tapetia, peritromata, aliaq; aulęa mirabili quidem arte laborata illinc ad nos eurant aduectanda. Inter primores autem Belgarum vrbes hæ recenſentur.

In Flandria.

Gandauum, *Guant*: vndè Gandauenſes. Brugæ. Doncherchum. Tornaeum. Grauelinga. Duacum; cum alijs viginti quatuor.

In Brabantia.

Antuerpia. Bruxellæ. Louanium. Buſcoducum. Niuella. Mechlinia. Traiectum, cum alijs nouendecim.

In Hollandia. V. *Batauia.*

In Zelandia.

Zirizęa. Fliſſinga. Middelburgum. Aremunda, cum alijs oppidis.

In Geldria.

Nouiomagum. Ruremunda. Zutphania. Arenacum, cum alijs opp.

In Arteſia.

Atrebatum, Fanum S. Audomari. Bethunia. Arie, & Bapalma, cum alijs.

In Hannonia.

Montes. Valencenæ. Landreſium. Condatum, cum alijs.

Apud Leucos populos, qui ſunt Ducatus Lutzemburgenſis, Tullus, & Naſium oppida inſignia. Vogeſus, mons eſt. .... ardua ripa Vogeſi. *Luc.* 1. *Pharſ.* In reliquis conſule *Coſmographos Ortellium, Mercatorem, Cluuerium, & alios.*

Mo-

Moſa, fluu. Belgicæ Galliæ ex Vogeſo monte non procul à Lingonum finibus profluens per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum lambens tandem in finibus Batanorum accepto Rheno, in Oceanum ſe exonerat: meminit *Plin lib.4.cap.14. & 15. Corn.Tac.lib.2. & 20. & Caſ. de bello Gallico*.

Populi in Belgia, vt olim referuntur ab hiſtoricis, plurimi fuere.

Morini, pop. inter Belgas ad Oceanum Britannicum Caletibus, & Neruijs vicini. Extremi homines. *Virg. 8. AEn.* quòd ad extremum eſſent Europæ Septentrionem verſùs, quorum opp. Teruanna,& portus Geſſoniacus,qui antea Itius, & poſtmodum Bononia, vulgò *Boulogne*.

Neruij. V. *in Gallia deſcript.* quorum oppida Bagacum,nunc *Bauay*: & Cameracum,nunc *Cambray*.

Taxandri, nunc eſt Zelandia, ac Brabantiæ pars inferior.

Menapij: reliqua eiuſdem Brabantiæ pars, & item Geldriæ ad Rhenum vſque, quorum oppida: Caſtellum Menapiorum in Moſæ ripæ, nunc *Keſſel*.

Ambiani, quorum oppidum Somanobriga, & Ambianum,vulgò *Amiens*.

Bellouaci,quorum opp. Cęſauromagus.

Caletes,quorum opp. Iuliobona,nunc Diepe.

Volocaſſij, quorum opp. Rotomagus, nunc *Roan*: qui tamen ſub Gallorum Regis ditione ſunt hoc tempore,vt alij multi,qui in Belgica, olim Gallia, recenſebantur.

Atrebates,quorum opp. Nemetacum,nunc *Arràs*.

Eburones,Codruſij,Segni,Celeſij,Pœmani, qui poſtea Tungri,vel Tungrenſes ſunt dicti, quorum opp. Atuatuca, nunc *Tongeren*.

Veromandui,quorum Auguſta Veromanduorum.

Sueſſiones, quorum Auguſta Sueſſionum, nunc *Soiſons*. Siluanectæ, quorum Auguſtomagus Rhemi,quorum Durocortorum,nunc *Reims*.

Treuiri. V. *ſuo loco*.

Mediomatrices. V. *Lotharingia*. Lingones,quorum Andomatunum, nunc *Langres*. Sequani, quorum Veſontio,nis, &c. & alij,de quibus conſule *Coſmographos ſupra laudatos*.

Synon.

Belgæ,arum. Gens Belgica. *Poet.* Belgica regna, rura,tecta,tellus,humus,littora, &c. Sicambri, quamvis ad reliquos Galliæ populos nomen etiam pertinet. Gens aſpera Belgæ. *Mant.* Belgarumq́; niues, vaſtiq; procellas Æquoris ſubiret. Sæui gens aſpera Rheni. *Pamphil.* quod horum regionem madefacit,eoſq; à Germaniæ populis diſcriminat.

Ditior accola Rheni. Lingones. V. *ſup.* Sequani. V. *Burgundia*, Sequana gens. *Luc. 1.Pharſ.* Britanni; nam inferiorem quoque Britanniam accoluit.

BELIDES.

Dictæ fuere quinquaginta fœminæ Danai filiæ,qui Beli filius fuit, vnde ab auo ipſæ Belides, p.c. dicuntur: quas cum quinquaginta Ægypti fratris filijs in matrimonium coniunxit pater,eo tamen iuſſu, vt prima nuptiarum nocte omnes viros ſuos interficerent:quod factum ab omnibus,Hypermneſtra natu minima excepta, quæ Lino, ſeu Lineeo ſponſo pepercit:à quo poſtea Danaus fuit interfectus, regno tum occupato. *V. Danaus*; quamobrem ea pœna apud Inferos dicuntur damnatæ, vt cribris aquam haurire numquam deſiſtant. *Ouid. lib. 3. & 10. met. & 4.* dicit. Moliriq; ſuis lethum patruelibus auſæ Aſſiduè repetunt, quas perdant Belides vndas.

Danai puellæ. *Horat.3. od.11.* Dum grato Danai puellas carmine mulces. Impiæ ſponſos potuere duro perdere ferro. *Ibidem*. Danaides,à patre. *Sen. in Med.* Danai proles. *Tib. 1.3.* Et Danai proles Veneris,quod numina læſit In caua lethęas dolia portat aquas. Turba maritali perniciosa nece. *Pamphil.* Danai genus infame. *Hor.2. od.14.*

Cruentæ Ægypti Regis nurus. *Sen. in Herc.fur.* & *Ouid.* Vos quoque vrnis,quas foratis Irritus ludit labor. *Sen. in Med.* Virgineæ vrnæ. *Prop.2. eleg.1.* Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis Ne tenera aſſiduè colla grauentur aqua. Inter quas Danai fœmina turba ſenis. *Idem 2.22.* vbi fœmina dixit pro fœminea; ſunt qui legant plurima turba, &c. Sceleſtæ ſorores. Quæ fruſtra lymphas tentant retinere fugaces.

Quòd verò dolijs perforatis aquas ferre dicantur, hinc factum fortaſſe, quod Danaus primus in Græcia puteos reperiſſe fertur: quando antea ſiti vehementer laborabant, vnde *Sen. in Thyeſt.1.* Timentq; veterem nobiles Argi ſitim. Infame puellarum genus. Si fallo,pœna ſororum Infelix humeros vrgeat vnda meos. *Prop.4.12.*

Epith. Iniquæ,impiæ,miſeræ,ſceleratæ,cruentæ.

BELLARIA.

Liba. *Mart. & Ouid.3. faſt.* Liba Deo fiunt,ſuccis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Eſt enim libum genus dulciarij ex farre, caſeo, melle, & oleo. Adorea liba. *Virg.7. AEn.* nempè farracea. Circumlata diù menſis ſcriblita ſecundis. *Mart.3.17.* vulgò *croſtata* dici poſſet, niſi potius ſtreblita dicenda à voce Gręca.

Menſa ſecunda.*Ouid.* Poma agreſtia. *Virg.7.AEn.* Apponi enim ſolent in ſecunda menſa, vt bellaria. Munera menſæ ſecundæ. *Mart.5.79.* Dulces placentæ. *Idem*. Marcentes vuæ. *Ibidem*. nempè maturæ, Dulces epulæ. *Sil.It.7.*

Spor-

Sportula: aſſumitur etiam à *Martiale* pro cibo, aut donario, quod in clientes, & ſalutatores erogabatur. *Mart.* 3. V. *Munera*. Tragemata. *Macrob.*

Pyra, oliuæ, ſiliquæ, quæ ceratia, dicuntur etiam vulgò, *carobe*, Tuberes. Poma, Pruna, Perſica, Nuces, Mora, Meſpila, Mala punica, Mala, Ficus, Paſſæ vuæ, Caſtaneæ, Ceraſa, Cappares, quæ intures, Armeniaca, & huiuſmodi fructuum nomina, qui in ſecunda ferè apponuntur menſa. Menſæ ſecundæ bellaria. Secundaria fercula.

Hypotrimata: ſunt propriè bellaria arida, cuiuſmodi ſunt hodie ſaccharata in vſu, olim ſuperfundi nuptis nouis, & ſeruis manumiſſis cum ſoſpitatis, & felicitatis augurio ſolita, *Confetti in ſcatole*. Irritamenta gulæ. Coluthea: Bellaria interpretatur *Lambinus in Plaut. Perſ.* alii dicunt inter arbores recenſeri, cuius fructus à Mauris, ſena, vocetur. V. *fructus, & Poma*.

Dulciaria opera, quæ ex farina, melle, ſiue ſaccharo conficiebantur, quorum olim, vt nunc etiam, erant infinitæ figuræ, vt placentæ, ſcriblitæ, cruſtulæ, lucunculi, hami, lacertuli, ſpicæ, globuli, enchyta, circuli, liba, &c. *ex Caſaub.*

BELLATOR.

Acer in armis. Studijs aſper belli. *Virg. 1. ÆEn.* Superbus bello. *Ibidem.* Gens intractabile bello. *Ibid.* Gens bello egregia. Potens armis. *Idem.* Nec bello maior, & armis. Inclytus. Maximus armis. Forti pectore, & armis. Inſuperabilis bello.

Ferox equis. *Horat.* ideſt eques. V. *ſuo loco*. Fortis, & hoſtium victor. *Idem*. Bello furioſus. Bello expertus, & armis. *Virg. 7. ÆEn.* Idoneus pugnæ. *Horat.* Sciens. *Id. 1. 15.* Robuſtus acri militia. *Idem.* Bello clarus. *Virg. 6. ÆEn.* prclarus. *Idem 8. ÆEn.* vtilis. *Hor. 1. od. 12.* ferox. Ingentior armis. *Virg. 11. ÆEn.* Ingentemq; animis, ingentem corpore, & armis. *Ibidem.* Non ſolùm telis vtilis ille fuit. *Ouid.*

Miles. V *ſuo loco, vbi multa*. Bellis acer. *Virg. 10. ÆEn.* aſſuetus. *Idem 9. ÆEn.* Ambo animis ambo inſignes præſtantibus armis. *Virg. 11. ÆEn.* Proles bello prclara. *Idem 12. ÆEn.* Bellantes iuuenes, & duro Marte cadentes. *Ibidem.* Quid ſi militiæ iam te puer inclyte primæ Clara rudimenta, & caſtrorum dulce vocaret Auſpicium. *Stat. lib. 5. ſil. 2.* Cui tota ſub armis, Sub clypeo, & galea vita peracta fuit. *Beroald.* Stirpis inuictæ genus. *Sen. in Oed.* Ille erat aſſiduæ ſęuis agitatus in armis. *Ouid. 1. triſt. 1.* ideſt verſatus. Belligerę gentes. *Idem 3. triſt. 11.* Prelijs audax. *Hor. 1. od. 12.* Viri militares. *Sen. in Troad.* Armis preſtans. Marte grauis. Acerrimus armis.

Bellicoſus. Fortia bello pectora Sunt animi, & rebus ſpectata iuuentus. Expertos bello iuuenes. Sunt membra accommoda bello. Acer erat, belloq; ferox, ad vimq; paratus. Armorum præſtans, animiq;. *Virg.* V. *Belliger, vbi multa.*

BELLEROPHON.

Glauci Regis Ephyræ filius, qui inclyto decore conſpicuus, & virtute, à Stenobœa Prœti vxore fuit ad malum prouocatus, ſed ipſe hoſpitalis Dei veritus iram, fœminam repulit, quæ verita, ne prius detegeretur, apud virum innocentem iuuenem accuſauit, qui hoſpitij gratia illius miſericordia motus, vel ne ipſe iuuenem ſuis conficeret manibus, datis codicillis ad Iobaten, ſiue Adiunarcem ſocerum in Lyciam tranſmiſit interficiẽdum. At ille in vltionem iuuenem ad Solymos, ſiue Caledonas domandos miſit, quibus domitis, denuò ad Chimeram ſuperãdam ire iuſſit, quam Pegaſi Neptuni beneficio irruentis auxilio domuit; quam virtutem Iobates admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte dedit vxorem, à qua filios ſuſcepit Lyſandrum, Hippolychum, & Laodamiam. Stenobœa verò agnito hoc, mortem ſibi conſciuit, verita ne pateret iniquitas. At Bellerophon ſucceſſu feliciſſimo in ſuperbiam elatus, cùm in Cęlum vectus Pegaſo conaretur euadere, immiſſo à Ioue œſtro, equo excuſſus in campum quemdam decidit, qui poſtea Aleius dictus eſt; at Pegaſus à Ioue inter ſidera relatus. Lege *Hom. 6. Iliad.*

Glauciades, à patre. Siſyphides, à Siſypho Rege corinthiorum fortaſſis auo. Hipponus, proprio nomine. *Lycophr.* poſtmodum Bellerophon dictus à quodam Bellero Corinthiorum primate, quem interfecit. Chimęræ ſuperator. Glauci proles. *Mant.*

Domitor Chimęræ. *Ouid. 1. triſt.* Iſthmiaco iuueni prę da Chimęra fuit. *Mant.* à Corintho patria. Qui victor ab oppreſſa redijt cum laude Chimęra Bellerophon, vt fortis eques ſuperare Chimęram, Et Lycij potuit ſternere monſtra ſoli. Rex Æolides, à *Graeu.* Chimęricida vir. *Ibid.*

Epith. Caſtus, fortis, bellator, tetricus, audax, inculpatus.

BELLONA.

Bellorum Dea, Martis ſoror, vxor, & auriga, dicta etiam Enyo Iouis filia, ab antiquis verò Duellona etiam dicta. Hæc Marti in bello eunti currum, & equos parabat: ab hac fuit inuentus arcus, quæ Gręcè Bellone dicitur. Huius Sacerdotes appellabantur Bellonarij, qui cultris ſe ipſos feriebant, & proprio numen pacabant ſanguine. V. *Tibull.* Romæ vicus Bellonæ fuit in alta ſemita, nempè in ſexta vrbis regione: Templum verò in nona regione ante portam Carmentalem fuit, ante quod columella, quę bellica dicebatur, ſuper quam haſtam traijciebant bellum indictu-

ri,

ri, vt ſcribit *Feſtus* : non procul fuit à Circo maximo. Dabatur etiam Senatus apud ædem Bellonę, plerumq; è bello redeuntibus Ducibus, & legatis exterarum gentium, vt ex antiquis patet hiſtorijs. Bellonæ deſcriptionem, ſiue Iconem habes apud *Q. Calabrum* apud *Græcos in Theſ.* Grecæ Poeſeos. Hæc autem, Mars, Pallas, & furiæ dicebantur Dij Pręſides belli.

Dea tetra cruore fœdata humeros. *Tryphiod.* Cędiſi inſatiabilis Dea. *Idem*. Mauortia coniux. *Val. Flacc.* 2. *Argon.* Bello metuenda virago. *Ouid.* Martis ſoror, nutrix. Crudelis Enyo. Belli pręſes maxima. Duellona, *vt ſup.* V. *Mars.*

BELLIGER.

Bellator. V. *ſup. vbi multa.* Miles. V. *ſuo loco.* Pugnaces animæ. *Stat.* 4. *Theb.*

Belligerantium munia.

Militarium cauſarum Generalis quæſitor, vulgò *Auditor Generale dell' eſercito*. Decurio, vulgò *Caporale*. Chiliarchus. V. *Tribunus: colonello*. Commiſſorum in equeſtri militia curator equitum commiſſarius, vulgò *Commiſſario Generale della caualleria*. Expeditę leuis armaturæ turma, *Compagnia di carabine*. Equeſtre vexillum, *Cornetta*. Labarum, ſiue Imperatorium vexillum *Cornetta del Generale*.

Militum ſtatio, *Corpo di guardia*. Stationarij milites, *Guardie*. Machinator bellicus, *Ingegnero*. A bellicis machinamentis. Machinali ſcientia clarus. Maiores ſclopetarij, *Moſchetteria*. Sclopetarij furcillis tubos librantes. Circitor, *Ronda*.

Inſtructor centuriæ, *Sergente d'vna compagnia*.

Inſtructor legionis, vulgò *Sergẽte d'vn terzo*. Equitum legatus, *Tenente della caualleria*. Equitum globus, *Truppa de' caualli*. Equitum manus. Parua equitum turma. Parua equitum manus, vel turma, vulgò *Truppetta*.

Bellatores honorarij, *Venturieri*. Inſpector vniuerſi exercitus, *Viſitator Generale*. Mercatores annonarij. Mercatores caſtrenſes.

Maiorum tormentorum libratores, *Bombardieri* : apud *Tacitum* enim libratores dicuntur, qui miſſilia eminus librando contorquent, ideſt *tirare à liuello*. Bombardarius, imperitè, & vulgò dicitur, *Bombardiero*. Pyxidiarius, dicitur à nonnullis recentibus hiſtoricis, *Archibugiero*.

BELVA, vel BELLVA.

V. *Beſtia*.

BELLVM.

Haſtarum tempeſtas. *Sophocl.* Equis gaudentes tumultus. *Æſchyl.* Horriſtrepi opera belli. *Q. Calab.* Ære grauis procella. *Opp.* Fata belli horrida. *Virg.* 11. *AEn.* Caſtra horrida. *Id. ecl.* 10. Prelium, & Prelia. Belli prelia. *Virg.* 11. *AEn.* Incendia. *Idem* 1. *AEn.* Inſania. *Idem* 7. *AEn.* Faces. *Bemb.* Fortuna. *Pont.* Nubes. *Virg.* 10. *AEn.* Funera. *Stat.*

Martis opus. *Virg.* 8. *AEn.* Horrentia arma. *Idem* 1. *AEn.* Certamina. *Idem* 12. *AEn.* Tumultus. Pugna. *Id. Ibidem*. Imago. *Idem* 8. Terror. *Claud.* 2. *in Ruf.* Sors. *Virg.* 11. *AEn.* Munus. *Pont.* Vis horrida Mauortis. *Sen. in Oed.* 1. Mars, figuratè. *Stat.* 4. *Theb. & alij*. Ferrum, figur. *Virg.* 11. *AEn.*

Certamen, & certamina. V. *ſuo loco*. Pugna. Res bellica. *Hor.* 4. *od.* 3. Tempeſtas, fig. *Virg.* 7. *AEn.* Belli tempeſtas. *Stat.* 4. *Theb.* Martius horror. *Claud.* 2. *de rapt.* Armorum peſtis. *Sil. It.* 14. Tumultus. *Stat.* 3. *Theb. & Virg.* Triſte diſcrimen. *Id. Stat.* 4. *Theb.* Et puluere belli flauentem ſordere comam.... *Ibidem.*

Turbulentum opus Martis. *Hom. Batroch.* Horribilis ſtrepitus Martis. *Anthol.* Ferreus fluctus Bellonæ. *Ibidem.* Imago maioris pugnæ. *Virg.* 12. *AEn.* Militia. Militiæ labor. *Ouid.* 1. *faſt.* Aſpera nubes belli. *Pind.* Bellona, Dea pro ipſo bello. *Claud.* Arma, figur. *Virg.* 4. *Georg.* Seditio. *Id.* 1. *AEn.* Acies, pars pro toto. V. *ſuo loco*.

Sęuit amor ferri. *Virg.* 7. *AEn.* Hæc vires erraſſe tuas, campoq; foroq; : in campo dixit, pro in bello. *Ouid. in epiſt. ad Liu.* Bellorum rabies, & necis atra manus. *Anger.* Fortunæ ludus. *Horat.* 2. 1. Periculoſæ aleæ plenum opus. *Ibid.* Punicus furor : Bellum Punicum ſignificat. *Mart.* 6.

Armorum rabies. *Lucan. lib.* 1. *Pharſ.* Ferriq; poteſtas. *Idem*. Ferri malus amor. *Sen. in Thyeſt.* Fluctuat omnis ære renidenti tellus, Nec dum horrida miſcent Prelia ſed dubius medijs Mars errat in armis, Nubes puluerea bellorum. *Stat.* 5. *ſilu.* 1. *Virg.* Non belli tentare vices. *Idem* 10. *Theb.*

Epith. *ex Græc.* Triſte, horribile, luctuoſum, tumultuoſum, inſanum, lacrymabile, cruentum, generoſum, *ex Latin.* Funereum, mortiferum, exitiale, ſæuum, immane, aſperum, ferreum, furibundum, pernicioſum, atrox, armiſonum, lethiferum, anceps, &c.

Belli cupido.

Martius ardor. *Pont.* Bellandi ardor, amor, &c. Ferri languebat amor. *Sil. Ital.* 4. Martis amor. *Stat.* 4. *Theb.*

Bellum Ciuile.

Mars Ciuilis. *Ouid. epiſt.* 6. Bella ciuica. *Idem* 1. *de Pont.* 3. Seditio in populo. *Virg.* 1. *AEn.* Diſcordia inter ciues. *Idem* 12. *AEn.* Arma ciuilia. *Luc.* 1. *Pharſ.* Cognatæ acies. *Ibidem.* Quis furor, ò ciues. *Ibid.* Turbæ rixantes. *Iuuen ſat.* 15. Acies ciuilis. *Ouid.* 7. *met.* Tela domeſtica ſeditione. *Iuu.* 15. Ciuiles inimicitiæ, *ex Horat.* Ci-

Digitized by Google

Ciuilis Erynnis. *Stat.5.ſilu.3.*

Ciuilia claſſica. *Claud. 2. in Ruf.* Ciuili conuerte tuba. *Id.1. de rapt.* Impia prçlia. *Hor.2. od.1.* Ciuica ſeditio. *Maſcul.* Ciuilis acies. *Ouid.7. met.* Arma ciuica. *Idem 1.faſt.* Motus ciuicus. *Hor.2.od.1.* Rabies ciuica. *Idem 3.24.* Furor,& vis ciuilis. *Id.4.15.*

Ciuilia buſta. *Prop.2. eleg.1.* Nam quoties Mutinam,& ciuilia buſta Philippo,Aut canerem Siculæ claſſica bella fugæ: buſta dixit,nempè clades. Spargereq́; alterna communes cęde penates, Et ferre ad patrios prçmia dira lares. *Id.2.22.* Ciuiles dextræ. *Luc.1 Pharſ.* Ciuile nefas. *Sen. in Oedip.* Belli ciuilis Euyo. *Mart.6.* Cladis mutuæ malum. *Sen. in Thyeſt.* Arma ciuilis belli eripuere.

Bellum nauale.

Claſſica bella. *Prop.2.1.* Bellica nauis. *Idem 12.* Non ferrum crudele viros, neque bellica nauis, Nec noſtra Actiacum verreret oſſa mare, Dumq́ne parat ſçuis ratibus fera prçlia Nereus. *Mart. in Amph.* Naumachiam intelligit. Naumachia, in qua præliares ludi exercebantur. Pugna naualis. Bellum nauale. Nauale certamen. V. *Claſſis.*

Bellica inſtrumenta.

Inſtrumenta necis. Muros dirimentia. Machina bellica. Fulmineos iaculantia globos.

Epith. Crudelia, immania,ſæua,dura,dira,atrocia.

Vomentia lethales glandes: ad tormenta ſpectat minora, vulgò *Archibugi*. Firmos ſternentia muros. Igne ſulphureo rapidos iacientia globos. Tormentum murale. Machinæ ſaxa rotantes. Murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmina tanti Diſſultant crepitus: Bombardarum deſcriptio. V. *inf.*

Aries. V. *ſup.* Balearica. V. *Catapulta*. Baliſta. V. *ſuo loco*. Bombarda. V. *inferiùs.*

Malleolus,qui etiam Vulcanus immanis;ſunt enim Malleoli manipuli Spartei pice, & ſulphure illiti, qui inflammati de muris in hoſtes deuoluuntur incendendi gratia. Stupea flamma, dicitur etiam à *Virgil.lib.8. AEn.* & Picis calidæ peſtis, dicitur à *Sil. Ital. lib.14. v.305.* & Ardens lampas. *Ibidem.* Malleolus multo concepit ſulphure flammam, Vulcanumq́; rotans ingenti nubila tractu Diuidit.....

Onager, & Scorpio: machina, cuius componendæ rationem pete ab *Ammiano lib.23.* Tunc onager vaſti iaculatur pondera ſaxi Fulminis in morem....

Turris, ſiue Caſtellum, quod ex lignis fiebat mobile,& ad muros vrbis admouebatur. Lege *Sil.It. 14.v.301.* Teſtudo. V. *ſuo loco.*

Vinea, oppugnatoria contabulatio diſpluuiato tecto: porrò vineæ machinæ erant ex lignis leuioribus coagmentatæ pedes octo latæ,ſeptem altę, ſexdecim longæ;quarum tecta munitione duplici tabulis, cratibusq́; conſtabant, latera etiam vimine ſepiebantur, ne ſaxorum, ac tormentorum impetu perrumperentur, & ne ignibus illatis comburerentur crudis, ac recentibus corijs, ac centonibus operiebantur, ſub quibus multiplicati, atque inter ſe ordine coniuncti milites ſubſidentes tuti erant ad fundamenta murorum ſubruenda. Vinea muralis, valida: Mox adoperta leui procedit vinea terra,Sub cuius pluteis, & tecta fronte latentes, Moliri nunc ima parant, & vertere ferro Mœnia.... *Luc.3.Pharſ.* Dumq́; aries cornu murum pulſabat aheno Vinea inductum longa tegebat opus. *Prop.4.11.* Nunc autem dici poteſt etiam vinea:

Obſidionales acceſſus,vulgò *aprocci*, ideſt Obſidionales viæ; obliquo ductu ad foſſores, militesq́; tegendos. Operum appropinquationes ſinuato itinere ad declinanda hoſtium tela.

Tranſuerſariæ foſſæ: per quas funditores propiùs mœnia ſubeunt, egeſtæ terræ aggere tectis.

Selopus, ſiue ſclopus. *Perſ.* transfertur ad minora bombardarum genera à fictitio ſono, qui complofis buccis editur, vulgò *Archibugio*, quem; Manuale tormentum alij nuncupant.

Murices. *Q.Curt.* Tribuli,ſiue Triboli. *Veget.* Machinulæ ferreæ tetragonæ aculeis extantibus infeſtæ, quę ſpargi ſolent aduersùs hoſtiles irruptiones.

Helepolis. *Vitr.* Obſidionalis machina ab expugnandis vrbibus nomen adepta,de qua lege *Ammian. lib.23.*

Ericius. *Saluſt.* Machina militaris vndique præpilata, ac verutis binos pedes longis horrens, aut ferreis clauis extantibus. Lege *Lipſium*.

Plutei. *Veget.* militari opere tabulata quædam in vnam deuexa partem compluuijs ædificiorum ſimilia cilicijs, crudisq́; corijs intecta. Fiebant autem ad ſimilitudinem caſſidis è vimine contexto cilicijs, & corijs,vt diximus,protegebantur, ternisq́; rotulis,quarum vna in medio, in capitibus duæ ponebantur, in quamcumque partem quis vellet, flectebantur, mœnibus admouebantur more carpenti, quos Pluteos ij, qui vrbem aliquam obſidebant muris applicantes, eorum munitione tecti,ſagittis, ſeu fundis, & miſſilibus defenſores de propugnaculis vrbis exturbabant.

Inſtrumentum bellicum ad naues ſublime eleuandas, & in vrbem ex portu ſubtrahendas aptum, cuius inuentio Archimedi Syracuſano refertur in Syracuſarum obſidione adhibiti deſcribitur à *Sil.It.14. v.321.*

Arma. V. *ſuo loco,vbi plurima.* Bipennis haſta,vulgò *Alibarda.*

Caſtrenſia tuguria, *Baracche.*

Tormenta obſidionalia, ideſt *cannoni da batteria*. Maiores ſclopi, *moſchetti*. Tubi furcillis librari ſoliti, *ex Fam. Strad.* Pyloclaſtrũ, vulgò *pettarde*. Fiſtula ferrea, *piſtola*. Thorax ſolidus, fiduſq; contractum maioris ſclopi, *petto à botta di moſchetto*. Thorax ab ictu ſclopi maioris innoxius. Puluis bellicoſus, vulgò *poluere di archibugio*. V. *Bombarda*.

Lorica, prętet propriam ſignificationem, de qua *ſuo loco*, metaphoricòs ſumitur pro alijs ad bellum ſpectantibus. Loricæ vimineæ, quas vulgò *gabbionate*, nuncupamus, & hæ Corbes, & Corbium, ſiue ciſtarum obiectus; ſunt quibus ſeſe ab hoſtilium tormentorum ictibus defendunt librarores maiorum tormentorum. Lorica poſt circirorum viam, *ex Fam.* vulgò dicuntur *parapetto, ò trinciera*. Suggeſtus tormentarius, vnde tormentis verberatur oppidum obſeſſum, vulgò *batteria*. Tormentorum ſedes. Tormentaria tribunalia.

Mœnium ruinæ, cum tormentis verberati vrbis muri corruunt, vulgò *breccia*. Rudere complanata foſſa.

Cęcæ cryptæ, dicuntur loca, vbi furtim latent milites, hoſteſq; vexant, vulgò *Caſe matte*. Imæ cryptæ ad latem propugnaculorum.

Contrarius cuniculus. V. *Cuniculus*, vulgò *contramina*, cum hoſtium cuniculos noſtris cuniculis opprimimus. Trãſuerſus meatus, *Fam. Str.* Foſſa, V. *ſuo loco*. Foſſæ pars mœnibus aduerſa, *contraſcarpa*. Interiecti muri lorica, vulgò *cortina*. Tumulus mœnibus impoſitus, vnde aggreſſores obſeſſi iaculantur, tormentiſq; arcent ab expugnatione, vulgò *caualiere*.

Equi ſarcinarij, dicuntur *Caualli da bagaglio*. Ludicræ decurſiones, *gioſtre*. Voluptuariæ pręliorum ſimulacra. Ludus Troius, ſiue Troianus, olim. V. *ſuo loco*. Semilunare munimentum, *mezza luna*. Foſſæ labrum, vel margo, *orlo della foſſa*. Planiformæ propugnaculum, *piattaforma*. Roſtrum propugnaculi, *punta del baloardo*.

Receptacula militum, dicuntur *ridotti*. Subſidia. Subſidiarię copiæ, *rinforzi*. Internus receptus. Perfugia ſecundaria, *ritirate*. Portæ munimentum, *riuellino*. Moles portæ prętructa. Propugnaculum paullum à mœnibus abiunctum.

Ima muri decliuitas, vel curuatura. Murus à ſummo leuiter inflexus, *ſcarpa della muraglia*. Ducta humi pulueris linea, vulgò *ſeminella*, quo indicio amicis militibus aliquid demonſtratur, vel per inſidias hoſtis allicitur in fraudes. Inopinatæ eruptiones, *ſortite cieche*.

Terrea munitio, ſiue terreum munimentum, vulgò *terrapieno*: & Locus humo congeſtiria firmatus. Tranſuerſa ſepimenta, *trauerſe*. Agger militaris, vulgò *trincea*. Foſſa è terræ aggeſtu in alterum labrum altior, ac munitior. Caſtrenſe vallum, ſiue ſeptum, vulgò *trincea intorno à gli alloggiamenti*. Sępes militaris, vulgò *trincea attorno al luogo aſſediato*.

Res cibaria, quam nos dicimus militarem annonam, vulgò *vettouaglia*.

BENACVS.

Lacus, è quo naſcitur Mincius in Gallia Tranſpadana, *Lago di Garda*, non procul à Verona, & ab agro Brixiano; quem aiunt aureas arenas euoluere; & illis nutriri piſces, quos carpiones nuſquã alibi repertos appellant. Huius meminit *Virgilius lib. 2. Georg. Bembus* autem carmen hoc titulo, ſcilicet Benacus inſcripſit, quo Gibertum Epiſcopum ſummè laudat; ſic dictus ab oppido, quod hic olim, cuiuſq; hodie cernuntur veſtigia. Hic lacus, vt ſcribit *Alexius Vgonius*, optimis piſcibus alijs pręſtat; amœniſſimis collibus circumſeptus, vndique fontes ſcatent; hac illac nemora, prata virentia, vineæ, oliueta, & huiuſmodi neceſſarijs omnibus referta, lacum in coronæ modum cingunt.

Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino. *Virg. 2. Georg.* Vnda Benaci. *Polit.* Nuncius vt vitreas Benaci vectus ad vndas. *Bemb.* Benaci *Idem.* Benaci fluctus, gurges. *Pont.* Lydius lacus. *Catull.* à Lydis, ideſt Tyrrhenis, qui agros illos coluiſſe putati ſunt.

BENEFICIVM.

Munus: munus habere Dei. *Ouid. 1. triſt.* Benefactum. *Catull.* Benefacta. Gratia veteris facti. *Virg. 4. AEn.* Benignitas. *Hor. epod. 1.* Meritum. *Virg. 9. AEn.* Officium. *Catull.* Officij gratia. *Ouid. 2. de Pont.* Meriti gratia. *Ibidem.* Munera infixa medullis. *Id. 1. triſt.*

Dono Diuum. *Virg. 2. AEn.* Promeritum. *Ouid. 4. faſt.* Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum. *Id. 7. met.* Fauor. Signa fauoris. *Ouid. 3. triſt. 5.* Meriti veſtri gloria. *Id. 3. Pont. 2.* Ad veſtri venio iure fauoris opem. *Id. 3. Pont. 4.* Veſtro ſi munere tellus. *Virg. 1. Georg.*

BERECYNTHIA.

Quæ etiam Cybele dicitur Deorum mater à priſcis habita à monte Phrygiæ Berecyntho, in quo maximè colebatur. V. *Cybeles, ibiq; fabulas*.

Mater Deum. *Ouid. 1. de Pont. 1.* Cybeleia mater Concinitur Phrygijs exululata modis. *Idem 1. de art.*

BERENICE.

Ptolomei Philadelphi Ægyptiorum Regis, & Arſinoes filia, quæ Ptolomęo Euergeti fratri nupſit, qui cùm in Aſiam expeditionem ſuſcepiſſet, Berenice, ſibi crimen detonſuram, vouit, ſi saluus reuerſus fuiſſet, quo incolume reuerſo, abſciſſã, quam deuouerat comam in templo Veneris conſecrauit, quæ cùm poſtridie non apparuiſſet ęgrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus in Regis

gratiam adulatoriè inter ſidera collocatam dixit, ſeptem ei figura vacuas ſtellas ad Leonis caudam oſtendens, in quas Berenices crinem mutatum aſſerebat. V. *Catullum de coma Berenicis*.

Vertex Bereniceus. *Catull. in coma*. Cæſaries è vertice Bereniceo. *Idem*. Exuuiæ deuotæ flaui verticis. *Ibid.* Coma Berenices. Arſinoes Chloridos filia. Ptolomei coniux.

Berenices alia quoque fuit Ptolomei Lagi vxor, & Regina Ægypti, à cuius nomine Ptolomeus Philadelphus eius filius inſignem vrbem, quam in ſinu Arabico condiderat Berenicem appellauit. Lege *Plin. lib. 6. cap. 29.*

Aliæ quoque Berenices, de quibus nihil ad nos.

Berenicis, dis: tractus Africæ Cyrenaicæ, qui eſt circa Berenicem vrbem. *Luc. lib. 9.* . . . . nam quicquid puluere ſicco Separat ardentem trepida Berenicida Lepti Ignorat frondes . . . .

BESTIA.

Fera. V. *ſuo loco, vbi multa*. Animas: animantes. Armentum. Animal. Brutum. Errans montibus altis. Errans per incultos campos, virideſq; receſſus. Cetera diuerſis tellus animalia formis Sponte ſua peperit. *Ouid. 1. met.* Plurima cultores verſis animalia glebis Inueniunt. *Ibidem.*

Bellua, & belua ſimplici, l. Paſſim per opaca vagantes Luſtra, &c. Contra tela furentes. Luſtra peragrantes deuia. Canum latratibus actæ. Siluaq; montanas occulit alta feras. Rabiemq; frementes Deſeruere feræ. Pecus, & pecudes. V. *Grex*. Soliuagis vmbroſa feris habitacula quondam Deueniunt.

Epith. Vilis, fœda, vaga, turpis, herbatica, dira, crudelis, ſæua, immanis, ferox, hirſuta, errans, indomita, minans, fremens, &c.

BETHVLIA.

Galileæ inclyta vrbs in monticulo ſita, fontibus paſſim abundante, qui per totam ferè cernitur Galileam; fuit autem celebratior ob ciuem Iudith inter Hebreas matronas celeberrimam, quæ ſopitum ebrietate Holophernem, qui vrbem cum ingenti Aſſyriorum exercitu, centum ſcilicet, & viginti millium peditum, ac viginti duorum millium equitum obſederat, obtruncauit, caputq; exciſum de Bethuliæ muris ſuſpendit. Lege *Iudith, & Ioſephum de antiquit.*

Vrbs clara Iudith. Holopherniaca vrbs, ob Holophernem ibi interfectum. Holopherni ſepulcrum. Aſſyriis expleta bonis cum Nympha tyrannos Excidit gladiis ingenioſa caput.

BETHLEEM.

Nempè domus panis, quæ & Lehem, ſeu Lahem, & Ephrata dicta fuit ab vxore Caleb, in qua Dauid ſanctiſſimus Hebræorum Rex natus fuit, vnde ipſius ciuitas appellata: Chriſti tamen Saluatoris noſtri natalibus inſignior, in tribu Iuda ſexto ab Hieroſolyma ſita lapide. Nomen autem Bethleem obtinuit à Iacob, quando ibi ſua pecora pauit: quam poſtea vrbem nobiliſſima ex Gracchorum familia, ac ſanctiſſima Paula monaſteriis auxit; vnde haud longè poſita erat cellula, in qua D. Hieronymus manſit, in diuerticulo nempè, quo ibatur ad Regis Archelai tumulum: ſcribitur etiam Bethlehem.

Bethlehemis terra, humus. Bethlehemica rura, tecta, mœnia. Bethleemitica arua. Antra Bethleemi. Bethlemum. Bethlehemum. Arua Bethlema. Bethlemitica rura. *D. Hieron.* Bethlemite antrum. *Idem*. Bethlemitis tellus.

BIAS. V. *Sapientes*.

BIGÆ. V. *Currus*.

BIBLIOTHECA.

Cuius inuentum variè tribuitur, vt inquit *Polyd.* alij enim Anaxagoram, alij Piſiſtratum bibliothecæ inuentores fuiſſe tradunt. Sed hoc ab Hebreis ad Græcos traductum veriſimilius eſt. *Strab. lib. 3. Georg.* Ariſtotelem omnium primũ bibliothecam inſtituiſſe ſcribit. Pergami verò in Aſia bibliothecam præclariſſimam fuiſſe narrat *Plin. lib. 35.* à Regibus Pergami conſtructam. Aſinius Pollio Rome primam inſtituit bibliothecam, eodem *Plinio* teſte: in qua M. Varronis imaginem adhuc viuentis poſuit. Polycrates quoque Samius, Euclides Athenienſis, Niocrates Cyprius, Euripides Poetæ, alijq; apud veteres librorum multorum copiam congeſſiſſe dicuntur. Poſt illam verò omnium ſermone celebratam, quam Attalus, & Eumenes Pergami Reges conquiſitis vndique exemplaribus hœdinis chartis ibidem repertis conſtruxerunt; aliam Ptolomeus Philadelphus plus ducentorum millium voluminum in Alexandria diſpoſuit: quam verò M. Antonium Cleopatræ largitum fuiſſe nonnulli ad primum duraſſe bellum cum Auguſto aſſeuerant; quæ mox incendio abſumpta fuit. Idem quoque in Palatio bibliothecam inſtituit, cuius meminit *Horat. & Sueton.* Chriſtianis verò ſeculis Pamphylus martyr ingentem congeſſit bibliothecam, teſte *D. Hieronymo*. Noſtris autem temporibus Romæ inſigniores bibliothecæ recenſentur, Vaticana, que quidem voluminum multitudine adeò videtur aucta; vt cunctas veteres propemodum putetur excedere. Altempſiana, Sfortiana, quam nunc excidiſſe non ignoramus, Barberina, & aliæ non contemptibiles apud aliquas Religioſorum familias, vt Angelica apud Auguſtinianos, Philippina apud Presbyteros Congregationis Oratorij Romæ. Aliæ quoque in mundo celebriores: Hiſpana apud D. Laurentij in Eſcurial: Vrbina à Ducibus illius prouinciæ: plurimæ apud Germanos: Medicea, quæ

Fio-

Digitized by Google

Florentiæ inſignis habetur: & Malateſtæ Arimini apud Franciſcanos. Manuſcriptorum quoq; bibliothecæ nonnullæ celeberrimæ, vt apud Altempſianos Romæ, apud Gaddos Florentiæ, & aliæ, &c.

Scrinia, vt librariorum ſcrinia. *Cat.14. epig.* vbi reponuntur. Librorum ſcrinia, receptacula, tecta, ſedes, &c. Abacus. V. *ſuo loco*. Cùm tibi paruc liber ſcrinia noſtra vacent. *Mart.* 1. *ep.*14.

Officina libraria. V. *Liber*. Taberna libraria, ſiue librorum. Loculamentum: Repoſitoria librorum. Cella librorum, ſic, Cella libraria. Tecta librorum, ſic domus, ſedes, & huiuſmodi. Scripta Palatinus quæcumque recepit Apollo. *Horat.* Librorum loculi. Nidus, fig. de primo dabit, alterove nido. *Mart.*1.118.

Bibliopola, dicitur qui vendit. Bibliopegus, qui aſſuit. Typographus, qui imprimit libros. Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon. *Mart.* 4.72.

Bibliotheca decus poetis. Voluptas vrbis, ſpes adoleſcentium. Arma virtutis. Opulentia bonorum virorum, dicitur à Græco quodam. Amalthea, & Amaltheum, dicitur à *Cic.* Attici bibliotheca: *in lib.*1. *ad Att. epiſt.*8.

BILIS.

Hic vero Alcide furijs exarſerat atro Felle dolor. *Virg.* 8. *ÆEn.* Ira. Cholera. Bellerophontæa ſollicitudo. *Rutil.* Flaua bilis. Actis ira. Triſtia ſiue nigro felle tument viſcera. *Rutil. in Itin.*1. Nimiæ bilis morbus. *Ibidem.* Tela doloris ſæui. *Ibidem.* V. *Ira*.

BILBILIS. V. *Hiſpania*.

BIPENNIS. V. *Securis*.

BISTONIA.

Regio, & vrbs Thraciæ inter Neſſum, & Hebrum fluuios ita dicta, à Biſtone Martis, & Calliroes filio; vnde Biſtones, & Biſtonij Thraces dicuntur. V. *Thracia*. Lacum habet prope ſe, quem Biſtonium appellant; & Biſtonidem paludem, in qua natantia omnia demerguntur.

Biſtonia aqua: Feſſaq; Biſtonia membra lauatis aqua. *Ouid. in epiſt. Phill. ad Demoph.* Biſtonius lacus. Biſtonis, dis, patronimicum f. Biſtonis tellus, humus. Biſtones populi. Cicones, & Ciconum manus; populi Biſtoniæ finitimi. *Tib.*4.1.

BITHYNIA.

Minoris Aſiæ regio à Ponto olim Lagari amne interfluente diſtincta, poſt in vnam ſimul prouinciam ambæ redactæ hodie *Burſia* vocatur, Mithridatis quondam Regnum fuit. Vrbes verò celebriores.

Pruſa, ab Annibale, cùm ad ipſius prouinciæ Regem ab Antiocho defecit ſub Olympo condita ante captam Conſtantinopolim tyrannidis Turcicæ ſedes.

Nicomedia, in intimo ſinu multorum martyrum ſanguine purpurata, nec non plurium Sanctorum patria.

Nicęa, prope lacum Aſcanium, quę item ob primam poſt tyrannos Synodum clariſſima extitit. Ceraſus, opp. vnde ceraſa poma. Heraclea, quæ ad Pontum pertinebat.

Libyſſa, Annibalis ſepulcro celebris, hæc quondam Thracum è ſuis terris egreſſorum fuit ſedes, teſte *Claud.* Lege *Plin.* Amaſtris, vrbs. Apamia, ſiue Apamęa, vrbs ad Propontidem.

Chalcedon, vrbs, quæ iuxta Boſphorum Thracium ex oppoſito Byzantij, quam Megarenſes condidere, qui cęci iccircò appellati, quod non potius oppoſitum littus elegiſſent, in quo poſtea conditum fuit Byzantium tanto feliciore modis omnibus ſede, quod à Conſtantino auctum, Conſtantinopolis deindè dicta fuerit. Chalcedoni verò D. Euphemiæ natalibus, & Concilio generali celeberrima fuit.

Maryandinum, Regiuncula eſt Bythiniæ contermina Acherniſia ſpecu nobilitata, per quam Hercules Cerberum canem ad ſuperos traxiſſe dicitur, quem ferunt ibi virulentam ſpumam in ſaxis euomuiſſe, ex qua fabulantur aconitum generatum. Mariandyni, pop. qui olim, teſte *Herodoto lib.*1. Crœſi paruerunt imperio, Et Mariandynum patrias penetrauit ad vrbes. *Val. Flacc.*4. *Argon.*

Synon.

Bithynis, dos. *Ouid.*3. *eleg.*5. Inachus in media Bithynide pallidus iſſe Dicitur, & gelidis incaluiſſe vadis.

Ad cunctos tremebat Bebryciæ ſtrepitus arenæ. *Stat.*4. *ſil.*5. Bebrycium nemus, notum in Bithynia ob Amyci Regis feritatem in aduenas. V. *Amycus: Pollux*. Bebrycia gens. *Virg.* nempè Bithyni: nam Bithynia primùm Bebrycia, poſtea Mygdonia, deindè à Bithyno Bithynia nuncupata: incolæ verò Bithyni dicuntur, quòd à Thynis Thraciæ populis ortum traxiſſe putantur, vt ſentit *Strab. lib.*7. *cap.*12. Quod non obſcurè *Claud.* 2. *de rapt. Proſ.* Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithynica regna. Thynia. *Catull.* vnde Thynus, vt Thyna merce beatum, ideſt Bithynica merce. *Hor.*3. *od.*7. Bithyni campi. *Cat.* Niceæ ager æſtuoſæ. *Idem:* ab vrbe Nicæa, de qua ſuperiùs.

Mygdonia, ante dicebatur. *Solin.* V. *ſuo loco*. Mithridatica regna. Nicomedis regnum, regna, tecta, ſedes, imperium. Bithyni, pop. Bithyniæ gentes: Bithynicæ merces.

BIVIVM. V. *Via*.

BLANDITIÆ.

Blandimentum. *Mart.* Palpum. *Plaut.* Blan læ

mendacia linguæ. *Ouid.* Blandæ voces: blanda verba: blandula verba. *Tib.1.eleg.2.* Popiſma, ris, ad equos pertinet, nempe cum illis blandimur.

Blanda dicta. *Ouid.3.met.* Quam foueat blando deſidioſa ſinu. *Piſt.* Illecebræ dulces. Mixta blanditijs puerilibus oſcula. *Ouid.6.met.* Blandiloqua vox. *Sen. in Agam.* Irritamenta. Lenocinia: viſcus merus eſt veſtra blanditia. *Plaut. in Bacchid.*

Retia ſubdola, fig. Subdola famoſæ moneo fuge retia mœchæ. *Mart.2.47.* ideſt blanditias fraudolentas. Blandus ſermo. *Apoll.Arg.3.* Melliti ſermones. *Q. Calab.* Vox demulcens. *Triphod.* Vox blandita. *Idem.* Verba mollia. *Hom. Iliad.1.* Hinc verbis palpum obſtrudere mollibus.

Verbula fucata, & coquinaria. *Ariſtoph.* Blanditiæ molles, ſeu dulcia verba, Aureſq; iuuantia verba. Melliras Veneris, Sirenęaſq; caueto Blanditias. Plena cupidineę ca[r]mina blanditiæ.

Epith. Molles, argutæ, doloſæ, flagitioſæ, dulces, mellitæ, lenes, &c.

BLASPHEMIA.

Impia in aduerſos ſoluimus ora Deos. *Tib.3.el.5.* Inuocat iratos & ſibi quiſque Deos. *Ouid.3. de art.* Et rua ſacrilegæ laniarunt carmina linguæ. *Idem 1. de rem.* Dixerat inuicto quæ mala verba Deo. *Id. in Ibin.* Verba execrantia edidit. *Id.5. met.*

Quia magnos impia Diuos Lęſerit acta graui lingua furore mea. *Bemb.* Cogis & inſana mente nefanda loqui. *Tib.2.5.* Aſpera verba. *Idem 4.4.* Dicit in æternos aſpera verba Deos. Quid Deos probro aduocas. *Sen. in Agam. 3.* Hinc:

BLASPHEMATOR.

Sic fit in exitium, lingua proterua, tuum. *Ouid. in Ibin.* Lingua proeax in Deos. Liuida lingua. *Mantuan.* Effrenis in Deos lingua. Audes nympha Deum petulante laceſſere lingua. *Anger.* Nec lęſit magnos impia lingua Deos. *Tib.3.4.* Execrator. Qui profert execrabile verbum, dictum, &c. Deteſtator. Execrabilis lingua. Et dixit ſummo verba ſuperba viro.

BOEOTIA.

Gręcię regio tria maria Peloponeſſiacum, Siculum, & Adriaticum reſpiciens. Dicta quondam Aonia, & Meſſapia, & Cadmeis, à Cadmo Principe; Ogygia denique, & Hyantis, à Regibus Ogyge, & Hyante. Bœotia poſtmodùm dicta, vt nonnullis placet, à boue, quem Cadmus ſecundùm oracula inuenit; vel à Bœoto Ithoni filio Deucalionis, & Pyrrhę abnepote: quem paſtores ita nominarunt, quod in paternarum boum fimo volutaretur. Vtcunque eſt inſignis regio, & vrbe Thebarum, & Parnaſſo, & Helicone montibus Poetarum ingenio decantatis celeberrima. Non deeſt qui dicat hanc regionem è conſpectu eſſe Euboeæ inſulæ ab Attica Cytherone monte diſcreta; in qua

Vrbes inſigniores olim:

Aulis, dis, vrbs inſignis, & portus, in quo fuit ſtatio Grecorum in Teucros coniurantium. *Sen. in Agam.* V. *ſuo loco.* Orchomenos, vrbs. *Ouid.5. met.* Anthedon, vrbs, *de qua ſup. Id.7.met.* Ithònus, vrbs. *Catull. in Argon.* Quod tibi ſi ſancti conceſſerit accola Ithònį; vnde Ithònia, Ithon, Ithòne.

Pleuron, vrbs, quam Meleagriam epitheto nominat *Stat.4.Theb.* Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron: Quòd in ea Meleagri mater titionem fatalem filij combuſſit, quod ipſius Meleagri ſorores adeò doluerunt, vt miſeratione Deorum in aues fuerint commutatæ. V. *Meleagrides.*

Oechalia, vrbs, Euryti regia ab Oechalio fluuio eam præterfluente ita dicta. Hanc Hercules funditus euertit, cùm Eurytus pactam ipſi certaminis lege filiam Iolen tradere recuſaret, quam ille interfecto patre poſtea abduxit, caramq; habuit: meminit *Virg.8. AEn.* Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes, Troiamque, Oechaliamque, &c.

Aſcra, vicus Bœotiæ in aſpero, & ſterili loco in dextra parte Heliconis Heſiodi patria, qui hinc dicitur Aſcręus.

Leuctra, vicus Bœotiæ iuxta Theſpias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeòq; attriuit, vt imperium deinde reparare nequiuerint. Hinc Leuctrica pugna. Leuctrica monumenta.

Leuctricę puellę, ideſt Hippo, & Miletia, ſiue Theano, & Euexippe Scedaſij filię, quæ à quibuſdã Lacedæmonijs, qui apud eas hoſpitij cauſſa diuerterant vim paſſæ, doloris impatientia ſibi necem intulerunt. Re ciuibus ſuis detecta, eoq; in campo ſepultæ, in quo poſtea commiſſa fuit pugna, qua Lacedæmonij ſuperati fuerunt. Plateæ, vrbs ad confinia olim Thebanorum. Olenos, vrbs.

Montes.

Aracynthus, mons. *Virg.* celebris ob Amphionis, & Dirces fontem. Rupes Aracynthi. Prata cruẽtantur Zethi, victorq; canebat Pęana Amphion rupe Aracynthe tua. *Prop.3. eleg.13.* Helicon. Cytheron, montes. V. *ſuis locis.* Theumeſos, mons haud procul à Thebis. *Stat.4. Theb.* Parnaſſus, mons celeberrimus. V. *ſuo loco.*

Fluuij.

Cephiſus, fluu. V. *ſuo loco.* Nyriæ, fluu. *Homer. & Ouid.7.met.* Aſopus, fluu. V. *ſuo loco.* Sępè vago Aſopi ſonitu permota fluentis. *Prop.3.13.* Aſo-

p's

Digitized by Google

pis ripa: Hic iam diſperſos errare Aſopide ripa Lerneços equites. *Stat. 4. Theb.*

Iſmenus, fluu. qui Aulidem præterfluit..... tacitum ripa bibis Iſmenon... Hinc: Iſmenides vocantur accolę... Iſmenides ite frequentes. *Ouid. 6. met.* Quicquid Iſmenus rigat, Quicquid Cytheron vertice exceſſo videt. *Sen. in Herc. fur.* Bœotiæ regionem intelligit. Iſmeni loca, nempe fluuio irrigata. *Sen. ibid.*

Synon.

Bœotia tellus. *Ouid. 12. met.* Bœota loca. *Sen. in Oed.* Bœotica regna. Bœotę vrbes. *Statius lib. 4. Theb.* Hyantia, priſcè. *Plin.* vnde Hyantes ipſi Thebani dicti ſunt. Aonia. V. *ſup.* vnde Aones, & Aonij.

Arua Olenia. *Sen. in Oed.* ab Oleno oppido, propè quod Amalthęæ capra nutrita fuit, vnde Olenia nuncupata.

Panopes arua. *Ouid. 3. met.* ſic dicta à Panope Nympha marina.

Terra Cadmęis. *Thucyd.* à Cadmo, quæ homines armatos produxit è dentibus ſerpentis à Cadmo interfecti ſeminatis, qui vt primum è terra nati ſunt mutuis bellis, & vulneribus omnes ad quinque perierunt. V. *Sen. in Oed. ver. 732.* Bœotij agri. *Id. 1. Theb.* Bœotios colonus agros vberis tondes ſoli.

Thisbe, vrbs Bœotiæ à Thisbe Aſopi filia cognominata, columbis affluens. Aonius, Thebanus, Bœotius, a, um.

BOEMIA.

Germaniæ regio trium ferè dierum longitudine, totidemq; latitudine Hercynia ſilua, necnon montibus vndique cincta, Albi fluuio irrigata. Habet finitimos ab Eoo Morauos, ab Arcto Saxones: ab occidente Noricos: à meridie Pannoniam ſuperiorem, vel Auſtriam. Vrbes habet Pragam Metropolim recenti ſub Ferdinando II. Cæſ. victoria claram; Ægram, Marcomanniam, vnde Marcomanni belligeri quondam populi; Mutham, Crudiman, Litomeſſium, & alia, quæ à recentioribus Coſmographis recenſentur, ſed & hæc diffuſiùs in *Gerardo Mercat.*

Quadi, pop. Boemiæ: ſunt qui ſcribunt Bohemia. Marcomanni, pop. qui & ad Morauiam ſpectant, quæ Bohemię contermina eſt. Boemi, pop. Boemicus. Boemica regna, tellus, &c. Albis, fluu. qui Pragam Metropolin perſecat. Boemus amnis. Praga, vrbs, quæ etiam Caſurgis Thermæ Carolinæ, ſaluberrimis aquis celebre oppidulum.

BOMBYX.

Vermiculus fila ducens. *Clemens Alexandrinus* è bombyce verme exiſtere ſcribit hirſutam campen: inde *3. met.* nouum gigni fœtum inquit, qui bombylius voccetur, qui ſerica ſtamina telis aranearum ſimilia texendo trahat, vbi obſerua: Bombyx pro verme, maſculini generis eſſe; pro materia fęminini.

Bombycina veſtis. V. *ſuo loco.* Veſtis bombycinum, veſtimentum ex bombyce, quo vtuntur ferè Turcæ. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus. *Mart. 8. 68.* V. *paullò inferiùs:* Nebula linea. Tam lene nec bombyx pendulus vrget opus. *Ibidem ep. 33.* Bombycinus. Delicias, & panniculus bombycinus vrit. *Iuuen. ſat. 6.*

Mollis lana Æthiopum. *Virg. 2. Geor.* Quid nemora Æthiopum molli canentia lana, velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres, niſi fortaſſe intelligenda ſit de Goſſipio prima pars. *V. Frutex.* Coa veſtis. *Tib.* à loco, vbi multa huius copia. Sunt qui ſcribunt Cea. V. *infer. Cos.* Bombycum telæ. Bombycum tenuiſſima fila, vellera, &c.

Nebula linea. *Petr. Arb.* pro veſte ſatis tenui, ex qua dilucidè membra patent. Palàm proſtare nudam nebula linea: metaphoricòs, quamvis aſperiuſcula, ſatis tamen accommoda. Hinc *Horatius lib. 1. ſat. 3.* Cois tibi cernere penè eſt, vt nudam, & *Ouid.* Vellera mollibat nebulas æquantia tractu. Vt denudet veſtis fœminas. *Plin.* dixit, quia licèt cooperiant artus ob tenuitatem, tamen appareat, quod clariùs expreſſit *D. Hieron. ad Latam:* veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur. Tenui veſte perſpicua fœmina, *ex eod.* Textus pellucidus. *Tertull.* Nebuloſum Syrma. *Fulg. Mytholog. 1.* nempè tenue amiculum lineum, ſiue bombycinum, quod nec panni crebritatem, nec telæ denſitatem, ſed nebulæ raritatem ęmuletur, vt inquit *Turneb.* Veſtes vitreæ, per metaph. dici poſſunt vela ſerica. Carbaſei venti, texta pellucida, &c. è *Petronio Arbitro.*

Serica campe, nam campe vermis genus hortenſis eſt, ad cuius ſimilitudinem Bombyx naſcitur, qui ſericum ex ſe trahit. Folliculus, dici poteſt, quo bombyces includuntur, dum ſerica contexunt, vulgò *bozzolo.*

BOMBARDA.

Barbarum vocabulum pro tormento æneo, nunc vulgò *Arteglieria, cannone.*

Tormentum murale, *ex Virg. 12. AEn.* licèt enim tunc huiuſmodi tormenta non reperirentur, cùm tamen ad muros deijciendos nunc potiſſimùm vſurpentur, illorum inſtar nuncupari poſſunt. Ærea belli machina. *Poet.* Cauaq; æra coruſco Igne tonant, crebriſq; laceſſunt ictibus auras, Ac validis diſploſa ſonoribus aera complent. *Poet.*

Gaudiaq; exploſis centum teſtantur ahenis Tormentis. *Accurſ.* Imperat ingenti exploſi tormenta fragore Ænea. *Idem.* Abſtulit exploſis ingentibus ære cauato Saxis nigranti miſta cum pul-

mendacia linguæ. *Ouid.* Blandæ voces: blanda verba:blandula verba. *Tib.1.eleg.2.* Popiſma, tis, ad equos pertinet, nempe cum illis blandimur.

Blanda dicta. *Ouid.3.met.* Quam foueat blando deſidioſa ſinu. *Pict.* Illecebræ dulces. Mixta blanditijs puerilibus oſcula. *Ouid.6.met.* Blandiloqua vox. *Sen. in Agam.* Irritamenta. Lenocinia: viſcus merus eſt veſtra blanditia. *Plaut. in Bacchid.*

Retia ſubdola, fig. Subdola famoſæ moneo fuge retia mœchæ. *Mart.2.47.* ideſt blanditias fraudolentas. Blandus ſermo. *Apoll.Arg.3.* Melliti ſermones. *Q. Calab.* Vox demulcens. *Triphod.* Vox blandita. *Idem.* Verba mollia. *Hom. Iliad.1.* Hinc verbis palpum obſtrudere mollibus.

Verbula fucata, & coquinaria. *Ariſtoph.* Blanditiæ molles, ſeu dulcia verba, Aureſq; iuuantia verba. Mellitas Veneris, Sirençaſq; caueto Blanditias. Plena cupidineę carmina blanditiæ.

Epith. Molles, argutæ, doloſæ, flagitioſæ, dulces, mellitæ, lenes, &c.

BLASPHEMIA.

Impia in aduerſos ſoluimus ora Deos. *Tib.3.el.5.* Inuocat iratos & ſibi quiſque Deos. *Ouid.3.de art.* Et tua ſacrilegæ laniarunt carmina linguæ. *Idem 1. de rem.* Dixerat inuicto quæ mala verba Deo. *Id. in Ibin.* Verba execrantia edidit. *Id.5.met.*

Quia magnos impia Diuos Lęſerit acta graui lingua furore mea. *Bemb.* Cogis & inſana mente nefanda loqui. *Tib.2.5.* Aſpera verba. *Idem 4.4.* Dicit in æternos aſpera verba Deos. Quid Deos probro aduocas. *Sen. in Agam. 3.* Hinc:

BLASPHEMATOR.

Sic ſit in exitium, lingua proterua, tuum. *Ouid. in Ibin.* Lingua procax in Deos. Liuida lingua. *Mantuan.* Effręnis in Deos lingua. Audes nympha Deum petulante laceſſere lingua. *Anger.* Nec lęſit magnos impia lingua Deos. *Tib.3.4.* Execrator. Qui profert execrabile verbum, dictum, &c. Deteſtator. Execrabilis lingua. Et dixit ſummo verba ſuperba viro.

BOEOTIA.

Gręcię regio tria maria Peloponeſſiacum, Siculum, & Adriaticum reſpiciens. Dicta quondam Aonia, & Meſſapia, & Cadmeis, à Cadmo Principe; Ogygia denique, & Hyantis, à Regibus Ogyge, & Hyante. Bœotia poſtmodùm dicta, vt nonnullis placet, à boue, quem Cadmus ſecundùm oracula inuenit; vel à Bœoto Ithoni filio Deucalionis, & Pyrrhę abnepote: quem paſtores ita nominarunt, quod in paternarum boum fimo volutaretur. Vtcunque eſt inſignis regio, & vrbe Thebarum, & Parnaſſo, & Helicone montibus Poetarum ingenio decantatis celeberrima. Non deeſt qui dicat hanc regionem è conſpectu eſſe Euboeæ inſulæ ab Attica Cytherone monte diſcreta; in qua

Vrbes inſigniores olim:

Aulis, dis, vrbs inſignis, & portus, in quo fuit ſtatio Gręcorum in Teucros coniurantium. *Sen. in Agam.* V. *ſuo loco.* Orchomenos, vrbs. *Ouid.5. met.* Anthedon, vrbs, *de qua ſup. Id.7.met.* Ithònus, vrbs. *Catull. in Argon.* Quod tibi ſi ſancti conceſſerit accola Ithòni; vnde Ithònia, Ithon, Ithòne.

Pleuron, vrbs, quam Meleagriam epitheto nominat *Stat.4.Theb.* Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron: Quòd in ea Meleagri mater titionem fatalem filij combuſſit, quod ipſius Meleagri ſorores adeò doluerunt, vt miſeratione Deorum in aues fuerint commutatæ. V. *Meleagrides.*

Oechalia, vrbs, Euryti regia ab Oechalio fluuio eam præterfluente ita dicta. Hanc Hercules funditus euertit, cùm Eurytus pactam ipſi certaminis lege filiam Iolen tradere recuſaret, quam ille interfecto patre poſtea abduxit, caramq; habuit: meminit *Virg.8. AEn.* Vt bello egregias idem diſiecerit vrbes, Troiamque, Oechaliamque, &c.

Aſcra, vicus Bœotiæ in aſpero, & ſterili loco in dextra parte Heliconis Heſiodi patria, qui hinc dicitur Aſcręus.

Leuctra, vicus Bœotiæ iuxta Theſpias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeòq; attriuit, vt imperium deinde reparare nequiuerint. Hinc Leuctrica pugna. Leuctrica monumenta.

Leuctricę puellę, ideſt Hippo, & Mileria, ſiue Theano, & Euexippe Scedaſij filię, quæ à quibuſdã Lacedæmonijs, qui apud eas hoſpitij cauſſa diuerterant vim paſſæ, doloris impatientia ſibi necem intulerunt. Re ciuibus ſuis detecta, eoq; in campo ſepultæ, in quo poſtea commiſſa fuit pugna, qua Lacedæmonij ſuperati fuerunt. Plateæ, vrbs ad confinia olim Thebanorum. Olenos, vrbs.

Montes.

Aracynthus, mons. *Virg.* celebris ob Amphionis, & Dirces fontem. Rupes Aracynthi. Prata cruẽtantur Zethi, victorq; canebat Pęana Amphion rupe Aracynthe tua. *Prop.3. eleg.13.* Helicon. Cytheron, montes. V. *ſuis locis.* Theumeſos, mons haud procul à Thebis. *Stat.4. Theb.* Parnaſſus, mons celeberrimus. V. *ſuo loco.*

Fluuij.

Cephiſus, fluu. V. *ſuo loco.* Nyriæ, fluu. *Homer.* & *Ouid.7.met.* Aſopus, fluu. V. *ſuo loco.* Sępè vago Aſopi ſonitu permota fluentis. *Prop.3.13.* Aſo-

p's

pis ripa: Hic iam diſperſos errare Aſopide ripa Lernęos equites. *Stat. 4. Theb.*

Iſmenus, fluu. qui Aulidem præterfluit..... tacitum ripa bibis Iſmenon... Hinc: Iſmenides vocantur accolę.. Iſmenides ite frequentes. *Ouid. 6. met.* Quicquid Iſmenus rigat, Quicquid Cytheron vertice excelſo videt. *Sen. in Herc. fur.* Bœotiæ regionem intelligit. Iſmeni loca, nempe fluuio irrigata. *Sen. ibid.*

Synon.

Bœotia tellus. *Ouid. 12. met.* Bœota loca. *Sen. in Oed.* Bœotica regna. Bœotę vrbes. *Statius lib. 4. Theb.* Hyantia, priſcè. *Plin.* vnde Hyantes ipſi Thebani dicti ſunt. Aonia. *V. ſup.* vnde Aones, & Aonij.

Arua Olenia. *Sen. in Oed.* ab Oleno oppido, propè quod Amalthęæ capra nutrita fuit, vnde Olenia nuncupata.

Panopes arua. *Ouid. 3. met.* ſic dicta à Panope Nympha marina.

Terra Cadmęis. *Thucyd.* à Cadmo, quæ homines armatos produxit è dentibus ſerpentis à Cadmo interfecti ſeminatis, qui vt primum è terra nati ſunt mutuis bellis, & vulneribus omnes ad quinque perierunt. *V. Sen. in Oed. ver. 732.* Bœotij agri. *Id. 1. Theb.* Bœotios colonus agros vberis tondes ſoli.

Thisbe, vrbs Bœotiæ à Thisbe Aſopi filia cognominata, columbis affluens. Aonius, Thebanus, Bœotius, a, um.

BOEMIA.

Germaniæ regio trium ferè dierum longitudine, totidemq; latitudine Hercynia ſilua, necnon montibus vndique cincta, Albi fluuio irrigata. Habet finitimos ab Eoo Morauos, ab Arcto Saxones: ab occidente Noricos: à meridie Pannoniam ſuperiorem, vel Auſtriam. Vrbes habet Pragam Metropolim recenti ſub Ferdinando II. Cæſ. victoria claram; Ægram, Marcomanniam, vnde Marcomanni belligeri quondam populi; Mutham, Crudiman, Litomeſſium, & alia, quæ à recentioribus Coſmographis recenſentur, ſed & hæc diffuſiùs in *Gerardo Mercat.*

Quadi, pop. Boemiæ: ſunt qui ſcribunt Bohemia. Marcomanni, pop. qui & ad Morauiam ſpectant, quæ Bohemię contermina eſt. Boemi, pop. Boemicus. Boemica regna, tellus, &c. Albis, fluu. qui Pragam Metropolim perſecat. Boemus amnis. Praga, vrbs, quæ etiam Caſurgis Thermæ Carolinæ, ſaluberrimis aquis celebre oppidulum.

BOMBYX.

Vermiculus fila ducens. *Clemens Alexandrinus* è bombyce verme exiſtere ſcribit hirſutam campen: inde *3. met.* nouum gigni fœtum inquit, qui bombylius vocetur, qui ſerica ſtamina telis aranearum ſimilia texendo trahat, vbi obſerua: Bombyx pro verme, maſculini generis eſſe; pro materia fœminini.

Bombycina veſtis. *V. ſuo loco.* Veſtis bombycinum, veſtimentum ex bombyce, quo vtuntur ferè Turcæ. Fœmineum lucet ſic per bombycina corpus. *Mart. 8. 68. V. paullò inferiùs:* Nebula linea. Tam lene nec bombyx pendulus vrget opus. *Ibidem ep. 33.* Bombycinus. Delicias, & panniculus bombycinus vrit. *Iuuen. ſat. 6.*

Mollis lana Æthiopum. *Virg. 2. Geor.* Quid nemora Æthiopum molli canentia lana, velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres, niſi fortaſſe intelligenda ſit de Goſſipio prima pars. *V. Frutex.* Coa veſtis. *Tib.* à loco, vbi multa huius copia. Sunt qui ſcribunt Cea. *V. infer. Cos.* Bombycum telæ. Bombycum tenuiſſima fila, vellera, &c.

Nebula linea. *Petr. Arb.* pro veſte ſatis tenui, ex qua dilucidè membra patent. Palàm proſtare nudam nebula linea: metaphoricôs, quamvis aſperiuſcula, ſatis tamen accommoda. Hinc *Horatius lib. 1. ſat. 3.* Cois tibi cernere penè eſt, vt nudam, & *Ouid.* Vellera mollibat nebulas æquantia tractu. Vt denudet veſtis fœminas. *Plin.* dixit, quia licèt cooperiant artus ob tenuitatem, tamen appareat, quod clariùs expreſſit *D. Hieron. ad Lætam:* veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur. Tenui veſte perſpicua fœmina, *ex eod.* Textus pellucidus. *Tertull.* Nebuloſum Syrma. *Fulg. Mytholog. 1.* nempè tenue amiculum lineum, ſiue bombycinum, quod nec panni crebritatem, nec telæ denſitatem, ſed nebulæ raritatem æmuletur, vt inquit *Turneb.* Veſtes vitreæ, per metaph. dici poſſunt vela ſerica. Carbaſei venti, texta pellucida, &c. è *Petronio Arbitro.*

Serica campe, nam campe vermis genus hortenſis eſt, ad cuius ſimilitudinem Bombyx naſcitur, qui ſericum ex ſe trahit. Folliculus, dici poteſt, quo bombyces includuntur, dum ſerica contexunt, vulgò *bozzolo.*

BOMBARDA.

Barbarum vocabulum pro tormento æneo, nunc vulgò *Arteglieria, cannone.*

Tormentum murale, *ex Virg. 12. AEn.* licèt enim tunc huiuſmodi tormenta non reperirentur, cùm tamen ad muros deijciendos nunc potiſſimùm vſurpentur, illorum inſtar nuncupari poſſunt. Ærea belli machina. *Poet.* Cauaq; æra coruſco Igne tonant, crebriſq; laceſſunt ictibus auras, Ac validis diſploſa ſonoribus aera complent. *Poet.*

Gaudiaq; exploſis centum teſtantur ahenis Tormentis. *Accurſ.* Imperat ingenti explodi tormenta fragore Ænea. *Idem.* Abſtulit exploſis ingentibus ære cauato Saxis nigranti miſta cum

pul-

pulucre flamma. *Idem*.

Muralis machina, *ex Virg.* Interea horriſonis periit ærea machina bombis. *Codrus.* Machina terrifico quam fulminat ænea bombo. *Mirand.* Vulnificum medio plumbum cùm proruit ęre.

Muros quatiens machina. Martium fulmen. Belligerum fulmen triſtes edens ſonos. Fulminans terrifico bombo machina. Fulminis æmula. Horrificum imitans ſonum concuſſi Olympi. Fulmineo validos quæ deijcit impete muros. Tormentum ingentem lato vomens ore fauillam. Ingenti fulmine muros Concutit igniuomo pulſus ab ære globus, *ex poet.*

Æris longa caui ſeries circumtonat ore Centeno centum ructans in mœnia ſphęras, Sphęras queis aditus clauſam patefiat in vrbe: deſcript. Centum ex ære tubos vaſtis mugitibus orbes, Qui totidem vomerent obſeſſæ in mœnia gentis. Ænea terrificos explodat fiſtula bombos.

Epith. Strepens, ſtrepitans, horriſona.

Pila plumbea, vel ſaxea, vel ferrea, quæ ex ipſo tormento exploditur. Globus: Sphęra: Orbis, *vt ſup.* Plumbum: ferrum: ſaxum, &c. fig.

Puluis nitratus, dicitur, quo vtimur ad explodendos è ſclopis, ſiue ex ipſis tormentis globos. Puluis tormentarius. *Layman.* Non præcauendis fœta periculis Tormenta late flammiuomo ſinu, Metuſq; & obſcuras ferebant pulucreum per inane mortes. *Idem in od.*

Pyrothecnicus puluis. Puluis ſulphureus. Puluis Pytius, nempè igneus. Pyrothecnicus. Idem cum ſuperioribus ſignificat etiam *artificiato.*

Pyroboli, vulgò *razzi*, ex pyrothecnico confecti, & hi: faces miſſiles, ignes miſſiles, flammæ miſſiles. V. *Ignis miſſilis*.

Rochetæ, à Caſimiro Siemienvviez, equite Lithuano in ſuo volumine Artis magnæ Artilariæ, nuncupantur pyroboli præſertim, qui per diductum funem vltro excurrunt, redeuntq;.

Fiſtula ignifera. V. *Sclopus.*

Loricæ vimineæ. V. *ſup.* in bellica inſtrumenta.

BONA DEA.

Quænam fuerit, quodq; nomen haberet, ac vnde originem traheret incertum adhuc. Nonnulli Fauni vxorem, vnde Faunam alij matrē Deum: alij denique alia ſentiunt. Hanc *Varro* ſcripſit tantæ pudicitiæ fuiſſe, vt nemo illam, dum vixit, pręter virum, è maribus viderit, nec nomen eius audierit. Quare illi in operto mulieres ſacra faciebant, Bonamq; appellabant Deam. At ſacrificium fiebat per Virgines Veſtales; vnde *Cic.* Sacrificium Bonæ Deæ fit per Virgines Veſtales, fit pro pop. Rom. fit ab ea domo, quæ eſt in imperio, fit incredibili cęremonia, &c.

Dea Fauna. Dea fatua. Dea ſenta. Veter. Muliebris Dea, vtpotè quæ ſacrificium ſibi à fœminis tantùm fieri peroptabat. Fœminea Dea. *Prop.* 4. Fauni vxor Dryas: ſic Romani cenſebant. V. *inferius in Dys*.

BONA. V. *Diuitiæ.*

BONITAS.

Probitas. Pietas. Iuſtitia. Æquitas. *Mart.* Vitæ integritas, *ex Hor.* Integer vitæ, ſceleriſq; purus. incorrupta fides, nudaq; veritas. *Horat.* 1. *od.* 22. Simplicitas. *Ouid. Mart.*

Rectum. Æquum. Honeſtum. Vita ſine crimine. *Ouid. de nuce.* Vita ſine labe. *Idem epiſt.* 6. Vita Dijs digna. *Lucret.* Amor recti. *Mart.* Inſignes mores. Sanctiſſima vitæ acta. Mores modeſti. *Stat.* 5. *ſilu.* 1. Hinc:

BONVS.

Probus. Inſignis pietate vir. *Virg.* 1. *AEn* Quo iuſtior alter, nec pietate fuit. *Ibidem*. Mens conſcia recti. *Ibidem.* Iuſtus: iuſtior: iuſtiſſimus. Seruantiſſimus equi. *Virg.* 2. *AEn.* Vir pietate grauis. *Ibidem.* Amantior æqui. *Idem* 1. *AEn.*

Innocuus. *Ouid.* 1. *met.* Cultor numinis. *Ibidem.* Iuſtitiæ cultor. Integer vitæ, ſceleriſq; purus. *Hor.* 1. *od.* 22. Propoſiti tenax, id eſt conſtans. *Ibid. od.* 27. Cuſtos recti. *Mart.* Imitator honeſti. *Idem.* Iuſtitiæ tenax. *Iuuen. ſat.* 8. Non virtutis egens. *Virg.* 2. *AEn.* Æqui cultor. *Ouid.* 6. *met.* Timiduſque Deorum. *Ibidem*. Timens Deum.

Pius: pietate pręditus. Inſons. Innocens. *Sen. in Hipp.* Reſperſus nulla labe. *Idem*. Intactus. *Ibidem*. Pectora non calcata candidiora niue. *Ouid.* 4. *triſt.* 7. Omnigena iuuenis virtute micans. Syncerus. Æquus. Vitio carens. *Sen. in Hipp.*

BOOTES.

Qui Bubulcus, & Arctophylax dicitur Cęleſtis Vrſæ cuſtos, & auriga Plauſtri. V. *ſupra Arctophylax*.

Sidus Bootæ. *Mart.* Hyperborei. *Id.* 4. 3. Flabra Bootæ. *Claud.* Venti ſeptentrionales, vbi hoc ſidus quammaximè poteſt. Sarraca Bootæ. *Iuuen. ſat.* 5. à vocabulo ſarracum, quod eſt plauſtri genus. Vrſa ſidus. V. *ſuo loco.* Parrhaſię Virginis gelidus axis. *Ouid.* 2. *triſt.*

Sidus tardum. *Prop.* Icarij ſidera tarda boues. *Id.* 2. 23. Sidera Scythici poli. *Mart.* 6. Clarumq; verterant ſeptem ſtellæ iugum. *Sen. in Troad.* 3. Parrhaſis obliquos Helice cùm verteret axes. Cuſtos Vrſæ. *Ouid.* 2. *faſt.* Placidi Bootę pigra plauſtra. *Mart.* 8.

Cuſtoſq; ſui tardus plauſtri. *Sen. in Thyeſt.* 4. *in chor.* Tollitur, atq; vrget glacialis plauſtra Bootes. Sicca Lycaonius reſupinat plauſtra Bootes. Haud obſcura cadens mittit tibi ſigna Bootes. Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Epith. Piger, tardus, gelidus, Arctous, ſerus, rigi-

Digitized by Google

rigidus, ferus, glacialis.

BONONIA.

Quæ etiam Felſina vocitatūr in antiqua deſcriptione princeps vrbs erat Etruriæ Apennini radicibus adpoſita ad amnem Rhenum Aperoſa torrente mediam vrbem interluente tota Orienti expoſita, qua eſt Auſter. Potens eſt nobilitate, ædibus magnifica, porticibus frequens, in qua eſt Academia, quam Theodoſius Imperator anno Domini quadringenteſimo vigeſimo tertio inſtituit.

Felſina. Rhenus, fluuius pro ipſa vrbe, Vrbs Felſinea. *Mant*. Felſinei lares. Sutor cerdo dedit tibi culta Bononia munus, &c. *Mart*.3.58.

BOREAS.

Ventus frigidus, & ſiccus inter Septentrionem ſpirans, & exortum ſolſtitialem. Hoc etiam nomine Thyrax quidam Strimonis filius raptor Orithyæ Erichthonij Athenarum Regis filiæ: vnde facilis fuit occaſio fabulandi poetis Orithyam à Borea fuiſſe raptam. V. *Orithyas*: ex qua Calain, Zethenq; filios ſuſcepit, vt latiùs eſt videre apud *Ouid*.6. *met*.

Aquilo, quamvis diuerſi ſint inter ſe, tamen ex eadem parte ſpirant. Boreæ frigus. *Virg*.1.*Georg*. Spiritus Boreæ. *Id*.12.*AEn*. Boreæ vires. *Id. in opuſc*. Vis Boreæ. Horror Boreæ. *Val.Flacc*.7. Boreæ minæ. *Sen. in Hipp*. Impetus. *Idem in Troad*. Flabra. *Prop*.2.19. Vis Borealis.

Afflatus Threicius, ideſt Thracius, vnde flare videtur. *Pont*. Et quæcumque fugant inductas flamine nubes. *Ouid*.1.*met*. Thracius ventus. *Hor*.1. *od*.25. Qui gelidam ſpargit ab axe niuem. Aerios rapido peruertens turbine campos.

Occurrit gelidus Boreas, pelaguſq; retundit; Nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro, ideſt nauigamus. Sicco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. Cùm grauis armatur Boreas, glacieq; niuali Hiſpidus, &c. eſſe putat Boreæ triſte furentis opus. *Ouid.de nuce*. Omne Dei rapidis nemus ingemit alis. *Val.Flacc*.1.*Arg*. Cum Boreas Scythica ſtridulus arce furit. Non aliter Boreas Rhodopes à vertice pręceps Quum ſeſe immiſit, &c. V. *Ventus*, & *Septentrio*.

Epith. Durus, ſeptentrionalis, frigidus, gelidus, pręceps, Threicius, aſper, grauis, ſtridulus, violentus, ſtridens, procelloſus.

BORYSTHENES.

Scythiæ fluuius, alter Iſter omnium maximus, & vberrimus: de quo multa *Herodotus lib*.4. cuius aquæ ad potandum ſunt ſuauiſſimæ, magnoſq; piſces alunt exoſſes. Eſt etiam oppidum eiuſdem nominis ipſo flumine irrigatum: Eſt etiam lacus eiuſdem nominis ex ipſo factus flumine, ante cuius oſtia, cùm in mare labitur, eſt inſula eiuſdem nominis, Labitur autem in Carcinitcum ſinum ad Meotidem, atque inde in Pontum Euxinum, penès Oczacouiam influit.

Amnis Boryſthenius. Cùmq; Boryſthenio liquidiſſimus amne Diaſpes. *Ouid*. 4. *de Pont*.10. Helleſpontus. *Steph.Strab*. Plin. antiquè dictus. Boryſthenidæ, populi huius fluminis accolæ. *Prop*. 2.6. Hinc etenim tantùm meruit mea gloria nomen Gloria ad hibernos lata Boryſthenidas.

Boryſtene vrbs, quæ etiam Olbia, & Boryſtenis, dos, dicitur à *Ptolomæo*, & *Pomp. Mela*.

BOS.

Taurus. Vacca, fœmina. Iuuencus. Armenta boum. *Virg*.2.*Georg*. Vitulus: vitula. Corpora boum magna. *Virg*.3.*Georg*. Iunix, cis, iunior vacca dicitur, & Iuuenca eadem eſt. *Plaut.Mil.Glor*. Buceriæ greges. *Lucret*.

Bellua, quæ docilis terram proſcindere arabro eſt. *Ouid*. Mugientium greges. *Hor.epod*.2. Vaccæ maritus, ideſt taurus. *Pamph*. Armenta bucera, ideſt valde cornuta. *Ouid*.6. *met*. Cultor agri. Cultorq; virentis agelli. Nati tolerare labores, Ruricolæque boues. Fortis arat valido ruſticus arua boue. Cornuque minaces Diuulſere boues.

Epith. Corniger, agreſtis, hirſutus, tardus, toruus, ruricola, durus.

Bos ferus.

Vrus. *Virg*.2.*Georg*. Latiſq; feri cornibus Vri. *Sen. in Hipp*. Biſontes villoſi. *Ibid*. Silueſtreſq; boues, *ex eod*. & *Virg*. V. *Fera*.

BOSPHORVS.

Ita dictus locus duplex in Ponto Euxino à meabili bouis tranſitu; nempè cùm Iupiter in bouem mutatus, ex Aſia in aduerſam partem deuexit Europen. Eſtq; vtriuſque tanta anguſtia, vt & alituum cantus, & canum latratus ab vlteriore littore inuicem audiri aliquando poſſunt: eſt autem Boſphorus Thracius, & Cimmerius.

Thracius iuxta Byzantium eſt quingentorum paſſuum ſpatio dirimens Europam ab Aſia, qua Darius pater Xerſis copias ponte ex nauibus ſimul iunctis tranſuexit; & qua Iupiter, vt diximus, deuexit Europen: vel Io in vaccam mutata tranſijt, & indè in Ægyptum per minorem Aſiam, Phœnicem, Philiſthęorum maritima, tranſcurrit.

Cimmerius in introitu eſt Męotidis paludis iuxta Tauricam Cherroneſum, duorum millium paſſuum latitudine, per quem palus Męotica in Pontum defluit. Cimmerius autem à Cimmerijs populis, qui partem eius frigidiſſimam incolunt, vel ab oppido Cimmerio, vt *Volaterrano* placet: vt alter dictus Thracius à Thracia regione. Ad primum.

Littora Byzantia. *Ouid*.1.*triſt*.9. Littora Boſphori. *Horat*.2.20. Cum duo montes Clauſtra profundi. Hinc, atque hinc, &c. *Sen. in Med*. Pontici

fau.

Digitized by Google

fauces freti. *Idem*. Cyaneæ, quæ ſunt inſulæ paruæ in ipſo Thracio Boſphoro. Qui medijs incurrere in vndis montes dicuntur. *Ouid.7.met.* V. *ſuo loco*.

Vaſti oſtia Ponti. *Ouid.1.triſt.9.* & *Val.Flacc.1.* Hic locus eſt gemini ianua veſtra maris. *Ouid. 1.triſt.9.* Anguſtum Propontidis os. *Sil.It.14.*

Os freti, longæq; Propontidis vndis. *Ouid.3.triſt. 12.* poſt fauces enim Abydi (ſi quis in Pontum tendit) Propontis, quę longus eſt ſinus inter Abydi fauces, & Ponti interiacet: tum ſequitur Euxini ianua, propè quam Byzantium eſt, vulgò *Stretto di Conſtantinopoli*. Boſphorum, & Boſphora capta manu Pompei. *Prop.2.9.* Meatus fluctuoſus. *Apoll. Arg.2.*

Ad alterum Synon.

Boſphorus Cimmerius. V. *Cimmerij*. Męotidis oſtium. *Horat.* Frigidi Ponti plagæ. *Sen. in Hipp.* Colchi. Phaſis. V. *ſuis locu.*

BOVILLÆ, arum.

Oppidum haud procul ab vrbe Roma, via, qua Ariciam ducebat, vt inquit *Aſcon.* Bouillę, quaſi bouis ilia, quod eò vulnerata bos ſua trahens inteſtina deuenerit. Crediderim verò illud fuiſſe, cuius adhuc viſuntur ruderes propè D. Sebaſtiani Templum vulgò nuncupatum, *Capo di boue*, in via Appia: penès quod monumentum eſt. Claudiæ Metellę Craſſi Parthici vxoris; nec procul illinc Circus Antonini Caracallæ; vnde ſubtractus obeliſcus anſam dedit Innocentio X. Pontifici, illum in vrbem traducendi, vt inferius. V. *Circus*.

Quippe ſuburbanæ parua minus vrbe Bouillæ, Et qui nunc nulli maxima turba Gabij. *Prop.4.1.* Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bouillis. *Ouid.4.faſt.* Ad Bouillas Clodius occiſus fuit, vt docet *Aſconius*.

BRABANTIA.

Ita nunc dicta prouincia in Belgio, quæ maxima parte Aduaticorum, Ambiuaritorum, & Tungrorum regionem complectitur. Nomen vnde ſumpſerit adhuc incertum: ſed regio quidem frugum feraciſſima. Huius vrbes ſunt.

Louanium; Studiorum ſedes, quæ fluuio Dela irrigatur, academia nobilis vrbs. Bruxella, ſiue Bruxellæ, arum. Antuerpia. V. *ſuo loco*. Buſcoducum: ſilua ducis, vulgò, *Bolduc*, ſita vrbs ad Diſam riuulum. Niuella, opp. Mechlinia, vrbs nitidiſſima. Gemblacum. Traiectum ad Moſam vulgò, *Maſtricht*. Breda, vrbs ex recenti Hiſpanorum, & Batauorum obſidione celebris. Berga, ad Somam fluuium. Soma fluuius. Miſa, fluuius, quo Brabantia irrigatur. Schaldis, item fluuius, qui Antuerpiam vrbem perſecat. V. *ſup. Belgium*.

BRACCHÆ, arum.

Genus veſtimenti barbarum, ſed nunc paſſim vſitatum.

Bracha Perſica. *Ouid.5.triſt.11.* Tegmen barbarum. *Corn.Tac.* Caligæ follicantes. *D.Hieron.* Laxæ brachæ. *Lucan.* *calze da marinaio*. Campeſtre, is. *Horat.* ſuccinctorium, quo in campo ad palum ludentes ſuccincti pudendas partes velabant, *brache di tela*.

Subligar, is. *Mart.* Femoralia, *Suetonio*; & Subligaculum. *Cic.* Fœminalia: ſuperior bracharum pars pudēda, & femora obtegens, vulgò *calzoni*. Virgatæ brachæ: dixit *Prop.4.10.* poſſunt Teutonum amictus nuncupari; ſiue quæ pro famulorum vſu fiunt; *à liurea*. V. *Veſtis*.

BRACHIVM.

Lacerti. V. *ſuo loco*. Remi corporis. *Ouid.epiſt.17.* Cùm patietur hiems, remis ego corporis vtar. Vlnæ. Blandisq́; virum complectitur vlnis. *Stat. 3.ſilu.* Candentia ſubdit brachia. Fulgentia brachia collo Inijcit. Submittitq́; graues humeros, & fortia laxat Brachia. Contendit t.lum, diuerſaq; brachia ducens.

Brachiaq́; ad ſuperas interritus extulit auras, Intentaq́; brachia remis. Oſtendit latos humeros, alternaq; iactat Brachia. *Virg.5.AEn.* Brachia protendens, & verberat ictibus auras. Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt In numerum. *Virg. 5.AEn.* Iactatam liquido brachia lenta mari. *Ouid.epiſt.17.* Iamq; fatigatis humero ſub vtroque lacertis Fortiter in ſummas erigor altus aquas. *Ibidem*. Et ſubito laſſis vires rediere lacertis, Viaſq; quam fuerat mollior vnda mihi. *Ibidem*.

Epith. Brachia lactea, candentia, fulgentia, fortia.

BRACTEA.

Tenuis lamina, quę dum plicatur crepitat, vt aurum illud, quod ex orichalco fit, & vulgò dicitur *orpello*.

Metalli tenuis lamella. Charta plumbea: *Suet.* qui ſic vocat plumbi laminam; & ſic etiam: Charta ſtannea, *ſtagnuolo*; Lamina aurea, argentea, ęrea, &c. Lamna, apud *Mart.9.23.* Et crepet in noſtris aurea lamna toris.

Sumitur etiam bractea pro illo ſigno, quod in ſummis tectorum culminibus, ſiue in turrium verticibus, metisve imponitur ad ventos indicandos, quæ quidem ſigna cùm varias habeant figuras, variè etiam poſſunt denominari. Triton. *Had. Iun.* quòd huiuſmodi figura potiſſimùm in Gallia vtantur, nos vulgò in Italia nuncupamus, *banderuola*: *Idem* autem *ex Vitruuio* nomen, nempè Triton, excerpſi *H. Iunius*. Sagitta; ſi ad eius formam facta ſit; & ſic de alijs.

BREVIS.

Breuitas, Breuior, Non longus, fig. Non faciet lon-

Digitized by Google

longas fabula noſtra moras. *Ouid. 2. faſt.* ideſt ero breuis. Parcarum exoras penſa, breueſque colos. *Mart. 9. 18.* ideſt: breuitatem temporis conceſſi.

BRIAREVS.

Qui alio nomine Ægęon nuncupatur, gigas fuit, Cęli, & terræ filius, quem poetæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit *Homerus*, cùm Pallas, Iuno, Neptunus, alijq; ex Dijs nonnulli aduersùs Iouem coniuraſſent, perſuaſum à Tethide in Cęlum adſcendiſſe, vt Ioui ſuppetias ferret; Deoſq; coniuratos illius aduentu territos, ab incepto deſtitiſſe: & cum Ioue in gratiam rediiſſe *Hom. 1. Iliad.* Tamen rebellis ab eodem, apud inferos relegatus, vbi à *Virg. 6. AEn.* deſcribitur: & Centumgeminus Briareus, &c.

Centimanus gigas. *Hor. 2. od.* Auxilium cum Centimano, quem Dij Briarea Ægęona vocant homines, qui robore multo, &c. *Hom. 1. Iliad.* Ægęon à mortalibus. Centumgeminus dux. V. *Gigantes.*

BRISEIS.

Patronymicum Hippodamiæ Briſei filiæ, quæ in Lyrneſſo Phrygię oppido nata preſtanti fuit forma. Hæc cùm ex pręda Achilli captiua contigiſſet, adeò fuit ab illo adamata, vt deindè ab Agamemnone illi ſubrepta ob Chryſeidam patri redditam, ex Apollinis oraculo, vt epidimiæ morbus ceſſaret in Græcorum caſtris, ipſius Achillis conſilio, vt autumabat Agamemnon, in cauſſa fuerit, vt diù is à Gręcis congreſſibus, prælijſq; abſtinuerit. Verùm poſt illam redditam arma non ſumpſit ex indignatione, niſi priùs Patrocli morte audita. V. *Hom. Iliad. 1.*

Hippodamia, nomen proprium, cùm Briſeis ſit patronymicum. Lyrneſſis, dis. *Ouid. 4. triſt.* ab oppido. Fecerit iratos rapta puella viros. *Ouid. 2. triſt.* Cauſſa litis Regibus puella. *Sen. in Troad.* Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi, Et fueram patriæ pars ego magna meæ. *Ouid. ep. 3.*

BRITANNIA.

Duplex dicitur regio Minor, & Maior.

Minor eſt illa Galliæ pars, quam olim Maioris Britanniæ populi habitarunt, quæ Normandiam, & Ambianum continet. V. *Gallia.*

Maior autem, de qua nobis modò ſermo, eſt inſula in Oceano Septentrionali ſic dicta à Britone Rege, cùm prius Albion diceretur ab albis montibus, tum Anglia, *de qua diffuſius egimus ſuo loco.* Hæc ſita eſt contra Germaniam, Galliam, & Hiſpaniam. Habet ſub ſe Hiberniam inſulam adiacentem, & Scotiæ regnum breui iſthmo ſibi coniunctum. Habet etiam Orcades, triginta nempè, plus, minusve inſulas modicis inter ſe diſcretas interuallis, Hebridas etiam inſulas quadragintaquatuor; quas vario nomine appellant. Varijs fuit Britannia denominata Regibus, nam Scotia ſuum, & Hibernia ſuum: nunc Anglorum Regi cuncta obediunt.

Vltimus orbis. *Stat. 5. ſilu. 1.* Et refluo circumſona gurgite Thule: quam volunt eſſe, quę nunc Iſlandia dicitur. Albion. Anglia. V. *ſuo loco.* Et quem ſupremæ Tethyos vnda ferit. *Mart. ep. 3.* Orcades inſulæ.

Hebridæ, quæ à *Venerabili Beda*, Męuaniæ; Betoricæ ab *Ethico*; Inchades, & Leucades à *Gyraldo*; Oeciduę inſulę, & Ebudæ à *Ptolom. & Plin.* Scotia. Hibernia. V. *ſuis locis.* Hinc

Populi.

Britanni. Minima contentos nocte Britannos: nam in Britannia dies longiſſimus eſt æſtiuo tempore, nox verò breuiſſima. Inde Caledonio velata Britannia monſtro Picta genas, &c. Turba Britannica. Paruit & noſtro diducta Britannia mundo, Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. *Virg. 1. ecl.* Quis tibi ſepoſitos ſuaſit adire Britannos.

BRIXIA.

Vrbs in Tranſpadana regione à Cęnomanis condita, vt *Liuio* placet; qui cum Elitouio, & Belloueſo Ducibus ex Gallijs per Taurinos, & Alpes Iulias in Italiam fuerant tranſgreſſi. Ciuitas eſt peruetuſta, diues, populoſa, ampla, validis munita muris, arce ſuperbiens inexpugnabili. Veneto nunc paret imperio. Hinc populi: Brixienſes.

Cydnęa ſuppoſita in ſpecula. *Catull. 68. ep.* Amata Veronę vrbs. *Idem:* ob vicinitatem. Cęnomanorum vrbs, à conditoribus. Cęnomanis habitata viris vrbs inclyta, quæ nunc Brixia. Mellas, fluu. Brixiam prope labens.

BRVMA.

Solſtitij hiemalis dies, quo Sol ingreditur primum Capricorni gradum, à Gręco deducto nomine ſecundùm *Seruium*, quaſi breues dies: eo enim ſunt tempore breuiſſimi.

Glacialis brumæ frigora: Sub Ioue nudus ago glacialis frigora brumæ. Horrida cano Bruma gelu. Cùm bruma rigeret. Piger rigor, ab effectibus. Tandem bruma niues adfert, pigrumq; rigorem Reddit. Brumam Capricornus inertem Perminimas cogit luces, & maxima noctis Tempora.

Aut rigida cùm iam bruma diſcuſſit decus Nemorum, & niuali cuncta conſtrinxit gelu. Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Tempus, ſiue tempora brumæ. O vtinam hibernæ duplicentur tempora brumæ Clauſas ventis brumalibus imbres Inuenit, & pauidas hiberno ſidere claſſes. Bruma diem ſpatijs breuioribus arctat. Brumale tēpus, frigus: Brumalis vētus. V. *Hiems, frigus.* Hybernum ſidus, nempe frigoris tempus.

V Epith.

Epith. Cana, iners, ſtridens, algida, rigens, intolerabilis, alba, horrida, rigida, &c.

BRVNDVSIVM.

Vrbs in Calabria clariſſima cum portu celeberrimo ad mare Adriaticum; dicta & Meſapia, & Peucetia, tum Brundusium, & Brundiſium, Breundeſiū, & à *Steph.* Brenteſium. Portus olim illi inclytus, ex quo Romanis tutiſſimus quondā fuit in Grȩciam tranſitus, nunc repletus eſt adeò, vt vix triremibus per eum currere liceat. Arcem habet munitiſſimam. Vſq; ad hanc vrbem via ab Appio fuit deducta, eiuſdem ſumpto nomine; & nobili etiam fonte vrbs ipſa nobilitata.

Brundusina littora: mœnia: tecta: arua, &c. Extremæ Auſoniæ fines: quamvis ad extremas Hydruntinæ regionis oras hoc etiam ſynonymum extendatur. *Ouid. 1. triſt. 3.* Brundusij portus. Brundusinus portus. Pompeij carcere nota; ibi enim obſeſſus fuit à Cæſare, vnde ſibi fuga in Græciam ſalutem reparauit. Meſapia, *vt ſup. in hiſt.* Brundusij tutas Magnus conſcendit in arces. *Luc. 2. Pharſ.*

Brenteſium, à Brento quodam Herculis filio, ſi *Steph.* credendum, aut à ceruini capitis ſimilitudine, quod Meſſapij ſua lingua Brenteſion appellant.

BRVTVS.

Brutorum primus fuit L. Iunius Brutus ſororis Tarquinij filius, qui quòd ſtultitiam ſimulaſſet, ne ab auunculo occideretur, Bruti nomen adeptus eſt: de quo meminit *Ouid. 2. faſt.*

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet Tutus ab inſidijs, dire Superbe, tuis. Hic exactis regibus, ac ciuitate in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus eſt Conſul, rebusq; multis prȩclarè geſtis tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commiſſum fuit, occubuit, quem Romanæ matronæ, vt fortiſſimum pudicitiæ muliebris vindicem annum integrum luxerunt. Lege *Liuium, Dionyſ. &c.*

Anima ſuperba Vltoris Bruti. *Virg. 6. AEn.* Romanæ libertatis vindex. Aſſertor pudicitiȩ Romanæ. Regum exactor nobilis.

M. Brutus, qui fuit vnus ex Iulij Cæſaris percuſſoribus. Hic in campis Philippicis ab Octauio, & Antonio victus, necem ſibi conſciuit. Lege *Dionem.*

BRVTII.

Dicebantur populi, qui Calabriam incoluerunt. Quo autem pacto illam incoluerint, nomenq; illi Brutiorum dederint ſub anno ab V.C. 394. narrat *Diodorus Siculus*, quem lege: anno 5. Philippi Macedonis. Hi Lucanorum olim paſtores fuerunt, qui excuſſo ſeruitutis iugo, trans Laum fluuium ſedes poſuerunt, vnde Brutij à Lucanis dicti fuere, nempè illorum lingua fugitiui. A Romanis autem Brutij appellati ſunt, quaſi bruti, hoc eſt ſtupidi, & vecordes: Qua ignominia ideò notati ſunt, quod ſecundo Punico bello ad Annibalem deſciuiſſent: ob quam perfidiā ſemper deinde ſine honore, ſine dignitate habiti ſunt: ad ſeruilia tantùm opera, & viliora munia ſoliti compelli. Poſtea verò Calabri dicti ſunt, & Salentini, partem ſcilicet incolentes Calabriæ, quæ extimum Italiæ littus incolebant iuxta fretum Siculum, vbi etiam promontorium Brutium fuit, quod Scylȩum à *Ptolemaeo* dicitur. Horum oppida.

Cerilli, vulgò *Cirella.* Clampetia, *Amantèa.* Temſa, ſiue Tempſa, vel Temeſa; cuius ſitus propè ſpeculam marinam, cui nomen vulgare *Torre loppa.* Terina, nunc *Nocera.* Lametia, nunc *S. Eufemia.* Scylȩum in ceruice Scyllȩ ſcopuli, vulgò *Sciglio*; & vltra fretum: Rhegium; & pop. Rhegini. Locri cognomine Epizephyrij, nunc *Iorace.* Caulonia, nunc *Caſtel vetri.* Scyllaceum, nunc *Squillaci.* Croto, nunc *Crotone.* Petelia, nunc *Belicaſtro:* Ruſcianum, nunc *Roſſano.* Metropolis verò Brutiorum Conſentia, nunc *Coſenza.* Thurij, olim Sybaritæ, quamvis ab alijs inter Lucanos reponantur. Pandoſia, opp. cum Acheronte fluuio: quæ duo nomina cùm Alexander Epirotarum Rex in Epiro ancipiti oraculo monitus fatalia euitare vellet, in eadem incidit, atque perijt.

Synon.

Brutia tellus; terra; humus; littora: *ex Poet.* Brutius Pontus. *Sen. in Thyeſt. 2.* Brutius ager: *Poet.* Brutia ſaxa: *Perſ. ſat. 6.* V. *Calabria.*

BVBO.

A bouis mugitu dicta auis monſtruoſa funeris, aut alterius calamitatis ſemper nuncia. Nam frequentiùs conſpici ſolet, & audiri templi turribus, aut domibus inſidens: antequam peſtis incipiat graſſari: vnde fortaſſe morbus in ipſa peſte erudeſcens dicitur bubo, nempe inguinum inflammatio, quæ niſi erumpat, illicò ad extremum deducat hominem. Huius cor, ſi imponatur ſiniſtrȩ mammȩ mulieris dormientis, teſtantur nonnulli (niſi fabuloſum ſit) fore, vt omnia ſecreta pronunciet.

Quæ dirum mortalibus omen nunciat. *Ouid. 5. met.* Fœdaq; fit volucris, venturi nuncia luctus. *Ibidem.* Noctis auis: Si quando luce vagantem Noctis auem cernunt. *Ouid. lib. 11. met.* quod ad volucres alias noctù vagari ſolitas pertinere poteſt. Prȩnuncia fati auis. Ales noctiuaga. Triſte canens volucris. Teſtis profanus. *Ouid. 5. met.* V. *inf.* Humano generi triſtia fata canens. Qui dirȩ nuncius eſſe ſolet mortis. Bubulat horrendum fatali carmine bubo. *Ouid. in Philom.* Et feralia bubo Damna canens. *Stat. 3. Theb.*

Se-

Seraq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri, & longas in fletum ducere voces: deſcript.

Nocte ſedens tetrum canit importuna per vmbras Carmen auis. Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo, Funereoq; graues edidit ore ſonos. *Ouid.* Tecto profanus incubuit bubo. Omina feralis triſtia bubo dedit. Triſtia mille locis ſtygius dedit omina bubo, *ex poet.* V. *Aues augurales.* Strix nocturna. *Stat.* poſſunt etiam bubones, figur. ita appellari, quamvis diuerſæ ſint ſtriges. V. *Lamia*.

Aſcalaphus: dicitur etiam bubo, in quem mutatus Aſcalaphus dicitur ab *Ouid.* 5. *met.* quod indicaſſet, Proſerpinam, dum à matre ab inferis repetebatur, ſeptem grana pomi punici guſtaſſe, & ieiunia iuſſa ſoluiſſe: vnde *Idem* 5. *met.* Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne Inter Auernales haud ignotiſſima Nymphas Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris; Vidit, & inditio reditum crudelis ademit. Ingemuit Regina Erebi, teſtemq; profanum Fecit auem, ſparſumq; caput Phlegethontide lympha In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit: deſcript.

Epith. Siniſter, trepidus, funereus, Stygius, dirus, luctiſer, mœſtus, ater, feralis.

BVBVLCVS.

Miniſter armentorum. *Ouid.* 3. *faſt.* Armenti magiſter. Armentorum cuſtos: *ex Virg.* Armentarius. *Idem*. Non hic armenta, gregesq; Horridus obſeruo iam paſtor, & armentarius olim Feſſus, vt incubuit baculo, ſaxoq; reſedit. V. *Paſtor*.

BVCCINA.

Buccinæ murmur. *Sid.* Murmur minax cornuum. *Hor.* 2. *od.* 1. Bello dat ſignum rauca cruentum buccina Excitat infeſtos turmalis buccina ſomnos. Tum verò ad vocem celeres, qua buccina ſignum Dira dedit raptis concurrunt vndiq; telis. *Virg.* V. *Tuba: Clangor: Lituus.*

BVFO.

Vulgò, *Roſpo, ò Botta*.

Rana turpis. *Hor. epod.* 5. Rubeta: rana rubeta turgens. *Prop.* 3. *eleg.* 5. Veneni plena rana. V. *Rubeta*.

BVLLA.

Erat geſtamen triumphantium, quam in triumpho prę̨ſegerebant incluſis intra eam remedijs, quæ crederent aduerſus inuidiam valentiſſima. Hinc deductus mos, vt bulla in vſum puerorum nobilium vſurparetur ad omen, & vota conciliandæ virtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt, nempe Tarquinij Priſci filio. Hæc ex *Macrob. & Aſconio.* Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea; Libertinis ſcortea quaſi communiens pectus puerile. Quem morem à priſcis Gẽtibus in Chriſtianum ritum ceſſiſſe videmus, cùm Ceras ſacras Agnum Dei prę̨ſeferentes impreſſum, & peculiari benedictione à Pontificibus ſacratas, è collo puerorum ſuſpendunt fideles ad munimen aduerſùs veneficia, & huiuſmodi.

Geſtamina primæ ætatis. Pueri geſtamen honoris. Crepundia.

A nobis verò: Cerę ſacrę, ſacratæ: Agnus ſacer: Agni ſigna ſacri.

BVSTVM.

Eſt propriè locus, in quo quis comburebatur, ſiue rogus exuſtus: tamen pro ſepulcro etiam vſurpatur. Sunt etiam qui buſtum dicunt appellari ipſam cadaueris vſtionem. V. *Sepulcrum, vbi multa. Rogus: Funus.*

Calens fauilla amici. *Hor.* 2. *od.* 6. Muta fauilla. *Prop.* 2. 1. Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens. Vſtor; qui faces ad pyras accendendas pręparabat, & intmittebat. *Mart.* 3. 87. Buſtuarius, qui buſtum componebat.

BVSYRIS, dis.

Tyrannus Ægypti, qui hoſpites Dijs immolabat ſuis: & ab Hercule, cùm & ipſum immolandum interficere voluiſſet, ſuperatus, & interemptus eſt; eiuſq; ſanguis per aras effuſus, in quibus ipſe hoſpites ſuos immolauerat, vnà cum Amphidamante eius filio, & pręcone Chalabe, & aræ miniſtris. Fuit autem Neptuni, & Libyes Epaphi filiæ filius; eodemq; tempore fuit, quo Danaus Argiuis imperabat; de quo *Virg.* 3. *Georg.*

Aut illaudati neſcit Buſyridis aras; ſunt qui ſine, y, ſcribant. Mareoticus arbiter aræ: *Stat.* 4. *ſilu.* 6. Vt qui poſt longum ſacri moſtrator iniqui Elicuit pluuias victima cæſus aquas. *Ouid. in Ibin.* Antęi frater. Pater Amphidamantis: Quem filium Hercules, ne paternæ crudelitatis ſuperſtes eſſet, & hęres vnà cum patre interemit, *vt ſup. in hiſt.*

BVXVS, g. f.

Vel Buxum. Buxeus, quod ad buxum pertinet. Cytoriacum arbutum: *ex Ouid.* quod in Cytoro ſatis abundat. Cytoriacum pecten. *Idem.* Buxeus. *Ouid.* 4. *met.* Tibia buxea, *ex eod.*

Buxus etiam ſumitur pro tuba, vel tibia buxea. *Stat. Claud.* V. *Tuba.* Celęnca buxus: Fœda Celęnca committere prę̨lia buxo. *Stat.* 2. *Theb.* vbi *Lactant.* ab vrbe Celęne, de qua Marſyas, qui cum fiſtulæ ſono Apollo certauit; ibi enim dicitur tibiarum vſus inuentus primùm.

BYBLIS.

Mileti filia ex Cyane Mę̨andri fluminis Nympha, & Cauni ſoror; quæ fratris ſpecioſiſſimi ita cępit amore ardere, vt eum epiſtola quoque in amplexus ſuos pellicere ſit auſa. Atqui Caunus nefandam ſororis libidinem deteſtatus, ex patria aufugit: Byblis verò inſecuta, cùm iam & Cariam

& Lyciam, & Lelegas peragraſſet, labore, & lacrymis confecta Nympharum miſeratione in fontem fuit commutata. Fabulam totam habes apud *Ouid. 9. met.*

Mileti filia, ſata, *ex Ouid.* Miletis, dis. *Idem 9. met.* à patre. Cyaneis, dis, *ex eod.* à matre. Cauni ſoror, *ex hiſt.* Byblis Apollinei correpta cupidine fratris. *Ouid. 9. met.* quòd ab auo (nam Mileti pater Sol fuit) appelletur. Paſiphaes neptis, *ex hiſt.* V. *Miletus*. Phœbeia Byblis. *Ouid. 9. met.*

BYZANTIVM.

Vrbs Metropolis Thraciæ longè clariſſima, & memorabilis contra Aſiam ſita è conſpectu Chalcedonis Bithyniæ à Pauſania condita. Tum à Conſtantino I. aucta, ſuoq; nomine Conſtantinopolis dicta, vbi ſedem Romani imperij eſſe voluit: ſita eſt ad Euripum, habetq; ex aduerſo Peram, quam vocant Galatam in cornu Byzantino: veterem Genuenſium coloniam. Huius vrbis deſcriptio erit infra. V. *Conſtantinopolis*; cuius incolæ excedunt ſeptingenta millia.

Celſa qua Boſphorus arce Splendet. *Claud. 1. in Ruf.* Boſphoro enim Thracio imminet, & adiacet. Quæq; tenent Ponti Byzantia littora fauces. *Ouid. 1. triſt. 9.* Boſphorus Thracius: ſumitur enim pro ipſa vrbe. Byzantina mœnia. Byzantiaci lacerti: piſces intelligit. *Stat.* Quamq; prius dixere Lygon, hanc deinde Lacones Mutato veteri dixerunt nomine ab ipſo Byzanti populi Duce.

BYSSVS.

Genus lini ſubtiliſſimi, & pretioſiſſimi, cuius initium primum in Achaia propè Elim. *Plin. lib. 19. cap. 1.*

Byſſinæ veſtes. Veſtimenta byſſina. Tenue linum. Carbaſus, vulgò *Cambraia*. *Sindon*, figur. fit ex lino Ægyptio, quod Dicroſſon vocatur: Byſſinus amictus. Vmbra byſſina, &c. V. *Veſtes*. Subtile velum: tenuiſſima vela, *ex Poet.* V. *Color flauus*; vbi de byſſo aliquid.

C

CACABVS.

Ahenum. V. *ſup.* Cadus ahenus. *Virg. 6. AEn.* Æs cauum. Coxerat ære cauo. *Ouid. 4. met.* Caldarium. Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis expediunt. *Virg.* Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni. *Ibidem.* Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem, Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni. *Idem.* Lebes, tis. Æs æreum, quo coquuntur obſonia. *Virg.*

CACHINNVS. V. *Riſus.*

CACVMEN.

Vertex. Apex. Culmen. Culminis faſtigium. *Virg. 2. AEn.* Faſtigium. Specula, nempè locus eminens, vulgò *Altana, ò Loggia.* Verticis ſcopuli. Summum montis. *Ouid. 13. met.* Caput gelidum Arctoæ Oſſæ. *Stat. 3. Theb.* Caput montis. *Virg. 6. AEn.* Ardui ſublime montis. *Sen. in Troad. 5.*

Amittunt ramoſa cacumina frondes. Aerium niuei montis liquère cacumen. Inculti nemoroſa cacumina montis. Prærupti niuoſa cacumina ſaxi. Pyrenei frondoſa cacumina montis. Præceps per acuta cacumina vadit. Montanos apices, & libera fluctibus antra; *ex poet.*

Epith. Vmbroſum, celſum, montanum, arduum, acutum, procerum, ſaxoſum, nemoroſum, aerium, viridans, ramoſum. V. *Vertex.*

CACVS.

Vulcani filius, & Euandri Regis nequiſſimus ſeruus, fur, & latro: Qui Latium vndique latrocinijs, & incendijs infeſtabat: vnde ignem ex ore dicebatur euomere. Demum Herculis quoque ex Hiſpania interfecto Geryone redeuntis, & apud Euandrum hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrum ſuum; quas cùm mane diminutas cerneret Hercules, nec quorſum erraſſent, ſcire poſſet: fortè ad antrum peruenit Caci, ſed cùm veſtigia omnia foras verſa videret, cum reliquis abire cœpit. Abeuntibus autem ceteris occluſæ boues aliarum cupidine, ſiue olfactu mugierunt. Quo audito Hercules Caci fraudem cognouit, raptaq; claua iratus, illum aggreſſus eſt: qui ſpelunca fretus ingenti ſaxo fores occluſerat, quod videns Hercules, ad montis cacumen tetendit, deiectoq; ſilice oſtium claudente, intrepidè in antrum inſiliens, Cacum ſtrangulauit, boueſque ſuas recepit. Hiſtoriam, ſiue fabulam recenſet *Virg. 8. AEn. & Ouid. 1. faſt.*

Oculis flammas, atque ore vomens. *Ouid.* Villoſaq; ſetis pectora ſemiferi. *Virg. 8. AEn.* Flammigena. *Sidon.* Raptor Auentinos maculârat ſanguine colles. *Mant.* Semihomo. *Virg. 8. AEn.* Quiſquis Auentinam ſanguine tinxit humum: *ex Ouid. 6. faſt.* Hic malè defenſus flammis, & dote paterna Cacus Auentina. *Idem ibid.* Auentinæ timor ſiluæ, atque infamia, *ex eod.* V. *Auentinus mons.*

CADAVER.

Corpus frigentis.... corpuſq; lauant frigentis, & vngunt. *Virg. 6. AEn.* Corpus ſpoliatum lumine. *Idem 12.* Funus, figur. pro ipſo cadauere. *Id. 9.* Cineres ingrati. *Id. 6. AEn.* vbi aduerte, à Græcis, Romanis, & Barbaris olim cadauera comburi ſolita, quòd igne ea purgari credebant.

San-

Sandapilæ pondus, nam in Sandapilis cadauera efferuntur, *ex Mart. 9. 3.* Corpus exanimum. *Virg. 10. AEn.* Exſangue corpus. *Idem 2. AEn.* Gelidum corpus. *Ouid 6. met.* Corpus inane. *Idem in Ibin.* Corpus inhumatum. *Virg. 11. AEn.* Corpus informe. Homo exanimis. *Virg. 9. AEn.* Exanimus. *Idem 11.* Truncus. *Id. 12. AEn.* tunc pręſertim cùm capite abſciſſo iacet cadauer. Buſtum, fig. *Virg. 11. AEn.*

Indeploratum proijcicre caput. *Ouid. in Ibin.* Defunctaq; corpora vita. *Virg. 6. AEn.* Frigida membra. *Ouid. ad Liu.* Artus inanes. *Ibidem.* Exanimes artus. *Idem 2. met.* Vana imago. *Horat. 1. od. 24.* Mutum, & ſine ſanguine corpus. Pedibuſq; informe cadauer Protrahitur. Turpis illapſa cadauera tabo. Auulſumq; humeris caput, & ſine nomine corpus: de obtruncato. *Virg.* Corpus anima caſſum. *Lucret.*

Epith. Informe, mœſtum, turpe, deforme, putre, vile.

CADMVS.

Agenoris Phœnicum Regis filius Europæ frater, Cilicis, & Phœnicis, qui à Patre ad ſororem à Ioue ſub tauri ſpecie raptam miſſus eſt conquirendam, ea conditione, vt non reperta, domum nequaquam redirer. Qui cùm ferè totum terrarum peragraſſet orbem, neque ſororem vſquam reperiſſet, ad Phocidem appulit, conſeditq; non procul à Parnaſſo, & ibi Apolline conſulto, vbi commodè ſibi domus parari potuiſſet, reſponſum accepit, vt vaccam ſibi obuiam ſequeretur, ac vbi ea quieſceret, vrbem ædificaret. Iuſſa perfecit Cadmus, vaccamq; inſecutus eſt, quæ vbi procubuit, locum ſibi ſumpſit. Ioui tamen pro gratiarum actione ſacrificaturus ad hauriendas aquas è vicino fonte ſocios miſit, qui à Dracone dilacerati, cùm non redirent, Cadmus ipſe eò profectus, vaſtum Draconem interfecit. Cuius dentes partim à Marte, partimq; à Pallade acceptos (altera enim pars Æętæ Colchorum Regi tradita fuiſſe dicitur) eorum iuſſu ſeminatos terra obruit: ex qua ſtatim homines armati nati ſunt, qui ſe inuicem omnes, pręter quinque, interfecerunt. V. *Ouid. lib. 3. met.* Tandem, iubente Ioue, Thebas extruxit, in quibus regnauit. Filios habuit ex Hermione Martis, Veneriſq; filia Semelen, Agauen, Autonoen, Ino, & Podorum; ex quibus nepotes inſignes, nempè Bacchum ex Semele, & Ioue; Pentheum ex Agaue, & Echione (vno ſiquidem ex illis quinque, qui ſecum remanſerant ad Thebas conſtruendas); Actęonem ex Autonoe, & Ariſtęo; Learchum, & Melicertam ex Ino, & Athamante: de quibus V. *ſuis locis.* Demum expulſus regno in ſerpentem fuit mutatus, vt poetæ fabulantur. At Cadmi genealogia hęc recenſetur: Iouis filius Eleus fuit; Elei Belus; Beli, & Libyæ Agenor, Danaus, Ægyptus; Agenoris Cadmus; Cadmi Polydorus, ſiue Podorus; Podori Labdacius; Labdacij Laius; Laij Oedipus; Oedipi Syene, Antigone, Etheocles, & Polynices, ſub quibus Thebæ dirutæ. Sed ad

Synon.

Tyrius exul. *Stat. 1. Theb.* Agenorides. *Ouid. 5. met.* ab Agenore: Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum. *Ibidem.* Agenore natus. *Ibid.* Gener Draconum. *Idem in Ibin.* Sparſus vt eſt Thebis angue creatus auo. *Ibidem.* Hyantius Heros. *Idem:* à Bœotia, quæ etiam Hyantia dicebatur. V. *infra.* Martis gener. *Stat. 3. Theb.* vnde Mars ſocer Cadmi nuncupatur à Poeta.

Sidonius hoſpes: Qui poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus vrbem. *Ouid. 3. met. & Stat. 3. Theb.* Magni natus Agenoris. *Sen. in Oedip.* Martis operti agricola. *Stat. 1. Theb.* ob ſeminatos dentes. Tyrijs qui pulſus ab oris. Longis erroribus actus, *ex poet.* Qui Sidone profectus Vipereos per humum dentes noua ſemina ſparſit; Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus.

Hic primus ſtylum proſaicum inuenit, & ſexdecim litteras è Phœnicia in Gręciam tulit.

Epith. Trux, dirus, exul, Sidonius, Aonius.

CADVCEATOR.

Nempè legatus, aut internuncius pacem petens: fęcialis verò, qui bellum indicit: de quo Vide *ſuo loco.*

Pacis arbiter. *Ouid. 5. faſt.* Orator. *Virg.* Iamq; oratores aderant ex Vrbe Latina Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes. *Idem 11. AEn.* Pacis erat, mediuſq; belli. *Hor. 2. od. 19.* Pacis legatus; Pręco, vulgò *Trombetta.*

CADVCEVS.

Siue Caduceum. Virga Mercurij fuiſſe dicitur: Cùm enim Mercurius lyram in Cyllene Arcadię monte ſeptichordem ad Atlantidum numerum inſtituiſſet, quòd ex illarum numero eius mater eſſet; paulloq; poſt furti reus ab Apolline deprehenſus (eius enim boues abegerat) vt veniam impetraret, eidem lyram à ſe inuentam ceſſit: Apollo verò illi virgam quamdam; quam ipſe tenens, cùm in Arcadiam proficiſceretur, duos dracones viciſſim rixantes reperit, inter quos, virga interpoſita, pręlium illicò diremit. Vndè ipſa virga pacem ſignificare dicitur, & Caduceus appellatur; quòd rixas, & pręlia cadere faciat: & quemadmodum per Fęciales bella indicebantur, ita per Cadvecatores finiebantur. Hac virga animas ab inferis reuocare, & ſomnum quibus volebat immittere credebatur; quod non obſcurè innuit *Virg. 4. AEn.*

Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit: Dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat:

Illa

Digitized by Google

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat Nubila, &c.

Virga Mercurij. *Virg.* Virga ſomnifera. *Claud.* 1. *de rapt.* Virga pacifera; *ex eod.* Virga aurea. *Hor.* 1. *od.* 10. Virgaq́; leuem coerces Aurea turbam. *Ibidem.* Virga potens. *Ouid.* 5. *faſt.* Virga medicata. *Idem* 1. *met.* Teres virga, qua ſomnos ducit, & arcet. *Idem* 2. *met.* Aurea cui torto virga dracone nitet. *Mart.* 7. Veſtigia firmat medica virga. *Stat.* 2. *Theb.* Arcadiæ ſpiramina virgæ. *Idem* 2. *Theb.*

CADVS. V. *Dolium.*

CÆCVS.

Captus oculis. *Poet.* Cui lumen ademptum. *Virg.* 3. *AEn* Grati qui luminis expers. *Claud.* 1. *de rapt.* Qui non habet duos oculos. *Mart.* 3. 8. Qui enim vnum non habet luſcus dicitur, vulgò *Cieco d'un'occhio.* Tireſiæ ſocius; *ex Hiſt.* quia nota eſt Tireſiæ cæcitas. Erectuſque die, ideſt cæcatus, qui diem videre nequit. *Stat.* 4. *Theb.*

Orbus. *Ouid. in Ibin.* Prætentes baculo luminis orbus iter. Qui oculis caret. *Ibidem.* Perpetuaq́; trahens inopem ſub nocte ſenectam. *Id.* 7. *met.* noctem dixit pro cęcitate. Lumine captus. *Id.* 6. *faſt.* Eſt damnum, cui lucis ademptæ. *Ibidem.* Luminibus orbus. *Sen. in Oed.* Lumine caſſus. *Anger.* Nec video lumine caſſus iter. Squalebat cæco lumine Tireſias. *Idem.*

Lucis inops. *Sen. in Oed.* Opaci vultus. *Stat.* 2. *Theb.* Luce viduatus. *Sen. in Oed.* Viſu carens. *Ibidem.* Æterna damnata lumina nocte, *Ouid.* 1. *met.* Orbum viſu, regiſq; carentem. *Stat.* 1. *Theb.* nempè carentem illius, qui regat iter. Nil lumine cernens. Luminibus charis viduatus. Qui lumine rapto eſt. Raptis luminibus repente cęcus. Quiq; oculis caret. Tectus oculos tenebris, *ex poet.* Triſtemq; trahens ſine lumine vitam. Cuius lumina lucis egent.

Obcęcatus, excęcatus. Orbus viſu Solis, qui lumina numquam Aſpexit: *ex poet.* Illic obtutibus vtriſq; orbes cauatos pręferens baculo regebat prævio errore nutantem gradum. *Sen.*

Thamyras, Phineus, Oedipus, Tireſias olim cęcitate percuſſi notiſſimi ſunt in fabulis, & ſic aliquando comparatione, ſiue illatione iiſdem nominibus vti poſſumus, vt *Mart.* 9. 26. Si non vis teneros ſpectet conuiua miniſtros, Phineas inuites, Afer, & Oedipodas, nempè cęcos inuitare poteris, qui non adſpicient pueros ſuos. Hinc:

CÆCITAS.

Tenebræ. *Ouid.* 3. *met.* Inertes diſcedunt nebulæ, & vultum niger Exuit aer. *Stat.* 4. *Theb.* ideſt, illuminator cæcus. Clades lucis ademptę. *Ouid.* 3. *met.* Luminis exilium. Longum funus. *Stat.* 4. *Theb.* Cęca nox. *Ouid.* 6. *met.* Quantum mortalia pectora cęcæ noctis habent! Tantaq; nox animi. *Ibidem.* ideſt mentis cęcitas, ignorantia. Perpetua nox. *Id.* 7. *met.* Perpetuaq; trahens turpem ſub nocte ſenectam, & *Stat.* 4. *Theb.*

Thamyræ cantoris fata. *Prop.* 2. *eleg.* 17. Me licet, & Thamiræ cantoris fata ſequantur; Numquam ad formoſas, inuide, cæcus ero. Oedipi ſors iniqua. V. *ſup.* Atra nube perfuſus caput. *Sen. in Oedip.* Cæcam noctem tremente dextra regat. *Ibidem.* Nubes frontis opacæ. *Stat.* 4. *Theb.* Sors letho durior omni. *Ibid.* V. *Caecus.*

CÆA.

Vel Cea inſula in Ægęo mari à Cęo Titani filio ſic dicta non procul ab Euboea, cuius inſulæ partes, vt inquit *Plin. lib.* 4. quæ ad Bœotiam vergebant eodem mari abſorptæ fuerunt. Hæc ab nonnullis Cia quoque dicitur, & Zea. Heraſiſtrati clari medici patria, & alumna Simonidis, & Bacchilidæ poetarum; vnde Cęus, a, um, deriuat. Hæc olim bombycinarum veſtium textrinis nobilis fuit: in hac enim inſ. Pamphila Latoi filia prima adorta eſt. Bombycum telas retorquere, eaſq; rurſus texere, vt teſtatur *Plin.* 15. *cap.* 22. Hinc Cęæ veſtes dictæ ſunt, quæ ibi ex bombyce tenuiſſimo texebantur in vſum fœminarum: Hinc *Proper.* Et tenues Cęa veſte mouere ſinus.

Cęos. *Plin. lib.* 4. Carthea, vrbs inſulæ. *Idem.* Tranſit & antiquæ Cartheia mœnia Cęæ. *Ouid.* 7. *met.* Carthęa arua. *Id.* 12. *met.* Namque ſacer Nymphis Carthęa tenentibus arua Ingens ceruus erat. *Ibidem.* Iulis, dis, opp. in inſula. Careſſum, vrbs. Phoceſſa, vrbs, quæ tamen Ponto abſorpta intercidit.

Hydruſa, fuit etiam alio nomine dicta inſula, teſte *Plinio*, ob aquæ vbertatem.

CÆDES.

Plurima mortis imago. *Virgil. lib.* 2. *AEn.* Strages. Clades. *Idem.* Contagia cladis. *Ouid.* 5. *triſt.* 5. Cruenta ſanies, figur. *AEſch.* Funus, figur. Cadauerum aceruí. *AEſch.* Stragis aceruus. *Virg.* 11. *AEn.* Cædis aceruus. *Idem* 10. *AEn.* Facta cruenta. *Ouid.* 2. *de art.* Aceruus: Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos. *Virg.* 10. *AEn.*

Terra impleta ſanguine; *ex Ouid.* Betionæas impleuit ſanguine terras. *Id.* 12. *met.* Sanguinolenta tempeſtas. *Sophocl.* Riui pleni fumanti ſanguine. *Virg.* 9. *AEn.* Nex. V. *Occiſio.* Sanguinis effuſum pelagus. *Tryphod.* Mille formæ mortis. *Sen. in Hipp.* Morientum aceruí. *Ouid.* 5. *met.* Lacrymoſa Troiæ funera. *Hor.* 1. *od.* 8. Cędis ſtuctus. *Tryphod.*

Tingere ſanguine ferrum. Polluere cęde manum, *ex poet.* Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat. Exilium dira pœnam pro cæde luebat. Cadit infelix violenta cęde peremptus. Lęta cruentabat turpi conuiuia cæde.

Epith.

Digitized by Google

Epith. Cruenta, ſæua, impia, furialis, ſanguinea, lethifera, funeſta, violenta, atrox, turpis, horrida, triſtis, lacrymabilis, purpurea, odioſa.

CÆLATVRA.

Ars ipſa cęlandi; nempè, quæ oſtendit figuras prominentes interdum totas, interdum dimidiatas: & hæc in argenteis, & aureis vaſis apud veteres locum, & authoritatem ſuam, quam maximè tenuit, tenetq; adhuc.

Ars Phidiaca. *Mart.* 3. 35. ab authore Phidia hoc in opere celeberrimo. Toreumata: dicuntur opera cælata. Regale paruis aſperum ſignis ebur. *Sen. in Hipp.* ideſt cælatum ſignis. Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno. *Prop.* 3. 7. Mentoreum opus. *Idem* 1. 14. à Mentore, de quo *paullò inferiùs*. Lesbia Mentoreo vina bibas opere. *Ibidem*. Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ: At Myos exiguam flectit acanthus iter. *Idem* 3. 7.

At tibi Mamurius formæ cęlator ahenæ Tellus artifices ne terat Oſca manus. *Prop.* 4. 2. de Mamurio V. *paullò inferiùs*. Inſerta phialæ Mentoris manu ducta Lacerta viuit, & timetur argentum. *Mart.* 3. 41. Artes Myronis. *Id.* 4. 39. Mentorei labores. *Ibidem*. Toreuma Phidiaci Cęli. *Ibidem*: nempè ſtyli ſculptorij à Phidia adhibiti.

Cęlum, ferrum, ſiue inſtrumentum, quo cęlant artifices. *Mart.* 9. 44. Stylus ſculptorius. Manus, fig. continens pro contento. Scalprum.

Anaglypta, & Anaglypha: vaſa in aſperitatem, exciſa, & ſignis aſpera, quæ vulgò dicuntur *Baſſi rilieui*. Archetypum, vulgò *Originale*: Archetypum Myos argentum te dicis habere. *Mart.* 8. 51. Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis? Mentoris hęc manus eſt, an Polyclete tua? *Ibid.* Non eſt fama recens, ideſt, non nouum opus, ſed archetypum Lyſippi inſignis ſtatuarij. *Idem* 9. 44. Nobile Lyſippi manus, opusq; vides. *Ibid.* Non noſtri gloria cęli; nempè non noſtri ſcalpri cęlatorij gloria, &c. Hinc:

CÆLATOR.

Artifex cęlator. Sculptor. Faber.

Cęlatores verò inſignes, & ſculptores fuere Phidias Athenienſis numquam laudatus author, in minoribus ſcilicet ſimulacris ſculpendis, præſertim in ebore, & toreumatis faciendis. Lege *Mart.* 3. 35. Praxiteles, marmore potiſſimùm clarus. Arceſilas, cuius meminit Simonides.

Alcimedon. *Vig.* pocula ponam fagina cælatum diuini opus Alcimedontis. Alcon. *Id. in Culice*. Nec pocula gratum Alconis referam, Bœtiq; toreuma. Bœtus. *Idem*. Myro, nis. *Iuuen. ſat.* 8. Et cum Parrhaſij tabulis, ſignisq; Myronis.

Mys, Myos. *Prop.* 3. 7. Mentor: mirus fuit in vaſis cęlandis artifex, de quo *ſuperiùs*: Rarę ſine Mentore menſæ. *Iuuen. & Plin. lib.* 33. *cap.* 11. L. Craſſus Orator duos ſcyphos habuit Mentoris manu cęlatos ſeſtertijs centum. *Id. lib.* 12. Mentori quotidie teſtimonium perhibet Capitolinus, Iupiter, & Diana Epheſia, quibus fuere conſecrata eius artis vaſa: cuius etiam meminit *Propert. vt ſup.*

Lyſippus. *Mart.* 9. 44. qui tamen ſtatuarius fuit. V. *ſuo loco*. Mamurius Veturius inſignis cęlator ærarius. *Ouid. & Prop.* Alios plures reperies in *Plin. lib.* 33. *cap.* 11. & 12. & ſi qui alij ex ipſo decerpſere. Anaglyptes, eſt faber, qui anaglypra conficit, de quibus V. *paullò ſuperiùs.*

CÆLVM.

Mundus ſuperior, cuius ambitu teguntur omnia, pro quo ſæpè eius partes ſumuntur à poetis, vt Æther, &c. vnde plerumque capiuntur ab Aſtrologis prognoſtica; quamobrem mundus conſultus vocatur à *Papinio* 3. *Theb.* Conſulti teſtor penetralia mundi, Et volucrum affatus. V. *Cælum ſtellatum inferiùs*.

Æther, Polus, Axis; *ex poet.* Olympus: qui cùm ſit mons inter Theſſaliam, & Macedoniam ſummæ altitudinis, à poeris ſumitur pro Cęlo. V. *ſuo loco*. Tonans: pro ipſo Cęlo. *Stat.* 2. *Theb.* per imbres Fulminibus mixtos, intempeſtumq; Tonantem. *Ibid.* Iouis aereę domus. *Hom.* Iouis Ædes. *Idem*. Iouis Æquora. *Lycophr.* Iouis Thronus. *Theocr.* Aureo ſplendore micans domus, *ex Hom. in Iliad.* Cęli conuexa. *Virg.* 4. *AEn.* Sidera cęli. *Id.* 1. *AEn.* Limina Diuûm. *Id.* 4. *AEn.* Aſtra, fig. Aurea templa. *Stat.* 1. *Theb.* Deûm domus alta. *Virg.* 10. *AEn.* Tecta Iouis. *Ibidem*. Tecta Dei; tecta cęli, *ex eod.* Regnum Iouis. Regia Iouis. *Ouid. ad Liu.* Sedes Superùm fortunatæ. *Vida*. Domus omnipatentis Olympi. *Virg.* Lumen Olympi: *ex eodem*.

Iouis atria. *Ouid.* 3. *faſt.* Iouis imperium. *Stat.* 1. *Theb.* Iouis aula. *Anger.* Iouis diuinum ſolum. *Q. Calab.* Tecta Tonantis. *Ouid.* 1. *met.* Ingentia mœnia cęli. *Id.* 2. *met.* Iouis opulenta domus. *Euripid.* Beatorum thalami: magni mundi cęleſtia templa: Nam cùm ſuſpicimus magni cęleſtia mundi Templa ſuper, &c. Aurea regia cęli ſtellantis. Æternæ regna ſalutis. *Vida*. Sinuoſa volumina cæli. Stellantis gaudia regni, *ex poet.*

Cæleſtis aula. *Ouid.* 1. *faſt.* Cęlitibus regnis à Ioue pulſus erat. *Ibidem*. Sedes cęleſtes. Olympi odorati excelſæ domus. *Q. Calab.* Aerea Deorum ſedes. *Pind.* Fortunata regio. *Anthol.* Oræ Elyſiæ. *Stat.* 4. *ſilu.* 9. ob felicitatem. V. *Elyſium*. Sedes lętæ. *Horat.* 1. *od.* 10. Cęleſte ſolum. *Ouid.* 1. *met.* Cęleſte regnum. *Ibidem*. Cęleſtes plagæ. *Id.* 12. *met.* Atria Deorum. *Id.* 1. *met.* Placida ſedes piorum. Oræ Cęlicolûm. Superi chori. Re-

Regna ſuperna. Regna Poli. Cęlica regna: *ex poet.* Spatia ſublimis Ætheris. *Sen. in Med.* Cęlituum ſedes.*Idem in Hipp.*Cęlituum domus. *Ibidem*.

Superæ auræ. *Virg. 4. AEn.* Supera alta. *Idem.* Supera conuexa. *Id. 19. AEn.* Superæ ſedes. *Id. 11. AEn.* Supera regna. *Idem: & Ouid. 1. faſt.* Superi chori. *Anger.* Aggreſſi,ſuperiſq; Iouem detrudere regnis. Ætheria, vel Ætheriæ arces.*Virg.* Ætheria plaga. Ætheria ſedes.*Ouid. 3. de arte.* Ætherij penates. *Pictor.* Ætherij orbes. *Virg. 8. AEn.* Ætherius vertex. Ætherij domus inclyta cęli. Siderea, & ſidereæ ſedes. *Virg. 10. AEn.* Siderea arx. *Ouid. 3. eleg. 9.* Siderei axes cęli. *Claud. 2. de rapt. Proſ.* Siderea domus. *Vida 4. Chriſt.* Siderea Deorum domus. *Anthol.* V. *Cælum ſtellatum*.

Cęli regio,ſtatio.*Ouid. 2. met.* Cæli vertex,faſtigia, palatia,regia. *Virg. & Ouid.* Cęli concaua. *Idem.* Cæli arx laquearia. *Stat. 4. ſil. 1.* Cæli plaga lucida. *Id. 5. ſilu. 3.* Cæli atria. *Id. 1. Theb.*

Epith. Signiferum, ſublime, altum, igniferum, pictum, fulgens,aſtriferum,rutilum,ſtellans,coruſcum, ſerenum, aſtrigerum, immortale,honoratum, &c. Hinc:

Cælum graue. V. *Aer infectus*.

Cælum nubilum.

Iupiter horridus Auſtris: grauis adopertus nubibus æther. Cælum nigreſcit ab Auſtris:Subeunt iam nubila cælum. Auſter pluuio contriſtat frigore cælum. Inuoluere nimbi,& nox humida cælum Abſtulit.*Virg. 1. AEn.* Ipſe diem,noctemq; negat diſcernere cælum. Sol caput obſcura nitidum ferrugine tinxit,vel texit. Ipſa vides cælum pice nigrius, & freta ventis Turbida, perq; cauas vix adeunda rates.... latet obſcura condita nube dies. Toto glomerantur nubila cælo. Tunc fuſca nitentem Obduxit Phœbum nubes, pręcepſq; repente Ante expectatum nox adfuit. Nox cælum tenebroſa gerit. Tenebris inuoluerat atris Lumen hiems, denſoſq; Notus collegerat imbres. V. *Pluuia*.

Cælum ſerenum.

Iucundi facilis clementia cęli;vel;placidi indulgentia cæli. Temperies puri placidiſſima cæli. Aura ſerena. Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit,radijſq; retexerit orbem. *Virg.* Expectata dies aderat,nonamq; ſerena Auroram Phaetontis equi iam luce vehebant. *Id.* Poterant iam Sole reducto exercere diem Agricolæ. Benigna temperies. Aer tranquilla luce ſerenus Semper, & æſtiui facies innubila cæli. Tranſeat hic ſine nube dies,ſtent aere venti, Ponat,& in ſicco molliter vnda minas. Continuòq; ſilent venti, fugiuntq; procellæ: Sol nitet,emergunt fuſcis ſua noctibus aſtra;Et mundo ſua forma redit, &c. *ex poet.* Pulcrior Auſonio nunquam ſurrexerat orbi Vlla dies roſeo vultum ſuffuſa rubore Phœbęos fręnabat agens aurora iugales: deſeript. Sparge diem meliore coma, crinemq; repexi Blandiùs elato ſurgant temone iugales. V. *Serenus, & Serenitas*.

Cæli clima.

Tractus. Cælum. *Ouid. 3. triſt. 3.* Nec cęlum patior,nec aquis aſſueſcimus iſtis. Temperies cæli. *Id. 2. Pont. 7.* Temperie cæli,corpuſque, animuſq; iuuantur; Frigore perpetuo Sarmatis ora riget. *Ibid.* Noxius æther. Temperatus æther. Iucunda cæli ſtatio. Cæli ſpatium. Spatioſa volumina cæli; *ex poet.*

Cæli curſus.

Lex Ætheris. *Sen. in Med.* Temporum vices. *Ibidem*. Perennes viæ ætheris. *Id. in Hipp.* Vaſti pondera mundi orbes. *Ibidem*. Qui ſonus noſtras ferit cæleſtis aures? *Id. in Her. Oet.* nempè ex Pythagoreorum ſententia, qui concentum quemdam,& harmoniam, effici corporum cæleſtium motu credebant.

Cæli pars dextra Oriens erat, & ſiniſtra Occidens: ex hac Græci in auſpicijs malum ominabantur, vt quibus Septentrio antica pars: contra Romani, bonum; quibus meridies antica pars. Hinc *Sen. in Thyeſt.* è lęuo æthere Aſtrum cucurrit limitem ſidus trahens:nempè ab Occidente.

Cęlum ſtellatum.

Nitidus mundus. *Sen. in Med.* Ætherius mundus, quo ſidera currunt. *Id. in Hipp.* Sidereus polus. *Ibidem*. Et fuſis ſtellatus crinibus æther. *Val. Flacc. 2. Argon.* Mundus conſultus. *Stat. 3. Theb.* vtpotè ex quo ſua deducant Aſtrologi prognoſtica. Stellifer Polus. *Sen. in Hipp.* Stelliger mundus. *Idem in Herc. fur.* Stellata domus. *Claud. 3. de rapt.* Stellans ſolium. *Stat. 1. Theb.* Stelligera domus, arx, &c. Stellantis gaudia mundi, *ex poet.* Sidera cæli. *Virg. 1. AEn.* fig. contentum pro continente. Stellifer axis. *Pictorius*.

Cælum Lunæ.

Lunaris globus. *Claud.* Lunari ſubiecta globo. Semita ventoſæ ſuperet vaga nubila Lunæ. *Auſon.* Orbis Lunæ. *Apul.* Orbita Lunæ. *Virg.* Lunares curſus. *Ouid. 15. met.* Lunæ globus. *Virg. & Lucret.* Cornua Lunæ. *H. Vida.* Triuiæ currus agiles. *Sen. in Med.* V. *Luna, vbi multa*.

Cælum Saturni.

Fulgens domus Saturni. *Hor. 2. od. 12.* Arx cæleſtis Saturni,globus,curſus Saturni, &c. & ſic de ceteris planetis,de quibus V. *ſuis locis*.

CÆLEBS.

Nempè qui coniugij eſt expers,à Græco nomine ſic dictus.

Pe-

Pectus inacceſſum Veneri. *Claud. 1. de rapt.* Dicitur & puro decubuiſſe toro. *Tibull.* Cùm Cælebs ardentem ſanguine vitam Tranſigat, & ſolitos caueat robuſtus amores. Expers coniugij. *Pontan.* Exoſus omne fœminæ nomen. *Sen.* Connubia vitans. Cur toro viduo iaces? *Idem in Hipp.* Triſtem iuuentam Venere deſerta colis. *Ibidem.* Abſtinens dum fugit Hippolyten. *Hor. 3. od. 7.* Nuptiarum expers. *Idem 3. 11.* Quæ velut latis equa trima campis Ludit exſultim, metuitq́; tangi Nuptiarum expers, & adhuc proteruo Cruda marito. *Ibidem.* Caſta mens. *Manil. 1. Aſtron.* V. *Caſtus.* Hinc:

CÆLIBATVS.

Ipſa vita, & profeſſio cælibum.

Solane perpetua mœrens carpere iuuenta. *Virg. 4. AEn.* Cælebs vita. Immitis annos cælibi vitæ dicat. *Sen. in Hipp.* Caſti ritus. *Ibidem.* Veneris modus. *Ouid. 4. met.* quæ tamen potius continentia dicenda, quàm cælibatus. Exulata viuit Venere. Dianæ comes, & Palladis, quæ cælibem vitam duxere. V. *Caſtitas.*

CÆNEVS.

Elati filius, qui à prima ætate puella fuit forma venuſtiſſima, adeò vt Neptunus illius pulcritudine tactus, cum ea concubuerit; in mercedem autem concubitus petijt illa, vt in virum mutaretur, & eſſet inuulnerabilis. V. *Adagia.* Ex quo in tantam eſt ſuperbiam, animiq́; tumorem elatus, vt ex Dijs nemini vellet ſacrificare, neque ſupplicare; ſuæ tamen id haſtæ dumtaxat agebat, quin etiam peregrinos ad ſe venientes haſtæ ſacrificare cogebat. Vnde ex hoc Iouis iram in ſe concitauit: nam in pugna à Centauris in nuptijs Pirithoi (erat enim ex Lapitharum genere Cæneus) excitata, multos hoſtium cùm interfeciſſet, neque ipſe cuiuſquam ferro vulnerari poſſet: tandem tanto arborum in ſe coniectarum ſuit pondere oppreſſus, vt ſic obierit, & in auem miſeratione Deorum conuerſus. Lege *fab.* apud *Ouid. lib. 12. met. poſt Cycni fabulam.*

Proles Elateia. *Ibidem.* Cænis, dis. *Ibidem.* nomen ipſius vti fœminæ. Quæ vim paſſa Dei æquorei. *Ibidem.* Atracides; *ex eod.* ab vrbe Theſſalia. Elateius. *Ibidem.* Pellæus iuuenis: Nudaq́; Pellæi iuuenis ferit ora ſariſſa. *Ibidem:* quòd à Pella vrbe duceret originem. Semimaris hoſtis: Nos ſemimari ſuperamur ab hoſte. *Ibidem:* nempè ab hermaphrodito.

Et iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus. *Virg. 6. AEn.* ex quo patet; Cæneum prius marem fuiſſe, tum fœminam, contra hiſtoriæ communem textum. Lapitheæ gloria gentis. *Ouid. 12. met.* Maxime vir quondam, ſed auis nunc vnica Cæneus. *Ibidem.*

Sed ſi mirum, & fabuloſum hoc videtur; *AElianus lib. 1. 25.* inquit, hyenam ſexum mutare. Vnde idem argumentatur in fine capitis, illos veteres, Cæneum, & Tireſiam non oſtentatione verborum, ſed rebus ipſis exprimi ab hoc animali, & declarari. Niſi fortè dicamus ex hermaphroditorum genere ambos fuiſſe; cùm etiam temporibus noſtris compertum ſit, aliquas pro fœminis inter Monialium clauſtra recluſas, quæ tranſacto tempore in viros, vel potius in hermaphroditos euaſere.

CÆRE.

Vrbs inſignis olim in Etruria, haud procul à Latio, quam Tibris diuidebat, & à mari Tyrrheno. Hanc quondam Agyllam nominatam aſſerunt, conditamq́; à Pelaſgis è Theſſalia profectis. Deindè verò Lydis (quos poſtea Tyrrhenos nominarunt) aduersùs Agyllinos bellum gerentibus, cùm quidam murum ſubiens, vrbis eius nomen percontatus fuiſſet, eiq́; à Theſſalo quodam de muro, Grecè χαῖρε reſponſum eſſet; eo veluti omine captam deinde vrbem Cære Tuſci denominarunt. Sed quo loco olim condita vix veſtigia Strabonis tempore extiterunt: preter balnea Cæretana. Nunc autem oppidum fortaſsè apud veterem Cæretu conditum, vulgò dicitur *Cereto*, haud procul à littore. Hinc:

Cæretani: Agyllini antiquitùs.

Cærites tabulę: erant, in quibus Cenſores referri iubebant, quos notæ cauſſa ſuffragijs priuabant. Hinc Cæritis cera. *Adag.* quo aliquem ignominia, & contumelia dignum ſignificare volumus; vnde *Horat. 1. epiſt.* Quid deceat, quid non obliti Cærite cera Digni, &c.

CÆREMONIÆ.

Sacri ritus. Mos ſacrorum. *Ouid. 1. faſt.* Vnde petas cauſſas horum, moremq́; ſacrorum. Mores ſacri. *Virg. 7. AEn.* Ritus ſacrorum. *Id. 12. AEn.* & *Mart. 3. 24.* Ritus. V. *ſuo loco.* Seruatur omnis ordo. *Sen. in Thyeſt. 4.* Nulla pars ſacri perit. *Ibidem:* ideſt ritus nullus omittitur.

CÆSAR.

Cognomen Iuliorum eſt, qui primus ſic appellatus fuit, quòd à cæſo matris vtero illum nomen adeptum eſſe aiunt. Iulius autem Cæſar, à quo Cæſarum familia, niſi prouenit, ſaltem amplitudinē accepit, haud cæſo materno vtero natus eſt; ſed matre Aurelia, quam amiſit, cùm in Gallia bellum gereret, vt inquit *Sueton.* Hic cùm per multos annos Gallos ſubegiſſet, ac Britannos; Conſulatu iterum petito, cùm in longum à Senatoribus diſtraheretur, armata manu Romam versùs progreſſus eſt, & Rubicone traiecto, hoſtis patriæ adiudicatus, Rempub. cępit opprimere, primùmque ex Italia Pompeium fugauit; deindè in Hiſpaniam tranſgreſſus, ibidem validiſſimas eiuſdem Pompeij copias profudit. Quem tandem

Digitized by Google

in Pharſalicis agris penitus deuicit. Tunc Protolemæum in Ægypto; ac in Africa Scipionem, & Iubam: in Hiſpania iterum Pompeij filios ſuperauit. Poſtremùm Romam deueniens quinquiès triumphauit; omnes ſiquidem liberalitate, ac animi magnitudine vincens. Tum Dictatura per aliquos annos adminiſtrata, perijt in Senatu à coniuratoribus, qui ad ſexaginta, & amplius in eum conſpirauerant L. Caſſio, Marcoq; & Decio Brutis conſpirationis Principibus, tribus, & viginti vulneribus confoſſus. Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus: Damnati omnes alius alio caſu petijt, pars naufragio, pars prælio, nonnulli illo ipſo pugione, quo Cæſarem interemerant. V. *Suet. Plutarch. & alios Cæſarum vitas enarrantes*.

Cæſareum numen: nam inter Deos tranſlatus creditur I. Cæſar. *Ouid.* 1. *faſt.* Heſperius Dux. *Luc.* 10. *Pharſ.* Hectoreis cognite maior auis. *Prop.* 4. *el.* 6. Cuſtos Rerum Cæſar. *Hor.* 4. *od.* 15. Iulia maieſtas. Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. *Virg.* 1. *AEn.* Dedit qui iura Britannis. *Pont.* nam primus ipſe illos ſubiugauit. Almæ Veneris progenies. *Horat.* 4. *od.* 25. Clarus Anchiſæ, Veneriſq; ſanguis. *Id. in Carm. ſec.* nam ab Aſcanio proſapiam deducebat. Marte, togaq; præcipuus. Troianus Cæſar. Rex Auſonius. Dictator: antonomaſt. Iupiter Auſonius. *Antholog.* 5. Primus in Auſonia mundi qui rexit habenas, *ex poet.* Paſtor mundi: Rex vnicus. *Nonnus.* Iupiter Æneades. *Antholog.* Supremus Rex Auſoniorum.

CÆSARIES.

Iubæ; *Poet.* metaphor. propriè enim iuba eſt animalium: Fuſæ lactea colla iubæ. *Mart.* 1. Coma. Comarum orbis. *Id.* 2. Cæſariem rutilam per candida colla refundit. Cæſaries criſpula, quæ criſpatur, *riccia*. Longa coma: Aut longis pulcra puella comis. *Mart.* 6. 17.

Aurea cæſaries, demiſſaq; lactea ceruix. Cui gratia pulcram Compſit cæſariem. Flaui capilli. Flauos dedit alma capillos Natura, &c. Dubiam lanuginis vmbram Cæſaries intonſa tegit. Fluitans cui pendet ab armis Cæſaries. Pulcrior auro cæſaries. Aurea cæſaries illi, atque aurea veſtis, Nudo cui vertice fulua cæſaries. Cæſariem diffuſa noto, rubicundaque malas. V. *Coma, ſuo loco*.

Epith. Refuga, pendula, fluitans, pulcra.

CÆSTVS. V. *Ceſtus*.

CAICVS.

Phrygiæ fluuius ex Myſia veniens, vnde etiam Myſiæ dicitur eſſe, qui naſcitur in Theutrania, eiuſdem Myſiæ regiuncula, & per campum ſui nominis in Elaiticum ſinum defluit.

Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caicus. *Virg.* 4. *Georg.* Theutrantæus amnis. *Ouid.* 2. *met.* Theutrantis vnda. *Prop.* 1. *eleg.* 11. Aut teneat tenui clauſam Theutrantis in vnda.

CAIETA.

Vrbs cum portu celeberrimo in Campania ſic à nutrice Æneę dicta (*Virg.* 7. *AEn.*) quam ipſe ab inferis reuerſus fato ceſſiſſe inueniens, non longè à Baiano ſinu, propè Cumas, & Formias ſepelliuit, ibiq; vrbem condidit, quam vnà cum adiacenti portu Caietam dixit. Siue, vt alij à *καίειν* quòd ibi claſſis Troiana incenſa fuerit. Alij à ſinuoſa cauitate, qua illi portus efficitur, quam Lacones Caiattam dixerunt.

Æneia nutrix. *Virg.* 7. *AEn.* Æneæ nutrix. *Mart.* 7. & 5. *epig.* 1. Caietæ ſinus: Portus. Caietanus ager. Caietana humus. Caietæ littus, &c. *Sanaz.*

CALABRIA.

Regio ſic dicta à Calabris, quos magnæ Gręciæ partem Salentinis adhęrentem ad Ionium ęquor circa Iapygium promontorium tenuiſſe ex *Ptolemeo* manifeſtum eſt. Quæ in ſuperiorem diuiditur, & inferiorem.

Inferior vrbes habet Conſentiam, quæ Metropolis eſt, Manthiam, Fredum, Belmontium, Rhegium, Vropiam, Turanum, Nicaſtrum; minoraq; oppida, quorum multa anno à Chriſto nato 1638. v. Kal. Apr. horribili quidem terremotu, flebiliq; concuſſa, & nonnulla telluris hiatu viuentibus adhuc incolis abſorpta, ſepultaque fuerunt.

Superior, quæ antiquitùs Magna Græcia fuit appellata, inſigniores has vrbes recenſet. Brunduſium: de quo *ſup. ſuo loco*. Hydruntem. Tarentum, vnde ſinus Tarentinus. V. *ſuis locis*. Aletium, Callipolim, Auriam, Campiium, oppid. Salices, Caſtrum, aliaq; minora: vnde pop. Crotoniatæ, & Sybaritæ, de quorum luxu multa narrantur. Tarentini, Brutij. V. *ſuo loco*. Salentini, & alij permulti.

Sinus Calabri. *Hor.* 1. *od.* 33. Fretis acrior Adriæ Curuantis Calabros ſinus. *Ibidem.* Saltus Calabri. *Virg.* 3. *Georg.* opportuna ſiquidem pecudum paſcuis regio. Calabri montes. *Ouid.* 3. *de art.* Ora Brutia. *Stat.* 1. *ſilu.* 3. Calabri fines. *Angel. Barg.* Nexaq; cum Brutijs Trinacris ora, &c. Calabræ aquæ. Candidaq; à Calabris vela dabuntur aquis. Rura Salentina, Salentina iugera, arua, littora, &c. Meſſapia, olim.

Temeſe, vrbs in Brutijs metallis quondam clara. *Stat.* 1. *ſilu.* 1. & *Ouid.* 15. *met.* Neritum, vulgò *Nardò*. Rudiæ, haud procul ab Aletio, oppidum Ennio ciue non ignobile.

Galeſus fluuius, non procul à Tarento leni admodum curſu labens. Qua niger humectas flauentia

Digitized by Google

tia culta Galeſus. *Virg.3. Georg.* Dulce Galeſi flumen. *Hor.2.od.6.* Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen, Et regnata peram Laconi Rura Phalanto. Rura Galeſi. Pineta Galeſi. *Prop. 2. eleg.* 24. Crathis, fluu.

Populi.

Calabri; Hydruntini; Tarentini; Salentini; Aletini; Brunduſini; Brutij. Meſſapij, olim

Montes.

Matinus, mons in Calabria, authore *Porphyrione*, buxo, & apibus abundans: vnde *Lucan.9.* Et calidi lucent buxeta Matini; & *Hor. 4. od.2.* Ego apis Matinæ More, modoq; Grata carpentis thyma per laborem.

CALAIS.

Boreæ ex Orithyja coniuge filius Zethis frater, qui ambo alati Argonautas in Colchos ſequuti ſunt. Qua in expeditione cùm à Phineo Rege humaniter eſſent accepti, Harpyjas, à quibus Regis epulæ fœdabantur, perſequi conſtituerunt; quas alarum auxilio, & iaculandi ſagittis peritia in Plotas vſque inſulas fugarunt. Verùm ab Iride admoniti, ne Iouis canes vlterius perſequerentur, inde retrorſum conuerſi inſulis Græcum conuerſionis nomen Strophadas indiderunt. V. *Strophades*. Poſtremò ab Hercule zelotypiæ cauſſa fuerunt interempti, quos in ventos commutatos fabulantur Poetæ, qui Caniculæ exortum dies ferè octo præueniunt. Lege *Ouidium 6. met.*

Prognati Borea, *ex eod.* Alati fratres. Prodromi Caniculæ, ideſt præcurſores. Implumes Calaiſq; puer, Zetheſq; fuerunt. *Ouid.6. met.*

CALAMISTER, i.

Calamiſtrum, inſtrumentum eſt, vel acus ex ferro, aut ex vitro; quo capilli ornantur, ac criſpantur: vnde Calamiſtratus, qui calamiſtro ſe compſit: coma calamiſtrata. Quòd autem hoc calefacto in cinere capillus ornabatur, qui illum miniſtrabat à cinere Cinerarius eſt appellatus, teſte *Varrone*.

Ferrum, figur. Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes. *Virg.12. AEn.* Acus. V. *ſupra, Acus comatoria*. Idalia diuiſus acu. *Claud. 2. de rapt.* Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos. *Ouid.1. de art.* Hi calamiſtrati iuuenes vt fœmina compti.

CALAMITAS.

Clades. *Sen. in Herc.fur.* Caſus acerbus. Diſcrimina rerum. *Virg.1. AEn.* Fata aſpera. *Ouid.3. de Pont.6.* Mollibus, & verbis aſpera fata lenes. *Ibidem*. Incommoda vitæ. *Pont.* Labores duri, varij, &c. *Virg.2. AEn.* Pericula. *Idem 11. AEn.* Res egenæ, arctæ, duræ, &c. *Ouid. 2. de Pont.7.* Adiuuet in duris aliquos præſentia rebus; Obruit hoc abſens vaſta procella caput. Pars eſtus pauci melior, qui rebus in arctis Ferre mihi nullam turpe putaris opem. *Id.3. Pont.2.* Iniqua fortunę tela. *Id.2. Pont.7.* Sic ego fortunæ telis confixus iniquis. Caſus: Nec numerus noſtris caſibus eſſe poteſt. *Ibid.* Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum; Quos ego ſum terra, quos ego paſſus aqua. *Ibid.*

Malum; Sed tamen his noſtris ingemuere malis. *Ouid. 2. Pont.7.* Ilias eſt fati longa futura mei. *Ibid.* Fortunæ ictus: Sic ego continuo fortunę vulneror ictu. *Ibid.* Pœna. Ruina. Excidium. Occaſus. *Virg.12. AEn.* Acerba, orum. *Ibid.* Quæ fortibus non pertulit ille. *Idem.* Quid fuit ingenti proſtratum mole ſodali. *Ouid.1. triſt.7.* Procella: Obruit hoc abſens vaſta procella caput. *Idem 2. Pont.7.* Fatalia damna. *Idem 1. triſt.7.* Vltima damna. *Bemb.* Infortunia. Ærumnę graues. *Beroald.* Ærumna.

Res acerbæ. *Ouid.1. triſt.5.* Infeſtæ res. *Horat.2. od.10.* Sperat infeſtis, metuit ſecundis Alteram ſortem benè præparatum Pectus, &c. *Ibid.* Rebus anguſtis animoſus, atque Fortis appare. *Ibidem.* Res afflictæ. *Sen. in Med.* Res lapſæ. *Ouid. 2. de Pont.* Reſpicis antiquum lapſis in rebus amicum. Res miſeræ. *Ibid. eleg.6.* Pectora quàm mea ſunt ſerie calcata malorum. *Ibidem eleg.7.* Sic vitæ ſeries tota ſit atra tuæ. *Id. in Ibin.* ideſt calamitoſa. V. *Afflictus.*

CALAMVS.

Quo ſcribimus. Scriptorius calamus. Graphium. *Ouid.1.eleg.11.* Quid digitos opus eſt graphium laxare tenendo? Erat autem Graphium inſtrumentum æneum, quo antiquitùs in ceratis tabulis ſcribebant: vnde & in eadem elegia *Ouid.* Cætera fert blanda cera notata manu. Et inferiùs; Odi cum latè ſplendida cera vacat. Comprimat ordinibus verſus, oculoſq; moretùr Margine in extremo littera raſa meos, &c. *Ibid.* Stylus idem ſignificat, quod graphium.

Crena calami: fiſſura calami, *Spaccatura della penna*. Arundo, pro calamo: Neve notet luſus triſtis arundo tuos. *Mart.1.4.*

Graphiaria: Graphiarium: Pennaria theca, vulgò *Pennaruolo, ò Stuccio*.

CALAVREA. V. *Demoſthenes*, & *Diana*.

CALCAR.

Calx ferratus. *Virg.11. AEn.* Stimulus. Ferratus ſtimulus. Calx acutus. Aculeus, armi, quo fodiuntur equi. Quo latus equi tunditur. Quo vrgentur equi. Sæuis calcaribus vrgent. Doctus equi fodere æratis calcaribus armos.

Epith. Durum, rigidum, ferratum, æratum, ſæuum, cruentum.

CALCHAS.

Græcus augur, & vates Theſtoris filius, qui cum

Græcis ad expeditionem Troianam profectus in multis conſilij cauſſa fuit adhibitus: Diuinabat enim ex ſiderum poſitione, & augurio; per extiſpicium, per tonitru, per cometam, vel ſtellam cadentem Deorum placita. Oſtendit quoque in Aulide quomodo placata Diana venti ſedari potuiſſent;& apud Troiam in caſtris docuit,qua ratione placandus Apollo, vt epidimiæ ceſſaret morbus. Decennalis quoque belli Troiani moras prædixit ex paſſere, quæ cum nouem pullis à Dracone vorabatur. Tum etiam prędixit Aſtyanacta Hectoris filium è turri præcipitatum iri, niſi id potius Vlyſſi perſuaſerit. Diruta autem Troia reuerſus cum Amphiloco Amphiarai filio terreſtri itinere Colophonem;cùm in luco Apollinis Clarij extra vrbem apud fanũ in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet artis peritia ab illo ſuperatus dolore contabuit; quòd propoſita ſibi à Mopſo caprifico, vt refert *Heſiodus*, (aut,vt Pherecydes mauult,ſue grauida) conijcere non potuiſſet, quot in illa ficus eſſent;quotve hæc vtero ſucculas gereret: quod tamen Mopſus ſine vllo errore diuinauit. Vide *Homerum lib. 1. Iliad. & Virgil. 2. AEn. & Sen. in Troad.*

Augurum optimus Græcorum. V. *Augur*. Theſtoreus vates. *Sophocl. in Aiace*. Siſyphius groſſorum innumerabilium. *Lycophr. in Caſſ.* Theſtorides. *Statius, & Ouid.* 12. *met.* Theſtore natus. Theſtoris filius, *ex poet.* Interpres Deûm. *Sen. in Troad.* 4.

Epith. Prudens, ſagax.

CALCEVS.

Crudus pero. *Virg.* 7. *AEn.* Vincula pedum; Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis. *Idem* 8. *AEn.* Pellis, figur. Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet. *Ouid.* 1. *de art.* Solea. *Ouid.* 2. *de art.* Depoſui ſoleas affertur protinus ingens, &c. *Mart.* 3. 49. Solea ferrea, *Ferro da cauallo*.

Aluta; pellis concinnata ad calceos, aliave opera: Pes malus in niuea ſemper celetur aluta. *Ouid.* 3. *de art.* Tegmina taurea: Taurea nudatis circumdat tegmina plantis. *Mart.* 3. Vincla pedum. *Pontan. & Ouid.* 1. *faſt.* 415. Crepida, vulgò *Pianella*. Carbatinæ crepidæ. *Catull. epig.* quod eſt calceamenti ruſtici genus;ex recentiore corio bubalo. Scandalium. *Tertull.* ſiue Sandalium. Calceamentum.

Calceus feneſtratus, lunatus: qua ratione lunatam plantam dixit *Martialis*: Solebant enim Patrij lunulas addere, aut ſubtexere calceis ex aluta factis, vt *Iuuenalis* indicat, antiquitatis ſymbola; quaſi qui cum Arcadibus ſe Luna priores iactarent; aut centenarij numeri ſignificatione, qui in patribus fuerat, vt *D. Iſidorus* ait. Lunata pellis. *Mart.* 1. 50. Calceus laneus. Soccus, vulgò *Scalfarotti*. Luteo plantas cohibente socco. *Sen. in Hipp.* Calceus linteus. *Apul. Scarpino*, quem Vdonem vocat *Ludouicus Viues*, ſed parùm rectè, cùm Vdo ſit pallium, aut veſtimentum aduersùs imbrium iniuriam comparatum.

Phęcaſium. *Iuuen.* Calceamentum album ſacrificis proprium, vt ex *Appiano lib.* 5. *Bell. ciuil.* diſcimus: quæ ſandalia Epiſcoporum liceret vocare, quùm ſolemni ritu celebrant. Cothurnus: calceus vtrique pedi congruens, nunc autem vulgò *Borzacchini*.

Sculponeę. *Plaut. & Varro*; quas ſoleas ligneas appellat. *Cic.* Calceus ligneus: calceamenti genus, quô nonnulli vtuntur hiberno tempore è ſolido ligno exculptis, *Zoccoli*. Dicũtur etiam: Calones. *Feſt.* Calopodium, Græcum nomen idem ſignificans. Braxeæ. *Plaut. & Tertull.* calcei Philoſophorum proprij, quos ligneos fuiſſe, vt valetudini æquiores, à nonnullis exiſtimatur.

Grallæ; *Varro*. Perticæ ligneæ, quibus altiùs à terra gradimur. Encentris ſtapes ferreus, aut ferreis mucronibus confixus, quo vtuntur qui lubricam glaciem calcant; Calopodium ferratum, liceret etiam appellare. Endromides: *Pollux*: Expediti ad curſum calcei, *Scarpe d'una ſuola*.

Tyrrhenium, ſiue Etruſcum ſandalium, eſt crepidæ genus Italis fœminis, præſertim Venetis, & Hiſpanis vſitatum edito admodum ſolo. Mulleus: *Catull.* Calceus alto ſolo, olim regum, poſtea patritiorum geſtamen: nunc hominum delicatiorum. Veteramenta, *Ciauatte*. Corij præſegmina, *Auanzi di cuoio*. Corrigia calceamenti. Obſtragulum: *Plin.* Ligula calceorum: *Mart.* qua calceorum alas adſtringimus. Fibula, *Fibbia*.

CALDARIVM. V. *Cacabus*.

CALENDÆ.

Primi dies menſium dictæ à conuocatione populorum: à Greco enim deriuat verbo. Calendis, & Idibus conueniebat ad publica ſacra populus togatus, vt in feſtis diebus nos conſueſcimus, quando in alijs diuerſis nos intenti miniſterijs veſtibus vtimur laceris, pannoſiſq;. In municipijs verò, & oppidulis rarus olim togæ vſus, vnde *Mart.* 4. 66. Idibus, & raris togula eſt excuſſa calendis. Calendæ ſub Iunonis protectione erant, vt Idus ſub Iouis tutela. Hinc *Ouid.* 1. *faſt.* Vindicat Auſonias Iunonis cura calendas, Idibus alba Ioui grandior agna cadit: Nonæ verò Dei tutela carebant, vt *Ibid. Ouid.* Calendis pariter, idibusq; cuiuſque menſis Romæ legitimus haberi poterat Senatus ex Auguſti decreto. Coibant verò Senatores ad varia Deorum templa ad Cõſulum arbitrium, quò cùm acceſſiſſent, priuſquam conſiderent, quiſque ture, ac mero ſupplicabat apud aram eius Dei, in cuius templo

Se-

Senatus erat habendus, *ex Sueton.*

Auſoniæ calendæ,nempè Latinorum,nam Greci carent; vnde factum adagium: Ad calendas Grecas,nempè numquam. *Ouid.1.faſt.* Principium menſis. *Id.2.faſt.* Prima lux menſium. V. *Menſium nomina*; in quibus quænam feſta calendis cuiuſq; menſis celebrarentur,innoteſcit.

CALIDVS.

Æſtuoſus. *Hor.1.od.31.* Caldus,per ſyncop. Ardens. Feruidus. Torrens. Terræq; ardore dehiſcent. Æſtuans. Siccis aer feruoribus vſtus. Torridus.

Vror vt inducto ceratæ ſulphure tedæ, Vt pia fumoſis addita tura focis. *Ouid. epiſt.7.* Vror vt indomitis ignem exercentibus Euris Fertilis accenſis meſſibus ardet ager. *Id.epiſt.12.* V. *Aeſtus: Incendium: Calor.*

CALIGÆ.

Propriè tibiarum tegumentum militare, quibus cùm adhuc puer C.Ceſar Germanici filius,quem ſibi Tiberius adoptauerat, nimis vteretur, cognomentum adeptus eſt Caligulæ.

Tibialia. *Suet.* quæ ſunt caligæ ad talos vſque pertingentes. Tegmina crurum: Barbara crurum Tegmina. *Virg. 11. AEn.* Ocrea,propriè quod vulgò dicimus,*Stiuale.* Ocreæ ferreæ,*Gambiere di ferro.*

Pellis,fig. Iam iam reſidunt cruribus aſperæ Pelles. *Horat.2.20.* vulgò, *Calze di cuoio.* Tegmen ſuræ. *Catull. in Argon.* Surarum tegmina lanea, ſerica,bombycina,&c. Crurum vincula. Faſciæ crurales, ſiue crurales. *Vlpian.* Tyrrhena vincula. *Virg.8.AEn.* aliqui locum hunc interpretantur pro faſcijs caligarum; & hæ: Genualia. *Ouid.* nempè vincula, ſeu faſciæ, quibus ſubter, vel ſupra poplites caligæ ſubſtringuntur. Cruralia tegmina, vincula.

CALIGO.

Caliginis vmbra, ſiue vmbræ: *Auſon. & Ouid. lib.4. met.* Nebula caliginis. *Sil.It.14.* Tenebræ. V. *ſuo loco.* Atra caligine ſeptus. Illinc obſcura ſemper caligine nubes. Tres adeò incertos cęca caligine Soles Erramus pelago; *Virg.1. AEn.* Quis globus, ò ciues, caligine voluitur atra. *Idem.* Et craſſa voluit caligine fumum. Nigranti piceus ſenſim caligine vertex. Arduus obſcurus caligine denſus opaca. Principio cęlum ſpiſſa caligine terras Preſſit. Mox vbi terribili terras caligine texit.

Epith. Nubiloſa,opaca,ſpiſſa,nigrans,tenebroſa,picea,nubila, triſtis.

CALIX.

Cuius materia multiplex,nam prius ex argilla fuit, tum ex ære,deinde ex plumbo,ſtamno,argento, auro, lapide, ligno, denique ex vitro,& ex vitri medulla, quam cryſtallum appellant. Huius rei lectio varia apud *Athen. lib.11.* in quo copioſiſſimè diſſerit de calicibus, de eorum forma, & appellatione. Thericleos calices ex terebintho aliquando tornatos ibidem narrat;vt modò Florentiæ ex glacie craſſa æſtiuo tempore ad Principum delicias in vini refrigerationem. Ex hederæ radice tornari calices poſſunt,quos ebrietati referunt prodeſſe, ne noceat; ex quercus medulla,& Melandryo dicit *ibidem Athenæus* facti ſunt calices, & ex alijs, quas ſupra diximus, materijs.

Thericlei calices, ab authore Thericle figulo Corinthio: *Athen. vt ſup.* eiuſdem cum carcheſio formæ. Carcheſium:& Carcheſia,poculi genus circa mediam partem comprehenſum anſis à ſummo ad infimum pertinentibus munitum. *Virg.* Cape Męonij carcheſia Bacchi. V. *Athenæum.*

Cadiſcum, poculi genus: *Philemon* apud *Athen.* Calpion poculi genus Erythræi, cui ſimile Scaphium, forſitan Cymbula. Cymbium,poculum procerum concauum ad cymbæ ſimilitudinem. *Virg. & Prop.3.*

Celebe,poculi genus;ſed vas mellarium propriè dicitur. Lege *Athen. vbi ſup.*

Cornua, poculi genus vetuſtiſſimum: nam primos homines boum cornibus olim bibiſſe referunt: vnde crateres dicti, **ἀπὸ τοῦ κέρατος**, vnde *Theopompus* ſcribit Reges Pęonum ex boum, qui apud illos naſcuntur cornibus tam amplis, vt tres, ac quatuor congios capiant, pocula facere ſolitos fuiſſe labris auro, & argento circumtectis.

Condy,poculum Aſiaticum. *Menand.* apud *Athen.* Cotylum, poculum ex vna parte tantùm auritum. Cotydiſcum, apud *Ariſtophanem.* Alciſon,Poterion,Cypellum,Amphotis,Scyphus,Calix, Cothon, Carcheſium, Phiala, ab *Hipponacto* in ſynon. dicuntur pocula.

Cantharus. *Hor.1.od.20.* Vile potabis modicis Sabinum Cantharis Græca,quod ego ipſe teſta,&c. Culullus, diues, & aureis mercator Exſiccet culullis vina Syra reparata merce. *Ibidem od.31.*

Amphora: Nec Leſtrygonia Bacchus Amphora, Langueſcit mihi, nempè vinum Formianum. *Id.4.od.16.* Neu promptæ modus Amphoræ ſit: *Id.1.od.36.* ideſt bibatur ſine intermiſſione.

Trulla. *Hor.2.ſermon.* Vas vinarium,potoriumve. Cillybium poculum ex hedera paſtoritium. *Athen.* Ciborium. Obliuioſo lenia maſſico Ciboria exple. *Hor.2.od.7.* Amiſtis: Neu multis Damalis meri Baſſum Threicia vincat amiſtide. *Id.1.od.36.* Phiala,planum,& repandum poculum. *Iuuen.* Bombylius vas anguſti oris inter bibendum bombum, ſonitumq; edens. Potiſtris, Græcum apud *Zezen.* dicitur vaſculum potorium,

Digitized by Google

rium,quod auiculis in cauea poſitis apponitur.

Oſcyphium, Græc. poculum in oui formam oblongum. Nimbus vitreus. *Mart.* anguſti oris vas, fortaſsè quo vtimur æſtate ad vinum in aqua refrigerandum. Diota,vas potorium qualecumq; binis munitum anſis. *Horat.1. od.9.* Deprome quadrimum Sabina O Taliarche merum Diota: v. ſapph.

Horum calicum nonnulli alicui Deo dicati erant,vt Scyphus Ioui,cantharus Baccho. Quod verò calidum biberent veteres, ex *Mart. 2.1.* dignoſcitur,qui ſic ait:Sed ante incipiat poſitus, quam tepuiſſe calix. Præterea in calicibus, ſiue crateribus olim ſtemmata, ſiue figuras inſculpebant, vt audaciùs, & frequentiùs biberent: cuius rei frequens mentio apud veteres; præſertim lege *epig. 6.lib.8.Mart. in Euctum:*Archetypis,&c. in quo epig. hi verſus: Hi duo longæuo cenſentur Neſtore fundi Pollice de Pylio trita columba nitet. Nempè, (vt inquit *Farnabius*) crater Neſtoris habens duos fundos,anſas quatuor,& earum ſingulis inſidentes duas columbas: crater quippe *Homero* celebratus *Iliad.11. & Athen. lib.11. cap.12.& 13.* Sed ad

Synon.

Cyathus. V. *ſuo loco*. Scyphus:*Hor.* & Scyphium. Patera, p.c..... ſignis perfectam auroq; nitentem Iaſides pateram famulos ex more popoſcit. *Stat.lib.1.Theb.*vbi obſerua,ex auro olim factas pateras,quę ſignis inſculpebantur. Crater,is;cratera,æ; poculum.

Vitrum,ſig. pro ipſo cyatho: Condantur parco fuſca falerna vitro. *Mart.2.40. & lib.1. epig.38.* Vitriq; æſtiua ſuppellex. *Prop.4.8.* Nimbus vitreus. *Mart.* Chryſtallus,pro ipſo calice:in quorum quidem genere omnibus pręſtant Veneti vitrarij. Pocula chryſtallina.

Opus Mentoreum, ſcilicet à Mentore ſignis ſculptum poculum: Lesbia Mentoreo vina bibas opere. *Prop.1. eleg.* Argentum ingens,ſig. materia pro re ipſa. Aurum:Vt ſollicito bibant auro ſuperbi. *Sen. in Hipp.*Orbis,ſig. Et annoſum ſpumat in orbe merum. *Pont:* Myrrha:Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice, &c. *Mart.4.85.* ex myrrhæ forſitan radice, vt ex hedera etiam, & ex alijs materijs,vel ob virtutem,vel ob luxum. Cadus,etiam pro vini vaſe,ſed ex maioribus: niſi forſitan non ad bibendum, ſed ad ſeruandum vinum vſurpatum. V. *Vas*.

Epith. Aureus, auratus, gemmatus, cęlatus, argenteus,capax, &c.

Porrò obſerua poculum dictum à potando; patera à forma patula: cymbium à cymbæ figura: cyathus, quod certam vini capiebat menſuram; crater cęteris poculis maius;vnde *Virg.1.AEneidos.* Crateras magnos ſtatuunt,& vina coronant: vaſtum craterem appellat *Ouid.12. met.* grauem *Valer. Flacc.* Indulgent vino,& vertunt crateras ahenos.

CALLIDITAS.

Aſtutia. Aſtus. V. *ſuo loco*. Verſutum conſilium. *Nonnus*. Vafrum conſilium. *Idem*. Fraus deceptrix. *Idem*. Hinc:

CALLIDVS.

Aſtutus. V. *ſuo loco*. Verſutum pectus. *Bemb.* Maleſidum pectus. *Idem.* Solers. Acutus. Rex mendaciorum. *Homer.*Conſarcinator malorum. *Euripid.*Verſuta propago.*Ouid.* Ingenioſus ad omne. *Idem.* Mens callida.

CALLIMACHVS.

Poeta Cyrenęus fuit apud Ptolemęum Philadelphium regiæ præfectus bibliothecæ. Scripſit elegias, hymnos, & epigrammata, quorum nil extat præter ſex hymnos. Apud Græcos Princeps inter elegiographos habetur. Omne tamen poematij genus attigit. In aduerſarium quemdam poema ſcripſit acerbiſſimum, quod Ibin ficto nomine appellat. Hinc Callimachum imitatus Ouidius eiuſdem tituli aliud ſimile compoſuit. Scripſit etiam Callimachus opus inſigne de origine, & cauſſis ſacrorum, quæ Ætia inſcripſit; argumento non diſſimili ab eo, quod poſtea in faſtus Ouidius tractauit: vnde *Mart. lib.10. epig.4.* Si non vis Mamurra tuos cognoſcere mores, Nec te ſcire; legas Ætia Callimachi.

Battiades. *Ouid.1.eleg.15.* à Batto patre. Carmina Battiadæ. *Stat.5.ſilu.3.* Cyrenæus vates. *Prop.* Cyrenæus Battiades, *ex Græc.* Cyrenæi elegi, muſa,&c.quod author in Cyrene natus.

CALLIOPE.

Vna ex nouem muſis,illarumq; præſtantiſſima,quæ etiam Calliopęa dicitur,Orphei mater,quæ Heroico carmini pręeſſe dicitur. V. *Muſa*.

Orphei mater. *Virg.*Vocalis camœna. *Sen. in Med.* Calliopęa. *Virg. in opuſc.* O nemoris regina ſonori Calliope. *Stat.4.Theb.* Carmina Calliope libris heroica mandat. Muſa Heroina indè poteſt vocari.

CALOR.

Ardor. Æſtus. V. *ſuo loco*. Vapor ſiderum. *Hor. epod.3.* Sol,& Soles,ſig. ab effectibus.... tacent exhauſti Solibus amnes. *Stat.3. Theb.* ideſt caloribus aſſiduis exſiccati penè obmuteſcunt. Ignis. V. *ſuo loco,vbi multa*.

Epith. Æſtiuus, feruens, feruidus, validus, vrens, flammans, aridus, rapidus, immoderatus, vehemens, grauiter ſpirans.

CALPE.

Eſt notiſſimum Hiſpaniæ promontorium, altera Herculis columna è conſpectu Abylæ, quæ in Africa eſt. Ad cuius radices vrbs eſt eiuſdem nominis

Digitized by Google

minis Calpe, vt inquit *Strabo:* quo etiam nomine dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades anguſto diſcreta freto.

Briarei columnæ. *Ariſt.* apud *AElianum:* at laudibus olim Terminus Herculeis Calpe, &c. *Sil. Ital.* *Zibaltar,* vocarunt Saraceni, prope quam, ſiue ſub quo monte: Carteia, opp. in qua Arganthonius regnauit centum viginti annos, *Plinio* teſte, ſeu trecentos, vt inquit *Silius:* Arganthoniacos armat Carteia nepotes Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui Terdenos decies emenſus belliger annos. *Idem.* Tarteſſus, etiam dicitur ipſa vrbs Carteia. V. *Hiſpania, & Gades.*

CALVVS.

Rara coma. *Ouid.* 3. *eleg.* 8. Rarus capillus. Nudum caput. *Mart.* 5. 50. Vertex nudus: Et vertice nudo Spicula defigunt. .... nec vllus In longa pilus area notatur. *Mart.* 5. 50. v. phaleuc. Infelix vertex flauo viduate capillo. Rari crines. Raro canceſcit culmina crine caput. Caluatus capitis vertex (ſic vineam caluatam dixit *Plinius, & Cato*) Hinc:

Caluaſter, & recaluaſter, qui fronte, non capite toto caluus eſt. Hinc:

CALVITIVM.

Cuius multæ dicuntur eſſe cauſſæ à Phiſicis, decaluari caput Salamandræ ſanie, ſi loca tangantur, ait *Plin. lib.* 10. 67. quod etiam innuere videtur *Mart.* 2. *epig.* 66. Hoc Salamandra notet, vel ſęua nouacula nudet: & *Petronius Arbiter,* dum inquit: Quæ Salamandra ſuper cilia tua excuſſit.

Calua, & Caluaria: locus vnde incipiunt pili decidere. *Mart.* 5. 50. *&* 6. *epiſt.* 57. Nudum caput honore. Nudatus honore comarum vertex. Eſt ſine crine caput. Nos malè detegimur, raptiq; ætate capilli, Vt Borea frondes excutiente cadunt. *Ouid.* 3. *de art.* Areaq; attritu ridet aduſta pilis. *Petron. Arb.* Myconius, dici poteſt caluus à peculiari illius inſulæ incolis vitio, qui omnes calui fieri dicuntur. V. *Mycone:* in Inſulis.

Inter caluos adſcribuntur nominati Nero Cæſar, Ouidius Naſo, Domitianus, & Iul. Cæſar.

CALVMNIA.

Sæuiſſima peſtis. Nomen rodere Sueta bonum. Iniuſtum mentita fucum. Conuicium. Dicterium. Iniuria. Contumelia. V. *ſuis locis.*

Epith. Subdola, rabioſa, turpis, fœda, ſæua, rodens, mordens, carpens.

CALVMNIATOR.

Lingua dicteriorum amans. *Lucian.* Os fœtum execratione, & dolo. *Apollod.* Lingua fraudulenta, & acerbitate grauis. *Idem.* Lingua fallacibus ſermonibus addicta. *Idem.* Qui ſolitus tremula conuicia dicere lingua, *ex Poet.* Crapula ceù latè vomuit conuicia linguæ. Et vaga clamoſæ reprimit conuicia linguæ. Mouent rixas, conuiciaq; aſpera miſcent. Aſpera verba. *Ouid.* 2. *de Pont.* 6. Pellem rodere qui velit canina. *Ibidem.* v. phaleuc. Conuiciator. Obtrectator.

CALX.

Vel extrema pedis eſt pars, quæ vulgò *Calcagno.* V. *Pes.* Vel pro materia cocti lapidis ſumitur, vt hoc in loco.

Puluis coctus. Opusq; texunt cocto puluere, ſordidoq; topho. *Stat.* 4. *ſilu.* 2. .... ſilices terrena fornace ſolui. *Ouid.* 7. *met.* Calx viua: nondum extincta. Calx intrita, longo tempore macerata; Calx arena permixta, vulgò *Calcina miſchiata con arena, ò pozzolana.* Fornax calcaria: vbi calx coquitur. Coctum lutum. Cocti lapides.

Cæmentum; Cæmenta ſunt lapides rudes, & informes. Nec erat difficile murum ſubruere; quod cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. Bitumen, quoddam cæmentitium, quo primi Babelis turris cæmentarij vſi ſunt pro calce, vt in ſacra *Geneſ. cap.* 11.

CALYDONIA.

Regio, quæ à primaria vrbe Calydon etiam dicitur: & hæc à Calydone Endymionis, vel Ætoli filia ſic dicta fuit Oenei regia, qui Meleagri fuit pater, per quam Euenus fluuius influit; apud quam ſilua proxima Calydonia dicebatur, de qua meminit ſæpè *Ouid. lib.* 8. *met.* cùm agit de Oeneo, de Meleagro, ac de apro interfecto. V. *AEtolia, & Meleager.*

Calydon, vrbs, pen. comm. Monſtrifera Calydonis opes, Acheloiaq; arua. *Stat.* qui etiam *lib.* 5. *ſilu.* 2. Quanta Calydonios attollet gloria campos. Vrbs Meleagrea.

Calydonij campi. *Stat.* 5. *ſilu.* 2. Oenei regio: Regna. V. *Oeneus.* Oeneij agri: Oeneios vltorem ſpreta per agros Miſit aprum. *Ouid.* 8. *met.* Calydonia ſilua. Calydonius ager. Calydonia regna. Hactenus Oenides, venulus Calydonia regna. *Ouid.* 14. *met.*

Parthaonia domus, nempè regia Oenei, qui filius fuit Parthaonis. *Stat.* 1. *Theb.* Parthaonis arua. *Id.* 2. *Theb.* Tydei campi: qui filius fuit Oenei, nepoſq; Parthaonis.

Populi.

Calydonij ciues. Calydonides matres: *Ouid.* 8. *met.* Ætoli. V. *AEtolia.*

CALYSTO.

Sunt etiam, qui Callyſton ſcribant: Nymphæ nomen, quæ comes Dianæ fuit, ac Lycaonis Arcadiæ Regis filia. Hæc venationis ſtudio inducta, Dianam comitari voluit: Verùm à Ioue, qui pulcritudine eius allectus, eam cęperat adamare, compreſſa; verita, ne non crimen Dianæ pateret, diù factum celauit. Sed in quadam lotione cognita, merita fuit damnata pœna: Nam Virgina-

lis

Digitized by Google

lis eius facies in Vrſę ſpeciem conuerſa eſt. Sunt qui dicant, id actum à Iunone ob viri zelotypiam. Sub vrſæ igitur forma reperit in ſiluis Arcadem, à quo regio dicta fuit poſtea Arcadia, cùm priùs Lycaonia à patre diceretur; tum demùm vnà cum filio, qui Arctophylax etiam nominatus fuit in cęlum relata illa Helicem, nempè maiorem vrſam: alter Cynoſuram, nempè minorem præfefert: & hæc Arctos etiam, de qua V. *ſuo loco*; cui ſeptem maiora ſidera adſcribuntur, quæ Septentrionali plauſtro verſa veluti in meta, ceu decurſo ſpatio diem euocant. Lege *Ouid. 2. met. & Hyginum*.

Arctos: Hinc Arctos alta parte glacialis poli Sublime claſſes ſidus Argolicas agit. *Sen. in Herc. fur.* V. *ſupra*. Virgo Nonacrina. *Ouid. 2. met.* à loco Arcadiæ .V. *Arcadia*. Lycaonia parens. *Ibidem*. Virgo Tegeęa. *Idem 2. faſt.* Lycaonis, dis, patron. *Ibidem*. Virgo Parthaſia, nempè Arcadia. *Idem 2. de triſt.* Helice .V. *Vrſa maior*.

Menaliam tactis ne lauet Arcton aquis. *Ouid. 2. faſt.* Parrhaſis, dos, patron. *Idem 2. met.* Quæ nocturna ſuo ſidere vela regit Vrſa. *Prop. 2. eleg. 20.* Signum celſi glaciale poli Septem ſtellis Arcades vrſæ Lucem verſo temone vocant. *Sen. in Herc. fur.* v. anapęſt.

CALYPSO, us.

Oceani, & Tethyos filia, maris Nympha, quæ in inſula Ogygia regnauit, quam poſtea à ſuo nomine Calypſon denominauit: vbi Vlyſſes naufragus ab illa perhumaniter fuit exceptus, & in ſeptimũ vſq; detentus annum: cui ſuum ipſa coniugium, & immortalitatem obtulit: Quæ quidem omnia aſpernatus fuit Vlyſſes, iam fœmineis blanditijs cautus effectus; & in patriam ſuam reuerſus eſt. Lege *Homerum lib. 5. odyſſ. ſiue 1.* Nonnulli illam non Oceani, ſed Atlantis filiam faciunt: vnde:

Fœcunda Atlantidos arua Calypſus. *Tib. lib. 4. & apud Virg. in opuſculis.* Circen, Atlantiademq; Calypſon. Atlantias, dis. *Lycophr. in Caſſ.*

CAMILLA.

Metabi Volſcorum Regis, & Caſmillæ filia, quam pater ſuorum inuidia regno pulſus, Dianæ famulam vouit, ne in cuiuſpiam illorum matrimonium cederet. Hæc Volſcorum Regina Priuerni nata, vt eius vrbis annales referunt, ex Amazonibus originem traxiſſe dicitur. Etenim Gręcorum hiſtoriæ produnt, Amazonas cùm in Attica pręlio à Theſeo deuictæ fuiſſent, in Italiam fuga delatas eſſe plurimas, perq; varias vrbes diſſeminatas. Hæc Turno aduerſùs Æneam ſuppetias latura, in Latium profecta eſt, vbi validiſſimè certauit. Demum magna prius edita hoſtium ſtrage, dum Chloreum Cybeles Sacerdotem armorum eius pulcritudine capta incautiùs ſequitur, ex inſidijs ab Arunte haſta transfigitur, quam tamen virginis cædem Aruns non diù tulit inultam: nam & ipſe paullò poſt ab Opi Dianæ miniſtra ſagitta transfectus, pęnas commiſſi nefas luit. Lege *Virg. 11. AEn.*

Metabi filia, nata, genita: *ex Hiſt.* Virgo Priuernia. *Pont.* Volſcorum dux inclyta. Volſcorum fortiſſima virgo. Itala Amazon. Quam telo transfixit Aruns, dum fortia tractat Arma manu. Volſca virago.

Volſca de gente Camilla Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas. *Virg. 7. AEn.* Bellatrix non illa colo, calathisve Mineruæ Fœmineas aſſueta manus, ſed pręlia virgo Dura pati, curſuq; pedum pręuertere ventos. *Ibidem.* O decus Italiæ Virgo, quas dicere grates. *Id. 11. AEn.*

CAMILLVS.

Qui & alter Romulus dictus eſt, Romanorum ſuæ ætatis clariſſimus fuit, qui Veios toto decennio obſeſſos, per cuniculos cepit. Nec multo poſt cùm crimini viro daretur, quòd albis equis triumphaſſet, id enim Superis tantùm licere putabant, & prędam iniquè diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio Saturnino Plebis Tribuno damnatus Ardeam conceſſit: mox cùm Galli Senones vrbem diripuiſſent, ipſumq; Capitolium arctiſſima premerent obſidione, Dictator abſens factus Camillus, collectis ex fuga Romanorum reliquijs, Gallos pendendo auro intentos incautos oppreſſit, in libertatem patria vindicata. Poſt hęc Pop. Romanum Veios migrare volentem elegantiſſima oratione (vt eſt apud *Liuium*) retinuit. Tertiùm deindè Dictator creatus Satricum ſociam Pop. Rom. vrbem ab impetu Latinorum tutatus eſt. Quartùm Dictator ad ſedandam populi ſeditionem creatus, valetudinem excuſauit: & vt alius ſibi ſubrogaretur, poſtulauit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos ſuperauit. Poſtremò Romæ octogenarius peſtilentia deceſſit. Lege *Plutarch. in eius vita*.

Aſpice Torquatum, & referentem ſigna Camillum. *Virg. 6. AEn.* Camilli virtus. Qui Gallos palma ſuperauit Marte ſuperbos.

CAMINVS.

Culmen: Culmenq; multo lumine ſordidum. *Stat. 4. ſilu. 5.* Culmen fumans: *ex Virg. 12. AEn.* Et iam ſumma procul villarum culmina fumant. *Idem eclog. 1.* Focus, fig. Ignis .V. *ſuis locis*.

Spiramenta foci. Spiramentum. *Plin.* Fumarium. *Mart.* Infumibulum. Gula focaria: gula camini. Fornax .V. *ſuo loco*. V. *Coquina*.

CAMOENÆ.

Vocantur Muſæ, quaſi Canienæ, vt plures exiſtimant, à canendo: *Varro* tamen Caſmenas primùm dictas ait, inde Carmenas, poſtremò ablata lit-

literra,Camœnas. V. *Muſa, vbi multa*.

Camœna....tibi nunc hortante Camœna Excutienda damus prẹcordia. *Perſ.6.ſat.* Camœnarum grex. *Mart.6. 47.*

CAMPANA.

Opus ex ære fuſum, quo ad accerſendos populos ad munia Eccleſiaſtica, vel ciuilia, vti ſolemus.

Campanum æs, fortaſsè à Campanis populis primùm repertum inſtrumentum. Æramentum. *Plin.* Concauaq́; æra ſonant. *Ouid.lib.4. met.* quamvis aliud eſſent olim æra, à noſtris campanis; tamen figuratè vſurpari poſſunt.

Æraq́; tinnitus ære repulſa dabunt. *Ouid. 4. faſt.* Nec caua veſanis ictibus æra ſonant. *Idem 2. de art.* Sonus æris acuti. *Id.4.faſt.* Æra repulſa manu. *Ibid.1. eleg.2.*

Nola; ab vrbe, vbi primùm fuſa, vel vſurpata, vel inuenta. Tintinnabula: *Iuuen.* vulgò, *Campanelli*. Tinnulaq́; æra ſonant. *Ouid.10. met.* Pretioſa ſonent æra Corinthi. *Sen. in Med.* Æreus ſonus.

CAMPANIA.

Italiæ fertiliſſima regio, in qua natura luxurians effudiſſe videtur largiſſimo ſinu quicquid vſpiam eſt deliciarum, amęnitatum, gaudiorum, & obleƈtationum. Paradiſus verè Italiæ nuncupata, tam incredibilis ibi rerum fertilitas eſt. In qua regione Principatum olim varij populi habuere, fuitq́; diuiſa à Latio Liri flumine, Sānitium mōtibus, & Silaro fluuio. Vrbes principes in hac prouincia ſunt Neapolis, Capua, Caieta, Puteoli, Nola, de quibus V. *ſuis locis*. Aliæ verò

Alatrium, Hernicorum opp. in Camp. Anianę thermæ. Cumanorum opp. in Camp. Atella, vel Ateliæ, vnde Atellanus, nunc *Auerſa*. Baiæ: Cumanorum opp. Thermis famoſum. V. *ſuo loco.* Calatia, Camp. felicis opp. vulgò, *Caiazzo*. Cale, vulgò *Calui*. Calenum. Calligula. Cumę. V. *ſuo loco*. Caſerta.

Dicarchęa. V. *Puteoli*. Formiæ, vnde Formianus ager; Formiana rura, quæ Lęſtrygonis terra olim dicebatur. V. *ſuo loco.* Diuerſum ſanè à Molæ oppido, poſt quod eius veſtigia viſuntur. Sinueſſa, vrbs Epiſcopalis haud procul à Liri. Sinueſſanus ager Cęli mollitie, & aquarum ſalubritate olim laudatus. *Mart.6.42.* Campano ponti vrbs proxima, *ex Hor.1. ſat.1.* Fundi, orum, vrbs, quamvis ab alijs in Latio conſtituatur.

Heraclea, vel Herculaninm, vulgò *Torre del Greco*. Herculeum, vel Herculanum, vulgò *Torre della Annuntiata*. Linternum, ſiue Liternum Scipionis Africani voluntario exilio clarum oppidum. Marianum, ſiue Merelianum. Minturnum, ſiue Minturnæ, inter Sinueſſam, & Formias ad Lirim fluuium, habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit Syllæ perſecutionem deuitans: Vina bibas iterum tauro diffuſa paluſtre Inter Minturnas, Sinueſſanumq́; Petrinum. *Hor 1.epiſt.* vulgò dicitur *Traietto*; haud procul à Molæ oppido.

Nuceria, Piſentinorum vrbs in Campania, vulgò *Nocera de' Pagani*. Palępolis, vulgò, *Poggio reale*. Picentia, Piſentinorum opp. in Camp. inter Surrentum, & Silarim flun. Pometia olim, quę & Seſſa Arunca. V. *Latium*.

Salernum, vrbs in Piſentinis, Principatu celebris. Sueſſula, opp. vulgò *Scafato*. Surrentum, Piſentinorum opp. in Camp. Trecę, vel Tricaſſum, opp. Camp. Gallicanum. Vulturnum, opp. ad oſtia Vulturni fluminis. Sunt etiam

Acertæ, arum, vulgò *La cerra*. Sidicinum. Pompeianum. Summa, apud Veſeuum montem oppid. vltima montis irruptione flammifera ſub anno 1627. penè dirutum. Theanum, non procul à Sedicino. Fruſino, opp. Camp. agro Falerno vicinum, cuius incolæ Fruſinates: cuius vrbis meminit *Iuuen.ſat.3.* Aut Frabateriæ domus, aut Fruſinone paratur: ſunt qui in Latio connumerant. Fruſinum; dicitur *Ptolem.* Bellator Fruſino. *Sil. It.2.* Fruſinates pop. *Plin.lib.3.cap.5.*

Fregellæ, arum, ciuitas olim clariſſima inter Formias, & Sinueſſam non procul à Liri amne, cuius magnitudinis etiam hodie non obſcura extant veſtigia; quæ cùm à Romanis defeciſſet, diruta fuit, & ad vicum tantùm redaƈta ad Strabonis tempora, nunc *Ponte coruo* aiunt nominari. Huius meminit *Sil.lib.8.* Obſeſſæ campo ſquallente Fregelllæ. Fregellani, pop.

Auella, opp. Camp. non procul à Nola nucibus Ponticis abundans, quæ deindè auellanæ diƈtæ ſunt. Mamurrarum, vrbs, cuius meminit. *Hor. 1.ſat.5.* In Mamurrarum laxi deinde vrbe manemus: Quam Formias eſſe crediderim, Mamurræ enim Formijs nati meminit *Catullus*, cuius luxum damnat, & nunc vulgò dicitur *Caſtellacio di Mola*.

Miſenum, ſiue Miſenus promontorium. V. *ſuo loco.* Venafrum principatus clarum opp. Caſilinum nunc noua Capua ad Vulturnum amnem.

Montes celebres.

Veſuuius. V. *ſuo loco.* Gaurus, mons Maſſicis, & Surrentinis propinquus, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis: vnde *Stat.3.ſilu.* Seu tibi Bacchęi vineta madentia Gauri: Hinc Gauranum vinum, quod in ſummis agris Falerni iugi naſcebatur; nam quod in medijs gignebatur, Fauſtinianum, quod in imis Falernum dicebatur, teſte *Plinio lib.14.cap.16.* Falernus. V. *ſuo loco.* Maſſicus. V. *ſuo loco*. Taburnus, mons oliuetis abundans: hinc *Virg.2.Georg.*... iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atq; olea magnum veſtire Taburnū. Pauſilypus. V. *ſuo loco.* Mergilline. V. *Neapolis.*

Fluuij.

Liris Vulturnus. V. *ſuis locis*. Clanius fluu. iuxta Acerras vrbem, crebris eius inundationibus bona ex parte olim hauſtam, vt adnotauit *Seruius in illud Virg. 2. Georg.* .... vacuis Clanius non æquus Acerris; ſed *Plin. lib. 3. cap. 5.* Glanicum vocat, eundemq; eſſe cum Lyri Minturnas interſecante affirmat. Nataronnus. Sarnus, fluuij in Camp.

Lacus.

Lucrinus. V. *ſuo loco*. Auernus, iuxta quem Cimmerium oppidum quondam, deindè Puteoli dictum. V. *ſuis locis*. Acheruſia; Linterna; Popcia, & Starina Paludes. Mare inferum haud procul à Baijs, quod nuncupant, *Mare morto*. Vide alia apud *Plin. lib. 3. cap. 5. & alios Coſmographos*.

Synon.

Campani agri. *Stat. 4. ſilu. 3.* Ora Campana. *Idem.* Campana propinquis, Quas tulit ora iugis. Campanum ſolum. *H. Balbus*. Tyrrheni campi: nam mari Tyrrheno potiſſimùm alluitur Campaniæ ora maritima. Campania tellus. *Pont.* Non rura quę Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis. *Hor. 1. od. 31.* Campania terra. *Tib. 1. 10.* Non tibi ſi pretium Campania terra daretur, Non tibi ſi Bacchi cura Falernus ager.

Euboici campi. *Stat. 4. ſilu. 4.* Curre per Euboicos non ſegnis epiſtola campos: dicti Euboici, quia ab Euboea inſula è Chalcidia oppido venerunt, qui Cumas, reliquasq; illius tractus oras incoluerunt. V. *Cuma*. Vada Phœbi. *Mart. 6. 42.* littus intelligit Cumanum ob inſigne Phœbi templum, cuius meminit *Virg. 6. AEn.*

CAMPVS.

Campi ſpatium. *Virg. 3. Georg.* Campi æquor. *Idem 8. AEn.* Æquor; nempè planities, quę propriè camporum eſt. *Idem 11. AEn.* Ager. V. *ſuo loco*. Nouales. *Virg. 1. Georg.* Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Noualia: Impius hęc tam culta noualia miles habebit. *Idem eclog. 1.* Ac prius ignotum ferro quàm ſcindimus æquor. *Ibid.* nempè terram aramus. Agger camporum. *Stat. 2. Theb.*

Tellus: At ſi non fuerit tellus fęcunda ſub ipſum. *Virg. 1. Georg.* Terra: Quo ſidere terram vertere. *Ibidem*. Solum: Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni. *Ibidem.*

Area: Liber ab arboribus locus eſt apta area pugnę. *Ouid. 5. faſt.* nempè campus ad pugnam aptus. Eſt etiam area locus, vbi triticea meſſis tempore teruntur: Quicquid de Libycis verritur areis. *Hor. 1. od. 1.* Eſt etiam area locus aptus ad ædificij ſtructuram, plateam, Ædificatores appellant. V. *Forum*.

Epith. Patens, apertus, herbidus, vber, lætus, vaſtus, gramineus, opimus, ſpatioſus, planus.

Frequens herbis, & fertilis vbere campus. Flaueſcens frugibus, & ſpicis. Prępingues vbere campos. Veſtiti gramine campi. Segnem patiere ſitu dureſcere campum. *Virg.* Ludit herboſo pecus omne campo. Conſpicit in planos hoſtes deſcendere campos. Vernantes Cereali gramine campos.

Planus erat, lateq; patens prope mœnia campus Aſſiduis pulſatus equis; vbi turba rotarum, Duraq; mollierat ſubiectas vngula glebas: deſcript.

Aruum, & arua, orum: Fœcunda ſuis pubeſcunt frugibus arua. Riguisq; Ceres adoleſcit in aruis. Flauentia meſſibus arua. Temulenta cohors Cerealibus incubat aruis. Diffugiunt actæ ſpatioſa per arua cateruæ; *ex poet.*

Epith. Cereale, flauens, frugiferum, rimoſum, fœcundum, fœtum, odoriferum, roſcidum, rurale, ferax, limoſum.

Rus. V. *ſuo loco, ubi plura*. Rura, nemusq; ſacrum, dilectaq; iugera muſis. *Mart. 1. 13.*

CAMPVS FLORÆ.

Locus eſt celebris in Vrbe, quem fœmina quædam Acca Tarentia, ſiue Larentia nuncupata Pop. Romano dono dedit, quem bonorum ſuorum, obſcęno quæſtu cumulatorum poſt mortem inſtituerat hęredem, hac conditione, vt quotannis eius natalem celebrarent editis ludis. Verùm cùm eidem Pop. Romano turpe videretur in ſcorti honorem ludos ſtatuere, eam Floram Deam, ſcilicet quę floribus pręeſſet, nominarunt. Hinc ille Campus Floræ vocitatus, notus ad hæc vſq; tempora. V. *Flora*.

Floræ arua Deæ. Vſtrina Hæreſeos; ibi enim prauæ doctrinæ ſectatores, niſi reſipiſcant comburuntur. Pompeiani Theatri campus: nam ante illud eſt, cuius nunc tantùm parua viſuntur veſtigia ad Palatium Ducum clariſſimæ Vrſinorum familiæ. Pompeianum Theatrum, à propinquitate loci. V. *Theatrum*.

CAMPVS MARTIVS.

Qui etiam Tiberinus olim fuit dictus, extra Vrbem Romam locus erat, prope portam Flumentanam Marti ſacer, ac dicatus fortaſsè à Romulo. Hic à Caia Tarratia Virgine Veſtali, vel ab alio Pop. Romano donatus antea fuerat: In quo primum luſtrum conditum, & Comitia centuriata habita à Seruio Tullio Rege: ſed poſteà à Tarquinio Superbo in proprios vſus conuerſus fuit. Regibus tamen eiectis in primam conditionem fuit redactus equis, & iuuentuti in armis exercendæ accommodatus. In hoc campo Reges, & Magiſtratus creabantur; qui pręter natiuam loci, pratorumq; amœnitatem, ornamenta etiam, & ſtatuas illuſtribus erecta viris continebat, quò ex Capitolio, cùm locus ille nimis anguſtus eſſe

ſe-

Digitized by Google

cœpiſſet propter ornamentorum, quæ quotidie ex multis triumphis inferebantur, multitudinem, plurima tranſlata fuere. Verùm huiuſmodi ornamenta ſub nonnullis porticibus collocabantur, quæ ibidem ad hoc fuerant constructæ; Quæ porticus varijs exornatæ figuris aliquando nomen dabant loco peculiari ibidem in Campo exiſtenti: vt apud *Martialem* licet videre *lib.* 2. *epig.* 14. Currit ad Europen, &c. vbi interpretantur picturam inſignem, in qua Europe à Tauro vecta videbatur. In eodem portò campo inter porticus erant Septa, nempè loca tabulis vallata, in quibus Pop. Romanus ſuffragia laturus claudebatur, quæ loca à ſimilitudine Septa, & Ouilia appellabantur. Iuxta Septa erat templum Neptuni cum porticu, in qua depicta fuit hiſtoria Argonautarum, & in his Chironis filij; Neptuni, ac Phillires, atque Iaſonis Æſone nati: Haud longè templum erat Iſidis, cuius ſacra ex Ægypto Romam tranſlata, in Campo Martio prope Septa fiebant. Præterea huius campi meminit *Strabo lib.* 5. in quo delectus habebatur, & vbi clariſſimi viri cremabantur. Dictus autem fuit militiæ Romanæ campus, & ſchola, vbi Iuuentus omni ſeſe armorum genere exercebat. Vbi inſigne horologium, quod ſeptem gradus habebat circum, & lineas diſtinctas metallo inaurato; campi verò ſolum, ſupra quod ipſum ſtabat horologium lapide amplo quadrato ſtratum fuiſſe commemorat *Pomponius Lætus*. Meminit etiam *Plin* 36. *cap.* 10. additq; ab Auguſto horologiū illud fuiſſe conditum; fortaſſis haud procul à Mauſoleo Iul. Cæſaris, cuius nunc etiam veſtigia viſuntur ad D. Rochi Templum. In hoc igitur campo Centuriata comitia regulariter, & ſemper habita fuerunt, in quo templum erat Marti ſacrum, vnde & campus ſumebat nomen. Cuius longitudo ab ipſa via Flumentana, vſque ad Viam latam, & latitudo ab Hortulorum colle vſque ad Tiberim; propè quem tum etiam nauale paruum, quod *Ripetta*, nuncupamus, extendebatur; & nunc etiam, licèt domibus conſitus, & diſpertitus ſit vijs plurimis, idem tamen retinet nomen, regioniſq; ditionem.

Campus, antonomaſt. *Cic. Liuius, & alij*. Sed Mauors templo vicinus, & accola Campi. *Ouid. ad Liu.* Campus Marti ſacer. Arena Martia. *Mart.* 2. *epig.* 75. Martis Campus. *Ouid.* 5. *triſt.* 1. Mollia quot Martis gramina campus habet. Gramen Martium. *Hor.* 3. 7. Quamvis non alius flectere equum ſciens Æquè conſpicitur gramine Martio; ibi enim, vt diximus, equos domabant, & equitare, tum in fictos inſilire, & inde opportunè deſilire docebantur. Gramina Martij campi. *Idem* 4. *od.* 1.

CANA GALILEÆ.

Ciuitas in ipſa regione ad alterius differentiam, quę in Phœnicia ſub tribu Aſer ſita erat. In hac ex Apoſtolis plerique fuerunt exorti. Vbi Saluator noſter in nuptijs initium fecit miraculorum, aqua in vinum conuerſa; Quo in loco poſtea Helena Imperatrix ſacram ædem erexit. Hic etiam à Regulo rogatus Ieſus, vt filium ſanaret, incredulitati patris, filijq; febri miraculo conſuluit. Triclinium etiam adhuc extare dicunt, in quo nuptiæ illæ factæ fuerunt.

Canæ mœnia, tecta, &c. Chriſtus vbi lymphas conuertit in vbera vini Dolia. Clanigeri patria Petri. Bethſaidæ vrbs contermina pagis.

CANALIS.

Plumbum, fig. materia pro re facta. *Stat.* 1. *ſilu.* 3. Teq; per obliquum penitus, quæ laberis amnem Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo, ideſt per canales plumbeos aqua Martia. Emiſſæ lymphæ. An emiſſas per cuncta cubilia lymphas. *Ibidem*. Semita, fig. An ſolùm Ionijs ſub fluctibus Elidis amnem Dulcis ad Ætnęos deducat ſemita portus. *Ibidem*.

Canalis trames. *Apul.* Fiſtula .... quam cum vitiato fiſtula plumbo. *Ouid.* 4. *met.* Tubus: Modo qui per omnes viſcerum tubos ibat, v. ſcazon. *Mart.* nempè per inteſtina. V. *ſuo loco*.

Euripi, orum. V. *ſup. Aquaductus*, vbi plura ad hanc materiem reperies. Siphones, ſunt canales, ſiue tubi, fiſtulæq; in fontibus, quibus aqua, ſiue alius liquor emittitur. Siphunculus, diminut. à siphone. Effigiemq; Deæ longis ſiphonibus implent. *Iuuen. ſat.* 6. Aquarum venæ; dici poſſunt: Lymphæ meatus.

CANCELLI.

Clauſtrum. *Virg.* 2. *AEn.* Obex: obice claudit Hortos, &c. Clathri, vel clathra, orum. *Colum.* Ferramenta, lignave reticulato textu, quibus feneſtrę, pomaria, aliave muniuntur, ſepiunturq; vulgò, *Ferrata*.

Tranſenna, pro cancellato ſepto, per quod ſtrictim prætereuntes proſpectamus: vnde adagium: Per tranſennam aſpicere, ideſt non propiùs, ſed procul aſpicere tranſeuntes. Feneſtra. V. *ſuo loco*.

CANCER.

Vel locuſtarum genus, ſed à quibus multum differt.

Gradiens non tecto limite cancer. Cui parta eſt dulcis magno ſine præda labore. Paruum madida de rupe lapillum Obliquus tollit cancer, cheliſq; recuruis Continet in teſtis lapidem demittit apertis, Aſſidet, atq; epulis lętus ſatiatur amicis. Chelę, arum, pro ipſo cancro, cuius chelæ ſunt brachia. Echinus, ex cancrorum genere. V. *Piſcis*.

Epith. Scopuloſus, cęruleus, ferus, humens, teſtudineus, ęquoreus, multipes, rubicundus, octipes, tardigradus. Habens incudes in tergo vngulis curuis; ex *Græc.* Habens forficulas in ore. Oſtripellis. Oſſei natura lati humeros. *Homer.* vel eſt

Cancer cęleſtis.

Vnum ex duodecim Zodiaci ſignis, cuius hæc fabula ab *Hygino* narratur: Cùm Hercules contra Hydram Lernęam profectus eſſet: verens Iuno, ne ex hac expeditione, vt è ceteris, glorioſior euaderet, cancrum immiſit, qui ex palude pedem Herculis mordicus arripuit, at ille iratus, cancrũ interemit: qui tamen Iunonis beneficio inter aſtra collocatus fuiſſe dicitur. Alij verò dicunt ob eam cauſſam inter ſidera collocatum cancrum, quòd in Hydræ prelio Herculi fuerit ſubſidiarius. Per hoc autem ſignum decurrit Sol menſe Iunio, atque vnà æſtatem auſpicatur: vnde *Ouid.* 10. *met.* Æſtus erat, mediusq; dies, Solisq; vapore Concaua littorei feruebant ſidera cancri. Alter ad extremi decurrens ſidera cancri. *Manil.* 1. Cancer feruidus. *Idem.* Sole peruſtus cancer: Sitientis ſidera cancri. Adurens ſiccos agros. Non procedens limite recto. Cancri torridus ignis. Cancri gemmantis imago. Æſtiui caua tergora cancri.

Cancer aquatile ſignum. Preſſus ab Hercule cancer, *ex fabul.* .... & aquarum cancer alumnus; terrenos enim cancros imitatur cęleſtis, pluuiarum ſcilicet amans. Cancriq; figura valentis. Sol abit è Geminis, & Cancri ſigna rubeſcunt. Æthiopum verſemus oues ſub ſidere cancri. *Virg.* 10. *AEn.*

Nepa: communi cum Scorpione vocabulo. Nepa torrida flammis. Carcinus, voce Græcanica. *Lucan.* 9. *Pharſ.* Par Geminis Chiron, & idem, quod Carcinus ardens, Humidus Ægoceros, &c.

Chelæ, ſunt brachia: Et inga chelarum medio volitantia gyro. Curui brachia Cancri. *Sen. in Thyeſt.* Octipedis ſerpentia brachia Cancri. *Ouid.* 1. *faſt.* Octipedis Cancri terga ſiniſtra time. *Idem.* Feruidus extendit cùm torrida brachia Cancer. Cùm premit æquorei Sol humida brachia Cancri.

Epith. Ardens, calidus, rabidus, cęruleus, feruens, æſtiuus, æquoreus, feruidus, tardigradus, pluuialis.

Vel eſt

Cancer morbus.

Tumor durus inæqualis aſpectu teter, venis in ambitu turgentibus, colore liueſcens.

Gangræna, Græca vox. Carcinoma, tis: *Suet, & Pollux.* Grecum nomen. Huic morbo cauterio, & candenti ferro obſiſtitur: vnde *Sen. in Agam.* Et ferrum, & ignis ſępè medicinæ loco eſt. Obſcęnus cancer. Phagedęna. *Plin.* Cancri genus, teſte *Celſo*, quod cutim, & ſubiectam carnem ſerpendo corrodit. Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer Serpere, & illęſas vitiatis addere partes. *Ouid.* 2. *met.*

Mentagra, ſic dicta à mento, vnde ſerpere incipit, faciemq; corrumpit, ac partes ceteras. Per membra ſerpens peſtis, lues. Artus lento morbo depaſcens. *Mart.* 3. *ep.* Indignas premeret peſtis cum tabida fauces, Inq; ipſos vultus ſerperet atra lues. *Idem.* Horrida vultus Abſtulit, & tenero ſedit in ore lues. *Idem lib.* 12. *ep.* Ipſaq; crudeles ederunt oſcula morbi, Nec data ſunt nigris tota labella rogis. *Idem.* V. *Morbus, & morborum genera.*

CANDELA.

Lumen: Multifida attollens antiqua lumina cedro. *Stat.* 3. *Theb.* Laterna. *Mart.* 14. *epig.* Teſta ardens. *Virg.* 1. *Georg.* Fax: Sanctaſq; faces extollit Eleuſis. *Claud.* 1. *de rapt. Proſ.* Lunaq; fulgebat, nec facis vſus erat. *Ouid.* 2. *faſt.* Lucerna. *Hor.* V. *ſuo loco, vbi plurima.* Tuta eſt gremio parua lucerna meo. V. *Lumen.*

Ignis, figur. Męonis illatis ignibus acta parat. *Ouid.* 2. *faſt.* Lumina fida. Lampas. V. *ſuo loco.* Lampadis ignis. Quę lucens alijs ipſo depaſcitur vſu. Quæ ſuo abſumitur igne, Et nitidam faciem prębet quæ pluribus vna. Quæ ſenſim à ſuis flammis perceſa deficit.

Epith. Ardens, lucens, cerea, rutilans, ſebacea, micans, radians.

CANDIDATI.

Romæ antiquitùs dicebantur, qui cùm honores vellent petere, candidam ſumebant togam, quæ petitionis erat ſignum: quave ſumpta, vt inquit *Macrobius*, in comitium vaniebant, & conſidebant in colle imminente Campo; vnde coram poſſent ab vniuerſis videri: collis autem erat Hortulorum, vbi nunc templum eſt D. Trinitati ſacrum ad montes dictum. Candida verò toga non tantùm dignitates petentes induebantur, ſed etiam honeſtioris ordinis ciues: vulgata enim gens pullam veſtem plerumq; induebat.

Splendenti veſte ornati. Candidatus pręturius: qui pręturam: Candidatus conſularis, qui Conſulatum petebant. Albus, figur. Viuat & vrbanis albus in officijs. *Mart.* 1. Veſte indutus alba. V. *Toga candida.*

CANDOR. V. *Splendor.*

CANDIDVS.

Marmoreus. Marmorea manus, id eſt candida, & pulcra. *Mart.* 8. 56. Nitidus. Splendens. Albus. V. *ſuo loco, vbi plura.* Albens. Candens. Quæ candore niuem, candore anteiret olores. *Mart.* V. *Color albus.*

CANICIES.

Cani. *Ouid.8. met.* Intempeſtiui funduntur vertice cani. Capilli candentes. Caput canũ: Magna fuit quondam capitis reuerentia cani, Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat. *Ouid.6.faſt.* Canens ſenecta. *Virg.10.AEn.* Cana niue tempora ſparſus. Senex, cui cana, putriſq; Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit.

Canus homo. Canentia tempora. *Ouid.* Canicies veneranda genis, prolixaq; barba. Iam mihi canicies pulſis melioribus annis Venerat, antiquas miſcueratq; comas. *Ouid.4.triſt.* Et facies multo ſplendeat alba pilo. *Mart.4.79.* Iam venient cani, formoſe, capilli, Et venient rugæ, quæ tibi corpus arent. Et perit in nitido, qui fuit ore color. Penè meos cani nigros legere capillos. Albentia tempora canis.

Candidior barba: Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. *Virg.1. eclog.* Conſperſa canis tempora. Alba ſenecta. Albus crinis. Capitis niues. Conſperſum niue caput: metaph. Iam mea cycnęas imitantur tempora plumas: Inficit, & nigras, &c. *Ouid.* V. *Senectus*.

Epith. Niuea, gelida, rara, arida, inculta.

CANICVLA.

Sidus cęleſte, quod Procyon etiam appellatur à Græcis, Erigones canis fuit (vt fabulantur) Mera proprio nomine dicta, quæ Icarum Erigones patrem ab ebrijs agricolis interfectum, atque in puteum proiectum oſtendit. Vtriuſque tamen, cum Virgo laqueo, canis verò in eundem puteum perijſſent, miſertus Iupiter inter aſtra vtrumque retulit cum patre, quem Bootem aliqui nominarunt, qui Arctophylacen Minorem Vrſam; Calyſton Maiorem Vrſam eſſe cenſent: nempè in Virginem Erigonem, in Caniculam conuerſam fuiſſe Meram. V. *Erigones*. Cancri calorem adauget Canicula cùm exoritur, tum Leonis. Cuius Caniculę exortum olim quotannis obſeruabant diligenter, & inde conijciebant, vt ſcribit *Heraclides Ponticus*, ſalubris ne, an peſtilens annus futurus eſſet: Nam ſi obſcurior, & quaſi caliginoſa fuiſſet Canicula, pingue, & concretum fore cęlum, vnde eius qualitas grauis, & peſtilens fuiſſet. Sin clara, & pellucida apparuiſſet ſtella, cęlum ſignificabat fore tenue, ac putum; & propterea ſalubre. Quam ſic metuebant veteres, vt ei canem ſacrificarent, vt innuit *Columella, & Ouid. in faſtis*: Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ. In ipſo autem canis ore ſtella lucidior Sirius nuncupatur, & pro ipſa Canicula ſæpè ſumitur: Quæ ſtella quod canem diem vnum, noctemq; vnam anteuertat, à Græcis Procyon, vti diximus, & à *Cicerone in Arato*, Anticanis appellatur.

Facem vibrans ignitis faucibus. *Hom.* Siticuloſus ſtellato canis æſtuabat ore. *Nonnus*. Siticuloſus ignis. *Idem.* Canis Icarius. *Ouid.2 eleg.* Stella Icarij canis. *Ibid.* Canis æſtifer. *Virg.2.Georg.* Canis ignea. *Mant.* Icarius canis. *Ouid.4.faſt.* Eſt canis, Icarium dicunt, quo ſidere moto, &c. Sirius ardor. *Virg.10.AEn.* Canis æſtiuus. *Tib.4.*

Canicula: Torquet, & exhauſtas cum ſicca canicula fauces. Cum caput attolit ſitibunda canicula. Siccas inſana canicula meſſes Iamdudum coquit, Subſequitur rapido contenta canicula curſu. Sed canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra Arboris, ad riuos prætereuntis aquas. *Tib.1. eleg.1.*

Mera, ſunt qui cum diphthongo, æ, ſcribant: nomen ipſius canis, vt *in hiſt.* Igneæ Meræ aſtrum. *Euſtath. in Hom. Iliad.* Sirius. V. *ſuo loco*. Procyon. *Hor.3.od.29.* Iam clarus occultum Andromedes pater Oſtendit ignem; iam Procyon furit: v. alcaic. Quo nullum terris violentius aduenit aſtrum, Nec grauius incedit. Flagrantis atrox hora caniculæ. *Hor.3.od.13.*

Epith. Æſtifera, flagrans, Icaria, ignicomans, feruida, ſitibunda, maleſana, ſitiens, damnoſa, &c. Hinc:

Caniculares dies.

Qui ſunt triginta, ſiue quadraginta poſt ſolſtitium æſtiuum Sole ingreſſo in Leonem.

Icarijs cęlum latratibus vrit. *Stat.4. ſilu.4.* Hinc in reducta valle caniculæ vitabis æſtus. *Hor.1. od.17.* Incipit, & ſicco feruere terra cane. *Propert.2 eleg.20.* Ignes auget æſtiferi canis. *Sen. in Oedip. v.41.*

Sideris calidi æſtus. *Tib.2.1.* Rura ferunt meſſes, calidi cum ſideris æſtu Deponit flauas annua terra comas. Vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua. Cùm micat Icarij ſtella proterua canis. Cùm canis exurit ſitientes feruidus agros. Nec canis æſtiui metuens turbabitur aſtro. Dum premit Ætnęo canis Erigoneius æſtu.... ſitiens cùm iam canis hauſerit aquas. Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem. V. *AEſtas*.

CANIS. CANES.

Catulus: Catellus: Catellulus, diminut. Moloſſus. V. *ſuo loco*. Canis odorus. *Claud.2. de rapt.* vulgò *Bracco*. Nec deſunt comites ſedula turba canes. *Ouid.1. de rem.* Vmber.... at viuidus vmber Hæret hians, iam iamq. tenet, &c. *Virgil. lib.12. AEn.* Amica vis paſtoribus. *Horat. epod.6.*

Latratus, us, figur. canis actus: Sęuitq; canum latratus in auras. *Virg.5. AEn.* Monſtra latrantia. *Virg.6. eclog.* Turba latrans; *ex eod.* Fures procul latratibus arcens, vrgens. Latratu fido, vigili, claro, clamoſo, rauco omnia implens, lupos terrens, fures arcens, hoſtes nuncians: *ex*

Digitized by Google

ex poet. Vide *Latratus* .

Cuſtos, per antonomaſ. Nunquam cuſtodibus illis Nocturnum ſtabulis furem, incurſusq; luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos. *Virg.* 3. *Georg.* Turba Diania. *Ouid.* 5. *faſt.* Tutela Dianæ. *Idem in Ibin.* Turba canum: Dilaniet vigilum te quoque turba canum. *Ibidem.* Turba moloſſa; *ex Prop.* Villæ cuſtos: *Colum.* Aſpera turba canum poſtagat à triuijs. *Tib.* 1. *eleg.* 6. Vigiles prouida turba canes. Comites ſedula turba canes. Vigilum canum triſtes excubiæ. *Hor.* 3. *od.* 16. Et vigilum canum triſtes excubiæ munierant ſatis Nocturnis ab adulteris. Domus cura, cuſtosq; .

Prędaq; ſis illis, quibus eſt Latonia Delos Ante diem rapto non adeunda Thraſo: *Ouid. in Ibin.* Canes enim Templa Apollis in Delo cuſtodiebant: periphr. Quiq; verecundæ ſpeculantem membra Dianæ (nempè Actęonem) Quiq; Crotopiaden diripuere Linum: periphr. *Ouid. Ibid.* Hecates turba: *Sen. in Oedip.* canes enim ſunt illi pro cuſtodia. Dira canum rabies. *Stat.* 1. *Theb.* Sęua canum rabies. *Prop.* 3. 14. Sęua canum rabies morſus auertit hiantes Huic generi quovis, &c.

Epith. Velox, ſagax, cęſius, audax, crudiuorus, odorus, vocalis, clamoſus, fidus, fidelis, villaticus, villoſus, paſtoralis.

Itaque canes non tantùm Dianæ, ſed Hecatæ quoq; nec non, & Laribus attribuebantur, vt ſuperiùs dictum, & *ex Ouid.* 5. *faſt.* clariſſimè patet: Et canis ante pedes ſaxo fabricatus eodem Stabat, quæ ſtandi cum Lare cauſſa fuit? Lege reliqua. Hinc.

Canes venatici.

Canis Męnalius. Spartani canes. *Sen. in Hipp.* Laconicus canis; à loco, vbi potiſſimùm ad venationem apti putabantur: ſic Spartæ catuli. *Virg.* 3. *Georg.* Pugnaces Creſſæ. Atque olidum doctas noſſe cubile canes. *Rutil. in itin.* Maſſyliq; ruunt equites, & odora canum vis. *Virg.* 4. *AEn.* vulgò *Bracchi.* Sic cùm feras veſtigat, & longo ſagax Loro tenetur vmber, ac preſſo via Scrutatur ore. *Sen. in Thyeſt.* vmber autem dicitur canis venaticus ex Vmbria, qui ſunt velociſſimi.

Canum latratus. *Ouid.* 2. *met.* Circumſona turba canum. *Idem* 4. *met.* Vt canis in vacuo leporem cùm Gallicus aruo Vidit, & hic prædam pedibus petit ille ſalutem: Alter inhęſuro ſimilis iam, iamq; tenere Sperat, & extenſo ſtringit veſtigia roſtro: Alter in ambiguo eſt, &c. deſcript. *Idem.* Iam canis occultos agitabat Belgicus apros: nempè *Alani*, vt vulgò. Canibus venabere damas; *ex poet.*

Canes, quibus eſt audacia præceps, Venandiq; ſagax virtus, vireſq; ſequendi Agitans in ſummis ſaltibus apros, prodens clamore feram.

Epith. Venaticus, Gallicus, odorus, auidus, ſagax, odoriſequus, curſu fortis, naribus acer, Belgicus, &c. ex regionibus.

Canum venaticorum nomina apud *Ouidium*, & eorum ſignificationes.

.... primuſq; Melampus
Ichnobateſq; ſagax latratu ſigna dederunt.
Gnoſius, Ichnobates, Spartana gente Melampus,
Inde ruunt alij rapida velocius aura,
Pamphagus, & Dorceus & Oribaſus Arcades omnes:
Nebrophonoſq; valens, & trux cū Lelape, Theron;
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre;
Deq; lupo concepta Nape, pecudeſq; ſecuta
Pęmenis, & natis comitata Harpyja duobus;
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris;
Pręualiduſq; Lagon, & curſu fortis Aello,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſca,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos, & Melaneus, hirſutaq; corpore Lachne.
Et patre Dictęo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Aglaodos, & acutæ vocis Hylactor,
Quoſq; referre mora eſt.... 3. *met.*

Melampus, nempè nigris pedibus: Nigripes apud Latinos. Ichnobates, ideſt, feræ veſtigijs inſiſtens. Pamphagus: omniuorus. Dorceus, à perſequendis damis, ſiue ab oculorum acie quaſi Derceus. Oribaſus: montiuagus. Nebrophonos: hinnulorum pernicies. Lelaps, ab impetu turbinis in morem veloci. Theron, ferinus, ſiue à feræ indagine, ſiue à truci aſpectu. Pterelas, quaſi alis actus. Agre: venatica canis. Nape: quòd ſaltus inerret. Pęmenis: paſtoritia canis, & gregis cuſtos. Pecuarius canis. Harpyja; à rapacitate ſingulari. Ladon; ab indagando, & capiendo. Leucon; à pili candore. Asbolus: à fuliginco nigrore. Lagon: à leprorum venatu. Aello: ab impetu procellæ cognomento vnius ex Harpyijs.

Thous: nempè pernix; ſiue è Thoe genitus, qui alio modo proles Thoum dicitur: Eſt autem Thoes, vel tigridis, vel tigridi ſimilis; alij ſimilem lupo faciunt, vnde Æthiopicus lupus vocatus à *Solino*; & præter *Ouidium Gratius* etiam meminit: Hic & ſemiferam Thoum de ſanguine prolem Finxit, &c.

Lyciſca, quæ etiam Lycitas, *AEſchylo*, Lycas, *Simonidi*: nempè lupi progenies: & hæc canis crocuta, apud *Plin.* & dicitur etiam Lyciſcus: *D. Iſid.* Chaonidæ: apud *Cælium*, idem, quod Lyciſcæ, nempè ex lupa, & cane prognatæ canes; vt ex lupo, & cane femella maſculi canes gigni dicuntur: Quamvis ex lupo, & cane, lupum quoque gigni poſſe, rerum naturales obſeruatores aſſerant.

Harpalos, quaſi abundè rapax. Melaneus, & Melan-

lanchetes,quaſi atripilus à nigris villis. Lachne, ideſt villoſus, ab hirtis villis. Labros, nempè à rapida velocitate. Aglaodos,ab inſigni dentium nitore:quod ſi ſit Agriodos,à ferinis dentibus dicitur. Hylactor, & Hylax, nempè latrans, à latratu dictus. Pręterea apud veteres hi quoque nominantur.

Alce: *Ouid.* à roboris pręſtantia. Anyte, *in epig. Græc.* à perficiendo quod herilibus votis in venatu reſpondeat. Argus. *Hom.* Vlyſſis canis, à candore,vel curſus velocitate. Canache. *Ouid.* quod latratu perſtrepat. Charon: *AEſchylus*, quaſi leunculus à fuluedine leoni peculiari. Corax: *Idem:* à coruinæ nigredine, quaſi nuncupes coruum. Dromas:*Ouid.* ob curſus pernicitatem. Hyleus: *Idem:*quaſi ſiluaticus. Lęthargus: *epig. Græc.* ideſt clanculum mordens. Lampurus: *Theocrit.* à caudæ nitore, vel potiùs à vulpina ſpecie, qua multi inueniuntur; lege paullò poſt. Oreſitrophus: *Ouid.* quaſi montibus enutritus. Podargos: *Idem:* à pernicitate pedum. Sticte: *Idem:* quaſi maculoſa, & punctis interſtincta, quod genus nunc ſanè frequentiſſimum apud Principes,& vulgò dicitur *Cane appezzato*. Tigris:*Ouid.* à velocitate ſagittæ ſimili.

Canis Indicus; qui ex tigride progigni ſolent in India. Horum meminit *Plinius, Plutarchus, AElianus, & alij*. Hi in venatione plurimùm valent, ſi cum leonibus committantur: alias enim feras contemnere videntur. Canis Hircana; è *Gratio in venat.* Alopecidæ canes, dicuntur à *Polluce*,quaſi ex vulpe,& cane prognatæ: Cynalopecæ: *Heſychio,& Varino* dicuntur.

Vertagus venator acer: *Mart.* nempè canis,qui ſua ſponte exit, domumq; prędam reportat. Melitęus canis, ſiue catulus, eius generis dicuntur canes, qui ſunt fœminis nobilibus in delicijs; & catelli Melitæi à Melite inſula, vbi potiſſimùm aluntur, & exoriuntur minutiſſimi.

CANIS ÆQVOREVS. V. *Piſcis*.

CANIS CÆLESTIS.

Quem Poëtæ fabulantur Europæ cuſtodem fuiſſe à Ioue illi appoſitum,fideliſq; miniſterij gratia in cęlum tranſlatum. Alij Orionis fuiſſe canem volunt, vnà cum hero inter ſidera collocatum. Lege *Hyginum de ſignis*. Si petis ſynon. V. *ſup. Canicula*, & huic accommoda.

CANISTRVM.

Stat puer,& manibus lata caniſtra tenet,Prunaq; & in paruulis redolentia mala caniſtris. Pręcedit grauidis bis ſeptem onerata caniſtris.

Epith. Pātulum,vimineum,latum,grauidum.

Calathus. *Virg. eclog.* Nunc vimine textos Irridens calathos folijs agreſtibus implet ..... tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis: *Virg.* Textilis à dextra calathus dependet odoris Floribus expletus. Calathus colurnus: Arida de calatho promebat fraga colurno: Calathiſcus, diminut. *Catull. in nupt.*

Epith. Textilis, fœmineus,virgatus,lento de vimine textus.

Ciſta: Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis. *Ouid. in met.* Ciſtella,& ciſtula,diminut. Fiſcella. V. *ſuo loco*. Viridi fiſcellam texit hibiſco. *Virg. 10. eclog.* Fiſcina. *Id. 1. Georg.*

Sporta; *Salluſt.* Sportula, diminut. in alio ſenſu. V. *Munus*. Viminea ſporta. Vimineum textum, nempè caniſtrum ex lento vimine, ſiue ſporta. *Mart. 3. 57.* Vimen, *fig.* materia pro re facta. Nec rugoſarum vimen breue Picenarum. *Idem 4. epig. 89.* Panarium,à pane ferendo: *Sueton.* Panariolum, diminut. *Mart.*

Qualus. *Hor.* Quaſillus, corbis,in quem netrices penſum, & fuſos componunt. Corbis, Corbula, & Corbulum: *Suet.* Et grauiora rependit iniquis penſa quaſillis. *Prop.* Tunc fiſcella leui detecta eſt vimine iunci: Raraq; per nexus eſt via facta ſero: *Tibull.*

CANNÆ. V. *Apulia.*

CANOPVS.

Vrbs in Ægypto à Canopo Amyclęo nauis Vlyſſis, vel Menelai gubernatore ibi ſepulto, ſic dicta, quæ diſtat ab Alexandria quindecim milliaria: ex qua ortum traxiſſe dicunt Claudianum,quem alij Florentinum prędicant. Eſt ibi etiam viuum ex Nili oſtijs,quod Canopicum vocant:hinc Canopitæ,qui Canopum incolunt. Eſt etiam Canopus cęleſte ſidus in ſummo gubernaculo Argus nauis,quod non in omnibus locis conſpicitur: In Taprobane autem inſula maris Indici Canopum ſidus ingens,& clariſſimum videri ait *Plin. lib. 6. cap. 22.* Sunt qui dicant,Canopum eſſe inſulam in Nili oſtio, & ibidem vrbem eiuſdem nominis dictam.

Barbara famoſo non cedit ripa Canopo. *Iuuen. ſat. 15.* Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi. *Virg. 4. Georg.* Canopæa littora. *Catull. in Com. Beren.* V. *AEgyptus, vbi multa*.

CANTABRIA.

Regio in Hiſpania ad Tarraconem ſpectans occidentalem iuxta veterem Hiſpaniæ deſcriptionem, vnde populi Cantabri dicuntur efferi, nullam vitam eſſe ſine armis exiſtimantes, quorum regio à *Plin.* deſcribitur *lib. 4. cap. 20.* Ibi Sada flumen:Portus Victorię:& ab eo loco fontes Iberi celeberrimi fluminis emanare dicuntur: ſunt autem Aſturibus finitimi. V. *Hiſpania*.

Vrbes.

Flauiobriga,ſiue Flauiogallica,opp. Gennus,quæ & Aquæ Auguſtæ, opp. Iuliobrica, opp. ad Iberum amnem. Sunt qui Algrunium appellari dicant. Cocanum,vrbs inſignis. *Hor. 3. od. 4.* Viſam Bri-

tan-

Digitized by Google

tannos hoſpitibus feros,& lętum equino ſanguine Cocanum: vbi oſtendit, eo tempore ſanguinem equinum populos potare ſolitos;vt ferociores eſſent in armis.

Sada,flumen, *vt ſup.*

Synon.

Cantaber ante omnes, hiemiſq; æſtuſq; famiſq, inuictus. *Sil.Ital.lib.*2.vbi reperies multa. Cantabris ora. Cantabrica bella tuliſti: dixit *Horat.* pro bella Hiſpanica. Cantabriga iuga, montes, &c.

CANTVS.

Modi: lętos ore ciere modos. Moduli. *Ouid. in Philom.* In dulces modulos vocem flectere. Carmen.V. *ſuo loco*. Melos,dis:Liquidum fundere ab ore melos. Dos oris:oris dote ſui clarus,&c. Canticum, & cantica,orum.

Hymnus; Deorum,ſiue Heroum laudes continens. Ode,es;vel oda,æ,Gręca vox. Ars canendi.*Ouid. lib.*14.*met.* nempè muſica. V. *ſuo loco,vbi plura,*Concentus vocis. *Idem* 11.*met.* Canor,is:Res eſt blanda canor, diſcant cantare puellæ. *Id.* 3. *de art.*Vox canora. *Id. in Philom.*

Numeri, numerus: Indocili numero cum graue mollit opus.*Ouid.*4.*triſt.eleg.* 1.Rithmus,nempè tempus, ſiue menſura temporis, qua cantio aliqua ordinatur, vulgò *Aria*; hinc Rithmica dicuntur, quæ cantioni ſunt aptiſſima.

Cantio;Cantiuncula;Cantilena;Concentus,us: latè concentibus aera complent. Eloquium vocale modis: *Iuuen.* Animi felicia lęti Argumenta. *Ouid.*4. *met.* Vox tinnula. Modulamen. *Id. in Philom.* Et ſymphoniaco modulamine perſonat aula. Modulatio. Hic iacet harmonici dulcis modulatio cantus. Melpomene dulci Dea cognita cantu. Hymniſono cantu nocturna ſilentia rumpit. Auſus Apollineos pręſe contemnere cantus. Feſtiuis feriunt cantibus aſtra tubæ.

Epith. Dulcis, ſuauis, gratus, dulciſonus, dulciſonans, Pierius, feſtiuus, flexanimis, ſonorus, lętus, reſonans, reſonus, lepidus, canorus, Męonius.

Cantus auium.

Tepidum volucres concentibus aera pulſant. Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. *Virg.* Ad cantus verè vocatur auis,quæ carmine clauſo Pigrior hiberno tempore (vel frigore) muta fuit. Aues canoros garrulæ reddunt ſonos.

Indociliq; loquax gutture vernat auis, Et cecinit mœſtam deuia carmen auis. Et liquido cantu verſicoloris auis. Paſſimq; vagantes Dulce ſonant tenui gutture carmen aues. Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille, Mille potes varios ipſa referre modos. *Ouid. in Philom. vbi plura.*

CANONIZATVS.

Eccleſiaſtica phraſis, nempè cùm quis è mortalibus virtutibus inſignis,ac miraculis clarus, qui iam è vita diù deceſſit,crediturq; inter Cęlicolas degere:à Summo Pontifice in Sanctorum album refertur. Quæ verò ſequuntur elocutiones ex illis fiunt, quibus vſi ſunt priſci, cùm inter Deos aliquem referebant è ſuis Heroibus, ſiue Imperatoribus, quorum ritus à *Roſino in ſuis de Rom. Antiquit. libris diffuſiùs enarrantur; & nos alibi demonſtrauimus.*

Vtq; ego perpetuis olim ſacrabor in aris. *Ouid.*1. *faſt.* Et numerum Diuorum altaribus auget. *Virg.*7. *AEn.* Et pater ipſe ſuo ſuperum iam ſignat honore. *Id.*6. *AEn.* Ille quidem cęlo potitus Iouis atria vidit, Et tenet in magno templa dicata foro. *Ouid.* 3. *faſt.* Relatus eſt Diuorum in album Concilio Iouis adprobante: *ex Horat.*

Diuinos promeritus honores. *Bemb.* Illa nouos tibi cęleſtum conceſſit honores. *Idem.* Ille Deûm vitam accipiet,Diuiſq; videbit Permixtos Heroas. *Virg.* 4. *eclog.* Quos quoniam cęlo nondum dignamus honore. *Ouid.*1. *met.* Templorum dignatus honore. *Id.*3. *met.* Abſtulit illis, Quod mortale fuit,maieſtatemq; verendam Impoſuit. *Ibidem.* Ipſe quoq; ætherias meritis inuectus es arces. *Id.*5. *triſt.*4.

Quos inter (ideſt Deos) Auguſtus recumbens Purpureo bibit ore nectar. *Horat.*3.*od.*3. Illum ego lucidas Inire ſedes,ducere nectaris Succos,& adſcribi quietis Ordinibus patiar Deorum.*Ibidem.* Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus Parte ſui meliore viget, maiorq; videri Cępit, & auguſta fieri grauitatę verendus, Quem Pater omnipotens inter caua nubila raptum Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris. *Ouid.*5. *met.*

Ille tibi cultuſq; Deûm, delubraq; genti Inſtituet, cùm iam genitor lucebis ab omni Parte Poli. *Val.Flacc.Argon.*1.Conuiua Tonantis:Nam qui in Cęlum transferri dicebantur,Tonantis credebantur eſſe conuiuæ. Et nos Cęlitibus noſtris hoc tituli apponere non dedecebit: vt tamen Chriſtiano more accipiantur:

Aduerte olim cò ſuperſtitionis creuiſſe cultum, vt priuato honore tamquam Dij à filijs defuncti parentes colerentur ab ipſis antea cõſecrati; Vnde publico poſtmodum honore Imperatores veluti Patriæ Parentes apud Romanos culti fuere tamquam Dij, primis quidem temporibus, qui humanarum virtutum modum videbantur ſupergreſſi, eorum nomina poſt obitum in rituales libros referebantur:& anno vertente memoriam illorum celebrabant, quod in beatorum inſulas eorum animas tranſlatas eſſe crederent:Hinc tot Deorum multitudo creuit.

CAPANEVS.

Nobilis Argiuus inter ſeptem Duces, qui Thebas obſederunt: Polynices enim Oedipi filius ab Eteocle fratre aſtu ereptum regnum reperiturus ad oppugnandas Thebas profectus eſt cum Adraſto, Tydeo, Amphiarao, Capaneo, Hippomedonte, & Parthenopæo, de quibus V. *ſuis locis*. Capaneus autem cùm Deorum contemptor eſſet, ſcalisq; Thebas oppugnare primus omnium cœpiſſet, tanta mole lapidum à Thebanis obrutus eſt, veluti ſcribit *Vegetius*, vt fulminibus à Ioue fingatur extinctus. Ipſe primus ſcalarum vſum in oppugnationibus dicitur inueniſſe, cuiuſque damnum primus fuit paſſus. Vxorem habuit Euadnen, vnde Capaneia coniux à *Stat.* dicitur *lib.* 12. *Theb.* & *Ouid.* 4. *triſt.* Cùm cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu.

Capanea pectora: Capaneaq; miſimus vmbris Pectora. *Stat. Theb.* Coniux Euadnes. V. *Euadnes*. Qui excelſa petens ſubita face Solis marſit. *Stat. lib.* 3. *Theb.* nempè Iouis fulmine, niſi dicamus aliquo igne miſſili, de ſcalis eiectum.

CAPER.

Virq; paterq; gregis: Vir gregis ipſe caper: *ex poet.* Hircus. V. *ſuo loco.* Hœdi pater. V. *Hœdus.* Maritus caprarum: *Antholog.*

Epith. Hirſutus, barbiger, bicornis, laſciuus, acer, fœdus, olidus.

Se caper acer in hoſtem Cornibus intortis infert.

Capra; vxor capri; Capella, & Capellæ, diminut. Pecudes barbigeræ: *Lucret.* Corrigeræ matres. *Luc.* 2. *Pharſ.* Caprigenum pecus. *Virg.* 3. *AEn.* Hirſuti greges. Villoſi greges. Mater hœdorum. *Ouid.* 5. *faſt.* ſic patens. Vxores olentis mariti. *Hor.* 1. *od.* 17. Harum ingens copia apud Cyniphem fluuium. V. *Africa, & Syrtes.*

Caprea, ſilueſtris capra. Capreoli, filij capreæ. *Virg.* 2. *Georg.* Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella. Tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. Diſtentas lacte capellas. Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ. Amantes ſaxa capellæ. Non me paſcente capellæ Florentem cythiſum, aut ſalices carpetis amaras: *Virg. eclog.*

Epith. Sima, hirta, villoſa, barbigera, ſilueſtris, dumiuaga, ſequax, petulca, rondens virgulta.

CAPHAREVS.

Mons cum promontorio in Euboea inſula ad Helleſpontum ſpectans, ad cuius radices fraude Nauplij Palamedis patris Græcorum claſſis à Troia diruta reuertens naufragium fecit maximum: Vlturus enim indignam filij ſui Palamedis necem Vlyſſis criminatione extincti redeunti Græcæ claſſi, atque tempeſtatem actæ ignes accendit, quò Græci velut in portum curſum ſuum dirigentes, naufragio perirent: quod ſanè factum. Verùm poſtquam Vlyſſem, & Diomedem euaſiſſe intellexit ſe ex iiſdem ſaxis præcipitem dedit, verens ne & ipſe ab iiſdem interficeretur.

Sinus Euboicus. *Prop.* 4. *eleg.* 1. Nec redicere tamen Græci, tu diruta fletum Supprime, & Euboicos reſpice Troia ſinus. Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes, Et natat exuuijs Græcia preſſa tuis. *Idem.* Eſt humilis vnda ſcrupeis mendax vadis, Vbi ſaxa rapidis cluſa verticibus tegit. Fallax Caphareus æſtuat ſcopulis fretum, Ferretq; ſemper fluctus alterna vice Arx imminet prærupta, quæ ſpectat mare Vtrinque geminum, &c. deſcript. *Sen. in Agam.* Et clarum manu Lumen nefanda vertice è ſummo efferens In ſaxa ducit perfida claſſem face. *Ibidem.*

Saxa Capharea: Saxa triumphales fregere Capharea puppes; Naufraga cum vaſto Græcia fracta ſalo eſt. *Prop.* 3. *eleg.* 5. Aqua Capharea: Quæq; modo Euboicis laceratæ eſt fluctibus audes Graia Capharea currere puppis aqua? *Ouid.* 5. *triſt.* 7. Euboicum littus: Quicumq; & venti miſerum vexaſtis Vlyſſem, Et Danaum Euboico littore mille rates. *Prop.* 2. *eleg.* 19. Non hoſpita Graijs Saxa. *Idem* 3. 20.

CAPILLVS.

Crinis. V. *inf. ſuo loco, vbi multa.* Flores capitis. *Homer. Iliad.* Cincinni demiſſi capillorum. *Nonnus.* Comæ effuſæ in argenteas ceruices. *Idem.* Aurei cirri. *Idem.* Capillorum vincula. *Naumach.* Racemus intonſus Zephyro agitabatur: *Coluthus*; & concinnè quidem per metaph. nam ſignificat, quod vulgò *Ciocca*, dicitur è reliquo capillitio dependens tamquam racemus. V. *Coma.*

Hectoreæ comæ: *Lycophr.* vt apud *Homerum*, Achillis coma pulcherrima fuiſſe refertur: de qua V. *ſup. Achilles.* Abſalonici crines, de quorum pulcritudine lege 2. *Reg. cap.* 14. quibus & ipſe appenſus perijt haſtarum ictibus transuerberatus.

Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos. *Prop.* Mouenſq; decoro Cum capite immiſſos humerum per vtrumque capillos. *Ouid. de Niobe in met.*

Epith. Odorati, flaui, florentes, molles, formoſi, pulcri, pexi, fuſi, effuſi, indociles, &c.

CAPITOLIVM.

Mons Romæ celebris T. Tatij Sabini Regis quondam ſedes. Saturnius olim dictus, quòd à Saturno poſſeſſus antiquo tempore: Poſtea Tarpeius à Virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, & ſepulta fuit. Demum Capitolinus mons aliàs Capitolium, ita dictum (teſte *Varrone*) quòd hic cùm fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis inuentum fuit, quem Tolum appellatum ſcribit *Arnobius*, atque inde Capitolium

Digitized by Google

lium dictum. Vbi omnium Deorum ſimulacra colebantur, de quo monte multa tractantur à *Panuinio, ac Roſino*. Hìc in vertice arx erat, quę Capitolina dicebatur, quam cùm Senones Galli obſedissent, dum prędam diuiderent, à Camillo fuerunt aggreſſi, atque in fugam verſi. A Romulo fuit adiectum vrbi: in quo, pręter cętera, templum fuit inſigne Iouis Feretrij, quod votũ à Seruio Tullo: tum à Tarquinio Priſco ſtructũ, deinde à Tarquinio Superbo capta Sueſſa ſpolijs hoſtilibus exornatum, dicatumq́;, vnde Iupiter Capitolinus fuit appellatus, tantaq́; templum veneratione colebatur, & honore; vt illi ex toto terrarum orbe donaria pretioſiſſima mitterentur. Ad quod templum æneis liminibus ſcandebatur. Erant pręterea Porticus, quæ Capitolinę, & Bibliotheca, & Cliuus, & Collis. In quo ſanè mõte tempore Tarquinij 60. fuiſſe partim templa, partim ædes, & ſacella in Deorum honorem commemorant. Hunc montem aſcendebant triumphaturi, vt ex eorum triumphis patet. In templum Iouis Capitolini Kalend. Ianuarij noui Conſules aſcendentes à tota penè Romana iuuentute deducebantur, vt ibi auſpicato Ioue, nouam inirent dignitatem, peractis ſacrificijs. Nunc autem priſca pulcritudine deſertum Palatio tantùm Pręroris vrbani, quem Romani vulgò Senatorem vocant, à Pontificibus maximis ad tempus, electi; nec non Triumuirorum Cameræ vrbis Conſeruatorum, & Templo Ara cęli nuncupato, & aliquot pręterea vetuſtis monumentis celebris eſt. De Capitolio lege *Corn. Tacit. lib. 19. & Panuinium, & Gyraldum, & Roſinum*, qui ludorum meminit, qui fiebant in Capitolio; & nos inferiùs. V. *Ludi*. Inſuper in hoc loco ſeptem ſtatuæ totidem Regum, qui ante Romanam Rempub. fuerant, & octaua Bruti tyrannicidæ conſecratæ videbantur, quo & in loco ſuam quoque ſtatuam Cæſar adhuc viuens collocari paſſus eſt.

Arx Tarpeia: *Virg. 8. AEn. & Ouid. 2. de Pont. 1.* Te quoque victorem Tarpeias ſcandere in arces Lęta coronatis Roma videbit equis. Sedes Tarpeia: Templaq; Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri, Et fieri faciles in tua vota Deos. *Ouid. 4. de Pont. 4.* Mons Tarpeius. *Stat. 5. ſilu. 3.* Tarpeij foci: Victima Tarpeios inficit icta focos. *Ouid. 2. de Pont. 8.* Tarpeium ſaxum: Fœdaq; Tarpeio conopęa tendere ſaxo Iura dare ſtatuas inter, & arma Mari. Tarpeiæ rupes. *Luc. 1. Pharſ.* Tarpeia aula: Tarpeiæ venerande rector aulæ: *Mart. 7.* A Duce Tarpeio qui mons cognomen adeptus. V. *Tarpeius*.

Capitolij ſaxum. *Virgil. 9. AEn.* Sedes Capitolinæ. *Stat. 2. ſilu. 4.* Et Capitolini templa ſuperba Iouis: Domus auguſta Capitoli. *Ouid. 3. de Pont. 1.* Cùm domus auguſta Capitoli rure colenda. Capitolinæ viæ: *Mart. 6.* Capitolis aula: Capitolide clarus in aula. *Anthol.*

Iouis arx: *Ouid. ad Liu.* Romuleæ arces. *Stat. 2. ſilu. 4.* Arx Romulidarum. *Luc. 4. Pharſ.* Sacer cliuus. *Hor. 4. od. 2.* . . . quandoq; trahet feroces Per ſacrum cliuum meritò decorus Fronde Sicambros. Saturnia vrbs; quod ibi, antequam arces fierent à Romanis, eſſet vrbs, ſiue locus a Saturno ædificatus, ſiue eidem ſacer.

Templum ſpectabile Summi patris, per antonomaſiam. Ædes ſacra Ioui, ob inſigne templum, quod inibi illi fuit conſtructum, cuius hæc deſcript.

Iuuat intra tecta Tonantis Cernere Tarpeia pendentes rupe gigantes, Cęlataſq; fores, medijſq; volantia ſigna, Nubibus, & denſum ſtipantibus æthera templis, Æraq; veſtitis numeroſa puppe columnis, Conſita: ſubnixaſq; iugis immanibus ædes Naturam cumulante manu, ſpolijſq; micantes Innumeros arcus, acies ſtupet igne metalli, Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.

Epith. Altum, aureum, celſum, Romanum, auratum.

CAPPADOCIA.

Aſiæ minoris regio, quæ nunc Amaſia dicitur ab vrbe primaria, ſic dicta à Cappadoce amne, quo interfluitur. A Galatia ad Antitaurum protenditur: ab ortu habet Armeniam minorem: ad meridiem Cilicia eſt; ad ſeptentrionem Pontus Euxinus; ab occaſu Pamphilia, & ipſa Galatia. Hic in campis Themiſcyrijs Amazonum quondam florentiſſima regna fuere. Hæc autem has potiſſimùm nunc numerat regiones, Lycaoniam, Themiſcyren, Zeliticam, Carmanenen, Gargauſenen, Gargauritin. Antiochenen, Tyranin. In hac gens Heniochorum magna, ac multis nominibus diſtincta: in hac

Vrbes notæ:

Trapezus, untis; vnde Trapezuntes, & Trapezuntij incolæ, vulgò *Trabiſonda*. Themiſcyra vrbs Amazonum primaria. Amaſia Strabonis Geographi cunis decorata. Iconium alterum ab illo, quod in Cilicia eſt oppidum. Tyana: Laranda: Diocæſarea oppida, quorum meminit *Plin. lib. 6. cap. 3.*

Comana Pontica, Alexandri ſanctiſſimi viri cognomento Carbonarij Epiſcopatu celebris, ſic dicta à Ponto, cui proxima eſt.

Neocæſarea celeberrima olim D. Gregorio Thaumaturgo. Cæſarea D. Baſilij ſanctiſſimi pręſulis nobilitata geſtis: quæ etiam Maza dicebatur olim, ſiue Maſaca.

Sebaſtia, ſiue Sebaſtęa, ſiue Sebaſte inter Cappadociam, & Armeniam, quæ quadraginta Martyrum

rum palmis quondam decorata: & hæc Sebaſtopolis etiam dicitur. Melita à Semiramide condita vrbs.

Fluuij.

Iris, fluuius. Thermodoon, celebratus Amazonum domicilijs, de quo V. *ſuo loco*; *& ſup. Amazones*. Halys, fluu. Cappadociæ, & Paphlagoniæ agros irrigans; & tandem contra aquilonem in Euxinum mare ſeſe euoluens, qui fuit fatalis Crœſo, vt canit *Lucan. lib. 3. Pharſ.*

Montes.

Taurus, de quo *ſuo loco*. Argeus mons inſignis in Cappadocia, apud quem quondam latitauit D. Blaſius Epiſcopus Sebaſtopoleos.

Synon.

Impia Cappadocum tellus. *Mart. 6.* Cappadocum terræ, regna, &c. Cappadocum oræ ſęuæ. *Mart. 9. 31.* Hinc populi: Cappadoces mea ſigna timent. *Luc. 2. Pharſ.* Cappadoces rigida pingues clauſiſſe catalta. *Perſ. ſat. 5.* Leocoſyria olim dicta fuit etiam Cappadocia, & populi, Leucoſyrij.

CAPRA. V. *Caper*.

CAPRA CÆLESTIS.

Signum eſt in Cęlo, & vt poetis placet, fuit Amalthæa capra, cuius lacte educatus eſt Iupiter, qui deinde rerum potitus, & cęlo, eam inter aſtrà collocauit. Alij dicunt hanc Capram fuiſſe Meliſſei Regis, nomine dictam Amalthæam, cuius lacte, cùm aliud non haberent, puerum nutriuere: vnde fabula exorta fuit, illam in Cęlo locatam, quòd huiuſmodi beneficium puero Ioui pręſtitiſſet. Hæc autem x. Kal. Ianuarij occidit, vt ex *Ouid. in faſt.*

Olenium pecus. *Ouid. epiſt. 17.* Pleias, & Arctophylax, Oleniumq; pecus: ab Oleno Achaiæ oppido, prope quod capra Iouem nutriit: è *Stat. 3. ſilu. 2.* Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. *Ouid. 5. faſt.* Oleniæ ſidera capræ. *Sen. in Med.* Amalthea, vt *in hiſt. V. ſuo loco*. Amaltheæ ſidus. Oleniæ ſidus pluuiale capellæ. *Ouid. 3. met.*

Capræ ſidera. *Hor. 3. od. 7.* Poſt inſana capræ ſidera frigidas Noctes non ſine multis Inſomnis lacrymis agit. Olenia aſtra. . . . Et Olenijs dignum petiiſſe ſub aſtris. *Stat. 1. ſilu. 3.* Olenia cornua. Grando nec Olenijs manant tot cornibus imbres. *Idem 6. Theb. V. Olenus.*

CAPREA.

Silueſtris capra: fera capra. *Virg. eclog. 4.* Dorcas, dis. *Mart. 13.* in Xenijs: Delitium paruo donabis dorcada nato; eadem eſt cum caprea, ſiue capreolo. Dorcæus canis; qui illas inſequitur: ex *Ouid. lib. 4. met.*

CAPREÆ INS.

Siue Capriæ è conſpectu eſt Neapolis propè Surrentum Campaniæ adiacens, vt ait *Stephanus*: cuius primi incolæ fuere Gręci à Teleboo Rege illuc adducti, apud quos vetus inſtitutum excreuit exercendi Ephebos, cuius rei meminit *Suet. in Auguſt.* qui illuc animi cauſſa ſæpiùs proficiſcebatur, poſtquam eam inſulam à Neapolitanis redemptam reſtaurauit, incolisq; auxit. Fuit poſtea Tiberij Principis arce nobilis, circuitu ad nouem millia paſſuum, nunc coturnicum trans mare ad nos aduolantium multitudine celebris: & ita Ortygia dici poſſet.

Teleboum regna. *Virg.* Teleboum pręrupta ſaxa. *Sanaz. ecl. 4.* Teleboum mare. *Idem ecl. 5.* Teleboæ populi. Telonis regnum, mœnia, &c. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale, quem generaſſe Telon Sebetide Nympha Fertur Teleboum Capreas cùm regna teneret. *Virg. 7. AEn.* Teleboumq; domos trepidis vbi dulcia nautis Lumina noctiuagæ tollit Pharus ęmula Lunæ. *Stat. 3. ſilu. 5.*

CAPRICORNVS.

Cęleſte ſignum, quod ſic eueniſſe fabulantur. In bello, quod cum Gigantibus habuere Dij, cùm ſeſe in Ægyptum retuliſſent, ibidem varias induxere formas animalium, Mercurius ſcilicet in ibin, in gruem Apollo, cęteri verò in alias animantes conuerſi fuere: Pan autem in flumen cùm ſe deieciſſet, emergens poſteriorem partem corporis piſcis, anteriorem hirci figuram pręſeferentis extraxit; quod adinuentum admiratus Iupiter inter aſtra collocauit: qui etiam Ægocerus dictus, vt infra. Quod ſanè ſignum felix augurium portendere auſpicati ſunt nonnulli; nam Auguſtus in ipſo genituræ ſuæ horoſcopo Capricorni felix aſtrum mirabili conſpirantium ſiderum adſpectu irradiatum habuit: Itaque in aureo ſuo nummo Capricornum, qui globum prioribus pedibus teneret ſculpi curauit. Eodem quoque ſidere nati feruntur ſeculis noſtris Carolus V. Auſtriacus: Carolus Borbonius: Coſmus Medices; & Selymus Turcarum tyrannus.

Sidus Capricorni: Belua minax cornu. *Pontan.* Ægoceros: *Sen. in Thyeſt. act. 4.* Pigram referens hiemem gelidus cadet Ægoceros, Frāgetq; tuam quiſquis es vrnam, &c. Corniger hircus. Cornua capri cęleſtis. Salſi gurgitis hircus. Liquidi caper æquoris. Frons æquorei capri. Corniger æquoris alti.

Neptunia proles, à Neptuno ſic formatum nonnulli autumant; ſiue quòd piſcis caudam referens ad Neptunum pertinere videatur. Æquoris hircus: quod eius circulus ſuper oceanum potiſſimùm vertatur. Radiantia cornua tollens. Et Capricornus aquoſus, pelagiq; procella. Hiſpida ſetoſi marcet ſpecies Capricorni.

Ingreditur verò Capricornum Sol Decembri menſe, & in ipſo fit ſolſtitium hibernum; & dierum

creſcentium inchoat incrementum. Horrendus cauda, cornuq; minax.

Epith. Aquoſus, rigens, gelidus, hirſutus, corniger, imbrifer, horrendus, frigidus, ferox, frigore gaudens, frigora ducens.

CAPTIVVS.

Oneratus catena. *Ouid. 1. de art.* Mancipium. Verna: licèt ſit qui è captiuo in domo naſcitur herili. V. *ſeruus, vbi multa*. Barbara vincla pati ſuetus: *ex Ouid. 2. triſt.* Captus: Aut ſequitur captus, coniectaq; vincula collo Accipit. *Idem 4. eleg. 1.* Vinclaq; captiua reges ceruice ferentes. *Ibidem eleg. 2.* Aut dare captiuas in fera vincla manus. *Idem 1. de Pont. 2.* Compede vinctus. *Ibidem eleg. 7.* Liberaq; à ferro crura futura putet. *Ibidem.* Totq; tuliſſe duces captiuis addita collis Vincula. *Idem 2. de Pont. el. 1.*

Et pedibus vincula bina trahat; periphr. *Prop. 4. eleg. 8.* Nec feret vmquam Vincta Graium ceruice iugum. *Sen. in Troad.* Argolici prȩda triumphi. *Ibidem.* Subiecta feret colla tropheis. *Ibid.* Qui lora reſtrictis lacertis ſenſit iners. *Horat. 3. od. 5.*

Captiui in triumpho catenis vincti pro conditione perſonarum apud Romanos ferè ante currum victoris ducebantur: apud Grȩcos verò ponè ſequebantur triumphantem: vndè *Sen. in Troad.* Non aſſuetas ad ſceptra manus, Poſt terga dabit, curruſq; ſequens Agamemnonios aurea dextra Vincula geſtans lȩtis fiet Pompa Mycenis. Qui captiui ſi quando manumittendi erant, raſo capite pileum accipiebant: hinc *Mart. 2. ep. 68.* Totis pilea ſarcinis redemi. Qui ſi etiam ad ergaſtula damnabantur, ſi quid ibi criminis commiſiſſent, vinciebantur compedibus, catenisve; vnde etiam ipſe *Mart. 9. ep. 23.* Et ſonet innumera compede Tuſcus ager.

Famulare collo nobis ſubeat iugum. *Sen. in Troad.* Indigno circundat vincula collo. *Ouid.* Vinctus eram verſas in mea terga manus. *Proper.* Vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero. *Horat.*

Mediaſtinus: eſt, qui abiectiſſima quæq; domus obit munia. V. *Seruus. Vincula: Coquus.*

CAPVA.

Campaniæ vrbs præſtantiſſima à camporum latitudine ſic dicta, quæ à Tuſcis, Troianisve condita fuit; cuius ſplendor amplitudo, & magnificentia ab omnibus ſummoperè paſſim celebratur: Quã *Cicero* alteram Romam appellat, quam Vulturnus adluit: ſuper quem pons eſt ex lapide inſignis. In hac Annibal victorijs fatigatus, nimio vrbis luxu corruptus, à priſtino robore tantùm refrixit, vt iacturas deinde plurimas tulerit. Cuius vrbis bella, & obſidionem, cùm à pop. Romano defeciſſet, apud *Liuium* inuenies, *Plutarchum*, *Polybium*, & *alios*.

Vrbs Capys. *Virg. 10. AEn.* Troianus enim fuit Capys, qui prima vrbs iecit fundamenta; in qua & ipſe ſepultus: In cuius ſepulcro, vt ait *Suet. in Caſ.* ænea tabula inuenta fuit, quæ Cæſari necem denunciabat.

Vrbs Campana, per antonomaſiam. Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. *Virg. 10. AEn.* *Strabo* verò, Capuam ſic dictam autumat, quòd eſſet duodecim Campaniæ vrbium caput, nempè quòd ipſa reliquis præeſſet in ea prouincia vrbibus. Capuanæ mœnia vrbis. Vulturni gurgite clara Mœnia.... at hic magnæ tractus imitantia Romæ. Quæ Capys aduectis impleuit mœnia Teucris. *Stat. 3. ſilu. 5.* Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo Ora iugo. *Virg. 2. Georg.*

CAPVT.

Vertex capitis. Apex, *Cima della teſta.* Tempora. Ceruix: pars infra caput ad colli confinia. Faſtigia vultus. *Ouid. in Ibin.* Vultus, pars pro toto. Occiput: Occipitium, capitis poſterior pars. Sinciput, pars anterior.

Hæ autem in capite ſunt partes.

Calua, caluaria, cranium, cranij commiſſurȩ, *Celſus.* Suturæ cranij. Pericranium. Cutis capillum gignens.

Frons, tis. Rugæ frontis. V. *Frons.* Cerebrum. V. *ſuo loco.* Diſcrimen capillorum, quod etiam: Æquamentum appellatur.

Coma. V. *infra.* Cani. V. *ſup. Canities.* Barba. Vultus. Tempora. Auris. Oculis. V. *ſuis locis.*

Cilium. V. *infra ſupercilium.* Facies. Naſus. Collum. Lingua. Gena. Palatum. Mentum. Os. Dens. Gula. V. *ſuis locis.*

Abſcidit heu vultus enſis vterque ſacros. *Mart. 5. ep. 65.* de Cicerone intelligit, cui caput Antonij iuſſu reciſum fuit, non vultus. Capitis diſcrimina puri. Prȩradiat caput auricomum, roſeuſq; per auras It decor.... ſumma caput extulit vnda. Nec nitidum tarda compſerit arte caput. Et niueum pubes occulit herba caput. Superant capite, & ceruicibus altis. Ferrea progenies duris caput extulit aruis. *Ouid. lib. 3. met.* Caput obiectare periclis. Tempora prȩfringit fuluo protecta capillo: caua tempora ferro traijcit. Turrigero canos effundit vertice crines: dixit turrigero pro alto.

Epith. Rutilum, nitidum, ambroſium, purum, flauum, intonſum, canum, cæſarie denſum.

CARBASVS.

Carbaſeum filum: Cui carbaſei molliſſima fili Stamina: *Bemb.* eſt autem carbaſus lini genus miræ tenuitatis. V. *Byſſus.* Carbaſeus ſinus. Carbaſea ſtamina, tela, &c.

Carbaſa, pro velis, quibus armantur nauigia ad

ven-

ventos concipiendos, nauigandumq;. V. *Vela*. Carbaſei ſinus, nempè vela extenſa.

Carbaſa ſubſtringere. *Virg.* eſt vela contrahere, nempè contractiores facere velorum ſinus, ne expanſa vim irruentis venti non ſuſtineant.

Carbaſeum ſeptum: *Budaeus:* rete magnum, ſiue plaga ad maiores feras concludendas.

CARCER.

Latebræ. *Virg. 4. Georg.* Speluncæ atræ. *Idem 1. AEn.* Solida tecta. *Ouid. 3. met.* Carceris tenebræ. *Sil. Ital. lib. 2.* In loca plena metus. Barathrum. *Sen.* de quo paullò poſt. Squalidum Barathrum. *Hom. in odyſſ.* Tenebræ. Vmbra. *Sen.* Clauſa domo teneor. *Ouid. epiſt. 14.* In thalamo Danae ſaxo, ferroq; perenni Clauditur. *Idem 3. eleg. 4.*

Turris ahenea. *Hor. 3.* Validæ turres. *Lucret.* Ferrea turris. *Virg.* Æratæ turres. *Claud.* Cluſamq; ſaxo noctis æternæ obruat. *Sen. in Med.* Vinculis oneret manibus. *Ibidem.* Saxeus ſpecus. *Idem in Oedip.* Domus illętabilis neceſſitatis. *Plat.* Cimmerium imitans locus exitu difficilis, expers Solis: *Nonnus.*

Locus ſolidæ tutus munimine molis. *Ouid. 4. met.* Cuſtodia. *Idem 6. met.* Stabulorum ſolido ſaxo ſtructa mœnia. *Ibidem.* Ferrata domus Danaes. *Prop. 2. eleg. 15.* Me licet æratis adſtringant brachia nodis Sint mea vel Danaes condita membra domo; In te ego, & æratas rumpam, mea vita, catenas, Ferratam Danaes, tranſiliamq; domum. Immundæ tenebræ. *Idem 3. eleg. 13.* Sępè illam immundis paſſa eſt habitare tenebris, Vilem ieiunæ ſæpè negauit aquam. Et caput in dura ponere iuſſit humo. *Ibidem.* Corrumpit teneras dura catena manus. *Ibidem.* Regales manicas rumpit vtraque manu. *Ibidem.*

Septam nocte tenebroſi ſpecus. *Sen. in Agam.* In atrum carceris mei cubile. *Id. in Thyeſt.* Clauſtra: Fractæ redeunt in clauſtra procellæ. *Claud. 1. de rapt.* Fauces deſcendit in altas Carceris abſtruſi. Carceris vmbroſi nigro ſub fornice. Solidus claudet carcer vtrumq; reum. Fœtore plenus locus. Rigidi latebroſum carceris antrum, *ex poet.*

Ergaſtulum, & ergaſtula, orum: eſt officina, vbi ſerui compediti opus faciebant; inde accipitur elegantiſſimè pro carcere. Porrò carceris ſupplicia vide *inferiùs*, *Pœna*, *vbi multa ſcitu digna*.

Fuerunt etiam in varijs orbis terrarum partibus carceres, ſiue cuſtodiæ, in quibus rei claudebantur: vt Carcer Tullianus, & Mamertinus Romæ; de quibus lege *eruditiſſimas Baronij Card. notas in Martyrologio ſub die 14. Martij*. Latomiæ Syracuſanæ, & Mamertinum ibidem Syracuſis. Barathrum Athenis à ſcriptoribus penè omnibus decantatum. Ceadæ Spartæ, vbi vncini erant infernè, atque supernè diſpoſiti: meminit amborum *Suidas*. Profundum maris, erat carcer Cyzizenus teterrimus quidem; de quo nonnulli (teſte *Beda*) interpretantur locum illum epiſtolarum B. Pauli ad Corinthios: Nocte, & die in profundum maris fui, &c. erat enim in Cyzico quędam fouea nimis alta ad tormenta noxiorum parata, cœno putidiſſima, quæ ob altitudinem immenſam, Profundum maris appellari conſueuerat. Carthaginis obſcuriſſimus carcer erat Ancon dictus, cuius meminit *Suidas*.

Epith. Cęcus, ſollicitus, mœſtus, tenebroſus, rigidus, opacus, cauus, vmbroſus, ſquallens, niger, horrendus, ſqualore repletus.

CARCERE CLAVSVS.

Clauſus tenebris, & carcere cæco. Carceribus clauſus raris, & compede nexus. Clauſa domo teneor, grauibuſq; coercita vinclis. *Ouid. epiſt. 14.* Tenebroſo in carcere vinctus. Miſſus in carceris antrum. Inq; feroci carcere conſtrictus. Hunc carceris obſcuri vincula ſæua tenent. Mœrenti carcere vinctus erat. Sub opaci carceris vmbram miſſus. Vitam infelicem ferrato in carcere ploras. Carcere Cimmerio, & ſpiſſa caligine ſeptus. Squallidus orba fide pectora carcer habet.

CARCERES, vulgò *Moſſe*.

Locus eſt, vnde equi ad curſum, vel curſores emittuntur.

Vtq; fores nondum reſerati carceris acer, Nunc pede, nunc ipſa fronte laceſſit equus. *Ouid. 5. triſt. 10.* Inter Carceribus miſſos vltimus ibit equus. *Id 5. eleg 13.* Eleus ſonipes quamvis iam carcere clauſo Immineat foribus, pronuſq; repagula laxet. *Lucan. 1. Pharſ.* Repagulum: *Cic.* nempè funis, qui diſtinet equos, ſeu curſores, quo ſublato, emittuntur ad curſum.

CARDINALATVS. CARDINALIS, & CARDINALIVM SENATVS.

Dignitas ſacra Romanæ tantùm Curiæ, quæ Senatum Apoſtolicum refert; qua inſigniti Summo Pontifici adſiſtunt; plurimaq; in S. M. E. bonum operantur.

Oſtro decorus: ex *Virg. 12. AEn.* quod purpura veſtiuntur. Decoratus oſtro. *Id.* At *ex poetis recentioribus, & veteribus*.

Patres purpurei, purpurati. Sacer Senatus. *Bemb.* Romanus Senatus. Senatus purpureus, è *Statio*. Cardineo oſtro fulgens. Cui infula cardinea. Cui rubea toga. Purpureis rubet lacernis: ex *Mart. 5. ep. 8.* Fulgens lanis coccineis; Coccinea nitidus toga, purpurea veſte renidens, fulgens, &c.

Roſeo inſignita galero Tempora fulgentem. Pro-

ceres,

Digitized by Google

ceres,quibus inclyta ſacras Purpureo cinxit lana colore comas. Addita laurigeræ purpura clara comæ; *in funere Bembi*. Purpuratus Princeps. *Maſcul.* Principes purpurei. Cui purpurea delata eſt trabea. Quem Latij potens (ideſt Summus Pontifex) ornauit oſtro. *Maſcul.* 1. *od.* 3. Iure Quiritum fulges Parenti proximè punico inſignis oſtro. *Idem.*

Inſignis oſtro Pater, Sacerdos, Princeps,Preſul,Antiſtes. Romano vt adſcriptus Senatu Auſonia dominaris aula. Iam purpurato primus in ordine Reges Sacrorum pectora Principum. Purpureæ decus Romæ. Decoro murice nobilis.

Hic,qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro: *ex Ouid.* 4.*triſt.*2.Dumq; latus ſancti cinget tibi turba Senatus: *ex eod.*4. *de Pont.*9. Inſignis Sidonio amictu,Princeps,Senatus,&c. Romani colitur Chori Sacerdos: è *Stat.*2. *ſilu.*7. nam Rom. Chorus per antonomaſiam Cardinalium Collegium intelligitur,cui Summus Pontifex preſidet. V. *Purpura*: vnde tibi alias ſuppeditabis ſynonymicas elocutiones.

CARDVELIS.

Auis,in quam conuerſam Ædonem Zeti coniugem Deorum miſeratione dicunt *Poetæ*:quæ,quòd filium Itylum noctu per errorem interfeciſſet, credens illum alterius eſſe fœminæ filium, cuius fœcunditati inuidebat, doloris impatientia contabeſcere incipiebat. Sed hæc potiùs ad luſciniam pertinere videntur. V. *Philomela*. Verùm cùm alia de illa narretur fabula, lectori ſentiendum quid velit, relinquimus.

Acanthis,dis: Reſonãt & acanthida dumi. *Virg.* 3. *Georg.* Sunt qui ſcribant Acalanthis. Miratur acanthida pictam Pſittacus: *Mant.*

Spinus,Ligurinus,*Gaza*,vulgò *Cardello*: dicitur autem Carduelis, quod carduis,& ſpinis veſcitur. Et huic ſimilis: Anthus, genus auis carduorum ſemine victitans,addi poteſt. V. *Auis*.

CARIA.

Prima minoris Aſiæ regio inter Ioniam,& Lyciam, ſiue Lydiam ſita; verùm *Strabo* Cariam à borea Mæandro flumine clauſit,ab occidente Icario, & Myrtoo pelago:à meridie Rhodienſi;ab ortu verò Lycijs, & alijs gentibus, magnamq; Tauri montis partem ad maritimas oras terminantem in Caria concluſit, necnon omnem oram Rhodiam ei attribuit. Huius metropolis olim Miletus:nomen autem huic regioni inditum dicunt à Cara Rege, qui primus auium auguria dicitur inueniſſe. Huius notæ

Vrbes.

Miletus,de qua V. *ſuo loco*. Tripolis. Laodicea,quæ Lyco flumini impoſita primò Dioſpolis, dein Rhoas,& poſtremò Laodicea appellata fuit; Zenonis oratoris patria, & Heri, qui hereditatem populo diuiſit ſupra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit.

Antiochia, quæ etiam Pythopolis fuit dicta. Magneſia, iuxta Mæandrum fluuium, vnde Magneſiani, diuerſi quidem à Magneſijs, de quibus V. *Magneſia*. Priene, vrbs maritima, quæ inuectu Mæandri fluminis inter ipsā, Miletumq; labentis mediterranea facta eſt: Biantis patria vnius è ſeptem ſapientibus;qui cùm abiret à patria per hoſtes direpta,interrogatus, cur non aliquid ſecum aſportaret; dixit, ſe omnia bona ſecum portare, nempè ſapientiam.

Stratonice, vrbs ſic dicta à Stratonice Attali Regis matre,& Ariarathi Cappadocum Regis filia; Eumenis verò Pergami Regis coniuge. Alabanda, ſiue potius Alabandæ, arum, vrbs non procul à Mæandro fluuio, ſcorpionum copia affluens, cuius meminit *Iuuen. ſat.* 3. Hic Andro,ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis, vnde Alabandicæ roſæ vilioris generis,vt inquit *Plin.lib.*21.*cap.*4. Troezen vrbs in Caria in conuentu Alabandarum, cuius meminit *Idem lib.*5. *cap.*29.

Quoniam verò in huius prouinciæ parte peninſula Doris eſt regiuncula: in hac Halicarnaſſus adſcribitur; vrbs celebris, & Herodoti,& Dionyſij hiſtoricorum patria; & Regum Cariæ quondam regia circa Tauri montis initia, ſita ad mare in minore Aſia:Argiuorum colonia,in qua Mauſoleum,de quo V. *ſuo loco*:& Salmacis fons. V. *ſuo loco*. Dicta etiam fuit vrbs Zephyra. Cnidus, vrbs inſignis in extremo cornu peninſulæ Cariæ, Praxitelis Venere in primis nobilis, vnde & Venus Cnidia dicta eſt:& *Hor.*1.*od.*30. O Venus regina Cnidi, Paphiq;.

Bargylla,orum: *Steph.* opp. Cariæ ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegaſi ictu interijt. Bubaſus,locus Cariæ,cuius mulieres ab *Ouid.* Bubaſides vocantur: Bubaſides videre nurus,*lib.*4. *met.*

Montes.

Phœnix. Mycale, & Latinus, de quo V. *Endymion*.

Fluuij.

Mæander in Phrygia maiori ortum habens, qui in ſe recepto Lyco haud procul à Mileto in mare ſeſe exonerat. V. *ſuo loco*. Lycus. V. *ſuo loco*.

Synon.

Mauſoli regnum,quoniam Rex Cariæ fuit Mauſolus. V. *ſuo loco*. Artemiſiæ regia. Aere nec vacuo pendentia Mauſolea Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant. *Mart.*1.*epig.* Latomia ſaxa. *Catull. in Coma Berenic.*: à monte,quem frequentabat olim Endymion Lunæ curſum inueſtigans, vnde dicitur ab illa peramatus. Caria littora,arua,humus,tellus,&c.

Cares, pop. *Virg.*8. *AEn.* qui etiam olim Lelegæ,

ſiue

ſiue Leleges dicebantur ſub Minoe Rege. Magneſiani.

CARINA. V. *Nauis partes*.

CARIES, vulgò *Tarlo*.

Teredo, nis. *Ouid. 5. Pont. 1.* Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis: eſt propriè vermiculus, qui ligna corrodit. Coſſus: *Plin.* idem cùm teredine. Termes. *Seruius*. Vermis, qui tigna pinguiora rodit, vulgò *Tarma*.

Tinea: Conditus vt tineæ carpitur ore liber. *Ouid. 5. Pont. 1.* vulgò *Tignuola*. Blatta. *Plin.* quę veſtimenta corrodit.

CARMANIA.

Regio eſt Aſiæ inter Perſidem, & Indiam, quam duplicem eſſe *Ptolemeus* tradit, cultam alteram, alteram deſertam. Huius regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthyophagi cognominati, quòd ſolis piſcibus veſcantur, quorum etiam corijs veſtiuntur: *Pomp. lib. 3.* quorum pariter meminit *Lucan lib. 3.* Carmanosq; duces, quorum deflexus in auſtrum. Huius nunc regiones ſunt Kirman, Goadel, & Ormuz regnum: olim verò Modomaſtice, Parepaphitis, Cabadina, Chautonice.

Vrbes.

Carmana, Samydace, Alexandria, Armuza.

Flumen Samydaces, à quo ſuperior vrbs denominatur. Mons Semiramidis, an forſitans is, in cuius ingenti ſaxo ſculpta ab ijs populis quondam diuinos accepit honores.

Carmania altera: eſt eadem, quæ Cilicia, de qua *ſuo loco*; vnde prorex Carmaniæ Turcis eſt, qui vulgò dicitur *Baſsà di Natolia*.

CARMELVS.

In Phœnicia celeberrimus mons, qui etiam Carmel dicitur. Ad mare ſitus eſt nemoroſus, nec non vino, oleo, arboribusq; abundans: abeſt à Ptolemaide ſtadijs centum viginti. In hoc monte Elias Propheta coram Rege Achab, & octingentis quinquaginta pſeudoprophetis Baàl, cùm illi nequicquam cultris ſe dilaniantes, idolo immolarent, ipſe Deum verum igne cęlitùs demiſſo, experimento comprobauit. Ibidē alio tempore flexus genibus geſtu admirabili orās poſt trium annorū, & ſex menſiū ſiccitatem, pluuiam à Deo impetrauit: Hic demum Eliſeus, & prophetarum filij habitarunt. Demum Carmelitæ, à quo loco ſe dicunt originem traxiſſe.

Carmeli vertex: *Vida*. Carmeli ſaltus, iuga, cliuus, &c. Mons Eliæ: Mons Prophetarum.

Eſt etiam mons in tribu Iuda, vbi Nabal vir Abigailis copioſiſſimos greges poſſidebat. Lege 1. *Reg. cap. 25.*

CARMEN.

Numeri. Moduli. Verſus. Muſa. V. *ſuo loco*. Camœnæ, Vatis opus. *Ouid. 6. faſt.*

Sermo medio Helicone petitus. *Stat. 4. ſilu. 6.* Aonij tenores. *Idem 5. ſilu. 3.* Nec ſua veſanus ſcripta poeta legat. *Ouid. 2. de art.* Reduxit penè potentibus Vocum Camœnis Pierium melos. Ogygij modi: Et vario Ogygios arte ciere modos. *Bemb.* nempè carmina in honorem Bacchi. Numeroſi geſtus. *Ouid. 4. Pont. 2.*

Flumina Muſarum: *Pind.* Dona Muſarum. *Oppian.* Apollinis cantus. *Idem.* Latices Pieriæ apis. Cantus Apollinei. *Bemb.* Carminis obſequium: *Prop. 1. eleg. 8.* Cantus Pierij. *Mart. 5.* Poema, tis: quod magnum aliquod affert multis carminibus. Cantus. V. *ſuo loco*.

Epith. Diuinum, dulce, delectabile, ſacrum, iucundum, dulciſonum, ſuaue, nobile, aureum, exultum, blandiſonum, celebre, pręclarum, ſonorum, Caſtalium, Pierium, &c.

Carminum ſpecies, ſiue genera.

Ecloga, paſtorale carmen. V. *Ecloga*.

Palinodia: cùm quid retractantes canimus.

Diræ: carmen, quo alicui ſiniſtra imprecamur, dirasq; vltrices in hoſtium caput euocamus.

Satyra: inuectiuum in mores poema, à Satyrorum petulantia dicta.

Nęnia, & Elegia. V. *ſuis locis*.

Dithyrambus. V. *infra*.

Feſcenninus: eſt carminis genus, quod in nuptijs canebatur. *Sen. in Med.* quod quidem genus in malam nos partem ſumimus, quod laſciuiam præſeferat; vnde *Mart. 9. ep. 27.* inquit: Laſciuum iuuenis cùm tibi luſit opus.

Carmina obſcęna, ideſt carmen Feſcenninum: *Prop. 1. eleg. 16.*

Carmen Heroicum, quod & Epicum dicitur, à Phemonoe prima Apollinis Delphici Sacerdote (niſi dicamus hanc fuiſſe Delphicam Sibyllam) repertum, teſte *Pauſania*. Huius meminit *Stat. 2. ſilu.* .... refert arcana pudicos Phemonoe fontes.

Carmen Sibyllinum. Carmine viuacis Venus eſt tranſlata Sibyllæ. *Ouid. 4. faſt.* Carmen Euboicum. *Idem 6. faſt.* à Cuma ab Euboicis condita, vbi morabatur Sibylla, quæ Cumana dicta fuit. Chalcidicum carmen. *Stat. 9. ſilu. 3.* ob eandem cauſſam. Reſponſa Sibyllæ. *Virg.* Carminis Euboici fatalia verba Sacerdos. *Ouid. 4. faſt.* Phœbeæ dicto Sibyllæ. *Sil. Ital.* Ambages Sibyllæ. *Virg. 6. AEn.* Commenta Sibyllæ. Sibyllini verſus. *Hor.* V. *Sibylla*.

Carmen nuptiale. Pars hymenæa canunt euie euie clamant. *Ouid. 1. de art.* V. *Epithalamium*.

Carmen funebre. Lugubres cantus. *Hor. 1. od. 28.* .... ramoq; ſedens miſerabile carmen Integrat. Nænia. V. *ſuo loco*.

Carmen, pro eo, quod vulgò *Incanto* habeo quod carmine ſanet, & herbis. *Ouid. 10. met.* Ritus

ma-

magicus. *Ibidem.* Magicum carmen. *Sen. in Oedip.* Æquum carmen. *Ouid.* 1. *eleg.* à Medea Æetes filiâ inſigni veneficâ. Excantata vox. *Hor. epod.* 5. Sed carmine mouet, Diraq; cantata pabula falce metit. *Ouid. epiſt.* 6. Magici ſuſurri. *Mant.* Circæi ſuſurri, ob Circen veneficam.

Ars Æmonia. *Stat.* 1. *ſilu.* ab Æmonia Theſſaliæ prouincia, in qua ars magica plurimùm exercebatur: ſic, Æ a ars. Theſſalum venenum: Quis te ſoluere Theſſalis magus venenis. *Hor.* 1. *od.* 27. Cantio. *Cic. de cl. orat.* Cantamen: O vtinam magicæ noſſem cantamina Muſæ. *Prop.* Cantus, nimiumq; potentes Herbæ. *Ouid.* 4. *met.* V. *Incantatio: Magia: Veneficium.*

CARMENTA.

Mercurij, & Themidis filia, Euandri Arcadis mater, ita à carminibus cognominata, quibus dabat reſponſa: fatidica enim erat mulier, cùm propriè Nicoſtrata vocaretur. Huic primi deitatis honores à Romanis fuere præſtiti. Cuius habitaculum fuit in intimi Capitolini montis parte, vbi poſtea fanum erexere, quod Carmentale fuit dictum: iuxta quod & porta, de qua V. *Roma.* Huic menſe Ianuario Carmentalia fiebant à matribus familias propè eamdem portam, in quæ aliquid ſcorteum, aut ſua morte peremptum attuliſſe piaculum fuit. Eidem templum erectum in 8. Vrbis regione, nempè in foro Romano, hac de cauſſa (*Plutarcho* teſte) Cùm vſu vehiculorum, quibus trahendis iumenta iungerentur, Senatus matronis interdixiſſet, inter ſe conſpirarunt, neq; vterum gerere, neque parere velle, ac de viris hac ratione vlciſci. Quod factum, donec mutata ſententia vſus vehiculorum iis rurſus fuerit conceſſus. Exinde cùm parerent fœcundæ, & liberorum copia claræ templum Carmentæ, vbi diximus, poſuere. Lege *Onuphrium Panuinium.*

Nicoſtrata, nomen propriũ, vt diximus. Carmentis, dis. *Ouid.* 1. *faſt.* Arcadia Dea. *Ibidem:* quòd ab Arcadia Romam venerat. Dea Parrhaſia, quòd in eadem Arcadia nata. *Ibidem.* Quę nomen habes à carmine dictum. *Ibidem.*

Euandri mater. *Ouid.* 1. *faſt.* Euandri parens. *Ibid.* Mænalis Diua. *Ibidem:* ob ſuperiùs allatam rationem, quòd in Arcadia nata fuerat. Tegeæa parens. Tegeæa Sacerdos. *Idem* 6. *faſt.*

CARNIFEX.

Lictor, is. V. *ſuo loco.* Impius miniſter. Tortor barbarus. *Hor.* 3. 5. Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus Tortor pararet. Carnificis manus, vultus, ferocia, feritas, &c.

Satelles cruentus: Ille Deæ cuſtos, ille ſatelles erit. *Ouid.* Corpora diſcrucians. Qui caput è ceruicibus aufert. Et qui Prętoris iuſſu decutit enſe caput. Qui iugulum mucrone reſoluit; Qui laqueo fontes ſuſpendit ab arbore dira. Quem ſceleratorum metuit mala turba nepotum. Cuius ad aſpectum facies funeſta latronis Pallet, &c. Crudeli iugulum tradere carnifici.

Spiculator. *Tacit.* propriè dicuntur ij, qui ſpicula, vel huiuſmodi geſtantes, præcedunt domini currum: hodie *Alabardieri.* Speculator, apud *Suet.* (niſi libri ſit mendum) ex infima militum turba, qui inter alia carnificis officium in caſtris peragebant, in reis capite damnatis decollandis, qui Græcè Dimij vocantur à *Dione*, vt notat *Salmaſius in Suetonio.*

CARTHAGO.

A Carchedone conditore, cuius meminit *Appianus*, & vt placet *Euſtathio*, qui plura de ea in *Dionyſ.* ſic dicta vrbs Africæ celeberrima, terror Imperij, quemadmodum appellat *Cicero.* Hæc è communiore ſententia condita fuit poſt bellum Troianum à Didone, cuius deindè ambitus auctus fuit ad ſtadia trecenta, ac ſexaginta. Stetit annis ſeptingentis: tertio tandem bello Punico à Scipione Æmiliano penitus euerſa plus nocuit (vt *D. Auguſtinus* refert) quàm aduerſa. De hac meminit *Liuius, Dionyſius, alijq; plurimi.* In hac Barchina familia Hannoniæ certabat, ex qua priore Annibal, Amilcar, & Aſdrubales varij exorti fuerunt bello quidem clariſſimi, vt ex hiſtorijs patet. Nunc tantùm ruinæ extant: propè quarum rudera Tunetum, hodie *Tuniſi*, ædificata eſt.

Carthaginis arces. *Virg.* 1. *AEn.* Arces Tyrię. *Ibid.* à Tyrijs conditoribus, qui cum Didone Tyria venerant. Vrbes Tyriæ. *Idem* 10. *AEn.* Vrbs Sidonia: ab ipſa itidem Didone filia Regis Tyri, ac Sidonis. Vrbs Agenoris, per metalepſin: nam ex Agenoris proſapia fuit Dido.

Carchedon, ipſa Carthago: ſic à Græcis dicta. Pœnorum arua. Iunonia hoſpitia, quod potiſſimùm illam ſibi vrbem, vt Samon inſulam, delegerat Iuno. Regnum Eliſæ. Carthaginis oræ. Vrbs Libyca, per antonomaſ. Vrbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ. *Claud.* (ſubaudiri etiam poteſt de Conſtantinopoli.) Vel Tyriæ quondam regnata mapalia genti. *Sil. Ital.* Spernis Eliſææ Byrſica tecta domus. *D. Sidon. Apoll.* Carthaginis domus. *Virg.* 4. *AEn.*

Byrſa: Carthaginis arx, & etiam figur. pro ipſa vrbe; ſic dictus locus (*Appiano* teſte) qui bouis corio in minutiſſimas partes diſſecto deſcriptus poſt ædificatam in eo arcem appellatus fuit Byrſa: vt Troiæ, Ilium; Athenarum, Acropolis, ſiue Munichia; Romæ, Capitolium olim, nunc Moles Adriana, & aliæ alibi: meminit Byrſæ *Virg.* 1. *AEn.* Hinc:

CARTHAGINENSES.

Siue Carthaginienſes, vt vult *Priſcianus.* Carchedonij.

donij. Tyrij. Pœni, à Phœnicibus oriundi. Numidæ: quod in Numidia collocant Carthaginem. Libyci populi, gentes, ciues, &c. Punici. Sidonij; vnde Sidonius victor, nempè ciuis Carthaginienſis. *Sil. Ital.* 14.

Pœnus ſanguis. *Hor.* 2. *od.* 12. Pœni perfidi, ob perfidiam Annibalis. *Sen.* Punica turba, populus, &c. Punica caſtra. *Sil. Ital.* Acies Libycæ. *Idem.*

Epith. Libyca, magna, alta, perfida, antiqua, ſuperba, Byrſica, Sidonia, &c. Carthago.

Epith. Fallaces, infidi, leues, truces, rebelles, feroces, fulminei, fœdifragi, Pœni.

Eſt etiam alia Carthago in Hiſpania, vulgò *Cartagene*; cuius portus ille ſit verè, qui à *Virg.* Libycæ Carthagini tribuitur, vt nonnulli aſſerunt: Hanc Aſdrubalem condidiſſe memorant.

Vrbs ſedet Hiſpano poſuit quam littore primus Aſdrubal, & magnæ nomen Carthaginis illi Impoſuit, cuius partem validiſſima cingunt Mœnia, parsq; maris rapido defenditur æſtu.

CASA.

Nempè paruum domicilium, quo ferè vti ſolent ruſtici.

Domus pauper. *Virg.* 12. *AEn.* Stramine tecta domus, *ex Ouid.* Frondea tecta. *Virg.* 2. *Georg.* Tecta exiguæ caſæ. *Ouid.* 4. *faſt.* Sedes anguſta. *Claud. in Ruf.* Tecta agreſtia. *Ouid.* 4. *faſt.* Hoſpitium frondens. *Virg.* 4. *Georg.* Anguſta ædes. *Ouid.* 1. *faſt.* Aſpice de canna, ſtraminibusq; domum. *Idem* 3. *faſt.* Tugurium. *Virg.* 1. *eclog.* Domus plebeia. *Sen. in Hipp.*

Magalia: *Virg.* & mapalia, propriè Maurorum tuguria: vnde *Sil. Ital.* Qualia Maurus amat diſperſa mapalia paſtor.. congeſto non culta magalia culmo. *Lucan.* Punica verò lingua ſic dicuntur, quę nos agreſtes caſas vocitamus, authore *Feſto*, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet id vocabulum ſolutè viuentibus obijci. Attegiæ dicuntur à *Iuuen. ſat.* Dirue Maurorum attegias, caſtella Arigantum: ſunt qui attegias exponunt pro ſcęnis ex opere topiario vmbram æſtate prębentibus, quas Sciada Gręci vocant.

Domus texta viminibus. *Agath. in Anthol.* Pars ibi pro rigidis calamos ſtatuere columnis Deſuper extenſas impoſuere togas. *Ouid.* 3. *faſt.* vulgò dicimus *Trabacche:* optima quidem deſcript. Tecta quantulacumque caſæ. *Idem* 4. *faſt.* Parui penates. *Ibidem.* Ruſtica tecta, paruæq; fores. Stramineas habitare caſas, & frondea tecta: *ex Virg.*

Epith. Parua, exigua, anguſta, immunda, rudis, vilis, pauper, modica, agreſtis, ſtraminea. V. *Tugurium.*

CASEVS.

Lac preſſum. *Virg.* 1. *eclog.* Quadra caſei. *Mart.* Maſſa lactis alligati. *Idem lib.* 8. *epig.* 58. Lactis maſſa coacti. *Ouid. lib.* 13. *met.* Lac concretum. *Virg.* & *Ouid.*

Caſeus oculatus, pumicoſus, fiſtuloſus, ſpongioſus, nempè qui varia continet in interiore parte foramina.

Caſei ſcobina. *Plin.* Caſeus diſcobinatus. *Varr.* vulgò *Formaggio grattato.* Caſearia forma, in qua coactum formam ſumit orbicularem. Caſeus preſſus ex dulci lacte. *Hom.*

Caſei epitheta plerumque ſumuntur à locis, vbi is optimus fit; vt Parmenſis, à loco, ac bonitate: Siculus, qui ferè ex equino lacte compactus eſt: vel è gregibus, vt caprinus, ex capra; ouinus, ex oue. Pinguis, recens, muſteus, *ex Plin.*

Ruſtica lactentes nec miſit fiſcina metas. *Mart.* 1. *epig.* 44. Lac coagulatum in pyramidis formam, vt ſunt *Giuncate, e ricotte.* V. *Lac.*

CASIA.

Frutex odoratus. Lege *Theophraſt.*

Tum caſia, atque alijs intexens ſuauibus herbis. *Virg.* vbi *Seruius* herbam ait ſuauiſſimi odoris eſſe, apibusq; gratam. Sed ſi *Dioſcoridi* credimus, qui tria caſiæ genera commemorat; fruticem facit, ex cuius folijs olim coronæ fieri ſolebant: & hanc *Hyginus* ait à Latinis ſic appellari, quæ cocci Gnidi frutex eſt, à Gręcis Cneorus appellatus, & Thymelæa.

Caſia in India, & Arabia felici prouenièns Cinamomo ſimilis eſt; quam ad medicamenta vendunt pharmacopolæ.

Caſia fiſtularis, alijs Ægyptia ſiliqua, cuius medulla à nonnullis caſiæ atramentum, ob nigredinem, dicitur, & pulpa caſiæ. V. *Aromata.*

CASPIÆ PORTÆ. V. *Media.*

CASPIVM MARE. V. *Mare, ſuo loco.*

CASSANDRA.

Priami, & Hecubæ filia, quæ ob formæ elegantiam ab Apolline adamata, cùm de concubitu promiſſis non ſtetiſſet, quòd ab eo vaticinium obtinuerat, illius ſanè fide fruſtrata eſt. Tandem Chorœbo Mygdoniæ Regis filio deſponſata in ipſa Troiæ euerſione, quam ipſa paullò ante Equi fatalis deductionem dehortans, fuerat vaticinata; ab Aiace Oileo in Palladis templo vitiata fuit. Poſtea cùm in ſortem Agamemnoni ceſſiſſet, illius fuit pellex, demùm à Clytęmneſtra Agamemnonis vxore zelotypiæ, ſiue vltionis cauſſa ob fidem thalamo perruptam, de medio ſublata eſt. Cui tamquam Deæ poſitum fuit templum in Italia prope Salpem paludem, & oppidum Dardanium, teſtę *Lycophrone.* In quod templum ſi quæpiam virgo accola, virginitatis amore, nuptias ſpreuiſſet, ſiue ob deformitatem, ſiue aliam ob cauſſam virum peroſa confugiſſet, ſui poſthac iuris erat; & inde inuitam abducere ſummum erat nefas. Hæc poſtmodum comas de-

Digitized by Google

tondebat, atraſq; veſtes induebatur, facieműq; coloribus quibuſdam deturpabat, vt deformior in virginitate perſeuerare potuiſſet. Tandem ſunt qui putant, hanc Sibyllam eſſe Phrygiam, ſed nulla digna fide fulciuntur authoritate.

Priameia virgo, *Virg. 2. AEn.* Ilia Mœnas. *Propert. 3. eleg. 11.* . . . neque enim Ilia quondam Verax Pergameis Mœnas habenda malis. Vates Pergamea. *Idem.* Aut ſi Pergameæ ſerò rata carmina vati Longæuum ad Priami vera fuere caput: *4. eleg. 1.*

Phœbas, dis . . . . Myceneo Phœbas amata Duci. *Id. & Sen. in Troad. & Euripid.* Antiſtita Phœbi. *Ouid.* Priamis, dis: patronymicum. Phrygia vates. *Sen. in Agam.* Famula veridici Dei. *Ibid.* Quæcumq; Phœbas ore lymphato furens. *Idem in Troad.* Iuueni deſponſa Chorœbo. Phœbi furore capta hirundo. *Lycophr. in Caſſ.* Clarij Mimallonica; nempè Apollinis Clarij Bacchans Virgo. *Idem:* qui eius carmen compoſuit apud Græcos non ignobile. Bacchæum caput. *Idem.* Baccha vates Phrygia. *Idem.*

Epith. Priamis, Phœbas, glorioſa, vates, numquam credita, *ex Græcis.*

CASSIOPE.

Vel Caſſiopea Cephei Regis Æthiopum vxor, mater Andromedæ, quæ cùm forma eſſet pulcherrima, auſa eſt gloriari, quòd ipſa Nereidas præſtaret: ſed huius iactantiæ pœnas tulit: ab illis enim immiſſum fuit monſtrum, quo tota penè regio vaſtaretur, cùm huiuſmodi quippe oraculo, numquam regionem ab illo fore liberam, niſi Caſſiopes filiam Andromeden illi traderent. Vnde alligata ſaxo, à Perſeo, vt ſupra diximus in Andromeda, fuit liberata. Porrò ex conſanguinitate ipſa quoque Caſſiope cum Perſeo, & Andromeda inter ſidera relata fuit ſedens in ſiliquaſtro, quæ vertente ſe mundo reſupinato capite ferri videtur. Cæterùm Caſſiope conſtat ſtellis tredecim, occidens cum ſcorpione, exoriri autem cum ſagittario dicitur. Solet tranquillitatem denunciare, vnde *Prop. eleg. 17. lib. 1.* Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam, Omniq; ingrato littore vota cadunt. Lege *Hyginum de ſignis Cæleſtibus.*

Caſſiopea. *Mantuan.* Caſſiopeia. *Manil. & Cic.* Mater Andromedæ. *Prop.* Non hic Andromedæ reſonãt pro matre carenę, Nec tremis Auſonias, Phœbe fugate, dapes. Diuina voluitur non multum frequens nocte fulgens in plenilunio Caſſiopea. *Arat.*

CASSIS.

V. *Rete*, *& Galea.*

CASVS.

Euentus. *Ouid. 2. de Pont. 2.* Res futuræ. Euentum, euenta. Quid venit aduerſi. Aduerſitas. V. *Calamitas.* Res. V. *ſuo loco.* Caſus pro ruina. V. *Ruina.* V. *Accidens.*

CASTALIA.

Siue Caſtalius fons fuit in radicibus Parnaſſi, qui & Caballinus, & Libethrys, & Aganippe dictus fuit: quem à Caſtalia virgine nomen traxiſſe ferunt, quod Apollinis iniuriam fugiens, in eum ſe præcipitauit; vel, vt alij, in eum fontem fuit conuerſa. Alij dicunt, à Caſtalia Apollinis Delphici filia ſic appellatum fontem. A poetis autem varijs in locis Caſtalia conſtituitur: *Acron* enim in Lycia fuiſſe; *Probus*, Delphis in Apollinis templo, ſiue oraculo, ibiq; ipſius Dei aram abluere, ait. Antiochiæ demum in Syria nonnulli referunt. Hinc Muſæ Caſtalides. V. *Aganippe, vbi multa*; quamvis non deſint, qui varios fontes hos inter ſe eſſe affirmant; alij verò, eoſdem; Muſis verò ambo ſacri putati ſunt.

Nemora Caſtalię frondifera. *Sen. in Oedip.* Antrum Caſtalium. *Ouid. 3. met.* & ibi fons oſtenſus à Cadmo fuiſſe dicitur. Caſtalij fontis docti ebulliebat enthea aqua. *Nonnus.* Caſtaliæ ros purus. *Horat. 3. od. 4.* Colles Caſtalidum. Caſtalium nemus. *Sen. in Oedip.* Vmbra Caſtalia. Caſtalia domus. *Mart. 8. epig. 66.* Caſtalides ſorores. V. *Muſa: Parnaſſus, &c.*

CASTANEA.

Arbor notiſſima, & quæ plerumque frigida peroptat loca.

Caſtaneę molles. *Virg. 1. eclog.* nempè recentes vocantur. Caſtaneæ mollitæ, cùm ſiccæ molleſcunt aqua, vel vino. Caſtaneæ lento vapore toſtæ. *Mart. 5. epig. 79.* Caſtaneæ elixæ.

Sardiana glans, quòd apud Sardios in Aſia ſint frequentiſſimæ, vt modò in alpibus Lucenſibus. Balanus, Græca vox *Dioſcor.* Echinatus calix, vulgò *Riccio*, quo clauditur caſtanea; & etiam dicitur caſtaneæ operculum. Echinus, etiam

Caſtaneæ ſimila, nempè farina, qua plerumque victitant in montibus Apuanorum, & Carfinianorum incolæ.

CASTITAS.

Vacuiq; modeſtia lecti. *Stat. 1 ſilu. 2.* Venerem, tactuſq; viriles in vetitis numerant. *Ouid. 10. met.* Vacuus torus: Cur toties vacuo ſecubet illa toro. *Id. 2. eleg. 19.* Caſtum cubile. *Claud. 3. de rapt.* Pudicitia. *Poet.* Suffimentum Domini. *D. Baſil.* Fœdera lecti incorrupta. *Prop.*

Vita expers thalami. *Virgil. lib. 4. AEn.* Celebs vita. *Hor. 1. epiſt.* Caſtus pudor, *ex Mart.* Caſti iura pudoris. *Pont.* Caſtum pectus. *Idem.* V. *Cœlibatus.*

Nulla virtus reparabilis arte. Approbat, & caſtam caſta pudicitiam. Pudicitiæ vates lux vnica ſanctæ. Seruaui fateor morte pudicitiam.

Epith. Ingenua, pura, illibata, inuiolata, illæſa, ſancta,

Digitized by Google

cta, intacta, virginea, impolluta, temperans, &c. Hinc:

CASTVS.

Qui Veneris non præmia nouit, *ex Virg. 4. AEn.* Frigidus in Venerem. *Id. 3. Georg.* Qui rudis ad Veneris ſortum eſt. *Ouid. epiſt. 16.* Integer pudore. *Mart. 6. ep.* Scena pudicitiæ. *Claud.* nempè pudoris exemplum. Annos cęlibi vitæ dicat. *A n.* Cęlebs. V. *ſuo loco*. Cęlibus vitæ ocia, nempè quies. *Mant.*

Purus à Veneris conſortio. *Leon. Anthol. 4.* Qui ſanctum ſeruat cubile, impollutum, caſtum, illegitimis inacceſſum deſiderijs. Qui virgineam zonam puram tenet. *Syneſ.* Ignorans Venerem. *Mart.* Caſtæ tantus ineſt pudor. *Idem.* Mens caſtifica. *Sen. in Hipp.*

Purus, pudicus, intemeratus, illibatus, mundus. Animo, & corpore caſtus. Laude pudicitiæ celebris. Non tactus blanda libidine. Quem non cęca libido, non vlla libido exagitat; non agit; non agitat. Turpia laſciui fugiens conſortia cœtus. Miles pudicitię . . . . me natura pudicum Fecerat, & caſto pectore durus eram. Qui nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes In Venerem ſoluunt. Lectus cęlebs. *Catull.* Torus cęlebs. *Sen. in Agam.*

CASTA:

Virgineo numquam corpore paſſa virum; ſine vulnere fama viuens. Venerem, iocoſq; calcans. Expers quæ thalami vitam ſine crimine degit. Quę incorrupta ſui cōſeruat fœdera lecti. Socialia iura Seruarat multos caſta per annos. Haud facilis temerare fidem, caſtiq; modeſtia vultus.

Caſtum ingenium, vultumq; modeſtum. Ruſtica ſim ſanè, dum non oblita pudoris; Dumq; tenor vitæ ſit ſine labe meæ. *Ouid.* Fama tamen clara eſt, & adhuc ſine crimine vixi, & laudem de me nullus adulter habet. Placido quę pugnat amori. Virgo. V. *ſuo loco*, quamvis differat à caſto.

Penelope; pro caſtitatis exemplo poni poteſt, vt *Mart. 1. epig. 63.* Penelope venit, abit Helene: ideſt caſta venit, receſſit adultera.

Lucretia; pro eodem exemplo: & pro caſta ſumitur à *Mart.* Eſſe videbaris, fateor, Lucretia nobis: *lib. 1. epig. 91.*

CASTOR, & POLLVX.

Fratres Helenæ ex matre Leda, Clytęmneſtræ verò ex Tyndaro patre: Nam Iupiter Ledam Theſtij filiam in cycnum conuerſus, ad flumen Eurotam compreſſit: quæ ex eo peperit Pollucem, & Helenam; ex Tyndaro autem Caſtorem, & Clytæmneſtram. Cęterùm adulti Caſtor pugil; Pollux verò equorum fuit domitor, teſte *Hom. & Horatio.* Alij verò dicunt, Pollucem pugilem fuiſſe; ſed quæ ſunt Caſtoris propria hic dicamus, *ſuo loco* de Polluce dicturi. Caſt. ob raptam Lynceo Ilairam Leucippi filiam, ac Dianæ Sacerdotem, à ſponſo laceſſitus armis, victor extitit interfecto Lynceo: ſed ab Ida Lyncei fratre gladio fuit tranſfoſſus: Verùm à patre deprecatus fuit Pollux, vt liceret ſibi munus ſuum immortalitatis cum fratre communicare; cui permiſſum. Ideòq; dicitur alterna morte redemptus. Inter Deos autem Pollucem, & Caſtora præcipuè colebant veteres. Lege *Diod. Siculum lib. 5.* Nautis præſunt: quòd piratas ipſi primùm eiecerint, ac fugauerint. In naue Argo ad Colchicam expeditionem profecti ſunt; cùmq; magna exorta fuiſſet procella, Argonautæ Samothracibus Dijs, quorum tunc littora adnauigabant vota fecerunt pro communi ſalute: & extemplo ſedata tempeſtas; cùm duo aſtra ſuper Pollucis, Caſtoriſq; capitibus cecidiſſent: & iccircò Geminorum ſignum illis attributum à priſcis. V. *alia in Pollucis hiſtoria.* Ædem, ſiue templum habuerunt in foro Romano, votum, extructumq; ab Aulo Poſthumio Dictatore anno ab V. C. 257. hac de cauſa. In bello Latino cum Octauio Mamilio Tuſculano, & Tarquinijs ſumpto à Repub. Rom. apparuerunt duo primæ lanuginis iuuenes præſtantiore ſtatura, ac forma, præcedentes Romanum equitatum, qui hoſtem ferire viſi ſunt haſtis cominus, inq; fugam cogere. Poſt fuſos autem, fugatoſq; Latinos in Romano foro itidem viſi cum equis ſudore madentibus, rogatiq; de prelio pugnam indicarunt omnem, ac victoriam: egreſſiq; foro, nuſquam comparuere. Vnde Caſtor, & Pollux fuiſſe crediti ſunt, quibus conditum templum, quod nunc SS. Coſmæ, & Damiano fratribus ſacrum illud idem eſſe creditur. Plerumque verò ad ambos ſpectant

Synonyma.

Ledæus Deus. *Ouid. 3. faſt.* Fratres Helenæ lucida ſidera. *Hor. 1. od. 3.* Pueri Ledæ: Dicam & Alciden, pueroſq; Ledæ, Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem, quorum ſimul alba nautis Stella refulſit: v. ſapph. *Idem 1. od. 12.* Ledæi Lacones. *Mart.*

Geminum Tyndaridæ genus. *Sen. in Herc. fur.* Nobile par fratrum. *Plin. Iunior epiſt. 18. lib. 8.* quorum amorem celebrat. Albis ęquis decori Tyndaridæ. *Pind.* Genus Ledæ. *Mart. 5. 39.* Immortales Gemini. *Lycophr. in Caſſ.* Spartana ſidera. *Callim.* Hinc clara Gemini ſigna Tyndaridæ micant. *Sen. in Herc. fur.*

Dioſcuri, dicti etiam; nempè Iouis filij. Lege *Diod. Sic. lib. 5.* Oebalius alumnus *Val. Flacc. 1.* Fratres Gemelli. Tyndaridæ fratres. Gemini cęleſtia ſidera fratres. Amyclęorum Reges. *Theocrit.* qui eoſdem refert fuiſſe equites, citharœdos, athletas, & cantores.

Caſtor autem habuit inſignem equum, cui nomen Cyllarum, de quo meminit *Val. Flacc.* 1. *Argon.* nec non etiam currum, cuius auriga dictus Telechius, qui vtrique in regendo currus deſeruiuit. Hic autem Telechius vnà cum Amphyo originem dederunt Heniochis populis ferociſſimis iuxta Colchos.

Epith. Ledæi, Amyclęi, Oebalides à regione Oebalia, Tyndarei. V. *Gemini, vbi multa*.

CASTRA.

Sunt propriè militum ſtationes, poſitæ ad bellandum, ſiue oppugnandum. V. *ſuperiùs bellum, vbi multa*.

Tentoria. *Claud. in Ruf. & Hom.* 1. *Iliad.* Vallum: Legio vallis obſeſſa tenetur. *Virg.* 10. *AEn.* At puer Aſcanius muro, foſſiſq; tenetur. *Ibidem*. Horret ager, campiq; armis ſublimibus ardent. *Idem* 11. *AEn.* Militum caſæ, tuguria, &c.

Statiua. *Liu.* Caſtra ſtatiua. *Cic.* Caſtra temporaria, quæ in obſidionem muniuntur, quod ibi ſtet, maneatq; exercitus: & hæc

Æſtiua, orum. V. *ſuo loco*. *Liu.* 1. Alſioſa loca, in quibus pro æſtiuis caloribus vitandis degunt milites.

Hiberna. *Caſ. & Cic.* Hibernacula. *Liu.* Caſtra, ſiue loca, in quibus hieme ſtant milites. Statio. *Virg.* Locus cuſtodiæ militum deputatus, *Corpo di guardia*, ſiue, *Corpo di ſentinelle*. Prętenturæ. *Marcell.* Stationes militares ante tendentes, quę hoſtium inſidijs obtenduntur.

Papiliones. *Plin.* idem cum tentorijs, propriè ſunt è velis tenſis. Tabernacula. *Caſ.* Tentoria ſunt è tabulis confertis mutatilia. Caſæ. *Hirtius*. Militum tentoriola è ceſpitibus, & ſtramentis. Lorica caſtrorum. V. *Bellum*; vulgò *Terrapieni*, ad caſtra defendenda à ſubita hoſtium incurſione. Gerræ. *Soſipat.* Sunt crates implexæ caſtris pro munimento præſertim terra aggeſta impletæ: quæ loricæ vimineæ, corbes, ſiue corbium, cistarumve obiectus dici poſſunt, de quibus *ſup. in Bellica inſtrumenta, & Bombarda*.

Multo referta milite caſtra. In tuto locata loco tentoria. Fixa medijs campis. Turritaq; ſummis Diſponit caſtella iugis. De caſtellis, V. *Bellica inſtrumenta*. Numquid dura nimis tibi Martia caſtra videntur. Caſtris elapſus acerbis. Pulſus, ideſt armis, caſtraq; ſæua fugat. Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas.

Epith. Horrida, hoſtilia, Martia, nefanda, hoſtica, ſæua, &c.

Caſtra, pro acie. V. *Acies, vbi multa*: pro bello. V. *Bellum*.

CASTRATVS. V. *Eunuchus*.

CATAPVLTA.

Machina eſt bellica omnis generis iacula effundens procul, ex genere, vt videtur ſcorpionum: eſt apud *Liuium, & Hirtium*: ſimiliſq; videtur eſſe baliſtæ, ſiue ad eundem effectum conſtructa. V. *ſup. Baliſta*. Quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus. *Ouid.* 1. *eleg.* 2. Nec torta cluſas fregerat ſaxo graui Baliſta portas, &c. *Sen. in Hipp.*

Igniuoma baliſta, poſſet à nobis ſumi, quod vulgò dicitur *Pettardo*: quo potiſſimùm inſtrumento oppidorum hoſtilium portæ deijciuntur.

Catapultarium pilum, quod à catapulta iacitur: *Plaut.*

Sęua, crudelis machina iaciens lapides, euertens muros, turres, & tecta. Balearica, nempè maior funda: Magnos balearica machina muris Incutit, & duro munimina verberat ictu.

Epith. Minax, horrida, metuenda, ſæua, crudelis, &c.

CATENA.

Vincla catenæ. Vinculum. V. *ſuo loco*; centum vinctus ahenis Poſt tergum nodis. *Virg.* 1. *Georg.* Ahena vincula. Pondus catenæ. *Ouid. epiſt.* 14. Scribere plura libet, ſed pondere laſſa catenæ, Et manus, & vires ſubtrahit ipſe timor.

Vis improba ferri Impedit. *Ouid.* 15. *met.* Et lora miniſtri Ferrea circundant iugulo. *Mant.* Adamante texto vincit, fig. nempè ferreis vinculis adamanti in duritie ſimillimis. *Sen. in Herc. fur.* Ligamen. Nexus. *Ouid.* 6. *met.* Retinaculum; funis; laqueus; manicæ; compedes. V. *ſuis locis*.

Funis ferreus, ahenus, lora ferrea, ahena. Aliquem tenere, coercere, vincire, domare, onerare catenis. Manicæq; ligant, tereteſq; catenæ. Valida retinetur vterque catena. Barbara ferratis innectunt terga catenis. Solue nodoſa miſerum catena. Ferrum, fig. Ferro, & compagibus arctis claudentur belli portæ, &c.

Epith. Dura, ſæua, grauis, teres, arcta, ferrea, ſtridens, ferruginea, ſolida, improba, &c.

S. CATHARINA VIRGO, & MARTYR.

Nobiliſſimis in Alexandria nata parentibus, vtpotè quæ regio ſanguine procreata dicitur. A prima ætate ſtudijs liberalium artium pietatem addidit, quam ita coniunxit, vt in doctrina altera Pallas (vt gentium more dicamus) in ſanctimonia vero Thecla videretur à mortuis excita. In publico eruditiſſimorum cõuentu Maximini Cæſaris coacto ita deuicit quemq;, vt & Chriſto nomen dare coegerit, & pro eodem mortem ſubire. Tandem cùm multos ex ipſa Cæſaris domo præmiſiſſet ad palmam, ipſa quoque verberibus affecta, plumbatiſq; contuſa; necnon vndecim ſine cibo, ac potu dies vinclis macerata, tandemq; in rota crebris, & acutis pręfixa mucronibus, vt diriſſimè dilaceraretur, poſita; nihilq; mali paſſa;

ſecuri percuſſa, purpureis ornata monilibus euolauit ad ſponſum, eius corpore ab Angelis in Sina Arabiæ monte diuinitùs tumulato. V. *Sina*.

Sancto metuens Catharina pudori. Regia progenies. Patri nata vnica Coſto. Eximium Catharina decus Memphitidis oræ. Coſtis,dis: à patre Coſtidis aggreſſi pugnam. Pharia Pallas:ob ſapientiam. Doctrina inſignis puella,quam Memphitis humus extulit. Coſtias,dis. Lumen Alexandrinum, Virgineumq; decus. Ægypto clarum de ſemine Coſti Lumen, &c.

CATARRHVS.

Græca vox, humor nempè ad os, & fauces è capite diſtillans.

Diſtillatio. *Celſ.* Grauedo. Defluxus ad nares eas obſtruens,vocem obtundens,tuſſimq; cum ſonitu aurium mouens.

Rauci tas; Rauis: *Plaut.* Raucedo: vbi in aſperam arteriam decumbit humorum fluxus. Humoris fluxus. Muccus. *Catull.*20. *epig.* Pituita naſi. *Ibid.* quamvis propriè diuerſa ſit à Catarrho,tamen eiuſdem eſt effectus. V. *Morbus,& morborum genera*.

CATHEDRA. V. *Sedes.*

CATO.

Plures fuerunt hoc inſigniti cognomine, cùm ad Porciam familiam ſpectarent. Inſigniores autem fuere M. Porcius Cato,qui Tribunus militũ in Cilicia meruit;Pręter Sardiniam ſubegit; deinde citeriorem Hiſpaniam feliciter rexit. Imperator,Senator, & Orator à *Plinio* commendatur:ſcripſit de re ruſtica,&c. ex municipio Tuſculano ortum traxit.

Secretosq; pios,& dantem his iura Catonem. *Virg.* 6. *AEn.* Lege ibi *Seruium*. Cenſorius vir. Cenſor ſenex. Iunioris Catonis auus.

Alter M. Cato Vticenſis, poſtremò cognominatus, Porcij ſuperioris nepos ex filio, vitæ, Stoicæq; diſciplinę ſeueritate clarus,qui poſt Pharſalicam pugnam Vticam ſeſe recepit. Sed in Hiſpanijs rebus à Scipione infeliciter geſtis, metuens, ne captus à Cæſare Romam in triumphum duceretur, ſibi mortem conſciuit.

Porciæ pater,*ex Mart.*qui fœminam pulcro laudat epigrammate. Bruti ſocer,cui ipſam Porciam in matrimonium locauerat. Quod magni Thraſeæ, conſummatiq; Catonis Dogmata, &c. *Mart.*1. *epig.*9. nempè Stoica pręcepta.

CATVLLVS.

Poeta Veronenſis poetarum omnium, in eo, quo ſcripſit genere lepidiſſimus, vtinam haud nimiũ ſalax. Natus quidem Sirmione in peninſula lacus Benaci in agro Veronenſi, Olympiade circiter centeſima ſeptuageſima,vt *D. Hieronymus in Euſebij Chronicis* obſeruat. Adhuc puer Romam deductus ingenij facilitate,& doctrina permultis viris gratiſſimus fuit,pręſertim Ciceroni, Planco, Caluo,Cinnæ, alijsq; In multorum amicitiam ſeſe inſinuauit, vt ex eius lyricis patet. Demum in eadem vrbe Romæ mortuus eſt iuuenili admodùm ætate, cùm annum circiter trigeſimum ageret, eo ſanè tempore, quo Pub. Virgil. in vrbe Cremonæ ſtudijs operam dabat.

Doctus Veronæ vates. *Mart.*1. 62. In Venerem pronus. Cuius cantatur Lesbia verſu. Fœmina laſciuo cantata eſt ſæpè Catullo. *Ouid.* 2. *triſt.* Illic nos nitidi manet aurea menſa Catulli. Catulli muſa, carmina, vena,&c. Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo.

Epith. Doctus, facundus, argutus, mollis,laſciuus, dulciloquus, ſagax,mordax.

CATVLVS.

Partus cuiuſque feræ;verùm propriè Leonis,tigris, vrſę,lupę catulus:at ceruorum,equorum,caprearum, & huiuſmodi dicitur hinnulus.

Fœtus lactens. *Ouid.*6. *met.* Partus lactens.

Eſt etiam catulus diminut. à cane. V. *Canis.*

Eſt etiam catulus ferreus, inſtrumentum pœnale apud *Plaut.*

CAVEA.

Eſt locus ſub terra vacuus, ferarum receptaculum, quod vulgò *Serraglio* nuncupamus. Eſt etiam cauea,qua aues clauſæ ſeruantur,vulgò *Gabbia*. Eſt etiam area theatri in meditullio, vbi populi conſeſſus erat,nempè vbi actitabantur comędiæ, tragœdiæ, & huiuſmodi dramata: & de hac modo.

Conſeſſus caueæ. *Virg.* 5. *AEneid.* Hic totum caueę conſeſſum ingentis, & ora, &c. Clamoribus implent. V. *Theatrum*,cuius eſt pars.

CAVCASVS.

Mons eſt maioris Aſiæ omnium altiſſimus, perpetuisq; niuibus tectus, vbi Famem habitare fingit *Ouid.*8. *met.* cum Pallore, ac Tremore. Hic à Ponto Euxino (vbi hoc nomen accipit, cùm reuera pars montis Tauri ſit in Aſia celeberrimi) ad mare Caſpium excurrit, Colchos, Iberoſq; à Circaſſis diuidit: tum Tauro adnexus variè nuncupatur, nempè Imaus, Emodus, Paropamiſus, qui montes in Indiam vſque ſeſe extendentes notiſſimi ſunt. In Caucaſi igitur vertice, qui Tauri pars eſt elatior cęteris, maiora videntur aſtra exoriri,& occidere. Ex quo ficta eſt fabula, Prometheum aſtronomiæ peritiſſimum ad Caucaſi rupes alligatum,quòd è cęlo ignem ſurripuiſſet,ac tranſtuliſſet in terras. V. *Prometheus. Taurus mons*.

Quæq; Prometheo ſaxa cruore madent. *Ouid.* 2. *eleg.*16. Caucaſeus vertex. *Virg.*2. *Georg* Rupes Caucaſea. *Idem*. Caucaſea ſoluet de rupe Prome-

metheus Brachia, & à medio pectore pellet muem. *Prop.2.eleg.1.* & *Ouid.* Scythica rupes. *Mart. in Amphith.*

Juga Promethæa: Lecta Promethæis diuidit herba iugis. *Prop.1.12.* Caſpiæ rupes: quamvis propriè ad Taurum montem ſpectent: tamen quia Caucaſus cum Tauro, vti diximus, coniungitur, hinc fit, vt pro Caucaſo ſumpſerit. *Sen. in Herc. fur.* Rupes ligatum Caſpiæ corpus trahant, Atque ales auida. Cur Promethei vacant Scopuli? petetur vertice immenſo feras, Volucreſque paſcens Caucaſi abruptum latus, Nudumque ſilnis, &c.

Inhoſpitalis Caucaſi rupes. *Sen.in Thyeſt.* Inhoſpitalis Caucaſus; ob Heniochos, qui populus eſt ferus iuxta Colchos in monte Caucaſo ab Amphyo, & Telechio Caſtoris, & Pollucis aurigis oriundus: Qui inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam Heniochus habitans, &c. *Ibidem.* Scythica ...*nis, ex Græc.* Solitudo inacceſſa, Hyberna vallis: ob frigus ibi perpetuum. Ab hominum conſortio mons remotus. Rupes illætabilis.

Caucaſei ſcopuli, ſiluæ Caucaſeæ, cautes, & huiuſmodi.

CAVERNA.

Sub terris domus. *Virg.* Sub fornice ſaxi. *Idem* 10. *ÆEn.* Lares ſub terra. Exeſi ſtructura pumicis. *Ouid. 4. faſt.* Non hominis regio, ſed ſubeunda feræ, *ex eodem*. Saxa rimoſa. *Claud.1. de rapt.* Rupes cauata: Montis in anfractu rupem ſubiere cauatam. *Mant.*

Conuexa foramina terræ. *Ouid. lib.6. met.* Ingens vorago faucibus vaſtis patet. *Sen. in Herc. fur.* Antrum. V. *ſuo loco.* Cauæ rupes: Subterque cauis graue rupibus antrum. Antrum cauis graue rupibus antrum. Antrum ingens curuis penetrans Acheronta latebris. Concaua longæuas aſſeruat antra tenebras. Intus dira domus, curuoq; immanis in antro.

Cauum ſaxum: Incluſumq; cauo ſaxo, &c. At ſpecus, & Caci detecta apparuit ingens Regia, & vmbroſæ penitus patuere cauernæ. *Virg.* Concaua ſaxa. Et ſpecus in medio virgis, ac vimine denſus Efficiens humilem lapidum compagibus arcum, Vberibus fœcundus aquis, vbi conditus antro Martius anguis erat, &c. deſcript. *Ouid.3. met.* V. *Antrum, vbi plura. Specus.*

CAVLIS, is.

Stipes herbæ, vnde folia, frondeſq; ſeu ramuſculi emicant.

Coles, is. *Colum.* Coliculus, diminut. *Idem, & Mart.5.79.* Ponetur digitis tenendus vnctis Nigra coliculus virens patella: v. phaleuc. Scapus. *Plin.* Caulis rectus in columnæ modum, quem idem nuncupat: Thyrſus, *ex Dioſcoride*.

Geniculum, nodus in herbatum caule, qui etiam dicitur: Articulus. *Cic.* Internodium. *Colum.* Interuallum eſt inter bina genicula. Sinus alarum cauum. Cauus anfractus caulis, vnde ramuli exiliunt, & exoriuntur.

Cymæ; coliculi delicatiores, tenuioreſq; ſaporum, quales in braſſicis, & cymata. *Colum.* & nouelli partus, periphr. dici poſſunt. Culmus; frumenti calamus, & hic, ſtipula, dicitur etiam, ſed aliquo diſcrimine, vt vult *Seruius*.

CAVPONA.

V. *Hoſpitium, vbi multa.*

Sin autem ſumatur pro popina. Thermopolium. *Plaut.* locus, vbi publica obſonia, & delicatiores cibi aſſantur, aut apparantur. Popina ſellariola. *Mart. l.5.112.* In ſellariolis vagus popinis; à ſellarijs primitiuo nomine ſic dicta loca, vbi multæ ſellę ad libidinem diſponebantur; de quibus meminit *Suet. in Tib. Caſ.43.* porrò in popinis ſellariolis, de quibus *Mart. vt ſup.* Syriſcus ille, de quo idem loquitur centies ſeſtertium non lectis accumbendo, vt honeſtos decet, ſed cum nequiſſimis, ac viliſſimis hominibus ſedendo abſumpſerat.

CAVRVS, ventus.

Argeſtes *Plin.* dicitur. Corus, Iapyx à nonnullis putatur. Cori flamina. Libanotus. *Veget.* Ac veluti immites ſi euertant æquora Cauri. Inſani Boreæ minax, imbriferumq; Caurum. Salmaticoſq; pati medio ſub frigore Cauros. Naufraga nobis inimicus obſtat Turbine Caurus.

Core ferox, nam te gelidis metuenda procellis Exercet madida Cantabris ora fuga. Excute nimbiferos pluuioſo flamine currus; Præcipiteſq; minax fer violentus aquas: deſcript. Brimus ab oceano caput exeris Atlanteo. Core mouens æſtus iam te tollente furebat Pontus, & in ſcopulos totas erexerat vndas. Interdum aduerſo glomeratas turbine Corus In media ora niues fuſcis agit horridus alis: deſcript.

Epith. Repentinus, violentus, furens, madidus, inſanus, aſper, nimboſus, imbrifer, immitis, rapidus, &c. V. *Ventus*.

CAVSSA.

Ideſt effectus: ſcribitur etiam, cauſa.

Origo; Author. *Ouid. 5. met.* Caput. *Virg.12.ÆEn.* Parens: Inuidia, atque parens odij metus inde regendi. *Stat.1. Theb.*

Effectus, us: Artifex ſceleris. *Ouid.6. met.* Diſſidij ratio vita pudica fuit. *Corn.Gall.* Non apparens, nec ſatis cognita. Cauſſas innectere; Cauſſas nequicquam innectis inanes.

Hinc mihi prima mali labes. *Virg. 2. ÆEn.* Quæ cauſſa ſubegit Ignotas tentare vias. Vnde tamen veniant tot mala cæca via eſt. Sumq; ego triſtitiæ cauſſa, modusque tuæ. Neu matri miſeræ

ſeræ tanti ſim cauſſa doloris.

Cauſſa, pro lite. V. *Litis.*

Declamatio. Defenſio. Ciuica arma: Ciuica pro trepidis cùm tulit arma reis. *Ouid. 1. faſt.*

Epith. Sufficiens, honeſta, certa, probanda, vera, pia, latens, indubitata.

CAVSSIDICVS.

Cognitor: Quas aliquis duro cognitor ore legat. *Ouid. 1. eleg. 12.* Procurator. Qui agit cauſſas. Iuriſperitus. Patronus: Et te patronum, cauſſidicumq; putas. *Mart. 1. ep. 98.* Qui atria, domoſq; potentum, Et lites tetricas, forumq; triſte Nouit. *Idem 5. 21.*

Parſq; forum celebrat. *Ouid. 4. met.* ideſt cauſſas defendunt. Clamoſi gloria circi, ſeu potius fori. Cauſſidici cauſſas agere, & componere leges. Ardua quæ ſtipat fora gens. Quis non attonitus iudex tua reſpicit ora. Legum potens. *Claud.*

Quis regit ipſe ſuam, niſi per tua pondera mentem, Nec te ipſo tandem populo ſub iudice ſola Mirantur fora, ſed numeroſa laude Senatus Excipit, & meritas reddit tibi Curia voces. *Stat. ſilu.* V. *Aduocatus, vbi multa, & Patronus.*

Epith. Auarus, verſutus, nummiuorus, litis amans.

CAYSTER.

Situs Cayſtrus fluuius eſt Lydiæ in Aſia minori præter Aſiam paludem lambens; vnde *Virg.* ait: Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum Dulcibus in pratis rimantur ſtagna Cayſtri. Iuxta ſe habet Cenchrum amnem, & ex altera parte ſunt Catacecaumenæ. Proximus eſt Epheſi regiunculæ deuſtæ nimiùm terræ, ſed præſtantiſſimo vino abundanti. Hinc illi proxima ſunt prata iuxta Epheſum, & campi fœcundiſſimi ſub Sardibus Lydorum vrbe. Hic autem fluuius cycnis ſimiùm abundat, vnde Cayſtri volucres pro cycnis ſumuntur. V. *inferiùs, Cycnus.*

Ora Cayſtri. *Prop. 3. eleg. 20.* Et ſi quadrigæ viſenda eſt ora Cayſtri. Ripa Cayſtri. *Sil. Ital. 14.* Liquidi ſtagna ampla Cayſtri: *Bemb.* In ripis errat cum forte Cayſtri Ridetur coruus. *Mart. 1. ep. 54.*

Mæoniæ ripæ, per antonomaſ. ab ipſa Lydia. *Ouid. 2. met.* Et quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas: Flumineæ volucres medio caluere Cayſtro. Non illo plura Cayſter Carmina cycnorum labentibus audit in vndis. *Ouid. 5. met.*

Prata Cayſtri. *Virg.* Gygæus amnis; quod propè Gygeum lacum, qui eſt in Lydia. Aſia prata, *ex Hom.* Fluenta Cayſtri. *Idem.*

Colous lacus. *Strab.* V. *Lydia;* idem cum Gygæo, propè quem fluit Cayſter; & apud quem lacum Dianæ templum fuiſſe, idem ſcribit *Author;* in quo diebus ſolemnioribus ſimiæ ſaltare conſueuerunt.

CEA. V. *Cea.*

CECROPS.

Athenienſium Rex fuit, qui Acropolim, nempè Athenarum arcem creditur condidiſſe. Ab hoc Rege Athenienſes dicti ſunt Cecropidæ (V. *Athenæ*) quòd vrbem ipſe inſtaurauerit; in qua triginta regnauit annos.

Cecropis arma, iura. Alienigena imperfectus, & biformis vir, dicitur *Nonno Panopolit.* ob quam tamen rationem minimè explicat: fortaſsè quòd aliunde ad regnum aſcenderet.

CEDRVS.

Arbor eſt folijs iunipero non abſimilis ob præſtantiam ligni ad varios vſus celeberrima. In Libano monte quamplurimæ reperiuntur, & proceriſſimæ altitudinis. In Italia etiam, ſed paruulæ admodum in monte Circæo, vnde *Virg. 7. Æn.* de Circe loquens inibi habitante appoſitè quidem, vt poeticè ſolet in omnibus: Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum. Cuius arboris natura eſt, vt ſi eius ſucco res illiniantur, cariem non ſentiant. Hac autem arte Numæ libri chartacei ad annos durarunt quingentos triginta quinque, *Plinio authore.* Vnde & *Ouid. 1. triſt.* Nec titulus minio, nec cedro charta notetur: & *Hor. in arte.* Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro, &c. De cedris fit mentio in ſacris paginis, nam ex Libano tabulæ cedrinæ Ieroſolymam plurimæ fuerunt aſportatæ in vſum templi Salomonis iuſſu. Præterea ex tabulis cedrinis menſæ fiebant à Romanis ſummi pretij; quas pedes eburnei Deorum imagunculas præſeferentes ſuſtentabant. Sed V. quid in dictione *Ebenum* adnotatur.

Arbor odorata: *ex Virg.* Cedrinum lignum; cedrina planta. Planta Libani. Libanitis arbor. *Pontan.* Enodes properat proſternere cedros. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. *Virg. 3. Georg.*

Cedrelate, es, apud *Plin.* cedrus magna eſt, vnde cedria pix, ſiue reſina, quæ dentium dolori vtiliſſima eſt. *Idem lib. 2 . cap 5.*

Cedrina vmbra; cedrinæ tabulæ: cedrinum oleum; vt enim ex iunipero fit oleum, ſic ex cedro. Cedrides, ſunt fructus cedri *Plin.*

Epith. Odora, olens, enodis, Libanotis, conifera, flagrans, valida, immenſa, odorata, in Libano conſita, ſemper habens frondes, feriens vertice ſidera.

CELEBRIS.

Fama celeberrimus. *Virg. 7. ÆEn.* Notus in orbe. *Mart. 9.* Illuſtris fama. *Virg. 7. ÆEn.* Fama multis memoratus in oris. *Ibid.* Fama notus. *Boet.* Nomen ab æterna poſteritate feres. *Ouid. epiſt. 15.* Felix æterno nomine. *Luc. 8.* Famæ ſuperbus. *Iuuen.* Inclytus fama... nitiq; per ora ire virum,

rum,atque aſtris inſeruiſſe caput. *Bemb.*
Sanguine clarus, & factis. *Sen. in Oedip.* Famoſus (quod tamen plerumque in malam partem ſumitur) & inclytus. Alium multis gloria terris Tradat, & omnes fama per vrbes Garrula laudet,celoq; parem Tollat,& aſtris. *Sen. in Herc. fur.* Fama ſuper æthera notus. *Virg.* Inſignis.
Clarus; Illuſtris; Nobilis; Laudatus. V. *ſuis locis.* Spectatus, ſpectabilis; Quo non præſtantior alter; quem fama factis ingentibus effert. Celebri cantatus laude per orbem. Celebri fama laudatus in orbe. Perpetuo honore vigens. Clarum nomen adeptus. Qui factis nomen extendit. Carminibus multis laudatus,celebratus, &c.

CELER, & CELERITAS.

Feſtinus: præceler: præfeſtinatus: ictu Præfeſtinato munus inane petit. *Ouid. de Nuce.* Ocyor:properans: citus: citatior:citiſſimus. *Stat.* Velox. V. *ſuo loco.* Nec patiens moræ. *Sen. in Thyeſt.* 1. nempè impatiens moræ. Pedibus celer,& pernicibus alis.
Præceps: Mox ſeſe ad littora præceps Contulit,celeriq; elapſus corpore ceſſit. Celeriq; ad terram turbine fertur. *Virg. 6. AEn.* Pede properante. *Claud.* Mutatis cum vectus equis ſæuiſſima Rheni Frigora; nempè quod vulgò *correndo la poſta.*
Varica,qui ampliore paſſu incedit: Ambulat ingentes varica,fertq; gradus. *Ouid.* 3. *de art.*

CELLA.

Forſitan à celando dictus locus, varièq; ſignificat: hunc
Cella vinaria,in qua vini copia reconditur. Maſſica cella. *Mart.* 1. 27. in qua vina è Maſſico monte deducta reponebantur,ſic:Cella Falerna,quod de cęteris denique dici poteſt:Apotheca:idem eſt *Plinio.*
Cella penaria. *Cic.* Promptuaria cella. Armarium: *Plaut.* Promptuarium,dicitur *Catoni*; locus,vbi conduntur, & vndè promuntur cibi, vulgò *Diſpenſa.*
Hypogęum. *Vitr.* eſt ædificium ſubterraneum arcuato opere exſtructum, cuiuſmodi eſt cella vinaria, ſiue ad vina ſeruanda in æſtiuo tempore, ſiue ad aliud quid ſimile continendum, *Grotta.*
Oporotheca:*Varr.* vbi reconduntur fructus autumnales,*Diſpenſa da frutti.* Horreum,vbi frumentum. V. *ſuo loco.* Cella apum,eſt idem cum fauo. V. *Fauus.*
Cella ſacra, eſt pars ſacratior templi, in quam ingredi nefas erat. Hæc autem olim celebrior in Capitolini Iouis templo, cuius meminit *Suet. in I. Caſ. & Aul. Gell.* 7. qui refert Scipionem Africanum ſolitauiſſe, priuſquam dilucularet, ventitare in Capitolium, ac iubere aperiri cellam Iouis, atque ibi ſolum diù demorari quaſi conſultantem de Rep. cum Ioue.
Cella tepidaria; locus, in quo olim veteres in balneis tepida perfundebantur aqua; vt obſeruat *Caſaub. in Suet.* ad illud:perfundebatur egelida aqua: Cellæ,inquit, tepidariæ ſolio inſidebat, & tepida perfundebatur Auguſtus.

CENSOR, & CENSVRA.

Inter Romanorum dignitates ſummę venerationis, & obſeruantię,qui ſanè Magiſtratus non niſi qui Conſulatum geſſiſſent, vel ſaltem ſumma probitate cenſerentur,dabatur:quibus irreprenſis licitum aliorum ſcelera corrigere. A Conſulibus centuriatis Comitijs creabatur quinto quoq; anno poſt conditum luſtrum potiſſimùm,vel quinquennio peracto. Qui non tantùm populum in campum Martium ad luſtrum condendum ius vocandi habuere; ſed mores, & vitam obſeruandi, Senatorum, & equitum nedum cæterorum hominum, in quorum delicta cenſoria quidem authoritate animaduertebant, vt ipſorum referunt hiſtoriæ.
Præfectus morum;à *Suet. in Auguſt.* Magiſter morum:quòd eorum erat cuiuſque mores, & vitam obſeruare; ciuem ignominia notare,Senatorem loco mouere,& equiti adimere equum, & annulum, ſiquid probitati contrarium in eorum vita repeciſſent.
Vindex ſcelerum. *Maſcul.* 1. *od.* 1. Cato:antonomaſticòs: Cur in Theatrum, Cato ſeuere, veniſti? *Mart.* Curio; quòd ille huius nominis excellenter ſeſe in Cenſura geſſiſſet. *Idem in epiſt. praef. lib.* 2. Delicta notans. *Ouid.* 2. *triſt.* Senex ſeuerior: Rumores ſenum ſeueriorum. *Catull.* 4. *epigr.*
Vindex linguæ. *Hor.* 4. *od.* 6. Diue, quem proles Niobęa Magnæ vindicem linguæ, Tityoſq; raptor Senſit, &c. Vir auſterus. *Prop.* 3. 12. Nec grauis auſteri pœna cauenda Viri. Qui fronte nimis crimina tetrica Quærunt. *Sen. in Herc. fur.*

CENSVRA.

Verò annua fuit, & ſemeſtris facta à Mamercino Dictatore anno V. C. 319. cùm quinquennalis eſſet. Patricijs tantùm olim delata;ſed annò ab V. C. 402. etiam Plebeis. Durauit vſque ad Decij Imperatoris tempora: intermiſſa tamen (vt notat *Suet. in Tib. Claud.* 16.) aliquandiù nempè per annos ſeptuaginta: nam Paullus Æmilius Lepidus, & L. Munatius Plancus Cenſores fuere anno V. C. 731. at Claudij cenſuram refert *Plinius lib.* 10. *cap.* 31. ad annum V. C. 800. cuius dignitatis honorem vel ipſi Cæſares ſibi deinceps vſurparunt.
Cenſoriæ leges,notæ,&c. Correctio, Præfectura mo-

morum. *Suet.* Cura morum. *Idem.* Cenſuræ, leges, & lex. *Prop.4. eleg.*11. Morum diſciplina. Correctio morum. Scelerum malleus. Maſtix noxæ; nempè cenſor, quaſi verberator culparum.

Innocuus cenſura poteſt permittere. *Mart.*1. *epig.*5. Inſtituit veterem cenſoria lima pudorem, Dumque malos carpit præcipit eſſe bonos. *Rutil.* Sed tu ne toties domini patiare lituras, &c. ſcilicet emendationes, ſeu correctiones. *Mart.*1. *ep.*4. Obſerua tamen, olim à cenſoribus ſolitas fuiſſe, notas inuri ſontibus, vt inde cognoſcerentur: quod patet è *Sueton. in Claud.* 16. & cum orantibus, inquit, familiaribus dempſiſſet cuidam appoſitam notam; litura tamen, inquit Claudius, extet. Nam litura erat nota cenſoria, qua publicè correcti agnoſcebantur.

CENTAVRI.

Theſſaliæ populi Pelij montis accolæ, qui cùm primi equos domare, & ex illis pugnare cœpiſſent, humana partim membra, partim equina crediti ſunt habere. Verùm hos Ixionis filios Poetarum ſchola confinxit. Qui cùm Iunonis miſericordia in cęlum fuiſſet ſublatus, Iunonem de ſtupro interpellare auſus eſt: Quæ cum Ioue de Ixionis audacia conqueſta, ipſo ſuadente, nubem immiſit ſub maioris fœminæ formam, cum qua commixtus Ixion, generauit Centauros. V. *Ixion*. Aliam alij comminiſcuntur fabulam, ſiue hiſtoriam; nempè Ixione in populos Lapithas dominante, taurorum grex in Pelio monte ferus eſt effectus, qui quidem non ſolùm montes infeſtabant: ſed culta quoque loca illorum ferocia deuaſtabantur. Oblata igitur ab Ixione pecunia, qui animalium illorum compeſcere auſus fuiſſet feritatem: Pelij accolæ iuuenes equos domare cœperunt, quibus inſidentes tauros quoq; domuerunt. Atqui in ſuperbiam elati, cum ipſo Ixione, & Lapithis certare auſi ſunt. V. *Pirithous*.

Nubigenæ. *Virg.* 7. *AEn.* Nubigenæ biformes. *Claud.*1. *in Ruf.* Bimembres. *Ibidem.* Ixionidæ. *Lucan. lib.*6. *Pharſ.* Ixione nati. *Ouid.*12. *met.* *& ibi multa de illorum bello.* Semimares. *Idem*; quaſi ſemihomines. Nubigenæ bimembres: Tu nubigenas inuicte bimembres, Hylæumq; Pholumq; manu, &c.

Centaurea rixa. *Hor.*1. *od.*18. Oſſęi bimembres. *Stat.* 12. *Theb.* ab Oſſa monte Pelio contiguo. Biformis populus.. Ionis ignibus vſti: verùm ad Gigantes potius ſpectare videtur ſynon. Centaurusq; minax arcu, & Neptunia proles. Ceu duo Nubigenæ cum vertice montis ab alto Deſcendunt Centauri, &c. Ille furentes Centauros letho domuit.

Hippocentauri, etiam dicti. Lapitharum hoſtes: ex *Ouid.*2. *eleg.*12. Fœmina ſilueſtres Lapithas, populumq; biformem Turpiter appoſito vertit in arma mero. V. *Lapithæ.* Semiuir, & flaui corpore miſtus equi. *Ouid.*6. *faſt.* Quadrupedes homines. *Idem* 4. *triſt.*6. Pars hominis tergo, commixtum pectus equino. *Manil.*1. Tunc vaſta trepidant monſtra Centauri truces, Lapithæq; muſto ad bella ſuccenſi mero. *Sen. in Herc. fur.* Quos grauida nubes Theſſalo genuit duci (nempè Ixioni) *Idem in Herc. Oet.* Semifer aëria talis Centaurus ab Oſſa. *Stat.*

Centaurorum aliquot nomina.

Neſſus. V. *ſuo loco*.

Euritus: Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum Eurite quam vino pectus, tam virgine viſa Ardet, & ebrietas geminata libidine regnat. *Ouid. lib.*12. *met.*

Amycus Ophionides. Gryneus.

Aſtylus: Qui cum augurio valeret, futura prænoſcens, fratres monuerat, ne bellum aduersùs Lapithas aſſumerent: ſed exorto in nuptijs bello, ipſe ſibi timens vnà cum Neſſo Centauro fugam arripuit. Huius meminit *Id. Ouid.* 12. *met.* Quiq; ſuis bellum, &c.

Rhœtus. *Id. Ouid. ibid.* Orneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros Centaurorum primi apud eumdem *Ouid.*

Chiron. V. *ſuo loco*.

Pholus. Herculis hoſpes. *Luc. lib.* 6. Hylæus. *Virg.*8. *AEn.* Cyllarus; cuius vxor Hylonome ex genere Centaurorum, mortuo viro, eiuſdem gladio incubuit. *Ouid.*12. *met.*

Dyctis, vnus ex Centauris Pirithoi manu interfectus ob Hippodamiam. *Ibidem*. Monychus; de quo *Id. Ouid. & Iuuen.* .... quantas iaculetur Monychus ornos.

CENTVMCELLÆ.

Oppidum littoralis Etrurię, de quo varia eſt authorum ſententia. Sunt qui dicunt hoc eſſe, quod vulgò, *Ciuitauecchia*: Alij diuerſum faciunt, ſed non procul. In *Antonini* quidem itinerario, Pyrgi videntur eſſe; *Ciuitauecchia*; poſt quos Caſtrum nouum opp. maritimum, tum Centumcellæ. In Rutilij Numatiani itinere, diuerſum videtur oppidum ab altero; ita vt poſt Alſium, quod nos *S. Seuera*, vocitamus, ſtatim Pyrgi ſequantur. Verùm communior opinio eſt, Centumcellas eſſe, quam vulgò dicimus *Ciuitauecchia*.

Portus Romanus; nam nunc inibi nauigia concurrunt, vt olim apud Oſtia Tiberina.

Portus Pontificius. Arx maritima Centumcellenſis. Nauale Romanum.

Pyrgi; ſi vis pro eadem vrbe ſumi. Vide *Etruria*.

Digitized by Google

CEPHALVS.

Deionei filius Æoli nepos, qui cùm Procrin Erichthei Athenienſium Regis filiam Orithyiæ ſororem in matrimonium duxiſſet, ſecundo menſe poſt nuptias venatum ijt. At ab Aurora, quæ iuuenem deperibat, raptus; cùm illi in amore non reſponderet, ſed Procrin ſemper amaret, ab eadem indignabunda remiſſus eſt ad ſuos: zelotypiæ tamen immiſſo timore: Nam cùm ſuſpicaretur de primo coniugis amore in illo abſceſſu, in aliam mutatus formam conatus eſt, coniugis fidem tentare muneribus. Quæ cùm iam donis cedere videretur, cùm ſe vir detexiſſet, illa pudore victa, aufugiens ſiluas petijt, ac Dianæ comes effecta, vix tandem precibus à Cephalo viro placata, domum reuerſa eſt. Quæ beneuolentiæ cauſſa viro canem Lęlapam nomine, & iaculum admirandæ pulcritudinis, virtutiſq; donauit. Verùm cùm Cephalus aſſiduæ Dianæ ſtudio feras perſequeretur Procris cuiuſdam indicio, ſine ſuſpicione, comperit, Cephalum cum quadam Nympha nomine Aura congredi ſolitum. Quare aliquando eum in ſiluas ſecuta, dum virgultis ſe recondit, vt ſpecularetur, an eſſet verum, quod fuerat indicatum: Cephalus, dum vehementiùs moueri virgulta videt, feram exiſtimans latere ibidem reconditam, coniugem emiſſo iaculo, quod ſibi ab ea fuerat donatum, imprudens interfecit. Hæc autem omnia illi eueniſſe ob Auroræ indignationem, quòd ab illo fuiſſet ſpreta, fabulantur. Lege *Ouid. 7. met.* Clymenem quoq; aliam habuit vxorem.

Æolides. *Ibid.* nempè Æoli nepos. Actæus procus: nempè Athenienſis ex optimatibus. Procris coniux. Auroræ dilectus iuuenis; dilectus amaſius. Gener Erichthei. Nec Cephalus roſeæ præda pudenda Deæ. *Ouid. 3. de art.* Deionides; à patre.

Proles Cyllenia. Ecce redit Cephalus proles Cyllenia ſiluis, Oraq; fontana feruida ſpargit aqua. *Ouid. 3. de art.* Forſitan Cylleniam prolem nominauit, quòd Mercurio ſimilis formam mutarit, vt vxorem deciperet: vel à matre ex proſapia Mercurij. Hyphili gener, nam (ſecundum *Seruium*) filiam eius duxit vxorem: niſi dicamus Orchomeni gener; quòd Clymenæ filiæ vir fuit, ex qua Iphiclum genuit.

CEPHEVS.

Phœnicis fuit filius, Æthiopum Rex, Caſſiopes maritus, & Andromedæ pater, qui ob coniugis ſuperbiam Andromedam marino monſtro obiectare coactus eſt: Quam deinde Perſeus liberatam vxorem duxit: quod cùm Phineus Cephei frater, cui fuerat illa deſponſata ægreferret, conatus illam à Perſeo eripere Meduſæo capite nō tam ipſe, quàm ſocij in lapides commutati fuere. V. *Perſeus.* Lege *Ouid. 5. met.* Cęterùm Cepheus cum vxore, & filia, necnon & genero in cęlum tranſlatus eſſe dicitur: qui in decimo quinto Capricorni oritur gradu. Sub quo ſidere qui naſcuntur, ſeueros, veluti Catones, fieri, dicunt Aſtronomi. Hinc Cepheni Æthiopum pop. ab ipſo Cepheo dicti ſunt, & Cepheia arua, nempè Æthiopia, vt *ſup.* adnotauimus.

Pater Andromedes. *Hor. 1. od. 29.* Iam clarus occultum Andromedes pater Oſtendit ignem, &c. nempè Cephei ſidus. Caſſiope coniux. Perſei ſocer: *ex hiſt.* Cephenius Rex. *Ouid. lib. 5. met.*

Iaſides. *Arat.* Ærumnoſum genus Iaſidæ: quod ex Io matre, ſiue proſapia natus fuerit.

CEPHISVS.

Fluuius eſt ad Parnaſſi radices in Bœotia regione, qui paludem ingreditur, quæ ex ſuo nomine Cephiſis palus appellatur. Hic, vt fingunt Poetæ, cùm Driopem Nympham amaret, illam rapuit, ex qua Narciſſus exortus fuit, de quo V. *ſuo loco.* Præterlabitur quoque hic amnis Delphos, cuius alter filius ab Apolline in phocam, nempè vitulum marinum, fuit conuerſus. *Strab. lib. 9.* Porrò in mare Phalerçum ſe condit Cephiſus plerumq; torrentis inſtar.

Cephiſi glaciale caput. *Stat. 7. Theb.* Vada Cephiſi: Iam vada Cephiſi, Panopeſq; euaſerat arua. *Ouid. 3. met.* Cephiſides vndæ: adeunt pariter Cephiſidas vndas. *Id. 1. met.* Clauſæq; ſuis Cephiſus in vndis Vim tulit, &c. *Ibid.* Narciſſi pater, genitor, parens, &c.

Fatidicæ aquæ Cephiſi: Bœoti coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua, &c. *Luc. 3. Pharſ.* fatidicam verò appellat aquam propter Themidis oraculum, huic fluuio vicinum; vbi Deucalioni, & Pyrrhæ ratio oſtenſa eſt, qua genus humanum diluuio conſumptum poſſet reparari. Ora Cephiſies. Vidit, & immitem Cephiſies ora Procuſten. *Ouid. 7. met.*

CERA.

Fauus, fig. opus pro materia; de fauo V. *ſuo loco.* Mellis cella. Redolens thymum; arte laborata. Admotoq; calore liquens. Quæ liqueſcit ab igne. Quæ liquefacta remittitur æſtu. Defluens calidis ſuper addita flammis.

Cerea regna .... hinc arte recentes Excludunt ceras, & cerea regna refigunt. *Virg. 4. Georg.* Hymettia Sole Regna remolleſcit, tractatq; pollice multas Vertitur in facies, ipſoq; fit vtilis vſu ... tabeſcere flauæ Igne leui ceræ, matutinæq; pruinæ Sole repente ſolent .... tenaces Suſpendunt ceras, & mella liquentia fundunt. *Virg.* Feruet opus ceræ; *ex eodem.* Cerea caſtra, nempè aluearia. V. *Aluear e.*

CERA.

Pro candela; fig. Cerea candela. Cereus: Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. *Mart.* 14. Lucida funalia: nam cera lucidum efficit lumen: Hic hic ponite lucida Funalia, & vectes, & arcus. *Hor.* 3. *od.* 26. Cerea lux: cerea lumina, &c.

Epith. Tenax, flaua, redolens, olens, mollis, liquens, odora, Attica, Hyblæa, Creſſa (à locis, vnde mel aſportatur) pinguis.

CERASVS. V. *Arborum genera.*

CERAVNIA.

Montes ſunt in Epiro ad mare vſque extenſi, vbi Ionium ab Adriatico ſeparatur: altitudine famoſi, & nautis formidabiles. Nam quotieſcumq; nubeculæ inde eleuantur, tempeſtates in eis exoriuntur maximę. Ita verò dicunt appellari, quod ſæpè fulminibus infeſtentur.

Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. *Virg.* Qualiter aut Maleam, aut alta Ceraunia ſupra Ceſſantes in nube ſedent, nigriſq; leguntur Collibus, & ſubitæ ſaliunt in vela procellæ. *Stat. lib.* 10. *Theb.* Cùm poteram recto tranſire Ceraunia velo. *Ouid.* 2. *de Pont.* 6.

Acroceraunia: Infames ſcopulos Acroceraunia. *Hor.* 1. *od.* 3. Montes Acrocerauuij. *Plin.* Fera ſaxa: Vt fera vitarem ſaxa monendus eram. *Ouid.* 2. *de Pont.* 6. Subauditur autem Epiri; ſiue dixit antonomaſticòs, Saxum Ceraunum. *Prop.* 2. *eleg.* 13. Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceraumo Ah Neptune tibi, &c. Oræq; malignos Ambraciæ portus ſcopuloſa Ceraunia nautæ Summa timent, &c. *Luc.* 5. *Pharſ.* V. *Epirus.*

CERBERVS.

Plutonis apud inferos canis, qui triceps fingebatur, & propterea tergeminus dictus, & trifaux. Natus traditur ex Geryone, & Echidna; Plutoni tanquam inſigne traditum, vt triſulcum fulmen Ioui; Neptuno tridens. Hunc Hercules, cùm viuus adhuc Tartara penetraſſet, viuum ad ſuperas auras traxit. Alij verò dicunt Cerberum rupiſſe ferream catenam, qua ligatus erat ad Tęnarum, vndè ad Inferos patebat aditus; cui fabulæ occaſionem ferunt dediſſe ſerpentem quendam in Tęnaro, quem quod morſu, & veſtigio necaret, Aducina Gręcè nominarunt, quem Hercules ad Euriſtheum produxit. Meduſæum monſtrum quoque appellatus fuit Cerberus, quod villos, ac pilos ſerpentinos haberet: vt Meduſa crines. Ianitor Inferorum à Platone factus fuit, cuius meminit *Virg.* 6. *AEn.*

Ianitor orci. *Virg. ibid.* Lethiq; triformis Ianitor. *Stat.* 2. *Theb.* Immanis ianitor aulæ. *Hor.* 3. *od.* 11. Lacrymoſæ aulæ inſomnis ianitor. *Sil. Ital. lib.* 2. ... latratum triplicem compeſcuit ignes Ianitor. *Claud.* 2. *de rapt.* Tartareus cuſtos. *Virg.* 6. *AEn.* Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri. *Ouid. lib.* 10. *met.* Os Cerbereum. *Idem* 4. *met.*

Canis Stygius. *Claud. in præfat.* 2. *de rapt.* Canis vipereus. *Ouid.* 3. *de art.* Tergeminus canis. *Idem, & Prop.* 4. *eleg.* 7. Tergeminusq; canis ſic mihi molle ſonet. Oraq; Tartarei prodigioſa canis. *Mart.* 5. *ep.* 35. Inferni Iouis ingens canis. *Dionyſ.* Canis cuſtos opaci regni. *Sen.* Infernus canis. *Idem.* Canis anguinea redimitus terga caterua. *Tib.* 3. *eleg.* 4. Ira canis Stygij. *Claud.* Canis triformis. *Sen.* Terno qui vorat ore canis. Erebi, ſiue Ditis canis. *Pont.* Terrificus canis. *Idem.*

Canis Echidnæus. *Ouid.* & canis Echidnæi. *Idem* 7. *met.* (vtitur genere fœm.) Canis tria latrantia colla. *Prop.* 3. *eleg.* 16. Exorandi canis tria ſunt latrantia colla. Caniſq; diras Stygius obſeruet fores. *Sen. in Hipp.* Ater canis, antonomaſticòs: Atrum per vrbes ducit Argolicas canem Viſo laborantem Cerbero vidi diem. *Idem in Herc. fur.* Quin Tęnarij vincula ferri Rupiſſe canem fama, & noſtris erraſſe locis. *Idem in Oedip.* Cuſtos opaci peruigil regni canis. *Idem in Herc. fur.* Tractum canem Ira furentem, & bella tentantem irrita Intulimus orbi. *Ibidem.* Tartari canis ſæuus. *Id. in Agam.* 3. Inferorum canis. *Ibidem* 4. Canis Tartareus. *Idem in Herc. fur.*

Cerberei latratus. *Stat.* 5. *ſilu.* 1. Nempè times ne Cerbereos Priſcilla tremi cat Latratus, &c. Cuſtos Stygis. *Sen. in Agam.* Æternum latrans. *Virg.* 6. *AEn.* Tergeminus cuſtos. *Stat.* Cuſtos Plutonius. *H. Strozz.* Vmbrarum cuſtos. *Polit.* Nec triplici latrans impius ore canis. *Tit. Strozz.* Cuſtos monſtrum. *Pont.*

Bellua centiceps, hyperbolicòs: Demittit atras belluæ centiceps. *Hor.* 2. *od.* 13. Obſidens clauſtra lethalis lacus. *Sen. in Oedip.* Ferus indomitus cuſtos Orci. Terræ proles, & Tartari. *Sophocl.* Quem indefeſſo Typhoni peperit Echidna. *Q. Calab.* Spolia Plutonis: *ex Sen. in Herc. fur.* qui ſic: Et Dite domito ſpolia iactantem patri fraterna; ob Ditem ſcilicet ſpolijs ſpoliatum, nempè Cerbero; qui, vt diximus, pro inſigni eſt Plutoni: & opima victi regis ad ſuperos refert. *Ibidem.*

Et terna monſtri colla deuicti intuens. *Sen. in Herc. fur.* Sæpè latratu nemus trino remugit. *Idem in Thyeſt.* Inferi: metonymicòs: Vidi, & oſtendi inferos (Hercules loquitur, quòd inferos, ſcilicet Cerberum mortalibus oſtenderit) *Idem in Herc. fur.*

Rerum terminus: ſic *Sen.* Rerum terminos tecum efferens; ſcilicet Cerberum tricipitem, id eſt mortem, cuius genera tria, naturale, violentum, fortuitum: ex *Farnab. notis.* Spolia vltima. *Sen. in Herc. Oet.* Spolia cùm traxi vltima (loquitur

Hercules Oeteus) &c. Cuſtos carceris diri. *Id. in Thyeſt.*1.

Qui ſæuas triplici fundit ab ore minas. Cui tres ſunt linguæ, tergeminumq; caput. Qui tribus infernum cuſtodit antrum. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat aduerſo recubans immanis in antro. *Virg.* 6. *AEn.*

Deſcriptio Cerberi.

Hic ſæuus vmbras territat Stygius canis,
Qui terna vaſto capita concutiens ſono
Regnum tuetur, ſordidum tabo caput
Lambunt colubræ: viperis horrent iubæ,
Longusq; torta ſibilat cauda draco
Par ira formæ, ſenſit vt motus pedum
Attolit hirtas angue vibrato comas,
Miſſumq; &c. *Sen. in Herc. fur. v.*783.

Epith. Tergeminus, triceps, trifaux, trilinguis, horrificus, inſomnis, impauidus, triſtis, Tartareus, peruigil, Stygius, informis, Plutonius, grauis, latrator, ferreus, crudelis, indomitus, &c.

CERDO.

Quilibet dicitur ſordidus artifex, lucrum ex aliqua illiberali arte faciens: ſumitur autem pro eo, qui calceos reſuit diſciſſos, ſoleaſq; corijve ſegmina iterum aſſuit.

Sutor; quamvis pro eo accipiatur, qui veſtes ſuat: Das gladiatores, ſutorum regule cerdo. Sutorum regulus, ideſt rex ſutorum, ironicè dicitur à *Mart.* 3. 16.

Subula, eſt inſtrumentum cerdonum: Quodq; tibi tribuit ſubula, ſica rapit. *Id. ibid.*

Corium; quo cerdones vtuntur ad calceos aſſuendos; Vt velles corio ludere cerdo tuo. *Ibidem.* Pellicula. *Ibidem.*

Scalpeum ſutorium. *Horat.* Culter ſutorius. Smilium, Græcum vocabulum; Eſt orbiculatum ferramentum, quo coria, & pelles poliunt, aut quo eadem concidunt ad calceos faciendos, aſſuendosve.

Cheleuma, tis: Canabinum filum ſetis præpilatum ad ſuendos calceos.

Modulus. Forma. *Hor.* Muſtricula. *Feſt.* Eſt lignea forma, in qua inductum corium nouum ſit calceus.

CEREBRVM.

Fons animalium actionum, ex quo nerui, & ſpiritus animales naſcuntur. Subſtantia eius oritur ex optima, plenaq; ſpiritus ſeminis parte. Continetur autem cerebrum ſub cranio, hoc eſt capitis oſſe, ſupra quod panniculus eſt os totum capitis circumdans, quod pericranion dicunt: à membrana quadam cerebrum circumdatur, & ambitur, quæ dura mater appellatur: ab altera verò tenui fouetur, quæ pia dicitur. Ventriculi cauitates dicuntur in cerebro, ſuntq; tres: Infuſorium dicitur cauitas, in quam deriuantur craſſiores ſuperfluitates cerebri, quę in ſputum vertuntur, aut excernuntur per nares.

Corporis arx. *Sen. in Oed.* & appoſitè ſiquidem, ſi quæ ſupra diximus, notentur. Vitalia capitis. *Plin.* Cerebellum vocatur cerebri pars poſtrema ſeiuncta ab altera cerebri mole. Cerebella ſunt etiam auium.

Cerebri partes ſunt: Infundibulū. Torcular, & Infuſorium; de quo paullò ſuperiùs. Coneauitas cerebri, in quam meatus deſinunt. Fornix: cerebri pars ſupra communem cauitatem in fornicis modum arcuata; *ex Galeno.* Nates: cerebri ſcilicet exiles, & oblongæ eminentiæ. Meninges: cerebri inuolucra, quæ pia, & dura mater à barbaris medicis appellantur.

CERES.

Saturni, & Opis filia fuiſſe dicitur, quæ omnium prima agrorum cultum, ac frumentà hominibus, qui glandibus antea victitabant, monſtrauit; legeſq; adinuenit, quibus ipſi ciuiliter viuere aſſueſcerent. Dicta Ceres, quaſi gerens nobis fruges, vndè viuamus. Hęc à Ioue fratre filiam ſuſcepit Proſerpinam, quam à Plutone raptam diù flens genitrix quęſiuit; & Cyanes Nymphæ Siculæ inditio repertam apud inferos, illam indè extrahendi à Ioue obtinuit facultatem; dummodò nihil illa guſtaſſet. Atqui proindè per Aſcalaphum delata Proſerpina eam in pomario Plutonis obambulantem, malum punicum decerpſiſſe, & aliquot indè grana deguſtaſſe, apud inferos remanere coacta fuit. Atqui indignata Ceres, illum in bubonem conuertit. V. *Bubo.* Precibus tamen impetrauit, vt filia ſex apud ſe menſes, totidemq; penès virum eſſet. Quod de Luna aliqui interpretantur, ſex apud nos, totidemq; apud Antipodas elucente. V. *Proſerpina.* Multa de Cerere pro quærenda filia peregrinante referuntur. In Scironium campum cùm illa deueniſſet, à Phytalo benigniſſimè fuit hoſpitio accepta, cui vt aliquam referret gratiam, ficulneam tradidit, ſiue oſtendit hominibus iucundam, vtilemq; vt ex epitaphio Phytali Pauſanias docet. Prætereà Argos profectam Cererem Pelaſgus excepit benignè, à qua multa ipſe fuit edoctus; item à Metanire Hippothoontis vxore ſuſcepta ieiuna Ceres ad menſam iuſſa decumbere, cùm vinum vidiſſet appoſitum, ob raptam filiam guſtare noluit: ſed potionem quamdam cyceonem ex farina confectam ad quoſdā Iambes verſus, quæ Metanitæ erat ancilla exhilarata Ceres, guttur madefecit. Eodem tempore cùm eam Neptunus eius amore incenſus ſequeretur, ipſa, vt vim effugeret in equam conuerſa, inter equas Oncęi delituit: ſed à Neptuno in equum conuerſo vim paſſa, Arionem equum peperit, Tandem cùm filiam reperire nequiret, ni-

nigra veſte induta ob indignationem contra Iouem,quòd filiam rapi permiſiſſet,ita delituit, vt ne Dijs quidem vbi lateret compertum eſſet.Sed cùm Pan in Arcadia, alijſq; finitimis locis venaretur in Eluio antro illam veſte pulla indutam conſpexit.Iouiq; detulit,cuius oratione perſuaſa, atras veſtes depoſuit. Hæc, & plura apud *Pauſaniam*. Ad Triptolemi matrem vt deuenit,multa perfecit. V. *Triptolemus*. Dea habita ab omnibus ferè populis varijs fuit ſacrificiorum ritibus decorata, vt infra. Romæ primum templum habuit in Palatino monte ab Arcadibus conſtructum. Deindè;ædes illi de ſpolijs poſt victoriam ab hoſtibus Volſcis relatam ab Aulo Pohumio Dictatore fuit exſtructa,in fine Circi maximi ſuper ipſos Carceres Tullianum, ſcilicet & Mamertinum. V. *Dionyſ. Halicar.*

Mater Eleuſina. *Virg.1. Georg.* quòd apud Eleuſin Atticæ vrbem quammaximè coleretur. Eleuſis, dis:patronym. *Claud.1. de rapt.* V. *Eleuſis*. Dea tędifera. *Ouid.3.faſt.* quòd in quęrenda filia tædas è pinu,lampadaſq; adhibuerit. Dea falcifera, *ex poet.*

Frugum genitrix. *Ouid.5.met.* Diuitiarum author, *ex Virg.* nam ex frumenti copia diuitiæ plurimæ comparantur. Dea munifica. *Ouid.3. eleg.9.* Spicigera; frugifera Dea. *Claud.2. de rapt.* Dea fertilis. *Ouid.15.met.* Omnium proma. Frugum mater. *Idem 6.met.* Diua potens frugum. *Idem 3.eleg.9.* Dea flaua. *Ibidem*:à maturæ ſegetis colore;& *Tib. in 1.* Flaua Ceres tibi ſit noſtro de rure corona.

Purorum Orgiorum Regina. *Ariſtoph.* quod ironicè dictum puto, vel per antitheſim: quando quæ in Cereris honorem celebrabantur Orgia, ſiue Eleuſina omnem quippè impuritatem olebant. Antiſtita Eleuſini ſoli. Dea Enneą;à loco Siciliæ. Author frugum. *Virg.1. Georg.* Triticea Dea. *Pontan.* Ruricola:antonomaſt. Ruricolæ, & tenero aſſurgite Baccho. *Ouid.3. eleg.9.*

Et Dea, quæ incanos ſpicis euincta capillos. *Bemb.* Iuuenum alumna: quòd iuuentus indè creſcat ex frumenti eſu. O toto quæſitæ Virginis orbe genitrix. *Ouid.5.met.* Quæ prima inſtituit mortales vertere terram. Spicis tenues redimita capillos. Quæ prima coegit Colla iugis ſupponere tauros; felicitatis largitrix. Fertilibus quæ veſtit frugibus arua. Et paleis armata Ceres. Te Dea munificam, &c. *Ouid.3.eleg.9.* in qua multa de Cerere.

Cereri nuptias dicuntur facere (Plautino adagio) qui ad cœnam nil afferunt vini: nam in Cerealibus non adhibebatur vinum ad ſacrificia: vt paullò inferiùs.

Epith. Fœcunda, frugifera, herbifera, ſpicata, Sicula, Enneą, ſiue Ætnęa,rubicunda,& ſpicifera. Hinc:

CEREALIA.

Erant ſacra in Cereris honorem facta; quæ myſtica dicebantur; & hæc reuelabantur nonniſi initiatis;propterea quòd Ceres tacitè vſa eſt conſilijs, dum Proſerpinam quęreret. Hæc primùm ad Eleuſin in Attica inſtituta fuerunt ab Eumolpo, vndè aliquando Eumolpia dicta ſunt à *Sophocle*. Qui autem ſacris adeſſe voluiſſent, à Venere abſtinebant, à vino, à malis punicis; & alba indui veſte, querna corona cincti, ſeu viticea taciti quaſſabant lampades, facibuſq; diſcurrebant, illius repręſentantes errores,& indignationem ob filiam,quam facibus adhibitis peruestigaſſe ferebatur. Currebant autem vſque ad extremam laxationem ſilentes, imitando Bacchantes: nam Bacchi ſacra cum Cerere erant coniuncta: vndè *Ouid.* Ipſe ſuos ludos vuæ commentor habebat, Quos cum tędifera nunc habet ille Dea. *3.faſt.* Per agros autem hæc Cerealia celebrabantur, & noctu: Romæ quidem à priſcis 13. Kal. Maij, nempè 19. Aprilis, in cuius ſacrificio porca aurea, & altera argentea immolabatur, ſiue adhibebatur. Ceres autem effingebatur habitu matronali ornata ſpicea corona,nonnumquam męſta cum lampade, ſeu face. Interdum manipulum ſpicarum, & papauerum gerens, vt in nummis. Huic etiam ludi fiebant à prid. Idus Aprilis per dies octo in Circo proximo poſt Circenſes die: vt *Ouid.* teſtatur *lib.4.faſt.* Exhibebantur autem Cerealibus certamina equeſtria,etiam miſſilia,nempè nuces,cicer,& alia dabantur,& in vulgus ſpargebantur ab ijs, qui ludos exhibebant ad populi plauſum,fauoremq; captandum. Sed ad noſtra.

Annua venerunt Cerealis tempora ſacri Secubat in vacuo ſola puella toro. *Ouid.3.eleg.9. & per totam*. Cereris ſacra. *Ibidem*. Tuq; Actęa Ceres, curſu cui ſemper anhelo Votiuam taciti quaſſamus lampada myſtæ. *Stat. lib.3 ſilu. penult.* Et per tędiferæ myſtica ſacra Deæ. Theſmophoria,dicebantur à Gręcis feſta piæ Cereris. *Ouid. 10. met.* vbi deſcribuntur.

Tibi frugum potens Secreta reddam ſacra tibi multa fide Longas Eleuſi tacita iactabo faces. *Sen. in Herc.fur.* Turba ſecretam Cererem frequentat, Et citi tectis properant relictis Attici noctem celebrare Myſtæ Tanta per campos agitur ſilentes Turba pars tarda gradiens ſenecta, &c. *Ibidem v.846.*

CERTAMEN.

Troicus puluis. *Hor.1.od.6.* (ſed hoc certamen ludicrum) V. *Troia ludus.* Bellum. V. *ſuo loco, vbi multa.* Conflictus. Impia ſpectacula:Impia vicini ſpernit ſpectacula campi. *Virg.11. Æn.* Sta-

bla·

cleus ferri. *Plin.* Vis, medulla ferri,&c. Acies ferri. *Idem.*

Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo. *Virg.* Vulnificuſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit. Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis. *Virg. lib.* 10. *AEn.* V. *Ilua.* Gleba Norica: Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis, Qua nihil vberius Norica gleba tulit. *Rutil.* 1. *itin.* Cur non potiùs Norica maſſa?

Stridúntq; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat: Stricturæ, vt vult *Seruius*, ſunt chalybum maſſæ: at alij dicunt ſcintillas eſſe è candente ferro emicantes, teſte *Nonnio*; cum maſſa candens malleis euditur; ita dictæ, quòd ſtrictiùs emittantur, vel quòd oculos fulgore præſtringant: *ex Virg. & Seruio.* V. *Ferrum.*

Chalybes verò populi, Alizones quoque vocantur ab *Homero*, vt ſentit *Strab.* 12.

CHAOS.

Confuſio, atque congeries rerum omnium, & informis materia, ex qua extitiſſe omnia fabulantur poetæ, cuius deſcriptio luculentiſſimè ab *Ouid.* 1. *met.* exhibetur, quam non referimus, ne in longius ſemper protrahamur.

Atrum rebus inducit chaos. *Sen. in Agam.* Poſſidet alter aquas, alter inane chaos. *Ouid.* 4. *faſt.* Inane, pro ipſo chaos. Maſſa. *Idem* 1. *met.* Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos. *Ibidem.* Rudis, indigeſtáq; moles. *Ibidem.* Pondus iners, congeſtáq; eodem Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum. *Ibidem.* In quò omnia mixta ferebantur, & temerè errabant.

Primigenæ voraginis tenebroſis vincta catenis. Antiquum repetens iterum chaos omnia mixtis Sidera ſideribus concurrent: ignea Pontum Aſtra petent, tellus extendere littora nolet. *Lucan.* 1. *Pharſ.* vbi perſequitur deſcriptionem chaos.

Cæcus aceruus: Quæ poſtquam euoluit, cęcoq; exemit aceruo. *Ouid.* 1. *met.* Moles naturæ prioris. *Idem* 4. *de Pont.* 8. Permixta chaos rerum primordia. *Manil.* 1. *Aſtronom.* Indiuidua principia. *Idem:* quod etiam ad atomos referri poteſt. V. *Atomos.* Cæca materies. *Ibid.* Caligo fugit in infernas tenebras. *Ibidem.* Naturę rudis vultus. Confuſa ſine ordine moles.

O chaos infernum, ô ferrugine operta vorago. Cæcum mens timet ægra chaos.

Sumitur pro Inferno, & morte. V. *ſuis locis.*

Epith. Triſte, inane, atrum, informe, tetrum, nigrum, vmbroſum, omnigenum, cæcum, vetus, horrificum.

CHARISTIA.

Feſta erant apud veteres cognatorum, & propinquorum, in quibus ſacra faciebant amicis defunctis: vndè *Ouid.* 2. *faſt.* Proxima cognati dixere Chariſtia chari, Et venit ad ſocios turba propinqua Deos. Hæc autem ſacra celebrabantur 11. Kal. Martij, vbi munera ſibi inuicem mittebantur.

Hinc *Mart.* 9. *epig.* 55. Chara daret ſolemne tibi cognatio munus, Nec frater vobis, nec prior eſſet auus: & *Idem epig.* 56. Luce propinquorum qua plurima mittitur ales, Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro. Succurrit nobis ingens, &c. Huic autem ſimile erat feſtum, quod Matronalia nuncupabant, Kalend. Martijs celebratum, in quo die fœminis mittebantur munera ab affinibus, conſanguineis, amiciſq;. V. *Martius, & Februarius.*

Feſta propinquorum. Agnatorum ſolemnia ſacra. Sacra charorum. Cognata munera. Cognatorum ſacra, &c. V. *Feſta Gentilium.*

CHARITAS.

Agape; Gręcum nomen. *Maſcul.* 1. *od.* 7. Pium officium. *Ouid. lib.* 6. *met.* Pia cauſſa. *Ibid.* Amor. V. *ſuo loco, vbi multa.*

CHARITES.

Gratiæ Latina voce nuncupatæ, beneficiorum Deæ, quæ tres potiſſimùm dicuntur eſſe, Aglaie, vel Paſithea; Thalia, & Euphroſine; Iouis, & Eurynomes, ſiue Eunomies filiæ; Veneris, Liberiq; patris comites, ſiue filiæ. Qui numerus ob exhibenda, accipienda, & referenda beneficia inuentus eſſe putatur: ab Elæis Gratiæ ſic depictæ fuerunt, vt vna roſam, altera talos, tertia myrti ramum manu præferret; à noſtris verò ita pictæ conſpiciuntur, vt vna earum auerſam habeat faciem, quaſi à nobis profecta, duæ verò nos aſpiciant, vt duplex à nobis beneficium repetendū eſſe oſtendant; necnon nudæ pinguntur, nempè quòd ſine fuco beneficia facienda: ſimulq; connexæ, quòd amicitia beneficijs debeat alligari, & connecti. Eteoclęæ fuerunt Charites appellatæ à quodam Eteocle Cephiſi filio, qui primus illis, teſte *Heſiodo*, ſacra fecerit: qui tamen Eteocles Andrei, & Eunippæ ex Leuconoe genitę filius dicitur à *Pauſania*; vndè fabula efficta, Eteoclis filias Charites appellatas, & ad æmulationem Dearum ſaltantes in puteum extra choream euolutas, delapſas fuiſſe: ſed Telluris miſeratione in quaſdam plantas virides conuerſas, quæ iucundæ ſint hominibus. Sed ad rem noſtram.

Gratiæ: Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes. *Horat.* 1. *od.* 4. Numina grata Deę Cyprię; nempè quòd illam comitentur. Nudaq; amabilibus Gratia miſta iocis. *Bemb.* Veneris chorus. *Pont.* Ioci; ſumuntur etiam pro Gratijs, ſiue quòd illas quoque hi comitentur: Siue tu mauis Erycina ridens, Quam Iocus circumuolat, & Cupido. *Hor.* 1. *od.* 2.

Eurynomes natæ, filiæ, genitæ, ſatæ, &c. Orchomoniæ

niæ ſorores; quòd apud Orchomenum Bœotiæ oppidum colerentur. Pulcrigenæ ſorores, Diæ. *Heſiod.* Blandæ ſorores. *Stat.*

Nomina earum varia: nam apud Lacedemonios Clyta, vel Clyto, Phaena, & Euphroſine: apud Athenienſes Auxo, Ægemona, & Thalia: apud *Heſiodum* verò Euphroſine, Aglaia, Thalia; ex quibus vnam *Homer.* Paſitheam appellat, quem ſequitur *Statius*: Non hoc Paſithee blandarum prima ſororum.

De his Gratijs pulcrum extat epigramma in Columnenſium ædibus Romæ; in quo circa finem hæc.

Iupiter eſt genitor peperit de ſemine cęli
Eunomia, & Veneris turba miniſtra fuit.
Indè alitur nudus placida ſub matre Cupido,
Indè voluptates, indè alimenta Dei.

De his etiam hæc *Mantuanus*:

..... properate ſorores
Gratiæ ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro
Lętitiam prę te ore ferens, tecumq; Thalia
Cincta ſacrũ viridi ſtrophio caput Euphroſineq;
Lęta genas, lęta os roſeum, vaga lumina lęta.

Veneris comites. Triiuges ſorores Acidaliæ. Iouis ſuaues filiæ triplici iugatæ nexu. Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum, Par tribus eſt ætas, &c.

Epith. Blandæ, lętæ, ſuaues, venuſtę, decentes, tergeminæ, ridentes, pulchræ, &c.

CHARON.

Nauta inferorum per Stygiam, & Acherontem animas (vt fabulabantur veteres) tranſuehens; ſic per antiphraſin dictus, quaſi Acharon, hoc eſt triſtis, vel auſterus. Inter infernos Deos recenſebatur à priſcis; cuius erat animas, obolo prius accepto, vel ſtipe aliqua, vel lupino (teſte *Luciano*) pro naulo in vlteriorem fluminis ripam tranſuehere poſt 100. annos. At cũ Hercules ad inferos deſcendit, Charon exterritus, cũ ſtatim ſuſcepit, non expectato tempore, vt moris erat: ob quam rem anno integro in compedibus fuit, ideóq; ipſe (vt eſt apud *Virg.6. AEn.*) cum Ænea conqueſtus fuit: Nec verò Alciden me ſum lętatus euntem Accepiſſe lacu, &c.

Portitor orci. *Virg. vt ſup.* Omnes expectat auarus Portitor, & turbæ, &c. *Ouid. ad Liu.* Neq; enim ante leues niger auehit vmbras Portitor. *Val. Flacc.* 1. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento, &c. deſcribitur à *Virg.* 6. *AEn.* meminit *Prop.* 4. *eleg.* 11. & *Stat. lib.* 4. *Theb.* Hunc ſeruat amnem cultu, & aſpectu horridus, Pauidosq; manes ſqualidus geſtat ſenex: Impexa pendet barba, deformem ſinum Nodus coercet, concauæ lucent genæ; Regit ipſe conto portitor longo ratem: deſcript. *Sen. in Herc. fur. v.*764.

Impexosq; ſenex velauit arundine crines Portitor, &c.

Nauita triſtis. *Virg.* 6. *AEn.* Nauita Tartareæ paludis. *Petrarch.* Stygiæ nauita puppis aquæ. *Tib.* 1. *eleg.* 11. Quiq; capaci turbida cymba Flumina ſeruat durus ſenior Nauita crudus vix aſſiduo Brachia conto laſſata refert Feſſus turbam vectare nouam. *Sen. in Oed.* v. anapęſt. Fugit abducta Nauita cymba. *Id. in Herc. Oet.*

Ater ſatelles Orci. *Hor.* 2. *od.* 18. Stygius ſenex. *Pont.* Sulcator vmbriferæ vndæ. *Stat.* 8. *Theb.* Ratis Phlegetontis atri. *Sen. in Agam.* fig. continens pro cont. Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.

Ianitor Lethęus: Cur ſeruet Pharias Lethęus ianitor aras. *Stat. ſilu.* 3. de Charonte intelligit, & repręſentatione inferorum. Sed V. *Iſis.* in qua nonnihil lucis habebis.

Remex: Iam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex Cernat, & infernæ triſtia vela ratis. *Prop.* 2. *eleg.* 19. Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate. *Idem* 3. *eleg.* 3. Scandenda eſt torui publica cymba ſenis. *Idem* 3. 16. Nudus Lethæa cogerer ire rate. *Tib.* 3. *eleg.* 3. Vno tot populi remige tranſeunt. *Sen. in Herc. fur.* Tunc ego te optata vetitam tranſmittere Lethem Puppe dabo, &c. *Stat.* 4. *Theb.* loquitur ipſe Charon.

Epith. Squallidus, pallidus, ſenex, Stygius, ater, teter, horrendus, auarus.

CHARACTER.

Signum: forma: figura. Nota, & notæ. Tractus: incertus tractus litteræ. *Prop.* 4. 3. Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu Signa meæ dextræ iam morientis erunt. V. *Littera.*

CHARTA.

Cuius genera varia.

Charta augulta. *Plin.* nimia tenuitate epiſtolis dicata, ab Auguſto nomen ſortita. Charta Clandiana. *Idem*: & Regia, imperialis, & Macrocolum. *Plin.* à ſtatura cubitalis magnitudine. Charta virgo. *Mart.* ex qua nullum (ſic interpretantur) eſt tranſcriptum exemplar, quaſi tunc pepererit charta, vbi ex ea deſumptum ſit exemplum iam vulgatum. At ipſe interpretarer ſic appellari, quod in ca nullum ſit tranſcriptum exemplar; quæ etiam: Charta pura. *Vlpian.* nempè non deſcripta.

Charta bibula. *Plin.* tranſmittens litteras. Charta emporetica, vel emporeutica: ſcripturæ quidem inepta, quæ ſegeſtrium vice mercibus inuolucra præbet. Segeſtria. *Plin.* inuolucra quævis mercium, quibus inuoluuntur, & tegeruntur. Cuculus. *Mart.* inuolucrum chartaceum, quo inſtitores, & propolæ pulueres condunt, *Cartoccio.*

Charta Pergamena, nempè membrana; apud Perga-

cleus ferri. *Plin.* Vis, medulla ferri,&c. Acies ferri. *Idem.*

Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo. *Virg.* Vulnificusq; chalybs vaſta fornace liqueſcit. Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis. *Virg. lib.* 10. *AEn.* V. *Ilua.* Gleba Norica: Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis, Qua nihil vberius Norica gleba tulit. *Rutil.* 1. *itin.* Cur non potiùs Norica maſſa?

Striduntq; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat: Stricturæ, vt vult *Seruius*, ſunt chalybum maſſæ: at alij dicunt ſcintillas eſſe è candente ferro emicantes, teſte *Nonnio*; cum maſſa candens malleis cuditur; ita dictæ, quòd ſtrictiùs emittantur, vel quòd oculos fulgore præſtringant: *ex Virg. & Seruio*. V. *Ferrum*.

Chalybes verò populi, Alizones quoque vocantur ab *Homero*, vt ſentit *Strab.* 12.

CHAOS.

Confuſio, atque congeries rerum omnium, & informis materia, ex qua extitiſſe omnia fabulantur poetæ, cuius deſcriptio luculentiſſimè ab *Ouid.* 1. *met.* exhibetur, quam non referimus, ne in longius ſemper protrahamur.

Atrum rebus inducit chaos. *Sen. in Agam.* Poſſidet alter aquas, alter inane chaos. *Ouid.* 4. *faſt.* Inane, pro ipſo chaos. Maſſa. *Idem* 1. *met.* Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos. *Ibidem.* Rudis, indigeſtaq; moles. *Ibidem.* Pondus iners, congeſtaq; eodem Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum. *Ibidem.* In quò omnia mixta ferebantur, & temerè errabant.

Primigenæ voraginis tenebroſis vincta catenis. Antiquum repetens iterum chaos omnia mixtis Sidera ſideribus concurrent: ignea Pontum Aſtra petent, tellus extendere littora nolet. *Lucan.* 1. *Pharſ.* vbi perſequitur deſcriptionem chaos.

Cæcus aceruus: Quæ poſtquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo. *Ouid.* 1. *met.* Moles naturæ prioris. *Idem* 4. *de Pont.* 8. Permixta chaos rerum primordia. *Manil.* 1. *Aſtronom.* Indiuidua principia. *Idem*: quod etiam ad atomos referri poteſt. V. *Atomos.* Cæca materies. *Ibid.* Caligo fugit in infernas tenebras. *Ibidem.* Naturę rudis vultus. Confuſa ſine ordine moles.

O chaos infernum, ò ferrugine operta vorago. Cæcum mens timet ægra chaos.

Sumitur pro Inferno, & morte. V. *ſuis locis*.

Epith. Triſte, inane, atrum, informe, tetrum, nigrum, vmbroſum, omnigenum, cæcum, vetus, horrificum.

CHARISTIA.

Feſta erant apud veteres cognatorum, quorum, in quibus ſacra faciebant au[illegible] ctis: vndè *Ouid.* 2. *faſt.* Proxima cog[illegible] Chariſtia chari, Et venit ad ſocios turba propinqua Deos. Hæc autem ſacra celebrabantur 11. Kal. Martij, vbi munera ſibi inuicem mittebantur.

Hinc *Mart.* 9. *epig.* 55. Chara daret ſolemne tibi cognatio munus, Nec frater vobis, nec prior eſſet auus: & *Idem epig.* 56. Luce propinquorum qua plurima mittitur ales, Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro. Succurrit nobis ingens, &c. Huic autem ſimile erat feſtum, quod Matronalia nuncupabant, Kalend. Martijs celebratum, in quo die fœminis mittebantur munera ab affinibus, conſanguineis, amicisq;. V. *Martius, & Februarius*.

Feſta propinquorum. Agnatorum ſolemnia ſacra. Sacra charorum. Cognata munera. Cognatorum ſacra, &c. V. *Feſta Gentilium*.

CHARITAS.

Agape, Græcum nomen. *Maſcul.* 1. *od.* 7. Pium officium. *Ouid. lib.* 6. *met.* Pia cauſſa. *Ibid.* Amor. V. *ſuo loco, vbi multa*.

CHARITES.

Gratiæ Latina voce nuncupatæ, beneficiorum Deæ, quæ tres potiſſimùm dicuntur eſſe, Aglaie, vel Paſithea; Thalia, & Euphroſine; Iouis, & Eurynomes, ſiue Eunomies filiæ; Veneris, Liberiq; patris comites, ſiue filiæ. Qui numerus ob exhibenda, accipienda, & referenda beneficia inuentus eſſe putatur: ab Elæis Gratiæ ſic depictæ fuerunt, vt vna roſam, altera talos, tertia myrti ramum manu præferret; à noſtris verò ita pictæ conſpiciuntur, vt vna earum auerſam habeat faciem, quaſi à nobis profecta, duæ verò nos aſpiciant, vt duplex à nobis beneficium repetendũ eſſe oſtendant; necnon nudæ pinguntur, nempè quòd ſine fuco beneficia facienda: ſimulq; connexæ, quòd amicitia beneficijs debeat alligari, & connecti. Eteoclęæ fuerunt Charites appellatæ à quodam Eteocle Cephiſi filio, qui primus illis, teſte *Heſiodo*, ſacra fecerit: qui tamen Eteocles Andrei, & Enippæ ex Leuconoe genitę filius dicitur à *Pauſania*; vndè fabula efficta, Eteoclis filias Charites appellatas, & ad æmulationem Dearum ſaltantes in puteum extra choream euolutas, delapſas fuiſſe: ſed Telluris miſeratione in quaſdam plantas virides conuerſas, quæ iucundæ ſint hominibus. Sed ad rem noſtram.

[illegible] his Gratiæ decentes. *Horat.* [illegible] Cyprię; nempè quòd [illegible] amabilibus [illegible] cia [illegible] orus. *P* [illegible] quòd [illegible] is. E [illegible] upe [illegible]

niæ ſorores; quòd apud Orchomenum Bœotiæ oppidum colerentur. Pulcrigenæ ſorores, Deæ. *Heſiod.* Blandæ ſorores. *Stat.*

Nomina earum varia: nam apud Lacedęmonios Clyta, vel Clyto, Phaena, & Euphroſine: apud Athenienſes Auxo, Ægemona, & Thalia: apud *Heſiodum* verò Euphroſine, Aglaia, Thalia; ex quibus vnam *Homer.* Paſitheam appellat, quem ſequitur *Statius:* Non hoc Paſithee blandarum prima ſororum.

De his Gratijs pulcrum extat epigramma in Columnenſium ædibus Romæ; in quo circa finem hæc.

Iupiter eſt genitor peperit de ſemine cęli
Eunomia, & Veneris turba miniſtra fuit.
Indè alitur nudus placida ſub matre Cupido,
Indè voluptates, indè alimenta Dei.

De his etiam hæc *Mantuanus:*

....., properate ſorores
Gratiæ ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro
Lętitiam prę te ore ferens, tecumq; Thalia
Cincta ſacrũ viridi ſtrophio caput Euphroſineq;
Lęta genas, lęta os roſeum, vaga lumina lęta.

Veneris comites. Trijuges ſorores Acidaliæ. Iouis ſuaues filiæ triplici iugatæ nexu. Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum, Par tribus eſt ætas, &c.

Epith. Blandæ, lętæ, ſuaues, venuſtę, decentes, tergeminæ, ridentes, pulchræ, &c.

CHARON.

Nauta inferorum per Stygiam, & Acherontem animas (vt fabulabantur veteres) tranſuehens; ſic per antiphraſin dictus, quaſi Acharon, hoc eſt triſtis, vel auſterus. Inter infernos Deos recenſebatur à priſcis; cuius erat animas, obolo priùs accepto, vel ſtipe aliqua, vel lupino (teſte *Luciano*) pro naulo in vlteriorem fluminis ripam tranſuehere poſt 100. annos. At cũ Hercules ad inferos deſcendit, Charon exterritus, eũ ſtatim ſuſcepit, non expectato tempore, vt moris erat: ob quam rem anno integro in compedibus fuit, ideòq; ipſe (vt eſt apud *Virg. 6. AEn.*) cum Ænea conqueſtus fuit: Nec verò Alciden me ſum lętatus euntem Accepiſſe lacu, &c.

Portitor orci. *Virg. vt ſup.* Omnes expectat auarus Portitor, & turbæ, &c. *Ouid. ad Liu.* Neq; enim ante leues niger auehit vmbras Portitor. *Val. Flacc.* 1. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento, &c. deſcribitur à *Virg. 6. AEn.* meminit *Prop. 4. eleg.* 11. & *Stat. lib.* 4. *Theb.* Hunc ſeruat amnem cultu, & aſpectu horridus, Pauidoſq; manes ſqualidus geſtat ſenex: Impexa pendet barba deformem ſinum Nodus coercet, concauæ lucent genæ, Regit ipſe conto portitor ... deſcripte. *Sen. in Herc. fur. v.* 764.

Impexoſq; ſenex velatus arundine crines Portitor, &c.

Nauita triſtis. *Virg. 6. AEn.* Nauita Tartareæ paludis. *Petrarch.* Stygiæ nauita puppis aquæ. *Tib.* 1. *eleg.* 11. Quiq; capaci turbida cymba Flumina ſeruat durus ſenior Nauita crudus vix aſſiduo Brachia conto laſſata refert Feſſus turbam vectare nouam. *Sen. in Oed.* v. anapęſt. Fugit abducta Nauita cymba. *Id. in Herc. Oet.*

Ater ſatelles Orci. *Hor. 2. od.* 18. Stygius ſenex. *Pont.* Sulcator vmbriferæ vndæ. *Stat. 8. Theb.* Ratis Phlegetontis atri. *Sen. in Agam.* fig. continens pro cont. Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.

Ianitor Lethęus: Cur ſeruet Pharias Lethęus ianitor aras. *Stat. ſilu.* 3. de Charonte intelligit, & repręſentatione inferorum. Sed V. *Iſit.* in qua nonnihil lucis habebis.

Remex: Iam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex Cernat, & infernæ triſtia vela ratis. *Prop.* 2. *eleg.* 19. Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate. *Idem* 3. *eleg.* 3 Scandenda eſt torui publica cymba ſenis. *Idem* 3. 16. Nudus Lethæa cogerer ire rate. *Tib.* 3. *eleg.* 3. Vno tot populi remige tranſeunt. *Sen. in Herc. fur.* Tunc ego te optata vetitam tranſmittere Lethem Puppe dabo, &c. *Stat.* 4. *Theb.* loquitur ipſe Charon.

Epith. Squallidus, pallidus, ſenex, Stygius, ater, teter, horrendus, auarus.

CHARACTER.

Signum: forma: figura. Nota, & notæ. Tractus: incertus tractus litteræ. *Prop.* 4. 3. Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu Signa meæ dextræ iam morientis erunt. V. *Littera.*

CHARTA.

Cuius genera varia.

Charta auguſta. *Plin.* nimia tenuitate epiſtolis dicata, ab Auguſto nomen ſortita. Charta Claudiana. *Idem:* & Regia, imperialis, & Macrocolum. *Plin.* à ſtatura cubitalis magnitudine. Charta virgo. *Mart.* ex qua nullum (ſic interpretantur) eſt tranſcriptum exemplar, quaſi tunc pepererit charta, vbi ex ea deſumptum ſit exemplum iam vulgatum. At ipſe interpretarer ſic appellari, quòd in ea nullum ſit tranſcriptum exemplar; quæ etiam: Charta pura. *Vlpian.* nempè non deſcripta.

Charta bibula. *Plin.* tranſmittens litteras. Charta emporetica, vel emporeutica: ſcripturæ quidem inepta, quæ ſegeſtrium vice mercibus inuolucra præbet. Segeſtria. *Plin.* inuolucra quæuis mercium, quibus inuoluuntur, & tegeruntur. Cuculus. *Mart.* inuolucrum chartaceum, quo inſtitores, & propolæ pulueres condunt, *Cartoccio.*

Charta Pergamena, nempè membrana; apud Per-

blatamq; acri repetit certamine palmam. Gymnas,dis. Grecum pro certamine: Hinc *Stat.* 4. *Theb.* . . . & Herculea turpatus gymnade vultus Amnis adhuc, &c.

Certantibus animis,ideſt certatim.

Epith. Durum,acerbum,miſerabile,bellicum,acre, impium,animoſum,validum,atrox, &c.

CERVIX.

Poſterior colli pars: Iugulus autem anterior Collum,pars ſuperior à ceruice ad caput. Qua collo eſt confine caput. *Ouid.* 1. *met.* Ceruicula,diminut. Aurea cæſaries,demiſſaq; lactea ceruix. Prębenda eſt gladio pulchra hęc, & candida ceruix. *Iuuen.* V. *Collum.*

Epith. Lactea, eburnea, candida, nitens,ambroſia, blanda, aurea (propter crines flauos) pulchra, &c.

CERVSSA.

Terræ foſſilis ſpecies,vel quæ artificio (lege *Vitruuium*) ex plumbo fit, vulgò *Biacca*. Hac olim veteres fœminæ vtebantur ad addendum faciei læuorem; vndè nunc etiam vulgari ſermone dicitur *Bianchetto*, cuius ſpeciei eſt rubri coloris ſtibium ad addendum genis decus, quod plurimùm ex Hiſpania mittunt,vulgò *Belletto*.

Stibium. *Plin.* Alabaſtrum. *Idem.* Stimmi. *Galen.* officinis autem dicitur Antimonium,ſed à ceruſſa valdè diuerſum eſſe,certiſſimum eſt; cùm hoc ſit naturale,illa artificialis. Gynęcilium,dicitur à nonnullis, quod tingendis nigrore cilijs mulierum expetatur.

Pſimmithium,ceruſſa dicitur *Græcis*. Creta, figur. Craſſior in facie vetulæ ſtat creta Fabullæ. *Mart.* 8.33. Quæ niueo depingunt vnguine vultum. Fucus. V. *ſuo loco.* Faciei incruſtamentum.

Creta Chia, & Selinuſia ad fucum pro fœminis faciendum eſt cęteris aptior. Purpuriſſum. V. *Fucus*. Cimolia terra; eadem cum creta. Nitri ſpuma rubentis. *Ouid. de medicam. faciei*; fortaſsè quod nunc *Roſſetto*, apud Hiſpanos vocitatur. Et Illyrica quæ venit iris humo. *Ibid.* terrę genus ad faciem emundandam,formamq; tuendam: è ceruſſa verò cocta fornacibus ſandaracha efficitur.

CERVVS.

Notum animal, qui cùm natura ſit timidus, tamen ferox eſt pro fœmina cerua tuenda:

Quam magna gerunt Grege pro toto bella iuuenci Si coniugio timuere ſuo: Poſcunt timidi prælia cerui. *Sen. in Hipp.* Corrigeri greges. *Idem in Oedip.* Ceruorum armenta. Celſus in cornua. Veloces iaculo ceruos, curſuq; fatigat. Trepidos agitare in prelia ceruos. Viuacesq; magis ceruos decet eſſe patentes. Non aliter celeres Hircana per auia cerui Diffugiunt . . . . . alia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cerui Puluerulenta fuga glomerant, monteſq, relinquunt. *Virg.* 4. *ÆEn.* Præcipitant volucres formidine cerui, &c.

Cerua: Hinnula. *Cat.* 22. *ep.* parua cerua,ſiue adhuc lactens. Hinnulus eſt mas filius ceruæ. Hinnuleus. *Hor.* 1. *od.* 23. Quæ fugit infeſtos territa cerua canes. . . . iaculoq; fugacem Sternit humi ceruam. Fixerit aeripedem ceruam, &c. Vtq; canis timidæ nactus veſtigia ceruæ. Huius

Epith. Agilis, timida,territa,celer, &c.

Epith. Leuis, viuax,imbellis,fugax,alipes,pauidus, corniger, annoſus, timidus, vagus; velocipes, variegatus, lata facie (ſeu potiùs) oblonga, maculoſus, flumina tranans alto capite, pingui tergo, & gracilis cruribus: cui minuta ceruix,& minima cauda,quadrifidæ nares, ſiue quadruplices ad reſpirationem canales. Cui imbecillum cor,& animus imbellis. *Oppian.*

Auſonius certè prę omnibus indifferenter longam tribuit viuacitatem annorum: ſic enim *Idyl.* 2. Quam nouies terni glomerantem ſecula tractus Viuecunt aeripedes terterno Neſtore cerui. Sed hæc hyperbolica eſſe, vt de cęteris huiuſmodi, nempè de cornicibus,coruis, atque elephantibus narrantur, exiſtimo.

Cerua Herculis.

In Arcadia fuit, ac ſaltibus Parthenijs, quæ tam celer in curſu erat, vt aeripes diceretur, quamvis non deſint,qui fabulantur,illi ęreos pedes fuiſſe, ob curſum infatigabiles. Cornua habebat aurea, vndè Chryſoceros dicebatur; quam cùm Nymphæ venatrices,alijq; canes nequaquam aſſequi poſſent (alas enim etiam habere dicebatur) Hercules curſu comprehendit in Męnalo Arcadiæ monte.

Męnali peruix fera; Multo decorum præferens auro caput Deprenſa curſu eſt. *Sen. in Herc. fur.* Hic ego (Hercules loquitur) citatam greſſibus vici feram, Radiante clarum fronte geſtantem caput. *Idem in Herc. Oet.* Voſne manus validi preſſiſtis cornua tauri,Partheniumq; nemus, &c. nempè in quo erat aeripes cerua.

CESPES.

Eſt propriè terra cum herba auulſa; ſumitur autem pro tumulo herbaceo.

De ceſpite virgo Se leuat. *Ouid.* 2. *met.* Pabulum . . . . manuſq; Pabula decerpſi. *Idem* 13. *met.* Ego primus in illo Ceſpite conſedi, Tumulus, agger herbaceus. Herba, fig. contentum pro cont.

CESTVS, us.

Siue ceſtus Veneris cingulum,ſeu baltheum varius, & pulcherrimus, quem illa Cupidini dicitur eripuiſſe,quo Martem,(ſi cum illo eum tangere potuiſſet) ad amorem ſuum incenderet. Eodem vſa eſt Iuno. Hoc autem vtebantur ad honeſtas

au-

nuptias, quem ceſtum tribuebant viri ſuis ſponſis; quemq; ſoluere ipſis tantùm licebat: vndè ceſtus quaſi matrimonij copula dicebatur, quodq; patrabatur adulterio inceſtus.

Nec vultu, nec crine prior ſoluiſſe iugalem Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres. *Stat. 5. Theb.* Quæ peſſima ceſton Vis probat. *Idem 2.* Nodus Acidalius. *Mart. 6. 13.* Baltheus cupidineus. Auxiliatrix zona. Stimulus œſtrifer. Iudex Veneris delectabile vinculum. *Nonnus.* Amoris conciliatricula zona. *Idem.* Vafrum cingulum. Amorum director ceſtus.

Epith. Vafer, fraudulentus, blandus, delectabilis.

CETE.

Dicitur omne marinum monſtrum, vt balęna piſtris, &c. quorum nonnulla ſcopuli videntur in mari: vndè Cetaria loca ſunt ſepta in mari, vbi maiores piſces concluduntur à piſcatoribus, qui ideò Cetarij dicuntur.

Montibus arduis ſimillima, quorum ſummis horret tergis ingens ſulcus ſpinæ: *Oppian.* Animoſa vis freti, Ponti: *ex eodem.* Horribilis torua monſtra freti. *Idem.* Miracula maris. Scopuloſaq; cete. *Stat. 1. Achill.* Immania cete. *Virg.* Inq; maris ſalias Glaucus vt alter aquas. *Ouid. in Ibin.* Monſtra marina. Robore ingenti prędita monſtra, viſu terribilia, & ſemper dira armata rabie. *Oppian.*

Tritonis ſerratus canis. *Lycophr.* tortuum monſtrum. Amphitrites pecora, ſiue armenta. *Nonn. Panopolit.*

CEYX, eis.

Vel Ceix, Luciferi filius, Dędalionis frater, qui cùm fratrem aquis ſubmerſum ſciuiſſet, ſollicitus ad Clarium oraculum conſulendum ire cùm vellet, diù ab Alcyone Æoli filia vxore fuit remoratus. Cùm verò Ceix illi promiſiſſet, ſe infra duos menſes reuerſurum, abire permiſſus eſt. Sed in Ægęo tempeſtate deprehenſus, naufragiũ fecit, amiſſaq; naui vnà cum ſocijs ſubmerſus perijt. Vxor autem cùm quotidie pro mariti ſalute Dijs omnibus, Iunoniq; in primis vota ſolueret, opera illius in ſomnis admonita eſt, maritum in mari perijſſe: Quare expergefacta ad littus, vndè maritus ſoluerat acceſſit: ac ſua dum quereretur infortunia, cadauer in mare longiùs adſpexit: quod cùm mariti eſſe cognouiſſet, in mare ſe præcipitem dedit, vt illi comes eſſet; quæ Deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa dicitur. Ipſe quoque Ceyx, ne ab vxore ſeiungeretur, in auem eiuſdem nominis abijt: quæ tempore brumæ nidificant, ac dum pullos excludunt, & educant, mare omni tempeſtate caret. V. *Alcyone*, ſiue *Halcyon*.

Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx Conſulat vt ſacras, &c. *Ouid. 11. met.* vbi fabula tota eſt.

Hippotades gener. Alcyoneus vir, Alcyones coniux, ſidereus coniux: Neque enim minor ignis in ipſo eſt. *Ouid. 11. met.* à patre Lucifero: Luciferi filius: Sed tibi iuro per patrios ignes. *Ibid.* Trachinius Heros, Rex; vndè ait *Ouid.* Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis; nempè in qua Ceyx Trachiniæ Rex vehebatur.

Ceycis in ore Nulla niſi Alcyone eſt. *Ouid. 11. met.* Ceycis imago. Herculeam Trachina iube ſub imagine Regis Alcyonem adeant, ſimulacraq; naufraga fingant. *Ibidem.* Alcyonis aues meminit *Stat. 9. Theb.*

CHALCIS. V. *Euboea*.

CHALDÆA.

Maioris Aſiæ regio Arabiæ finitima; eadem ferè cum Babylonia, quæ pars Meſopotamiæ eſt, & Aſſyriæ: alij Chaldæam prouinciam appellant eamdem Babyloniam; in qua Babylon vrbs. Alij ſub nomine Chaldęæ volunt comprehendi Arabiam, Syriam, & ipſam Chaldæam, nempè Meſopotamiam, & Aſſyriam, de quibus V. *ſuis locis*. Chaldæa igitur finitur à ſept., Meſopotamia ab occaſu, Arabia deſerta à meridie eiuſdem Arabiæ parte, quæ ſinus Perſici ſeceſſum attingit; ab oriente Suſiana: in hac

Vrbes primariæ.

Babylon. V. *ſuo loco*. Orcha; quæ in ſacris Vr Chaldæorum dicitur Abrahami patria: ab alijs Vrchoa dicitur. Borſippa ad paludes; & Teredon nobiliſſimus inter Tigris oſtia vicus. Hinc

Populi.

Chaldæi, de quibus ſic *Strabo lib. 7.* Conſtat nuſquam diligentiùs, ſeueriùsq; mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quàm apud Chaldæos. De his meminit *Cic. de diuinat.* Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici poſſet quicquid cuiq; euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet. Quamvis (eodem *Cic.* teſte) multos promiſſis ſuis fefellerint.

Gens Chaldæa. *Claud. in Ruf.* Babylonij. V. *ſuo loco*. Chaldęa arua, tellus, humus, &c.

CHALYBS.

Quoddam ferri genus, vulgò *Acciaio*, ad arma conficienda aptius, & fortius, repertum à populis quibuſdam in Ponto, qui Chalybes dicebantur. Eſt autem chalybs medulla interior ferri; cuius in Ilua inſula copia non mediocris, & apud Noricos; & alibi reperitur in terræ venis.

Æs erat in precio chalybis iam maſſa placebat. *Ouid. 11. met.* Metallum chalybum. *Virg. 1. Georg.* Atque atros chalybis fœtus humus horrida nutrit, *Sil. It. 1.* Stomoma, tis, Gręc. p. p. Nu-

cleus

blatamq; acri repetit certamine palmam. Gymnas,dis. Grecum pro certamine: Huic *Stat.* 4. *Theb.* ... & Herculea turpatus gymnade vultus Amnis adhuc, &c.

Certantibus animis, ideſt certatim.

Epith. Durum,acerbum,miſerabile,bellicum,acre, impium,animoſum,validum,atrox, &c.

CERVIX.

Poſterior colli pars: Iugulus autem anterior Collum, pars ſuperior à ceruice ad caput. Qua collo eſt confine caput. *Ouid.* 1. *met.* Ceruicula, diminut. Aurea cæſaries,demiſſaq; lactea ceruix. Prębenda eſt gladio pulchra hęc, & candida ceruix. *Iuuen.* V. *Collum.*

Epith. Lactea, eburnea, candida, nitens,ambroſia, blanda, aurea (propter crines flauos) pulchra, &c.

CERVSSA.

Terræ foſſilis ſpecies,vel quæ artificio (lege *Vitruuium*) ex plumbo fit, vulgò *Biacca*. Hac olim veteres fœminæ vtebantur ad addendum faciei læuorem; vndè nunc etiam vulgari ſermone dicitur *Bianchetto*, cuius ſpeciei eſt rubri coloris ſtibium ad addendum genis decus, quod plurimùm ex Hiſpania mittunt,vulgò *Belletto*.

Stibium. *Plin.* Alabaſtrum. *Idem.* Stimmi. *Galen.* officinis autem dicitur Antimonium,ſed à ceruſſa valdè diuerſum eſſe,certiſſimum eſt; cùm hoc ſit naturale,illa artificialis. Gynęcilium, dicitur à nonnullis, quod tingendis nigrore cilijs mulierum expetatur.

Pſimmithium,ceruſſa dicitur *Græcis*. Creta, figur. Craſſior in facie vetulæ ſtat creta Fabullæ. *Mart.* 8. 33. Quæ niueo depingunt vnguine vultum. Fucus. V. *ſuo loco.* Faciei incruſtamentum.

Creta Chia, & Selinuſia ad fucum pro fœminis faciendum eſt cęteris aptior. Purpuriſſum. V. *Fucus.* Cimolia terra; eadem cum creta. Nitri ſpuma rubentis. *Ouid. de medicam. faciei*; fortaſsè quod nunc *Roſſetto*, apud Hiſpanos vocitatur. Et Illyrica quæ venit iris humo. *Ibid.* terrę genus ad faciem emundandam, formamq; tuendam: è ceruſſa verò cocta fornacibus ſandaracha efficitur.

CERVVS.

Notum animal, qui cùm natura ſit timidus, tamen ferox eſt pro fœmina cerua tuenda;

Quam magna gerunt Grege pro toto bella iuuenci Si coniugio timuere ſuo: Poſcunt timidi prælia cerui. *Sen. in Hipp.* Cornigeri greges. *Idem in Oedip.* Ceruorum armenta. Celſus in cornua. Veloces iaculo ceruos, curſuq; fatigat. Trepidos agitare in pręlia ceruos. Viuacesq; magis ceruos decet eſſe pauentes. Non aliter celeres Hircana per auia cerui Diffugiunt ..... alia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cerui Puluerulenta fuga glomerant, monteſq; relinquunt. *Virg.* 4. *AEn.* Præcipitant volucres formidine cerui, &c.

Cerua: Hinnula. *Cat.* 22. *ep.* parua cerua,ſiue adhuc lactens. Hinnulus eſt mas filius ceruæ. Hinnuleus. *Hor.* 1. *od.* 23. Quæ fugit infeſtos territa cerua canes .... iaculoq; fugacem Sternit humi ceruam. Fixerit aeripedem ceruam, &c. Vtq; canis timidæ nactus veſtigia ceruæ. Huius

Epith. Agilis, timida,territa,celer, &c.

Epith. Leuis, viuax,imbellis,fugax,alipes,pauidus, corniger, annoſus, timidus, vagus; velocipes, variegatus, lata facie (ſeu potiùs) oblonga, maculoſus, flumina tranans alto capite, pingui tergo, & gracilis cruribus: cui minuta ceruix, & minima cauda, quadrifidæ nares, ſiue quadruplices ad reſpirationem canales. Cui imbecillum cor, & animus imbellis. *Oppian.*

Auſonius certè prę omnibus indifferenter longam tribuit viuacitatem annorum: ſic enim *Idyl.* 2. Quam nouies terni glomerantem ſecula tractus Vincunt aeripedes terterno Neſtore cerui. Sed hæc hyperbolica eſſe, vt de cęteris huiuſmodi, nempè de cornicibus, coruis, atque elephantibus narrantur, exiſtimo.

Cerua Herculis.

In Arcadia fuit, ac ſaltibus Parthenijs, quæ tam celer in curſu erat, vt aeripes diceretur, quamuis non deſint, qui fabulantur, illi ęreos pedes fuiſſe, ob curſum infatigabiles. Cornua habebat aurea, vndè Chryſoceros dicebatur; quam cùm Nymphæ venatrices, alijq; canes nequaquam aſſequi poſſent (alas enim etiam habere dicebatur) Hercules curſu comprehendit in Męnalo Arcadiæ monte.

Męnali pernix fera; Multo decorum præferens auro caput Deprenſa curſu eſt. *Sen. in Herc. fur.* Hic ego (Hercules loquitur) citatam greſſibus vici feram, Radiante clarum fronte geſtantem caput. *Idem in Herc. Oet.* Voſne manus validi preſſiſtis cornua tauri, Partheniumq; nemus, &c. nempè in quo erat aeripes cerua.

CESPES.

Eſt propriè terra cum herba auulſa; ſumitur autem pro tumulo herbaceo.

De ceſpite virgo Se leuat. *Ouid.* 2. *met.* Pabulum .... manuſq; Pabula decerpſi. *Idem* 13. *met.* Ego primus in illo Ceſpite conſedi. Tumulus, agger herbaceus. Herba, fig. contentum pro cont.

CESTVS, us.

Siue cęſtus Veneris cingulum, ſeu baltheum varius, & pulcherrimus, quem illa Cupidini dicitur eripuiſſe, quo Martem, (ſi cum illo eum tangere potuiſſet) ad amorem ſuum incenderet. Eodem vſa eſt Iuno. Hoc autem vtebantur ad honeſtanu-

nuptias, quem ceſtum tribuebant viri ſuis ſponſis; quemq; ſoluere ipſis tantùm licebat: vndè ceſtus quaſi matrimonij copula dicebatur, quodq; patrabatur adulterio inceſtus.

Nec vultu, nec crine prior ſoluiſſe iugalem Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres. *Stat.* 5. *Theb.* Quæ peſſima ceſton Vis probat. *Idem* 2. Nodus Acidalius. *Mart.* 6. 13. Baltheus cupidineus. Auxiliatrix zona. Stimulus œſtrifer. Iudex Veneris delectabile vinculum. *Nonnus*. Amoris conciliatricula zona. *Idem*. Vafrum cingulum. Amorum director ceſtus.

Epith. Vafer, fraudulentus, blandus, delectabilis.

CETE.

Dicitur omne marinum monſtrum, vt balęna piſtris, &c. quorum nonnulla ſcopuli videntur in mari: vndè Cetaria loca ſunt ſepta in mari, vbi maiores piſces concluduntur à piſcatoribus, qui ideò Cetarij dicuntur.

Montibus arduis ſimillima, quorum ſummis horret tergis ingens ſulcus ſpinæ: *Oppian.* Animoſa vis freti, Ponti: *ex eodem.* Horribilis torua monſtra freti. *Idem.* Miracula maris. Scopuloſaq; cete. *Stat.* 1. *Achill.* Immania cete. *Virg.* Inq; maris ſalias Glaucus vt alter aquas. *Ouid. in Ibin.* Monſtra marina. Robore ingenti prędita monſtra, viſu terribilia, & ſemper dira armata rabie. *Oppian.*

Tritonis ferratus canis. *Lycophr.* toruum monſtrum. Amphitrites pecora, ſiue armenta. *Nonn. Panopolit.*

CEYX, cis.

Vel Ceix, Luciferi filius, Dędalionis frater, qui cùm fratrem aquis ſubmerſum ſciuiſſet, ſollicitus ad Clarium oraculum conſulendum ire cùm vellet, diù ab Alcyone Æoli filia vxore fuit remoratus. Cùm verò Ceix illi promiſiſſet, ſe infra duos menſes reuerſurum, abire permiſſus eſt. Sed in Ægęo tempeſtate deprehenſus, naufragiũ fecit, amiſſaq; naui vnà cum ſocijs ſubmerſus perijt. Vxor autem cùm quotidie pro mariti ſalute Dijs omnibus, Iunoniq; in primis vota ſolueret, opera illius in ſomnis admonita eſt, maritum in mari perijſſe: Quare expergefacta ad littus, vndè maritus ſoluerat acceſſit: ac ſua dum quereretur infortunia, cadauer in mare longiùs adſpexit: quod cùm mariti eſſe cognouiſſet, in mare ſe præcipitem dedit, vt illi comes eſſet; quæ Deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa dicitur. Ipſe quoque Ceyx, ne ab vxore ſeiungeretur, in auem eiuſdem nominis abijt: quæ tempore brumæ nidificant, ac dum pullos excludunt, & educant, mare omni tempeſtate caret. V. *Alcyone*, ſiue *Halcyon*.

Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx Conſulat vt ſacras, &c. *Ouid.* 11. *met.* vbi fabula tota eſt. Hippotades gener. Alcyoneus vir, Alcyones coniux, ſidereus coniux: Neque enim minor ignis in ipſo eſt. *Ouid.* 11. *met.* à patre Lucifero. Luciferi filius: Sed tibi iuro per patrios ignes. *Ibid.* Trachinius Heros, Rex; vndè ait *Ouid.* Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis; nempè in qua Ceyx Trachiniæ Rex vehebatur.

Ceycis in ore Nulla niſi Alcyone eſt. *Ouid.* 11. *met.* Ceycis imago. Herculeam Trachina iube ſub imagine Regis Alcyonem adeant, ſimulacraq; naufraga fingant. *Ibidem.* Alcyonis aues meminit *Stat.* 9. *Theb.*

CHALCIS. V. *Euboea*.

CHALDÆA.

Maioris Aſiæ regio Arabiæ finitima; eadem ferè cum Babylonia, quæ pars Meſopotamiæ eſt, & Aſſyriæ: alij Chaldæam prouinciam appellant eamdem Babyloniam; in qua Babylon vrbs. Alij ſub nomine Chaldęæ volunt comprehendi Arabiam, Syriam, & ipſam Chaldæam, nempè Meſopotamiam, & Aſſyriam, de quibus V. *ſuis locis*. Chaldæa igitur finitur à ſept., Meſopotamia ab occaſu, Arabia deſerta à meridie eiuſdem Arabiæ parte, quæ ſinus Perſici receſſum attingit; ab oriente Suſiana: in hac

Vrbes primariæ.

Babylon. V. *ſuo loco.* Orcha; quæ in ſacris Vr Chaldæorum dicitur Abrahami patria: ab alijs Vrchoa dicitur. Borſippa ad paludes; & Teredon nobiliſſimus inter Tigris oſtia vicus. Hinc

Populi.

Chaldæi, de quibus ſic *Strabo lib.* 7. Conſtat nuſquam diligentiùs, ſeueriùsq; mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quàm apud Chaldæos. De his meminit *Cic. de diuinat.* Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici poſſet quicquid cuiq; euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet. Quamvis (eodem *Cic.* teſte) multos promiſſis ſuis fefellerint.

Gens Chaldæa. *Claud. in Ruf.* Babylonij. V. *ſuo loco.* Chaldęa arua, tellus, humus, &c.

CHALYBS.

Quoddam ferri genus, vulgò *Acciaio*, ad arma conficienda aptius, & fortius, repertum à populis quibuſdam in Ponto, qui Chalybes dicebantur. Eſt autem chalybs medulla interior ferri; cuius in Ilua inſula copia non mediocris, & apud Noricos; & alibi reperitur in terræ venis.

Æs erat in precio chalybis iam maſſa placebat. *Ouid.* 11. *met.* Metallum chalybum. *Virg.* 1. *Georg.* Atque atros chalybis fœtus humus horrida nutrit, *Sil. It.* 1. Stomoma, tis, Gręc. p.p. Nucleus.

blatamq; acri repetit certamine palmam. Gymnas,dis. Græcum pro certamine: Hinc *Stat.4. Theb.*... & Herculea turpatus gymnade vultus Amnis adhuc, &c.

Certantibus animis,ideſt certatim.

Epith. Durum,acerbum,miſerabile,bellicum,acre, impium,animoſum,validum,atrox, &c.

CERVIX.

Poſterior colli pars: Iugulus autem anterior Collum,pars ſuperior à ceruice ad caput. Qua collo eſt confine caput. *Ouid.1.met.* Ceruicula,diminut. Aurea cæſaries,demiſſaq; lactea ceruix. Præbenda eſt gladio pulchra hæc, & candida ceruix, *Iuuen.*V.*Collum*.

Epith. Lactea, eburnea, candida, nitens,ambroſia, blanda, aurea (propter crines flauos) pulchra, &c.

CERVSSA.

Terræ foſſilis ſpecies,vel quæ artificio (lege *Vitruuium*) ex plumbo fit, vulgò *Biacca*. Hac olim veteres fœminæ vtebantur ad addendum faciei læuorem; vndè nunc etiam vulgari ſermone dicitur *Bianchetto*, cuius ſpeciei eſt rubri coloris ſtibium ad addendum genis decus, quod plurimùm ex Hiſpania mittunt,vulgò *Belletto*.

Stibium. *Plin.* Alabaſtrum. *Idem.* Stimmi. *Galen.* officinis autem dicitur Antimonium,ſed à ceruſſa valdè diuerſum eſſe,certiſſimum eſt; cùm hoc ſit naturale,illa artificialis. Gynæcilium,dicitur à nonnullis, quod tingendis nigrore ciliis mulierum expetatur.

Pſimmithium,ceruſſa dicitur *Græcis*. Creta, figur. Craſſior in facie vetulæ ſtat creta Fabullæ. *Mart. 8.33.* Quæ niueo depingunt vnguine vultum. Fucus.V. *ſuo loco.* Faciei incruſtamentum.

Creta Chia, & Selinuſia ad fucum pro fœminis faciendum eſt cæteris aptior. Purpuriſſum. V. *Fucus*. Cimolia terra; eadem cum creta. Nitri ſpuma rubentis. *Ouid. de medicam. faciei*; fortaſsè quod nunc *Roſſetto*, apud Hiſpanos vocitatur. Et Illyrica quæ venit iris humo. *Ibid.* terræ genus ad faciem emundandam,formamq; tuendam: è ceruſſa verò coctâ fornacibus ſandaracha efficitur.

CERVVS.

Notum animal, qui cùm natura ſit timidus, tamen ferox eſt pro fœmina cerua tuenda.

Quam magna gerunt Grege pro toto bella iuuenci Si coniugio timuere ſuo: Poſcunt timidi prælia cerui. *Sen. in Hipp.* Cornigeri greges. *Idem in Oedip.* Ceruorum armenta. Celſus in cornua. Veloces iaculo ceruos, curſuq; fatigat. Trepidos agitare in prælia ceruos. Viuaceſq; magis ceruos decet eſſe patientes. Non aliter celeres Hircana per auia cerui Diffugiunt..... alia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cerui Puluerulenta fuga glomerant, monteſq; relinquunt. *Virg.4. Æn.* Præcipitant volucres formidine cerui, &c.

Cerua: Hinnula. *Cat.22.ep.* parua cerua,ſiue adhuc lactens. Hinnulus eſt mas filius ceruæ. Hinnuleus. *Hor.1. od.23.* Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.... iaculoq; fugacem Sternit humi ceruam. Fixerit aeripedem ceruam, &c. Vtq; canis timidæ nactus veſtigia ceruæ. Huius

Epith. Agilis, timida,territa,celer, &c.

Epith. Leuis, viuax,imbellis,fugax,alipes,pauidus, corniger, annoſus, timidus, vagus,velocipes,variegatus, lata facie (ſeu potiùs) oblonga, maculoſus, flumina tranans alto capite, pingui tergo, & gracilis cruribus:cui minuta ceruix,& minima cauda,quadrifidæ nares, ſiue quadruplices ad reſpirationem canales. Cui imbecillum cor,& animus imbellis. *Oppian.*

Auſonius certè præ omnibus indifferenter longam tribuit viuacitatem annorum: ſic enim *Idyl. 2.* Quam nouies terni glomerantem ſecula tractus Vincunt aeripedes ternò Neſtore cerui. Sed hæc hyperbolica eſſe, vt de cæteris huiuſmodi, nempè de cornicibus,coruis, atque elephantibus narrantur, exiſtimo.

Cerua Herculis.

In Arcadia fuit, ac ſaltibus Parthenijs, quæ tam celer in curſu erat, vt aeripes diceretur, quam vis non deſint,qui fabulantur,illi æreos pedes fuiſſe, ob curſum infatigabiles. Cornua habebat aurea, vndè Chryſoceros dicebatur; quam cùm Nymphæ venatrices,aliiq; canes nequaquam aſſequi poſſent (alas enim etiam habere dicebatur) Hercules curſu comprehendit in Mænalo Arcadiæ monte.

Mænali peruix fera; Multo decorum præferens auro caput Depenſa curſu eſt. *Sen. in Herc. fur.* Hic ego (Hercules loquitur) citatam greſſibus vici feram, Radiante clarum fronte geſtantem caput. *Idem in Herc. Oet.* Voſne manus validi preſſiſtis cornua tauri,Partheniumq; nemus, &c. nempè in quo erat aeripes cerua.

CESPES.

Eſt propriè terra cum herba auulſa; ſumitur autem pro tumulo herbaceo.

De ceſpite virgo Se leuat. *Ouid. 2. met.* Pabulum .... manuſq; Pabula decerpſi. *Idem 13. met.* Ego primus in illo Ceſpite conſedi. Tumulus, agger herbaceus. Herba, fig. contentum pro cont.

CESTVS, us.

Siue ceſtus Veneris cingulum,ſeu baltheum varius, & pulcherrimus, quem illa Cupidini dicitur eripuiſſe,quo Martem,(ſi cum illo eum tangere potuiſſet) ad amorem ſuum incenderet. Eodem vſa eſt Iuno. Hoc autem vtebantur ad honeſtas

Digitized by Google

nuptias, quem ceſtum tribuebant viri ſuis ſponſis; quemq; ſoluere ipſis tantùm licebat:vndè ceſtus quaſi matrimonij copula dicebatur, quodq; patrabatur adulterio inceſtus.

Nec vultu,nec crine prior ſoluiſſe iugalem Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres. *Stat. 5. Theb.* Quæ peſſima ceſton Vis probat. *Idem 2.* Nodus Acidalius. *Mart. 6. 13.* Baltheus cupidineus. Auxiliatrix zona. Stimulus œſtrifer. Iudex Veneris delectabile vinculum. *Nonnus.* Amoris conciliatricula zona. *Idem.* Vafrum cingulum. Amorum director ceſtus.

Epith. Vafer,fraudulentus,blandus,delectabilis.

CETE.

Dicitur omne marinum monſtrum, vt balęna piſtris, &c. quorum nonnulla ſcopuli videntur in mari: vndè Cetaria loca ſunt ſepta in mari, vbi maiores piſces concluduntur à piſcatoribus, qui ideò Cetarij dicuntur.

Montibus arduis ſimillima, quorum ſummis horret tergis ingens ſulcus ſpinæ: *Oppian.* Animoſa vis freti,Ponti: *ex eodem.* Horribilis torua monſtra freti. *Idem.* Miracula maris. Scopuloſaq; cete. *Stat. 1. Achill.* Immania cete. *Virg.* Inq; maris ſalias Glaucus vt alter aquas. *Ouid. in Ibin.* Monſtra marina. Robore ingenti prędita monſtra,viſu terribilia,& ſemper dira armata rabie. *Oppian.*

Tritonis ferratus canis. *Lycophr.* tortuum monſtrum. Amphitrites pecora,ſiue armenta. *Nonn. Panopolit.*

CEYX, cis.

Vel Ceix,Luciferi filius, Dędalionis frater,qui cùm fratrem aquis ſubmerſum ſciuiſſet, ſollicitus ad Clarium oraculum conſulendum ire cùm vellet, diù ab Alcyone Æoli filia vxore fuit remoratus. Cùm verò Ceix illi promiſiſſet, ſe infra duos menſes reuerſurum, abire permiſſus eſt. Sed in Ægęo tempeſtate deprehenſus,naufragiū fecit, amiſſaq; naui vnà cum ſocijs ſubmerſus perijt. Vxor autem cùm quotidie pro mariti ſalute Dijs omnibus,Iunoniq; in primis vota ſolueret,opera illius in ſomnis admonita eſt, maritum in mari perijſſe: Quare expergefacta ad littus, vndè maritus ſoluerat acceſſit: ac ſua dum quereretur infortunia, cadauer in mare longiùs adſpexit: quod cùm mariti eſſe cognouiſſet, in mare ſe præcipitem dedit,vt illi comes eſſet;quæ Deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa dicitur. Ipſe quoque Ceyx, ne ab vxore ſeiungeretur, in auem eiuſdem nominis abijt: quæ tempore brumæ nidificant, ac dum pullos excludunt,& educant,mare omni tempeſtate caret. V. *Alcyone*, ſiue *Halcyon*.

Anxia prodigijs turbatus pectora Ceyx Conſulat vt ſacras,&c. *Ouid. 11. met.* vbi fabula tota eſt. Hippotades gener. Alcyoneus vir, Alcyones coniux, ſidereus coniux: Neque enim minor ignis in ipſo eſt. *Ouid. 11. met.* à patre Lucifero. Luciferi filius: Sed tibi iuro per patrios ignes. *Ibid.* Trachinius Heros, Rex; vndè ait *Ouid.* Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis; nempè in qua Ceyx Trachiniæ Rex vehebatur.

Ceycis in ore Nulla niſi Alcyone eſt. *Ouid. 11. met.* Ceycis imago. Herculeam Trachina iube ſub imagine Regis Alcyonem adeant, ſimulacraq; naufraga fingant. *Ibidem.* Alcyonis aues meminit *Stat. 9. Theb.*

CHALCIS. V. *Eubœa*.

CHALDÆA.

Maioris Aſiæ regio Arabiæ finitima; eadem ferè cum Babylonia, quæ pars Meſopotamiæ eſt, & Aſſyriæ: alij Chaldæam prouinciam appellant eamdem Babyloniam;in qua Babylon vrbs. Alij ſub nomine Chaldęæ volunt comprehendi Arabiam,Syriam,& ipſam Chaldæam,nempè Meſopotamiam, & Aſſyriam, de quibus V. *ſuis locis*. Chaldæa igitur finitur à ſept., Meſopotamia ab occaſu, Arabia deſerta à meridie eiuſdem Arabiæ parte, quæ ſinus Perſici receſſum attingit; ab oriente Suſiana: in hac

Vrbes primariæ.

Babylon. V. *ſuo loco.* Orcha;quæ in ſacris Vr Chaldæorum dicitur Abrahami patria: ab alijs Vrchoa dicitur. Borſippa ad paludes; & Teredon nobiliſſimus inter Tigris oſtia vicus. Hinc

Populi.

Chaldæi, de quibus ſic *Strabo lib. 7.* Conſtat nuſquam diligentiùs, ſeueriùſq; mathematica ſtudia exculta fuiſſe,quàm apud Chaldæos. De his meminit *Cic. de diuinat.* Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſeruatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici poſſet quicquid cuiq; euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet. Quamvis (eodem *Cic.* teſte) multos promiſſis ſuis fefellerint.

Gens Chaldæa. *Claud. in Ruf.* Babylonij. V. *ſuo loco.* Chaldęa arua,tellus,humus,&c.

CHALYBS.

Quoddam ferri genus, vulgò *Acciaio*, ad arma conficienda aptius,& fortius, repertum à populis quibuſdam in Ponto, qui Chalybes dicebantur. Eſt autem chalybs medulla interior ferri; cuius in Ilua inſula copia non mediocris, & apud Noricos;& alibi reperitur in terræ venis.

Æs erat in precio chalybis iam maſſa placebat. *Ouid. 11. met.* Metallum chalybum. *Virg. 1. Georg.* Atque atros chalybis fœtus humus horrida nutrit. *Sil. It. 1.* Stomoma,tis,Grę.p.p. Nucleus.

Digitized by Google

cleus ferri. *Plin.* Vis, medulla ferri,&c. Acies ferri. *Idem.*

Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo. *Virg.* Vulnificusq; chalybs vaſta fornace liqueſcit. Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis. *Virg. lib.* 10. *AEn.* V. *Ilua.* Gleba Norica: Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis, Qua nihil vberius Norica gleba tulit. *Rutil.* 1. *itin.* Cur non potiùs Norica maſſa?

Stridentq; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat: Stricturæ, vt vult *Seruius*, ſunt chalybum maſſæ: at alij dicunt ſcintillas eſſe è candente ferro emicantes, teſte *Nonnio*; cum maſſa candens malleis cuditur; ita dictæ, quòd ſtrictiùs emittantur, vel quòd oculos fulgore præſtringant: *ex Virg. & Seruio.* V. *Ferrum.*

Chalybes verò populi, Alizones quoque vocantur ab *Homero*, vt ſentit *Strab.* 12.

CHAOS.

Confuſio, atque congeries rerum omnium, & informis materia, ex qua extitiſſe omnia fabulantur poetæ, cuius deſcriptio luculentiſſimè ab *Ouid.* 1. *met.* exhibetur, quam non referimus, ne in longius ſemper protrahamur.

Atrum rebus inducit chaos. *Sen. in Agam.* Poſſidet alter aquas, alter inane chaos. *Ouid.* 4. *faſt.* Inane, pro ipſo chaos. Maſſa. *Idem* 1. *met.* Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos. *Ibidem.* Rudis, indigeſtaq; moles. *Ibidem.* Pondus iners, congeſtaq; eodem Non benè iunctarum diſcordia ſemina rerum. *Ibidem.* In quò omnia mixta ferebantur, & temerè errabant.

Primigenæ voraginis tenebroſis vincta catenis. Antiquum repetens iterum chaos omnia mixtis Sidera ſideribus concurrent: ignea Pontum Aſtra petent, tellus extendere littora nolet. *Lucan.* 1. *Pharſ.* vbi perſequitur deſcriptionem chaos.

Cæcus aceruus: Quæ poſtquam euoluit, cęcoq; exemit aceruo. *Ouid.* 1. *met.* Moles naturæ prioris. *Idem* 4. *de Pont.* 8. Permixta chaos rerum primordia. *Manil.* 1. *Aſtronom.* Indiuidua principia. *Idem*: quod etiam ad atomos referri poteſt. V. *Atomos.* Cæca materies. *Ibid.* Caligo fugit in infernas tenebras. *Ibidem.* Naturę rudis vultus. Confuſa ſine ordine moles.

O chaos infernum, ô ferrugine operta vorago. Cæcum meus timet ægra chaos.

Sumitur pro Inferno, & morte. V. *ſuis locis.*

Epith. Triſte, inane, atrum, informe, tetrum, nigrum, vmbroſum, omnigenum, cæcum, vetus, horrificum.

CHARISTIA.

Feſta erant apud veteres cognatorum, & propinquorum, in quibus ſacra faciebant amicis defunctis: vndè *Ouid.* 2. *faſt.* Proxima cognati dixere Chariſtia chari, Et venit ad ſocios turba propinqua Deos. Hæc autem ſacra celebrabantur 11. Kal. Martij, vbi munera ſibi inuicem mittebantur.

Hinc *Mart.* 9. *epig.* 55. Chara daret ſolemne tibi cognatio munus, Nec frater vobis, nec prior eſſet auus: & *Idem epig.* 56. Luce propinquorum qua plurima mittitur ales, Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro. Succurrit nobis ingens, &c. Huic autem ſimile erat feſtum, quod Matronalia nuncupabant, Kalend. Martijs celebratum, in quo die fœminis mittebantur munera ab affinibus, conſanguineis, amiciſq;. V. *Martius, & Februarius.*

Feſta propinquorum. Agnatorum ſolemnia ſacra. Sacra charorum. Cognata munera. Cognatorum ſacra, &c. V. *Feſta Gentilium.*

CHARITAS.

Agape; Gręcum nomen. *Maſcul.* 1. *od.* 7. Pium officium. *Ouid. lib.* 6. *met.* Pia cauſſa. *Ibid.* Amor. V. *ſuo loco, vbi multa.*

CHARITES.

Gratiæ Latina voce nuncupatæ, beneficiorum Deæ, quæ tres potiſſimùm dicuntur eſſe, Aglaie, vel Paſithea; Thalia, & Euphroſine; Iouis, & Eurynomes, ſiue Eunomies filiæ; Veneris, Liberiq; patris comites, ſiue filiæ. Qui numerus ob exhibenda, accipienda, & referenda beneficia inuentus eſſe putatur: ab Elæis Gratiæ ſic depictæ fuerunt, vt vna roſam, altera talos, tertia myrti ramum manu præferret; à noſtris verò ita pictæ conſpiciuntur, vt vna earum auerſam habeat faciem, quaſi à nobis profecta, duæ verò nos aſpiciant, vt duplex à nobis beneficium repetendū eſſe oſtendant; necnon nudæ pinguntur, nempè quòd ſine fuco beneficia facienda: ſimulq; connexæ, quòd amicitia beneficijs debeat alligari, & connecti.

Eteoclęæ fuerunt Charites appellatæ à quodam Eteocle Cephiſi filio, qui primus illis, teſte *Heſiodo*, ſacra fecerit: qui tamen Eteocles Andrei, & Enippæ ex Leuconoe genitę filius dicitur à *Pauſania*; vndè fabula efficta, Eteoclis filias Charites appellatas, & ad æmulationem Dearum ſaltantes in puteum extra choream euolutas, delapſas fuiſſe: ſed Telluris miſeratione in quaſdam plantas virides conuerſas, quæ iucundæ ſint hominibus. Sed ad rem noſtram.

Gratiæ: Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes. *Horat.* 1. *od.* 4. Numina grata Deę Cyprię: nempè quòd illam comitentur. Nudaq; amabilibus Gratia miſta iocis. *Bemb.* Veneris chorus. *Pont.* Ioci; ſumuntur etiam pro Gratijs, ſiue quòd illa quoque hi comitentur: Siue tu mauis Erycina ridens, Quam Iocus circumuolat, & Cupido. *Hor.* 1. *od.* 2.

Eurynomes natæ, filiæ, genitæ, ſatæ, &c. Orchomoniæ

niæ ſorores; quòd apud Orchomenum Bœotiæ oppidum colerentur. Pulcrigenæ ſorores, Deæ. *Heſiod.* Blandæ ſorores. *Stat.*

Nomina earum varia: nam apud Lacedemonios Clyta, vel Clyto, Phaena, & Euphroſine: apud Athenienſes Auxo, Ægemona, & Thalia: apud *Heſiodum* verò Euphroſine, Aglaia, Thalia; ex quibus vnam *Homer.* Paſitheam appellat, quem ſequitur *Statius:* Non hoc Paſithee blandarum prima ſororum.

De his Gratijs pulcrum extat epigramma in Columnenſium ædibus Romæ; in quo circa finem hæc.

Iupiter eſt genitor peperit de ſemine cęli
Eunomia, & Veneris turba miniſtra fuit.
Indè alitur nudus placida ſub matre Cupido,
Indè voluptates, indè alimenta Dei.

De his etiam hæc *Mantuanus:*

..... properate ſorores
Gratiæ ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro
Lętitiam prę te ore ferens, tecumq; Thalia
Cincta ſacrũ viridi ſtrophio caput Euphroſineq́;
Lęta genas, lęta os roſeum, vaga lumina lęta.

Veneris comites. Trijuges ſorores Acidaliæ. Iouis ſuaues filiæ triplici iugatæ nexu. Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum, Par tribus eſt ætas, &c.

Epith. Blandæ, lętæ, ſuaues, venuſtę, decentes, tergeminæ, ridentes, pulchræ, &c.

CHARON.

Nauta inferorum per Stygiam, & Acherontem animas (vt fabulabantur veteres) transuehens; ſic per antiphraſin dictus, quaſi Acharon, hoc eſt triſtis, vel auſterus. Inter infernos Deos recenſebatur à priſcis; cuius erat animas, obolo priùs accepto, vel ſtipe aliqua, vel lupino (teſte *Luciano*) pro naulo in vlteriorem fluminis ripam transuehere poſt 100. annos. At cũ Hercules ad inferos deſcendit, Charon exterritus, eũ ſtatim ſuſcepit, non expectato tempore, vt moris erat: ob quam rem anno integro in compedibus fuit, ideòq; ipſe (vt eſt apud *Virg. 6. AEn.*) cum Ænea conqueſtus fuit: Nec verò Alciden me ſum lętatus euntem Accepiſſe lacu, &c.

Portitor orci. *Virg. vt ſup.* Omnes expectat auarus Portitor, & turbæ, &c. *Ouid. ad Liu.* Neq; enim ante leues niger auehit vmbras Portitor. *Val. Flacc.* 1. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento, &c. deſcribitur à *Virg. 6. AEn.* meminit *Prop. 4. eleg. 11. & Stat. lib: 4. Theb.* Hunc ſeruat amnem cultu, & aſpectu horridus, Pauidoſq́; manes ſqualidus geſtat ſenex: Impexa pendet barba, deformem ſinum Nodus coercet, concauæ lucent genæ; Regit ipſe conto portitor longo ratem: deſcript. *Sen. in Herc. fur. v. 764.* Inpexoſq́; ſenex velauit arundine crines Portitor, &c.

Nauita triſtis. *Virg. 6. AEn.* Nauita Tartareæ paludis. *Petrarch.* Stygiæ nauita puppis aquæ. *Tib. 1. eleg. 11.* Quiq; capaci turbida cymba Flumina ſeruat durus ſenior Nauita crudus vix aſſiduo Brachia conto laſſata refert Feſſus turbam vectare nouam. *Sen. in Oed. v. anapęſt.* Fugit abducta Nauita cymba. *Id. in Herc. Oet.*

Ater ſatelles Orci. *Hor. 2. od. 18.* Stygius ſenex. *Pont.* Sulcator vmbriferæ vndæ. *Stat. 8. Theb.* Ratis Phlegetontis atri. *Sen. in Agam.* fig. continens pro cont. Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.

Ianitor Lethęus: Cur ſeruet Pharias Lethęus ianitor aras. *Stat. ſilu. 3.* de Charonte intelligit, & repręſentatione inferorum. Sed V. *Iſis.* in qua nonnihil lucis habebis.

Remex: Iam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex Cernat, & infernæ triſtia vela ratis. *Prop. 2. eleg. 19.* Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate. *Idem 3. eleg. 3* Scandenda eſt torui publica cymba ſenis. *Idem 3. 16.* Nudus Lethæa cogerer ire rate. *Tib. 3. eleg. 3.* Vno tot populi remige tranſeunt. *Sen. in Herc. fur.* Tunc ego te optata vetitam tranſmittere Lethem Puppe dabo, &c. *Stat. 4. Theb.* loquitur ipſe Charon.

Epith. Squallidus, pallidus, ſenex, Stygius, ater, teter, horrendus, auarus.

CHARACTER.

Signum: forma: figura. Nota, & notæ. Tractus: incertus tractus litteræ. *Prop. 4. 3.* Aut ſi qua incerto fallet te littera tractu Signa meæ dextræ iam morientis erunt. V. *Littera.*

CHARTA.

Cuius genera varia.

Charta auguſta. *Plin.* nimia tenuitate epiſtolis dicata, ab Auguſto nomen ſortita. Charta Claudiana. *Idem:* & Regia, imperialis, & Macrocolum. *Plin.* à ſtatura cubitalis magnitudine. Charta virgo. *Mart.* ex qua nullum (ſic interpretantur) eſt tranſcriptum exemplar, quaſi tunc pepererit charta, vbi ex ea deſumptum ſit exemplum iam vulgatum. At ipſe interpretarer ſic appellari, quod in ea nullum ſit tranſcriptum exemplar; quæ etiam: Charta pura. *Vlpian.* nempè non deſcripta.

Charta bibula. *Plin.* tranſmittens litteras. Charta emporetica, vel emporeutica: ſcripturæ quidem inepta, quæ ſegeſtrium vice mercibus inuolucra præbet. Segeſtria. *Plin.* inuolucra quævis mercium, quibus inuoluuntur, & teguntur. Cuculus. *Mart.* inuolucrum chartaceum, quo inſtitores, & propolæ pulueres condunt, *Cartoccio.*

Charta Pergamena, nempè membrana; apud Per-

Digitized by Google

gatanum Aſiæ vrbem celeberrimam eius vſu inuento: Charta ouina, ſiue hœdina dici poteſt, quòd ex ouium, hœdorumq; pellibus fiat.

Papyrus. V. *ſuo loco*. Volumen papyraceum, *Quaderno*. Folium: pagina: pagella, à pangendis verſibus, vel quòd in modum pagorum ſuam queque in libris regionē obtinebat, & eſt alterutra folij pars. Membrana papyri, nempè chartæ folium. Philyra. *Plin.* ſiue Philura. *Marlianus*. Scheda. *Cic. & Mart. 4. ep. 91.* eſt pars inferior paginæ.

Tomus. V. *Liber*. *Mart.* Chartæ ſegmentum, aut libri conciſi fragmentum: vſus tamen obtinuit, vt pro parte aliqua magni tractatus, qui cum vno nequeat aſſui libro, ob voluminis craſſitudinem, in alijs diuiditur tomis, vſurpetur.

Cera, & ceræ: olim dicebantur pro folijs; nam in tabulis ceratis olim ſtylo ſcribebant; quæ cerites tabulæ, licèt alio ſenſu vſurpet *Horat.* qui ceritem ceram vocat tabulas cenſorias, in quas eorum nomina referebantur, qui ignominia notati erant, & indigni ſuffragio. V. *Cenſura*. Vndè ceram extremam codicis dixit *Cicero* pro folio extremo: & primas, & ſecundas ceras teſtamenti, dixit *Suet. & Mart.* V. *Teſtamentum*.

Scriptum, fig. contentum pro continen. V. *ſuo loco*. Quæ prima quoque pagina peracta eſt: v. phaleuc. *Mart. 4. epig. 91.*

Aduerte ante chartarum vſum in palmarum folijs primò ſcriptitatum fuiſſe: quod de Sibylla teſtatus eſt *Varro*, *& Virg.* & nunc etiam apud Altempſianos codex palmarum folijs, ſiue alterius ſit arboris inſcriptus, videtur; Deindè in quarundam arborum libris, ſiue corticibus, vt nunc apud Sinas, Indosq; in more eſt; poſtea plumbeis voluminibus, & ceris; tum membranis: poſtremò noua chartæ conficiendæ methodo reperta fruſtis linteorum maceratis aqua, anſa datur non tam multa ſcribendi, quàm typis edendi. V. *Liber*.

CHARVS.

Charior: chariſſimus. Gratus: gratior. Iucundus: iucundior. Ocellus, metaph. de re chariſſima: Peninſularum Sirmio, inſularumq; ocelle. *Catull. 32. lyr.* Oculus vitæ meæ: pro re chariſſima, veluti filius. *Eurip. in Andromach.* Lege *Petrum Victorium Florentinum eruditiſſimum virum Lib. 9. cap. 9. Variarum lect.* Quem plus illa oculis ſuis amabat. *Catul. 3. lyr.* Oculiſſimus, apud *Plautum* pro chariſſimo vſurpatum. Ni te plus oculis meis amarem. *Idem.* Ambobus mihi quę clarior eſt oculis: ſcribitur etiam carus abſq; aſpiratione.

CHARYBDIS.

Vorago eſt in freto Siculo, propè tamen Italiam, naues ad ſe trahens, atque abſorbens: cuius hanc fabulam confingunt. Cùm Charybdis vetula furaciſſima Herculi boues furata eſſet, ab illo in fretum proiecta, ſiue à Ioue fulminis ictu percuſſa, & in mare demerſa, in monſtrum marinum conuerſa fuit, quod adhuc priſtinam retinet rapiendi naturam: nam illac tranſeuntes naues ad ſe rapit, denotat, ac reuomit: vndè *Sen. in Thyeſt.* Quod rapax hauſit, reuomit Charybdis. Hęc verò tantum à Scylla (de qua V. *ſuo loco*) diſtat, quantum eſt ſagittæ iactus; & in die ſub caprifico deliteſcens ter aquas abſorbet, terq; indè reuomit, vndè euaſit Vlyſſes, vt canit *Homerus*. Reuera tamen ſcopulus eſt inferior ſub caprifico, vulgò nunc *Garofalo*.

Ratibus inimica Charybdis. *Ouid. 7. met.* Nunc totus Charybdis fluctuet. *Stat. 5. ſilu.* Charybdis rabies. Sonantes ſcopuli. *Virg. 1. AEn.* ob ſonitum, quem abſorpta reddit vnda; vndè ab *eodem 3. AEn.* Reſonantia ſaxa, dicuntur.

Quæq; vomit totidem fluctus, totidemq; reſorbet. *Ouid. epiſt. 12.* Charybdis aquæ: *ex Prop. 3. eleg. 10.* Scyllaq; & alternas ſciſſa Charybdis aquas. . . : . . læuum irrequieta Charybdis Infeſtat; vorat hæc raptas, reuomitq; carinas. *Ouid. 13. met.*

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus, ruſuſq; ſub auras Erigit alternos, & ſidera verberat vnda: deſcript. Curua trucem potius ſulcet mea cymba Charybdim.

Epith. Dira, ſæua, rapida, auida, rapax, trux, metuenda, oblatrans, irrequieta, Sicula, implacata, ratibus inimica, Auſtro agitata Charybdis, &c.

CHELYS.

Ita nuncupata cithara, quòd è teſtudine, quę aquatica Chelydrus dicitur, vel Chelone, fuerit à Mercurio confecta, niſi dicamus Chelys dicta tanquam Achelis, ideſt ſine chelis.

Eijcit extremo Chelyn, & ſolantia curas Fila mouet. *Stat. 1. Achill.* Curarum dulce leuamen, lenimen, &c. Placido tangit quæ pectora motu. Quæ curas animi non ſinit eſſe graues. Hæc canit aurato pectine eburna chelys. Et chelyn incuruam, atque incuruam ſuſtinet harpen. *Ouid.* Dignum promit chely multiſona ſonum. Ille vbi prima chelys diſtendit fila ſonoræ. Flectitur ad feſtas tandem chely aurea laudes. Doctam ſollicitare chelyn. Pulſabatq; cauam dextera docta chelyn. Mulcet Apollinea ſidera celſa chely. V. *Cithara*. Teſtudo.

Epith. Dulcis, ſuauis, dulciſona, ſonora, canora, eburna, incurua, Pieria, illuſtris, Orphęia, arguta, Phœbęia.

CHER-

Digitized by Google

CHERRONESVS.

Terræ tractus eſt in inſulæ modum mari præcinctus, vno tantùm, eoq; anguſto ſpatio continenti adiunctus: Latini peninſulam vocant. Quinque autem inſigniores commemorantur Cherroneſi, quarum celeberrima eſt, quæ adhæret Achaiæ.

Peloponneſus. V. *ſuo loco*. Secunda, quæ à vicino continente Thracia dicitur, cuius iſthmus ab occaſu Melanc ſinu, ab ortu Propontide alluitur. Tertia Cymbrica Cherroneſus, quæ Dania, & vulgò *Danimarca* dicitur. Taurica Cherroneſus quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotidem palludem ſita, à Tauris Scythiæ Europeæ populis ſic dicta. Aurea Cherroneſus dicitur quinta à *Ptolem.* in India ſita ſupra Gangem.

Addi poteſt etiam ſuperioribus Cherroneſus Mexicana in America noua orbis parte, quam ſi Pontus Pacificus diuideret, Peruanam, & Braſiliam prouincias vaſtiſſimas inſulas redderet ob fauces Megellanicas, quibus ab Auſtrali terra nondum cognita ſeparantur.

Pars vndiq; cincta mari, ſi ſeparet iſthmon, &c.

CHIMÆRA.

Mons Lyciæ carminibus poetarum notiſſimus, à quibus tamen fingitur fera pedes habens ſerpentinos, capræ ventrem, caput leonis flammas vomens; eò quòd ad montis huius radices ſint ſerpentes, in medio capræ, in vertice leones. Quem montem cùm expurgaſſet Bellerophon, feciſſetq; habitabilem, commenti ſunt poetæ monſtrum huiuſmodi ab illo virtute Pegaſi, nempè ingenij ſui acumine ſuperatum. V. *Bellerophon*. Huius autem montis flamma (teſte *Gnidio Cteſia* apud *Plin*) affuſa aqua excitatur, fœno autem, aut terra extinguitur. Eſt autem Chimæra Tauri montis iugum tribus generibus animalium habitabile: quod deſcribit *Lucret.* Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.

Flammis armata Chimæra. *Virg.* Spiritus Chimæræ. *Horat.* 2. *od.* 17. Me nec Chimæræ ſpiritus igneæ Diuellet vmquam, &c. Quodq; Chimæra iugum medijs in partibus ignem, Pectus, & ora leæ, caudam ſerpentis habebat. *Ouid.* 9. *met.* Cecidit tremendæ flamma Chimæræ. *Hor.* 4. 2. Habeo mediæ dona Chimæræ. *Sen.* vbi Medea loquitur, & ignem intelligit, quæ ex media erumpit Chimæra. Ardentem ſæua Chimæram Monſtra tenet. Flammas ore Chimæra vomit Per medias acies, rabidæq; per ora Chimæræ.

Epith. Triformis, ignea, furens, Lycia, flammiuoma, tremenda, &c. V. *Lycia*.

Eſt etiam Chimæra terminus apud Dialecticos, quo obſcurum, & adynaton quid innuunt.

Larua mentis. *Maſcul.* 1. *od.* 12. Inanis imago mentis. *Ibidem od.* 14. Spectrum mentis informe. Labor Chimæræ. *Idem.* Informe ſpectrum fertilis ingenij. *Idem.*

CHIONE.

Filia fuit Dædalionis, cuius nuptias cùm ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurenſi nupſit. Redeuntibus autē quondam Mercurio à Cyllene monte, & à Delphis Phœbo, ab vtriſque conſpecta, ſummoperè placuit. Quamobrem eam vterque de concubitu interpellauit. Verùm cùm Apollo in noctem illam diſtuliſſet, Mercurius moræ impatiens, eam caduceo tactam altiſſimo ſopore oppreſſit, dormientemq; compreſſit. Sub noctem Phœbus anili forma accepta, ad eam ingreſſus, voti ſui quoque compos factus eſt. Ex vtroque itaque grauida Chione, Mercurio Autolycum, Apollini verò Philāmonem peperit; qui carmine, & lyra plurimum valuit. Poſtea in ſuperbiam elata, quòd Dijs placuiſſet, Dianam contemnens, ab ea ſagitta fuit interempta. Lege *Ouid.* 11. *met.* fabulam narrantem.

Dædalione ſata: Autolyci parens, genitrix, mater, &c. Philammonis parens.

CHIOS.

Inſula nomen habet vel à niue, vel à Nympha Chione. Dicta fuit antea (vt *Ephorus* tradidit) Æthalia. Inter Samum, & Leſbum ſita eſt è regione Erythrarum, ambitus eius centum, atque amplius milliarium. Vino autem, quod Chium dicitur, celeberrima eſt regio, vtpotè in qua racemi aliquando pependerint libras ſex, vt *Strabo* refert. Habet etiam ficus gratiſſimi ſaporis, & maſtichen, nempè gummi ex lentiſci arboribus diſtillans, quo adeò abundat, vt illud ferè ſola innumeris alijs regionibus ſubminiſtret. Vndè à Turcis inſula ipſa *Sachiz* eorum lingua dicitur, hoc eſt, Maſtiche. Habet & marmor varium, quod Romæ in delicijs fuit; vndè *Stat. lib.* 2 *ſilu.* meminit.... hic Nomadum lucent flauentia ſaxa, Taroſq; & Chios, & gaudens fluctus ſpectare Caryſtos. Olim verò frugum adeò ferax, atque abundans fuit, vt horreum Populi Rom. dici meruerit: ſed hoc hyperbolicòs dictum aſſererem: tantulum enim ſpatij terrenorum, haud Vrbis magnitudini, & multitudini præbere frumenta potuiſſet. Perdicibus etiam abundat maximo numero, quæ cicures in agros ad paſtum excurrunt, redeuntq;. Primaria eſt vrbs Chia, vel Chio, vulgò *Scio*, portum habens, & ſtationem peropportunam Iuſtinianæ familiæ quondam regia, quæ in tota dominabatur inſula, quæ nunc à Turcis poſſeſſa, & oppreſſa, diuiditur in ſuperiorem, quæ Apanometea dicitur, & montoſa eſt, oppidiſq; frequentior; & in inferiorem, quæ Catomerea dicitur, vbi lentiſcus frequens in collibus.

Digitized by Google

Chione, à nomine Nymphæ, de qua V. *paulò ſuperiùs*. Macris, Pityuſa, olim dicta inſ. Chia tellus. *Ouid. lib. 3. met.* Chiæ telluris oræ. *Ibidem*. Forte petens Delon Chiæ telluris ad oras Applicor, & dextris adducor littora remis. Aduerte autem Chios primitiuum primam corripere, quæ in deriuatiuis producitur apud Poetas.

Poſidium, inſ. promontorium. Phanæum, item promontorium aliud; Phanæus. *Virg. 2. Georg.* Pelleneus, mons inſ.

Aruiſium, promontorium celebre, à quo vina Aruiſia dicuntur, vulgò *Maluagia*. Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. *Virg. eclog. 5.* Aruiſia littora, ſaxa, &c.

CHIRON.

Filius Saturni ex Philyra, vel Phillyra Oceani filia, cum qua in equum conuerſus concubuit, Chironemq; centaurum ſuſtulit, propter quod geminus dictus fuit: nam ex anteriore parte homo, ex poſteriore videbatur equus. *Suidas* tamen Ixionis filium fuiſſe Chironem tradit. Centaurorum ſi quidem aliorum iuſtiſſimus fuit, qui vxorem habuit nomine Chariclon. Huic in monte Pelio habitanti Achilles à Thetide traditus fuit educandus, quem ipſe non tantùm cithara perfecit, ſed etiam armis, vt infra in ſynonymis. Medicinam herbariam primus docuit, vndè & ab illo creditur eruditus Æſculapius, qui incertis parentibus natus, vt ait *Lactantius Firmianus*, expoſitusq; à venatoribus inuentus, & canino lacte nutritus fuerat; tum Chironi traditus medicinam didicit, in qua quidem excelluit, vt *ſup. in AEſculapio*. Dicunt deindè inter aſtra fuiſſe tranſlatum, illumq; eſſe Sagittarij ſignum, ſed alia ex cauſſa. V. *Sagittarius*.

Siqua ſalutifero gemini Chironis in antro Herba, &c. *Stat. 1. ſilu. 4.* Toruus Achillis magiſter ..... quid enim cunabula paruo Pelion, & torui commiſimus antra magiſtri. *Idem 1. Achill.* Phillyrides. *Ouid. 1. de art.* à matre. Phillyrius heros. *Idem 2. met.* Semiuir arcu potens. *Virg. in opuſc.* Doctor Achillis. *Germanicus*. Cuſtos, pręceptor, &c.

Doctus cornipes. *Claud. 2. in Ruf.* ſic etiam equi cornipedes vocantur. Senex Saturnigena. *D. Sidon. Apoll.* Peliacus bimembris. *Idem*. Semifer. *Ouid. lib. 2. met.* Nobilis Centaurus. *Hor. epod. 13.* ob doctrinam, qua viri nobilitantur. Æacidæ præceptor. Qui cithara perfecit Achillem, Atque animos forti contudit arte feros. *Ouid.* Princeps è vertice Peli Aduenit Chiron portans ſilueſtria dona. Vt Saturnus equo geminum Chirona creauit. *Ouid. 6. met.*

Epith. Armatus arcu, ſemiuir, biformis, toruus, Æmonius, Saturnigena, geminus, doctus, Theſſalus, longęuus.

CHIRVRGVS.

Qui curat vulnera. Manus medica: Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis. *Virg. 12. AEn.* Medicæ manus. *Stat. 5. ſilu. 5.* Manus medentium .... anne vt ſera medentium Maturo auxilium fert manus vlceri. Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis. *Virg. 12. AEn.* Horrent admotas vulnera cruda manus. *Ouid. 1. de Pont. 4.* Interdum docta plus valet arte malum. *Ibidem*; vbi chirurgiam intelligit, quæ etiam dicitur Ars Apollinis; Ars medendi: Scire poteſtates herbarum, artemq; medendi. *Virg. 12. AEn.* Herbarum potens; vulgò *Sempliciſta*. V. *Herba*.

Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon. *Stat. 3. Theb.* Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis Mitior. *Ibidem*. Huc etiam pertinent, quæ ad artem chirurgicam ſpectant, nempè:

Myrothecium, vaſculum pigmentarium, in quo vnguenta reconduntur. Narthecium, theca, vel capſula medicamentario deſtinata vſui. Pyxis: *Fabius*, pyxidula, vel pyxidicula. *Celſ.* Tragematotheca; in qua tragemata ad refocillandos ægrotos aſſeruantur.

Vngula, vncinus educendo mortuo fœtui comparatus, qui: Embryorectes dicitur *Tertull.* ſeu potius Embryolaſtis. *Galen.* idem ſignificat Embryulcus. *Hipp.*

Scalprum chirurgicum. *Celſ.* Scalpellus. *Idem*. Phlebotomum, p.c. *D. Iſid.* ad emittendum ſanguinem, vulgò *Lancetta*: quod etiam: Sagitta. *Veget.* Sed hæc ad ſanguinem detrahẽdum à veterinarijs, iumentis adhibetur. Excipulum; vas ad ſanguinem excipiendum, cùm emittitur è vena.

Nouacula; culter tonſorius, *Raſoio*; Xyrotheca; capſula nouacularia. Forcipula, & ſorpex; qua pilos incidimus, tondemusq;. Volſella; ſiue vulſella; inſtrumentum, quo pilos prehenſos radicitùs è corpore extirpant, vndè *Mart. 9. epig. 28.* Pungentemq; ſeu æ cana labra volſellæ.

Odontagra, &c. ad dentes pertinentia. V. *Dens*; vbi etiam Dentiſcalpium, &c.

Oricularium ſpicillum, vulgò *Nett'orecchio*; Auriſcalpium. *Mart.* Specillum, ſiue potius ſpicillum vulnerarium, *Taſta*; Specillum. *Celſ.* Specillum latum, ſiue ſpathomela; ſpatula ad emplaſtra, & vnguenta verſanda: Ligula verò eſt ſpatula pharmacopolarum.

Cucurbitulæ, vulgò, *Ventoſe, ò coppe*. Cauterium; inſtrumentum vſtorium. Serperaſtra, inſtrumenta, quæ geniculis, cruribusq; puerorum alligantur, dum ambulare diſcunt, *Gambiere*.

Faſcia; faſciola; Aradeſmos (Gręca vox) nempè qua vulnera alligantur. Mitella. *Celſ.* linteum, in quo brachium ſaucium, ſeu læſum ſuſpenditur.

Digitized by Google

Clyſter, ſiue Clyſterium; inſtrumentum, quo aluus ipſa proluitur.

CHLAMYS.

Paludamentum, & veſtis militaris eſt, qua priſci diuerſo tamen ordine induebantur: Paludamentum propriè Imperatorum erat non ſolùm purpura, ſed cocco etiam, auroq; diſtinctum, quo induti exibant in prœlio; vndè Paludati dicebantur: chlamys verò ad quoſlibet milites ſpectabat, quibus etiam erant in vſu paludamenta, ita dicta, quaſi palàm indumenta: his enim tantùm ad bellum profecturi induebant: erat autem chlamys pallio aſtrictior, ac breuior, quæ alijs veſtibus ſuperimponebatur.

Abolla, veſtis militaris: *Varr.* Læna veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumebatur, de qua *Feſtus* hæc: Læna veſtimenti genus, habitus duplicis. Tunica, ſiue veſtis ralla, quaſi rara; dixit *Plaut. in Epidico.* Sagum, veſtis militaris, &c. V. *Veſtis.*

Chlamydis decus, honor, &c. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. *Virg.* Indutus Tyriam chlamydem, quam limbus obibat Aureus. *Ouid.* 8. *met.* erat autem limbus fimbria, ſiue pars infima veſtis; qui ex auro, ſiue ſerico aſſuebatur chlamydi, &c. Chlamydemq; auro dedit intertextam.

Epith. Depicta, aurata, Tyria, Spartana.

CHOERILVS.

Poeta Samius ſeruili conditione, qui cùm è Samo Athenas profugiſſet, ab Herodoto hiſtorico exceptus, & inſtitutus eſt. Scripſit Athenienſium victoriam contra Xerſem, cuius carminis gratia in ſingulos verſus ſingulos aureos accepit ſtateres. Lyſandri quoque ſcripſit geſta, nec non Magni Alexandri, à quo, licèt inculti eſſent verſus (vt canit *Horatius epiſt. lib.* 2.) ſingulos philippeos in ſingulos accepit. Sunt autem, qui tradunt, Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigiſſe, vt pro ſingulis bonis verſibus ſingulos accepiſſet philippos, pro ſingulis autem malis, ſingulos colaphos: Opere autem perfecto vix ſeptem fuiſſe inuentos, qui potuiſſent probari: meminit huius *Hor. vt ſup.*

Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille Chœrilus incultis qui verſibus, & malè natis Rettulit acceptos regale numiſma philippos.

CHORDÆ.

Nempè inſtrumentorum muſicorum, quæ pulſantur fila, à Græco nomine ſic dictæ, inteſtina contorta.

Fides, dis. Neruus, figur. Fila ſonantia. *Stat.* 1. *Achill.* Fila lyræ, chelys, &c. *Ouid.* Stamina docto pollice ſollicitat. *Idem* 11. *met.* Fila docta: Tibi fila mouent docta puellæ carmine molli. *Sen. in Agam.*

Calliope querulas prætentat pollice chordas. Atq; hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis. Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas. *Ouid.* 10. *met.* impulſæ dicuntur chordæ; cùm eas ad harmonicum ſonum curant concinnare Muſici, quod vulgò dicimus, *accordare*.

Hinc tangere chordas, tentare, ac impellere. Deſuetæ repetit fila canora lyræ. *Claud.* V. *Fides.* vbi epith. communia.

CHOREA.

Eſt ſaltatio, quę in priſcorum ſacris ſolita erat. Porrò quinque erant olim chorearum modi. Phrygius, qui cęteris concitatior, vt infra: Æolicus ſimplex, qui animi tempeſtates tranquillat: Doricus honeſtus, & grauis pudicitiæ largitor: Ionius, ſiue Iaſius varius, intellectum obtuſis acuit: Lydius querulus, mentem curis defatigatam reparat, & oblectat: & ijs paſſim vtebantur Græci in ſolemnioribus ferijs. Phrygius autem religioſus, & entheus pugnas excitabat, & votum furoris inflammabat; vndè *Sen. in Troad.* Barbarica priſco templa ſaltatu coles; nempè ſaltatu Phrygio. Non inter aras mobili velox pede Reuocante flexo concitos cornu modos Barbarica, &c. *ibidem*; vbi lege *Farnabium*.

Pyrricha, ſaltationis genus, cuius meminit *Suet. in Cæſ.* quam quemdam Cretenſem nomine Pyrrichen compoſuiſſe ferunt. Alij Pyrrho Achillis filio huius ſaltationis inuentionem tribuunt. Armatam, & pedeſtrem ſaltationem nonnulli eſſe volunt, at diuerſam à Troiæ ludo, qui Hippodromia Græcis dicitur: Hinc: Hippodromias, dis; eſt ſaltatio equorum; licèt verè Troiæ ludus non ad ſaltationem ſpectet, ſed ad bellum ludicrum. Hippodromiadem verò nobiles Florentini ſæpiùs actitant coram magnis Ducibus Etruriæ in ſpectaculis ſcenicis.

Thyaſus; erat ſaltatio in honorem Bacchi inſtituta: Inſtituit Daphnis thyaſos inducere Baccho. *Virg.* 5. *eclog.*

Dyndimenes ſacra, in quibus ad Phrygium modis cęteris concitatiorem ſaltabatur.

Synon.

Chorus. V. *infra, vbi multa*. Chori Nympharum. *Hor.* 1. *od.* 1. Permiſtæ maribus nurus ſolemnes agitent choros *Sen. in Herc. fur.* Chori ſpecies. *Ouid.* 3. *met* Tripudium. *Catull.* Saltatio. Saltatus. Alterno pede ſaltat humum. *Hor.* 1. *od.* 4. Pede libero pulſanda tellus. *Ibidem od.* 37. Et facili ad numerum ſubſiluiſſe pede. *Bemb.* Saltus lætus.

Lepidis aſſueſce choreis. Hic illi chorea luxuriante leni: vbi aduerte à poetis penultimam communi ſyllaba vſurpari. Plauſus comites choreæ. Blanditias, humileſq; iocos, hilareſq; choreas. Ducebant ſocias Nympharum ad plectra choreas.

Digitized by Google

reas. Ad citharæ cantus agiles celebrare choreas. Dare compoſitos motus. Indulgere choreis. Exercere choros. Ad numerum membra mouere. Læto ſe credere ſaltu. Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas.

Epith. Læta, mollis, grata, luxurians, hilaris, blanda, ludicra, placida, reuoluta, &c.

CHORVS.

Idem ferè cum chorea, nempè ſaltatio ex nominibus, & ſonis, & temporibus, & rythmis elementorum compoſitus. Eſt etiam chorus pars inter actum, & actum; vel pars poſt actum introducta cum concentu. Dicebatur autem chorus multitudo canentium, & ſaltantium cum tibicine; primùm quidem circa Aras Deûm, vt *Virg.7. AEn.* Illa chorum ſimulans Euantes Orgia circum Ducebat Phrygias, &c. Solebant enim aras Liberi patris, aliorumq; Deorum circumire canentes, atque ſaltantes. Et primùm ex choro ſubducebatur vna perſona, quæ reſpondens alternis ipſi choro ampliabat rem muſicam; deindè altera, tum tertia, poſtmodum quarta, tandem plures perſonæ: nam in choris numerus perſonarum non erat præfinitus: omnes enim voce confuſa vnius perſonæ concentum formabant. Conſtabat autem chorus tam viris, quàm mulieribus, vt *ex Troad. Sen.* appatet. Verùm choro in Orcheſtram aſcendente diſtinguebatur actus Græcis: aliter verò Latinus. Lege *Iulium Scaligerum*.

Strophe, nempè conuerſio, cùm chorus verſus aliquos ad populum, ſpectatoremq; conuerſus decantabat in altera parte theatri; cui opponebatur.

Antiſtrophe; & hæc erat ſaltationis genus, quomodo in dextram, modò in ſiniſtras choros agerent, ac reuocarent. Cùm igitur ad chorum canentem ſpectabat, cantus erat ad primam chori ſtrophen reſpondens: nobis autem modò liceret appellare primum, & ſecundum chorum, vt in ſolemnioribus ferijs conſueſcimus, cùm muſicè canuntur Pſalmi, Antiphonæ &c. V. *Muſica*.

Choragus, apud Græcas hiſtorias honeſtiſſimum eſt nomen, isq; dicebatur, qui ſumptus de ſuo præbebat ad ludos ſacros: at *Plauto*, alijsq; Latinis choragus is dicitur, qui ſcenicis hiſtrionibus locabat ornamenta fabulæ docendæ neceſſaria. Indè apud *Ciceronem* choragium falſæ gloriæ. Supellex, & reliquum inſtrumentum ad pompam ſolitum comparari.

Choraules, & Choraula, dicitur qui ad chorum tibia canit; vt Lyrodos, qui ad lyram; Aulodos, qui ad tibiam (*Hygin.fab.*272.) Pythaules, qui Pythia cantauerat. Septem chorus habuit Palliatos, qui voce canebant, vndè poſtea appellati ſunt Choraules, qui illis præerat. Palliati autem apud *Scaligerum* vocantur, quia reuera Chorauſæ palliati erant. Septem igitur palliati e onſtituebant chorum, ad cuius cantum is, qui tibiam inflabat, dicebatur choraule, quem nemo melius, aut elegantiùs *D. Cypriano* expreſſit *in lib. de ſpectaculis*; quem lege.

Synon.

Chori ſpecies. Inq; chori ludunt ſpecieta, laſciuaq; iactant Brachia, &c. *Ouid.4. met.* Primus inexperta duxit ab arte choros. *Idem.* Chorea. V. *ſup. vbi plura*. Muſici chori. V. *Muſicus*. Me iuuat in prima coluiſſe Helicona iuuenta, Muſarumq; choris implicuiſſe manum. *Propert. 3. el. g.*

Salij, erant Sacerdotes Gradiui à Numa inſtituti. V. *Sacerdotes Gentilium*.

CHOROEBVS.

Multi fuerunt hoc nomine, ſed duos tantùm referimus. Vnius meminit *Virg.2. AEn.* qui Mygdoniæ Regis filius erat, vndè Mygdonides dictus. Huic Caſſandra fuerat deſpouſata; in ipſa verò nocte euerſionis Troiæ, in templo Veſtæ, vbi ſponſa aſſeruabatur, dum illam ab impiorum manibus conabatur extrahere, ab ipſis fuit interfectus.

Mygdonides. *Virg.2. AEn.* Hic licèt proceri corporis eſſet, ignauiſſimus tamen fuit, vt *Zenobius* ait, ne falleret adagium: homo longus rarò ſapiens, ac fortis.

Alterius Chorœbi meminit *Stat. lib.1. Theb.* qui monſtrum interemit ab Apolline immiſſum hac de cauſſa. A Crotopo Argiuorum Rege fuit hoſpitio exceptus Apollo, & quòd Tryphonis cęde pollutus erat ab eodem expiatus. Huic filia erat Pſamate, cum qua ipſe Apollo concubuit, quæ editum tempore ſuo fœtum, ne ſciretur, expoſuit. Quod indignè ferens Apollo, monſtrum immiſit, quod interfecit Chorœbus. Nonnulli verò aiunt peſtem immiſſam ab illo fuiſſe, qua ne perirent Argiui, Chorœbus ſe deuouit Apollini, vndè non tam ipſe, quàm alij liberati ſunt. V. *Stat.1. Theb.*

Haud tulit armorum præſtans, animiq; Choroebus. *Stat. vt ſup.* Nudoq; ferens caput enſe Chorœbus. Inq; tuos ea peſtis eat, quam dextra Chorœbi Vicit, &c. *Ouid. in Ibin.*

CHRISTVS. V. *Ieſus*.

Natus ſummi Patris. Vera Dei proles. Supremi numinis proles. Vnctus. Redemptor. Saluator. Meſſias; Hebraicè quidem propriè dicitur. Hunc:

CHRISTIANI.

Chriſti cultores, ſequaces, aſſeclæ. Chriſti genus electum. Chriſti clientes: Chriſtoq; clientes Morte nihil timeas multiplicare tua. *Pictonius*.

Chri-

Chriſti milites,militia,turbe, &c. Quicunq; per orbem Terrarum Chriſti cultum, nomenq; profeſſi. Suſpicerent veros veræ pietatis honores. *Bemb.* Altitonantis alumni. Soli iurata Eccleſia Chriſto. Fideles. Turbe fidelium.

Chriſticolæ. Chriſtiades. Chriſtiadum populi. *Fortun.* Fortunata piorum Agmina Chriſtiadum. Gens Chriſtiadum. Gens Chriſticola. *Pictorius.*

CHRYSEIS. V. *Aſtynome.*

CHYMIA.

Ars quædam dicitur auri,argentiq; conficiendi,qua plurimi patrimonium effuderunt, & adhuc effundunt ſuum. Huius artis authorem prædicant Hermetem, quem Geber ſubtilis ingenij, nec non Raymundus Lullus, ſiue alius ſecuti alia plurima addiderunt arti, quæ potiſſimùm verſatur in elaborando Philoſophorum lapide, ſiue tinctura Phyſica. Sed ad noſtra.

Ars chymica. Vis alchymiſtica. Arcanus ignis. ....arcano florentes igne ſmaragdos Cingit, &c. *Stat. 2. Theb.*

Chemi;olim dicta Chymia ab Ægypto,quæ à Chamo Noes filio Chemi antiquiſſimè appellata eſt, quia ibi primùm hæc ars reperta, quæ chymica dicitur; vndè: Ars Ægyptia dici etiam poteſt. Hinc:

CHYMICVS.

Qui artem chymicam exercet. Alchymiſta.

Pneumaticus: qui per tubam, fiſtulamve ſpiritu aliquid informat: quæ tamen vox potius ſpectat ad artem vitrariam. V. *Vitrum.* Scrutator naturæ. Scrutator auri.

Genuinus Hermetis filius; nam Hermes, nempè Mercurius in horoſcopo genitos huiuſce artis indagantes efficit: vel ab artis authore: ad hæc ſpectant

Elixir; nempè ſperma cuiuſque rei, ideſt quinta eſſentia (vt vulgus imperitorum appellat) nempè perfectiſſima rei decoctio,& digeſtio. Balſamum ſulphuris, ideſt humidum radicale in metallis. Vas diſtillatorium;Phialæ vitreæ,&c.

CIBVS, i.

Victus,us. *Virg.* nomen genericum. Dentis prę̨da; *ex Mart.* fig. Ops ſumma, pro cibo: Et ſumma ſedula nutrit ope. *Ouid. 6. faſt.* Panis. V. *ſuo loco.* Ceres,pro cibo:Nulla iam Cereris ſubit cura. *Sen. in Hipp. & Ouid. 3. met.* Condumentum, pro cibo. *Penu.* Alimenta.

Eſcæ Dapes:Epulæ. V. *Epula.* Corpora ſubſtentans. Ora iuuans. Vixq; capit ſuaues menſa onerata cibos. Lautis menſa parata cibis. Iunctaq; nectareis vina iocoſa vinis. Amor dapis. *Hor. 4. od. 4.*

Pabulum; quod licèt ſit propriè beſtiarum cibus, metaphoricòs tamen ad alia quoque transferrur,vt pabulum animi,pro,cibus animi,ſtudium, & doctrina dicitur *Ciceroni.* Tun. victu reuocant vires. *Virg. 1. AEn.* ideſt cibo ſe recreant.

Epith. Nectareus,lautus,ſuauis,ſapidus,gratus, &c. Hinc:

CIBANS ſe.

Qui cibum capit,ore contingit; Qui cibo,vel dapibus famem leuat, ſaturat, explet, pellit,ſolatur, eximit; Qui cibo,epulis,victu corpora ſuſtentat, vires reuocat, ieiunia ſedat, ſoluit; Qui veſcitur, qui paſcitur.

CIBANS alios.

Qui pręb̨et alimenta,fert cibos,dat victum,alimenta;qui dape paſcit,&c.

Quoniam verò in hanc dictionem incidimus, non ab re fuerit,quæ ad cibos pertinent,adſcribere.

Cibarium. Edulium. *Annona.* V. *ſuo loco.* Alimonia. *Varr.* Commeatus. *Cic.* Copiæ. *Caſſiod.* pro alimonia publica,priuatave. Penus, us: Penu, omne eſculentum, potulentumq;, vulgò *Prouigione.*

Annona militaris. Srellatura. *Lamprid.* quæ in militum vſum parantur alimenta. Annona ſalaria. *Prouigione di ſale.*

Annonæ laxitas, vbertas, vilitas, copia. *Abbondanze.*

Annonæ caritas,difficultas,grauitas,& ſæuitia. *Tacit.* Annona incendium. *Quintilian.* Annona compreſſa. *Liu. Careſtia.*

Annuum. *Suet.* quod in ſingulos annos alimentorum cauſſa pręſtatur. Diarium. *Petr. Arbit.* Diurnum cibarium. Viaticum;quod in viæ auxilium confertur. *Virg.* Sagina. *Iuuen.* cibus,quo quis pingueſcit.

Apparatus,us:inſtructio menſarum. Apparatus rectus. *Sen. Philoſoph.* opiparus quidem ille, ſed qui recto ordine importatis conſtat ferculis,qualis eſt Procerum,& Principum cęna,vbi recto ordine dapes inferuntur à miniſtris.

Conuiuium. Epulum. V. *ſuis locis.*

Ciborum genera.

Obſonium, quicquid cibi pręter panem, vinumq; apponitur. Puls. V. *Pulmentum.*

Embamma,tis. *Colum.* Intinctus,us. *Plin.* acetum ad intingenda obſonia conditum.

Liquamen. *Col.* pinguedo ad ignem liquata,vulgò *Strutto.* Sumen.

Ius. Iuſculum. *Cat.* Iuſculum coactum. Illinctus, us: Ecligma,tis, Gręca vox, ius, quod calidum hauritur.

Offa. *Plin.* Maſſula. *Colum.* eſcæ maſſa in modum pulcis redacta: paſta etiam dicitur. Offa melle ſaporata. *Virg. 6. AEn.*

Minutal. *Iuuen.* edulium conciſis minutim carnibus conſtans.

Allatum. *Plaut.* intritum,cui allium in reliqua ciborum

Digitized by Google

borum mole admixtum eſt, vel intinctus ille, qui allio, pane ſcobinato, & hortenſi apio contrito conficitur ad orexis excitationem, vulgò, *Agliata*.

Moretum; quod à *Virgilio in opuſculis* optimè deſcribitur, farti genus è lacte, caſeo, & herbis; vndè ab *Ouidio* dicitur herboſum moretum, *Raviolo*.

Anſerum exta; quæ pinguibus farta ficis erant Romanis in delicijs; vt *Farnabius* obſeruat in *Mart.* 3. *epig.* 81. Apri glandulæ, quæ iuxtà ceruicem apri calloſæ fiunt materiæ. *Ibid.* Nates turturum. *Ibidem*. Cur non etiam caponum, ſiue gallinarum nates, quæ pleriſque deliciæ ſolent eſſe?

Apexabo, onis: Inteſtinum ſanguine plenum admixto pingui, & aruina, ſic dictum, quod in ſummitate quemdam quaſi in capite, apicem habet. *Varr.* 3. *de ling. Lat.* nos vulgò, *Sanguinaccio*.

Omaſum, inteſtinum præſertim è carne bubula fumatum, vel ſuina: omaſi tabulæ, pro quadris, & ſegmentis fruſtulatim ſectis omaſi, vulgò *Fette di ſalame*.

Botellus; & pultem niueam premens botellus. *Mart.* 5. 79. qui conficiebatur ex oui vitellis coctis, nucleis pineis conciſis, cepa, porro, turre, pipere, liquamine, & vino, quibus inteſtinum farciebatur: ex *Athenæo*. Botulus farciminis genus è porcina confartus carne, idem ferè cum Lucanica.

Lucanica, quòd Lucæ in Etruria optimæ fiant, ſic denominatum farciminis genus, conciſa carne porcina, & aromatibus fartum, vndè *Mart.* 4. *epig.* 46. Et Lucanica ventre cum faliſco. Faliſcus venter. *Idem, & Stat.* eſt ventriculus fartus; quod dicimus vulgò, *Ripieno ne' capponi*. Iſicium, vel inſicium; quod miculis inſectis carnium, iuſque cum aruina fartis conſtet; idem cum lucanica putat *Farnabius*.

Tucetum. *Perſ. & Arnob.* Micæ carnium cum aruina, minutimq; inſecta ilia: idem ferè cum Iſicio. Tucetorum autem fama nobilis eſt inter Ciſalpinas gentes; & prima palma Bononienſibus datur; eſtq; quod vulgò dicimus *Mortadella*. Tomaculum, idem ferè cum ſuperioribus. *Iuuen.* Tomacla per ſyncopen dixit *Mart.* 1. *epig.* 42. Quod fumantia qui tomacla raucus, &c. ſimile ego aſſererem apexaboni, de quo paullò ſuperius.

Intrita; & Intritum. *Mart.* pro cibo in mortario ſubacto. Intrita. *Plin.* cibus, qui inſeritur, aut infriatur. Manſum. *Cic.* quod nutrices in os infantibus inſerunt. Bucella: Bucca. *Suet.* Bolus: fruſtum. V. *ſuo loco*. *Fezzo, Boccone.*

Tyrotarichus, p.c. *Cic.* edulium è conditis carnibus, & caſeo. Acrocolia anſeris; Trunculi. *Celſus*; extremitates membrorum truncatæ, quæ inter ollicoqua exta, elixari ſolent, piperato iuſculo incocta.

Farraceum; edulium ex alica farris.

Ozyporum, p.c. *Plin.* Oxygarum. *Colum.* condimentum acetatum, quod acuendo ſtomacho conducit; commixtis herbis, & apud aliquos melle, vel ſaccaro; vulgò, *Salſa reale*.

Lardum: *Plin.* Laridum: *Plaut.* quaſi laris edulium, aut quòd latè ſit aridum. Succidia, à ſuccidendo, vt innuit alicubi *Cic.* quamvis à cædendis ſuibus deduxerit *Varro:* tergum ipſum porci, quod aut muria aſſeruatur; aut ſalitum in carnario ſuſpenditur neceſſarios ad vſus. Perna: *Plin.* coxa porcina ſalita, *Preſciutto*. Petaſo, onis: coxa etiam coſtas comprehendens.

Porcellus Troianus; fartilis, & vterum animalibus alijs, vti Troianus ille armato milite, grauidum habens, qui vulgò dicitur, *la porchetta ripiena*.

Echinus conditaneus; ventriculus bouis conditus. Callum aprugnum; caro apri durior, ſolidior, calloſiorq;. *Plin.* Armus ouillus, veruecinus, *Coſciotto di caſtrato*.

Caro, genericè pro omnis carnis obſonio: Sic caro aprugna. *Plin.* Bubula, ouilla, veruecina, vitulina, ferina, ceruina, ſuilla, porcina: ſic caro fumo durata, caro conditanea, *in ſtufato*. Salita, muriatica. Iuſſulenta, iurulenta, *in guazzetto*; aſſa, toſta, elixa, lixa, fricta, vel frixa.

Pulpa. *Perſ.* Torus. *Virg.* eſt carnis portio muſculis circumſcripta, carenſq; oſſibus; Pulpamentum. *Ter.*

Ouum. Caſeus. Sal. Butyrum. V. *ſuis locis*.

Boletus, fungorum genus nobiliſſimum; nouiſſimum gulæ irritamentum, & (vt iocatus eſt *Nero*) cibus Deorum: namq; venenato boleto Agrippina Neronis mater Claudium Cæſarem extinxit; qui deindè Imperatorum Romanorum more conſecratus eſt, & in Diuorum numerum relatus; hinc *Mart.* 1. *epig.* 21. Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Salſamentum: *Ter.* Piſces, carnesve muria, ſiue ſalſilagine conditi. Piſces, & piſcium genera. V. *ſuo loco*. Analecta. *Mart.* reliquiæ ciborum in ſolum delapſæ, quæ ſcopis ſolent euerri; quæ vulgò *Briciole di pane, ò di altro*, dicuntur.

CICADA.

Notum inſectum, quod aureum, ſiue auratum vſurparunt Athenienſes in vertice caſſidis inſculptum, vt innuit *Sen.* Regale paruis aſperum ſignis ebur Capulo refulget gentis Actææ decus: Quo quidem ſymbolo ſe indigenas eſſe volebant oſtendere, vertice aureas cicadas geſtantes, vtpotè quæ nullam permanentem hic habeant ſibi domum.

De-

Decus gentis Actææ, nempè ſignum, ſiue ſtemma. *Sen.* Sole ſub ardenti reſonans. *Virg.* Inſecta ſtridentia campis. Reſonant arbuſta cicadis. Et cantu querulæ rumpunt arbuſta cicadæ. Ac tenebras ſub rore leui ſub deſide ſomno Tranſigit,& noctes,nocte iuuante ſuas: Cantando moritur,ſentit nec tędia mortis, Quin cantu vitam ducit, & exequias; Et felix ortu,interitu felicior illa, &c. deſcript.

Epith. Popularrix, tenuis, exigua, ſtridens, rauca, gracilis, raucisona, æſtiua,arguta.

CICATRIX.

Vibex;eſt verberum ſignum,vt cicatrix vulnerum. Sigmım. Nota. Memorem dente labris notam Impreſſit. *Hor.1.od.13.* Vulneris veſtigia,ſigna, nota.

Stigma,tis. *Mart.* Nota,qua inuritur quis ex reis, quaq; fit Litteratus, vt Plautino more dicamus. Victurum in cute punctum. *Veget.* Nota publica; vt ijs, qui in furto primò deprehenſi, imprimitur; ſiq; aliàs eodem conuincti fuerint crimine morte mulctantur, vel grauiori pœna. Macula,pro ingenita nota. V. *Labes.* Nota cenſoria. Litura cenſoria. V. *Cenſura.*

CICERO.

Arpini natus ex patre M. Tullio, cuius ipſe nomen habuit inter ſuos municipes,non ignobilis,vtpotè cuius pater eques erat. Puer primùm in diſcendo æquales omnes ingenij magnitudine ſuperauit: ad quem viſendum in illa etiam ætate contribules ſui ſępiùs ibant. In cunctis quidem diſciplinis profecit, in Latinis potiſſimùm declamationibus:vndè Principum, ac nobiliorum ipſe ſolus cauſſas agebat,conficiebatq;. Quare ciuitate donatus,ad primos Reip. gradus,ſupremoſque ab ipſâ Ædilitate aſcendit;in quorum adminiſtratione multorum ipſe aſſecutus eſt nobilium amicitiam, vt ex eius epiſtolis conſtat;præſertim Pompeiorum, Cæſaris, Brutorumq;. In Conſulatu Catilinianam detexit coniurationem, repreſſitq;. Mineruam cuſtodem domi ſuæ priuatim coluit, quam poſteà abiturus in exilium (in quod Clodij ſimultate fuerat eiectus) in Capitolium detulit,& conſecrauit. Ciuica donari eum oportere corona in Senatu iudicatum eſt,ob ſeruatam patriam. Primus Pater patriæ meruit nuncupari. Demùm omnium plauſu ab exilio reductus,cùm primùm Pompeianas partes ſectaretur;tum illo victo,ſeſe Cæſari reconciliaſſet,in eius ipſe quoque caput coniurauit, quo occiſo,in Senatu publicè in Antonium inuectus,ipſis capitalo expertus fuit odium; à quo cùm fugeret corui ingrato quidem garritu illi imminentia pericula portendere. Poſtremò annum ingreſſus ætatis 64. Antonij inſidijs interceptus, à Popilio quodam eiuſdem Antonij ſatellite, quem ab homicidij ſententia aliquando ipſe Cicero defendiſſe dicitur, occiſus fuit, capite, dextraq; illi amputatis; quæ ab eodem Popilio in Roſtris poſita fuerunt. Alij tamen dicunt ab ipſomet Antonio inter duas manus collocari iuſſa fuiſſe in Roſtris; vndè ipſe ſæpiùs pro patria fuerat auditus orationem habere. Monumentum eiuſdem nuper repertum fuiſſe in Zacyntho inſula dicunt, anno ſcilicet 1544. Kal. Decemb. quod potiùs eius filij ſepulcrum aſſererem.

Pater eloquij. *Mant.* Pater patriæ. *Iuuen.8.* Diſertiſſimus Romuli nepotum. *Catull.* Marcus Tullius,proprium eiuſdem viri nomen. Tullius author Romani eloquij. *Luc.7.Pharſ.* Artes Ciceronis. Lingua Ciceronis. *Vida in art.poet.* Lingua ſacra. *Mart.5.epig.70.*

Doctus Arpinas. Atque Arpinatis lingua diſerta ſenis. Romanæ vindex linguæ clariſſimus;*ex epig. Laureæ Ciceronis liberto.* Latiæ linguæ facundia. *Corn.Seuer.* Senatus vindex. *Idem.* Fori,legum, rituſq; togæq; Publica vox. *Idem.* Catilinæ criminis atrox vindex. Romæ caput, vocat eum *Martialis* (quem lege *lib.3.epig.65.& lib.5.70.*) ob linguam elegantiſſimam,qua cum Cicero loqueretur, ipſa loqui videbatur. Ora Romana. *Idem.* Romani lingua Senatus.

CICONIA.

Ab albis,nigriſq; pennis ſic auis dicta, non tàm pietate in parentes, quàm coniugalis continentiæ laude celeberrima: aiunt enim ciconiam parentes ſenio confectos nutrire; ſiq; mas coniugem cum altero deprehenderit, quod ore poteſt, vnà cum pullis in adulterio conceptis,matrem laniare, ac diſcerpſere. Inter aues augurales cenſebatur ciconia (vt *ſuperius* innuimus. V. *Aues augurales*) quæ concordiam præmonſtrare credebatur. In delitijs etiam habitæ Auguſti tempore vſque ad Veſpaſianum. Honos huic ſerpentium exitio in Theſſalia tantus erat, vt aliquam occidiſſe eſſet capitale, & homicidij pœna mulctaretur, *ex Plin.*

Candida venit auis longis inuiſa colubris. *Virg.2. Georg.* Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. *Ouid.6 met.* cultrix pietatis. *Petron.Arbit.* Pietaticultrix, more Græcorum coniunctum nomen. Inſignis pietate. Grata peregrinis inuiſa ciconia ranis. Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Aerio inſignis pietate ciconia nido Inueſtes pullos pignora cara fouet. *Alciat.*

Antigone;quæ in ciconiam fuit à Iunone conuerſa, quæ fuit Laomedontis filia formoſiſſima; cùm autem ſe Iunone pulchriorem iactaret,ab ea in illam auem fuit conuerſa. Lege *Ouid.6.met.* Crotoliſtria;à ſonitu vocis,quem edit ore; vndè latinè dicitur glotorare. Exul auis hiemis. *Petr. Arb.*

Digitized by Google

Arb. cur autem dicatur exul hiemis, lege *Plin. lib.*10.*cap.*13 *Ariſtot.* & *Ælianum.* Æſtatis aduena. *Plin.*

Epith. Glotorans, gracilipes, hoſpita, pietatis amans, cara ſiue grata parentibus, alba, immenſo roſtro.

CILICIA.

Minoris Aſiæ regio à Cilice Agenoris filio, & Cadmi fratre, qui eam incoluit ſic dicta. Illam duplicem facit *Strabo*, campeſtrem ſcilicet, & aſperam: fuit olim opulentiſſima pop. Rom. prouincia, & Ciceronis Proconſulatu memorabilis. Pamphiliam habet conterminam ab Occaſu; à Septentrione Cappadociæ partem; ab Ortu Amano monte; à Meridie verò Iſſico ſinu terminatur. Nunc ſub Carmaniæ nomine illam appellant. Vrbes habentur notiores.

Tarſus, D. Pauli Apoſtoli patria ad amnem Cydnum, quo interfluitur, ſita: cuius olim gymnaſium valdè *Straboni* laudatur. Vrbem Perſeus condidiſſe dicitur; vel Sardanapalus. Adena, opp. ad Taurum montem, qui regionem interſecat; quiq; vbi ſe aperit, Pylæ, ſeu portæ Caſpiæ, & Ciliciæ pariter dicitur; vndè in Armeniam fit tranſitus. Heraclea, vrbs ad eumdem montem.

Iconium, olim celebratum ſanctiſſimæ Protomartyris Theclæ natalibus.

Corycum, opp. ad montem eiuſdem nominis, in quo multa croci copia; à qua vrbe non procul eſt ſpecus, qui Corycius dicebatur, à quo Corycides Nymphæ: deſcribitur à *Strabone*. Vltima Corycio, quæ cadit aura croco. *Mart.* hinc pop. Corycij.

Anchiale, vrbs, quam vno die cum Tarſo à Sardanapalo cōditam dicit *Strab.lib.*14. dicitur etiam Anchialus. Ægæ, arum, vrbs Ciliciæ maritima non procul à Pyrami fluminis oſtio, cuius meminit *Luc.lib.*3. *Pharſ.* Mallos, opp. maritimum Ciliciæ, cuius eſt mentio apud *eundem Luc.* 3. *Pharſ.* Mallos, & extremæ reſonant naualibus Ægæ: dicitur etiam Mallus.

Cilla, opp. non procul à Thebis Ęctionęis; Apollinis Cillæi templo quondam inſigne, vt habet *Strabo lib.*13. meminit oppidi *Ouid.* 3. *met.*.... Chryſenq; & Cyllan Apollinis vrbes. Chryſe, oppid. eiuſdem Apollinis cultu olim clara. V. *Aſtynome:* ſunt qui illud in Troade reponunt.

Thebæ, arum, vrbs regia, in qua Ęctio pater Andromaches Hectoris coniugis regnauit: & hæc Thebe, es, etiam, & Theba dicitur. *Hom.* meminit *in Iliad.*

Seleucus; Pompeiopolis, quæ ante Solæ Cilicij dicebatur. Vrbes claræ ſunt ad mare, vbi etiam Iſſus, quæ ſinui adiacet, vndè nominatur Iſſicus, vel Iſſicus ſinus.

Fluuij.

Cydnus, cuius meminit *Tib.*1. *eleg.*8. At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis Cęruleus placidis per vada ſerpis aquis. Hic ex Tauro monte erumpens, Tarſum vrbem mediam perſecat, qui aquarum candore nomen habet, vt refert *Solinus*.

Calycadnus, fluu. Seleuciam præterlabens iuxtà Sarpedonem promontorium. *Strabo lib.*14. Lamus; Sarus, fluuij.

Pyramus, fluu. qui Nili modò limum defert. Tunc erit vndiſonus latè quum Pyramus olim Littora perfundens Cyprum labetur in almam. Charadrus, fluuius, vndè & lacus, & Statio propinqua nomen ſumpſerunt meminit *Stat.*4. *Theb.* Quęque patet longa ſpumantem valle Caradron Neris, &c.

Montes.

Taurus. V. *ſuo loco:* Quantus & æthereo contingens vertice nubes Frigidus intonſos Taurus arat Cilicas. *Tib.*1. *eleg.*8. Amanus; Tauri montis pars. V. *Taurus.* Corycum; apud quem oppidum, de quo *ſuperiùs.* &c.

Synonyma.

Terra Ciliſſa. *Ouid. in Ibin.* ſic humus, tellus, &c. Cilicum campi, agri, montes, &c. hinc pop. Cilices. Cilicum cateruæ. *Tib.*1. *eleg.*1. Iconij, Tarſenſes, Amanenſes, &c.

CILICIVM.

Conſertum tegmen ſpinis. *Virg.*3. *Æn.* ſic conſertam tegmen villis. De duris tegmina ſetis. Aſpera vellera: Aſpera texerunt vellera molle latus. *Ouid.epiſt.*9. Villoſa veſtis. *Tib.*1. *eleg.*9. Horrida villoſa corpora veſte tegam.

Caprina veſtis: veſtimenta capræ. Pellis. V. *ſuo loco*.

Cyniphia veſtis: quòd caprinis villis ſit texta: verùm quæ caprinis ſubtilioribus ſetis confecta eſt, opificium illud indicat, quod vulgò nobis dicitur *Ciambelloetto:* ſic Cyniphium pallium; Cyniphia pellis, &c.

CIMMERII.

Sunt populi duplicis regionis; nam, teſte *Strabone*, Cimmerij fuerunt iuxtà Baias habitantes ſubterranea domicilia, vbi ſacra Plutoni fiebant, dabanturq; ab ijs reſponſa, vndè capto quæſtu victitabant. Conueniebant enim aduenæ aliquid audituri, qui in illas cauernas ducebantur, quas nec oriens, nec occidens Sol aſpiciebat, vt ſcribit *Hom. in Odyſſæa*; Qui tamen populi à quodam fuerunt Rege deleti, cùm fides oraculi parùm ſucceſſiſſet. Nuper quoque propè Baias viſebantur cellæ plurimæ ſubterraneæ, quæ iuſtis de cauſſis occluſæ ſunt. Alij fuerunt Cimmerij in Aſia Amazonibus proximi à Scythis oriundi dexteram Ponti partem habitantes pro-

pè Mæotiden paludem non procul à Boſphoro, qui etiam ab ipſis Cimmerius fuit appellatus, ibiq; oppid. nomine Cimmerion: Vbi cùm in aere nimiùm craſſo, & denſis exhalationibus nebuloſo viuerent, Cimmeriæ tenebræ fuerunt adagio dictæ. Et hinc pro Inferis ſæpè ſumptæ, iuxtà quos Cimmerios ab *Ouid.* 11. *met.* ſomni aula eſſe fingitur.

Eſt propè Cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons cauus, ignaui domus, & penetralia ſomni, Quo numquam, &c. Cimmeriumq; chaos: dixit *Stat.* 3. *ſilu.* Cimmeriòn, pro Cimmeriorum dixit *Tib.* 4. *eleg.* 1. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad arces. Cimmeriæ terræ: Cimmeriæ cauernæ, tenebræ, vmbræ, caligo Cimmeria. Obſcuræ oræ. *Tibull.*

CINCINNVS.

Cincinni crines ſunt intorti, vel calamiſtrati. V. *Calamiſter*.

Cirri, orum: Cinni, orum: Cinni criſpi. *Plaut.* Torulus. *Idem in prol. Amph.* alij legunt. Tutulus; priſcum videlicet nomen. Crobylus; vox Græca. Illi multi fidos crinis ſinuatur in orbes, Idalia diuiſus acu. *Claud.* 2. *de rapt.* Crines vibrati ferro calido, myrrhaq; madentes. *Virg.* 12. *Æn.*

Cincinnorum fimbriæ. Quàm ſe prębuerant ferro patienter, & igni, Vt fieret torto nexilis orbe ſinus. *Ouid.* 1. *eleg.* 14. Intorti capilli. Crines compti. Sinuati, vibrati crines.

Annulus: fig. Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus. *Mart.* 2. *epig.* 66. Cornua: dicuntur etiam ob ſimilitudinem à *Seruio*. Hinc

Cincinnatus. Criſpulus. *Mart.* 5. *epig.* 62. Criſpatus. Calamiſtratus. Cirratus. *Perſ.*

CINGVLVM.

Strophium; eſt propriè faſcia pectoralis tumorem papillarum cohibens, vt ex *Cinna* liquet verſiculo: Strophio lactantes cincta pupillas. Faſcia. V. *ſuo loco*. Cinctus, us: qui aliquando ſumitur pro veſtitu. V. *Veſtis*.

Zona: Breuis expeditos zona conſtringat ſinus. *Sen. in Hipp.* Zona lata. Semicinctium. Succinctorium. *Mart.* Cingula: eſt faſcia, qua iumenta cinguntur ſub ventre. *Ouid.*

Baltheus. V. *ſuo loco*. Scythicus nodus. *Mart.* 9. 8. pro baltheo. Militare cingulum, quod ſæpiùs pro militari honore ſumitur. Vndè pœna cenſebatur militibus grauiſſima, baltheo priuari; & tamquam ignominioſi habebantur qui huiuſmodi mulctabantur dedecore; vt in Sanctorum Martyrum pœnis adnotatur. *Suet. in Aug.* Cinctura: eſt ipſa cinctio, vndè *Idem Suet. in I. Caſ.* quòd Cæſar iuuenis laxiore ſe cinctura cingeret, effecit, vt Sylla ſæpiùs optimatos admoneret, vt à malè præcincto puero cauerent.

CINIS.

Puluis, in quem vſta materia redigitur. Verùm quia mortuorum corpora priſcè cremabantur ſæpè cinis, & cineres pro Manibus, & funerum reliquijs vſurpantur. Hinc mos adoleuerat apud veteres, vt oſſibus lectis, quæ igni ſupererant, vinoq; perfuſis, ac lacte, & (cùm locauiſſent aromatibus, odoribusq; miſcuiſſent) in vrna repoſitis; cineres ne quid periret labris, & ore ſcrutati lamberent. Sic Artemiſia ſui ipſius viri cineres exhauſit, & aliæ. Vndè *Sen. in Troad.* Quicquid hîc cineris latet ſcrutabor ore. Non autem fuere tàm anxij, vt omnes abſumpti cadaueris cineres conquirerent, quod falsò ſibi multi perſuadent, qui & linteum quoddam asbeſton ex ingenio ſuo comminiſcuntur ſeruandis, vt volunt, à mixtura cineribus adhibitum. Satis hos refutat, inquit *Caſaubonus*, capacitas vrnarum, quæ geminatæ cauæ manus magnitudinem ràrò plurimæ excedunt. Hinc Agrippina Germanici ferales reliquias ſinu tuliſſe dicitur apud *Tacit. Ann. II.* item feralem vrnam tenens egreſſa naui. *Ann. III.* & *poeta* dicitur vrna, quod digitis quinque leuatur onus. Fuere quidem vrnæ maiores, quæ oſſuariæ appellabantur, in quibus vrnæ plures, atque adeò totius familiæ reliquiæ locabantur: ex quibus nonnullæ erutæ modò videntur in Principum pomarijs, ac hortis ad locorum ſplendorem cineribus tamen, atque vrnis exhauſtæ. Oſſium igitur, quæ igni ſupererant, fiebat collectio, & Oſſilegium dicebatur: vndè *Virg. in funere Miſeni*: Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam, Oſſaq; lecta cado texit Chorineus aheno. Igitur cinerum maiorem maſſam in vaſe cum oſſiculis, nam oſſa maiore in alio vaſe ſeponebant, reponere veteres conſueuere, quos Sacerdos ter aqua pura priùs ſparſerat: vndè ſic expiari, ac purgari credebant. V. *Exequiæ*.

Pulnereum funus: Cùr non pulnereo funere merſus obis? *Auger.* Siccus de corpore puluis; *ex Ouid.* Vſturæ puluis. Cinis obductæ celabat lumina prunæ. Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Vt penè extinctum cinerem ſi ſulphure tangas Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.

Epith. Mutatus, immundus, ater, ingratus.

CINOEDVS.

Is dicitur, qui mollis, & effœminatus alienæ inſeruit libidini, & impudicitiæ. Horum plurimi ſub ethiciſmo alebantur, qui glabris erant plerumq; genis: quandoquidē medicaminibus quibuſdam barbam, & pubertatem erumpentem coercebant, aut iam pullulantem pumicibus eradebant; vt in *Iuuen.* & *in Mart.* 2. *epig.* 29. Et ſplendent vul-

ſo brachia trita pilo; vbi *Farnabius:* Pumice, inquit, nuce ardenti, dropaciſmo, ceu pſilothro delicati, & molles ſe depilabant, leuigabantq; . Huius rei meminit clariùs idem *Mart.* 3. *epig.* 73. Horum Cinœdorum ſectatores, ſiquando deprehendebantur . eadem poena , qua apud Graecos adulteri puniri ſolebant: nempè priùs cinere calido depilatis natibus raphanos prægrandes in podicem immittebant irrumatorum: Quod videtur *Catull.* innuere *in* 19. Ah te tu miſeri, maliq; fati , Quem attractis pedibus patente porta Percurrent, raphaniq; mugileſq; .

Meritorius puer . *Cic.* Pathicus . *Iuuen. & Mart.* nempè mollis, vndè pathiciſſimos libellos dixit , pro molliſſimos . Catamitus . *Cic.* Præciſus. *Sen.* Sectus puer . *Mart.* nam euirabantur pueri, vt illis abuti poſſent . Deliciæ , arum : figur. *Catull.* Amores . *Idem* t 5. Amor: Encolpus domini centurionis amor . *Mart.* 1. *epig.* 32.

Impudicus puer, iuuenis, adoleſcens . Mollis puer ; & molliculus . Mollis miniſter . *Mart.* Amaſius: Concubinus . *Idem* 3. *epig.* 81. Scortum maſculum . Sed rumor negat eſſe te cinœdum . *Idem* 3. *epig.* 72. v. phaleuc.

Capillati, orum; plerùmq; enim hi comas alebant ; ſed excedentes ex ephebis eaſdem detonſas Phębo tamquam primitias conſecrabant . Inſignis forma, nequitiaq; puer . *Mart.* 3. *epig.* 90. Pellex miniſter . *Idem* 12. *epig.* 98. Comati, orum: eadem cauſſa, vt ſuperiùs : Rumpis, Baſſe latus, ſed in comatis Vxoris tibi dote , quos paraſti . *Ibid. epig.* 99. Exoletus . Eſt ſcortum maſculum iam adultius . Mollis vir . *Mart.* 3. *epig.* 71. nempè adultus .

Hylus; Alexis; Cęſtus; Ganymedes; Hylas; Antinous, &c. ſunt nomina ſingularium cinœdorum à Principibus quondam amatorum , ſiue ab alijs ; quibus potiſſimùm ad menſæ miniſterium, & ad pocula vtebantur; hinc *Mart.* 9. *epig.* 26. Dantem vina tuum quoties adſpeximus Hylum Lumine nos Afer, turbidiore notas . Alterius gaudia nota Iouis : Cinœdum Ganymedem intelligit , vel Earinum Domitiani miniſtrum à poculis . *Idem ibid. epig.* 37. Siderei mares; nempè pulcri pueri . *Ibidem:* ſidereos autem appellat, inter ſidera ſcilicet collocari dignos .

Spintriæ; ſic dicebantur, qui patiebantur muliebria , ſeq; alijs abutendos prębebant. *Suet. in A. Vitell.* & hi dicuntur etiam: Proſtituti, & ſtuprum paſſi . Lege *Turnebum :* ſunt qui ſpintherias appellant pro ſpintrias .

Contra verò dicebantur .

Pędicones, & fututores, cinœdorum agentes. *Catull.* Qui draucos ſectatur , nempè qui pudenda ſæpiùs irrumare ſtudet pathicorum . Sed pudet nos hæc adeò explicuiſſe , parcat pius lector authori opus abſolutum emittere cupienti ; in antiquorum lectionis ſtudioſorum gratiam .

CINNAMOMVM .

Frutex, ſiue potius arbor procera lauri ſpecie, & noſtris lauris non abſimilis , cuius folia (vt *Petrus de Valle* Patritius Romanus teſtatur) per multos ſeruari poſſunt annos . In Æthiopia, ſiue in Troglodytis regione naſcitur , vel potius in Indiæ partibus ad meridiem magis vergentibus , & præcipuè in inſula Seilan , vbi omnium optima , & vndè ad nos aduehitur longo maris tractu , vulgò *Cannella* .

Cinnama: Cinnama tum primùm, captiuaq; tura dediſti . *Ouid.* 3. *faſt.* Arbor, ſiue frutex Troglodyticus : Gebaniticus frutex ; quòd apud Gebanitas exoriatur plurimum . Iam feret Indicas meſſes, Odoratiſq; rara cinnama pręripiet Sabęis . *Stat.* 4. *ſilu.* 5. V. *Aromata* .

CIRCE .

Venefica mulier, Solis, & Perſæ Nymphæ filia Æętæ Colchorum Regis ſoror , vel , vt alij dicunt , eiuſdem Æętæ filia, ſororq; Medeæ . Nam cùm Soli duo eſſent filij Perſes, & Æętes à patre ambo in Scythicas regiones fugerunt : quorum alter poſtremus in Colchos, Męotidasq; , Perſes verò in Tauricæ populos dominaſſe dicitur . Hic indigenam duxit vxorem , ex qua filiam ſuſcepit , cui nomen Hecate, quæ primùm venationibus dedita , vtpotè quæ fortis, virilisq; eſſet fœmina prima inuenit herbas mortiferas, radicesq; venenatas , vndè venenorum periti ſſima euaſit : nec non earum rerum, quæ medendi vim haberent : Quæ tandem patre veneno ſublato , in Colchos profecta Æętæ ſuo patruo nupſit , ex qua natæ fuerunt Circe, & Medea . Circe verò Medea ſenior matrem ijs artibus ſuperauit; cùm ei tamen obſequeretur , tandem illinc ob crudelitatem ſuam expulſa, ad mare Tyrrhenum deueniens , cùm quamdam inſulam, quæ Męonia dicebatur, ſuis potiſſimùm artibus aptiſſimam ob herbarum copiam reperiſſet, illic habitauit . Ad quam cùm quis vel tempeſtate, vel alia cauſſa appelleret, in varias formas veneficijs ſuis conuertebat . Accidit tamen , vt eò quondam Vlyſſes delatus cum ſocijs viginti duobus Eurilochum ad Circem miſerit; quæ omnes præter Eurilochum, qui aufugit, in feras mutauit : quo audito Vlyſſes pharmaco à Mercurio accepto, ac ratione oſtenſa , qua illam ſuperare potuiſſet , Circen adiuit , eductoq; enſe mortem illi minitatus eſt, niſi ſibi redderet ſocios : quæ perterrita ſocios reſtituit , illumq; adeò pellexit, vt cum ea concubuerit, ex quo Telegonum peperit; quo indè profecto, Circe Glaucum amauit, in eiuſq; gratiam Scyllam , quam ille deperibat , in monſtrum marinum conuertit. Poſtremò Picum Latinorum Regem,

quod

Digitized by Google

quòd illi Canentem vxorem ſuam præferret, in auem eiuſdem nominis transformauit.

Titania. *Ouid.* 14. *met.* Sępè retentatis precibus Titania fruſtra. Titanis,dis: Accipe nec durus Titanida deſpice Circen. *Ibidem*. Parens Telegoni. *Idem* 3. *de Pont.* 1. Telegoniq; parens vertendis nata figuris. Nympha Maryca. *Virg.* 7. *Æn.* Euboea Siren. *Maſcul.* 1. *od.* 6.

Filia Solis. *Virg.* 7. *Æn.* Sole ſata. *Ouid.* 13. *met.* Sole ſatæ Circes tam magna potentia fertur, verterit vt multos in noua monſtra viros. *Idem.* Dea Solis edita ſemine. *Boetius*. Solis genus. *Tib.* 4. *eleg.* 1. Solùm nec doctæ verterunt pocula Circes, Quamvis illa foret Solis genus apta, vel herbis, Aptaq; vel cantu veteres mutare figuras.

Æęa venefica: Aut te traiectis Æęa venefica lanis Deuouet. *Ouid.* 3. *eleg.* 6. quòd Æętes filia, vel neptis. Æęa puella. *Prop.* 3. 10. Et thalamum Ææę flentis fugiſſe puellę, Totq; hiemis noctes, totq; nataſſe dies.

Et Circæ fraudes, Lotoſq; herbæq; tenaces. *Prop. ibid.* Dea dira: Et tetigit virga ſummos Dea dira capillos. *Ouid.* 14. *met. ibiq; multa de Circe.* Hecateia etiam dicta à matre (V. *ſup. in Hiſt.*) Conterit,& tritis Hecateia carmina miſcet. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis. Habitans inacceſſos lucos; In varias formas homines doctiſſima mutans.

Epith. Dędala, Titania, venefica, magica, Sole ſata, filia Solis, &c. Hinc

CIRCÆVM.

Siue Circęium mons inſulæ inſtar, de quo hæc *Strabo lib.* 5. Poſt Antium, Circæum eſt ſtadijs ducentis diſtans,& nonaginta; mons mari,& paludibus inſtar habens inſulæ. Habet caſtellum, & Circæ ſacellum, & Mineruæ aram, dictus à Circe, quando Sarmatarum Rege, cui nupſerat, veneno ſublato, in Occidentem venit,& in hoc monte, ſitue maris Tyrrheni inſula ſibi domicilium excitauit, vt ſuperiùs. Dicuntur etiam Circeij, vndè Circeios, vbi Latij antiqui terminus, in perpetuum relegatum fuiſſe M. Lepidum ab Auguſto, cùm ex Africa in auxilium Reipub. euocatus, ſuperbiret viginti legionum fiducia, terrore, ac minis illum ſpoliauit exercitu: author eſt *Suetonius in Aug.* De hac inſula non pauca ſcribit *Plin. in* 3. ambitus eius octoginta ſtadiorum eſſe, *Clitarchus* tradidit; hodie vulgus appellat *M. Circello.*

Circęij, orum. *Suet. in Aug.* Circęa terra. *Virg.* 7. *Æn.* Circęi lacus. *Ouid.* 13. *met.* ſic dicta ob paludes quaſdam, quæ remanſere ex eo tempore, cùm inſula continenti fuit coniuncta. Circęum iugum. *Virg.* 7. *Æn.* Mœnia Circęa. *Hor. epod.* 1. & *Ouid.* 14. *met.* Circæum littus: Nos quoque Circæo religant in littore pinus. *Idem* 14. *met.*

Atria Circes: Prodigioſa petit Titanidos atria Circes. *Ouid.* 13. *met.* Inſula Circes. Diræ littora Circes; *ex Virg.* & *Ouid.* 14. *met.* Domus Circes: Ille domus Circes, & ad inſidioſa vocatus Pocula — *Ibidem*. Iuga perfida Circæ. — cedant vitreæ iuga perfida Circæ. *Stat.* 1. *ſilu.* 3. nempè paludoſæ. Colles herbiferi Circes: Herbiferos adijt colles, atque atria Glaucus Sole ſatæ Circes variarum plena ferarum. Męonia: ſic dicta ante Circes aduentum.

Æęa inſula: patron. Æęum littus. *Stat.* 4. *Theb.* Filia Solis: fig. pro inſula, dixit *Mart.* 5. *epig.* 1. Seu placet Æneæ nutrix, ſeu filia Solis; Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis; nempè Caieta, Circæum, Terracina, &c.

Circęum, aliud eſſe dicitur opp. in Colchis à Circe ſic denominatum.

CIRCVITVS, us.

Ambitus, us. Gyrus: Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit. *Virg.* 5. *Æn.* Ducitq; per aera gyros. *Ouid.* 2. *eleg.* 6. Circumuolutio; circulus: Ambages longæ. *Ouid.* 3. *met.* Error rotundus. V. *Gyrus, vbi multa*.

CIRCVLATOR, is.

Is dicitur, qui circuit vrbes, & fora venale quid afferens, qui alio vocabulo Circumforaneus dicitur: quamvis generalis ſit dictio, vndè *D. Hieronymus in epiſt. ad Domnionem:* ſcribi, inquit, eos, imò neſcio quem de triuio, de compitis, de plateis circumforaneum monachum, rumigerulum, rabulam, vafrum, &c.

Circuitor. Medicus circumforaneus; vtpotè qui ſemper ad omnes morbos ſecum ferre medicamenta dictitent. Agyrta, Gręcum nomen. Cuſtos, domuuſq; viperarum: Qui collo,& brachijs implicitas circumferre ſolent viperas, quibus, vt innoxiæ ſint, virus eripiunt, vel aduerſus noxiarum morſus ſe medicamentis muniunt, ſanantq;, quo theriacis,& alexipharmacis, quę venalia geſtant, fidem faciant; *ex Farnabio in Mart.* 1 *epig.* 42.

CIRCVS, i.

Ita dictus locus, quòd in circuitu ſedilibus ædificatis ludi ibi fierent;& quòd illic circùm metas ferretur pompa,& equi currerent. Sunt autem qui dicant, ita denominatum à Circe venefica filia Solis. Verùm vt ad rem noſtram; horum multi Romæ potiſſimum fuerunt, nempè

Circus maximus, de quo *inferiùs*.

Circus Flaminius, in quo vitri officina fuit, in qua pocula fiebant punctis coloratis, quaſi gemmis inſignita, & chryſtallinis ſimilia, quæ vt pretio gemmatis æquanda nō erant, ita vſu reperiebantur firmiora, quòd aquis calidis, vt veræ gemmæ

non

non vitiarentur, aut fluerent.

Circus Antonini Caracallæ cum Obeliſco fuit, propè D. Sebaſtiani templum, vbi nuper veſtigia, & rudera eiuſdem obeliſci fracta videbantur; ſed hunc reſtauratum in Circo Agonali ſuper nouum, mirabilemq́; fontem Bernini ſcilicet opus iuſſit erigi Innocentius X. Pont. Max. anno ſalutis M. DC. L.

Circus Aureliani cum obeliſco in 5. Vrbis regione; in ſexta autem duo memorantur: alter propè portam Collinam; alter Circus Floræ, ſiue Floralium, nunc *Campo di fiore:* vel propè illum vbi Farneſia domus. In regione 9. Circus Alexandri Imperatoris; in 11. præter Circum maximum, Circus intimus antiquiore nomine Circus ad murum dictus. Erat & Circus Domitiæ, & Circus Vaticanus, cuius meminit *P. Victor*, eumq́ue Neronis fuiſſe, penè omnes teſtantur; cuius laterales parietes ab initio in templi conſtructione per Conſtantinum iuſſa in honorem Principis Apoſtolorum, eidem templo inſeruierunt. Primus autem omnium Tarquinius Priſcus V. Rom. Rex Circum extruxit, in quo, & in alijs præter nonnulla templa, quæ in medio ſurgebant, viamq́; duplicem faciebant, præter ornamenta, quæ à *Tertulliano* referuntur, columnæ erant, delphini ex marmore, aræ tres potentioribus Dijs erectæ; obeliſcus vnus, vel plures, cęterùm carceres, vndè emittebantur equi: erant quoque metæ, quæ inſigniores inauratæ fuere, Claudio Imp. iubente, qui Circos ex topho, lignoq́; factos marmoreis permutauit. Solum minio, & chryſococolla ſterni Caligula, auri, atque argenti ſcobe conſpergi mandauit Heliogabalus. Pręptereà erant in Circis ſedilia, quæ cancellis erant ſeparata, ne quis importunè ſedendo alteri moleſtus eſſet. Sub quibus erant cellæ, antrave ſubterranea, in quibus habitabant quæ corpore quæſtum facerent: quò etiam ſanctiſſima Agnes fuit ducta, cuius nunc rei in Circo Agonali (qui vel ipſe Flaminius pleriſque putatur eſſe) ædes illi ſacra conſpicitur, in quam fuit illud lupanar conuerſum. Circus Agonius, ſiue Agonalis, ſi diuerſum à Flaminio facias, nunc Romæ forum pulcherrimum omnium exhibet; ita dictus ab agonali certamine. *V. Agon*.

Spatia Circi. *Stat. 6. Theb.* Iugera Circi. Non tuta licentia Circi eſt. *Ouid. 2. triſt.* De Circis, & ludis Circenſibus lege *Caſſiodorum lib. 3. variar. lect. cap. 51. & Onuphrium Panuinium, qui peculiari libro, & iconibus cuncta eruditè quidem demonſtrat.*

Circi certamina. *Ouid. 1. de Pont. 5.* Hic modus, hæc noſtro ſignabitur area curru, Hæc erit admiſſa meta terenda rota. *Idem 1. de art.* Circi irrigatio. Lege *Caſaub.*

Circus Maximus.

Locus inter Palatinum, Auentinumq́; montem à Tarquinio Priſco V. Rom. Rege extructus, de quo hæc *Liuius:* Tum primum Circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt, loca diuiſa Patribus, equitibusq́; vbi ſpectacula ſibi quiſq; facerent fori appellati, ſpectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula ſuſtinentes pedes; hęc *Liuius:* Sed placet *Dion. Halicar.* verba referre per totum *lib. 3.* Idem Tarquinius Priſcus in Circo maximo inter Palatinum, & Auentinum montes ſito primus circumquaque operta tecto fecit ſedilia, nam anteà ſtantes ſpectare ſolebant, furcis tabulata ſuſtinentibus. Locos ſpectaculorum in triginta Curias diſtribuit, vt Curialium quiſque ſuo loco ſpectaturus ſederet, quod opus procedente tempore adnumerandum erat inter ſpectacula totius orbis pulcherrima: longitudo enim eius eſt trium ſtadiorum cum dimidio; latitudo verò quatuor iugerum, à duobus maioribus lateribus, & vno minore cingitur euripo, qui aquas recipiat, decempedali profunditate ſimul, & latitudine: poſt euripum extructæ ſunt triporticus, imæ: habent lapidea paullùm ſcandentia, ſicut in theatris, ſedilia ſuper duplici contignatione ſunt ligna: Duas maiores porticus, tertia minor tranſuerſum Lunata ſpecie appoſita, vt ex tribus vna conficiatur amphitheatralis octo ſtadiorum amplitudine: capax centum, & quinquaginta millia hominum; reliquum eſt minoribus latus, quod ſubdiale eſt; habet fornicatos carceres, vndè equi emittuntur omnes, vno clauſos repagulo. Externè ambit circum ſimplex contecta porticus habens officinas, & ſupernè cellas, per quas ſpectatores intrant, & aſcendunt per officinas ſingulas, vt nulla confuſio exoriatur inter tot millia tum venientia, tum deſcendentia. Hæc *Dionyſ.* In hoc Circo præter alia ornamenta, quæ à *Tertulliano* dicuntur, Sacellum erat Matri Deùm, quæ præſidebat euripo. Conſus apud metas ſub terra deliteſcebat, aram nempè ſubterraneam habebat, de quo Conſo V. *ſuo loco.* Veneri ſtatua in ſacello illi dicato: tum Soli, cui potiſſimùm erat dicatus Circus, ædes in medio, de cuius faſtigio illius effigies emicabat; inſuper obeliſcus, de quo V. *ſuo loco,* qui ab Octauio Auguſto ibi fuit conſtitutus, exciſus à Rege Semneſerteo Ægypti Rege, eo tempore, quo fuit illic Pythagoras: centum viginti quinque pedum, & dodrantis altitudine præter baſim. In hoc Circo ſedilia non tantùm magiſtratuum, ac honoratiorum virorum, ſed multitudinis etiam, vt mollitet ſederent tomento fuerant ſubſtrata. Hinc ludi Circenſes dicti, nempè equorum potiſſimùm curſus. *V. Ludi Circenſes.*

Romulei Circi iugera. *Stat. 3. ſilu. 2.* Romulei qualis

lis per iugera Circi Exſpectatur equus. Martia arena: Martia non vidit maius arena nefas; *ex Mart.* quamvis eo loco de Amphitheatro ſentiat author. Stadium. *Idem* 3. *epig.*66. Magni certamina Circi. *Idem* 6. *epig.*64. Dum te longa ſacra venerantur gaudia Circo Nemo quater miſſos carcere ſenſit equos. *Mart.*8. *epig.*

Cùm pulcher viſu titulis generoſus auitis Exſpectatur equus, cuius de ſtemate in longo Felix demeritos habet admiſſura parentes Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem Puluis, & incuruæ gaudent agnoſcere metæ: deſcript. *Stat.* 5. *ſilu.*2. Exultat rauco victoria Circo. Theatralis ſolemnia Circi. Sæpiùs attonita reſonant Circenſibus aures Nunciat accenſus plena theatra fauor. *Rutil.*

Euripus: fig. de quo *in Hiſt.* Verùm aliter interpretatur euripum *Salmaſius.* V. *Euripus.* Metæ verò binæ, ſiue ternæ vtrinque, nempè in principio, & fine Circi videbantur erectæ, quas dictus Euripus ſecundùm *Caſſiodori* ſententiam, interiacens coniungebat tamquam altiore aggere, ne quis curricula exercendo à ſiniſtra in dexteram vergeret intactis metis, breuioribus gyris, curſu circumflexo. Erant ibi etiam fabricæ quædam, ex ligno ouali figura factæ, quibus curriculorum numeri notari, ac illa nominari ſolebant; & hæ fabricæ Falæ appellabantur.

Epith. Curuus, obliquus, amphitheatralis, capax, flexilis, &c.

CIVIS, is.

Non ruſticus; iſidony: nyticòs: Quid faciat? vir abeſt, & adeſt non ruſticus hoſpes. *Ouid.*2. *de art.* Ciuile ingenium. Vrbanum ingenium. Vrbanus homo. Ciuium cœtus. *Sen. in Hipp.* Ciuiles populi, turmæ, &c. Indigena, ideſt indegenitus. Artibus deditus ingenuis. *Ouid.*1. *de Pont.*7. Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt Pectora molleſcunt, aſperitasq; fugit. *Ibidem.*

Vrbana vita, ideſt ciuilitas. *Ouid.*1. *de Pont.*9. Vrbanitas. Vrbani mores. Conſors vrbis: Conſortes vrbis reperit eſſe ſuæ. *Idem* 3. *de Pont.* 2.

Ciuis, quod ad habitationem ſpectat.

Incola, inquilinus, qui alienam domum incolit, aut in alieno priuatim habitat. Colonus, Vrbis colonus: colonus autem propriè dicitur, qui villam conducit. *Hor.* Oppidanus: Municeps; ſignificat etiam adſcitus, & adſcriptus in ciuium numerum, vndè ciuilium munerum fit particeps. Qui verò olim dicerentur municipes explicat *A. Gellius.*

Populares. *Suet.* Sunt qui barbaris compatriotæ nuncupantur. Hinc

Ciuilis: Vrbanus, quod ad vrbem ſpectat; ſic vrbicus apud *Mart.*1. *epig.*54. Hinc

CIVITAS, tis.

Nempè ius ciuium; quo donantur aliquando alienigenæ benè de municipio meriti.

Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt. *Ouid.* 5. *triſt.*3. Ciuis nomina. *Idem* 5. *triſt.*4. Nam quod opes teneat patrias, quod nomina ciuis. Ciuium iura, ciuilia iura.

CITHARA, æ.

Inſtrumentum muſicum, quod à Mercurio, vel ab Apolline dicitur repertum: alio nomine dicta chelys. V. *ſuo loco.*

Fides citharæ: Fides, figur. ſunt enim nerui, & chordæ, quibus illa paratur; ſic Nerui: Chordæ: Fila lyræ reſonantia. Plectro fila ſonantia. *Stat.*2. *Achill.* Reſonantia pollice fila. *Sil. Ital.*

Lyra. Chelys. Teſtudo. V. *ſuis locis:* ſic Plectrum, quod fig. pro ipſa cithara ſumitur. V. *ſuo loco.* Pecten, fig. Dum canimus ſacras alterno pectine nonas. *Ouid.* 2. *faſt.* Ebur, pro pectine, fig. vel quod cithara ebore, & eburneis lineis interſeratur: Nobile feſtiuo pollice duxit ebur. *Claud. praf.* 2. *de rapt.* intelligit, quo olim pulſabantur citharæ.

Citharę modi. *Hor.*2. *od.*12. Mollibus aptari citharæ modis — cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. *Virg.*1. *Æn.* Threicia fretus cithara, fidibuſque canoris. *Idem.* Cuncti, cithara reſonante ſequuntur. Dum pulſat citharam Phœbus eburneam, &c.

Epith. Arguta, ſonans, decens, fulgens, eburnea, bicornis, ſonora, &c. Hinc

CITHAROEDVS.

Fidicen, nis. Pulſator citharæ. Indulgens citharis. *Pictor.* Bellus es arte lyræ. *Mart.* ſic ars citharæ. Qui fidibus canit, neruos pulſat, tangit chordas; qui ſollicitat, tentat, impellit pollice chordas. Numeros intendit neruis, *Chi accorda l' inſtrumento.* Plectra mouens. Tutius eſt pulſa curarum nube ſerenis Threiciam digitis increpuiſſe lyram. Aſtitit argutus iuuenis, patritij, canoram Increpuit de more lyram dulcedine mira.

Chorocithariſtæ: Pſilocithariſtæ, dicuntur plures citharœdi, citharæ ſonis ad numeros indulgentes, vt fit in choris, odęisq; muſicalibus. *Sueton.*

CITRVS.

Duplicis generis eſt arbor, quarum altera lauri folio perpetuò virens eiuſdem ferè ſpeciei eſt cum malo medica, quamvis diuerſiſſima viſu ſit, & guſtu, è qua naſcuntur citra ad Pharmaceuticen opportuna. Altera ſiluestri cupreſſo ſimilis eſt, & caudice, & folio, & odoratu in Mauritania præcipuè naſcens; cui non abſimilis quæ in Libano quoque monte exoritur, de qua V. *Cedrus:* vndè menſæ olim fiebant ſummi pretij à Romanis: ſic *Papinij interpres* illud explicat: — Mau-

ros

Digitized by Google

ros vndique poſtes; nempè ex citro Mauris in campis apud Atlantem enaſcentibus. *Stat.*1. *ſilu.* 3.

Maſſyla robora. *Idem* 3.*ſilu.* Lacrymæ Etruſci. Atlantica munera. *Mart.*14. 89. quæ arbores num fructus afferant, adhuc me latet; nam quæ dicuntur mala Horti Heſperidum alia eſſe dicuntur à citris diuerſa. Menſa citrea. *Cic.* 6. *Verr.* & hæc eſſe munera Atlantica intelliguntur. Hinc

CITRVM.

Fructus primi generis arboris,qui etiam citrium,& citromelon dicitur,vulgò *Cedro.*

Citria mala. Aurea mala;quamvis propriè ad mala medica referenda ſint. *Virg. eclog.*3. Cedromela. *Dioſcor.*

Varia citrei mali genera. V. *apud Ruel. lib.* 1. *cap.* 69.

CLADES. V. *Cades.*

CLAMOR, ris.

Vlulatus, propriè fœminarum clamor, ſiue fletus grandis. V. *inferiùs.* Vox: Vocem ad ſidera tollunt. *Virg.* Tumultus. Vocum tumultus. Murmur, & murmura. Fremitus denſus. *Virg.* 4. *Georg.* Sonitus acer vocum; *ex eodem.* Suſurrus.

Vox ingens. *Virg.*1.*Georg.* Fragor,figur. nam ſtrepitus eſt rerum inanimatarum. *Ibid.* Vox horrenda. *Idem* 9. *Æn.* Strepitus vocum. Vox acuta. Grauior ſonus: Verba grauiore ſono. *Ouid.* 12. *met.* & *Virg.* 4. *Georg.* Verba fortia: Eſſe pudor vetuit fortia verba mihi. *Mart.* 3. *epig.* 46. nempè,clamare me vetat pudor. Stridor:Terribilis ſtridore ſonus. *Ouid.* 12. *met.*

Vox grauior. *Sen. in Oedip.* Afflatus ingens.*Claud.* Sublatus ad æthera clamor. Ferit ardua ſidera clamor. Tum verò ingeminat clamor,cunctiq; ſequentem Inſtigant ſtudijs. *Virg.* 5. *AEn.* Reſonat clamoribus æther. Tum verò exoritur clamor, ripæq; lacusq; Reſponſant circa, & cœlum tonat omne tumultu. *Virg.* Inſequitur clamorq; virum,clangorq; tubarum. *Idem.*

Mimallonei bombi; nempè Bacchantum clamores, & vlulatus: hinc *Perſius ſat.*1. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis;ij autem ſunt potiſſimum clamores, & voces abſurdæ, quibus vtuntur in Bacchanalibus bacchantes.

Epith. Flebilis,diſſonus,horriſonus,fœmineus,horrendus, abſonus,vagus. Hinc

Clamor nautarum.

Celeuma,ſeu Celeuſma,tis. *Mart.*1. Clamor nauticus:Nauticus exoritur vario certamine clamor. *Virg.* 5. *Æn.* & *Val. Flacc.*1. *Argon.*187. Inſequitur clamorq; virum,ſtridorq; rudentum. *Idem.* Lætoq; ſonant caua littora plauſu. Nauticus ſonus. Nautarum voces: Nautarum ad ſidera voces Tollantur — Miſcetur clamoribus æquor.

Clamor fœminarum.

Vlulatus,us: Fœmineæ voces: Fœmineum clamorem ad cęli ſidera tollunt — clamor iuuenilis,& vnà Fœmineę voces,impulſaq; tympana palmis, Concauaq; æra ſonant. Fœmineus plangor. — penitusq; cauæ plangoribus ædes Fœmineis vlulant ferit aurea, &c. *Virg.*2. *Æn.* Sonat aula tumultu Fœmineo.

CLANGOR.

Sonus tubæ. V. *Tuba.* Clangor tubæ. *Virg.*8.*Æn.* Fragor tubæ. *Sil.Ital.*3. Clangor tubarum. *Virg.* & *Luc.*1.*Pharſ.* Sonitus tubæ,tuberum. *Virg.*3. *Georg.* Strepitus tubarum.

Canor æris rauci. *Virg.*4.*Georg.* Signum ære cauo datum. *Virg.*3.*Æn.* Buccina,figur. ſic Tuba:Lituus,&c. Murmur cornuum. *Hor.*2.*od.*1. Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures,iam litui ſtrepunt; Iam fulgor armorum fugaces Terret equos, equitumq; vultus.

Bombus rauciſonus. *Catull.* Stridor lituum. *Luc.*1. *Pharſ.* Stridulus aer eliſus lituis. *Idem* 7. Raucus ſonus. *Ouid.* 4. *met.* Iam ſilet murmur graue claſſicorum. *Sen. in Thyeſt.* 3. V. *Claſſicum: Tuba.*

CLAROS. V. *Ionia.*

CLARVS.

Vt primum diſcuſſæ vmbræ, & lux reddita menti eſt. *Virg.*12. *AEn.* Serenus. V. *ſuo loco.* Non obſcurus: Quem non obſcuris iungis, Auite, viris. *Mart.* 9. *epig.*1. Verùm ſi metaphoricè ſumas.

Præclarus:Illuſtris. V. *ſuo loco:* magnanimus:egregius: clarior: clariſſimus. Hinc claritas; lux; ſplendor; ſerenitas.

CLASSIS.

Nauium propriè ſignificat multitudinem in bellum paratarum, de qua paullò poſt.

Pro multitudine etiam hominum coacta ſumitur: vndè Claſſis procincta, pro exercitu ad prælium inſtructo: Etiamq; pro equitum ordinibus extulit. *Virg.* ſed V. *Acies ſupra.*

Nauales acies:Armatæ triremes. Nauibus bellum gerere. Ratibus naualis Enyo. *Mart.*1. V. *Bellum nauale.* Auguſti laudes fuerunt committere claſſes,Et freta nauali ſollicitare turba. *Idem in Amphith.*Claſſis adeſt mare veliuolis iam navibus albet.

Fertur cita gurgite claſſis. Cærula roſtratæ proſcindunt æquora claſſes. Lunata claſſe recedunt. Auerſos profuga de claſſe reduxi.

Claſſis pro commeatu nauium. V. *Nauigatio.*

Claſſium dimicatio in pelago deſcribitur longiùs à *Sil.Ital. lib.*14.*v.*367.

Epith. Ærata, roſtrata, lunata, æquorea, fugax, cita,

cita, victrix, &c. Hinc

CLASSICVM.

Tubæ ſonus dicitur, ſeu tuba ipſa claſſis, vndè dicimus claſſicum canere.

Martia tuba. Murmur graue claſſicorum, fig. *Sen.* Bellicus ſonus. Claſſicus ſonus. Stridor litui ſtrepentis. *Sen. in Thyeſt.* 3.

Raucus cantus: Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu. *Virg.* 8. *Æn.*

Buccina — bello dar ſignum rauca cruentum Buccina. Signum: Intenti expectant ſignum, exultantiaq; haurit Corda pauor. Aſſenſus raucus: Æreaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco. Iamq; horrida clangunt Signa tubæ. Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat. Vox buccinæ: fig. Tum verò ad vocem celeres, qua buccina ſignum Dira dedit raptis concurrunt vndique telis. Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent. *Tibullus*. Iamque autem horriſono rumpunt fera claſſica bombo. Inflantur claſſica: Claſſica ſonant, increpant claſſica. V. *Clangor: Tuba: Lituus*.

Epith. Mauortium, ferum, dirum, ferale, turbidum, &c.

CLAVA.

Herculis propriè fuit arma, vndè inter ea, quæ fieri non poſſunt, hęc circumferuntur adagio: Clauam extorquere velle; eſt, rem conari impoſſibilem: vndè *Macrob.* 5. *ſaturn.* Tria ſunt, inquit, ex æquo impoſſibilia; vel Ioui fulmen eripere; vel Herculi extorquere clauam; vel Homero ſubtra here verſum. Erat autem lignum, cuius ſummitas nodoſa clauis vndique ferreis erat prępilata, qua ipſe monſtra feciſſe dictus fuit à poetis.

Herculis arma. *Virg.* 10. *Æn.* Robora clauæ. *Sil. It lib.* 8. Robur: ferratæ munitus robore clauæ. Cuius lęua calet robore dextra mero. *Mart.* 9. 44. de ſtatua Herculis loquitur. Herculeum robur.

Stipes Herculis: Noſtri ſtipitis pulſu cecidiſſe. *Sen. in Herc.* Herculeus ſtipes: vndè ſtipes cæde monſtrorum illitus, dicitur *ab eodem*. Stipes potens duris nodis. *Ibidem.* Truncus. *Ibidem.* Victrice magnum dextera robur gerens. *Ibidem, & Val. Flacc.* 1. *Argon. v.* 635. Nodis grauatum robur. *Virg.* 8. *Æn.*

Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum. Ipſe capit clauamq; grauem, ſpoliumq; leonis. Quis facta Herculeæ non audit fortia clauæ? Quæ neſcia frangi Durat ad aſſiduos ſemper firmata labores.

Epith. Grauis, Herculea, trinodis, &c.

CLAVDIA.

Virgo quædam Veſtalis, quæ inceſti ſuſpecta virginitatem probauit ſuam: cùm enim ex Sibyllinis libris Idęa mater Romam eſſet accita; & nauis, qua vehebatur vado hęſiſſet, nec indè moueri poſſet; Claudia Veſtalis, quæ ex nimio cultu impudica habebatur, ſuo cingulo eam nauem facillimè ſola traxit: quod miraculum admirata Roma, Deæq; Virginiq; maiorem deindè præſtitit cultum. Hanc fabulam, ſiue hiſtoriam pluribus exequitur *Ouid.* 4. *faſt.*

Non Claudia talis Reſpexit populos, mota iam virgo carina. *Stat.* 1. *ſilu.* 2. Claudia quincta genus clauſo referebat ab alto, Nec facies impar nobilitate fuit. *Ouid.* 4. *faſt.* Claudia pręcedit lęto celeberrima vultu Credita vix tandem teſte pudica Dea. *Ibidem.*

CLAVDVS.

Turpiter obliquo claudicet ille pede. *Ouid.* 2. *eleg.* 17. Tardus vulnere. *Virg.* 2. *Æn.* Alterni greſſus: Alternos longa nitentem cuſpide greſſus. *Idem* 12. *Æn.* Diſpar greſſus. — & riſus diſpare greſſu Commouet. Tardipes. *Catull.*

Cùm ſint cura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ. *Mart.* 2. verùm hoc in loco intelligit, qui varus eſt, nempè qui diſtortis cruribus eſt, vt exponit *Horat.* Loripes. *Iuuen.* qui in lori modum obtorta habet crura. Vatia, vel Vatius: *Varroni* dicitur, cui crura ſunt introrſum intorta, eſtq; vitium varo contrarium.

Cui pedes non ſunt æqui: Nec vos pedibus procedi-ris æquis. *Ouid.* 4. *de Pont.* 5. de elegis verſibus, qui claudicare dicuntur cauſſa diſparitatis verſus. — fouentq; Alternos ęgro cunctantem poplite greſſus. *Val. Argon.* 2.

CLAVIS. V. *Peſſulus.*

CLAVSTRVM.

Domus clauſa. *Virg.* Septum. Ædes clauſæ. *Virg.* 4. *Georg.* Penetralia: fig. per antitheſin. — caſteq; colis penetralia Veſtæ. *Ouid.* 3. *faſt.* Adyta Mineruę. *Virg.* 2. *Æn.* V. *Monaſterium.* Penetrans clauſaſq; fores, & ahenea clauſtra.

Clauſtrum etiam repagulum. V. *Obex*. Cataractæ, arum; ſiue Cataractum. *H. Iun.* eſt obex aquarum. Septum. Cataractarum clauſtra. *Rutil.*

CLAVVS.

A` claudendo dictus. Clauum figere dixere priſci; quod fiebat quotannis à Pretore maximo, vt ex clauis illis numerus annorum colligeretur. Fiebat etiam ritus in figendo clauo, præſertim poſt aliquod morboſum excidium.

Clauiculus: diminut. Retinacula ferrea. Ferrum: fig. Compages ferreæ lignorum, tabulatum, &c. cuſpis acuta.

Clauus ferreus: clauus capitatus: clauus vncinatus. *Vitr.* qui vncum capitis loco habet, de quo ſolent periſtromata, vel funes appendi. Clauus muſcarius, *Idem*, vmbellatus, rotundo nempè

capite inſignis. Bulla:pro capite claui vmbella. to in bullæ modum faſtigiato, quo ſuperbarum ædium fores configi ad ornamentum ſolent, interdum deaurato. Adamantæus clauus, *fatto à punta di diamante.*

Clauus autem latus, & anguſtus fuit quoddam Romanorum inſigne, quo Senatores, equitesq; à plebe diſtinguebantur, veſtimenti quidem genus quod etiam clauata tunica dicebatur,quę clauos purpureos intextos,vel potius inſutos (quod *Aldus Manutius* probat) habuit; aut latos, aut anguſtos. Fuerunt porrò claui quaſi flores panno intexti: vndè *Martialis* dixit — lato mapalia clauo. Lato clauo Senatores tantùm vtebantur: anguſto autem equites; rectam verò tunicam, & ſine clauis Plebs induebat. Huius autem clauatæ veſtis vſus ab Etruſcis venit, dicente *Plinio lib.9.* Toga prętexta,& latiore clauo è Regibus Etruſcis deuexit Tullus Hoſtilius.

Laticlaua,æ. *Val.Max.* Tunica lati claui. *Suet.* Clauata toga,tunica,veſtis, &c. Sacrificum lato veſtem diſtinguere clauo. *Sil.Ital.* Intertexta toga purpureis clauis.

Inſigne veſtis. *Suet. in Aug.* quo hic permiſit vti Senatoribus è nobiliorum cœtu ſegregatis ob affluentem inconditæ,deformisq; turbę numerum à I. Cæſare auctum, quem ipſe Auguſtus imminuit. Veſtis Senatoria. Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt, Maius erat noſtris viribus illud onus. *Ouid.* Lege *Caſaub. in Com. Suet. in Auguſt.*

Clauus etiam gubernaculum in naui dicitur. Hinc clauum tenere,eſt gubernare,ſiue regere: ſic nauis Reip. Imperij, Regni clauum tenere. V. *Magiſtratus.*

Habenæ nauis. *Sen. in Med.* Temo. V. *ſuo loco.* Gubernaculum, vel per ſyncopen Gubernaclum. — & reſidentis puppe magiſtri Affixit plectro dextram, nec deindè regenda Puppe manus valuit flectenti immortua clauo. Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum. *Sil.Ital. lib.14. v.408.*

CLEMENS.

Mitis: mitior. Lenis: lenior. Comis. Amabilis. Benignus. Mollis: mollior. *Prop. 2. eleg. 20.* Mens benigna. Benignus animus. Exorabilis: Et iam ſi pecces, Deus exorabilis ille eſt, Si modò præſentes viderit eſſe preces. *Prop. 2. eleg. 22.*

His precor exemplis tua nunc,mitiſſime Cęſar Fiat ab ingenio mollior ira mea. *Ouid. 2. triſt.* Tu quoque cùm patriæ Rector dicare, Paterq; Vtere more Dei nomen habentis idem. *Ibidem.* Moderatus: moderatior: — nec te quicquam moderatius vnquam. *Ibidem.*

Miſericors:pius:æquus:propitius:beneuolus. Dexter ades tuo numine. Des mihi te placidum. Reſpice pacato vultu, miſerere tuorum — tranquilla tuens,nec fronte timendus. *Val. Flacc. 1. Argon.* Hinc

CLEMENTIA.

Benignitas: Comitas: Mitia verba: Lenia verba: Lenis ſermo: Vox mitis: Blandum lumen:mentisq; benigna temperies,doctiq; ſales, &c. *Claud.* Serenus,placidus vultus:Vt fuerit noſtro lenior ira metu. *Ouid.2. triſt.*

CLEONÆ, arum.

Et Cleone, es: Vrbs eſt parua Arcadiæ Argiuis finitima,propè quam Nemeęa ſilua, vbi leonem inſignem interfecit Hercules, ſpoliumq; pro ſigno deinceps induit: qui leo fuit dictus Nemeęus, & Cleonęus. Alij dicunt Corintho viciniorem eſſe,vtpotè quæ octoginta ſtadijs ab hac diſtat; & centum viginti ab Argis.

Humileſq; Cleonæ. *Ouidius lib.6. met.* — & ingenti turritæ mole Cleonæ. *Stat.4. Theb.* Sacri Cleonæi cogunt vineta Molorchi: Molorchus autem accepit hoſpitio Herculem, cùm in Nemeæam ſiluam proficiſcebatur ad leonem interficiendum. *Ibidem.* V. *Molorchus.* Cleonęa ſtirps. — membra Cleonęæ ſtirpis iactator Agileus. *Idem 6.Theb.* Eliſa leonis Ora Cleonæi patulo cęlantur hiatu. *Sil.Ital.* Terræ Molorchęæ:Lęta Molorchęis poſuit veſtigia terris. *Tib.4.eleg.1.* Cleonæo iatu tempora clauſus hiatu Alcides. *Val.Flacc.1.Argon.* V. *Leo ſidus.*

CLEOPATRA.

Ægypti Regina Auletæ filia, ſoror, & vxor Ptolomæi vltimi illius regionis Principis; quæ, ſicut vir ſuorum cauſſa vitiorum fuerat Regno ab Alexandrinis expulſus (*Cicerone teſte in epiſt. lib. 1. ad fam.*) ſic ipſa impudiciſſima à Cæſare primùm fuit adamata, cui Cæſarionem peperit, quem poſteà Octauianus Auguſtus iuſſit interficitum ab Antonio (ſorore Auguſti repudiata) in matrimonium ducta; cui meritò mouit bellum idem Auguſtus ob eandem cauſſam. Quem denique nauali bello apud Actium Epiri promontorium deuicit: cùmq; vellet de Cleopatra Romam triumphare,ſagax fœmina,ne probrum huiuſmodi admitteret, ſerpentes adhibuit, quorum veneno perijt; eius tamen in triumpho ſtatua ducta. Inter cætera verò cœna Cleopatræ memorabilis,de qua *Plin. lib.9. cap.35.* hæc ait: Duo fuere maximi vniones per omne æuum, vtrumque poſſedit Cleopatra Ægypti Reginarum nouiſſima per manus Orientis Regum ſibi traditos. Hęc cùm exquiſitis quotidiè Antonius ſaginaretur epulis ſuperbo ſimul, ac procaci faſtu, vt Regina meretrix lautitiam eius omnem, apparatumq; detrectans; quęrente eo quid aſtrui magnificentiùs poſſet, reſpondit vna ſe cœna

cen-

centies ſeſtertiû abſumpturam, noſtratis ſcilicet pecuniæ 250000. aureos. Cupiebat videre Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſteto die, quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio poſuit irridenti, computationemq; expoſtulanti, at illa corollarium id eſſe, conſumpturamq; ſe ea in cœna taxationem confirmans, ſolamq; ſe centies ſeſtertiûm cœnaturam; inferri menſam ſecundam iuſſit, ex præcepto miniſtri vnum tantùm vas ante eam poſuere aceti, cuius aſperitas vſque in tabem margaritas reſoluit; gerebatq; auribus tum maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus: itaq; ſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit; iniecit alteri manum L. Plancus iudex ſponſionis illius, eum quoque paranti ſimili modo abſumere, victumq; Antonium pronunciauit, homine irato: hactenus ille.

Coniux Ægyptia Antonij. *Virg. 8. Æn.* Scilicet inceſti meretrix Regina Canopi, Vna Philippæo ſanguine inuſta nota: Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubin, Et Tiberim Nili cogere ferre minas: *& reliqua multa Prop. 3. eleg. 9.*

Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris, Et trahere occultum membra ſoporis iter. *Prop. ibid.* dicunt enim aſpide brachium illi morſum, cuius veneno emarcuit. V. *eundem Prop. 4. eleg. 6.*

Antonij pellex: Pharij proles clariſſima Lagi. Regina Ægypti, *ex Hor. 1. od. 37. & Luc. 10. Pharſ.* Reginam Pharos appellat. Priuata deduci ſuperbo non humilis mulier triumpho. *Hor. 1. od. 36.* V. *Marcus Antonius.*

Dedecus Ægypti, Latij feralis Erynnis. Romano non caſta malo. *Lucan.* Ptolomeis, dis, vel Ptolomeias. *Idem 10. Pharſ.* Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas. *Stat. 3. ſilu. 2.* Pharia coniux Antonij: Qualia qui Phariæ coniugis arma tulit. *Mart. 4. epig. 11.*

CLERICI.

Dicuntur ij, qui in Domini ſortem aduocantur à verbo Greco κλῆρος ſic dicti.

Sacrum vulgus: *ex Claud.* Cœtus ſacer. Induti lino; *ex Virg.* Sacerdos. V. *ſuo loco, vbi multa.* Religioſa turba: Gens ſacris addicta; addicta choro, templis. Templorum cuſtodes. Gens dedita templis, &c.

CLIENTES.

Dicebantur, qui patronos habebant, quorum auxilio iuuabantur vel in litibus, vel in alijs, quæ pro filijs parentes ſolent facere. Horum officium deſcribitur à *Dionyſ. Halicarnaſſ. & ab A. Gellio lib. 5. cap. 13. & alibi.*

Grex togatus. *Mart. 2. epig. 57.* plerùmque enim quique ſuos patronos ſequebantur: vndè eueniebat, vt ij præſertim patroni, qui facultatibus, & nomine pollebant, plures haberent clientes, quibus deducerentur honoris cauſſa.

Turba clientium. *Hor. 3. od. 1.* Deſcendat in campum (ſcilicet Martium) petitor Moribus hic, meliorq; fama; Contendat illi turba clientium Sit maior, &c. Cultores. *Ouid. 1. de Pont. 8.* Cætera ſit ſoſpes cultorum turba tuorum, In quibus vt populi pars ego parua fui. Clientium multitudo: agmen: manus, &c.

Cinctus togatis poſt, & ante Saufellus; ideſt comitibus, anteambulonibus, lateronibus, pediſſequis. *Mart. 2. epig. 74.* Hinc Clientela, nempè Defenſio, &c.

CLIO. V. *Muſa.*

CLITVMNVS.

Fluuius in Vmbria, qui propè Meuaniam eſt Propertij patriam. Sunt qui dicant agri Faliſci fluuium eſſe; ſed falſum eſſe plerique teſtantur; hic è Trebulanis collibus erumpens limpidiſſimo fonte Meuaniæ agros potiſſimùm irrigat; eaqs eſt huius fluuij vbertas, vt non tàm boues inibi paſcentes pingues, ſed & albos efficiat aqua è fluuio pota, *Lucano, Plinio, Seruioq; teſtibus:* ex his olim armentis albi tauri Romam deducebantur in triumphorum ſacrificijs mactandi velut opimas victimas ob fauſtum candoris omen in victoria. Hinc Clitumnus pro Deo cultus ab Vmbris fuit, cui non ſolùm ædem (cuius adhuc haud procul à Meuania veſtigia cerni aſſerunt) ſed & lucos ſacraſſe veteres ipſe *Propert.* indicat, vt *inferius.*

Clitumni fontes. Nec ſi vacuet Meuania valles, Aut præſtent niueos Clitumna noualia tauros. *Stat. 1. ſilu. 4.* Niueus Clitumni latex: Clitumni flumen: Quo formoſa ſuo Clitumnus flumina lucus Integit, & niueos abluit vnda boues. *Propert.* Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima ſæpè tuo perfuſi flumine ſacro Romanos ad templa Deum duxere triumphos. *Virg. 2. Georg.* Et lauit ingentem perfuſum flumine ſacro Clitumnus taurum. *Sil. Ital.* V. *Meuania.*

CLIVVS.

Idem eſt in colle, quod in monte iugum.

Trames cliuoſus. *Virg. 1. Georg.* Supercilium cliuoſi tramitis. *Ibidem.* Rus cliuoſum. *Idem 2. Georg.* quòd in cliuo ſit poſitum. — perq; ardua duro Nititur ad laudem virtus interrita cliuo. *Sil. Ital.*

Ardua ſemita: Ardua ſaxoſo perducit ſemita cliuo. *Sil. It. lib. 15.* Conuexus trames. *Virg. 11. Æn.* Limes accliuus. *Ouid. 2. met.* Semita cliui. *Mart. 5. epig. 23.* Iter præceps: nempè ardua cliui ſemita. *Ouid. 4. triſt. 3.* Indè plagam, qua molle ſedens in plana Cytheron Porrigitur, lapſuq; in-

clinat in æquora montem, Præterit, &c. deſcript. clini. *Stat.* 1. *Theb.*

Cliuulus: paruus cliuus. V. *Mons.*

CLOACA.

Receptaculum omnium purgamentorum vrbis, vt dixit *Liuius*; nempè ſpiraculum illud, quo omnis ſordium colluuies immiſſo flumine, vel pluuiarum alluuione purgatur. Primus omnium Tarquinius Priſcus cœpit fodere cloacam; montibus enim ſubfoſſis, ac vrbe penſili fornicibus ſuſpenſa receptaculum omnium vrbis ſordium cloacam fecit, inque tres ductus diuiſit, maxima ea cloaca dicta eſt: foſſæ deindè aliæ. Maxima verò cloaca in Vrbe ea fuit altitudine, ac latitudine, vt cum fœno currus in illam ingredi potuiſſet; in quam proiectum quondam D. Sebaſtiani corpus pia Irene repertum ſepelliuit ad Catacumbas. Fuit etiam Cloacina Dea ſic dicta, quòd Romæ in cloaca magna fuerit effigies eius inuenta, cùmq; ignoraretur cuius eſſet ex loco inditum nomen fuit. Illam T. Tatius, vel potiùs Tarquinius Priſcus conſecrauit.

Crypta. *Iuuen.* ad cryptæ enim formam fiunt plerumque fornicatæ. Receptaculum omnium purgamentorum vrbis. *Liu.* Colluuiarium. *Varr.* Sordida ſordium ſepta. Sordidus euripus: fig. dici poteſt.

CLOELIA.

Nobilis Virgo Romana, quæ cum alijs nonnullis virginibus Porſenæ Etruſcorum Regi obſes data, deceptis cuſtodibus vnà cum reliquis incolumis ad ſuos per Tiberim tranauit. Quamobrem Romani nouam in fœmina virtutem nouo honoris genere decorarunt: equeſtri ſcilicet ſtatua Virgini in ſumma Sacra via erecta. Meminit *Virg.* 8. *Æn.*

Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis. Romana virago. Quæ Regem Tuſcum decepit ſedula virgo.

CLOTO. V. *Parca.*

CLVSIVM. V. *Etruria.*

CLYMENÆ. V. *Nympha.*

CLYPEVS, i.

Inſtrumentum, quo quis aduerſus hoſtiles ictus ſe tuetur, cuius formæ variæ, vndè quoque varium ſynonymum: Scutum enim à ſcutulæ forma rotunda, vndè & ſcutulata tela araneæ, quæ rotunda eſt: Clypeus verò ſcutum maius, & oblongum, eò quòd clepat, hoc eſt cęlet totum corpus, vt *Chariſius* ait: clypeum verò peditum eſſe, vt ſcutum equitum, voluit *Seruius*. In clypeo verò olim emblemata, familiæ inſignia, vel huiuſmodi pingebantur, vt indè magis dignoſcerentur. Hinc Demoſthenes in clypeo pro inſigni Fortunam bonam habuit, vt *Plut. in vit. de cl. Rhet. in Demoſt.* Agamemnon verò leonem geſtabat, vt *Pier. Val.* Pallas Meduſæ caput ad terrorem incutiendum. Vlyſſes delphino, eò quòd Telemachus puer illo incolumis euaſit ex pelago, in quod inciderat. In Græcorum autem clypeis Neptunus; in Troianorum verò inerat Mineruа. Niciæ ſcutum auro fulgebat, & purpura. Lacedęmonij litteram λ, Meſſenij autem μ, inſculpſerunt pro inſigni, Alcibiades Cupidinem cum ſagittis; Neocorus Haliarchus draconē: quidam verò Lacedæmonius muſcam effictam habuit in clypeo. Hippomedon in ſuo clypeo Danai rem geſtam habuit, filiarumq;. Lege *Stat.* 4. *Theb. v.* 133. Apud Tirynthios in clypeis videbatur inſculpta res geſta ab Hercule, cùm leonem in Nemea interfecit; totaq; eius facti hiſtoria: ſic *Lactant. in Stat.* 4 *Theb.* Capaneus (*Ibidem.*) Hydram inſculptam habuit in clypeo; quod deſcribit eleganter: Amphiaraus tamquam vates Apollini addictus in clypeo victum Pythona gerebat. *Ibidem.* Parthenopęus in clypeo Atalantæ matris pręlia apud Calydonem geſta, cùm aprum prima percuſſit. *Ibidem.* Sed de his lege *Alex. ab Alex. Genial. dier. lib.* 6. *cap.* 22. Hinc factum, vt huiuſmodi emblematis, ſiue ſymbolis ad veterum ſimilitudinē recentes vtantur; cũ ſuę familię quiſq; peculiare extollat inſignes, in quo Dracones, Aquilas, Apes, Columbas, & ſimilia inſculpant, vndè illorum dignoſcimus familiam. Solebant autem clypeum ligneum, vel ferro veſtire, vel crudo corio, vel ære, & huiuſmodi: vndè *Stat.* 3. *Theb.* Nec pudor emerito clypeum veſtire iuuenco. Hinc ſeptemplicem appellat *Virg.* Turni, vel Æneæ ſcutum. E fici ligno, ſiue vitis optimi fiebant clypei; nec non noſtra quoque fiunt ætate, & vulgò *Targhe* dicuntur. Sed ad noſtra.

Clypeum, g. n. dicitur etiam. Orbis clypei. *Virg.* 2. *Æn. &* 10. Inſigne clypei. *Ibidem.* Æra clypei: Illa volans clypei tranſuerberat æra. *Idem* 10. *Æn.* Clypei ingens onus. *Ibidem.* Æs clypei. — clypei ære repercuſſo. *Ouid.* 4. *met.* Clypei lux: fig. — clypeiq; cruenta Lux rubet, & Solem longè ferit æmulus orbis. *Stat.* 3. *Theb.* Clypei orbis, inſigne, &c. Clypeo pugnas meditatur aheno. Poſtquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo eſt. Sumpſerat ære Fulgentem clypeum, &c. — clypeumq; ex ære ſiniſtræ Subligat. Hic ferro accingor rurſus, clypeoq; ſiniſtram Inſertabam aptans. *Virg.* 2. *Æn.* Ille tamen clypeo obiecto conuerſus in hoſtem Ibat. — clypeum tum deindè ſiniſtra Extulit ardentem, &c.

Anſa clypei, vel capulus, quo tenetur, ſiue quo brachium inſeritur. Vmbo eſt pars media clypei eminentior: figuratè tamen ſæpè pro ipſo clypeo: Hi tecti galea, duroq; vmbone reſiſtunt. — figitq;, volatq; Ingenti gyro, ſed ſuſtinet

ærcus vmbo. *Virg.*10. *Æn.*

Scutum. V. *ſuo loco.* Parma;parmula:diminut. *Hor.* 2. *od.*7. Relicta non benè parmula:Quum fracta virtus,& minaces Turpe ſolum tetigere mento: Parmaq; inglorius alba. Picta nec inducto fulgebat parma pyropo. Parmatus miles, qui vtebatur parma. Tergum ferri, & æris: tot ferri terga tot æris Perforat,&c. *Virg.*10.*Æn.* Orbis cauus. —illa per orbem Ære cauũ triplici per lignea terga, tribusq; Tranſijt intextum tauris opus, &c. *Ibidem.* Tegmen æratum. *Ibidem.* Cui tegmen ſeptem terga fuere boum. *Ouid.* 3. *de art.*

Ancile: ſcutum breuius, dictum quaſi vndique circumciſum ſecundùm *Seruium*: Succinctus trabea,læuaq; ancile gerebat. *Virg.*7.*Æn.* Et lapſa ancilia Cęlo. *Idem.* Fertur autem Numæ Pompilij tempeſtate de cęlo ancile decidiſſe, vnàq; ed tam vocem: omnium potentiſſimam fore ciuitatem, quandiù in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cęleſte poſſet. Lege *Ouid.*3. *faſt.* fabulam enarrantem: & *Sueton. in Othone* 8.

Ægis,dos:ſcutum Palladis.V. *ſuo loco.* Æs raucum, figur. —rauco quod protinus ære repulſum. *Virg.*2.*Georg.* Æreus orbis. *Stat.*2 *Theb.*

Pelta; & Cetra, *Liuio* dicitur ad ſimilitudinem fortaſſis litteræ C,ſiue Lunæ; vndè lunatam vocat *Virgilius.* Scutum Amazonicum: nam his ferè vtebantur Amazones; ex quo Peltatæ fœminæ dictæ ſunt. V. *Amazones:*cui variè forma à veteribus fuit inducta. Lege *eumdem Alex. ab Alex.lib.*6.*cap.*22. Cetra:Lęuas cetra tegit falcati comminus, &c. *Virg.*7. *Æn.* Crudæ tegmina parmæ. *Sil.Ital.*5.

Epith. Leuis,ſanguineus,fulgens,æreus,ahenus,ęratus,durus, ſeptemplex, cauus, dirus, Argolicus: nempè quo Græci vtebantur, cuius formam deſcribit *Ammianus lib.* 24.

CLYTÆMNESTRA.

Tyndari filia ex Leda, Caſtoris germana,Helenæ, Polluciſq; ſoror in vrbe Sparta nata,quæ data in matrimonium Agamemnoni;malè viro ſeruauit fidem. Nam ab Ægiſtho Thyeſtæ filio Agamemnonis patruele ad adulterium allecta, virum à Troia reuerſum ab ipſomet adultero curauit interfici: vt in Agamemnone, & Ægiſtho dictum. At ipſa à filio Oreſte, quem cum Iphigenia viro pepererat, interfecta eſt. V. *Oreſtes.*

Mater Oreſtis: Et vindex in matrem patris malus vltor Oreſtes. *Ouid.* Vxor Agamemnonis. *Idem* 3. *de Pont.*1. Nec nurus Ægiſthi,nec ſæua Agamemnonis vxor. Tyndaris,dos,patron. à Tyndaro patre. *Idem* 2. *triſt.* V. *Leda.* Tyndaris Cęli genus. *Sen. in Agam.* 3. Leda ſata. *Ibidem.* Regina Danaum inclytum Ledæ genus. *Ibidem.*

Caſtoris, Helenæ ſoror. Fortiſſima Tyndaridarum. *Hor.*1. *ſer.*1.

CLYTIE. V. *Heliotropium.*

COACTVS.

Inuictus. Per vim. Violentus. Inuicto pectore paſſa Iouem. *Ouid.* 2. *faſt.* Cui vis facta eſt. Impulſus. Impulſuq; tuo, &c. cui violentia facta eſt.

COCHLEA.

Vel teſta limacis, & limax ipſa: vel eſt etiam cochlea lignum in torculari ſpirulatim erectum; ideſt per quod clauiculatim ſtriatum pręlum ſpiratim attollitur; & viciſſim demittitur in torculari vectiarijs orgatam verſantibus, vulgò *Vite del torchio.* Vel eſt ſtructura tortilis in ædificijs,cuius ſcalæ cochlides. V. *Scala:* dicuntur;nec non etiam machina ad hauriendas aquas accommoda.

Cochlea terreſtris: Cochleæ domus: Calicem cochleę *Plin.* vocat. Cochleæ operculum. Cochlea opercularis; quæ gypſeo operculo per hiemem obducitur. Limax,cis:cuius epith. Piger,tardus, tardigradus,ſpumoſus,domiporta.

Cochlea nuda, & limax etiam; quæ in vdis locis potiſſimùm enaſcitur.

Cochlea Veneris; vel concha Venerea; alijs Murex dictus, & matriculus, cuius vtrumque latus ſe conuoluit, atque colligit, quo vtuntur nonnulli pro clauium pendigine.

Cochlea margaritifera, *Madre perla:* Maris limax, quorum genera in ipſo maris niuario innumera penè viſuntur: nomenq; diuerſum etiam apud piſcatores ſortita ſunt: ex eorum autem forma,

Cochlear, & cochleare, is: quo vtimur ad liquida intra os ingerenda.

COCYTVS.

Infernalis fluuius ſic dictus à luctu: de quo *Virgilius* meminit, vt infra. Dicunt tamen Cocytum reuera eſſe amariſſimæ vndæ fluuium non procul ab Acheronte propè ſinum Ambracium, in quem influit: vndè à poetis de more ad inferos amnes tranſlatus eſt vnà cum Acheronte, pro quo loco ſæpè ſumitur.

Stagna alta Cocyti. *Virg.*6.*Æn.* Non me rigentis ſtagna Cocyti tenent. *Sen. in Herc. Oet.* Palus Cocyti. *Idem in Herc. fur.* Palus inertis fœda Cocyti iacet. Mœſtum Cocyti littus. *Stat.*4. *Theb.* Vnda Cocyti:Cocyti aut triplici ſepiat vnda lacu. *Bercald.*

Cocytuſq; ſinu labens circumfluit atro. *Virg.*6.*Æn.* Turbidus hic cœno, vaſtaq; voragine gurges Æſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam. *Idem.*

Digitized by Google

Idem. Amnis Eumenidum : dicitur etiam de Acheronte, qui cum ſæpè à Poetis confunditur. Flumina nigra. *Pont*. Cocytiæ fauces. *Idem*. Torpentes lacus. *Sen. in Hipp.* propriè tamen de Stygi. V. *Styx*. Sulphureæ vndæ. *Stat. 1. Theb.* Nonne vel triſtes lacus incolere ſatius. *Sen. in Agam.* hinc

Cocytia, dicta ſunt ſacra, quæ fiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit, à Cocyto inferorum fluuio ſic dicta, vt innuit *Porphyrio* in illud *Horatij in Epod.* Inultus vt tu riſeris Cocytia.

COEMETERIVM.

Locus ſepulturæ humandorum corporum, ſic dictus propter ſpem reſurrectionis; latinè enim dormitionem ſonat.

Sepulcretum. *Catull.* Poliandron. *Ariſtoph.* Græcum vocabulum, quod ſignificat vbi multi homines ſunt; ſi tamen homines dicendi, vel hominum cadauera. Sepulcrorum locus. Vrnarum receſſus, vbi vrnæ ponebantur, mortuorum cineres continentes. Hoc nemus æterno cinerum ſacrauit honori. *Mart.* Sepulturę locus deſtinatus. V. *Sepulcrum*.

Cryptæ, martyrum ſepulcralia; in quibus martyrum reliquię condebantur. Celebriores Romæ ſunt propè D. Sebaſtiani templum extra muros à Calixto præſertim denominatæ: In campo Verano apud D. Laurentij itidem extra muros à Cyriaca nobiliſſima matrona : Vaticanæ propè Confeſſionē D. Petri SS. Pontificum reliquijs decoratę, & noſtrorum temporum Pontificum magnificentia picturis, ac imaginibus exornatæ: extra Salariā portam Priſcillæ cryptæ, quod indè nō procul eſſet Sceleratus campus, vbi martyres carnificinam patiebantur. Prętereà de cęmeterijs ſanctorum Martyrum plures ſcripſerunt. Lege quod in ſuis annalibus *eruditiſſimus Baronius Cardinalis* adnotauit, quò lectorem cupidum reijcimus.

Piorum manium dormitoria. Rura ſepulcralia. Rura ſepulturæ ſacrata piorum. Cryptæ, cellæ ſacræ. Arenariæ ſacræ.

COENA.

Quæ quidem explicatione non indiget, ſed exornatione. Hæc, quæ nobis cœna, antiquis veſperna dicebatur; idem apud illos, quod apud nos prandium; ſic dicta à communione veſcentium: Cuius hora apud Romanos fuit diei nona. In tres partes diuidebatur cœna, ſiue in tres miſſus: Primum miſſum ante cœnam, ſiue guſtationem, ſiue guſtum dixerunt, de quo *Macrobius*, *Petronius Arbiter*, *& Martialis* : Secundum, in quo præcipui, & lautiſſimi cibi apponebantur, propriè cœnam dixere: Tertium, in quo bellaria, menſam pomorum, ſiue menſas ſecundas afferebant. Cœnæ initium fuiſſe potiſſimùm veteribus lactucam, ouum, lucanicas, teſtis eſt *Varro, ac Cicero*. Sed audi *Macrobium* Metelli Pontificis cęnam deſcribentem: Cœna, inquit, hæc fuit: Ante cœnam echinos, oſtreas crudas quantum vellent, Pelorydas, ſphondylos, turdum, aſparagos, ſubtus gallinam altilem, patinam oſtrearum Peloridum, balanos nigros, & albos : iterum ſphondylos, glycomaridos, vrticas ficedulas, lumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina inuoluta, ficedulas, murices, & purpuras. In cœna ſumina ſinciput aprugnum, patinam piſcium, patinam ſuminis, anates, querquedulas elixas, lepores, altilia axa, amylum, panes Picentes. Hactenus illetantùm ſecundę menſæ deerat nomenclatura. Ad has autem cœnas ſæpè conuiuas vocare adſueuerunt veteres, vbi largiùs comedebant, cùm parciùs ediſſent in prandio. Ad quam accubituri laneis, vel lineis vinculis ſoliti fuerunt vincire ſibi tempora; vel ad dolores capitis ex cibo, potuq; procedentes abigendos; vel ad ebrietatem compeſcendam. Sed ſiccæ huic cęnæ aliquando modum faciamus; plura ſis lege *Athenæum*. Obſerua tamen olim in cœna homines non ſedere, ſed accumbere quibuſdam altioribus toris conſueuiſſe apud veteres, fœminæ verò ſedentes cœnitabant; *ex Val. Max.* vndè factus locus elocutionibus; accumbere, diſcumbere menſæ, &c.

Menſa. Regalis menſa. *Virg. 1. Æn.* Cœnatio. *Mart.* Prandium, pro ipſa cœna. Procœnium. *Hermolaus Barb.* nempè commeſſatio, quæ fit à cœna, ſicut Antecœnium. *Apul.* quod ante cœnam ſumitur. Conuiuium. V. *ſuo loco*. Epulæ: dapes : cibus. V. *ſuis locis*.

Cœnarum genera.

Cœna lauta, opima, opipara. *Hor.* Pontificalis. *Idem*: & hæc: Cœna genialis: dapalis. *Plin.* Adipalis, adipata, dubia. *Ter.* (vbi tu dubites quid ſumas potiſſimùm) Perſicus apparatus. *Hor. 1. od. 38.* Perſicos odi puer apparatus. Cereales cęnæ. *Plaut.* ideſt ſumptuoſæ.

Pontificum cœnæ. *Hor. 2. od. 14.* Et mero Tinget pauimentum ſuperbum Pontificum potiore cœnis. Saliaris cœna. *Cic.* V. *Salij*: Cœna aditialis Sacerdotij. *Plin.* quam dabant capeſſentes ſacerdotium: nobis liceret cœnam appellare poſt primi ſacri celebrationem, vulgò *Paſto della prima meſſa*.

Cœna ambulans. *Mart.* vbi appoſitę epulæ ad proximè accumbentem ordine tranſeunt, qui mos cœnobijs receptus ſeruatur adhuc.

Cœna terreſtris. *Plaut.* Cœna Cynica. *Petr. Arb.* quæ leguminibus, oleribuſq; terra enatis conſtat, cibiſq; inemptis, vt plerumque pauperum eſt; & hæc: Cœna Hecateia: Cœna frugalis, paſca.

Cœ-

Cęna Baucis, qua illa cum Philemone viro Mercurium, Iouemq; accepit hoſpitio.

Cœna centenaria; *Feſt.* in quam non plus centuſſe impendebatur, præter ea, quæ gignebantur è terra. Cęna recta; *Suet.* in qua nil deerat neceſſarium menſæ apparatui.

Cęna aduentitia; *Plutarch.* quæ aduentanti amico, aut Principi excipiendo inſtruitur. Cœna viatica. *Plaut.* qua peregrè reuerſos amicos excipiebant.

Poſt cœnam, cùm iam cętus diſſolueretur, libabant antiqui Mercurio, non vt poſteritas Ioui Teleo, ſiue Adulto: quoniam Mercurius ſomno præeſſe credebatur. Dianæ quoque libationes eodem tempore fieri ſolebant, teſte *Theophraſto*. Lege *Athenæum lib.* 1.

COENEVS. V. *Caeneus*.

COENOTAPHIVM.

Tumulus honorarius dicitur, quemadmodùm in Principum exequijs cernimus, abſente corpore. V. *Exequiæ*.

Inanis tumulus. *Virg. 6. Æn.* vbi de Miſeni funere tractat egregiè. Buſtum inane; *Stat.* Inane ſepulcrum. *Ouid. 6. met.* Compoſitus rogus; *Bemb.* metaphor. à priſcorum vſu. Inane funus. *Hor. 2. od.* 20. Abſint inani funere neniæ. Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſo Conuenit — *Ouid. 3. triſt.* 13.

Tumulus honorius. *Suet.* Lectus. *Idem.* Torus. *Tacit.* quibus ſignificatur tumulus ille in templis ſublimiter erectus ad cadauerum nobiliorum virorum oſtenſionem: huius rei meminit *Prop.* Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno, Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro. V. *Feretrum*.

COENVM. V. *Limus*.

COETVS. V. *Turba*.

COGITATIO, nis.

Cura: Hæc igitur vidit trabeati cura Quirini. *Ouid. 1. faſt.* V. *Cura, vbi multa*. Mens: mentis opus. Conſilium verſat pectore. *Virg. 1. Æn.* Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno. *Claud. 3. præfat. de rapt.* Quos æſtus animi, quos pertulit ille labores. *Beatian.* Senſus. *Claud. vt ſup.*

Animus: Animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, In parteſq; rapit varias. Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi. *Virg.* — certoſq; volutat euentus animo ſecum. *Idem*. Animi fluctus. Multa mouens animo — talem ſub pectore nubem Conſilio voluens. *Stat. 2. Theb.*

Tumultus mentis vagę: mentis curſus: mentis agitatio. Multaq; ſub triſti pectore voluit amans. Secum corde volutans. Hinc

Cogitationes malæ.

Nefanda: Nefanda caſto pectore exturba ocyus. *Sen. in Hipp.* Flammæ: Extingue flammas, neuè te diræ ſpei Præbe obſequentem. *Ibidem.* Infames curæ. *Ibidem.* Dulce malum. *Ibidem.* Amoris impij flammæ. *Ibidem.* V. *Amor laſciuus*.

Expelle facinus mente caſtifica horridum. *Sen. in Hipp.* Regna cupidinis. *Ouid.* Regna Veneris. *Idem.* Mala mens. *Catull.* 15. Furor vecors. *Ibidem.* Alitis arma. *Prop. 2. eleg.* 22. qui vicerit alitis arma. Inſanæ Veneris faſtus. *Idem 3. eleg.* 15. Turpes curæ. *Tib. 3. eleg.* 6. Cordis bella nefanda mei. *Corn. Gallus*.

COGNATI.

Agnatus: per virilem ſexum cognatione iunctus. Propinquus: Conſanguineus. V. *infra*.

Gentiles; qui eiuſdem ſunt familiæ, & cognominis: *Quei dell'iſteſſa caſata*. Maiores: Poſteri: Nepotes. V. *ſuis locis*.

Parentes: Pater, mater, filius, auus, frater, ſoror, patruus. V. *ſuis locis*.

Proamita, amita magna, nempè aui paterni ſoror. Matruelis. *Vlp.* ex matris meæ fratre prognatus, aut prognata.

Patrueles: è duobus fratribus nati. *Ouid. 1. de art.* Conſobrina: è duabus ſororibus geniti, quaſi conſorini; qui etiam ſobrini *Ciceroni* dicuntur. Amitini, *Nonn.* è fratre, ac ſorore prognati.

Vitricis; matris meæ maritus alter, *Padregno*. Nouerca; patris meæ vxor altera, *Madregna*. Priuignus, vel Priuigna, mariti, vxoriſve filius, cuius prior coniux è vita exceſſerit: *Figliaſtro*: Priuignum non eſſe tuæ te Galle nouercæ: Rumor erat coniux dum fuit illa patris. *Mart. 4. epig.* 16.

Leuir, mariti frater; quaſi læuus vir, teſte *Nonio*. Fratria, fratris, vxor. Glos. *Non.* mariti ſoror. Gener, filiæ maritus. Socer, vxoris pater. Socrus, vxoris mater. Nurus, filij vxor.

Ianitrices, vel potiùs à Græca voce Inateres, p.p. *Modeſtin.* duorum fratrum vxores. Conſoceri. *Vlp.* quorum liberi inter ſe coniugio iuncti ſunt. coniux. V. *ſuo loco*. Generis ſpeſq; decuſq; mei. *Rutil.* vel filius, vel nepos ſubaudiri poteſt. Hinc

COGNATIO.

Series auorum: Generis recenſio: Genealogia: Proſapia: Agnatio: Propinquitas: Affinitas: Conſanguinitas: Parentela* (innouatum nomen apud *Capitolinum*, ſed non apud probatos authores) Genus.

Cura daret ſolemne tibi cognatio munus. *Mart. 9. epig.* 55. Generis conſortium: pro fraternitate dixit. *Stat. 1. Theb.* Generis conſortia noſtri: ſed poteſt accipi pro qualibet cognatione.

COHORS. V. *Exercitus*.

COITVS, us.

De quo nihil amplius diſputabimus, prætérquam

quod

quòd à natura prouiſum ſit humanæ generationis propagationi; reticentes quod caſtis auribus diſpliceret:ſin autem videatur abſurdum,expungitor.

Plena voluptas. *Ouid.* — tunc plena voluptas Cùm pariter victi,&c. Gaudia: Gaudia ne dominę pleno ſi corpore ſumes Te capiant. *Idem*. Vota: Gaudet & à pedibus tracto velamine Vota Ad ſua felici cęperat ire via. *Idem*. Gaudia fœda: voluntaria ſcilicet pollutio; *ex Mart.9. epig.42.* Et Veneri ſeruit amica manus. *Ibidem.*& hæc ad authorum ſufficiat intelligentiam,minus tamen ad vſum illicitum;vt verè Chriſtianos decet.

COLCHI.

Populi regionem Colchidem inhabitantes. Eſt autem Colchis regio Ponto contermina,in qua celeberrimus eſt tum fabulis,tum veneficio fluuius Phaſis,qui per eam influit in Pontum Euxinum. Habet ab ortu Iberiam, & Albaniam, quæ vſque in Caſpium protenditur. Mongrelia nunc vocatur à pleriſque, ab incolis verò *Odiſci*, ſiue *Dadiam.* Citęam habuit vrbem magicis deditam artibus,vidè Citęina carmina. Regnum fuit Ætæ Regis,& Medeæ,Circeſq; patria. Caucaſum habet montem,quo à ſeptentrione diuiditur; qui tamen dum excurrit ad Euxinum Corax dicitur. Huc ferunt Iaſonem cum Argonautis nauigaſſe. (V. *Argonautæ*) ac Medeæ artibus adiutum aureum vellus indè ſubripuiſſe,tauris deuictis. V. *Vellus aureum:* in hac vrbs

Cyte, ſiue Cuta, Circes, ac Medeæ patria,herbis veneficis in primis famoſa. *Steph.* & hæc: Vrbs Æxa. *Val. Flacc.5. Argon.* in qua Æætes regnauit. Vrbs Cytæa. Aurei velleris aſylum.

Phaſis,fluuius. V. *ſuo loco*; & hic ſæpè pro ipſa regione: Quodcùmque vidit Phaſis, aut Pontus nefas. *Sen.in Med.* Phaſiaca terra. *Ouid.1.de remed.* Phaſiaca regna. *Sen. in Agamemn.3.* Fines Æætæi. *Catull. Argon.* Barbara tellus. *Ouid.7. met.*

Colchis tellus. Colchica regna. Colchicum imperium. *Sen. in Med.* Solum hoc Colchico regno extuli. *Ibidem.* Barbara ora. *Ibidem.*

Ææum littus;dici poteſt ora maritima Colchorum; *ex Stat.4.Theb.* qui tamen eo loco Circæum ſentit. V. *Circæum.* Heniochi ſunt populi propè Caucaſum iuxtà Colchos. *Sen. in Thyeſt.5.*

COLLATIA.

Oppidum vetuſtiſſimum propè Romam,à quo porta Romana quædam Collatina fuit appellata, quæ & Pinciana nomen habuit, vt vult *Panuinius*: ita verò dicta, quòd ibi aliarum ciuitatum opes fuerint collatæ. *Feſtus.*

Arces Collatinæ. *Virg.6. Æn.* Collatina caſtitas; Collatina fides,ob Lucretiam:quæ Collatiæ morabatur,cùm dedecus paſſa eſt à Tarquinio:nam ex hac vrbe ortū traxerat Tarquinius Collatinus Lucretię maritus,qui primus poſt exactosReges, cum Iunio Bruto factus Conſul,paullò poſt, non aliam ob cauſſam, quàm quòd ex gente Tarquiniorum eſſet,magiſtratu ſe abdicare coactus eſt; & vitæ reliquum tamquam inhonorum exilio tranſigere. Lege *Liuium lib. 2.* ab V. C. Tarquinia tellus; quòd ibi Tarquinij fuerunt exorti.

COLLEGIVM.

Collegia ſunt cętus, & coitiones ſodalium, quæ in *l.1.D.de Coll.* dicuntur collegia ſodalitia;& ſimili forma à Dione Hetęrica gręcè nuncupantur. Ex ijs quędam licita,& legitima erant,alia illicita. Et religionis quidem cauſſa tàm exteræ, quàm patriæ plerùmque collegia Senatus, & Principes populi Romani permiſerunt. Ipſe Auguſtus (apud *Philonem*) in ſuis exprimit edictis collegia, & coitiones Iudæorum (Synedria quædam lex Codicis vocat, qua voce, & Iudęorum doctores in ſuis libris vtuntur) ideò ſe permittere,quòd non editionum nutriculę,ſed ſcholæ temperantiæ, & iuſtitiæ eſſent; *ex Cuiacio*. Erant quoque Romæ ſumma Collegia quatuor Pontificum, Augurum, Septemuirorum epulonum,& Quindecimuirorum S.F. *Caſaub.in Suet.* Hinc factum, vt in iuuentutis excolendæ gratiam veluti olim, ſic modò multa ſint fundata collegia, vbi vel patrij, vel exteri adoleſcentes alantur; in quibus quidem excitandis præclariſſimus extitit memoria noſtra Gregorius XIII. Summus Pontifex,& pręter illa,alia & priſca, & recentia in Vrbe conſpiciuntur; & alibi etiam quæ vocitant Seminaria plurima ab Epiſcopis ſunt erecta,tanquam ſemina iuuenum virtute prędit orum; ad varia in Eccleſiaſticæ Reip. bona adhibendorum.

Contubernium:Cœtus iuuenum:Scholæ:Gymnaſia. V. *ſuo loco*. Coitio ſodalium:Sodalium domus: Sodalitas:Sodalitates:Sociorum hoſpitium. Synedria, orum, à Græco vocabulo. Synagoga, propria vox Hebræorum; cuius fit mentio *in Actibus Apoſtolorum cap. 6.* vbi variæ ſynagogæ tamquam collegia nominantur.

COLLIS.

Agger. *Virg.12.Æn.* qui tamen eſt potius collis factitius. Camporum agger. *Stat.2.Theb.* Colliculus. Tumulus. *Virg.12.Æn.* Monte minor locus; *ex Ouid.* Saxum apricum. *Virg. 2. Georg.* Collis iugum:collis abuſq; iugo. *Bemb.* Tumulo vertex. *Ouid.11.met.* — canes in collibus apricis errant. Colle ſub vmbroſo. Floriferi colles,pictaq; prata virent. Frondoſo vertice collis. V. *Mons*.

Epith. Apricus, apertus, vmbroſus, celſus, ſpatioſus, dumoſus, latebroſus, viridans, frugifer,

Digitized by Google

fer , vitifer , &c.

COLLOQVIVM . V. *Sermo* .

COLLVM .

Ceruix. V. *ſuo loco*. Imam inter galeam ſummi thoracis,& oram . *Virg.* 12. *Æn*. Gula interior pars. Guttur. V. *ſuis locis*. Spatium colli . Et niueo retinet baccata monilia collo . Illa tibi crines , & colla niualia comit . Lactea gemmato redimuntur colla monili .

Epith. Niueum,tenerum,formoſum,albens,niuale, lacteum, tumidum .

COLONIA .

Agrippina cognomento Vbiorum ciuitas cis Rhenum fluuium dicta ab Agrippina Neronis matre, vbi nata fuerat, de qua ſic *Corn. Tacitus:* Agrippina quo vim ſuam ſocijs quoque nationibus oſtentaret in oppidum Vbiorum , in quo genita erat veteranos , coloniamq́; deduci imperat : cui nomen inditum ex vocabulo ipſius . Ac fortè acciderat , vt eam gentem Rheno tranſgreſſam auus eius Agrippa in fidem acciperet ; hactenus ille . Cęterùm ciuitas libera dicitur, & imperialis ad ſiniſtram Rheni ripam ſita , ambitu magna ,forma primùm quadrata, nunc ſemilunari, viſu pulcra , ſplendore , & elegantia excellens : templis celebris , ædium pulcherrimarum frequentia nitidiſſimè culta, plateis,vicisq́; inſignis, hortis, pomarijsq́; hilaris ; mœnibus, turribusq; valida;duplici foſſa cincta;ciuibus plena; mercatorum commercijs diues;mechanicis artibus nobilis; academia,& ſtudijs liberalibus illuſtris, atque opulentia ſua plerisq; ciuitatibus Germaniæ anteponenda .

Maxima cognati Regina Colonia Rheni . Agrippina Colonia . *Scalig.* Agrippina ; vndè Agrippinenſes pop. Vbiorum Colonia . Vbiorum vrbs ; ara . *Corn. Tacit.* Vbia oppida . Vbiorum mœnia . Vueſtphalica pirata , terra , humus,&c. nam in Vueſtphaliæ tractu locatur Colonia .

COLONIA .

Gens ad habitandum aliquam terram miſſa , ab incolendo ſic dicta . Coloniarum verò deducendarum cauſſæ hæ potiſſimùm referuntur à *Sigonio* , ad populos , (apud quos illa deducebatur) coercendos ; ad hoſtium incurſiones reprimendas;ſtirpis augendæ cauſſa;plebis vrbanæ exhauriendæ;ſeditionis ſedandæ; & vt premijs milites veteranos afficerent . *Appianus lib.* 1. *bellorum ciuilium*, meminit Romanorum motis in deducenda Colonia . Creabantur comitijs tribunitijs modò per Conſulem, modò per Prętorem vrbanum curatores, qui Coloniam deducerent, interdum tres, interdum quinque, ſeptem, decem,viginti etiam,qui indè triumuiri ,vel quinqueuiri , vel ſeptemuiri , decemuiri , vigintiuiri coloniæ deducendæ, aut agris dandis, attribuendisve appellabantur . Hi poſtquam creati erant , colonos,qui vel ſua ſponte nomina dederant,vel ſorte exierant ; in agros in lege definitos , atque in coloniam ſub vexillo quaſi exercitum aliquem deducebant . Dux autem deductionis aliquis è curatoribus erat agrarijs . Vbi verò colonos in agris,quo deducendi fuerant collocaſſent,arat: o vrbem, & agrum circumſcribebant; *ex Cic. Plutarcho , & App.*

Orti ab vrbe:Et quos Alcathoi memorāt à mœnibus ortis Sedibus his profugos conſtituiſſe larem:periphr. *ex Ouid.* 1 *.triſt.*9. verùm hæc intelligenda ſunt de ijs , qui profugi aliò ſibi ſedem quęritabant . Huc quoque Mileto miſſi venere coloni , Inq; Getis Graias conſtituere domos . *Idem* 3. *eleg.*9.Coloni populi,ciues:Gentes colonæ. Quæ ortum ex alia ducebant vrbe coloni .

COLOPHON .

Clariſſima Ioniæ vrbs in Aſia minore nobilis oraculo Apollinis : vndè Colophonij ciues , qui in equeſtri certamine tantùm excelluere , vt victoriam ſibi certam pollicerentur ij populi , quibus Colophonius acceſſiſſet equitatus . In hac vrbe nati fuere Mimermnus tibicen , & poeta elegiacus: Xenophanes Phiſicus; Polymaſtus muſicus ; additur à nonnullis Homerus: vt *Cic.pro Archia*; ibi etiam Antimachus , de quo V. *ſuo loco* .

Populus tumidi Antimachi . *Catull.* Colophonij populi . Colophonia arua,mœnia . Claros:vrbs haud procul à Colophone . V. *Ionia.*

COLOR .

Tinctura ,& tinctus,us . *Plin.* Infectus . Venenum: *Virgilius* dixit pro colore,quo panni tinguntur : Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno , 2. *Georg.* Pigmentum:fucus: chroma,tis,Græcum nomen: Medicamenta,dixit *Cic. in Hort.* Monochroma, tis. *Plin.* Inſignis vario ſplendore colorum . Radijs diſtincta coloris . Verùm quia color varias induit ſpecies : hinc

Color albus .

Lacteolus color : Aſpice lacteolo blanditur vt illa colore . Qui candore niues anteit . Lactea colla . Auro innectuntur eburnea colla , Et decus in niueo miſtum candore ruborem . V. *Albus* .

Color flauus .

Scutulatus color . *Palladius* eum putat in equo eſſe,qui giluo eſt proximus . Heluus,Giluus; medius inter album,& ruffum,qualis eſt color lateri ſemicocto : tametſi melinum cum giluo confundat *Seruius*. Melinus;mali Cydonij pallorem imitans, vel à Melo inſula , cui peculiaris eſt , & vbi optimus habetur . *Plin.*

Mellinus , & melleus . *Plin.* à colore mellis ad fuſcum accedens . Cereus . *Plin.* Cerinus. *Plaut.* à

cera: color ſubpallidus. Pallidus. V. *ſuo loco*. Sufflauus.

Luteus, quale eſt oui vitellū, quo colore flammeum nouis nuptis tingebatur. Buxeus, dilutior eſt luteo: Citrinus à colore citri mali.

Aureus; è flauo, & multo lumine miſtus. Byſſinus; aureo proximus, qualis in crudis filis ſericis exiſtit, ſiue in filo, vulgò, *Fil di pitta*, nuncupato, quod apud Indos copioſiſſimè reperitur, vt *Petrus de Valle*, qui ea loca diù peragrauit, affirmat; & ex herba quadam à lino diuerſo confectum, facilè eſt aſſerere, illam eſſe byſſum, cuius frequens in ſacris paginis mentio: vndè & byſſinæ veſtes.

Croceus; Crocinus. *Cat.* à croco: Æneus, ab ære. V. *Ænobarbus*. Ruffus, è fuſco flauus, qui color ſimilis eſt œnobarbis. Fuluus obſcurior ruffo, qui in leone eſt, & aquila: Muſtelinus dicitur *Terentio*.

Color cęruleus.

Glaucus color: aqueus: vitreus: Hyalinus; *ex Virg.* — Mileſia vellera nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore, 4. *Georg.* Cęruleus color, à cęli colore.

Glaſtinus, à glaſto, ſiue iſatide herba; idem in oculis eſt cęſius, & glaucus. Cyaneus, è lucido candido, leuiterq; nigro, *Azurro*.

Venetus. *Veget.* Thalaſſinus. *Lucret.* Cymatilis. *Plaut. Turchino, ò acqua di mare*. Nam ſæpè videmus Ipſius in vultu varios errare colores Cæruleus pluuiam denunciat, igneus euros, &c.

Color niger. V. *Niger*.
Color pallidus. V. *Pallidus*.
Color rubeus. V. *Rubeus*.
Color varius.

Liuidus: Liuens: Plumbeus: Luridus, qualis in vibicibus viſitur à ſimilitudine coloris luræ, ideſt, vtris coriacei.

Coloratus: bicolor: concolor: multicolor: diuerſicolor. Inſignis vario ſplendore colorum, varijs decorata coloribus: Bęticatus, & Leucopheatus; nempè ex rutilo, & fuſco primus: albo, & ſubnigro alter. *Mart.* 1. *epig.* 97.

Color viridis. V. *Viridis*.

COLORATVS.

Fucatus: Pigmento illitus: Oblitus colore: pictus, depictus; picturatus: colore medicatus; tinctus; imbutus; ſaturatus.

COLOSSVS.

Statua ingentis magnitudinis: Moles, inquit *Plinius*, excogitatas videmus ſtatuarum, quas Coloſſos vocant turribus pares, &c. Plures Romæ videbantur, nunc tantùm fragmenta cernuntur in Capitolio, alibiq;. Coloſſus inſigni Rhodi. V. *Rhodus*. Romæ fuit pręter cętera Iouis coloſſus eximiæ magnitudinis, qui cùm eſſet theatro Pompeij proximus, Iupiter Pompeianus fuit appellatus. Alius eiuſdem Iouis fuit in Elide admirandæ quidem altitudinis, quamvis ſedentem feciſſet author. Coloſſi nomen meretur etiam ſtatua Moſen pręſeferens Romæ in Exquilijs Michaelis Angeli opus eximium.

Coloſſi moles. *Mart.* 1. *epig.* 71. Moles ingens. Statua maxima: Ingens ſimulacrum: Opus coloſſeum: Rhodium opus, illud intelligit Apollini dicatum. *Idem ibid.* Sidereum ſignum; *ex eodem*. Signa prægrandia: Aeria, ſiue ſiderea ſimulacra. Cępit & in grandes marmor formare coloſſos.

Epith. Marmoreus, grandis, altus, ſidereus, aerius, Romanus, Rhodius, Olympius, &c.

COLVMBA.

Auis nota, quæ alba Veneri dicabatur, forſitan ob fœcunditatem. Hæc felix augurium deſignare dicitur ab *Homero*: vel ſi columbæ Noenis, vel ſi columbæ Argonauticæ memineris. Olim columbas in Dodonei Iouis templo reſponſa dediſſe commenti fuere veteres. V. *Dodone*. Alia eſt quoque cauſſa cur Venus columbis fuerit delectata: vndè illas veteres eidem conſecrarint. Venus, & Cupido cùm quodam tempore delectationis, ac voluptatis cauſſa in quoſdam campos deſcendiſſent, puerili contentione certare cęperunt, vter quis plus ſibi gemmantes flores collegiſſet; quorum Cupido adiutus mobilitate pennarum numero propè matrem ſuperabat. Verùm Periſtera Nympha quædam ſubitò occurrit, & adiuuando Venerem ſuperiorem fecit; quam tamen indignatus Cupido mutauit in auem, quæ à Græcis Periſtera vocatur, nobis autem columba ſonat: ſed pœnam honor minuit: illam enim Venus conſolata, in tutelam recepit ſuam, curruiq; addixit.

Chaonis ales. *Ouid.* 2. *de art.* à Chaonia Epiri regiuncula, in qua ingens harum eſt multitudo, quæ glandibus veſcuntur: at hæ ſiluestres palumbes nuncuparentur. Chaoniæ volucres; *ex Virg.* Cythereia ales. *Sil. Ital.* 3. à Venere Cytherea. Dilectæ Veneri volucres. *Idem lib.* 4. Chaonis auis. *Pont.*

Idaliæ volucres: Qualiter Idaliæ volucres, vbi mollia frangunt Nubila iam longum, cęloq; domoque gregatæ. *Stat.* 1. *Achill. & 5. Theb.* Veneris volucres. — volucrumque parens Cythereia meſſe. *Idem* 4. *Theb. & Prop.* 3. *eleg.* 2. Dionęæ aues. *Stat.* 7. *Theb.* à Venere, quæ etiam Dionæa dicta. Gnidiæ volucres. *Pont.* Veneris aues. *Virg.* 6. *Æn.* Ales Veneris. *Pont.* Dilecta Veneri.

Pyrallis, ſpecies eſt columbæ, quæ alio modo frugifera dici poteſt, nempè quæ tritico paſcitur. Thisbeæ columbæ. *Ouid.* 11. *met.* à Thisbe

Bęo-

Bęotiæ oppido, vbi ingens copia. Expers fellis, nam felle columbam pręter cæteras aues carere, eſt ſanè commune omnium axioma. Accipitrem metuens trepidantibus alis. Vtq; columba ſuo madefactis ſanguine plumis, Horret adhuc, auidosq; timet, quibus hęſerat vngues.

Nuncia pacis auis. Nuncia diluuij iam decreſcentis aquarum Gurgite, &c. — columbæ, Quas odium vellum, nec felleus inquinat ardor. Turba columbarum modò prouolat, & modò miſcet Certatim rauco mutua roſtra ſono. Sicut vbi mites aquilam videre columbæ Nare per aerios tractus, nec pinguia rura, &c.

Epith. Imbellis, timida, aeria, blanda, celer, trepida, ſimplex.

Columbus: Columbæ maritus, vir: Oſcula dans cupido blanda columba viro. Qualis Chaoniæ deuinctus amore maritæ Neſcit amans volucris fallere iura ſuę. *Pont.* An magis vt ſumptis illius filia pennis Extremos altis in turribus egerit annos. *Ouid.* 4. *met.* Chaonius ales.

Palumbes, & Palumbus. Columbæ pullus, qui Pipio, & Columbulus etiam dicitur. Palumbus torquatus; *Mart.* à torque, quo collum amicitur, & cingitur. Hinc

COLVMBARIVM.

Vel locus ipſe, in quo columbæ omnes morantur, vel loculamentum ſingulis columbarum paribus deputatum: *Varroni.*

Aſpicis, vt veniant ad candida tecta columbæ Accipiat nullas ſordida turris aues. *Ouid.* 1. *triſt.* 8. Quasq; colat turres Chaonis ales habet. *Idem* 2. *de art.*

Continuò linquunt arua vndique, & ardua pinnis, Tecta petunt, celeresq; cauis ſe turribus abdunt. Sonantq; turres plauſibus columbarum. *Mart.* 3. *epig.* 57. v. ſcazon. Altæ turres. *Ouid.* 4. *met.* Tectum, figur. — pars alta volatu Tecta petit, pars montanis caua ſaxa latebris Exquirit, &c. Non aliter, quàm cum ſublimi è turre columbæ Conſpexere procul paſſis haliaethon alis Irruere infeſtum. Murmur apricantes niuea dant turre columbæ.

Vel ſunt foramina in nauis lateribus, per quæ remi promicant ſimilia latibulis, nidisq; columbarum. V. *Nauis partes.*

Vel foramina, per quæ aqua tympano excepta effluit: Vel cubilia aſſerum, vel tignorum, vbi ſedent aſſeres. *Vitr.*

COLVMNA.

Stylos: Græcum vocabulum: Saxa columnæ. Columen: columen impulſum labet. *Sen. in Herc. fur.* Firmamen domus: Vnicum lapſæ domus firmamen, ideſt: columen, metaph. *Ibid.* Columella, nempè columna parua.

Columna ſtructilis. *Vlp. & Mart.* è pluribus ſaxis conſtructa opere cæmentitio, lateritio, aut lapideo, cui opponitur: Columna ſolida, quam dicimus, *Intiera, tutta d'vn pezzo.*

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis. Celſis ſuggeſta theatra columnis. Fulta columnis Ædes. Templum centum ſublime columnis. Vmbroſis ſordet Pompeia columnis Porticus — Surgentes ære columnæ. Fundamenta locant alij, immanesq; columnas Rupibus excidunt.

Epith. Sublimis, rigida, celſa, firma, ſolida, ardua, longa, teres, ferrea, ferrata, ærea, marmorea, &c. Striata columna: quæ canalibus ab imo ad caput deductis inciſa eſt.

Columnæ partes.

Stylobata. *Vitr.* eſt quod columnis ſubſternitur pro fulcimento. Baſis: ipſa ſpira, quæ ſcapo ſubijcitur, quæq; ſtylobatæ ſupponitur: & in hac baſi honores inſcribi ſolebant eorum, in quorum honorem ſtatuæ baſi ſuperimpoſitæ erigebantur: baſis enim non tàm columnæ, quàm ſtatuæ quoque fundamentum eſt.

Spira. *Vitr.* baſis columnæ tori vnius, aut duorum: Abacus. *Idem.* quadra videlicet quaſi lamina columnæ ſubiecta ſeſſioni habilis.

Scapus. *Vitr.* eſt ipſa columna perpendiculariter baſi inſiſtens; Lapis oblongus perpetuus. Scapus igitur eſt veluti corpus columnę, ſupra quem capitulum ſurgit: & hoc Epiſtylium dicitur *Vitr.* modulus, vulgò *Capitello*; infra ſcapum ſpira, eaque inferior ſtylobates. Torus, ſiue torulus, columnæ craſſior torques, & teretior.

Voluta. *Vitr.* quod propendet in capitulo circuli tortilis ad modum, aut cincinni criſpati. Puluinus: pars inter abacum, & echinum, vndè volutæ dependent.

Aſtragalus: torulus veluti torques, qui baccis plerumque ſcalpitur. Hypotrachelium: ſcapi pars ſub aſtragalo: Denticulus: Faſcia epiſtylij ad dentium imaginem interſecta.

Cymatium. *Vitr.* Vnda: Lyſis; quòd ſit ſinuoſa in modum vndæ. Sima. *Plin.* in ſummis coronis pars obtuſior naſi caprarum inſtar, Itali gulam rectam nuncupant.

Zophorus, veluti pictus baltheus, in quo metopæ, & figuræ exſculpuntur, *Fregio dell'architraue, ò colonna.* Metopæ: intertignium; eſt illud interuallum inter triglyphos, & denticulos, quod vel purum relinquitur, vel ornatur lancibus ſculptis, cornibus, taurorum capitibus, vittis reuinctis, & lemniſcis.

Triglyphi, tribus conſtant ſulcis, & tignorum proiecturas ad decorem veſtiunt, eorumq; ſedes eſt in zophoris. Guttæ, quæ triglyphis ſubduntur ad inuerſi turbinis ſpeciem. Encarpa, implexus florum, frondiumq; vulgò *Feſtoni.*

Striæ; eminulæ, & exuberantes in ſtriatis columnis

partes ſtrigibus ſuperiores,porrò ſtriæ multiplices ſunt,aut rectæ, aut helicis in modum conuolutæ, ſeu ſcanſiles, vt in torculari cochlea videre licet. Exemplum habes in columnis æneis ſepulcrum Principis Apoſtolorum Romæ exornantibus. Striges; Caniculi, cani canaliculi ſunt columnæ ſtriatæ inter ſtrias ſubſidentes, & euacuati, quod ſtrigilum more ſulcatæ ſint. Coronæ,ſiue Coronides,ſiue Coronices, vulgò *Cornici*. De cęteris conſule *Vitruuium*.

Columnæ inſignes.

Triumphales columnæ Romæ fuerunt, de quibus *Plin.lib.34.cap.5.6.7. & Val. Max.*

Columnæ Herculis,ſic dictæ,quòd credebatur, ipſe collibus diremptis, qui in Hiſpania ſunt, & Africa;Abyla ſcilicet,& Calpe,nominatis in Mediterraneum Oceanum intromiſiſſe. V. *Abyla: Calpe*.

Columnæ ſepulcrales,dici poſſunt,quæ pro mauſoleis aliquibus erigebantur, vt videre nunc eſt Romæ binas ſuperſtites, Traianam ſcilicet, quæ centum quadraginta cubitorum altitudinis illi defuncto ab adoptato in imperium Adriano fuit in foro, quod ab eodem Traiano nomen ſumpſit,erectaq; in qua exactiſſimè res ab ipſo Principe geſtæ inciſæ viſuntur adhuc, vel iconibus etiam ab antiquitatum ſtudioſis indè extractis;& Antonianam eiuſdem facinoribus ibidem inſculptis:in quarum ſuperiore baſi ſtatuæ eorumdem Imperatorum fuerant erectæ, in quibus eorum cineres aſſeruabantur. Has nunc expurgatis prophanis ritibus D. Petri, ac D. Pauli ſtatuis æreis decoratæ fuerunt à Syxto V. Pont. Max. Antea etiam Cæſari à plebe ſolida columna lapidis Numidici viginti pedes alta conſtituta fuerat in foro, in qua inſcriptum: PARENTI PATRIÆ: apud quam (vt inquit *Suetonius in I. Cæſ.*) ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere conſueuit aliquandiù: donec per Dolabellam Conſulem ea columna fuit deiecta.

COMA.

Quam olim excedentes ex Ephebis (illam enim pueri alebant) detonſam tamquam primitias Phœbo conſecrabant, vt de Nerone *Suet.* Nam plurimi Delphos profecti, eodem Apollini: Æſculapio alijq;alij fluuijs patrijs,aquæ hunc honorem tribuebant,vt alimoniæ parenti,vitæq; conſeruatrici;*ex Lucian.* Apud Arginos,teſte *Herodoto lib.1.* cùm per legem ſtatutum eſſet, vt comam alerent ob quamdam victoriam, quam ex illis retulere Lacedæmonij: alia lege condita, ſe deuouerunt, ne priùs comam alerent, neve mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperaſſent è diuerſo legem tulerunt Lacedæmonij, vt in poſterum comati eſſent, cùm antea hac non fuiſſent. Babylonij, *eodem* teſte, capita comata mitris redimibant. Lege *Alex. ab Alex.Genial. d.lib.5. cap.18. plura de coma referentem,& alibi.* V. *infra Pueri*.

Cæſaries. V. *ſuo loco*. Libertas comæ. *Claud.2. de rapt.* Crines. V. *ſuo loco.* Corona capitis. Orbis comarum. *Mart.2. epig.66.* comæ coronam intelligit. Mihi flauentes dirigere comæ. Ambroſiæq; comæ diuinum vertice odorem Spirauere. *Virg.* Erat in niueo pulcra colore coma. *Ouid.* nempè canities. Gaudet laudatis ire ſuperba comis. Dederatq; comam diffundere ventis. Pars aderat comptis arte, manuq; comis. *Ouid.1.faſt.* Formoſæ periere comæ,quas vellet Apollo, Quas vellet capiti Bacchus ineſſe ſuo. — leuibus proiecerat auris Indociles errare comas.

Iubæ: metaph. Dumq; decent fuſæ lactea colla iubæ. *Mart.1. epig.32.*

Coma adoptiua: adſcititia:galericulum:ſutile capillamentum. *Tert. à poſtireio:*qua olim etiam vtebantur, vt nunc inoleuit apud multos: vndè *Mart.5. epig.69.* Arctoa de gente comam tibi Lesbia miſi;nempè flauam,qua lupæ,meretriceſque gaudebant: At matronæ nigra. Hinc etiam videtur alludere,quod dixit *Ouid.* Nunc tibi captiuos mittit Germania crines, 1. *eleg.14.* Ficti capilli: Mentiris fictos vnguento, Phœbe, capillos.*Mart.6.epig.57.* Nec etiam coma vtebantur, ſed pictura ad capillos mentiendos, & ex albis nigros faciendos,vt modò etiam apud nonnullos in more eſt:vndè *Idem Mart. Ibidem.* Et tegitur pictis ſordida calua comis.

Epith. Prolixa, decora, flexilis, ſplendida,culta,pexa,ambroſia, ornata. Hinc

COMATVS.

Capillatus. *Mart.* Cui plurima pendet cæſaries. Comptus crinibus:Crinitus. V. *Crinis.*

COMES.

Sodalis. Socius. Conſcius arbiter. Arbiter ſceleris alieni. *Sen. in Herc. fur.* ideſt comes ad malum.

COMITATVS, us.

Fidum comitum agmen. *Ouid.3. met.* Comitum turba. *Idem 6. met.* Turba ſodalium. Manus fida;ſocijq; fideles. *Ouid.1.triſt.4.* Officium populi vix capiente domo. *Idem 4.de Pont.4.* cùm Principes à plerìſque domum deducuntur honoris cauſſa. Obſeruata ſequi veſtigia. Caterua ſodalium.V. *Socius.*

COMETE, es.

Siue Cometa. Cometæ verò non ſunt ſtellæ: ſed ex eorum materia ſunt viſcoſi, & lenti halitus commixti,qui tandem & motu,& ſiderum radijs incenduntur. Tanta autem copia fumi attrahitur,

tur, vt moles velut montem vnius, aut duorum milliarium æquans ſufficiat multorum dictum incendio, & præbeat flammam aliquot climatibus conſpiciendam. Hi verò, teſte *Cicerone*, prænuncij ſunt magnarum plerumque calamitatum;quibus tamen non eſſe credendum quodam carmine probauit *Valentinus Paſqualis Vtinenſis* familiaris meus. De formis illorum V. *Plin.lib.* 2.*cap.*25.

Crinita ſtella. *Cic.* Sanguineo crine comantia ſigna. Stella facem ducens. *Virg.*2 *Æn.* Sanguineo crine minitans aſtrum. Lumenq; flamma triſte luctifera gerens. *Sen. in Oedip.* Stella longa ſemitam flamma trahens. *Idem in Troad.* Sidus trahens atrum limitem. *Idem in Thyeſt.*4.

Stella comans. *Ouid. lib.*15. *met.* In ſidus vertere nouum, ſtellamq; comantem: de Cæſare loquitur, poſt cuius mortem comete Romæ viſus eſt prægrandis,quo regnorum mutatio portendebatur:vndè *Lucan.* Mutantem regna cometem: *&* *Stat.*1. *Theb.* — mutent quæ ſceptra cometæ:in hac noſtra ætate ſceptra plurima mutata legimus;vel ſi Batauorum, Luſitaniæ, Cataloniæ, & Angliæ memoria occurrat.

Vidimus cęlo iubar Ardèns cometam pandere infeſtam facem, Qua plauſtra tardus noctis æterna vice Regit Bootes frigido Arctoo rigens. *Sen.in Octau.* ſemper autem à ſeptentrione cometæ videntur apparere; vt qui mihi viſus eſt ſub anno 1618. cùm Narniæ degerem. Qui ſummi numinis iram Nunciat,&c. Stella micans gentibus clades nouas minatur. Conſcius ingentis mali. Flammiferumq; trahens ſpacioſo limite crinem — nec diri toties arſere cometæ.

Liquida ſi quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent,&c. exhalatione enim calida, & pingui ad ſupremam aeris regionem eleuata,generatur comete: Immò potius, vt nonnullis placet, ad ſphęram vſque Saturni, vel etiam ad ſtellarum fixarum orbem aſcendiſſe aliquando cometas certiſſimis demonſtrationibus hodie per recentiores aſtronomos probatur. V. *Compendium de tribus Cælis, aereo, ſidereo, & empyreo apud Petrum de Valle.*

Regnorum euerſor rubuit lethale cometes Crinis timendi ſideris. *Lucan.* Crine vt flammifero terret fera regna cometes, Sanguineum ſpargens ignem. — vomit atra rubentes Fax cęlo radios, & ſæua luce coruſcum Scintillat ſidus, terriſq; extrema minatur — augurium qualis laturus in orbem Præceps ſanguineo delabitur igne cometes Prodigiale rubens, non illum nauita tuto, Non impune vident populi: ſed crine minaci Nunciat, aut ratibus ventos, aut vrbibus hoſtes.

Et numquam cęlo ſpectatum impune cometem, Qui primum roſeo Phœbi prolatus ab ortu, Quo micat aſtrigera ſenior cum coniuge Cepheus: Indè Lycaonia paullatim expulſus ab Arcto Crine vago Getici fœdauit ſidera plauſtri, Donec in exiguum moriens vaneſceret ignem: deſcript.

Exitiale micans fax dira cometæ — qualis ab ęthere triſtis Nuncius imperijs ſolet apparere cometa. Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna cometæ: Illi etiam belli motus,feraq; arma minantur, Magnorum & clades populorum, & funera Regum, &c.

Sub Neronis principatu cometa ſex menſibus conſpectus fuit. *Sen. in Octau.* meminit,& *Suet. in Nerone* 36. ſtellam crinitam appellat; de qua hæc *Plin.* cometas Græci vocant,noſtri crinitas, horrentes crine ſanguineo,& comarum modo in vertice hiſpidas. Terrificum magna ex parte ſidus,ac non leuiter piatum,vt ciuili motu Octauio Conſule;iterumq; Pompeij,& Cęſaris bello: in noſtro verò æuo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deindè principatu eius aſſiduum propè,ac ſæuum: hæc *Plinius*. Frequentes quidem viſi ſunt ſub ijs temporibus cometæ, nam & ſub Claudio, & ſub Nerone, & ſub Veſpaſiano crinitas ſtellas viſas fuiſſe meminit *Suetonius*.

Epith. Dirus, ſanguineus, fatalis, præceps,fulgens, flammans,lucens,horrificus,rubicundus,ignifer, clarus,rubeſcens.

COMMODITAS.

Vtilitas:opportunitas:emolumentum apud proſaicos. Commodum: fructus:proceſſus. *Ouid.*4. *triſt.*5. Proſpera fortuna. *Idem ibid.eleg.*4. Multaq; pręterea manifeſta ſigna fauoris,Pectoribus teneo non abitura meo. *Idem* 5. Bonum,& bona:At nunc ſuccincti quæ ſunt bona diſce libelli. *Mart.*2. *epig.*1. Prouentus,us.

COMOEDIA.

De qua omnium luculentiſſimè *Scaliger in lib. de Poetica*. Dicta comœdia quaſi conuenticula ruſticorum. Eſt autem verè comœdia priuatæ,ciuiliſq; fortunæ ſine periculo vitæ comprehenſio. Fabula, ſecundum *Donatum*, diuerſa inſtituta continens affectuum ciuilium, ac priuatorum. Hæc autem agebatur in ludis ſcenicis, in Theatris ſcilicet ad rem hanc accommodis. A` Græcis ad Romanos fuit traducta comœdia;cuius aliæ dicebantur togatæ, quæ fiebant de vilibus perſonis;ſic enim *Scholiaſtes vetus ad Iuuen. ſat.*1. Tria ſunt, inquit, genera comœdiarum: Togata ex factis vilium perſonarum:Prętextata ex factis nobilium:Palliata ex factis quidem nobilium perſonarum, ſed Græcarum: ſic palliata ad Græcos; togata, & prętextata ad Romanos pertinebat. Qui verò in comœdijs componendis

dis olim inſignes fuere, hi paſſim recenſentur. Plautus:Terentius.V. *ſuis locis*. Cęcilius,cui Volcatius Sedigitus inter Latinæ comœdiæ ſcriptores principatum tribuit: illius autem comœdiæ non extant, niſi tantùm fragmenta aliquot: Horatius ita eum cum Terentio confert, vt illum grauitate, hunc arte ſuperiorem faciat: Vincere Cæcilius grauitate Terentius arte. Męnander apud Græcos. V. *ſuo loco*. Epicharmus, poeta fuit Syracuſanus, comœdiarum ſcriptor, cuius meminit *Hor. 2. epiſt*. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. Cratinus Athenienſis Callimedis filius veteris comœdiæ poeta, fabulas 21. ſcripſit, victorias nouem reportauit: *Suid. & Ariſtoph.* meminit *Horat*. Nec non alij.

Proſcenia:Et veteres ineunt proſcenia ludi. *Virg. 2. Georg*. Drama,tis:Dramaticum opus. Actus:Scena: Perſona,ſunt partes,quibus illa agitur. Scena viget,ſtudiſq; fauor diſtantibus ardet Cùmque tribus reſonant terna theatra foris. *Ouid. 3. triſt. 12*. Muſa leuis cum ſocco. *Idem 4. de Pont. 16*. Soccus enim propriè ad comœdiam, vt cothurnus ad tragœdiam ſpectabat. Sales Męnandri librorum. *Propert. 3. eleg. 19*. Geſtatio fabulæ. *Mart. 5. epig. 21*. Scenica adulteria. *Ouid. 2. triſt.* ſunt enim ferè materia comœdiarum. Artifices lateris,ſcenæ ſpectacula amantur. *Idem 3. de art*. Mimus:agens pro re acta. Hiſtrio:fig. Hiſtrio dum molli, ſcenica voce canit. *Pontan*. Mimi obſcęna iocantes. *Ouid. 2. triſt*. Mimi imitantes turpia. *Ibidem*. Tibicen;figur. ſumitur pro ipſa comœdia, nam in his tibicines adhibebantur, vt tituli comœdiarum Terentianarum indicant:Nunc tibicinibus,nunc eſt gauiſa tragędis. *Hor. epiſt. 2. lib*. Hinc

COMOEDVS.

Qui comœdias agit. Dulce decus ſcenæ. *Mart. 9. epig. 29*. Ludorum fama. Plauſus,deliciæq; theatri;*ex eo.dem*. Actor:Scenicus. *Mart. ibid. vt ſup.* & ſola tantùm ſcenicus arte furor.

Togatarius, dicebatur comicus fabulæ togatæ. *Suet*. Actor ſecundarius: nempè actor ſecundarum. *Cic*. Tertiarius,ideſt tertiarum actor. *Val. Max*. Tibicen:nam in comœdijs tibijs dextris,ſiniſtrisve actitabatur,vt in *Terentio*.

COMVM.

Galliæ Ciſalpinæ vrbs iuxtà Larium lacum, qui ab vrbe Comacenus etiam d citur. Mediocris primùm fuit colonia trans Padum:ſed aucta eſt poſteà à Scipione,Pompeio,& Cæſare; ex quo tempore Nouum Comum appellata.

Nouocomum: Comi noui mœnia: Larium oppid. antonomaſt. Lari decus. V. *Larius*.

COMPES, dis.

Et potiùs numero multitudinis Compedes; in quibus olim ſerui improbi, & noxij ad ergaſtula damnati faciebant opus; vt damnati ad triremes modò conſueſcunt. Si tamen libertate donabantur,compedes, & catenas ſacrabant Saturno,qui toto anno laneo vinculo ligatus ad diem ſibi feſtum,ideſt menſe Decembri ſoluebatur: quin & ſerui in Saturnalibus dominabantur;*ex Mart. 2. 29. & Farnab.*

Vincla pedum. *Tib. 1. eleg. 6*. Ferrea vincla pedum. Crurum vincula ferrea, vel lignea. Neruus. *Plaut*. vinculi genus,quo ceruices,& pedes compediuntur. Numellę. *Idem*. vinculum einſmodi. V. *Carcer*. Orbes compedes. *Claud*. Sed neque compedibus,nec me compeſce catenis. *Ouid. epiſt. 19*.

Catenæ crurum. *Tib. 2. eleg. 7*. Ferrum;figur. Spes etiam valida ſolatur compede vinctum, Crura ſonant ferro:ſed canit inter opus. *Ibidem*. Vincito neruo,ac compedibus. *Leg. Rom.* neruum,inquit *Feſtus*, appellamus ferreum vinclum, quo pedes impediuntur.

Pedicæ. *Liu*. Cippus. *Caſar*, eſt lignum bipatens,in quo ſontium pedes includuntur. Catenæ. V. *ſuo loco: & Pœnarum genera*.

Epith. Ferrea,frigida,arcta,perdura,valida,ſeruilis, adamantęa,&c.

CONATVS, us.

Tentamen. *Stat. 5. ſilu. 2*. Vltimus labor. *Virg. 11. Æn*. Vigor. *Stat. 5. ſilu. 2*. Vires: Niſus,us. *Virg. 11. Æn*. Conamen: Molimen. *Vida 1. hymn*. Viribus enixus: Magno tentare molimine. Aggreſſus: Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo Palladium. *Virg. 2. Æn.* — in medijs conatibus ægri Succidimus, non lingua valet,non corporę vires, &c. Et fragilis valido conamine ſoluitur enſis, &c.

CONCEPTVS.

Quem vulgò *Concetto*,nuncupamus.

Penetralia mentis. *Claud. 1. de rapt*. Senſus animi: Curarum ſecreta: *Claud. Ibid*. Effata mentis. *Maſcul. 1. od. 7*. Fœtus mentis. *Ibidem*. Conſulta mentis. *Ibidem*. Pignora mentis,animi,&c. Mente ſatus ſenſus:Interni fœtus.

CONCILIVM.

Conuentus,us:Synodus,g.f. Conciliumq; vocat Diuum pater,atque hominum Rex. *Virg*. Concio, Comitia; de quibus varij ſcripſere. Lege *Roſinum,& P. Manutium*. At Iouis imperio rapidi ſuper atria cęli Lectus concilio Diuûm conuenerat ordo Interiore polo *Stat. 1. Theb*. Conciliumque vocat; tenuit mora nulla vocatos. *Ouid. 1. met*. Hinc

Comitium; locus,in quo fiebant comitia,ſeu concilia. Ergo vbi marmoreo ſuperi ſedere receſſu. *Ouid. 1. met*. Celſior ipſe loco,ſceptroq; innixus eburno. *Ibidem*. Curia:Senatus,qui non tantùm

per-

perſonas,ſed etiam locum,in quo fiebat Senatus, ſignificat.

CONCHA.

Omnis teſta dicitur, ſed tamen illam dicimus, quæ leuiorem habet, ac politiorem teſtam: oſtrea enim aſperiorem; cochlea verò teſtudinum, limacum,& huiuſmodi. Hæc Veneri dicata dicitur, quòd illam è ſpuma maris natam in littus detulerit. De conchis *Athenæus lib.*1. *in principio,& in* 3. meminit,aitq; Peloridas nuncupari à Peloro Siciliæ promontorio, quas tamen viles appellat, ad quod alludit, quod inquit *Mart.*6. *epig.*11. Tu Lucrina voras,me paſcit aquoſa Peloris: nempè flaccida concha, & ſine callo. Refert etiam ipſe *Athenæus:*Mẹnides appellari,eaſdemq; in Lipara inſula reperiri. Sunt etiam in conchis, purpuræ,buccina,chamæ, pectines,ſoleneſq;.

Margarita; nam ex concha, & conchylio naſcitur, quæ etiam:Vnio. V. *ſuo loco*. Conchylium,vulgò *Madreperla*; horum varia genera repeties apud *Athen.lib.*3.*pag.*64. Bacca maris. Conchea gemma. Teſta gemmifera. Et venit è rubro concha Erycina mari. *Prop.*

Venereę conchę. Iulius Cęſ. Veneri genitrici dicauit thoracem, quem ex Britannicis margaritis fieri voluit. Pręterea duæ conchæ, quæ nauem à Periandro miſſam, vt nobiles aliqui pueri euirarentur, retinuerunt,in Veneris Gnidiæ templo colebantur: ſic: Gnidia concha. Leuior ò conchis Galle Cytheriacis,ideſt mollior. *Mart.*

Teſta:Gentes,quæ duro clauduntur tegmine teſtæ. Leues curuo cernuntur littore conchæ. Teſta æquorea: Quæ ſerpunt ponto,cùm Luna impleuerit orbem. Fama refert, proprio plenas pingueſcere tecto: Sed cùm mu.tiuagæ decreſcunt cornua Lunæ Diminui graciles: tali ſunt lege coactæ:deſcript.

Epith. Vilis,marina,tenuis,æquorea,ſpumans,teſtacea.

CONCORDIA Dea.

Sic dicta,quæ daret concordiam,ab antiquis culta, ſed in primis à Romanis,qui & eius diuerſa templa habuere. Primam ædem propter ſeceſſionem militarem M. Furius Camillus Dictator V. in Capitolio vouit, & extruxit; in ea parte, quæ ad forum, & comitium ſpectabat: & in hoc templo Senaculum erat, vbi magiſtratus cum ſenioribus deliberabant. Alteram Flauius Scriba Appij cęci Annio Libertino patrę genitus, qui dies faſtus publicauit,æream fecit in Græcoſtaſi, quæ tunc ſupra Comitium erat,inciditq; in tabula ærea: eam ædem 304. annis poſt Capitolinam dedicatam tradunt, ex quo apparet ædem illam Concordiæ Capitolinam fuiſſe eam, quam iuxtà templum Iunonis Monetæ Camillus vouerat, de qua *Ouid.inf.* Tertiam vouit L. Manilius Prętor propter ſeditionem militarem in Gallia. V. *Liuium lib.*22. *&* 23. Quarta fuit in foro Romano ab Opimio ædificata, niſi eadem ſit, quæ in Gręcoſtaſi ſtructa fuerat. Quinta à Liuia Auguſta,& à Tiberio dicata. Lege *Sueton.* Huic in ſacrificio mitior hoſtia immolabatur, vt *Sen. in Med.* teſtatur. V. *inferius.* In tutela Concordiæ ciconia fuit,vel vt alij,cornix. *Polit. ex Ælian. & numiſmatis.* In nuptijs,*Ælianus* inquit,olim veteres audio, poſt hymenęum inuocare ſolitos cornicem fuiſſe, hocq; Concordiæ ſignum dare ijs, qui liberùm quærendorum cauſſa conueniſſent:Sed etiam apud antiquos mala punica Concordiam ſignificabant, vt Hebręorum ſcriptores interpretantur in veſtibus Sacerdotalibus. Effingebatur autem hæc Dea dextera craterem tenens,& lęua nunc cornucopiam,nunc ſceptrum; ex quo fructus exire videbantur: Nec non duabus imaginibus dextram dextrę iungentibus. *Ariſtides* multa de Concordia Dea agit in oratione Rhodienſibus habita.

Et aſperi Martis ſanguineas quæ cohibet manus, Quæ dat belligeris fœdera gentibus, Et cornu retinet diuite copiam Donetur tenera mitior hoſtia: v. Aſclepiad. *Sen. in Med.*

Appias:Non iſtas lites Appias ipſa probat. *Ouid.*2. *de rem.* forſitan. quòd ab Appij ſcriba fuerit æde culta,*vt ſup. in Hiſt.* Appiades Deæ. *Idem* 3. *de art.*Templaq; feciſti quam colis ipſe Deæ.*Idem.* nam ædem Concordiæ à matre erectam Tiberius dedicauit: vt innuit etiam *Suet. in Tib.* Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde Liuia,quam charo præſtitit illa viro. *Idem.* Candida te niueo poſuit lux proxima templo, Quæ fert ſublimis alta Moneta gradus. *Idem* 1 *faſt.*

CONCORDIA.

Pax. V. *ſuo loco*. Mentes mentibus,atque animos animis connectere Regum. Paſcens tutas dulcis concordia mentes. Conſenſus. Nullis concordia rupta querelis. Vna quidem facies ſemper mens vna duobus: Vna quies, vnumq; labor non pulcrior orbe Par fuerit toto. Sympathia, Gręcum.

Epith. Concors, innocua, alma, dulcis, mitis,felix, candida.

CONCVBITVS, us.

Sed quia delectat Veneris decerpere fructus. *Ouid.* 3.*de art.* Opus Veneris; *ex eodem:* ſin autem in malam ſumas partem:

Laſciuæ gaudia noctis. *Idem* 2. *eleg.* Ludus proteruæ noctis. *Stat.* Deliciæ molles tori.*Pontan.*Furtiui hominum amores. *Catull.*8. Veneris furta, gaudia, &c. —cupidæ Veneris gaudia. *Tib.*4. *eleg.*3. Accubitus:Somnus.V.*ſuo loco.*

CON-

CONCVBIVM. V. *Noctis partes*.

CONCVPISCENTIA. V. *Amor laſciuus*.

CONCVRSVS. V. *Tuba*.

CONFVSIO.

Chaos:indeclinab.Perturbatio:Turbatio rerum,terum turbo:Licet ipſa in turbine rerum Iuno ſuos colles — *Stat. 3. Theb.* Correptaq; mœnia fundo Exeutiam, verſaſq; ſolò ſuper Inacha tecta Effundam turres, ac ſtagna in cęrula vertam. *Ibidem*.

CONIVRATIO.

Conſpiratio. Cętus belli. *Stat.4.Theb.* Iuratæq; manus,deprenſaq; fœdera noxæ. *Corn.Seu.* Patriciumq; nefas. In noſtram Gallia cędem Coniurata venit. *Claud.2. in Ruf.* Iurataq; pectora Marti:ideſt in bellum coniurata pectora. *Stat.4. Theb.*

CONNVBIVM. V. *Nuptiæ*.

CONIVX. V. *Vxor:Maritus*.

CONON. V. *Mathematicus*.

CONSANGVINITAS. V. *Cognatio*.

CONSANGVINEVS.

Cognatus,& Cognati .V. *ſuo loco*. Cognata pectora. *Ouid.6.met.* ab iiſdem fontibus orti:Eodem prognati ſanguine. Ab eodem ſtemmate ramum Ducunt. Iiſdem maioribus ortus. Eodem ſanguine natus,creatus,&c.

Quos gens eadem iungit, atque idem ſtemma, eademq; propago. Eadem quos linea iungit ſtemmatis. Genus amborum findit ſe ſangnine ab vno. Huic genus à proauis ingens,clarumq; paternæ Nomen erat virtutis. Turnus auis, atauiſq; potens. *Virg.* Dum proauos, atauoſq; refers, & nomina mille.

Epith. Senior,viuax,intonſus,depexus,vetus,&c.

CONSCIENTIA.

Quæ tria habet in ſe ſupplicia,verecundiam, pudorem,ac ſupplicij metum. Quæ ſemper peruigil eſt. Siq; mala ſuos exagitat, ſiq; bona conſolatur.

Animus: Pulſi ex animo genitorq; pudorq; Et metus. *Stat.1.Theb.* Secundus numinum fauor. *Sen. in Hipp.* Mens religioſa. Stimuli piæ,vel malæ mentis. Diuini morſus animi. Conſciæ mentis pauor. *Sen.in Hipp.* Animus culpa plenus:Conſcius eſt animus noxæ. Carnifex animi:Carnifices habet occultos, & pectora mordent. Quæ magis, atque magis torquet quàm verbera corda Conſcia noxarum, &c.

CONSCIVS.

Ille dicitur, qui ſimul cum aliquo, vel ſecum boni, vel mali ſciens eſt.

Conſcius malè ſibi licet Dimiſſus omne, quod dubium putat,odit. *Sen. in Oedip.* Non inſcius,non neſcius. Gnarus. *Stat.2.Theb.* Nihil gnara ſui fati corda. Qui ſcit:Scius:Sciolus:Mei ſciens miniſter fiat conſili. *Sen. in Thyeſt.* Particeps dicti, conſilij. Arbiter conſcius.

CONSENSVS. V. *Concordia*.

CONSIDERATIO.

Mens:Dictaq; mente notant. *Ouid. 5. faſt.* Mentis indago: Mentiſq; indagine cauſſas Deprendunt. *Vida*. Mentis agitatio, ponderatio, perpenſio. Multa mouent animo. Verſant in pectore. At pius Æneas per noctem plurima voluens. *Virg.*

CONSILIVM.

Sententia:Conſultum:Reſponſum:Oraculum:Vires conſilij. *Augurell.* Monitum:Auxilia pectoris. *Prop.1. eleg.1.* Et vos,qui ſerò lapſum reuocatis amici Quærite non ſani pectoris auxilia. Conſilij pondus. Conſilio cautus ſis bone Galle meo. Quod modò non poterant vires,mens firma miniſtrat: Nilq; valent artus, niſi quod dedit illa valere — locumq; Quo ſerere arcanas aptum, atque euoluere curas Inſidunt. *Stat.2.Theb.*

Epith. Prudens, arcanum,prouidum,ſalubre,vtile, fidele,ſapiens.

CONSILIARIVS.

Author conſilij: Conſilij habitus non futilis author. *Virg.4. Æn.* Quæ vegeto tibi conſilij vires forent. *Augurell.* Admiſſus conſilijs, arcanis,&c. Et Iouis arcanis Minos admiſſus. *Hor.1. od.28.* Conſilij ſciens miniſter. *Sen. in Thyeſt.* Arcani miniſter. Conſilij particeps mei. Conſcius arcani. Arbiter conſilij. Conſilij parens. Ingenio frueris qui propiore Dei; nempè Cæſaris. Nam tibi naſcentes domini cognoſcere curas,Et ſecreta ducis pectora noſſe licet. *Mart.5.epig.5.*

CONSPICILIVM.

Cuius inuentum Æſculapio tribuitur ad aciem oculorum tuendam. Vitrum, fig. Vitrei oculi, fig. Vitrea lumina:Specillum:Ocularium ſpecillum: Conſpicilium inuerſum;quod omnia oſtẽdit inuerſa. Conſpicilium viride, quo videntur omnia eſſe viridia: eſt etiam triangulare quoddam ſpecillum,nempè triangularis craſſitiei,quo cuncta Iridis colore viſuntur.

Teleſcopium: eſt longa quædam fiſtula, ad cuius partes vtrinque extremas duo affiguntur contrarij obtutus conſpicilia; vndè nobis propinquiora videntur,quæ per ſe longinqua: Galilei Florentini celeberrimi noſtri temporis Matheſeos ſtudioſi dicunt inuentum, & hæc: Fiſtula optica. Tubulus opticus,ſiue Tubus opticus. Conſpicilium tubulatum. Microſcopium: quo paruula queq; minutim obſeruantur.

CONSTANS, & CONSTANTIA.

Pectus conſtans. *Pontan.* Vis conſtans: *Maſcul.1. od.7.* In duris remanens rebus. *Ouid.1.triſt.8.* Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna guber-

bernat, Quæ maneat ſtabili, cùm fugit illa, pedē. *Ouid.5.triſt.15.* Tenax propoſiti vir. *Hor.3. od.3* Siquis erit magnæ ſubnixus robore mentis. *Mart.* Vocibus Euander firmata mente parentis. *Ouid.1.faſt.* Firmus mente: Mens inuicta, ſtabilis, conſtans, &c. Robur inuictum: Inuiolabilis fides. *Augurell.*

Conſtans fides. *Bemb.* Immota virtus animi: Conſtans pietas. *Ouid.4.de Pont.12.* Effice conſtanti profugum pietate tuendo, Ne ſperata meam deſerat aura ratem: Mens ſolida. *Hor.3.od.3.* Non ciuium ardor praua iubentium, Non vultus inſtantis tyranni Mente quatit ſolida nec Auſter. Nec fulminantis magna Iouis manus, Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. *Ibidem:* fortis.

CONSTANTINOPOLIS.

Quæ priſcè Byzantium à Pauſania conditum. V. *Byzantium:* deindè à Conſtantino, qui ab vrbe Roma illuc imperium tranſtulit, exornauitq; Conſtantinopolis dicta. In qua multa admodùm ſunt vetuſtatis monimenta, partim illic primùm poſita, partim Roma illuc allata. Præcipua ſunt: templum D. Sophiæ opus Iuſtiniani Imp. palatium Conſtantini: columna ſerpentina, & altera, quæ hiſtoriata nominatur: templum S. Lucę Euāgeliſtæ, cuius oſſa illuc à Bithynia fuerant ſub Conſtantio Conſtantini magni F. tranſlata: Nauale; Caſtrum nouum; coloſſus, Gynecęum; Hippodromus; Obeliſci, & alia multa. Ambitus vrbis eſt 13. milliariorum. Clara olim vrbs non tàm ciuium numero, quàm Epiſcoporum, qui eam ſanctimonia, doctrinaq; reddiderunt inſigniorem: nunc Othomanicæ ſedes eſt tyrannidis.

Vrbs Byzantia. *Mant.* Sępè ad Byzanti portas, & mœnia vidit: Byzanti oræ. *P. Ang. Barg.* Thracia pacifero contigit arua pede. *Claud. in praf.2. de rapt.* nam in Thracia vrbs eſt: Celſa qua Boſphorus arce Splendet, & Othryſijs Aſiam diſcriminat oris. *Idem 1. in Ruf.*

Illa illa eſt magni de nomine Conſtantini Dicta opibus Regum pulchrè exornata potenti Imperio, famaq; ingens magnę ęmula Romę. *Claud.* Lege *Ioſephi Scaligeri epig. de Conſtantinopoli.*

CONSVL.

Vir ſupremum inter reliquos Rom. Reipublicæ magiſtratus ordinarios locum, imperiumq; poſt Reges abactos obtinens dicebatur: ſic dictus à conſulendo, vel quòd alios conſulerent, vel ab alijs conſulerentur. Nemo tamen creabatur, niſi ſibi prius per Quæſturam, Ædilitatem, & Pręturam eò feciſſet aditum; anno ſcilicet ætatis quadrageſimo tertio. Quamvis Octauius Auguſtus conſulatum inierit anno vigeſimo, id quidem vi factum, & contra leges patrias oſtendunt *Suet.* *interpretes.* Duo autem creabantur, perq; annum integrùm, niſi morte ſublati, Rempub. adminiſtrabant. Patritij cœperunt eſſe: tum patritius vnus, plebeius alter: & aliquando ambo plebeij. Centuriatis comitijs creabantur, & deſignati ante menſem, Kal. Ian. conſulatum inibant frequenti populo comitati in Capitolium aſcendebant, quos pręcedebant duodecim Lictores cum faſcibus. Hos autem ſequenti anno confirmari nefas erat: iterum tamen interpoſitis decem annis creari poterant, minus tamen antiquitùs expectabatur: vndè ſepties conſulatum geſſiſſe potuit Marius, & alij. Horum inſignia fuerunt Sella curulis regia, & eburnea, in qua ius dicebatur; trabea, ſeu purpurea pretexta; & lictor 1 illis faſces cum ſecuri preferentes. Poteſtas autem maxima fuit, de qua V. *Polybium lib.6.* illam exactè deſcribentem. Exhibuerunt aliquando ludos, & grauiore vrgente bello in conſulatu etiam prouincijs pręfuerunt. Ineuntes autem magiſtratum Iunoni hoſpitæ ſacrificare ſolebant, & in templo Iouis Capitolini ſinguli ſingulos immolare boues. Lege *Roſin. de Antiq. Rom.*

Decorus trabea. *Ouid.1.faſt.* Faſcibus inſignis; munitus faſcibus: — cingetq; ſuperbis Faſcibus, & patrias dabit inſediſſe curules. *Claud. & Stat.4. ſilu.2.* Rector aulæ Tarpeiæ. *Mart.7.* Omnia ceſſerunt Eunucho conſule monſtra. *Claud.1. in Eutrop.* Trabeatus: Trabeata per vrbem Oſtentatur anus. *Ibidem.* Faſces, figur. Ebur, fig. Conſpicuum ſignis cùm premet altus ebur. *Ouid.4. de Pont.5.* nempè Conſulatum, de quo *inferius.*

Conſule luſtrandi faſces, ipſoq; ſtandum Prodigio. *Claud.1. in Eutrop.* Tertia Romulei ſumant exordia faſces, Terq; tuas ducat bellatrix Roma curules. *Idem de conſulat. &c.* nempè ſellas. Succedant armis trabeæ tentoria lictor Ambiat, & Latiæ redeant ad ſigna ſecures. *Ibidem.* Hinc

CONSVLATVS.

Ipſa Conſulis dignitas, cuius ineundæ (vti diximus) legitimus annus fuit quadrageſimus tertius: Quam non obibat niſi prudentia, ac virtute ſingulari conſpicuus poſt Quæſturam, Ædilitatem, & Pręturam. Patritijs tantùm collata, tum plebeis obſeruatum ſuperiùs. Inter hunc autem magiſtratum, & Pręturam ad minimum bienni ſpatium interponebatur. Poſt conſulatum in aliquam prouinciam Proconſules legabantur.

Faſces, fig. Ebur curule, fig. Illa datos faſces commendat, eburq; curule. *Ouid.5.faſt.* Purpura. fig. Lęta bis octonis accedit purpura faſtis. *Stat.4. ſilu.1.* Biſſeni faſces: Biſſenos citò me rogante faſces Det ſtellæ bonus, annuatq; Cæſar: v. pha-

 leuc.

leue. *Mart.* 9. *epigr.* 43.

Exultant reduces Auguſto Conſule faſces Cernis vt armorum proceres. legumq́; potentes Patricios ſumunt habitus, & more Gabino Diſcolor incedit legio, &c. *Claud. de 4. Conſul.* vbi ſequitur deſcriptionem ioitæ dignitatis.

Trabea, fig. Iam trabeam Bellona gerit, parmamq́; remouit. Et galeam ſacras humeris vectura curules. *Ibidem.* Secures laurigeræ: Nec te laurigeras pudeat Gradiue ſecures Pacata geſtare manu. *Ibidem.* Vrbis maieſtas: Quam ſua cum trabeis pariter repetatur, & vrbi Maieſtas, &c. *Idem de 6. Conſul.* Sintq́; trophęa tuas ſemper comitata ſecures.

Culmen Romani Senatus: Culmina Romani, maieſtatemq́; Senatus, Et quibus exſultat Gallia cerne viros. *Claud. de Conſ. Manl.* — nec faſcibus vllis Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi. *Ibidem.* Te quoque naturæ ſacris, mundiq; vacantem Emeritam pridem, deſudatiſq; remotum Iudicijs eadem rursùs complexa poteſtas Euenit, & reducem notis imponit habenis: Accedunt trabeæ, &c. deſcript. *Ibidem.* Iam noua Germanis veſtigia torqueat annus Conſulibus, lętiq; petant exordia menſes. *Idem de Conſul. Prob.*

Conſulis imperium. *Virg. 6. Æn.* Conſulare munus: Conſulis munus: Summos magiſtratus. *Suet.* Romanæ ſceptra togæ. *Angerian.* Latiæ curules. *Stat. 4. ſilu.* 1. Oſtrum, figur. pro purpura trabeæ limbum circumeunte. — da gaudia faſtis Continua: hos humeros multo ſinus ambiat oſtro: Prętexta. fig. Et properata tuæ manibus prętexta Mineruæ. *Ibidem.*

Ter Latio, decieſq; tulit labentibus annis Auguſtus faſces. *Stat. 4. ſilu.* 1. nempè fuit Coſ. trigeſimum: Curules, fig. Et totidem felix tibi Roma curules, Terq; quaterq; dabit, mecum altera ſecula condes. *Ibidem.* Tertia nam Latios renouauerat purpura faſces. *Sil. It.* 14. de Marcello; nempè III. Conſul.

CONSVS.

Ita dictus ſecretorum cōſiliorum Deus, qui Neptunus fuit à priſcis Romanis habitus, vocatuſq; equeſtris: vndè ſpectacula Conſualia fuere dicta, quæ olim Circenſes, & Ludi magni, Romaniq; appellabantur. Hunc autem fuiſſe fabulati ſunt, à quo Romulus de rapiendis Sabinis conſilium acceperit. Qui cùm cuiuſdam Dei aram conditam ſub terra inueniſſet in Circo, ei Conſi nomen indidit, aramq; ipſam reliquum tempus latere iuſſit; in equeſtribus verò certaminibus aperiri. *Dionyſ. Halicar. lib. 1. Hiſt.* Dedicarunt, inquit, & Romani Neptuno equeſtri templum, atq; diem illum ſolemnem, quem Arcades Hippocratia, Conſualia Romani vocant: iidem conſtituere quo die apud Romanos ex conſuetudine ceſſant ab operibus equi, & muli redimiti floribus capita: hactenus ille. Sunt autem qui Conſum Deum diſtinguant à Neptuno, cui templum erectum, illi verò aram tantùm ſubterraneam fuiſſe dicatam aſſerunt. In vndecima Vrbis regione, nempè in Circo maximo ara Deo Conſo conſtituitur à *P. Victore.*

Cęnea mutauit proles Saturnia Conſus. *Auſon.* Conſilij Deos, &c. Conſilij numen.

CONTAGIVM. V. *Peſtis.*

CONTEMPLATOR.

Mirator rerum. *Ouid. 4. met.* Admirator; meditator: Admirans: Obſeruans: Obſeruator: Animus contemplans, &c.

CONTINENS. V. *Tellus.*

CONTINENTIA.

Si pro caſtitate ſumatur, V. *Caſtitas.* Fides caſti tori: Nunc credo caſtis fidem reddi toris. *Sen. in Thyeſt.* 5. Qui connubia ſeruat: Matrimonij fidem non fallens: Non fallit ſocialia iura: Seruat qui fœdera lecti.

Vel pro ſobrietate victus, & huiuſmodi.

Qui loquitur Curios, aſſertoreſq; Camillos. *Mart.* 1. *epig.* 25. nempè qui tractat de Curij continentia, & de Furij Camilli auſteritate: hinc exemplaria virtutum pro ipſis virtutibus ſumi poſſunt.

Contrariorum exempla.

Nempè quæ ab alijs argumenta ab impoſſibili, ſiue impoſſibilia dicuntur; quæ vel numquam accidere, vel diuinitùs tantùm; quæ à nobis miracula nuncupantur, ſi accidant.

In caput alta ſuum labentur ab æquore retro Flumina, conuerſis Solq; recurret equis. *Ouid. 1. triſt.* 7. Terra feret ſtellas, cęlum findetur aratro Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas. *Ibidem.* Omnia naturæ prępoſtera legibus ibunt, Parſq; ſuum mundi nulla tenebit iter. *Ibidem.*

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui, &c. *Virg. 1. eclog.* Lege *Text. officinam.*

Huc etiam ſpectant, quæ aliquam inter ſe habent contrarietatem, vt facile eſt à naturalis magiæ obſeruatoribus adnotatum. Nam vitis braſſicam refugit, & hæc viciſſim illam adeò, vt ſi dum coquitur braſſica vinum vel pauciſſimum inſtilles: nec illa coquatur, nec ipſius conſtet color; vndè Androcides hoc vſus exemplo, medelam contra vinum coniectatus eſt braſſicam eſſe poſſe. Cyclaminus braſſicæ contrarios eſt, at vino is adhęret, cui ſi addatur, ebrietatem adauget. Hedera viti contraria, vndè & ipſa contra temulentiam amuletum eſſe creditur. Inter arundinem, & filicem ſumma diſcordia eſt, & pertinacia. Cicuta, & ruta ſibi inuicem aduerſantur. Ferox taurus fico arbori alligatus miteſcit, domaturq; vt *Zoroaſter* ait, qui ex delectis veterum

plæ-

placitis Geoponica ſcripſit. Elephas arietem timet; ſimia teſtudinem. Homo. & ſerpens adeò irreconciliabili diſſident ſimultate, vt ille ſtatim horreat viſo ſerpente, ac expaueſcat. Lupi viſus ſi prior hominem intuetur, vocem adimit, at ſi prior ille aſpiciatur ab homine, idem timoris patiatur animal. Lupo eidem canis inimicus, cuius lupi pellis ſuper eum ſuſpenſa, qui à cane rabido morſus eſt, aquæ timorem amolitur. Lupus herinaceum timet: Accipiter columbino generi perpetuus hoſtis: Allij, & magnetis diſſidium patet, vt *Plutarchus* adnotauit. Ceruus ſerpentibus aduerſatur: Draconibus elephantus: Ciconia ſerpentes ob innatum odium deuorat, vt Ibis Ægyptia. Ichneumon aſpidi aduerſarius, contra quem pugnaturus luto ſe loricat: Muſtela cum ſerpentibus pugnat, eiuſq; morſus baſiliſco eſt exitioſus: Galli cantus baſiliſcum exterret, eiuſq; ius propinatur ad ſerpentum venenum exterminandum. Sed ad alia.

CONTRARIVS.

Æmulus. V. *ſuo loco*. Aduerſus: Aduerſarius: Oppoſitus: Diſſidens plebi. *Hor. 2. od. 2.* Ille ferox, & adhuc oculis hoſtilibus ardens, Hortator pugnę, conſiliumq; fuit. *Ouid. 4. triſt. 2.* Repugnans; obſiſtens; reſiſtens; obtrectans; detrectans: Contraria mens, animus. &c.

CONTVMELIA.

Cui tamquam Dea fanum fuit erectum Athenis; illam enim cum Impudentia colebant, quod exprobrat *Cicero 2. de leg.* quod illis Epimenides Cretenſis perſuaſerat.

Verba proterua. *Ouid. 5. triſt.* Verba libera: Nec tibi perpetuo libera verba fore. *Prop. 1. eleg. 9.* Petulantia linguæ. *Ibidem eleg. 16.* Te non vlla meæ lęſit petulantia linguæ: Quæ ſolet iratus dicere trita loco. *Ibidem.* Verba ſuperba. *Idem 2. 7.* In noſtrum iacies verba ſuperba caput. Maledictum: Vocis & inſanæ tot maledicta tuæ. *Idem 3. 6.*

Conuicinm: Conuicia linguæ. *Ouid. 13. met.* Conuicia rabidæ linguæ; è *Prop. 3. eleg. 6.* Quæ mulier rabida iactat conuicia lingua: — tremulæ conuicia dicere, vel fundere linguæ. Vox procax. Qui petulans lingua lędit, & voce procaci.

Calumnia: Maledictum. V. *ſuis locis*. Venenum, pro conuicio dixit *Catull. lyr. 45.* Orationem in Attium petitorem plenam veneni, & peſtilentiæ legit, & alibi etiam: Peſtilentia. *Ibidem.* Gannitus improbi: Et gannitibus improbis laceſſas. *Mart. 5. epig. 61.*

Epith. Petulans, aſperum, iniurioſum: Hinc

CONVICIATOR.

Calumniator. V. *ſuo loco*. Dictis qui mordet; qui dictis inceſſit, vexatq;. Qui rodit, allatratq;. *Mart. 5. 61.* Qui carmine proſcindit, qui dicit aſpera verba: Qui triſti diſtringit carmine fratrem. Qui crimina dicit. Qui dira precatur. Author ſcelerati verbi. Addit conuicia facto.

CONVIVIVM.

Notum vocabulum: ſed libet ex *A. Gellio lib. 13. cap. 11.* fragmentum quoddam Varronis ex Satyris Menippęis referre de conuiuio: Lepidiſſimus (inquit) liber eſt M. Varronis; ex Sat. Menipp. quæ inſcribitur: Neſcis quid veſper ſerus vehat: in quo diſſerit de apto conuiuarum numero, deq; ipſius conuiuij habitu, cultuq; dicit autem: Conuiuarum numerum incipere oportere à Gratiarum numero, & ad Muſarum progredi, ideſt proficiſci à tribus, & conſiſtere in nouem: vt cùm pauciſſimi conuiuæ ſunt, non pauciores ſint, quàm tres: cùm plurimi, non plures, quàm nouem. Nam multos (inquit) eſſe non conuenit; quòd turba plerumque eſt turbulenta. Ipſum deindè conuiuium conſtat ex rebus quatuor, & tum demiq; omnibus ſuis numeris abſolutum eſt: Si belli homunculi collecti ſunt: ſi lectus locus; ſi tempus lectum; ſi apparatus non neglectus. Nec loquaces autem (inquit) conuiuas, nec mutos legere oportet: quia eloquentia in foro, & apud ſubſellia, ſilentium verò non in conuiuio, ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igitur id temporis habendi cenſentur iucundi, ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat, & amœnius. Dominum autem (inquit) conuiuij eſſe oportet non tàm lautum, quàm ſine ſordibus, & in conuiuio legi non omnia debent, ſed ea potiſſimùm, quæ delectant: hactenus ille, aliquibus relictis verbis. De conuiuio agit *Plutarchus in Sympoſiacis*, & *Macrob. in Saturnalibus.* Vnguentis verò delibuti, & floribus coronati conuiuabantur veteres; vndè *Martialis 5. 65.* Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo, Laſſenturq; roſis tempora ſubtilibus: & *Sen. in Thyeſt. 942.* Quis me prohibet flore recenti Vincire comam, &c. vbi *Farnabius:* Florum (inquit) faſciculis, ſertis, coroniſq; capita reuincti in conuiuijs potare ſoliti erant. Primùm quidem hederaceis, vt *Sen. in Oedip. 414.* Hederave mollem baccifera religare frontem: Quòd corollæ hederaceæ ob inſitam frigiditatem vapori reſiſtant, viniq; potentiam ſiſtant: Tum ex apio, mox myrteis, quippè quæ adſtringunt, & vim exhalationis arcent: Tum è roſis, quæ & grauitatem capitis ſedant, & potione æſtuantes refrigerant. Potiſſimùm verò roſarum folia conſuebant; nam non ſemper roſæ floreſcunt. De conuiuijs lege *Athenæum in Sympoſ.* pręter cęteros iam dictos.

Cęna. V. *ſuo loco*. Menſa opima: Dapes opimæ. *Virg. 3. Æn.* Epulæ regales. *Ouid. 6. met* & *Stat. 2. Theb.* Apparatus menſæ: Tori geniales

Digitized by Google

menſæ. *Virg.* nempè lecti, in quibus accumbebant menſæ: Epulæ geniales. *Claud.* 2. *de rapt.* Epulum. V. *ſuo loco*. Menſa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis. *Mart.* 3.44. Palatinæ menſæ conuiuia. *Idem* 8.39. Ambroſiæ dapes. *Ibidem.*

Iam pater Æneas, & iam Troiana iuuentus Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro. *Virg.* 1. *Æn.* ibiq; pulcra conuiuij deſcriptio: ſimilis apud *Stat. lib.* 1. *Theb. verſ.* 515. & apud *Ouid.* & *alios*.

Epith. Dulce, ſuaue, lętum, lautum, celebre, magnificum, tempeſtiuum, ſplendidum, luxurioſum, inſtructum epulis.

Conuiuium miſcere, celebrare, curare, agitare, inſtituere menſas, inſtaurare epulas, &c.

CONVS. V. *Galea: Cupreſſus.*

COOS.

Siue Cos inſ. in Ægęo mari, Rhodo vicina, optimo vino celebris, in qua vrbs eiuſdem nominis: vbi Euripylus Herculis filius regnauit augurio ſanè celebris: vndè, Cous ciuis, & Coę matres, quę cùm ægrè tuliſſent ab Hercule armenta Geryoni erepta per agros ſuos fuiſſe acta Iunoni conuiciatæ fuerunt innocenti: quare Iuno indignata, eas omnes in vaccas transfigurauit. Hinc quoq; Apelles pictor ortum traxit. V. *Apelles*. Solebant etiã in hac inſula fieri veſtes tenuiſſimæ ex bombyce ad fœminarum ornatum. V. *Bombyx*: & hę Coæ vocabantur; vndè *Ouid. de art.* Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabilis amictus: Siue erit in Cois Coa decere puta.

Coi, pop. Coa tellus, humus, terra, &c. Meropis, olim dicta *Steph.* Nymphęa: Caris; vel potius: Nympha Caris, quia è conſpectu Carię eſt inſula: — Spectans inſula Cares.

Euripyli vrbs. *Ouid.* 7. *met.* Euripyliq; vrbem, qua Coæ cornua matres Geſſerunt tunc, cùm diſcederet Herculis agmen. Alij dicunt mulieres Coas non propter conuicia in Iunonem, ſed quòd Veneri formam ſuam antepoſuerunt, in vaccas fuiſſe conuerſas. Euripyli tellus, quam illuſtrarunt Hippocrates, & Philetas elegiographus natalibus ſuis; vndè de poſtremo inquit *Ouid.* 1. *triſt.* 5. Nec tantùm Coo Battis amata ſuo: Euripyliq; vrbem petit, æquoreasq; Calydnas. *Hom.*

COPIA.

Vel abundantiam ſignificat. V. *Abundantia*: vel militum multitudinem. V. *Acies*: vel Deam Copiam. V. *Cornucopia*: hìc tantùm ſubijcientur comparationes, ſeu potius

Copiæ deſcriptiones aliquot.

Gargara quot ſegetes, quot habent Methymna racemos Æquore quot piſces, fronde teguntur aues. *Ouid.* 1. *de art.* Quot cęlum ſtellas, tot habet tua Roma puellas. *Ibidem.* Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla; Cęrula quot bacchas Pallados arbor habet. Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores. *Idem* 2. *de art.*

Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſidera lucent, Paruaq; quod ſiccus corpora puluis habet. *Ouid.* 1. *triſt.* 4. Meq; tot aduerſis cumulat, quot littus arenas, Quotq; fretum piſces, ouaq; piſcis habet. *Idem* 4. *triſt.* 1. Verè prius flores æſtu numerabis ariſtas Poma per autumnum, frigoribusq; niuem. *Ibidem.*

Totq; tuli pœnas terra, pelagoq; quot inter Occultum ſtellæ, conſpicuumq; polum. *Oui l.* 5. *triſt.* 1. Pleno de fonte miniſtrat, ideſt copioſè. Litora quot conchas, quot amœna roſaria flores Quotve ſoporiferum grana papauer habet: Silua feras quot alit, quot piſcibus vnda natatur: Et tenerum pennis aera pulſat auis: Tot premur aduerſis. *Idem ibid. eleg.* 2.

Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas, Altaq; cum multis floreat Hybla thymis. *Ouid.* 2. *de Pont.* Et quot aues motis nitantur in aera pennis, Quotq; natant piſces æquore certus eris, Quam tibi noſtrorum, &c. *Ibidem.* Quæ numero tot ſunt quot in horto fertilis arui Punica ſub lento cortice grana rubent: Africa quot ſegetes quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos. *Idem* 4. *de Pont.* 15.

Quam manus numerus Libyſſę arenæ Laſerpiciferis iacet Cyrenis: Oraclum Iouis inter æſtuoſi, Et Batti veteris ſacrum ſepulcrum. *Catull.* 8. *epig.* Quantus incedit populus per vrbes Ad noui ludos auidus theatri Quantus Elęum tuit ad Tonantem Quinta cum ſacrum reuocauit æſtas, Quanta cum longæ redit hora noctis Creſcere, & ſomnos cupiens quietos Libra Phœbęis tenet æqua currus Turba ſecretam Cererem frequentat, Et citi tectis properant relictis Attici noctem celebrare Myſtæ Tanta per campos agitur ſilentes Turba, &c. *Sen. in Herc. fur. act.* 3.

COQVINA.

Culina; ab igne colendo; vndè olim colina, poſtremò coquina à coquendo: Tecta ſenis ſubeunt nigro deformia fumo. *Ouid.* 5. *faſt.* Fumida tecta. *Idem* 4. *met.* Fumoſæ ædes; *ex eod.* Fumificæ ſedes; *ex eod.* 7. *met.* Ipſa dabit lautas vncta culina dapes. Alget adhuc nitido clauſa culina foco.

Magirium, p.p. Gręca vox: Caminus. V. *ſuo loco.*

Coquinæ fuſorium, aquarium, aquariolum, lauatrina, vrnarium; eſt locus, vbi vaſa eſcaria eluuntur, vulgò *Sciaquatoio.*

Coquinaria inſtrumenta.

Cacabus: Ahenum: Olla: Lanx: Vas: Sartago. V. *ſuis locis.*

Lardarium, quo coqui carnes configunt, immiſſo

har-

lardo:Creagra;Fuſcinula,eſt fuſcina extrahendæ ex aheno feruente carni accommoda: Spatha. *Plin.* & hæc:Rudicula. *Celſ.* Ligula. *Colum.* pro rudi,qua ſpumam deducimus;& quæ coquuntur ſuper ignem agitamus.

dicula. *Colum.* cochleare maius cauum:Catnatium: Furcula, eſt furca, qua catuium pulpæ, & ſuccidiæ ſuſpenduntur: & harpagones etiam dici poſſunt.

tocneſtis; aſperum, & foraminoſum inſtrumentum, quo in ſcobem diſterimus aliquid. & fricanus,& hæc: Radula à radendo latinè dici poteſt, *Grattacacia*.

ticula:Cratis ferrea,in qua cibi aſſantur. Veru, ericulum, *Spiedo*. Crateuterium, pro ferro, in quo vetu verſitur:Teſtus:Cribrum. *Colum.* à coando,quod etiam cilicium:Saccus:Batillus ignia-rius:Ignis:Lances. V. *ſuis locis*.

COQVVS.

:ns: Miniſtratot flammæ: Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ. *Mart.* Archimagirus. *Iuuen.* princeps coquorum,nempè qui præeſt ceteris in culina famulis:Magirus,vox Græca,idem ac coquus: Dic niger,fumo paſtus,fuligine tinctus, Et cuius ... cacabus alter adeſt:Cui ſua ſordentem pinterunt arma colorem Frixuræ, cucumæ, ſcapha, patella, tripes.

ſonator. *Plaut.* Coquus nundinalis. *Idem:* qui oemptos è macello cibos coquo tradit ad coturam, *Spenditore*.

a, eſt idem, qui ſeruus culinæ, vulgò *Guattero:* qui etiam: Mediaſtinus. *Cic. & Hor.* nempè qui biectiſſima quæq; domus munia obit. Sunt tiam Lixæ, qui aquam, & huiuſmodi in caſtris nilitibus ſubminiſtrant.

aria. *D.Hier.* Culinaria miniſtra,vulgò *Cucitiera*. Quæ parat obſonia.

:h. Putidus,niger,vnctus.

COR. V. *Corporis partes*.

CORALIVM.

gultum, quod ex Gorgonęi capitis guttis rurum effectum pluribus fabulatur *Ouid.4.met.* guiſerumq; caput, dura ne lędat arena; Mollit numum folijs,nataſq; ſub ęquore virgas Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſæ Virga recens, bibulaq; etiam nunc viua medulla Vim rauit monſtri,tactuq; induruit huius.&c. *Ouid.4. met.* Vimen in æquore erat,fiat ſuper æquora ſaxum. *Ibidem*.

alij decus. *Priſtian.* Gorgonęi orbes. *Stat.2. Theb.* Virgæ Gorgoneo tinctæ de ſanguine: Pyite lapis. *Plin.* ita dictus ab igne, quod inſit in illo plurimus: Gorgonia. *Idem*. Lapis colore rubens in mari naſcens: Sit & coralium quo prinum contigit auras. *Ouid.15.met.* Sed Auſo ius primam corripit, & alterum, l, addit:Cùm virides algas, & rubra corallia nudat.

CORCYRA.

Inſula olim nobilis bello, & nauibus in primis potens: diſtat paullum ab Epito. Alcinoi Regis Phęacum memoria, eiuſdem hortorum fama, necnon clariſſima Vlyſſis naufragio, qui ab eodem Rege benignè ſuſceptus ibidem fuit: cuius in dicendo copia, & ornatu capta dicitur Nauſicaa eiuſdem Regis Alcinoi filia,vt *Hom.in odyſſ.* In inſula mira cęli clementia eſt, qua fit, vt nemora ipſa ex citris,medicis,atque id genus arboribus conſtent. Solum habet fertile, & abundans vitibus,oleis,pomis,omniſq; generis arboribus fructiferis. Dicta quoque fuit Phęacia;cuius populi olim ocio, luxuiq; dediti fuere. Rex tamen Alcinous, vt teſtatur *Orpheus*, iuſtiſſimus fuit,diligenſq; cultor hortorum.

Phęacum arces. *Virg.3.Æn.* Alcinoi regnum,ſedes, regia,pij penates. *Mart.4.64. & Prop.1.eleg.14.* Phęacum vrbs:Phęacia tellus:Finis,& erroris miſeri Phęacia tellus. *Tib.4.eleg.1.* Phęacia:Me tenet ignotis ægrum Phęacia terris. *Idem 1.eleg.3.* ſic dicta à Phęace Neptuni,& Corcyræ Nymphæ filio.

Scheria. *Hom.* Drepane. *Steph.* Melęna. *Plin.lib.3. cap.26.* vndè *Stat.12. Theb.* Icarij, Celcæq; domus,viridiſq; Melęna.

Alcinoi filuæ: Pomaq; & Alcinoi ſiluæ.&c. *Virg.2. Georg.* Quid biſera Alcinoi laudem pomaria? Voſq; &c. *Stat.1.ſilu.3.* Corcyręi horti. *Mart.13.epig.37.* Regius Alcinoi nec mihi ſeruit ager. *Idem 10.epig.94.* Si mihi Nauſicaes patrios concederet hortos. *Idem 12.31.* V. *Alcinous*. Nec mea Phęacias æquant pomaria ſiluas. *Prop.3. eleg.2.* vbi obſerua ſyllabæ mediæ quantitatem: niſi potiùs legendum: Nec mea Phęaces æquant pomaria ſiluas: Hinc

Phęaces,Corcyri, pop.

CORINTHVS.

Vrbs in Iſthmo ſita, quæ olim Corcyra à Siſypho latrone Æoli filio condita fuit: deindè aucta ab Ephyre Oceani filia Ephyra dicta eſt:poſtremò à Corintho Marathonis filio Corinthus nominata Achaiæ metropolis; quam totius Gręciæ lumen *Cicero* dixit *in oratione pro Pompeio:* cuius ambitus quadraginta ſtadiorum erat. Arcem habuit editam, atque inexpugnabilem, quæ Acrocorinthus veteri nomine dicta fuit:Bimaris nominata quòd in anguſtijs Iſthmi poſita Ægęum, & Ionium reſpiciat mare: & hinc duos habet portus, Lachęum ad Ionium, Schenum ad Ægęum ſpectans.*Lactantius* verò *in Statij Theb.* Siſyphęum vocat,& Lachęum alterum; *ex eodem Statio.* qui 2.*Theb.* ait: Qua latus Eoos Ephyres, quod vergit ad Euros, Siſypheiq; ſedent portus, iratæq; terrę Curua Palęmonio ſecluditur vnda Lachęo.

Vrbs

Digitized by Google

Vrbs autem in Philippi Macedonum Regis, magniq; Alexandri parentis ditionem incidit, Coſſ. L. Quinctio, & Sp. Helio, vt inquit *Liuius lib.* 2. *decad.* 4. Preterea ipſa vrbs hibuit etiam fontem Muſis ſacrum, cui nomen Pirene, qui è Pirenes Nymphæ lacrymis propter obitum filij Cenchriæ effuſis manauit. Ea autem vrbs ex loci opportunitate potentia excreuit, vt non modò Romam vrbem exprobraret, ſed etiam pop. Romani legatos iniurioſiùs appellare, & ſordibus perfundere non dubitarit. Quare commoti Patres, cùm Corinthi potentiam in dies creſcentem ſuſpectam haberent, miſſo in Greciam L. Mummio ei bellum intulerunt: qui illam obſedit, captam incendit, ſoloq; æquauit; ex cuius combuſtione tanta auri, argenti, ærisq; fuit liquata maſſa, vt indè æs metallum proueniſſe aliqui dicant: Quod accidit poſt annos nongẽtos quinquaginta duos ab ædificatione; eodem ferè anno, quo Carthago concidit ſub Scipione Africano. *Muretus* verò refert aliam ſententiam æris Corinthiaci. Lege *Commentaria Schildij in Suet. in Aug. cap.* 70. In hac vrbe fuit templum Ino Melicertæ matri, quæ cùm de Scyradibus petris ſe in mare precipitaſſet vnà cum filio, corpus vtriuſque Corinthum appulit: Corinthij tamen regium filij habitum contemplati, eum ſolemni ritu humarunt, ac in eius honorem luſtrale certamen inſtituere, quod Iſthmicum vocatum eſt.

Corinthi mœnia. *Hor.* 1. *od.* 7. quam tamen ædificatam ab Halete, qui ſextus ab Hercule Hippotis filius fuit, teſte *Velleio Paterculo*. Et maris gemini premens fauces Corinthus. *Sen. in Thyeſt.* Corinthiacæ terræ: Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris, &c. *Ouid.* 1. *triſt.* Iſthmi ſiquis amat regna Corinthij. *Sen. in Thyeſt.* 1.

Ephyre. *Virg.* 4. *Æn.* Ephyrea mœnia. *Luc.* 6. *Pharſ.* Vrbs Ephyrea: Ephyreius fluctus. *Rutil. in Itin.* nempè *Mar di Corinto*. Arces Ephyreæ: Ephyrea rura. *Stat.* 2. *Theb.* It comes Inoas Ephyre ſolata querelas. *Idem* 4. *Theb.*

Iſthmus. *V. ſuo loco, vbi multa.* At vnà bimares Siſyphi terras adit. *Sen. in Oedip.* Lacheum, vel Lecheum, portus Corinthi, de quo *ſuperiùs*: huic proximè ſaxum, vndè Ino ſe precipitem dedit in mare: Deindè per Ionium vectus, cùm feſſa Lecheo Sedarit placida vela phaſelus aqua. *Prop.* 3. *eleg.* 19.

Si ſubeas Ephyres Bacchiados altum Culmen ab Inoo fert ſemita recta Lacheo. *Stat.* 2. *ſilu. Surrent. Poll.* fuit autem Corinthus dicta Bacchias, quòd familia Bacchiadum armis ducentis vrbem tenuit, quos Cypſelus tyrannus deleuit, quorum factione Tarquinius, & Demarathus domo fuerunt eiecti, vt ſcribit *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Bacchiades verò à Bacchia Dionyſij filia dicunt oriundos; qui cùm Actęonem Meliſſi filium in nocturnis Orgijs diſcerpſiſſent, eius necem tàm impotenter tulit Meliſſus, vt obſeruato Iſthmiorum tempore, quo frequentior erat populi concurſus: ſtans ante aram diras Corinthijs imprecatus ſit, niſi filij ſui necem vlciſcerentur, carmineque peracto protinus ſe precipitem dederit: Corinthij verò vt ſe religione ſoluerent Bacchiadas ex vrbe deiecerunt, qui conſcenſa naui in Siciliam delati Pachinum, & Pelorum conſederunt; hinc *Ouid.* 5. *met.* Et qua Bacchiadę bimari gens orta Corintho Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

Acrocorinthus, mons ad Iſthmum, ſub cuius radice in plano inſtar menſæ ſita erat vrbs. *Plin. lib.* 4. *cap.* 4. Arx Corinthi, *vt ſup.* erat enim hic mons (teſte *Strab. lib.* 8.) ita vndique muris cinctus, vt arcis ſpeciem, vſumq; preberet; vndè fons oritur Pirene, qui fons Corinthienſis à *Plauto* dicitur *in Bacchid.* quem fama finxit à Pegaſo illic vngulæ ictu excuſſum: Tantalus ſecurus vndas hauriat Pirenidas. &c. *Sen. in Med.* Pirenis vnda. *Ouid.* 1. *de Pont.* 4. Exul ab Æmonia Pirenida ceſſit ad vndam. *Prop.*

Cremmion, locus non procul à Corintho, iuxtà quod Theſeus incredibilis magnitudinis ſuem, qui agros circumiectos longè, latèq; deuaſtabat, occidit. *Ouid.* 7. *met.*

Cenchrea: vicus, & portus diſtans ab vrbe Corintho ſtadijs ſeptuaginta, à Cenchre Pirenes filio denominatus: Cenchręæq; manus. *Stat.* 4. *Theb.* Corinthiacæ Cenchræ. *Ouid.* 1 *triſt.* Hinc

Corinthij: Gens orta Corintho. *Ouid.* 5. *met.* Corinthius populus. *Sen. in Oedip.* Ephyrea manus. *Virg.* Ephyrei alumni. *Sil. It.* 14. Vas Corinthiacum. V. *Æs.*

Epith. Nobilis ære Corinthus. *Ouid.* 6. *met.*

CORN. GALLVS.

Poeta eximius habitus in elegia, & poematis deſcribendis, eodemque propè anno natus, vt dicitur, quo M. Terentius Varro doctiſſimus Romanorum perijt: Fori Iulij natus, & eruditus bonis artibus, diuq; cum Cęcilio Epirota in ſumma familiaritate verſatus, fortuna fuit tenui, penèq; infima: ſed ſtudio, & fauore Octauij Auguſti ad prefecturæ gradum aſcendit, factusq; in dies nobilior, amicum habuit, preter Auguſtum, Virgilium, qui 4. *lib. Georgicon* à medio vſq; ad finem eius laudes cecinit, quas poſteà iubente Octauio, à cuius amicitia iam Gallus deciderat, in Ariſtei fabulam conuertit. Demùm cùm in prefectura ſua Thebas in Ægypto, vbi prouinciam adminiſtrabat, exhauſiſſet pecunia, de repetundis accuſatus, veritus nobilium indignationem, ſibi mortem conſciuit. Alij verò dicunt occiſum fuiſſe quadrageſimo tertio ætatis ſuæ anno ob ingratum,

Digitized by Google

tum, & maleuolum in Auguſtum animum.

Paſtor Ariſtęus. *Virg.4.Georg.* Dilectus Lycori; nam fœminam valdè dilexit ſub nomine Lycoris: Vates, cui dilecta Lycoris: Æmilius vates; à regione, &c.

CORNIX.

Inter aues augurales habita. Fabulantur tamen hanc fuiſſe Coronei Phocidos Regis filiam, quæ Coronis dicebatur. Hæc à Neptuno adamata, ne violaretur, ope Palladis in cornicem fuit conuerſa, ac ipſius Palladis effecta comes. Ceterùm cùm Palladi nunciaſſet, Cecropis filias ciſtam, in qua Erichthonium è ſemine Vulcani natum ipſa Pallas clauſerat, contra Deæ mandatum aperuiſſe; à comitatu ſuo tamquàm garrula repulſa fuit. Lege *Ouid.2.met.* Hæc tempeſtates, & imbres diuinat, vt innuit *Horatius*, hiemis nuncia eſt, & nouem ſeculis dicitur viuere; vndè *Theophraſtus* moriens naturam accuſaſſe dicitur, quod coruis, & cornicibus vitam diuturnam, quorum nihil intereſt: hominibus, quorum maximè interfuiſſet tàm exiguam vitam dediſſe. Plerumque tamen inauſpicata auis eſt, quemadmodùm coruus, & bubo. Lege *Ouid.2. met.*

Imbrium diuina auis. *Hor.3. od.27.* Imbrium diuina auis imminentum. Quæq; auis eſt ſeclis vix moritura nouem. *Idem 2.eleg.6. ex Heſiodo.* Ter tria ſecla virum tranſmittit garrula cornix. Volucris inuiſa Mineruæ. *Ouid.2. met.* Tutela pulſa Mineruæ. *Ibidem.* Cornicula, diminut. Hiemis nuncia: Coronei nata. *Ibidem.* Augur aquæ annoſa cornix. *Hor.3. od.17.* Fati prouida auis. *Tib.2. eleg.5.* Scit benè quid fati prouida cantet auis.

Nouem ſecula paſſa: Sępè ſiniſtra caua prędixit ab ilice cornix. *Virg.1.eclog.* ſiniſtræ dicebantur, cùm à ſiniſtra occinebant; quòd mala portendebant omina. Garrita pluuioſę nuncia lucis auis: Ter tres ætates humanas garrula cornix Vincit: Cùm pluuiæ vates cornix crocitauerit, vndis Atq; caput ſpargens venturum, ac ſi occupet imbrem: Omina non albæ concinuiſtis aues. *Ouid. 3.eleg.11.*

Epith. Varia, cinerea, improba, ſiniſtra, vaga, garrula, viuax, ingrata, rauca, &c.

CORNVS, g. f.

Arbor, vulgò *Corniolo*.

Corna; eiuſdem arboris poma: Lapidoſaq; corna. *Virg.* Pomoq; onerata rubenti Arbutus. *Ouid.10. met.* Poma autumnalia. *Idem 13.met.* quòd proximum indicant autumnum: Cornea virgulta. *Virg.3.Æn.* Cornea ſilua, planta, poma, vimina. Viminis lenti arbor. *Ouid.15. met.*

Epith. Nodoſa cornus, arboris epith. Rubicunda, lapidoſa, fructus epith.

CORNV.

Dictum à curuitate, ſecundùm *Varronem*, varia quidem ſignificat.

Vel eſt quorumdam animalium inſigne, vt boum, ceruorum, caprearum, & aliorum.

Vel flexus, & brachia, vt fluminum cornua, Lunæ cornua.

Vel apud paginarũ ſacrarum *Interpretes* fortitudo, regnum; vndè à pleriſque Orientalium populis Arabica voce magnus Alexander nuncupatur adhuc: *Dhùl carnein*, nempè: *Quel da due corni*, ideſt duorum imperiorum dominator, Europæ ſcilicet, & Aſiæ: ſeu Gręciæ, & Perſidis. Ex quo factum, vt eius ſucceſſores aliqui inſculpti fuerint in numiſmatis cornibus inſigniti, vt in iiſdem videre facile eſt. Hinc regna portendebant cornua, quod teſtatur *Val. Maximus:* M.Genutio (inquit) Cippo Prętori paludato porta egredienti noui, & inauditi generis prodigium incidit: namq; in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt, reſponſumq́; eſt eum Regem futurum, ſi in vrbem reuertiſſet; quod, ne accideret voluntarium, ac perpetuum ſibimet indixit exilium: cuius teſtandæ rei gratia capitis effigies ærea, portæ, qua exceſſerat incluſa eſt, dictaq; Rauduſculana. Hæc *ille*, meminitq́; *Ouid.15. met.*

Vel buccina, qua milites ad ſigna vocabantur. Fiebant autem ex vris agreſtibus argento nexa, & arte temperata, quæ ſpiritu canentis, flatuq́; ſonitum emittebant grauem; vndè *Sen.in Thyeſt.* Iam ſilet murmur graue claſſicorum.

Apud priſcos, vt *Athenæus* luculentiſſimè narrat, in more fuit cornibus boum potare, indèq; temperare vinum aqua à Gręca elocutione κεράσαι: tum cornua illa non ſolùm auro, & argento ornata: verùm etiam argentea, & aurea fuerunt facta, quibus mutuò ſibi conuiuæ propinabant. Cuius nunc ſimilitudinem videntur imitari vitrarij, cùm cyathos è vitro conflant: nam ſublatis anſis, & pede, cornu videtur eſſe cyathus communis.

Arma bouis: Arma, quę bos gerit: Ceraunon, verbum Græcum: Cornu natum fronti: Aut ſua flumina cùm vidit Cippus in vnda Cornua — *Ouid.15. met.* Inſigne bouis, decus bouis, ceruorum: In ſua terga recuruum, &c.

Epith. Aduncum, durum, rigidum, tortum, flexum, &c.

In cornua celſus, nempè vehementer cornutus. Cui frons aſpera cornu. *Stat.4. Theb.* Cornutus.

CORNVCOPIA.

Cornu dictum fuit Acheloo auulſum ab Hercule, cum quo certauit, & ſuperatus eſt. V. *Achelous.* Nymphæ verò cornu illud ſuſcipientes, omni genere fructuum repletum tradiderunt Amalthęę.

Alij

Alij referunt, Herculem deſcendentem ad inferos,vt Cerberum abriperet,ſecum tuliſſe,Copiæque,quæ eſt Fortunæ miniſtra,dediſſe;vndè Cornucopiæ nomine illam appellarunt. Eſt autem reuerà fluminis Acheloi foſſa à reliquo amne deducta, quæ pomis punicis, medicisq;, alijsq; mirum in modum affluit. V. *Amalthea: Capra ſidus.*

Rigidum fera dextera cornu Dum tenet infregit, truncaq; fronte reuellit: Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum Sacrarunt, diuesq; meo bona copia cornu eſt. *Ouid.9.met.* Abundantia. V. *ſuo loco.*

CORONA.

Quæ honoris,dignitatisve cauſſa alicui imponitur. Coronarum inuentorem Ianum veteres exiſtimauerunt, quod *Draco Corcyreus* apud *Athenæum* pluribus docet. Harum autem, aut erat triumphalis, vel obſidionalis, vel ciuica, vel muralis,vel caſtrenſis,vel naualis,vel oualis, de quibus *inferiùs*. Coronis vtebantur in ſacris antiqui,vt docet *Sen. in Agam.* Tibi nexilibus turba coronis redimita venit. Nam è ramulis oleaginis, ſi Palladis ſacra fiebant, innectebantur; è quernis,ſi Ioui; myrteis, ſi Veneri; pineis,ſi Pani, & huiuſmodi. Thraces,& Iudæi pro lege habebant in ſacris hedera coronari: Cappadoces ambroſia: Thraces verò non ſolùm coronati, ſed ſcuta, & gladios hedera ornati libabant. Coronis etiam capita reuincti in conuiuijs potare priſci ſoliti erant.V.*Conuiuium.* Corona enim plenitudinis,& libertatis ſymbolum feſtis, conuiuijſque competit,vt & capiti,quod rationalis animæ ſedes; lacertis etiam ſerta, ac ceruici ſoliti fuere veteres coronas iunectere in conuiuijs. Necnon corona redimiri nouæ nuptæ conſueuerunt, vt *Tertullianus* refert, & *Catullus in Epithalam.* Fuit etiam Corona pœna hoſtium: nam qui ſeſe non dederant, ſed capiebantur in bello; vel aliqua afficiebantur pœna; vel ſub corona veniebant:nempè coronati,vt ait *Feſtus*, venundabantur. Poſtremò milites pro cuiuſlibet merito coronis donabantur,*vt infra.*

Sertum, ſerta dicebantur à ſerendo: Protinus accedunt Charites,nectuntq; coronas,Sertaq; cęleſtes implicitura comas. Flores, ſigut. quibus ſerta conficiebantur: Te decet vernis comam floribus cingi. *Sen. in Oedip.* Floris honos: Formoſi cum te floris velabit honore. *Bemb.* huius

Epith. Odoratum, molle,floridum,floreum,purpureum,Bacchicum,nexile, textile.

Strophium. *Plin.* propriè ſertum,vel potius veſtis genus ſerti inſtar contextum: Pręcingens roſeo tempora vincula. *Sen. in Med.* nempè ſerto roſeo:Corolla,diminut. Diadema. V. *ſuo loco:vbi multa.* Qualibet hirſutas fronde tegente comas. *Ouid.1. de art.* Circlus,pro circulus. *Virg. 3.Georg.*

Victoris honos: Triumphalis honos: Atque triumphali cinctus honore comas, caput, &c. Decorum inſigne frontis ludicri certaminis. *Sen. in Agam.* Vitta. V. *ſuo loco.* Lemniſcus; faſciola colorata è corona dependens, vulgò *Fiocco, ò Mappa.*

Corona ſutilis, quæ è floribus mero in primis roſarum folio conſuebatur: pactilis, quæ in torulo rotundo pangebatur: collaris, quæ collum, vel ceruicem circumdabat. Strinxerat auratos ſtellata corona capillos: Tempora ſubtilibus pinguntur tecta coronis, Et latet iniecta ſplendida menſa corona. Ornatus viridi tempora pampino. Victrices lęti nautæ impoſuere coronas Puppibus,&c.

Epith. Inſignis, odorata, floricoma, gemmea,nexilis, gemmifera, nitida, celebris,plectilis, cingens tempora,verno de flore picta,&c.

Corona Iſthmiaca, quæ in ludis Iſthmiacis dabatur victori ex apio fiebat,vt inquit *Diodorus Siculus:* vndè tamquàm in victorię omen Timoleon Corinthius aduersùs Carthaginienſes pugnans milites ſuos capita iuſſit coronari, & vicit hoſtes. Sed celebres fuere apud Romanos

Corona Caſtrenſis.

Siue vallaris dicta: hæc ex auro in valli ſpeciem efformato donabatur illi, qui primus hoſtilia caſtra pugnando intra ſiſſet.

Vallate decus capiti: Vallari circumdatus auro: Cui caput ex auro cinxerūt valla corona:Auro vallatū caput. Nota tamen,hoc aurū in vallaribus,ac muralibus paucum fuiſſe,adeò vt pretio hę comparandæ non eſſent cum torquibus, ac phaleris; quibus donabantur robuſtiſſimi militum.

Corona Ciuica.

Quæ dabatur illi, qui ciuem ſeruaſſet, & eodem tempore etiam hoſtem occidiſſet. Hac cum Imperator honeſtabat,& tribuni cogebant ſeruatos,niſi vltrò id feciſſent,ſeruatorem ſuum coronare, vt inquit *Lipſius.* Hæc autem erat iligna, vel querna:poſteà placuit ex æſculo,teſte *Plinio.* Ex quercu verò factam coronam aſſerunt, vel quòd vbique ea arbor reperiretur. vel quòd Ioui ſacra, qui vrbium cuſtos habebatur. vel ſumpto ab Arcadibus more,qui ſe affinitatem quamdam cum quercubus ob antiquitatem, vtpotè qui ſe primos hominum è terra natos factitarent. Hęc autem cępit appendi floribus Imperatorum,quaſi propria eorum virtutis habita,& pars maieſtatis eorum.

Meritaq; caput venerabile quercu: nempè corona querna. *Stat.1.ſilu.1.* Quercus:Perq; manus tantas plurima quercus eat. *Mart.4.epig.1.* Querna corolla: Querna munera: Ciuilis quercus: Atqui vm-

Vmbrata gerunt ciuili tempora quercu. *Virg.6. Æn.* Inſignia doni emeriti ſeruati ciuis. *Lucan. 1. Pharſ.* O cui Tarpeias licuit contigere quercus. *Mart.4.54.* — mediamq; tuebere quercum. *Ouid.1.met.*

Corona ciuica L.Gellius vir cenſorius in Senatu Ciceronem Conſulem donari à repub. cenſuit; quòd eius opera Catilinæ coniuratio fuiſſet detecta. Reliquis autem coronis hæc erat clarior, vt *Plin.* teſtatur *lib.16.* ea autem vti perpetuò licebat, qui ſemel accepiſſet: cui Ludos ineunti ſemper Senatus aſſurgebat, eiq; ſedendi ius in proximo Senatui erat, & munerum omnium vacatio ipſi, patriq;, & auo paterno. Quatuordecim eas accepit Sicinius Dentatus; *ex Plinio.*

Corona muralis.

Qua donabatur ab Imperatore,qui primus murum hoſtilem ſubierat: & exindè velut pinnis muralibus interciſa erat: quam frondeam *Plinius*, auream verò *Gellius* fuiſſe dicunt.

Muralis honos:Murali cinctus honore caput.

Corona naualis.

Quæ à *Plinio* etiam roſtrata dicitur, quibuſdam quaſi nauium roſtris inſignita, quam accipiebat, qui prælio maritimo primus in hoſtilem nauem armatus inſiluiſſet, eaq; ex auro fiebat.

Naualiq; gener cinctus honore caput. *Ouid.3. de art.* Roſtrata corona: Roſtrata ſerta: Aurum roſtratum: Roſtrato præcinctus ab auro.

Corona obſidionalis.

Qua obſeſſi donabant ſuum liberatorem, quæ ex gramine fiebat,quod ibidem natum fuerat:Hanc *Plin.lib.22.cap.3. & 4.* præfert reliquis coronis, hac de cauſſa; quòd aliæ vel ab ipſo imperatore militibus, vel ab ipſis inuicem militibus dabantur: hæc verò à milite ipſi imperatori dabatur, quòd obſidione,vel abominando exitio caſtra liberaſſet, vel vrbes. Hanc accepit L. Sicinius Dentatus. Decius, & Q. Fabius Maximus, & alij.

Obſidij vindex ſertum:Gramineum ſertum:Graminea corona:Victori gramine cinctus.

Corona Laurea.

Antiquitùs imperatoribus tantùm in triumpho dari ſolita, poſtremò poetis, aliiſq;: qua etiam aras ornabant Apollinis,dum illi faciebant;ſicuti aliorum Deorum aras iiſdem frondibus arborum, quæ illis ſacræ dicebantur, vt *ſuperiùs* innuimus: *& inferiùs in Sacrificijs.*

Serta Apollinea. Munera lauri. Laurea ſerta. Lauri corona. Sacræ laurus. *Luc.1. Pharſ.* V. *Laurus.*

Corona Oualis.

Quæ illi dabatur,qui cruenta victoria hoſtem profligaſſet,vel cum ſeruis,piratis,& huiuſmodi manum conſeruiſſet. Dicebatur autem triumphus Ouatio, ab oue, quam immolabant redeuntes (triumphantes enim taurum) & ouans pedibus vrbem,exercitu præeunte, ingrediebatur myrteis frondibus pedes, calceoſq; redimitus, tibijs modulantibus. Hæc autem corona è myrto fiebat; quam tamen M. Craſſus bello fugitiuorum confecto cùm ouans rediret, inſolenter aſpernatus eſt:Senatuſq; conſultum factum,vt Lauro (gratioſè tamen,non meritè) coronaretur. V.*Triumphus.* Lege *Dionyſium Halicarnaſſ.* qui ouationem minus honoratum triumphi genus appellat,vtpotè qui ouans non geſtabat togam pictam clauis aureis diſtinctam, neque ornabatur trabea, neque laurea corona redimibatur, neque ſceptrum geſtabat, vt qui verè triumphator erat.

Myrtea corona:Myrtea ſerta:Munus ouantis.

CORONATVS.

Cinctus tempora lauro, myrto, ſerto, &c. *ex poet.* Velatus fronde:Redimitus tempora fronde,flore ornatus,tempora floribus: Frontibus laurum gerens. *Sen. in Herc fur.* Caput ſerpentibus vallatum. *Ibidem:* Meduſam,furiasve intelligit:Omnes euincti tempora tænijs:Præcinctus flore capillos: Feſta fronde reuinctus.

CORONA Sidus.

In quam Ariadnam à Baccho tranſlatam fuiſſe fabulantur poetæ. V. *Ariadna.* Eſt autem illud ſidus,quod eſt inter Eugonaſin, & Ophiucon,coronæ ſimilitudinem exprimens. Dicitur enim in inſ. Dia cum Ariadna Libero nuberet, hanc primùm muneris loco à Venere accepiſſe, quùm omnes Dij in eius nuptijs dona conferrent. Fertur autem à Vulcano facta ex auro, & Indicis gemmis,quas Bacchus victor ab India ſecum attulerat. Lege *Hyginum.*

Minoidis aſtrum. *Virg.in opuſc.* — vtq; perenni Sidere clara foret ſumptam de fronte coronam Immiſit cęlo, tenues volat illa per auras: Dumq; volant gemmæ,nitidos vertuntur in ignes, Conſiſtuntq; loco ſpecie remanente coronæ. *Ouid.8. met.* Sidus Ariadnęum. *Idem 5.faſt.* Gnoſis,dos. *Ibidem.* Gnoſia ſtella coronæ. *Virg.1. Georg.* Quæ regit ancipitem Creſſa puella ratem. *Ouid. epiſt.15.* dicunt enim ob virtutem,quæ illi à Venere,ac Mercurio planetis ingeritur,bonam ominari nauigationem.

Vincens Gnoſiacæ facem Coronæ Collucet Polus ignibus. *Sen.* At parte ex alia claro volat orbe corona Luce micans varia; nam ſtella vincitur vna, Circulus in medio radiens, qua proxima fronte, Candidaq; ardenti diſtinguit lumine flamma, &c. deſcript. Gnoſia deſertæ fulgent monumenta puellæ. Atque Ariadnææ cęleſtia dona coronæ. Naxius ardor. Columna, quòd in

in Naxo inſula fuit relicta.

CORONIS, dos.

Duas faciunt Coronides poetæ, quarum altera à Neptuno, ſed hæc in cornicem auem à Pallade fuit conuerſa. V. *Cornix*. Altera ab Apolline adamata, quæ alio nomine Arſinoe dicta fuit: & hæc ab ipſomet fuit ſagitta transfixa zelotypiæ cauſſa. Hæc cùm eſſet Theſſala, ac in Lariſſo oppido nata forma fuit inſignis, quam Apollo adamauit, grauidamq; effecit. Verùm cùm eam coruus in adulterio ſe deprendiſſe renunciaſſet, Apollo valdè iratus Coronidem telo traiecit: ſed ſubitæ deindè ſuſpicionis pœnitentia ductus, cùm grauidā de ſe reperiſſet, puerum ex illa exemptum Æſculapium vocauit, quem Chironi tradidit educandum. V. *Æſculapius*.

Lariſſęa Coronis: Pulcrior in tota quam Lariſſæa Coronis Non fuit Æmonia, &c. *Ouid. 2. met.* Cum iuuene Æmonio vidiſſe Coronida narrat. *Ibidem:* nempè cum Lyco, quem fulmine Iupiter extinxit, vel cum Iſchy.

Æſculapij mater, genitrix, parens, &c. Arſinoe. *Pind.* Phlegyæ filia. Lege *Gyrald. ſynt. 7.*

CORPVS.

Artus corporei. *Claud. 1. de rapt.* Corporis moles: Vaſta ſe mole mouentem. *Virg. 3. Æn.* Corporis vſus. *Ouid. 1. met.* Corporeæ plagæ: Corporis pondus: Animum grauans, tardans, inficiens: Corporis artus. Candida purpureo velantur corpora peplo: Tenerq; nitidi corporis decidit decor.

Membra, fig. pro toto corpore: Oſſa, fig. *Virg. 11. Æn.* Animæ ergaſtulum, carcer, vinculum: Fragile lutum: Caducum vaſculum Compage textum terrea. *Prudent.*

Limus, fig. dicitur ab *Hor.* Fertur Prometheus addere principi Limo coactus, &c. *1. od. 16.* Terra miſta fluuialibus vndis. *Ouid. 1. met.* Artus cùm conderet Prometheus ætherijs miſcens terrena; *ex Claud. 4. Conſ. Hon.*

Anima: quæ corpus efficit ſenſibile, & quam Auræ Diuinæ particulam nuncupat *Horat.* V. *ſuo loco.*

Corporis partes.

Cor, dis: Sedes animæ: Fateor molle cor eſſe mihi. *Prop.* Sanguinis ſedes: Pręcordia. V. *ſuo loco.*

Brachia: Caput: Collum: Dens: Digitus: Facies: Frons: Genæ: Genu: Guttur: Iecur: Labra: Lingua: Manus: Nares: Oculi: Os: Pes: Pectus: Pulmo: Sinus: Vbera: Venter: Viſcera: Membra, &c. V. *ſuis locis.*

Corpus mortuum. V. *Cadauer.*

Epith. Validum, firmum, formoſum, pulcrum, morbidum, putridum, terreum, molle, gracile, agile, ingenuum, patiens laborum, &c.

Corpus aerium.

Phantaſma, tis. Vmbra ſine viribus. *Virg. 10. Æn.*

Iuanis forma. V. *Metamorphoſis.*

CORRVPTVS.

Prauatus: Deprauatus: Vlceroſus. *Hor. 1. od. 25.* Vlcere tabeſcens: Tabidus: Tabo marceſcens: Infectus macie, &c.

CORTINA.

Vel illa dicuntur velaria, quæ circa torum extenduntur, vulgò *Cortinaggio.*

Vel tinctorium ahenum, ſiue lebes, in quo lana ſuffecta coloris ſuccum imbibit; & in hac ſignificatione vas illud ſignificat, quod aſcendebant oracula daturi. A poetis autem Cortina traditur fuiſſe locus in Apollinis Delphici templo, ita dictus à corio Pythonis, quo tripus illa Delphica contexta fuiſſe memoratur, quaſi dicas corinam; quòd vaſa, quæ nunc ex ære conficiuntur, apud veteres è corio bubalo fierent. Quibus etiam paſſim nunc vtuntur Orientales in itineribus, tum quia ſunt leuia ad portandum, tum etiam quia nullo pacto ſunt fractioni obnoxia: Quod obſeruauit in ſuis itinerum epiſtolis *Petrus de Valle* Patritius Romanus, ſæpiùs à me, & meritò in hoc volumine laudatus ob eruditionis, & multarum linguarum, & rerum humanarum notitiam. *Ariſtophanes* autem putat, cortinam vas fuiſſe rotundum, quaſi coronam tribus ſultum pedibus ad coronæ ſimilitudinem, in quo Phœbas, nempè Phœbi Sacerdos vaticinatura demergebatur; potiſſimùm verò ſumitur pro oraculo. V. *Oraculum.*

Neque te Phœbi cortina fefellit. *Virg.* nempè nec te Apollinis deceperunt oracula.

In priore tamen ſignificatione.

Velaria: Cortina ſtriata: Velamina. *Iuuen.* Periſtromata: Tapetia. V. *ſuo loco.* Anuli velares, qui & cortinales dicuntur, quibus aulęa, & cortinę contrahuntur, aut expanduntur.

Velum dicitur etiam, quod nunc vulgò *Portiera:* hinc *Suetonius:* Subtracto velo, &c.

CORVVS.

Notus ales, & inauſpicatus, *vt ſup. in Auibus auguralibus* demonſtrauimus. Qui prius albi coloris fuiſſe memoratur; ſed in nigrum conuerſus, quòd Apollini adamatam Coronidem (V. *Coronis*) grauidamq; ab illo factam cum alijs concubuiſſe nunciaſſet. Quod cùm falſum reperiſſet Apollo, coruum ex albo nigrum fecit. Cęteroqui coruorum mira docilitas eſt, vt ſcribit *Plinius*, qui cuiuſdam corui refert hiſtoriam. Hic ex nido ſupra Ædem Caſtoris in forum ad ſutrinam proximam euolabat, vbi ſermoni aſſuefactus horis matutinis Tiberium Germanicū Druſum nominatim ſalutabat, mox Populum Rom. tranſeuntem; qui tandem à quodam interfectus eſt, qui plebis indignatione à vico illo expulſus, tum interemptus fuit: at coruus elatus duorum

Æ-

Æthiopum humeris præcedente tibicine, ſparſis coronis in via Appia ad ſecundum lapidem humatus eſt. Dicuntur autem corui inauſpicatæ garrulitatis aues à dextra, vt cornices à ſiniſtra ſpes non ambiguas: ſi ab ortu occinerent clara voce præſentem felicitatem ſignificabant; ab occaſu, vel læua ſi proclamarent; aut glutirent vocem veluti ſtrangulati exitium portendebant. Corui diſcerptos pullos deuorantes, reliquiasq; deferentes in nidum ante ciuile bellū inter Scyllam, & Marium, quo plurimo depugnatum eſt ſanguine viſi; illud idem ob crudelitatem, qua in ſua iſdem viſcera ſæuierunt, portendiſſe iudicati ſunt. Mortem Alexandro Babylonem ingreſſuro, & Ciceroni inſidias ab Antonio euitanti garritu, ſtrepituq; ingrato impendens periculum, & ærumnas extremas minitati ſunt. Sed ad noſtra.

Phœbeius ales: — plangat Phœbeius ales. Auditaſque memor penitus dimittere voces. *Stat.* 2. *ſilu.* nam Phœbo ſacer fuit coruus, & in eius tutela, vt canit *Ouid.* 2. *met.* Quondam niueis argentea pennis: Lingua fuit damno, lingua faciente loquacem, Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo. *Ibidem*. Rauca volucris. *Virg* 7. *Æn.*

Volucris Delphica nigrantibus pennis, alis. &c. Pullus Apollineus. *Maſcul.* 1. *od.* 21. Et Phœbo ſacer ales. *Manil.* 1. Triſtia nam crocitans ſemper vomit omnia coruus: Nuncius imbris ales: Magno gratus Iaccho: Pluuiæ quoque nuncius auræ coruus: Albus erat quondam volucris Phœbeia coruus Nunc importunæ premia vocis habet. Coruorum agmen.

Phœbi auis, volucris, ales. &c. *ex Ouid.* 2. *faſt.* Comes obſcurus tripodum. *Stat.* 3. *Theb.* Apollinis ales: Phœbeius oſcen. *Auſon.* Inter aues albas vetuit conſiſtere coruum. *Ouid.* 2. *met.*

Epith. Niger, vocalis, crocitans, garrulus, nigrans, viuidus, famelicus, vorax, triſte, minans.

CORTEX, cis.

Suber, eſt ſuberis cortex: Liber: Hic natam libro, & ſilueſtri ſubere clauſam Alligat, &c. Arborea pellis, corium, metaph. Veſtis aſpera trunci, metaph. Eripitur fragilis nodoſo è robore cortex.

Epith. Rigens, durus, viridis, fragilis, turgidus, rimoſus.

CORVS. V. *Caurus*.

CORYBANTES, um.

Cybeles Sacerdotes numine, & furore correpti dicebantur, quos etiam Curetas appellarunt, quorum ſaltatione, ac tympanorum ſonitu, armorumq; ſtrepitu Iouis vagitus fuit obtectus. Alij Corybātes dæmonas quoſdam fuiſſe tradiderunt Mineruæ, & Solis filios; alij Saturni: ſic autem appellati, quod inter ſaltandum capita iactarent. Hi, teſte *Platone in Euthidemo*, in myſterijs ſuis illum, quem ſacris erant initiaturi, in ſolio collocabant, varijsq; iocis applaudebant, & choreas ducebant, ac ſaltabant, eo modo expiantes, ac ſacris initiantes: in quibus etiam ſacris cum gladijs eductis adſtabant tamquàm pro illa pugnaturi; & iiſdem etiam ſibi culteris è brachij venis eliciebant ſanguinem, vt ſic Deam, ſiquando iratam credebant, placare potuiſſent.

Cybeleij. *Claud.* Cybeles miniſtri: Cretenſes Cretenſes texere Iouem crepitantibus armis. *Mart.* 9. 21. nam in Creta eoſdem originem habuiſſe referunt: Matris Deûm Sacerdotes: Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia culteris, Et Phrygijs inſanos cæditur ad numeros. *Prop.* 2. 17. — turba iocoſa Obſtrepit, & Phrygio tibia curua ſono. *Tib.* 2. *eleg.* 1. Diſſectus Gallus Entheæ matris. *Mart.* 5. 42. Semiuiri Phryges. *Idem* 9. 21.

Curetes, fuerunt populi, qui ex Ida Phrygiæ monte in Cretam traiecerunt; vel ex Ida Cretæ monte Opis digitis tacta nati ſunt; vndè etiam Dactyli Idæi dicti ſunt: Curetes verò à Græca phraſi, quòd anteriorem partem capitis detonſi, poſteriorem fouebant; vel quòd mollium puellarum ritu comam fouerent; quam, quia inter ſaltandum rotarent Corybantes quoq; nuncupati ſunt, qui hanc differentiam inter Curetas, & Corybantes afferant; quòd hi Cybeles. illi Iouis Cretenſis Sacerdotes eſſent.

Nunc Curetes, nunc Corybantes Arma Idæa quaſſate manu. *Sen. in Herc. Oet.* Cabiri, vel Caberi; Telchines, & Idæi Dactyli, eiuſdem cum Corybantibus generis. & cognationis. Autor autem *Strabo lib.* 10. Curetas in Græciam quoque traieciſſe, tandemq; conſediſſe trans Acheloum fluuium, ibiq; cùm intonſa ſeruarent capita Acarnanas vocari cœpiſſe. Hos *Ouid.* ex imbre natos fabulatur *lib.* 4. *met.* — largoq; ſatos Curetas ab imbri.

CORYTHOS.

Vel Corithus, i; dicitur arcus, ſiue ſagittarum repoſitorium, ideſt cum pharetra. V. *Pharetra*.

Eſt etiam Corythus opp. Tuſciæ propè Aretiûm in paruo colle eiuſdem nominis ſitum à Corytho Rege ſic appellatum, nunc *Cortona*. — extremas Corythi penetrauit ad vrbes. *Virg.* 9. *Æn.*

CORYLVS, i, g. f.

Arbor, cuius fructus Auellanæ nuces dicuntur: Silueſtres corylos, & ſaxea corna legebat: Plantis edunæ coryli naſcuntur, &c. adde lacrymatas corylos, & amygdala meſſis nuncia, &c. niſi potiùs dicamus veris.

Coryletum, eſt Corylorum plantarium: Colurnæ virgæ: Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis: Colurna haſtilia. V. *Arborum genera*

COTVRNIX, cis.

Auis nota, aduena tamen, & terreſtris magis, quàm ſublimis. In inſula Capreis propè Neapolim hæc numeroſa cernitur cùm ab Afris oris ad nos aduolant. In hanc autem Aſteriem conuerſam fuiſſe fabulantur poetæ. V. *Aſterie*.

Ortyx, Græca vox: — matertera Phœbi Flet viduus perdix, queritur peregrina coturnix: Diligit immitem pia Dædaliona coturni (ideſt accipitrem) Gratiſſima menſis auis: Coturnix magno quondam dilecta Tonanti (Aſteriem intelligit) *Ouid.*

Epith. Pia, aduena, tarda, numquam afficienda morbo Herculeo.

COSTÆ.

Crates pectoris. *Virg. 12. Æn.* Latus. V. *ſuo loco.* Oſſa laterum: Spatioſa pectora. *Stat. 4. Theb.* Coſtæ nothæ, quæ non ſunt primariæ.

Coſtarum pars latior, palmula dicitur *Polluci*: anguſtior, quæ ſpinæ vertebras attingit, Remulus, *eidem*. Meſopleuria, ſunt ſpatia intermedia coſtarum: Membrana ſuccingens, eſt tunica, quæ coſtas intus præuelat.

CRAS.

Craſtina hora. *Virg. 1. Georg.* Craſtinus Cinthius. *Ouid. 3. faſt.* Craſtina aura. *Virg. 12. Æn. & Stat. 2. Theb.* Lux craſtina. *Claud. 1. de rapt.* Titan craſtinus. *Virg. 4. Æn.* Craſtina dies: Forſitan includet craſtina fata dies. *Prop. 2. eleg. 12.* Lux altera. *Perſ. ſat. 5.* Clarus priuſquàm Phœbus attollat diem. *Sen. in Med.* ideſt cras: Craſtina tempora: Qui ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ Tempora Dij ſuperi? *Hor. 4. od. 7.* Cùm craſtina fulſerit Eos: Craſtina puniceos cùm lux detexerit ortus — craſtina voluerer ætas. *Stat. 3. Theb.* pro die craſtina.

CRAPVLA. V. *Gula*.

CRATER. V. *Calix*.

Crater ſidus in medio Angue, caudam Anguis Coruus appetit roſtro, neque poteſt iuxtà accedere, vt bibat: fabulam habes apud *Hygin.*

Iu auratus cæli crater. *Ouid.*

CRATES.

Philoſophus ille Thebanus, qui pecunias ſuas omnes abiecit in mare, vt liberiùs ſine earum impedimento philoſopharetur; ceu tradit *Philoſtratus*: alij tamen rem alio modo narrant: ſed hoc etiam à *D. Hieronymo* probatur.

it mala vota, ſuas qui merſerit æquore gazas, Poſſeſſet vt ingenio liberiore frui: Thebanus ſophus, qui diuitias ſuas ſpreuit.

CREATVRA.

Res creata: Operis forma: Formæ: Naturæ fœtus, partus, proles, &c.

CREDVLITAS. V. *Fides.*

CREMERA. V. *Fabius*.

CREMONA.

Galliæ Tranſpadanæ in Italia regionis vrbs, Pado tamen propinqua, quæ anno 286. poſt quam condita fuerat Vitellianis, Flauianiſq; bellis exuſta eſt T. Sempronio, & Cor. Coſſ. Annibale in Italia imminente. Ante cuius mœnia templum fuit Mephiti Deæ, quam tetri odoris putarunt antiqui loco, ac numine defenſum eo ipſo tempore, ne quod vrbs, ipſum quoque pateretur incendium. Cladem verò maximam accepit Octauiani Cæſaris temporibus, quæ diripienda fuit conceſſa victoribus; ex cuius direptione etiam Mantua aliquid fuit paſſa, vt teſtatur *Virgilius* in eclogis ſub Melibæi perſona.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ: Rura Cremonæ. *Mantuan.* Arua Cremonæ. *Idem:* hinc, Cremonenſes populi.

CREON, tis.

Multi fuere hoc dicti nomine: ſed inſignior fuit Corinthiorum Rex, qui duas filias habuit Creuſam, quam Iaſoni in matrimonium dedit, Medea repulſa; cuius veneficijs tota illius regia exarſit. V. *Creuſa Corinthia*; & Iocaſtam, quam Laio Thebarum regi dedit vxorem, ex qua natus Oedipus. V. *Iocaſta.*

Siſyphides; à patre: Lycethi ſucceſſor, vt teſtatur *Euripides*. Socer Iaſonis; *ex Sen. in Med.* Socer coniugis Medeæ. *Ibidem*. Creuſæ pater, & Iocaſtæ.

Fuit etiam Creon alter Rex Thebarum, qui filiam Megaram Herculi iunxit in matrimonium.

Vmbræ Creontis. *Sen. in Herc. fur.* Megaræ pater, genitor, &c. Herculis ſocer.

CREPIDO. V. *Margo.*

CREPVSCVLVM.

Dubia lux à crepero verbo obſoleto, quod dubium ſignificat: accommodatur autem & matutino, & veſpertino tempori.

Dubium tempus: Soluimus Auroræ dubio, quo tempore primùm Agnoſci patitur redditus arua color. *Rutil. in Itin.* Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies. *Ouid. 1. eleg. 5.* periphr. Nox dubia: Iamq; dies exactus erat, tempuſq; ſubibat; Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem: Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis: periphr. Lux dubia. *Sen. in Hipp.*

Veſper. V. *ſuo loco.* Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. *Ouid. 2. faſt.* Vltima pars lucis, primaq; noctis erat. *Idem epiſt. 14.* Roriferæ auræ. *Sen. in Hipp.* tunc enim ros de cælo decidit: Dum ſigna pedum roſcida tellus Impreſſa tenet. *Ibidem*.

Dies dubius; Iam nocte pulſa dubius effulſit dies. *Sen.*

Digitized by Google

Sen. in Oedip. Vt eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet Iam iam cadentis; aſtra cùm repetunt vices, Premiturq́; dubius nocte vicina dies: *Idem in Troad.* Tenuis lucis nitor. *Idem in Herc. fur.* Fulgor dubius. *Ibidem v.670.* — tale non dubiè ſolet Prębere lumen primus, aut ſerus dies. *Idem in Herc. fur.* nam crepuſcula tàm ante Solis ortum, quàm ipſius occaſum ſublucere ſolent: Æther ſtuper inter diem, noctemq́;. *Idem in Thyeſt.5.*

Nox ſubluſtris. *Hor.3.od.27.* — traherent cùm ſera crepuſcula noctem. *Ouid 4.met.* Dubiæ crepuſcula lucis: Indè domum redeunt ſub prima crepuſcula mœſti: Quale ferè ſiluæ lumen habere ſolent: Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo.

Epith. Nocturnum, veſpertinum, opacum, nigrum, ſerum, &c.

CRETA.

Terra, ſiue argilla, cuius genera aliquot *Plinius* recenſet.

Sigillaria: Terra ſigillaris; quæ ad ſigilla, & imagunculas eius ſit vſus: Creta figularis. *Plin.* qua figuli vtuntur ad vaſa confingenda: Terra figularis. *Colum.* Candida terra, huius potiſſimùm coloris eſt & lutea: Taſconium. *Plin.* Creta taſconia, eſt nempè terra alba argillę ſimilis, è qua aurificum catini, quibus metalla excoquunt, conficiuntur: Pnigitis terra, nempè creta nigra.

Marga. *Plin.* terra candida cretæ inſtar, ſtercorandis agris ſeruiens, quam cretam foſſitiam vocat *Varro*.

Terra Cimolia: Cretoſa Cimoli. *Ouid.* qua fullones in eluendis pannis vtuntur, à Cimolo inſ. *Dioſcorides.* Cimolia creta. *Hipp.* Terra fullonum: Argilla: Hinc nonnulli deductum putant Argiletum, qui locus erat Romæ iuxtà Palatium, quòd argillæ eo in loco maxima eſſet copia: meminit *Martialis epig.1. lib.1.* Argiletanas mauis habitare tabernas, &c. nempè bibliothecas, quæ apud Argiletum erant: Terra argilloſa: Terra tenax, qua fiunt vaſa fictilia.

Samium lutum; à Samo, vbi vaſa fictilia fiebant celeberrima: Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea Regem, Atque abacum Samio ſæpè oneraſſe luto. *Auſon.* Facile lutum: Fictilia antiquus primùm ſibi fecit agreſtis, Pòcula de facili compoſuitq́; luto. *Tib.1.eleg.1.* Promethęum lutum. *Mant.* Lubrica terra: At tibi lęta trahant Samiæ conuiuia teſtæ, Fictaq́; Cumana lubrica terra rota. *Tib.2.eleg.6.*

Terra Faentina; nunc in pretio eſt: ibi enim optimum lutum ad fictilia conficienda, & albario vtuntur optimo ad incruſtanda. Cretula, diminut. Cretaceus. Argillaris; Argilloſus, &c.

CRETA.

Inſula in Mediterraneo celeberrima, in qua centum

fuiſſe magnas vrbes teſtatur *Virgilius lib.3.Æn.* Hodie *Candia* vocatur à montibus eius occiduis, qui candidi ſunt, teſte *Strabone*; eam à ſeptentrione Ægæi fluctus verberant; ab Auſtro Libyci, & Ægyptij; ad occaſum mare eſt Ionium, ſiue Icarium Adriatico conterminum; ad ortum alluitur Carpatho. Inſulæ forma oblonga eſt tribus clariſſimis promontorijs extenſa; Samonio in orientem; Crumetopo in occidentem; Cimaro in ſeptentrionem: longitudo eius eſt 270. milliariorum, latitudo 50. ambitus 500. Regio omnis aſpera eſt, & montibus vbiq; horrens, ſed fertiliſſima frumenti, & paſcuorum. Mira ſoli eſt indulgentia, vndè quicquid in Creta naſcitur (teſte *Plinio*) infinito pretio cęteris eiuſdem generis antellat. Maluaticum vinum in hac ſola inſula premitur, atque indè Venetias, & in reliquas orbis partes defertur. Pręter arborum genera in inſula creſcentia mel, cera, caſeus, coccus, ladanum copioſè; & Dictamnus ſoli inſulæ peculiaris exoritur. Hoc etiam de Creta authores prodiderunt, noctuam non habere, eamq; mori quando inuehitur. Vrbium in inſula veterum celeberrima Gnoſſos Minois aliquando Regia; de hac, & reliquis V. *inferiùs*. Hodie verò tres tantùm celebres memorantur: Candia, olim Matium: Canea, olim Gydon, ſiue Cydon: Rhetimus, quam veteres Rhithymnam dixere. Labyrinthum in Creta Dędali opus multi referunt: ſed eius nulla veſtigia fuiſſe ſuo æuo teſtis eſt *Plin.lib.36.cap.13.* V. *Labyrinthus*.

Gortyn, & Gortyne, ſiue Cortyna, quę & Cremonia, & Gortys dicitur vrbs; vndè Gortynia tecta iniuſti Regis. *Catull.in Argon.*

Gnoſſus, vrbs ad Ceratum fluuium, quo pręterlabitur; vndè ab illo aliquando Ceratus vocata fuit, teſte *Strab.* & *lib.10.* & *Virg. in Ciri*: Carpathium fugiens, & flumina Ceratęa: Gnoſſiacum regnum, pro tota inſula: Gnoſia regna. *Virg.3.Æn.* Gnoſia tellus. *Idem 6.Æn.* Gnoſia humus: Gnoſſia littora. *Catull. in Arg.*

Cydon vrbs, ſiue Gydon: Cydonia tellus. V. *Cydon*.

Lyctus, vrbs olim inſignis Idomenei patria, vndè Lyctius à *Virg.* denominatur *3.Æn.* Lyctius Idomeneus — Lyctos etiam dicitur.

Dicte, vrbs ſub monte einſdem nominis, ſic à Dicte Nympha denominata: & hæc etiam Dictynna: Dictæa arua. *Virg.3.Æn.* Dictææ vrbes (pro tota inſula) *Claud.praf.2. de rapt.* Antrum Dictæum. *Virg.4.Georg.* Dictæa rura. *Ouid.3. met.*

Phęſtos, vrbs; vndè tellus Phęſtia: Proxima Gnoſſiaco nam quondam Phęſtia regno Progenuit tellus, &c. *Ouid.9.met.*

Oaxus, vrbs à flumine Oaxi, quo pręterlabitur ſic denominata; quam Oaxus Minois ex Acallide filia

Digitized by Google

lia nepos ædificauit; cuius etiam meminit *Herodotus lib*.4. Tellus Oaxia:Tellus Oaxis.

Mane hala:Lycaſtos: Holopixos,oppida.

Montes.

Ida, mons celeberrimus ob Iouis incunabula, & ad alterius in Phrygia montis Idæ differentiam, Cretęus, ſiue Cretenſis dicitur. Hic dictamni germine, & ceruorum venatu inſignis: Mons Idæus, vbi & gentis cunabula noſtræ. *Virg*.3. *Æn*. Ida Cretæa. *Idem* 12.*Æn*. Vmbra Idæa. *Stat*.1.*ſilu*.4. Curetum domicilium .V.*Corybantes*.

Cadiſſis, *Plin*. nunc *Leuci*.

Dicta, & Dicte, qui Sethia; apud quem vrbs olim Dicte. V.*ſuperiùs*. Hi tres potiſſimùm montes ob celſitudinem numquam niue priuantur, ad quorum radices cupreſſi hinc indè inter conuallium ſaxa naſcuntur.

Sammonium promontorium: — Sammonij rupes, atque ardua montis Saxa legit,&c. *A.Barg*.

Fluuij.

Oaxis .V.*ſup. in vrbium catalogo:* Et rapidum Cretæ veniens Oaxen. *Virg*. Ceratus,fluu. V.*ſup. Ibidem*.

Synonyma.

Crete,& Cretes Græca dictio,à Nympha Crete,quę illi nomen dedit: Fleat Alcidem cerula Crete Magno tellus clara Tonante Centum populi brachia pulſent: Nunc Curetes, nunc Corybantes Arma Idæa, &c. *Sen. in Herc. Oet*. centum populi,dixit,ob centum vrbes,quas habuit.

Nec tantùm hæc inſula fuit clara Iouis domicilio, ſed dominatu, quo in totam penè Græciam vſus fuit Minos, qui ſibi illam, & vicinas inſulas ſubdiderat. Dianæ ſacra propter copioſum venatum,quòd ceruis plurimum abundet; quare Cretenſes peritiſſimi ſunt habiti ſagittarij; vndè *Sen. in Hipp*. Tua Cretæas ſequitur ceruas,nunc veloces, &c. à quibus Dictamni vſum cognouerunt ſagittis ſauciati homines.

Aeria,primùm dicta Creta,deindè Curetis,tum Macharos à cęli temperie, quaſi terra beata: Curetis verò à Curetibus eiuſdem inſulæ populis antiquiſſimis. *Ouid*.8.*met*. V.*Corybantes*. Hecatompolis inſula, nempè centum vrbibus abundans. Quæ centum ſuſtinet vrbes. *Ouid*.1.*de art*. Centum Cretæas forſitan vrbes Impleſſet monſtri,&c. *Idem* 9.*met*. Curetum oræ. *Virg*.3. *Æn*.

O magna vaſti Creta dominatrix freti, Cuius per omne latus innumeræ rates Tenuere Pontum, &c. *Sen. in Hipp*. Terra Cretes. *Ouid*.3.*eleg*.9. Minoæ arenæ. *Idem in Ibin*. Oræ Cretęæ:Littora Cretæ. *Virg*.3.*Æn*. Minoia regna. *Idem* 6. *Æn*. Creſſia nemora. *Idem* 4.*Æn*. Vrbibus inclytacentum. Hinc;

Populi.

Cretenſes: Curetes:Cydones:Cretes. *Apul*. Minoia turba. *Sil.It*.14. Creſſia turba. *Ouid. in Ibin*. Creſſa,gentile fœmin. Pheſtiadæ puellæ: Gnoſſiacę carinæ. *Idem* 8.*met*. Gnoſſia caſtra. *Ibidem*. Cydonij: Dictæi:Gortynij:Gnoſſij.

Epith. Minoia, ſpatioſa,potens,cęrula,circumſona, inclyta,montoſa,&c.

CREVSA.

Vxor Æneæ, Aſcanij, ſiue Iuli mater, quæ dum virum à Troiano excidio fugientem à tergo inſequeretur,caſu amiſſa à viro interijt.V.*Virg.lib*.2. *Æn*.

Dardanis,& Diuæ Veneris nurus. *Ibidem:* propter Æneam Veneris filium coniugem ſuam: Mater Iuli. *Ouid.epiſt*. Æneæ coniux.

CREVSA.

Iaſonis vxor Creontis Corinthiorum Regis filia,Iocaſtæ ſoror, quam ipſe in matrimonium duxit, repudiata ob maleficia Medea, poſtquàm cum illa decem fuiſſet annos. Verùm thalamis exturbatam,è Corintho quoque illicò eijci oportebat: Sed illa viuus diei impetrata mora, nouæ nuptæ (quam viri pellicem vocabat) in ſcriniolo incluſum naphten,quod eſt bituminis genus, cuius meminit *Plinius*,veneficijs imbutum,pallam, aliaq; munera per filios ex Iaſone ſuſceptos miſit,illis tamen edoctis,vt oblato munere actutùm diſcederent. At Creuſa videndi cupida ſcriniolum aperuit, vndè incendium euolauit, quo tota regia cum Creonte, Iaſone, ac noua nupta exarſit. Alij dicunt coronam ex naphta contextam miſiſſe, quæ igne vel longiùs poſito ſtatim accenderetur; quæ è funalibus concipiens ignem, nouam ſponſam cum tota domo exuſſit.

Creontis nata,ſata,genita,&c. *Ouid*. Magni Creontis filia. *Hor. epod*.5. Cui non defleta eſt Ephyrææ flamma Creuſæ? *Ouid*.1.*de art*. Sed poſtquàm Colchis arſit noua nupta venenis, Flagrantemq; domum regis Malè vidit — *Idem* 7. *met*. Æolia Creuſa, ob patrem, qui nepos Æoli fuit. *Stat*.2.*ſilu*. Felix Æoliam prendito virginem. *Sen. in Med*.

CRIMEN.

Culpa:Contagia culpæ. *Beneius*. Veſtigia culpæ. Quod ſi parua tuæ dederis veſtigia culpę:Quàm cito de tanto nomine rumor erat? *Prop*.1.*eleg*.5. Perfida facta. *Bemb*. Fraus,pro crimine. *Hor*.1.*od*.28. Culpam hanc miſerorum morte piabunt. *Virg*.2.*Æn*. Sed opertę conſcia culpæ Cuncta pauet:Crimina culpæ: Satis luimus miſerandæ crimina culpæ.

Epith. Edax,turpis,ſordida,tacita,operta, &c.

Scelus: Sceleris contagia: Veſtigia fraudis: Piaculum; commiſſa piacula: Facinus; quamvis etiam in bonam partem factum ſumatur: Delictum:

Pec-

Digitized by Google

Peccatum : Factum audax. *Virg.11 Æn.* Facta nefanda. *Tib.*

Nefas,indeclinab. Non fas: Noxa: Noxarum pondus:Vulnera mentis. *Pictor.* Execrandum regiæ cædis nefas. *Sen. in Troad.* Sontica cauſſa:Parce precor tenero non illi ſontica cauſſa eſt. *Tib.1. eleg.9.* Turpes caſus. *Corn.Gall.*

Facta turpia,impia,malè facta.*Corn.Gall.* Corrupti mores;mores mendoſi,ſiniſtri. *Virg.11.Æn.* Mali mores. *Bemb.* Flagitium:Poſſet & in tanto viuere flagitio. *Prop.* Nefandum:Infandum:Mala gaudia mentis. *Virg.6 Æn.* Malum: Probrum: Aut poſſe à turpi mentem inhibere probro. *Catull.*

Mille ſcelerum modi; ſcelerum maculæ: Sceleris molimen. *Ouid.6.met.* Infamia. *Idem.* Artes, quod mille nocendi Quærit,&c. Commentitias verſans ſub pectore fraudes. Lege *Ouid.1. met.* ætatis ferreæ crimina receuſentem. V. *Peccatum.*

Epith. Nefandum, impium, ſceleratum,perfidum, infidum, atrox, cruentum, callidum, verſutum, &c.

CRINIS.

Sic à diſcretione dicitur, Græcum etymon; eſt propriè hominis capillus, & fœminæ, per metaphoram etiam belluis traditur. Crines cum deponebant veteres,vt ſuperiùs diximus *in Coma,* alicui numini dicabant,vndè *Statius* meminit Carini,ſiue Earini Domitiani Cæſaris liberti, qui iam formæ gratia languente, crines dicauit Æſculapio Pergameo, vndè ille oriundus; Ite comæ (inquit 4. *ſilu.*) facilemq; precor tranſcurrite pontum Ite coronati recubantes molliter auro.

Capilli:Cæſaries:Coma. V. *ſuis locis.*

Decus capitis. *Sen. in Hipp.* — fuſos ceruix cui lactea crines Accipit, & molli ſubnectit circulus auro: Intonſi crines longa ceruice fluebant:Spargere effuſos ſine lege crines: Aurati volitant humeris non ordine crines: Capillus paſſus. *Ter.* nempè temerè diſperſus, & diligenter circum caput reiectus. Lanugo. Cincinni. V. *ſuis locis.*

Crinale, eſt ornamentum crinium. *Ouid.5. met.* Eſt quoque ferrum, quo diſcriminantur crines. V. *Acus comatoria, & Calamiſter:* hinc: calamiſtro criſpare comam: Comam in gradus frangere. *Plin.Iun.* Vſtulare crines candenti ferro. *Pacuuius.*

Barba. V. *ſuo loco.* Alæ. *Iuuen.* & muſtax; eſt barba, quæ ſuperiùs labrum veſtit, vulgò *Moſtacci.*

Vertex;eſt etiam crinium verticulus in humano capite,ſumitur etiam pro crinibus: — patrias non vertex ſolus ad aras Nauiget. *Stat.4.ſilu.4.* Crinium preſegmina, *Toſatura.*

Extimus crinium circulus. Antiæ capronæ. *Lucill.* Anteuertuli, propenduli crines; ſunt qui ad tempora crines effluunt, in qua re potiſſimùm Siculi, Campani, Hiſpaniq; ſunt molliores.

Epith. Diuidui, flauicomi, roſei, odorati, intonſi, compti,tenues,aurati,compoſiti,fuſi,effuſi.

CRINISVS.

Siciliæ fluuius Segeſtæ vrbi vicinus, de quo *Seruius* hanc fabulam affert: Cùm Laomedon Neptuno, & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij ſponſam iiſdem ſoluere recuſaret; Neptunus iratus Troiæ cetum immiſit ad eius oram deuaſtandam. Conſultus Apollo vnum tantùm ad hoc remedium indicauit,ſi Virgines Troianæ ſortitò belluæ obijcerentur. Hippote nobilis quidam Troianus metuens, ne Ergeſta filia in eamdem calamitatem incideret, naui eam impoſitam ventis, fluctibusq; commiſit, tolerabilius nimirùm ratus, ſi filia ſe abſente mergeretur, quam præ oculis eamdem à monſtro dilaniari perſpiceret. Verùm Deorum beneficio illa incolumi in Siciliam delata, cùm eius amore captus eſſet Criniſus fluuius in canis, ſiue vrſi conuerſus effigiem (quare non potiùs ſub humana?) illam oppreſſit, ex qua Aceſtam Siciliæ Regem ſuſcepit; vndè *Virg.5.Æn.*

Troia Criniſo conceptum flumine mater: Quem genuit —

CRISTA. V. *Galea.*

CROCODILLVS.

Vel ſimplici, l, crocodilus, dictum ſic animal,quòd croci reformidet odorem. Quadrupes eſt aquaticus, & terreſtris: naſcitur ex ouo magnitudine oui anſerini, & excreſcit in horrendam magnitudinem,ita vt homines deuoret,aliasq; belluas: Nili tamẽ fluuij in Ægypto peculiaris eſt (quamvis etiam in Mexicana regione in eorum fluuijs crocodillos reperiri oculati teſtes aſſeueranter affirment) qui interdiù in terra, noctu in aquis degere ſcribitur à *Plin.lib.7.cap.25.* Qui homine conſpecto lacrymas prius emittit, mox eumdem appropinquantem deuorat;vndè adagium: Crocodili lacrymæ. Crocodilum viuum Roma vidit Domitiani tempore: ſcribit etiam *Strabo* à M. Scauro primum hippopotamum, & quinque crocodilos in ſpectaculis Romæ fuiſſe temporario Euripo oſtenſos. Simultatem perennem cum delphino gerit;hic autem vt hoſti noceat,& cute ſuperna inuulnerabilem agnoſcens limo obſitus ſub ventre inſilit, ſpinaq; dorſi crocodili ventrem perſecat, interficitq;. Eamdem ſimultatem cum Ichneumone; & hic in apertas dormientis fauces teli in morem illapſus inteſtina eius erodit.

Piſcis amphibius, nempè qui & in aqua, & extrà aquam

Digitized by Google

aquam ſolet viuere : Nilicola fera : Niliacus piſcis;ſerpens;hydrus;lacertus:Niliacę feræ *Mart.* 5.66. Et Pharia de gente feras. *Stat.2.ſilu.* Mētitas fundens lacrymas parat ore cruento Perdere te, lacrymas dum crocodilus agit.

CROCVS.

Et crocom g.n. aromatum genus, quod in Cilicia propè Corycum excellentiſſimum naſcitur, alterum Lycium propè Olympum montem ad Myſum amnem; tertium Centuripinum ex Sicilia; vel Æcolum; *ex Dioſcor.* quartum Phlegręum. In India quoque orientali naſci perhibetur, & id quoque Nurſiæ vidi non ingratum; fortaſsè in frigidioribus locis facile eſt, vt enaſcatur.

Aura croci,nempè odor: — nam Sicanij non mitius halat Aura croci. *Stat.5.ſilu.3.* Flores crocei. *Virg.2.Georg.* Fila croci. *Ouid.1.faſt.* Crocei odores. *Virg.1.Georg.* Corycius odor:Coryeius flos;intelligitur crocus, quod io Coryco Ciliciæ monte, vt *ſuperiùs* diximus, perabundans eſt. Quod de Corycio quæ venit aura croci. *Mart.* 3.*epig.*64. Cilicum flores. *Stat.2.ſilu.*1. crocum intelligitur,quòd ibidem ſit abundans.

Fingitur ab *Ouid.4.met.*Crocon adoleſcentem fuiſſe,qui à Smilace virgine adamatus,cùm illo frui nequaquam illa poſſet; ambo in florem conuerſi ſunt,qui crocus dicitur;vndè canit: Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores: Smilaceus flos:Smilax,fig.Coronæ crocec,nempè croci floribus circumtexta: hinc

Croceus color: Et circumtextum croceo velamen acantho: Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis: Pallida quam rubri diloit vnda croci. *Mart.*8.33. Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. *Ouid.*

Cereti ſacer flos. *Sophocl.* Crocus vino mirè congruit, pręcipuè dulci tritum: hoc priſci vtebantur ad theatra inſpergenda, vt docet *Plin.* Et ſcenam croco perfundi ſolitam indicat *Lucretius* illo verſo: Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.

Epith. Cilix, rubens, Corycius, ſolemnis, ruber, tenuis,puniceus.

CROESVS.

Lydorum Rex opulentiſſimus, qui cùm Solonem quondam ad ſe accerſitum interrogaſſet, vtrum ſe feliciorem aliquem coguouiſſet vmquam:ille poſt aliquos nominatos, quos beatos quoque iudicabat,addidit:Fortunę bouis non eſſe confidendum,cùm variè vita hominom rotetur:ſed illum eſſe beatum, qui honeſtè cùm vixerit, honeſtè quoque diem ſnum obierit. Hoc reſponſi Crœſus tum quidem non admodùm patienter tulit. Sed paullò poſt à Cyro in acie ſuperatus, amiſſa vrbe,ac regoo captiuus cùm ad incendium duceretur, aſcendens pyram quà potuit altiſſima voce ſpectantibus Cyro,& cunctis:O Solon,terq́; quaterq́; exelamauit. Quod cùm audiſſet Cyrus interrogari iuſſit,quem hominum, Deorumve in vltimo ſupplicio iooocaret: cui rem omnem ex ordine narrauit Crœſus, addiditq́; Quæ cùm ſecundis ego rebus aſpernarer, triſte nunc omnibus ſpectaculum factus ſera pœnitentia afficior. Quæ cùm Cyrus aodiſſet cautior & ipſe factus Crœſi periculo, eiusq́; ſortem miſeratus, non ſolùm ab incendio eum liberauit; ſed ad vltimum vſque diem magno eſt hominem proſecutus honorem; *ex Plut. in Solone.*

Et Crœſum,quem vox iuſti facunda Solonis Reſpicere ad longæ iuſſit ſpatia vltima vitæ. *Iuuen. ſat.*10. Rex Lydus. *Prop.* Lydia ditiſſimus:Lydorum ditiſſimus:Diuitis audita eſt cui non opulentia Crœſi. *Ouid.4.Pont.3.*

Alyatticus: Quam ſi Mygdonijs regnum Alyattici Campis continuem, &c. *Hor.3.od.*17. ſunt qui ſcribunt Halyattici: Alyattæ filius. Lege *Herodot.lib.*1. Rex Lyda ditiſſimus vrbe: Quem domuit victoria Cyri:Sint immenſa licet magni patrimonia Crœſi.

CROTON.

Siue Croto vrbs in ſinu Tarentino Milone athleta memorabilis, & celebris; tum ingenti numero Pythagoręorum; tum multitudine pręſtantium athletarum. Sic dicta à quodam heroe Crotone. *Ouidius* autem *lib.15.met.* à quodam Myſcelo nuncupato conditam narrat, vt infra. Hic Pythagoras philoſophiam profeſſus eſt, quo vt illum audiret Numa quoque Pompilius Rom. Rex ſe contulit. Crotoniatæ dicuntur incolæ, qui fortiſſimi ingenio, & aſtu Sybaritas deuincerunt, quamvis numero ſuperarentur. Vrbi proximus eſt fluoius Æſar, qui tamen vrbem priùs ſecabat, vnde hæc *Liuius:* Vrbs, inquit, Croto murum in circuitu patentem 12. millia paſſuum habuit ante Pyrchi aduentum in Italiam:poſt vaſtitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur:Flumen,quod medio oppido fluxerat extrà frequentia tectis loca pręterfluebat muros. Templum habuit non procul à mœnibus nobiliſſimom Laciniæ Iuoonì ſacrum: vbi lucus frequenti ſilua, & proceris abiegnis arboribus ſeptus lęta in medio paſcua habebat, vbi omnis generis ſacrum Deæ paſcebatur pecus ſine vllo pudore, ſeparatimq́; egreſſi cuiusq́; generis greges nocte remeabant ad ſtabula nomquam iuſidijs ferarum,non fraude violati hominum: hæc *ille*, *lib.4. decad.*

Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis Oſſa tegebat humus, iuſſaq́; ibi mœnia terra Condidit, & nomen tumulati traxit io vrbem. *Ouid.15.met.* Inuenit Æſarei fatalia fluminis ora. *Ibidem.* Æſar,fluuius pro vrbe,fig. Vrbs hoſpi-

ſpitis Herculei . *Ibidem* .

Alemonidis vrbs,nempe quam Myſcelus Alemonis filius condid.t Archiæ auxilio,qui Syracuſas condidit . Vrbs Sibari aduerſa . Achiuorum colonia:Quùm enim Achiui oraculum accepiſſent,vt Crotonem conderent Myſcelus eorum dux ad locum vrbis conſtruendæ profectum,cum Sybarin meliori loco conſtrui cœptam cerneret ; detrectabat oraculi imperium ; ſed ad idem reuerſus ſciſcitandum: hæc accepit: Terga breuis Myſcele tuo de pectore omitte (gibbus enim erat) Cętera perquirens fruſtrà , en venaris iniqua Sit rectum quodcunque datur tu laude probatoq; vndè Myſcelus ad locum reuerſus vrbem (vti diximus) conſtruxit .

CRVDELIS.

Obtuſum pectus . *Virg.1.Æn.* Corda aſpera . *Idem* 10.*Æn.*Quem nec longa dies,pietas nec mitigat vlla:Tyrannus,antonomaſticè: Barbarus diris factis . *Ouid.6 met.* Vultus cruentus . *Hor.1.od.2.* Sęuæ cædis auidiſſimus . *Ouid.* 1. *met.* Notus feritate . *Ibidem.* Truculentior Euris . *Idem* *epiſt.*11. .

Minax grandibus verbis . *Mart.* — duris ſed cautibus horrens Caucaſus , Hyrcanæq; admorunt vbera tigres. *Virg.* Duro pręcordia ferro. *Tib.*1. *eleg.*1. Natus de tigride . *Ouid.7.met.* Indocilis flecti . *Claud.1 de rapt.* Surdior æquoribus . *Ibidem.* Quem ſęuæ progenuere feræ. *Ouid.epiſt.*7. Eſt qui fœta ſęuior vrſa .

Barbarus:Ferus . V.*ſuis locis,vbi multa.* Duris multo crudelior vrſis : Lapide durior, & ſcopulis : E ſcopulis natus: Qui rigidos ſilices, ſolidumve in pectore ferrum, aut adamanta gerit: Tua ſunt ſilicis circum pręcordia venæ,Et rigidum ferri ſemina pectus habet : Quique lupa ſęuæ plus feritatis habet:Iuuat ora tueri Miſta notis belli , &c. *Stat.1.ſilu.*1.

CRVDELITAS.

Barbaries:Feritas . V.*ſuis locis.* Inclementia:Impietas:Sęuitia:Signa animi ſanguinolenta feri . *Anger.* Rigor:Cupido cędis . *Ouid.1.met.* Sæuitiæ verbera : *Prop.1.eleg.3.* Pietati inimica : Ferox truculentia : Horrida ruſticitas : Facta effera . *Virg.6.Æn.* Dira facta . *Ouid.6.met.* Mens crudelis . *Catull.*

Epith. Sęua, odioſa,inhumana,atrox,diſſona,ſcelerata, aſpera, immanis, ſanguinolenta, violenta , impia, acerba .

CRVMENA .

Eſt nummorum receptaculum .

Marſupium. *Plaut.* Vidulus. *Idem.* Loculus. *Horat.* Excuſſi loculoſq; ſacculumq; . *Mart.5.epig.*40. Sacculum,& ſacculus. *Idem,& Aſcon.* Paſceolus *Plaut.* eſt ſacculus ex aluta factus, alij volunt eſſe loculum intra marſupium .

Pera , propiè paſtorum folliculus, in quem recondunt cibum diurnum : Dormiat , & tetrico cum cane pera rogat . *Mart.*14.81. Aſcopera . *Suet.* Pera viatoria , in quam pecunias , aut vtenſilia viatores reponunt:& hæc Mantica,dicitur *Horatio.* Hippopera . *Sen.* Sacculus ſcorteus,vel canabeus,quo equites neceſſaria circumferunt,& hęc. Bulga , dicitur *Feſto* . qui vult eſſe vocem Gallicam,*Bolge,ò valige* .

Folliculus . *Cornific.* eſt coriaceus ſaccus , & hæc ſcortea dicitur: Funda . *Macrob.* Sacculus,loculusq; pecuniæ reponendæ attributus, & hæc Follis,*Veget.* & Reticulum . *Hor.* quod ad modum retis intexitur, vulgò *Carniere* .

CRVOR . V. *Sanguis* .

CRVS , ris .

Cuius partes ſunt

Suræ , propè crurum pulpæ , & quaſi venter obiectus tibiæ . *Virg.1.& 12.Æn.* Varix . *Plin.* vena crurum fęculento ſanguine diſtenta : Varices ſuccisi .

Tibia , cruris os ſuræ oppoſitum : Radius , os tibiæ maius : Fibula, minus os tibiæ: Malleolus, tibiarum proceſſus imus ad mallei ſpeciem .

Cruſculum,diminut. *Mart.* *Gamba piccola.* — altaq; iactat Vulneris impatiens arrecto pectore crura: Et crurum tenus à mento palearia pendet: Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat.*Ouid.* 1.*faſt.*

Epith. Candida, mollia .

CRVSTVLVM .

Cruſtulum : — vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, &c. *Hor.1.ſerm.ſat.*1. Cruſta , panis cruſta:Adorea liba . *Virg.7.Æn.* Cereale ſolum . *Ibidem.* Quadra. *Ibidem.* Cruſti patulæ quadræ. *Ibidem.* Cruſti orbis . *Ibidem.* Panicia menſa . *Seru.*

Cruſtula, metaph. vſurpari poteſt pro eo, quod ſuperficie calefacti lactis,aliarumve rerum coit,atque concreſcit .

Cruſtulum item , quod Gręcè Pemmatium eſt (V. *Bellaria*) è farina, melle,aut ſaccharo,lacte,& ſimilibus confectum opere piſtorio .

CRVX .

Supplicij extremi locus priſcis habitus , quod reorum maximis dabatur . In crucem ante Conſtantini legem olim ſuffigi ſolita erant eorum corpora , qui ſibi mortem conſciuerant, ne in victorum manus deuenirent,etiam ſublatis capitibus : exemplum eſt in Nigro apud *Xiphilinum in Seuero: & in Albino* apud *eumdem Xiphil. & Herodianum* . Initium verò huius ſupplicij Romę tribuitur Tarquinio Priſco . *Plin.* Verùm poſtquàm Chriſti fuit ſanguine purpurata,eò nobilitatis excreuit, vt illam Imperatores, nedum Reges,reliquiq; fidelium poſt Conſtantinum Impe-

Digitized by Google

ratorem vbique gentium ſumma veneratione colant, ac venerentur. Lege *Lipſium de Cruce eruditiſſimè ſcribentem*.

Robur funeſtum: Arbor funerea, quadrifida: Supplicium graue mancipijs. *Muret.* Infelix lignum: infelix arbor, feralis, funeſta. Trabs hoſpita lethi: Trabs funeſta: Infelix olim fueras, feraleq; lignum, Supplicij genus informe. *Vida.* Lignum, &c.

Crucis trophęum. *Prud.* Signum ſaluciferum. *Idem.* Arbor ſalutifera: Vexilla crucis: Fortunata arbos, venerabilis. *Vida.* Ligna verenda crucis: Trabs, qua ſalus hominum pependit. *Idem.* O crux tincta ſacri flumine ſanguinis, Olim ſupplicium mancipijs graue Nunc regum capiti precipuum decus Te flexo colimus genu. *Muret. in Hymn.* Cum ſcandens patulam Chriſtus in arborem vitæ reſtituit ſuos. *Idem.*

Crux hoſtes hominum ſola procul fugat Crux ſola inſidijs munit ab omnibus. *Muret. vt ſup.* Dulce optanti animo mihi robur amabilis arbor. *Vida:* — ſalus hominum infanda trabe nexa pependit: Truncus: — ſimul in trunco moriamur eodem. *Vid. Chriſt.* Lignum: Iamq; illum erecto properant diſtendere ligno.

Epith. Dura, ſęua, horrenda, cruenta, triſtis, amara, funerea, arborea, &c.

CRVCIFIXVS.

In crucem fixus: Fixus corpora ſublimi trabe: Diræ figere membra cruci: Eripere vitam ſuffixo ſtipite. Sublimem tollere in celſam crucem. Trabe dura diſtentus. Suſpenſus, clauis in arbore.

CRYSTALLVS, i, g.f.

Et cryſtallum neutrius generis: Gemma candida, notaq; fit ex gelu vehementer concreto, authore *Plin. lib.* 36. Cryſtalla maximi luxus fuerunt apud Romanos, quæ nonniſi vbi maximæ hibernæ niues rigent, glacieſq; reperiuntur. Legitur quædam materfamilias trullam cryſtallinā emiſſe ſeſtertijs centum quinquaginta. Claudius Nero accepto nuncio ex Gallia rerum aduerſarum duos ſcyphos cryſtallinos, quos fortè in menſa habebat illiſos terræ fregit, ne ſe mortuo ſeculum ijs frueretur, tantum luxum ineſſe cryſtallo putabat. Noſtra verò memoria plurimi penditur crytallus, dummodò perfectiſſima ſit, quæ vulgò montana cryſtallus appellatur: minoris tamen eſt pretij, ex qua conflantur vitreæ cryſtalli, vndè calices optimi Venetijs pręſertim conflantur. Qui rerum naturam perſcrutantur, aiunt: cryſtallum in febribus ore detentam, & voluntatem ſitim extinguere: quod an ſit verum, ipſa te docebit experientia.

Qua frigoris arte Torpuit, & maduit prodigioſa ſilex. *Claud. in epig.* Liquidum ſaxum. *Ibidem.* Perſpicuæ niues, pro vaſis cryſtallinis dixit *Stat. lib. 3. ſilu.* Solers luſit hiems, imperfectoq; rigore Nobilior miſtis gemma tumeſcit aquis. *Claud. in epig.* Raraq; longęuis niuibus cryſtalla gelari. *Stat. 1. ſilu.*

Gemma arcano nobilis æſtu, Vel concreta fuit, vel reſoluta gelu. *Claud. vt ſup.* — glacies nimio precioſa gelu. *Ibidem.* Liquidi creſcunt miracula ſaxi. *Ibidem.* Dum cryſtalla puer contingere lubrica gaudet, Et gelidum tenero police verſat opus. *Ibidem.* Mira ſilex, miruſq; latex. *Ibidem.* Perſpicuum marmor. *Ibidem.* Informis glacies, ſiue dicas formata glacies. *Ibidem.* Pellucida gemma. *Mart.* Candida nigreſcant vetula cryſtalla falerno. *Idem* 8.77.

CRYPTA.

Conclaue ſubterraneum: Specus concameratus: Antrum. V. *ſuo loco*. Cryptam ſubit alta nocte ſilentem. Subter humum caua crypta cados, & mollia vina Claudit. Cella vinaria; plerumque enim vinum in cryptis reponimus. V. *Cella*.

Cryptæ Martyrum ſepulcralia. V. *Cæmeterium*.

CVBICVLVM. V. *Domus*.

CVBILE. V. *Lectus*.

CVLCITRA.

Et culcita; omne ſtragulum ſignificat plumis, tomentove fartum, atq; inculcatum.

Culcita plumea; plumis inculcata. *Cic.* Culcita lana, vel tomentitia: Culcita ſtramentitia, *Saccone di paglia.* Culcita ſubalaris, idem cum puluinaribus, quæ ſub alis, nempè ſub brachijs aliquando cubantes ſupponimus. *Lamprid.*

Stragulum: Tegmina tori: Indumenta, veſtimenta tori: Veſtimenta cubilis, quæ lodices dicuntur. V. *Lodix*. Mollis torus. *Sen. in Herc. fur.* V. *Lectus*.

CVLEX. V. *Inſectum*.

CVLINA. V. *Coquina*.

CVLMEN. V. *Cacumen*.

CVLMVS.

Calamus: Stipula: Caulis: Auena: Palea: Culmen. *Bemb.* — teret area culmos: Ferret hiems, culmumq; leuem, ſtipulaſq; volantes: Peruia turgeſcunt lactentibus hordea culmis.

Epith. Fragilis, leuis, Cerealis, viridis, tener, agreſtis, flauens, ſtridens, pinguis, &c.

CVLPA. V. *Crimen*.

CVLTER, i.

Culterum: Ferrum, figur. Cultellus; cultellulus: Nouacula, *Raſoio.* Gladiolus: Sica; quamvis ad enſis genera referatur: Acies culteri: Mucro, & cuſpis, figur. eſt autem pars acuta, & acuminata in quolibet inſtrumento ferreo ad cędendum opportuno.

CVLTVS, us.

Cura: Cultura: Poſitus, us: Nec poſitu variarè comas:

ideſt

Digitized by Google

ideſt cultu, vel compoſitione crinium. *Ouid.2. met.* Stabat ſine diuite cultu: — cultuq́; ſuperbo Pendebant niueo gemmata monilia collo: Vani tegmina cultus: — cultuq́; ornata decenti: — nulli ceſſura Deam Occurrit iuueni mulier: non cultus in illa Segnior effigie varijs nam purpura gemmis Intertexta tegit Reginæ pectora mœſtæ: deſcript.

Quid prodeſt regia largo Agmine ſeruorum? Tyrio quid lectulus oſtro Comptus, & innumeris inſtrata palatia gemmis? Decor, is: Decus *V. ſuo loco.* Ora puellæ Spe propriore fori mater ſolertior ornat: Adueniente proco, veſteſq́; & cingula comit: Sæpè manus, nitidiq́; anguſtat iaſpide pectus, Subſtringitq́; comam gemmis, & colla monili Circuit, & baccis onerat candentibus aures.

Tanta eſt fiducia formæ, Quæ quamquam iuſta eſt, cura tamen adiuuat illam: Permulcetq́; comas, chlamydemq; vt pendeat aptè Collocat: vt limbus, totumq; appareat aurum. *Ouid.2.met.*

CVMÆ. arum.

Vrbs Campaniæ antiquiſſima Italarum vrbium, ac Sicularum à Chalcidenſibus ex Euboea inſ. populis condita, vt ait *Strabo*: ſed à Cumæis denominata: nam coloniæ ductores Hippocles Cumæus, & Megaſthenes Chalcidenſis inter ſe pepigerunt, vt Chalcidenſium quidem eſſet colonia, nomen verò à Cumæis acciperet. Alij ἀπὸ τῶ κυμάτῶ, ideſt ab vndis dictam volunt. Hæc vrbs à Sibylla, quæ indè Cumæa dicta fuit, maximè nobilitata, ad quam Æneas futura conſulturus dicitur adijſſe, excidit: & modò vix parietinæ, ac rudera viſuntur. Sunt tamen qui dicant nomen habuiſſe vrbem à quadam fœmina prægnãte ibidem à Chalcidenſibus reperta Cyme nuncupata, & mutata littera Cume appellata. Vel à Cuma Æolidis vrbe ex aduerſo Lesbi ſita, vt vult *Strabo lib.5.* vndè & Sibylla Cumæa, quam à loci vicinitate Erythręam nominant, dicta fuit. Propè hanc Dædalus ingenij ſui monumentum reliquit, condito inſigni templo, quod à *Virg.6. Æn.* deſcribitur.

Euboica vrbs. *Ouid.14. met.* à conditoribus, qui ex Eubœa fuerant inſula: Oræ Euboicæ. *Virg.6. Æn.* Vrbs Cumæa. *Idem 3. Æn.* Chalcidicaq́; leuis tandem ſuper adſtitit arce. *Idem 6. Æn.* Sedes Sibyllæ: Euboicæ cautes. *Idem 2. Æn.* Cumarum naualia, littora, &c. *Sanaz. ecl.2.*

Euboicæ rupis antrum. *Virg.6. Æn.* ideſt Sibyllæ ſedes apud Cumas, vndè per ſubterraneos terræ meatus, cryptaq́; ad Auernum lacum veniebatur: licèt modò diruta moles inſuper aditum tranſmeandi intercluſerit: Opaca Sibyllæ antra. *Stat. 5. ſilu.3.* Collis Cymæ. *Ibidem.* Æquora ſubdita Miſenis nobilibus. *Prop.1. eleg.11.*

Cume, es; ad græcanicam inflexionem: Linturnum & quondam fatorum conſcia Cume. *Sil. Ital.* — & loca fœta paluſtribus vluis Littora Cumarum, viuaciſq́; antra Sibyllæ. *Ouid.14. met.*

Silua Gallinaria, propè Cumas.

CVMVLVS.

Congeries: Strues: Aceruus: Farris aceruus: Æris aceruus, & auri: Maſſa.

Epith. Grandis, magnus, ingens, copioſus, vaſtus.

CVNÆ, arum.

Cunabula, orum: Non tibi digna puer generis cunabula tanti. *Stat.1. Theb.* hoc autem in loco ſumuntur pro origine: Incunabula: Lectulus puerilis: Infantum ſtramina: Alueus, dicitur *Liuio*. Sunt qui cunas volunt eſſe culcitas infantium: Incunabula verò lectulos, in quibus reponuntur. Alij contra cunas, & cunabula eſſe ligneos illos lectulos, quos aluei nomine *Liuius* intellexit, exiſtimant: culcitas verò incunabula vocari, quo *Plauti* locum afferunt; opus eſt cunis, incunabulis.

Vimine querno Texta domus, clauſa arbutei ſub cortice libri Membra tepent, ſuadetq́; leues caua fiſtula ſomnos. *Stat.1. Theb.* eſt periphr. cunarum, quas vel textiles, vel è cortice alicuius arboris ruſtici ſibi contexunt.

CVNEVS.

Vel ſtipes, vel ferrum in conum effigiatum ad lignã ſcindenda: Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. *Virg.1. Georg.*

Vel eſt conſerta hominum acies in cunei modum — cuneis ſe quiſque coactis Agglomerat. V. *Acies.*

CVPIDO. V. *Deſiderium.*

CVPIDO, dinis.

Deus amoris, cuius parentes varij dicuntur. Nonnulli Veneris, ac Iouis filium appellant: *Sappho* autem Cęli, & Terræ, ſiue Veneris vocat natum: *Simonides*, Martis, Veneriſq́; *Ibycus, & Heſiodus*, ex Chao Cupidinem natum eſſe aiunt: *Orpheus*, ex Saturno: ex Venere, & Vulcano *Seneca* affirmat. Quòd tamen ſit Veneris filius potiſſima eſt opinio. Effingebatur puer nudus, alatus, arcum, & ſagittam geſtans; quare ſic *Seruius*: Quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas, puer pingitur; item quia imperfectus eſt in amantibus ſermo, ſicut in puero. Alatus autem, quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur. Sagittas verò idcircò geſtare dicitur, vel quia amorem, & libidinem ſequitur punctura pœnitentiæ, & doloris: vel quia & ipſæ incertæ, veloceſq́; ſunt: hactenus ille. A Cupidine Pſychen amatam fabulatur *Apuleius* longa quidem metamorphoſi. Plures autem Cupidines antiqui tum pictores, tum poetæ finxere; hinc *Prop.2. eleg.9.* Obuia neſcio quos pueri mihi turba minuta Venerat hos

vetuit me numerare timor. Verùm à *Philoſtrato* pulcherrimè in imaginibus deſcribuntur; Multos eſſe Cupidines, alios mala colligere, alios ſagittas, ac pharetras habere aureas, omnesq; nudos, comatoſq;. Pennas cæruleas, ac puniceas nonnullis eſſe; alijs etiam aureas: Necnon calathos, in quibus poma deponunt, qui gemmis ornati ſunt, ſmaragdis, ſardonyce, & margaritis à Vulcano compoſitis; ex his nonnullos, ait, in arbores deuolare ſine ſcalis ad poma legenda. Additq; idem *Philoſtratus* luctam ipſorum Cupidinum, rem vtique iocoſam. Sed cur alatus pingatur Cupido, aliam refert cauſſam *Propert. lib. 2. eleg. 9.* quem lege.

Pharetratus amor. *Ouid. 5. triſt. 1.* Filius Veneris. *Hor. 3. od. 27.* Puer grauibus pennis. *Prop. 3. eleg. 8.* Volucer potens: Hic volucer omni regnat in terra potens, Ipſumq; flammis terret indomitis Iouem, &c. *Sen. in Hipp. v. 185.* vbi Cupidinis vim elegantiſſimè deſcribit: Certos iterans puer impiger ictus: Ictus aligeri Cupidinis. V. *Amor*.

Artes Cupidinis: Illum furtiuæ iuuere Cupidinis artes. *Ouid. 1. de Pont. 5.* Deus, antonomaſticôs, quo vel ipſe Iupiter ſuperabatur; cuius vim vel ſuperi omnes reformidabant; hinc *Virg. 1. Æn.* Flagranteſq; Dei vultus, ſimulataq; verba.

Natus Veneris. *Anger.* Aliger amor: Ergo his aligerum dictis affatur amorem. *Virg. 1. Æn.* Vis, vel magna potentia Veneris; *ex eod.* Progenies Veneris. *Hor. 4. od. 18.* Semper hęrens Veneri puer. *Idem 1. od. 32.* Ille ſagittifera qui valet arte puer. *Pont.*

Mouit Amor gemmatas aureus alas. *Ouid. 1. de rem.* Leuis amor. *Idem 4. faſt.* Puer ales Cytherææ. *Hor. 3. od. 12.* Sagittifer ales.

Deus leuis, volucer, prępes, Gnidius, Paphius, aliger; *ex Ouid.*

Puer malus, volatilis, laſciuus, Idęus, Volucer, Veneris; *ex Ouid.* Improbus, Idalius, feruidus, teliger, ignifer; *ex Anger. Stat. Hor. Sen. Herc. Strozz.*

Epith. Volatilis, aliger, laſciuus, blandus, prępes, pharetratus, ſagittifer, impiger, tener, crudelis, minax, &c.

CVPRESSVS.

In quam mutatum fuiſſe Cypariſſum fabulantur poetæ: Hic enim ſpecioſiſſimus fuit puer Telephi filius, qui dum venaretur in amorem ſui traxit Apollinem, à quo muneris loco pulchrum ceruum, ac manſuetum accepit; quem & adeò diligebat, vt ſecum per ſiluas non vereretur ire. Accidit, vt quadam die, dum Cypariſſus laſſus ſub arbore ſomnum caperet, repentino excitatus ſtrepitu ceruum longè vidit, quem aliam ſilueſtrem feram eſſe ratus, miſſa ſagitta interfecit; quò agnito, tanto dolore cœpit contabeſcere, vt Apollinis miſeratione in arborem ſui nominis fuerit commutatus. Sunt etiam qui dicant Eteoclis filias in arbores fuiſſe conuerſas. Eſt autem cupreſſus, quæ & cypariſſus, & cypreſſus feralis arbor, Plutoni, ſiue Diti ſacra, cuius rami mortuorum domibus appendebantur, quod huius generis arbor exciſa non renaſcitur. In locupletum porrò funeribus adhibebatur cupreſſus, non autem in plebeorum; vndè *Lucanus:* Et non plebeos luctus teſtata cupreſſus. Ad hoc autem arborem huiuſmodi electam fuiſſe, quòd infructuoſa ſit, ac ſterilis; ſiue quòd Dijs inferis dicata. Hoc autem apud Romanos cœpit vſurpari, ne quis imprudens in funeſtam domum rem diuinam facturus introijſſet; vndè contaminatus ſacra peragere non potuiſſet. Atqui nouum hunc morem Romæ fuiſſe oſtendit *Ioſeph. Scalig.* quòd peregrina arbor, ſerò Romam aduecta fuiſſet, nempè paullò ante Catonis ætatem; & icciréò diuitum tantùm domibus (vti diximus) prefigebantur cupreſſi rami; vt indè inceſtatæ domus illo ſigno demonſtrarentur. Igitur cupreſſus habita, quemadmodùm taxus, & aliæ arbores ad Stygem natæ, veneficijs idonea, vt apud *Senecam in Med.*

Cupreſſus, us: Funeris ara mihi ferali cincta cupreſſu. *Ouid. 3. triſt. eleg. 13.* — mœſtamq; comam damnare cupreſſo. *Stat. 5. ſilu.* Cypariſſus, *vt ſup.* pro ipſa arbore: Alticomæ cypariſſi triſte gemunt.

Coniferi rami. *Claud. 1. de rapt.* Coniferi apices. *Idem 3. de rapt.* Arbor conifera. *Bemb.* Atræ frondes; ſic dictæ, quòd inferorum Dijs ſacræ, quibus cuncta erant atra: Feralis planta, arbos, &c. *ex Virg.* Decus ferale; quòd tantùm (vti diximus) in nobilium ſepulcris adhiberetur.

Frondes funereæ: Et fronde coronat Funerea ſuper exuuias, &c. *Virg. 4. Æn.* Frondes, atq; omne cupreſſus Intexit plorata latus. *Stat. 4. Theb.* Funeſta fronde coronat; *ex Virg.*

Conus, fructus cupreſſi, vel pinus, ſed poſterioris nuclei optimi ſunt ad eſum; inutiles ex Cypariſſo. Globulus, Galbulus, & Nux cupreſſi quoque dicitur.

Epith. Funeſta, mœſta, alticoma, Stygia, viridans, nigra, celſa, odorifera, Idęa (ob id, quod *Plin.* ſcribit; maximèq; in Idæis montibus, & quos Albos vocant, ſummiſq; iugis, vbi niues numquam abſunt, pluſima) conifera, iniquiſa, funebris, acuta, funerea (nam, vt *idem Plin.* ait, natu eſt moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta; ac ne vmbra quidem gratioſa, &c.) feralis, vtile lignum domibus.

Sonoræ cupreſſus, de quibuſdam muſicis inſtrumentis nunc poſſunt intelligi, quæ tabulis cupreſ-

ſinis

Digitized by Google

ſiuis paſſim conficiuntur, & vulgò *Grauicembalo*, ò *Bonaccordo*, nuncupantur. V. *Muſica inſtrumenta.*

CVRA.

Sollicitudo, nis: Motus. *Virg. 12. Æn.* Vulnus mentis triſte. *Ibidem.* Æſtus. *Ibidem.* Animus: Mens: Senſus. *Ibidem.* Sententia: Mentis ſententia diſcors. *Idem 11. Æn.* Studium: Æſtus curarum; curarum moles. *Ouid. 12. met.* Mentis onus. *Catull.* Mens ſollicita: Rerum moleſti fluctus miſeri tumultus mentis. *Hor. 2. 16.* Mentis, vel animi nubes. *Ouid. 1. triſt. 3.* Curarum frigus: Sic animum lento curarum frigore lędit, Vt cupidi curſus fręna retentat equi. *Idem 3. de Pont. 9.*

Curarum millia quanta dabit. *Prop. 1. eleg. 5.* Curarum ſemina. *Idem 3.* Tu vitijs hominum crudelia pabula prębes Semina curarum de capite orta tuo; cum auaritia *Poeta* loquitur. Turba rerum: Cum tamen à turba rerum requieuerit harum. *Ouid. 4. de Pont. 5.* Turbo rerum imminet. *Sen. in Agam.* Mentem turbans vndarum mole.

Curarum aſper morſus: Pondus, vel pondera curarum. *Stat. 4. Theb. & Corn. Gall.* Curarum ſtimuli: Nubes; tumultus: — alio curarum agitante tumultu. *Stat. 3. Theb.* Et partes animum verſabat in omnes. Tum verò in curas animus diducitur omnes: Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc, In parteſq; rapit varias, perq; omnia verſat: Vario necquicquam fluctuat æſtu: Et inter iſtas mentis obſeſſæ faces. *Sen. in Agamemn.* Spes incerta futuri.

Epith. Triſtis, inſomnis, mordax, moleſta, pauida, grauis, mœſta, ægra, inquieta, ſtimulans, lenis, mordens, rodens, atrox, vltrix, ſtimulans pręcordia, pectora diſcrucians, ſollicitans animum, abrumpens ſomnos, vigil, ambigua, tetrica, liuida, importuna, vocans animum in contraria, fatigans pręcordia, extenuans corpus.

CVRES. V. *Sabini.*

CVRETES. V. *Corybantes.*

CVRIA.

Dictus fuit locus electus, vbi publicæ curæ differerentur. Hæc autem in triginta fuit à Romulo diſtincta partes, quæ & ipſæ Curiæ dictæ ſunt; in quibus duplex fiebat opus: Nam vbi curabant Sacerdotes res diuinas, eæ Curiæ veteres; in quibus autem Senatus habitus eſt, eæ humanæ dicebantur. Verùm de curijs lege *Roſin.* quarum nomina partim exciderunt, partim hæc fuiſſe dicuntur, Hoſtilia, quam primus ædificauit Hoſtilius Rex, Forienſis, Rapta, Vellenſis, Velitia, Tifata, Titia, Calabra. V. *Liuium*, *Dionyſ. & Plutarchum.*

Concilium: Cœtus patrum: Turba forenſis. *Ouid. 3. faſt.* Procerum cœtus. *Stat. 3. Theb.* Senatus. V. *ſuo loco.* Verboſum forum: Cedunt verboſi garrula verba fori. *Ouid. 3. triſt. 12.* Limen Romulei pulſare ſenatus. *Stat. 4. ſilu. 8.*

Quam benè conueniens ſortita eſt Curia nomen A grauibus curis Curia dicta venit. *Ouid. faſt.* — hic paruus inter pignora Curiæ Contentus alio lumine purpuræ Creſcis, &c. *Stat. 4. ſilu. 5.* Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores. *Ouid. 3. eleg. 7.* Curiaq; & ſancto ſubſellia trita ſenatu. *Areoſt.* Curia cum Patribus fuerit ſtipata verendis. *Ouid. 3. de Pont. 1.*

Curialis flamen: Sacerdos curię ſacrę, qui etiã Curio dicebatur, vndè Curionum familia Romę nobiliſſima proueniebat: Curiata comitia dicebantur, quæ ex ſingulis Curijs conuocabantur. Lege *Gell. lib. 15. cap. 27.*

Epith. Legifera, rigida, litigioſa, patiens ſtrepitus, ſplendens diuite cultu, proxima templis; nam propè curias humanas, ſacræ quoque erant.

CVRIOSITAS.

Studium viſendi. *Virg. 2. Æn.* Studium. *Idem 12. Æn.* Sagacitas: Videndi ardor, cura, deſiderium, &c. Hinc

Curioſus: Sagax: Cupidus: Studioſus, amans, auens, optans, &c.

CVRIVS.

Nomen Romani ciuis exactiſſimæ frugalitatis, & perſpectę fortitudinis, qui vel medicum venale Regis Pyrrhi caput afferentem, remiſit ad Regem, ne pretio à ſe bellum emptum, non autem fortitudine ſua ſuperatum videretur. Primus de Sabinis triumphauit: Pyrrhum eumdem acie victum expulit Italia. V. *Liuium.*

Pauper erat Curius, Reges cùm vinceret armis. *Claud. in Ruf.* Qui pauper vicit Pyrrhum, domuitq; ſuperbos, &c.

CVRRVS, us.

Genericum nomen vehiculorum, quibus olim vehebantur, & adhuc vehuntur noſtri; è quorum nonnullis etiam ſoliti veteres pugnare, vndè falcatorum curruum vetuſtiſſima, & frequens apud hiſtorias vel etiam ſacras mentio; ad quos vel ludicros, vel triumphales, vel opportunos olim iunxere equos, mulos, pardos, ceruos, tigres, elephantos, leones in triumphis; capras, vt *Mart. epig. 52. lib. 4.* in Ædilum; canes, vt de Heliogabalo ſcribit *Lampridius*, & noſtra ætate à quodam ſub pannoſi tegmine, vel ſpectra tartarea ſub canum eorumdem forma. Verùm de curru erudititiſſimè ſcripſit *Valentinus Paſchalis* mihi amiciſſimus, quem lege. Horum variæ ſpecies, vt infra.

Plauſtrum, & Sarracum. *Vitr.* eſt vehiculum, quo onera, & moles vehuntur. Sarracum etiam dici non malè poterit vehiculum baiulorum, quo onera ſubuectant, quod: Vehiculum truſatile ſunt

qui

Digitized by Google

qui nominant: Ploſtrum. *Colum.* pro plauſtro; quo fimus conuehitur: Carrus. *Cic.* Carruca. *Mart.* 3.47.

Vehiculum, & vectabulum; à vectando: Vehiculum meritorium. *Suet.* quod mercede locatur: Vehiculum cameratum. *Vlp.* Arcera. *Gell.* vehiculum vndique tectum, & municum arcendæ aeris iniuriæ, quo ſenes, & ægri portabantur: Lectica, & geſtatorium; idem apud *Suet. & Iuuenalem* ſignificant, quod cameratum vehiculum: Couinus: O iucunda couine ſolitudo. *Mart.*

Pilentum. *Virg.* vehiculum penſile, quo matronæ vehebantur: Carpentum. *Ouid. & Liu.* idem ferè cum pilento: Pilentis matres in mollibus hinc procul addit. *Virg.* Rheda, curriculi genus. de qua perperàm *H. Iunius*, qui non abſimilem facit à Ciſio, cùm ſanè diuerſa ſit, quando hęc quatuor inſideat rotis, vt *D. Iſidorus. & Caſaubonus in Comment. Suet. in Caſ.* 57. eruditiſſimè diſſerit, at Ciſium duabus tantùm conſtet rotis.

Petorritum. *Hor.* Eſſedum. *Idem:* vtrumque vehiculi Gallici genus eſt. aut Belgici, *Virgilio* teſte; *Propertius* etiam Britannis tribuit; neque mirum, nam idem vehiculi genus alijs quoque commune nationibus eſſe poteſt: Ciſium. *D. Iſid.* curriculum duabus tantùm rotis inſiſtens: Curriculum, quo in curſu vtebantur, duabus itidem rotis conſtans. *Hor.* 1. *od.* 1.

Bigæ, arum: Bigis it Turnus in albis. *Virg.* 12. *Æn.* Bijugum. *Ibidem.* Bijugis infert ſe Lucagus albis. *Idem* 10. *Æn.* Bijugi equi: Geſtatus bijugis Regulus eſſet equis. *Mart.* 1. *epig.* 12. Bijuge curriculum. *Suet.* Quadriga: .V. *ſuo loco.*

Currus falcatus, vel ad ſimilitudinem falcis compoſiti, vel ad ſimilem formam, quibus vtebantur in bellis, quem circùm multa pendebant arma, quibus è curru bellator vti potuiſſet; quod innuit *Stat.* 4. *Theb. v.* 220. quem lege: Couinus, pro curru falcato vſurpatur à *Lucano*, quòd eius axes falcibus vtrinque muniebatur, vndè *Silio* dicitur, falcifer couinus. Lege *Pomp. Melam.*

Traha, vel Trahea. *Virg.* vulgò *Treggia:* vehiculi genus abſq; rotis: Tribulum. *Virg.* vehiculum, quo maturę fruges in area teruntur: Straticulum. *Plin.* penſilis vehiculi genus.

Currus partes.

Capſus rhedæ. *Vitr.* locus rhedæ, in quo vector ſedit: Axis. *Virg.* circùm quem vertitur rota: Temo. *Ouid.* lignum, quod ad iugum inter equos excurrit: Iugum: Rota. V. *ſuis locis.* Ferrati orbes. *Virg.* 3. *Georg.* nempè rotæ, quarum orbita eſt ferro circumducta: Epirrhedia, *Vitruuio* dicuntur: Tympanum, quo ipſe currus cooperitur, vulgò *Cielo della carozza.* Et hæ partes aliquando pro toto figuratè vſurpantur pro curru, vt *inferiùs.* Bigarius. V. *Auriga.* Couinarius: qui è couino pugnabat olim.

Synonyma.

Verſant agiles in puluere currus: Grauibus iuga ducere plauſtris: Cęloq; inuectus aperto Flectit equos, curruq; volans dat lora ſecundo. *Virg.* Spolijs oneratos Cæſaris axes: Volat vi feruidus axis: Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotę radiorum argenteus ordo. *Ouid.* 2. *met.* Iungit equos, rapidisq; rotis inſiſtit, &c. Vmbra te reuocat, nec non Albana petentem Appia feruenti ducit ab vrbe rota. *Idem* 1. *Pont.* 9. Si rota defuerit, tu pede carpe viam. *Idem.*

Dignas Aricinos qui mendicaret ad axes, Blandoq; deuexæ iactaret baſia rhedæ. *Iuuen. ſat.* 3. Curre te in Herculeum deportant eſſeda Tibur. *Prop.* 2. ſic dicimus: Vehi curru; conſcendere currum; vectari, ferri, portari, auferri, leuari curru: Necnon: Currum flectere, gubernare, agitare, agere, moderari, regere, & huiuſmodi apud poetas.

Epith. Pręceps, leuis, citatus, volucer, citus, agilis, celer, ſuperbus, ſonans, ſtridens. faginus axis, quernus, acernus, &c.

Verùm quoniam ſæpè fit mentio curruum, quibus Dij vectabantur; vt in promptu ſit quibus animalibus ij traherentur, accipito.

Bacchi currus tigribus, ſiue lyncibus, ſiue pantheris, quia nullum eſt ingenium tàm ferum, quod vino non dometur: Iam Deus in curru, quem ſummum texerat vuis Tigribus adiunctis aurea lora dabant. *Ouid.* Cibeles leonibus: Et iuncti currum Dominæ ſubiere leones. *Virg.* 3. *Æn.* Dianæ currus, ceruis. Iunonis, pauonibus, quòd ijs potiſſimùm abundet Samo, quæ in eius Deæ tutelæ erat: — habili Saturnia curru Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis. *Ouid.* 2. *met.*

Iouis currus aquilis trahebatur: Neptunus equis marinis vehebatur; qui Hippocampæ, ſiue Hippocampi nominantur à flexu caudarum ſic dicti: hinc *Plin. lib.* 37. *cap.* 5. In Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, & Nereides ſupra delphinos, & cete, & hippocampos ſedentes: Illic Ægæo Neptunus gurgite feſſos In portum deducit equos, prior haurit arenas Vngula poſtremi ſoluuntur in æquora piſces. *Stat.* 2. *Theb.*

Pluto, equis nigris; hinc *Ouid.* 5. *met.* Raptor agit currus, & nomine quemque vocando Exhortatur equos, quorum per colla, iubasq; Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas: *idem* refert *Claud.* 2. *de rapt.*

Lunæ currus trahebatur bobus duobus albo, & nigro: Tertia fiſſipedes renouauit Luna iuuencas. *Auſon.* vel etiam equis. V. *Equus.* Auroræ verò equo albo, qui etiam aliquando Lucifero attribui-

Digitized by Google

buitur: Martis binis equis, Thraciis videlicet: quos *Seruius*, aliiq; Terrorem, ac Pauorem appellant, quam hi à *Papinio*, ac *Claudiano* in Martis comitatu ponantur, pro *Seruio* locus eſt *Val. Flacci lib.*3. vbi clarè equi Martis nominantur Terror, ac Pauor: Martis equi biiuges, &c. *Virg.*3. *Georg.*

Oceani currus balęnis: Tritonis, Leucothoe, & Tethidis delphinis.

Saturni, Cererisq; ſerpentibus, ſiue draconibus (& his etiam vſa Medea eſt, ac Triptolemus) — geminis Dea fertilis angues Curribus admouit, frę-niſq; coercuit ora: Atque leuem currum Tritonida miſit in vrbem.

Veneris currum cycni trahebant, vt ait *Horat lib.*3. *od.*28. — quæ Cnidon, Fulgenteſq; tenet Cycladas, & Paphon Iunctis viſit oloribus: & vt ſentit *Virg.* etiam columbæ: Paſſeres quoque, vt teſtatur *Sappho*, teſte *Lambino in Comm. ad Horat. vt ſup.* Lege *Papin.*1.*ſilu. de Venere.*

Pallas equos albos, vel potiùs equas albas, ad currum alligabat; hinc *Stat.*2. *Theb. in fin.* Qua te biiugo temone frementem Intemeratarum volucer rapit aais aquarum? Phœbus olores ad currum habebat, cùm non pro Sole ſumitur: Mercurij currus coruis: Nemeſis gryphibus trahebatur: de curru Solis paullò poſt.

Qui verò non habebant currus, ſiue equis vehebantur, vt Caſtor, & Pollux, ſiue alis, vt Cupido, vtebatur; vel talaribus vt Perſeus, & Mercurius.

Solis verò currus, quem poetæ fabulantur à Vulcano factum ſummo quidem magiſterio, ac arte elaboratum, quatuor trahebatur equis; de quibus V. *Equus*. Deſcribitur autem Solis currus ab *Ouid.* 2. *met.* elegantiſſimè in initio, quem lege.

Currus ignifer: Phœbeia plauſtra: Eſſeda Phœbi: Ignifera iuga lotis flagrantibus. *Sen. in Med.* Ignifer axis. *Ouid.*2. *met.* Iugum Solis: Solita.]; iugum grauitate carebat. *Ibidem*. V. *Equi Solis*.

Triumphantis currus trahebatur equis albis quatuor; verùm creſcente luxu, etiam leones, elephantos, tigres, & huiuſmodi feras cicuratas ad currus alligatunt; de quo lege *Alex. ab Alex. in Genial. dieb.*

Superbi axes auro fulgentes: Illa ducis facies in curru ſtantis eburno. *Ouid.* Currus victor. *Idem.* Quadriiugi equi. *Tib.* V. *Quadriga.*

Epith. Superbus, inſignis, pictus, auratus, aureus, eburnus, triumphalis, Capitolinus, laureatus.

CVRSVS, us.

Decurſus, us. *Virg.*12.*Æn.* Procurſus. *Ibidem.* Curriculum, fig. *ex Hor.*1.*od.*1. Spatium, *Virg.*10.*Æn.* Campi ſpatia. *Idem* 3.*Georg.* Concurſus. *Idem* 1.*Æn.* Iter: Et peragat cœptum dulcis vt annus iter. *Ouid.*1.*faſt.* — validis potui decurrere plantis Siſteret vt nullas cura citata labor. *Areoſt.* Rapidus greſſus. *Sen. in Oedip.* Lapſus: Vt fluminum lapſus, nempè curſus aquæ. *Hor.*1.*od.*12. Certamen curſus. *Catull. Argon.* Sic pęlia curſus: Stadium. figur. nam propriè ſpatium curſui deſtinatum dictum fuit ſtadium: Celebrata inueni ſtadia. *Sen. in Thyeſt.*3.

Subito collem conſcendere curſu: Curſu feſtinus anhelo, &c.

Epith. Rapidus, pręceps, celer, ſubitus, concitus, vagus, properus, volucer, pernix, agilis, alacer, ardens, effuſus, repentinus, pronus, citatus, lymphatus, aliger, cliuoſus, &c. Hinc

CVRSOR.

Pede feruidus. *Virg.*12.*Æn.* Ille pedum melior motu. *Idem* 7.*Æn.* Velox, pernix homo: Validæ ad curſus certamina plantæ: Eſt quibus in celeres gloria nata pedes. *Prop.*3.*eleg.*7. Quiq; pedum curſu pręuertit feruidus auras: Qui ventos ſuperat curſu: Rapidis qui fertur paſſibus.

Qui volat ocyor Euro, qui curſu tranſmittit auras; hyperbolicòs: Emicat ante alios, iamq; hos curſu, iam pręterit illos: Pernicibus ignea plantis Tranſit equum curſu.

Ladas; Alexandri Macedonum curſor tanta pedum velocitate, vt veſtigia eius in arena non apparerent; vndè ſtatuam meruit apud Argos in templo Veneris Nicophoroniæ: meminit *Mart.*3.*epig.*61. *ad Claſſicum:* Quid ſi per graciles vias Petauri Inuitum iubeas ſubire Ladam? *Idem lib.*11.

Camilla; de cuius pernicitate *Virg.*7.*Æn.* Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret, &c. Atalanta, de qua *Stat.*10.*Theb.* — quis Męnaliæ Atalantæ Neſciat egregium decus, & veſtigia cunctis Indeprenſa procis? Atha, de quo *Mart. lib.*6. *epig.* Ante leuem curſu vincere quæris Atham.

CVRTIVS.

Pręnomine Marcus adoleſcens Romanus, qui ſe pro ſalute patriæ Diis manibus deuouit; vndè ſeſe in ingentem terræ hiatum ex improuiſo in foro exortum cum armis, & equo pręcipitem dedit. Lege *Liuium, cæteroſq;*.

Curtius & mediis, quem quondam ſedibus vrbis Deuotum bellis conſumpſit gurges in vnda. *Virg in Cul.*

CVRVVS, a, um.

Curuatus: Incuruatus: Recuruatus. *Ouid.*2.*met.* Flexus: Incuruus. *Ter.* Procuruus: Littora procurua. *Virg.*5.*Æn.* Recuruus: Pronus: Preſſo ſpinæ curuamine flecti Incipit, &c. *Idem.* Continuo in ſiluis magna vi flexa domatur In burim, & curui formam accipit vlmus aratri. *Idem.*

CV-

CVSPIS. V. *Mucro.*

CVSTODIA.

CVSTOS.

Cuſtos: Vt fido ſua ſub cuſtode relinquat. *Mant.* Prçſidium. *Hor.* Tutela: Rerum tutela mearum Cùm ſis, &c. *Idem 1. epiſt. 1.* Cura. *Ouid. 6. met.* Nutricis fides. *Ibidem:* quæ plerumque infida ſolet eſſe: Defenſor. V. *ſuo loco.*

Portarum vigiles. *Virg. 2. Æn.* *Sentinelle.* Vigilans in limine: Fidus ad limina cuſtos: Prçbenda vigil cuſtodia vallo: Excubans ante fores, ad poſtes: Veſtibulum ſeruans. *Virg.* Armatoſq; vident ſtantes in limine primo. *Idem 2. Æn.* Omnis per muros legio ſortita periclum Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tenendum eſt. *Idem 9. Æn.*

Pomis diuitibus prçpoſitus draco. *Sen. in Herc. fur.* Vindex, figur. Vindice decepto aurum miſiſtis, &c. *Ouid. 7. met.* — cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat, facies quæ limina ſeruet? *Virg.* Excubiæ. V. *ſuo loco.* Pro carcere. V. *Carcer.*

Epith. Peruigil, fida, vigil cuſtodia.

Epith. Fidus, ſedulus, vigilans cuſtos.

CVTIS.

Vix habeo tenuem quæ tegat oſſa cutem: Pellis. V. *ſuo loco.* Cutis partes ſunt: Pori, qui etiam dicuntur; cuticularis meatus; inuiſibilia foramina; caulæ. *Lucret.* Rugæ. V. *ſuo loco.*

CYANE.

Nympha quædam Sicula, quæ cùm Plutonem Proſerpinam ſecum ad inferos aſportantem cohibere voluiſſet, ab eo contempta, eo dolore fuit oppreſſa, vt in fontem ſui nominis conuerſa fuerit: qui Anapi fluuio commixtus iuxtà Ortygiam inſulam in mare labitur. Vel ſecundùm *Plutarchum.* Cyane puella fuit Syracuſana, quæ ex oraculo patrem, ac ſeipſam mactauit, vt ſedaretur peſtis. V. *Inceſtus:* qua ſedata Syracuſani diuinos ei honores decreuerunt; ac perennem, ac maximum fontem ab eiuſdem nomine appellarunt, qui propè Syracuſas eſt, ſacerq; Proſerpinæ, quod apud illum fontem rapta fuerit. Dicitur autem hæc nympha ab Anapi fluuio amari, quòd ſimul iuncti in mare defluunt.

Eſt medium Cyanes, & Piſçæ Arethuſæ. *Ouid. 5. met.* Cyanes æquor. *Ibidem:* in quod influit. Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas. *Ibidem.* Anapi coniuncta nympha: Coniux Anapis: Fons Cyanæus: Cyanæa vada. *Stat. 5. Theb.* Aquæ Cyanes: Quàq; ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis. *Ouid. 3. de Pont.*

Lacus Cyanes, ſtagnum, &c. Lacum etiam ex hoc fonte fieri referunt.

CYANEÆ.

Contra Thracium Boſphorum inſulæ duæ paruæ, quæ etiam Symplegades dicuntur, quas eo tempore, quo illac Argo prima nauis tranſiuit mobiles, ſimulq; concurrere fabulati ſunt *Poetæ:* poſteà verò immobiles eſſe factas. Hç maris Pontici aditus claudere videntur, inter quas media ipſa Argo nauis mutilata ſumma puppis parte non ſine periculo, prçmiſſa Phinei monitu viæ duce columba tranſiuit.

Hinc iter ad Ponti caput, erranteſq; per altum Cyaneas, furor his medio concurrere ponto. *Val. Flacc.* Hac precor euincat, propulſaq; fortibus auſtris Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas. *Ouid. 1. triſt. 9.* Cyaneæ cautes. *Iuc. 2. & Val. Flacc. 1.* Inſtabiles Ponto terræ: Cyanei ſcopuli. *Sen.* Cyaneæ iuga. *Val. Flacc. 6.*

Symplegades: Altera namque parat Symplegadas ire per altas, Scindere Biſtonias altera puppis aquas: — illa, quæ pontum Scython Symplegas arctat hinc, & hinc vinctas manus Diſtendat alto, cumq; reuocata vice In ſe coibunt ſaxa, quæ in cçlum exprimunt Actis vtrinque rupibus medium mare Ego inquieta montium iaceam mora. *Sen. in Herc. fur.* Symplegada inſtabilem vitant duo littora nautæ. *Prop. 2. eleg. 26.*

Cyaneæ ruinæ, ideſt tempeſtates. *Mart. 7.* Syndromides, etiam dictæ: Concurrentes per æquora terræ: Finguntur autem concurrentes hæ duæ inſulæ, quòd non multum à ſe diſtantes nauigantibus, dum tumet mare, modò disiungi, modò coire videantur: Qui medijs incurrere in vndis Dicuntur montes. *Ouid. 7. met.* Cùm duo montes clauſtra profundi Hinc, atque illinc ſubito impulſu Velut ætherio gemerent ſonitu. *Sen. in Med. v. 343.*

CYATHVS.

Phiala: Gemma, fig. pro ipſo calice: Gemma bibat, nempè gemmato cyatho, ſiue è gemma. *Virg. 2. Georg.* Calix. V. *ſuo loco, vbi plurima.*

CYBELE.

Cybeles, vel Cybelis in genit. ſic dicta à Cybelo monte Phrygiæ Deorum omnium (quos cæci veteres coluerunt) mater, varijs etiam nominibus appellata, *vt infra in ſynon.* Hæc quondam vrbis Midæ clauſæ muros capite ſubleuaſſe fingitur, atque ita ingreſſa: Vel quod ipſa prima dederit vrbibus turres, vel quòd ipſa illas teneat, extollatve cum terræmotibus concutiuntur. Hæc filia Protogoni, vt canit *Orpheus*, Saturno nupſit, cui filios peperit multos. Curru dicitur vehi à leonibus vecto, turribus caput circumamicta, vndè Mater turrita: Dilexit Atyn. V. *Atys.* In huius honorem ſolemnia fiebant ſacrificia per Gallos Sacerdotes, quos Druydas dicebant, & Corybantes, de quibus V. *ſuo loco.* Porca illi litabatur: nec non etiam cor, generationis ſcilicet cauſſa, quod ipſa tanquam terra generet vniuerſa. Templum

au-

autem nullum peculiare ab initio habuit, ſed ſimulacrum tantùm, quod adamuſſim depingit Arnobius. Varias fingunt fabulas: *Diodorus Siculus* ſcribit: Cęlum ex Tiræa coniuge ſuſcepiſſe liberos quadragintaquinque, filias autem duas, Rheam, & Opem: Rheam ætate, & prudentia pręſtantiorem in gratiam matris fratres omnes educaſſe, ideò dictam matrem Deûm; nupſiſſeq; Hyperioni fratri, ex quo Solem, & Lunam genuerit, qui cum ſcelere auunculorum interijſſent aliquando: ipſam in furorem verſam, cum tympanis, cymbaliſq; terram ſuæ ditionis peragraſſe, moremq; eiuſmodi poſt illius fatum remanſiſſe. Alia item ab eodem narratur fabula, ad quem cupidos remitto. Demùm huic Ludi Circenſes, ac Megalenſes ſacri. V. *ſuis locis: & Martius menſis.*

Cybelle, dicitur etiam *Virg.* 10. *Æn. & Claud.* Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem. V. *Almon:* Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit Almon, Lętaq; iam Cybele, feſtæq; per oppida tędæ. *Val. Flacc.* 8. Enthea mater: Cum ſecutus vlulat matris Entheæ Gallus, &c. *Mart.* 5.42. ſic dicebantur Sacerdotes Matris Deûm, qui Prid. Kal. April. quotannis ipſius ſimulacrum cum carpento, quo vehebatur, in Almone lauabant. Lege *Ouid.* 4. *faſt.*

Berecynthia. V. *ſuo loco*. Phrygia mater. *Virg.* 7. *Æn.* Phrygia Dea: Cybeleia mater. *Ouid.* 1. *de art.* Deûm genitrix. *Virg.* 2. *Æn.* Alma parens Deûm. *Idem* 10. *Æn.* Idęa parens: Flebit & Idęæ feſta parentis erunt. *Ouid.* 4. *faſt.* Cęleſtum mater. *Ibidem*. Genitrix fœcunda Deorum. *Ibidem*. Dea magna. *Ibidem*. Diuûm mater. *Ibidem*. At grandæua Deûm pręnoſcens omina mater.

Mater turrita. *Ouid.* 10. *met.* Turrita Dea. *Prop.* 4. *eleg. vlt.* Turrigera mater: Ille Phryges lucos matri penetralia cędit Turrigeræ. *Stat.* Turrigera Dea. *Ouid.* 4. *faſt.* At cui turrigera caput eſt onerata corona. *Ibidem*. Turrigeram frontem Cybele redimita coronis.

Ops. *Virg.* 11. *Æn.* Ideæ currus ille ſequatur Opis. *Tibull.* Rhea. *Ouid.* 4. *faſt.* Bona Dea; ſic enim bonam Deam, de qua *ſuo loco* diximus, nonnulli exiſtimarunt; alij tamen diuerſam faciunt: Nota Bonæ ſecreta Deæ. *Iuuen.* Pylenis Dea; à loco.

Mygdonia mater; à loco, vbi colebatur; ſiue quòd Mygdonia Phrygiæ prouinciola ſit, vel illi adnexa: Mygdoniæ Pan iuſſa ferens ſęuiſſima matris. *Val. Flacc.* Peſſinuntia Dea, ab vrbe Peſſinunte, vndè eius ſimulacrum Romam fuit adductum, vt *Ouid.* ſcribit *in faſtis*.

Dyndimene. *Mart. & Hor.* 1. *od.* 16. Non Dyndimene, non adytis quatit Mentem Sacerdotum incola Pythius Non liber æquè, non acuta Sic geminant Corybantes æra: Dindymi (p.c.) domina Entheata. *Catull.* Dyndimos mons eſt in Phrygia. V. *Phrygia*. Dyndimena domina: Simul ite Dyndimenæ dominæ vaga pecora. *Catull.* quòd in ijs montibus ipſa coleretur: Dyndimia mater. *Apoll. Argon.*

Ædem habebat Cybele in Ida Phrygiæ monte, quæ pulcrè deſcribitur à *Claud.* 1. *de rapt.* Sic ait, & fuluis ſerpentibus attigit Iden: Hìc ædes auguſta Deæ, &c. In ſacris autem huius Deæ homines ſuo ſanguine litabant, vndè *Ouid.* Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos: cultris enim feriendo brachia ſanguinem emittebant, dum circùm aras illius orgia celebrabant.

Epith. Mater ferarum, Idæa, cultrix Cybeli, turrita, turrigera, Phrygia, ſancta, alma parens, Dea priſca, &c.

CYCLAS. V. *Veſtis.*

CYCLADES.

Inſulæ in Ægæo mari circùm Delon earum clariſſimam ſitæ, ſic dictæ, quòd circularem figuram repręſentent; poſt quas Sporades ſunt ſparſim, & ſine ordine; vndè & nomen acceperunt. Quinquaginta tres dicuntur eſſe numero, quarum nobiliorum ſubijcicmus nomen, & ſiquid aliud obſeruatione dignum.

Icarus, vna ex Cycladibus, quæ etiam Macris dicta, à qua mare Icarium putant aliqui denominatum, & hæc Nycaria etiam. Cythnos, à Cythno primo habitatore appellata; & hæc Dyropis etiam dicta: Aſtypalæa, cuius meminit *Sen. in Troad.* Aſtypaleia regna. *Ouid.* 7. *met.* Andros, ſiue Andrus Euboeæ adiacens: vndè primam ſuam comœdiam nominauit Andriam *Terentius*. Automate, quę etiam Hiera, ad ſimilitudinem alterius inter Æolidas inſulas.

Delos. V. *ſuo loco.* Mycone, & Myconus, inſ. quæ abeſt à Delo quindecim millibus paſſuum, in quà mons Dimaſcas appellatur, ſub quo gigantum nouiſſimos ab Hercule mactatos iacere fabulantur. Populi Myconij, qui quòd paſſim calui reperiantur, nomen caluis per adagium indiderunt ſuum. Errantem celſo Gyaro, Myconeſq; reuinxit. *Virg.* 3. *Æn.* Seryphos. V. *ſuo loco.*

Melos, quam variè *Coſmographi* locant: nam inter Sporades aliqui; ſed *Pomponius* inter Cycladas enumerat: inter Cretam, & Sunium Achaiæ promontorium; quæ etiam Zephyria, & Byblos à Byblijs Phœniciæ populis, qui primi inſulam incoluerunt. Peparethos, inſula ex Cycladibus. Patage, forſitan ſic dicta à chlamydis ſimilitudine: Oliaros, haud procul à Paro inſula.

Paros. V. *ſuo loco*. Patmos, quæ triginta millibus paſſuum in circuitu conſtare dicitur à *Plin.* Hæc Sanctiſſimi Ioannis Apoſtoli exilio illuc à Do-

mitiano relegati ad lapides effodiendos; necnon Apocalypſi quam ipſe inibi cęlo reuelante ſcripſit, eſt celeberrima. Rhenia, p. prod. Delo adeò vicina, vt aliquando ambæ inſulæ catenis fuerint à Polycrate Samiorum tyranno connexæ. *Thucyd.* 1. *&* 3. *Belli Pelop.* Dia. V. *Naxos.*

Scyros. V. *ſuo loco.* Syphnus, quæ etiam Ænoa, Eroopia appellatur inſula exigua inter Cycladas: Syros. *Steph.* inſula Ioniæ Aſiæ regioni oppoſita: Thaſos, quamvis apud Græcos Thaſſos dicatur vitibus optimis clara; vndè *Virg.* 2. *Georg.* Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Thera inſ. ex Cycl. ex qua profecti ſunt Therei, qui Cyrenem in Africa condidere: & hæc Calliſta dicebatur. Hinc *Callimachus:* Nomine Calliſto fuerat, ſed poſtmodò There Dicta fuit tellus vrbis origo meæ; *ex Strab.* ipſe Cyrene loquitur.

Synonyma.

Placet ire per altas Cycladas, &c. *Stat.* 1. *Achill.* Hic vbi ingenti modo ſub procella Cycladæ Pontum timuere motæ. *Sen. in Thyeſt.* Exiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent. *Ouid.* 2. *met.* Cycladum littora, arenæ. ſpumæ, fluctus, &c. Sparſæ per æquor. *Virg.* Nitentes ſpumoſæ inſulæ, fulgentes. *Hor.*

CYCLOPES.

Sic dicti à circulari oculo, quem ingentem, & vnum in fronte illis *Poetæ* affinxerunt, qui dicuntur fuiſſe Vulcani miniſtri, qui in Ætna, ſiue Vulcania fulmina Ioui per aquilam miniſtranda cudebant, fabricabantq́;, quorum inſigniores fuere Brontes, Steropes, Pyracmon, quorum meminit *Virg.* 8. *Æn.* Fuerunt autem gigantes, ſiue maioris ſtaturæ populi antiquiſſimi in Sicilia iuxtà Ætnam, qui omnium primi æris cudendi rationem inuenerunt; & indè Vulcano tamquàm artis repertori fuerunt tributi adminiſtri. In ea inſula Cyclopum antra eximiæ magnitudinis viſebãtur: & vndè eorum ſeptem à Prœto Rege ad Tirynthem vrbẽ muniendam accerſiti ſcopulis, magniſq́; molibus vſi fuerunt in ſtructuris ædificiorum, qui primi etiam turres erexerunt, vt putanit *Ariſtoteles.* Vndè quicquid magnitudine mira videbatur erectum, Cyclopum manu dicebatur fabricatum: ſic *Stat.* 1. *Theb.* — campoſq́; & celſa Cyclopum Tecta ſuperiecto, &c. Arces Cyclopum. *Ibidem.* — aeriamq́; educere molem Cyclopum ſcopulos vltra, atq; audacia ſaxa Pyramidum, &c. *Idem* 5. *ſilu.*

Monoculi, vnum enim tantùm oculum habebant. Vulcano famulantes: Vulcani miniſtri: Ætnęi fratres. *Virg.* Genus Cyclopum. *Idem.* Quibus eſt vnius luminis vſus. *Ouid.* 4. *met.* Vnum qui fronte gerunt lumen. Manus Cyclopum. *Idem* 1. *met.*

Polyphemus, vnus ex Cyclopibus. V. *ſuo loco.* V. *Gigantes.* Pro Pyragmone Arge eſt apud *Heſiodum,* qui hos Cęli, Terræq́; filios fabulatur: Aſterope, pro Sterope apud *eumdem.* Acmonide, pro Pyracmone apud *Ouidium* Gaſterochire dicebantur illi ſeptem, qui ſuo alebantur artificio.

Quos interfecit Apollo: nam quòd fulmen fabricaſſent Ioui, quo Æſculapius interijt; ipſe ſagittis illos de medio ſuſtulit. V. *Apollo.* Immania monſtra. *Virg.*

Epith. Infandi, vaſti, alti, horrendi, agreſtes, immanſueti.

CYCNVS.

Cuius variæ ſunt apud authores fabulæ. Fuit enim Cycnus Neptuni filius. qui cùm à patre dono accepiſſet nullo poſſe ferro vulnerari, Achillis impetum (pro Teucris enim pugnabat) expectare auſus eſt, à quo ſæpiùs necquicquam haſta percuſſus cùm ferri acies illius corpore retunderetur, tandem ab eodem arreptus, ac ſublimè elatus ſtrangulatus eſt. Quem cùm Achilles ſpoliare vellet, arma ſine corpore fuiſſe relicta animaduertit: Nam eum in auem cycnum pater iam conuerterat. Alij autem dicunt in hanc auem conuerſum Cycnum Stheneli filium Liguriæ Regem Phaetonti, & materno ſanguine, & ſumma beneuolentia deuinctum. Qui cùm relicta Liguria ad Padi ripas veniſſet, ibiq́; à ſororibus Phaetonti corpus ablui reperiſſet, conſanguinei caſu deflcto, in auem ſui nominis fuit commutatus; quæ ignes peroſa aquas ſibi elegit incolendas. Aliæ narrantur de Cycno fabulæ ab *Hygino,* quem lege *cap.* 34.

Primi ſynonyma.

Proles Neptunia cycnus. *Ouid.* 12. *met.* Satus Neptuno: Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide, ſed qui Nereaq́; & natas, & totum temperat æquor. *Ibidem.* Neptuni filius ex Ceyce: Ceyce natus. *Ibidem.* Neptunius iuuenis: Aut Neptunium Cana nitentem perculit iuuenem coma. *Sen. in Troad.* 2. Niuea proles æquorei Dei. *Idem in Agam.*

Alterius ſynonyma.

Ligurum Rex: Stheneli filius, genitus, &c. Stheneleius iuuenis: Stheneleia proles. *Ouid.* 2. *met.* Phaetonti cognato ſanguine iunctus. Qui Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes; *ex eodem.*

CYCNVS auis.

Qui etiam Olor. De his narratur, eos in ſuam inuicem ſæuire ſpeciem, ac inter ſe deuorari; Morituros ſuauiter canere, quod tamen certo experimento adhuc non probatur: nonnulla ſunt enim communi tamquam adagio vſurpata: quæ ſi traderentur experientiæ falſa eſſe comperirentur, vt de adamante hircino ſanguine liquefieri, de cycnis,

nis, & de huiuſmodi: Poetis tamen dicitur.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipſe ſui. *Mart.* 13.69. *& lib.* 9. *epig.* 43. Nec ſoli celebrant ſua funera cycni. *Stat.* 2. *ſilu. Pſittac.* Qui moriens canit exequialia funera: Candidas ales modò mouit alas Dulcior vocem moriente cycno. *Sen. in Hipp.*

Veneri ſacer ales, & Apollini: hac autem de cauſſa Veneri ſacer eſt, quòd eius currum cycni quoque trahere dicantur. V. *Currus Deorum*. Molles agitat Venus aurea cycnos. Apollini verò tamquam vaticinij Deo, quòd mortem ſibi præuideat, ex qua tamquam bonum aliquid accepturus cum cantu, ac voluptate moriatur, *Cicerone* teſte.

Fluminea auis. *Ouid.* 1. *eleg.* 3. Et quam fluminea luſit adulter aue: de Ioue in cycnum conuerſo, à quo Leda corrupta: Callidus in falſa luſit adulter aue. *Idem*. Anſer Amyclæus. *Virg. in Ciri*: anſerem pro cycno, quòd eiuſdem ſunt ſpeciei; Amyclæum ob cauſſam dictam ſuperiùs. V. *Leda*. Flumineus ales. *Ouid.* Fluminea volucres. *Idem* 2. *met.*

Aues littoreæ. *Virg.* 12. *Æn.* quòd ament littora. Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cycni. Cayſtrius ales; à flumine Cayſtro. V. *Cayſter*. Vtq; iacens ripa deflere Cayſtrius ales Dicitur ore ſuam deficiente necem. *Ouid.* 5. *triſt.* 1. Turba ſonans agminis aligeri. *Virg.* 12 *Æn.*

Alba auis. *Ouid.* 10. *met.* Albas flexit aues: de Venere loquitur, quæ curru cycnis tracto (vti diximus) vehi dicitur: quod etiam innuit *Hor.* 3. *od.* 28. Albus ales: Iam iam reſidunt cruribus aſperæ Pelles, & album mutor in alitem Superna naſcunturq; leues Per digitos, humeroſq; plumæ. *Idem* 2. *od.* 20. Niueus grex volucrum; è *Stat.* 3. *Theb.* Ales niueus; *ex Virg.*

Proles Sthenelcia: Proles Neptunia. V. *ſup. in fabulis*: pro cycno ſumi poteſt: Hyrie genitus. V. *Olor*. Auis Phaetontis: Rex Ligurum, &c. Ales canorus.

Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni Cùm ſeſe è paſtu referunt, &c. *Virg.* At cycnus liquidis per prata recentia riuis, Riparumq; toros niueus argenteus alis Rimatur noſtro latices, & amœna canoros Emittit per colla modos, aut remige penna, Alternatq; choros, & cantu nubila plaudit: deſcript. Cycnus in augurij nautis gratiſſimus ales: Cycnus olorini, duxq; decuſq; chori. Ipſe, qui cœlum, nebulaſq; ducit Candidas ales modò mouit alas Dulcior vocem moriente cycno. *Sen. in Hipp.*

Epith. Flumineus, Cayſtrius, Neptunius, vagus, ſonorus, raucus, amans flumina, demulcens ſidera cantu.

Eſt etiam Cycnus inter aſtra, de quo V. *Hyginum*. Surgens vagus æquore cycnus.

CYDIPPE.

Puella quædam, de qua hæc narrantur. Profectus ad ſacra Dianæ, quæ in Delo inſula ex frequenti virginum conuentu celebrabantur, iuuenis quidam Acontius nomine in amore viſæ puellæ, quę Cydippe dicebatur, nobiliſſimę quidem excaluit. Sed cùm illam ob generis imparitatem non auderet in ſuum amorem ſolicitare nouam commentus fraudem in pulcherrimo pomo huſce duos verſus ſcripſit: Iuro tibi ſanè per myſtica ſacra Dianę Me tibi venturam comitem, ſponſamq; futuram: atque illud ad pedes puellæ proiecit, quæ fraudis inſcia, cùm imprudens legeret, viſa eſt vxor eſſe Acontij facta: Nam quæ ante Deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata eſſe debere lex erat. Cùm autem paullò poſt pater huiuſce rei inſcius illam alij deſponderet, ſubita febri correpta eſt; cui ægrotanti Acontius ſcripſit epiſtolam, quæ inter *Ouidianas Heroidas* perlegitur; qua perſuaſa puella in Acontij vota contra paternam voluntatem condeſcendere maluit.

Nil tua Cydippe facta pudoris habent. *Ouid. epiſt.* 19. Acontij ſponſa: Quæ inſcia in vota mariti Ignoti iurauit: Quidq; vir eluſa virgine laudis habes. *Idem epiſt.* 20.

CYDON.

Inter Cretæ vrbes olim celeberrima, quæ nunc Canea dicitur; olim Apollonia dicta, tum Cydon à Cydone Apollinis, & Acalidis filiæ Minois: ibi tela, ſiue ſagittæ fiebant optima; vndè *Virg.* — torquere Cydonia cornu Spicula, &c. *eclog.* 10. & dè optimi iaculatores: Cydones populi dicti ſunt, & vrbis incolę: Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit. *Idem* 12. *Æn.*

Cydonia arbos, quæ poma generat aurea, & *Cotogni* vulgò appellantur; ſic à Catone prius denominata, quòd indè fuerint aduecta.

Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris. *Q. Seren.* Cydonia poma, mala: Cydonij fœtus: Cotoneum malum: Cana mala tenera lanugine. *Virg.* 2. *Georg.* Lanugo autem eſt mollis lana eiuſdem pomi, necnon aliorum ſimilium, vt Perſicorum, &c. Hinc Malum lanatum dicitur *Plinio*.

Malum Strutheum; maius, & odoratius Cydonium. *Dioſcor.* Chryſomelum, eſt cotoneum inclinato ad aurum colore: Struthea. *Plaut.* Struthiomela, forſitan quòd ouum ſtruthionum colore, & craſſitudine imitentur: Græca vocabula: Maiora Cydonia poma.

CYLLARVS.

V. *Equorum inſignium nomina*.

CYLLENE.

Mons Arcadiæ Mercurio dicatus, quòd ibi natus eſ-

Digitized by Google

ſe diceretur; vndè & Cyllenius, & Cyllenia proles. V. *Mercurius:* ſic autem dictus fuit mons à Cyllene Nympha, Lycaonis Pelaſgi, & Deianiræ filij vxore: vel vt *Pauſanias*, à Cilleuo elati filio.

Iugum Cyllenes. *Ouid. 5. faſt.* Et cum Cyllene gelidi ſpineta Lycæi. *Idem 1. met.* Cyllenia ſilua, ſaxa. V. *Arcadia.*

Epith. Gelida, cupreſſifera.

CYMBA.

Cymbula, diminut. Parua cymba: Progredimur paruis per littora proxima cymbis, Quarum perfugio crebra pateret humus. *Rutil. in itin.* illas intelligit, quas vulgò *Filuche* dicimus: Nauicula: Non ideò pelago debet ſe credere, ſiqua Audeat exiguo ludere cymba lacu. *Ouid.* Adunca cymba, *Gondola*; — cymba ſedet alter adunca.

Arundo, pro cymba. V. *Arundo.* Baris, apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadauera ad ſepulturam vectabant: hinc *Prop. 3.* Baridos, & contis roſtra Liburna ſequi. V. *Nauis.*

Epith. Ferruginea, ſutilis, celeris, concaua.

CYMBALVM.

Inſtrumentum æreum, concauum, tinnulum, in Matris Deorum ſacris vſurpatum.

Æs Corybantium: Æra Corybantia. *Virg. 3. Georg.* Æraq; taurinos ſonitu vincentia pulſus. *Stat. 2. Theb.* Cymbalûm, pro cymbalorum dixit *Catull. in Aty.* V. *Muſica inſtrumenta.* Fundet ad Idæos cymbala rauca ſonos.

Epith. Æreum, cauum, concauum, Corybantium, ſplendens, ſonorum, raucum, Berecynthium; crepitans, raucos edens ſonos.

CYMINVS. V. *Etruria lacus.*

CYNOSVRA.

Eſt locus Arcadiæ, vndè minor Vrſa nomen accepit. V. *Arcadia: Calyſto: Vrſa ſidus.* Plerumq; tamen ſumitur pro ipſo ſidere.

Magna, minorq; fera, quarum regit altera Graias, Altera Sidonias vtraque ſicca rates. *Ouid.* Maior Pelaſgis, apta Sidonijs minor: à Sidonijs enim obſeruatur in nauigatione, cùm nobis à maiore lumine minus abſorberi videatur. Namque Helice Graios, Tyrios Cynoſura per altos Dirigit, &c.

CYNTHVS. V. *Delos.*

CYPRVS.

Inſula in mari Mediterraneo, Ciliciæ, Syriæq; obiecta, quondam nouem regnorum ſedes, varijs quidem nominibus appellata, *vt infra in ſynon.* Cyprus autem dicta à Cypro Cyuaræ filio, vel à cypero flore, ſiue arbore inſulæ propria. Ad ortum eſt mare Syriacum, & ſinus Iſſicus, vulgò *Golfo di Laiazzo:* ad occaſum mare Pamphylium, ad meridiem Ægyptium, ad ſeptentrionem aſperam Ciliciam ſpectat. Habet in circuitu quadringenta, & viginti ſeptem millia paſſuum, in longitudine verò ducenta. Ingrato quidem, ac inſalubri vtitur vt plurimum aere, ob ſtagna tetrum vaporem exhalantia, fertilis tamen eſt mirum in modum. Incolæ viri pariter, ac fœminæ in libidinem, laſciuiamq; omni æuo mirè proni, vndè olim Veneri inſula ſacra, quæ indè Cypria, & Cypri potens Dea appellata fuit. Inter cętera metalla æs fœcundiſſimè progignit, ibiq; primùm creditur inuentum; tantaq; olim diffluit copia, vt Cyprus ærosa dicta fuerit. Ibi quoque ex pilis caprarum pannus conficitur, cui *Ciambelloto*, noſtra ætas nomen dedit. Diuiſa fuit quadripartito in Salaminam, Paphiam, Amathuſiam, & Lapithiam. Quindecim habuit prçclaras vrbes, quæ nunc maiori ex parte interiere: Harum clariſſimæ fuere.

Paphos. V. *ſuo loco.* Palępaphos. V. *Ibidem.* Salamis: Amathus. V. *ſuis locis.* Amathus autem fuit etiam Spiridionis ſanctiſſimi viri Epiſcopatu celebris. Amathuſia regna. Amathuſia mœnia, &c.

Idalion; oppidum, cui propè nemus Idalium Veneri dicatum, vndè & ipſa Idalia nuncupata; cuius & meminit *Virg. 1. Æn.* At oppidum ab euentu nomen accepit. Nam cùm oraculum Chalcedoni datum eſſet, vt illic vrbem conderet, vbi primum orientem Solem conſpicaretur; vnus è comitibus, qui fortè adſtabat ad eum conuerſus, Ἴδε, inquit, ἥλιον; ideſt: Vide Solem. Quo audito Chalcenor arripuit omen, ibiq; ciuitatem ſtatuit, quam Idalion dixit: Hæc *Steph.* Vrbs ipſa quoque Veneri ſacra. Idaliæ domus. *Stat. 1. ſilu. 2.*

Golgi, orum; locus in Cypro Veneri, & Cupidini ſacer, cuius meminit *Catull. in nuptijs Pelei:* Sancte puer curis hominum, qui gaudia miſces, Quiq; regis Golgos, quiq; Idalium, &c.

Nunc autem caput regni eſt Nicoſia; ſecunda ab hac Famaguſta, vulgò *Famagoſta*, eadem forſitan, quæ olim Salamis, notiſſima obſidione vltima Turcarum, qui inſulam à Venetis, qui in eam per plurimos annos dominabantur, armis eripuerunt; tertia Ceraunia, vulgò *Cerines*. Cæterùm *Por.* Cato Cyprias opes Romam inuexit, quæ res latius ærarium Pop. Romani, quam vllus triumphus impleuit.

Montes.

Olympus, vndè Lycus, & Lapethus, ſiue Pediæus auerſo ſiquidem curſu profluunt Dinaretum: Promont. vulgò *Capo S. Andrea*. Acamanta, vulgò *Capo S. Epifanio:* & hic locus Acamanthis dicitur *Steph.* & pro tota Cypro apud *Plin.* Achamanthis reperitur.

Synonyma.

Cypria tellus. *Ouid. 10. met.* Cypria regna: Littora Cy-

Digitized by Google

Cypri. *Luc.lib.*8. Tellus Veneris. *Mant.* Vrbes Veneris. *Ouid.* 10.*met.* Inſula ſacra Diones Formoſæ natæ; nempè Veneri Dionęæ: Veneri grata humus. *Idem* 1. *de Pont.*4. Veneri, Neptunoq; ſacra tellus: Linquitur Æmoniæ regio, & Neptunia Cyprus.

Achamanthis, dos. *Steph. & Plin.* Ceraſtis, Aſpelia, Macara, Cypros, Colinia dicta fuit olim. eodem *Plinio* teſte, Cypros inſula: Et mare, quod lato fęcundam gurgite Cyprum Alluit. &c. Cinyræ regnum: nam hic Cinyra pater Adonis. & Myrrhæ regnaſſe dicitur; hinc: Cinyreides, fœminæ, & Cinyreis turba, dicuntur Cyprij ab *Ouid.* 10. *met.*

Epith. Fœcunda, opima, Cythereia, æquoreis vndis tellus circumflua, Neptunia, opima, æris ferax.

CYRENE, es.

Siue Cyrenæ, arum, inſignis vrbs Libyæ inter Mareotidem. & Zeugitanam prouinciam ſita, quam Battus Thereus condidit. V. *Battus*: tum ſic dicta à Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Africæ partem tranſtulerat. A Thereis igitur condita fuit Cyrene; ex qua clariſſimi exiere viri Ariſtippus Philoſophus, Areta eius filia, quæ ſucceſſit Scholæ, Ariſtippus huius filius, qui appellatus eſt Matrodidactus, ideſt doctus à matre, Anniceris, Eratoſthenes, Callimachus inſignis elegiographus: Carneades nouæ academiæ princeps Chryſippi ſtudioſus, Zenonis confutator, alijq; plurimi: vndè *Cic.* Cyrenæi videntur mihi minimè contempti philoſophi. Hinc totus ille Libyæ tractus inter Africam prouinciam. & Libyam Marmaricam dicitur Cyrenaica regio, ſeu Pentapolitana, quod quinque inſignes vrbes ſub ſe haberet; nempè Beronicen, Arſinoen, Ptolemaidem, Apolloniam, & Cyrenen.

Doctaq; Cyrene, &c. *Stat.* 5. *ſilu. in Patris epicad.* Cyrenæa littora: Cyrenęæ aquæ: Et Cyrenæas vrna miniſtret aquas. *Prop.* Cyrenæi viri, populi, ſophi, &c. Cærula Ariſtæi genitrix. *Ouid.* 1. *faſt.* 370. hic autem intelligit Cyrenen Nympham, à qua denominata vrbs, quæ Apollini peperit Ariſtæum. V. *Ariſtæus*.

Acabis, opp. Cyren. regionis: Herculis turris, opp. Barce, vna ex quinque Cyrenaicæ regionis vrbibus, ita primùm dicta à Barce regina; poſteà Ptolemais appellata, vt teſtantur *Strabo lib. vlt.* & *Plin.* 5. *cap.* 5. & hinc pop Barcæi: Hinc deſerta ſiti regio, lateq; furentes Barcæi — *Virg.* 4. *Æn.* Barcęæ arenæ, Barcæa littora: Filia Penei Libycis benè nota per vrbes Laſerpitiferæ. *Catull.* quòd ibi frequentiſſimè naſcatur laſer.

CYRNVS. V. *Inſularum nomina*.

CYRRHA.

Phocidis oppidum in Helicone monte ad Lyſam Apollini ſacra ob templum illi inſigne; qui & indè Cyrrhæus dictus fuit; vbi dabantur reſponſa; haud procul ab Aganippe fonte. V. *Aganippe*.

Cyrrhæum iugum. *Claud. in præf. in Ruf.* Campi Cyrrhæi, montes, ſcopuli. *Stat.* 1. *Theb.* Ardua Cyrrhæ ſaxa: Aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ: ideſt Apollo. *Idem* 3. *ſilu.* Si ſtagna perij Cyrrhæa bicorni Interfuſa iugo. *Idem* 1. *Theb.* Iamq; ardua Cyrrhæ, Pollutamq; ſuo deſpectat Phocida buſto. *Idem* 2. *Theb.* Non Cyrrha Deum promiſerit antro Certius. *Idem* 3. *Theb.* Cyrrhęi in limine templi. *Idem* 2. *Theb.*

CYRVS.

Cambyſis filius, ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum, Medorumq; rex: qui primus (vt *Iuſtinus lib.* 1. ſcribit) deuicto Aſtyage auo materno rege Medorum, ipſorum potius imperio ad Perſas tranſtulit, & Aſia ſubacta totum orientem in poteſtatem redegit. Lege *Herodotum*, & *noſtram Annalium priſcorum ante Chriſtum natum Epitomen*. Hic cùm Scythis bellum intuliſſet, primo prelio victor, cùm ſe in intimas earum regiones intuliſſet; in anguſtiori loco redactus à Tomyri, ſiue Thamyri Scytharum regina, cuius filium ipſe nimis inhumaniter iuſſerat occidi (cùm in eius manus incidiſſet) inſidijs compoſitis cum ducentis Perſarum millibus trucidatus eſt. Caput verò Cyri ad reginam allatum iuſſit in vtrem humano ſuorum militum ſanguine redundantem immergi: Satia, inquiens, te ſanguine, quem ſitiſti.

Quem Tomyris deuicit, &c.

CYTHERON.

Saltus in Bœotia Muſis ſacer. & Baccho, vndè *Virgilius*.... Bacchi Orgia, nocturnusq; vocat clamore Cytheron. Apud quem Bacchę Pentheum diſcerpſerunt; in quem confugit Antiopa ſoluta vinclis; vbi peperit Amphionem, Zetumq; Baccho autem mons ſacer dictus, quòd ibi natus eſſe credebatur: ante enim Anonymus mons erat, ſed cùm deinceps ob Bacchi ſacra citharis frequenter perſonaret dictus fuit Cytheron: Hinc *Ouid.* 4. *met.* — vbi feſtus facienda ad ſacra Cytheron Cantibus, & clara Bacchantum voce ſonabat.

Saxa Cytheronis: Cytheronis arces. *Prop.* 3. *eleg.* 13. Niuoſum iugum Cytheronis. *Sen. in Oedip.* Plaga Cytheronis. *Ibidem.* Cytheronis iuga. *Idem in Herc. fur.* Silueſtria trucis antra Zeti: vbi ab Antiope fuit enutritus agreſti more: Natusq; ad ſacra Cytheron. *Ouid.* 2. *met.* — abrupta qua plurimus arce Cytheron Occurrit cęlo. *Stat.* 1. *Theb.*

Ipſe

Ipſe etiam gaudens nemoroſa per auia ſanas Impulerat mentes Baccho meliore Cytheron. *Stat.* 2. *Theb.* Stupet inſolito clangore Cetheron Marcidus,&c. *Idem* 8. *Theb.*

CYTHERA, æ.

Et Cythera,orum: inſula olim Porphyris. *Plin.* & Porphyruſa *Euſtath.* dicta à marmoris porphyretici copia, quo eius montes abundant; vel à purpura concharum, hodie *Cerigo*. Eſt prima maris Ægæi inſula ad occaſum è regione ſinus Laconici. Diſtat à Malea promontorio Peloponneſi 5. millia; & in circuitu patet ipſa ſexaginta. Oppidum habet eiuſdem nominis, ac multos portus, ſed parum tutos: atq; circa ipſam inſulam ſparſi ſunt complures ſcopuli. Sacra Veneri fuit;vndè Cytherea ipſa cognominata,& Cythereis. V. *Venus.*

Cythereia littora. *Ouid.* 10. *met.* Cythereia tellus. Aquæ Cytheriacæ: Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. *Idem* 3. *faſt.* ad illam enim inſulam primùm è mari nata concha dicitur perueniſſe.

Cythera, vrbs inſulæ, quæ ſic dicta fuit à Cythereo Phœnicis filio, vndè & tota denominata inſula. Abundat conchis, vndè: Leuior & conchis Galle Cytheriacis. *Mart.* 2. *epig.* 47.

CYTHEREA. V. *Venus.*

CYTHORVS.

Mons eſt Paphlagoniæ buxo abundans, ſic dictus à Cytoro Phryxi filio. *Strab.* & *Steph.*

Cythorium iugum. *Catull.* 3. *epig.* Cythor. *Ibidem.* Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cythorum. *Virg. Georg.* Etenim in monte, & in Amaſtriano agro plurima, atq; optima buxus naſcitur, teſte *Strabone:* & *Plinius* ait: Buxus Pyrenæis, & Cythoro montibus plurima,ac Berecynthio tractu: Eademq; arbor,teſte *Theophraſto*, plurima etiam in Olympo Macedoniæ monte, maximaq; ac pulcherrima in Cyrene:Mons Cythoriacus:Vtq; Cythoriaco radium de monte tenebat. *Ouid.* 6. *met.* nempè pectinem buxeũ. V. *Buxus: Pecten.*

CYZICVS.

Vrbs. & inſula Propontidis, quæ Arcton aliquando appellata; dicta verò Cyzicus à Cyzico filio Æneï filij Apollinis vno ex Argonautis, quo à Iaſone interempto, vxor illius Clite ab arbore ſe ſuſpendit. Hinc Cyziceni pop. à *Val. Flacc.* dicti ſunt Æneadæ: Oſtrea Cyzicena commendantur *Plinio*. Apud vrbem fons eſt Cupidinis, ex quo qui potabant amorem deponebant, vt tradit *Plin.* Hinc à *Pontano in eleg.* ad depellendum amorem, dicitur Cyzicea mox te tinge aqua.

Propontiacis hęrens oris: Æmoniæ nobile gentis opus. *Ouid.* fuit enim nobilis arce, mœnibus, portu,turribusq; marmoreis,vndè, vt inquit *Florus*, Aſiaticas oras vehementer illuſtrauit.

Carcer Cyzicenus. V. *Carcer, vbi multa.*

D

DACIA.

In Europa regio inſignis Romanorum bellis ſub Traiano Cęſare,qui Decembalum eorum regem ſuperauit, clara. Hæc à nonnullis Vvalachia creditur eſſe, ab alijs Tranſiluania: potiſſimùm tamen populos continet, qui ſunt trans Danubium. Nam quæ cis Danubium eſt, & ipſi Daciæ adſcribitur,Mœſia vocatur. V. *ſuo loco.* Vndè communiter Dacia vocatur quicquid eſt regionum intra Pontum Euxinum,Thraciam,Gręciam,Dalmatiam,Pannonias, & Sarmatias. Regio ſiquidem rerum omnium feraciſſima;preſertim frumenti,quod Traiani nummus teſtatur, in quo Ceres erecta, dextera tenens cornu Amalthèæ, lęua tabellam cum hoc titulo: Abundantia Daciæ. Nec non metallorum ferax auri eſt, argenti, ac cęterorum. Varijs fuit dominata nationibus Scythis,Vngaris,Saxonibus,alijsq;. Populos habuit incolas Iazyges, Metanaſtas,Getas, Baſtarnas, Sarmatas, Græcos,Romanos,Scythas, Saxones, Pannonios. A Romanis ſub Traiano deuicta, & in prouinciæ formam redacta eſt. Nunc magno Principi Tranſiluaniæ, Vaiuodis paret, ac Turcis.

Prouinciæ.

Mœſia ſuperior,& inferior. V. *ſuo loco.* Tranſiluania, Vvalachia, & hæc maior, quæ alio nomine Moldauia, & minor, quæ Vvalachia dicitur.

Tranſiluaniæ Vrbes primariæ.

Cibinium, vulgò *Hermanſtat*. Corona, ſiue Stephanopolis: Biſtricia: Segeſuuana, vel Sciburgium: Medieſus: Zabeſus: Claudiopolis; diuerſa ſiquidem ab illa, cuius meminit *Plin.* in Cappadocia.

Alba Iulia; regia potiſſimùm Bethlehemi Gaboris Principis,cuius nunc familia in illa regione principatum obtinet; cuiusq; populi Græcanicum ferè ſequuntur ritum, & Schiſma: Tarmin. oppidum, quod olim clariſſimum Regis Decebali regia fuit, tempore Traiani; & alia minora oppida.

Vvalachiæ Vrbes.

Soczaua; Vaiuodæ, qui à Turcarum dependet arbitrio,ſedes:Margozeſtum: Tariſto:Targouiſcum, ſiue Toruis; alterius Vaiuodæ ſedes: Dembrouitza,& Braila,opp.

Ad extremam Vvalachiæ oram ſita eſt regiuncula Beſſarabia nuncupata,in qua oppida primaria ręcenſentur:Kilium:Gineſtra:Chermenium.

Flu-

Fluuij.

Tibiſcus,qui mediam ferè Daciam interfluit: Sauus, flunius inſignis: Tyra flunius illam à Ruſſia diuidens:Moroſſus:Alua: Sabeſus,fluuij:Chryſus,ſiue Chryſolorus,auri fragmenta quandoque ſeſquipedalia trahentes amnes.

Hercynia ſilua multis feris abundans; de qua V. *ſuo loco*: in Dacia tamen terminat,quæ originem habet ab Heluetijs,ſiue à Germania. De Dacia libellum peculiarem edidit *Paullus Manutius* vir ſiquidem ſui ſeculi eruditiſſimus.

Synonyma.

Regna Daci: Dacica, ſiue Dacia regna· Deceballi ſedes,imperium,regnum,&c. Terræ Dacum: Senſere terræ te Dacum feroces. *Sen. in Oedip.* Qui ſparſos agitant Dacas. *Idem in Thyeſt.* — & attoniti vidit domus ardua Daci. *Stat.* 1. *ſilu.* 1. Quos affluit Iſter: Danubium enim incolunt; qui illic Danubij nomine depoſito,Iſter deinceps dicitur.

Populi.

Daci: Moldaui; qui ab occaſu Pannonijs; à ſeptent. Rutenis proximi Dacis reliquis commiſcentur. Getæ. V. *ſuo loco.* Cieuli:Sarmates. V. *ſuo loco.* Bendaueſij,Albocenſij, &c.

DÆDALION.

Luciferi filius Ceyci frater, qui filiam habuit Chionem,quæ cùm iam ex Mercurio Autolycum, ex Apolline Philammonem genuiſſet,Diana ſe formoſiorem iactauit;à qua illi procax lingua ſagitta fuit transfixa, vndè periit; cuius morte Dædalion tantum concepit dolorem, vt in eodem rogo cum filia comburi voluerit: verùm à propinquis vetitus, Parnaſſum montem, veluti à furijs abactus petijt,ex cuius vertice ſe præcipitem dedit; ſed Apollo filiæ eius, quam pellicem habuerat non immemor, eum antequam decideret, commutauit in accipitrem; de quo V. *ſuo loco.* Lege *Ouid.* 11.*met.*

Ceycis frater: Illo genitore creatus. Qui vocat Auroram,cæloq; nouiſſimus exit. *Ouid. vt ſup.* Nomine Dædalion vir. *Ibidem.* Illius virtus gentes, regesq; ſubegit, Quæ nunc Thisbeas agitat mutata columbas: nempè accipitres, quæ columbas potiſſimùm inſectantur. *Ibidem.* Chiones pater.

Autolyci auus; nam Chione mater Autolyci, qui Vlyſſis fuit maternus auus:& hic furandi,& peierandi aſtu Mercurij munere facilè omnes homines ſuperauit, vt ſcribit *Homerus.* Parnaſſum incoluit, & Neæram in matrimonio ſibi coniunxit,teſte *Pauſania in Arcadicis*, qui *Ouidio*, Verſuta propago, dicitur: Furtum ingenioſus ad omne.

Philamonis auus, ex eadem cauſſa; nam hic frater fuit Autolyci, & Thamyræ pater. Cùm ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto Fecit auem,& ſubitis pendentem ſuſtulit alis: Eſt nunc accipiter nulli ſatis æquus in omnes Sæuit aues. *Ouid.* 11.*met.*

DÆDALVS.

Eupalæmi,& Metiaduſæ Atheni enſium, ſeu (vt alij ſcribunt) Metini filius ex Iphione. Hic à Minerua architecturam edoctus fuiſſe dicitur: ſed cùm Perdicem ſororis ſuæ filium eiuſdem artis opificem per inuidiam de ſummo tecti faſtigio præcipitaſſet,pœnarum metu ſolum vertit,fugitq; in Cretam. Sunt qui tradant eum non Perdicem, ſed Telen puerum admodùm,diſcipulum ſuum, quod excogitaſſet. Vtvt eſt ob artis excellentiam in Minois Cretæ Regis amicitiam adſcitus eſt,cuius iuſſu ad ſimilitudinem illius Ægyptiaci ſtatim ei in Creta labyrinthum conſtruxiſſe dicitur. Indè Paſiphae Reginæ familiarior factus, eidem,quo pacto incluſa ligno cum tauro (cuius illa amore capiebatur) conſueſceret, rationem commonſtrauit. Quo comperto, iratus Minos Dædalum ad ſupplicium quæri iuſſit. At ille primum Icaro filio ſuo ex Neucrate Cretenſi ſerua deindè ſibi fabricatis alis, pennisq; cera iunctis in Siciliam fugit ad Cocalum Regem: Icarus interim cera Solis calore liquefacta, in mare decidit, & nomen Icario mari fecit. Minos autem Dædali fuga accepta eum bello perſecutus eſt, ac in Siciliam ingreſſus à Cocalo hoſpitio fuit acceptus, cuius filiæ in thermis aquam calidam illi ſuperfundentes (quod Dædalo ob artis præſtantiam, ingeniiq; dexteritatem benè cuperent) ibi eum ſiue vapore aquæ, ſiue æſtu,ſiue alio modo interfeciſſe dicuntur; cuius corpus Cretenſibus fuit redditum ſubitæ mortis prætextu; quòd dum fortè lauaretur, imprudenter in aquam feruidam lapſus repentè fuiſſet exanimatus. Dædalus verò indè in Campaniam delatus ſtructo inſigni magnificentia templo propè Cumas Apollini monumentum fugæ ſuæ (ex parieti alis appenſis) ibi dedicauit. Athenis natus Dædalus, ibi ſtatuas ligneas primus,vel inter primos excogitauit,quæ aſpicerent,ambularent,& ſpirare viderentur: ex familia fuit Erechthidarum (*Diodoro* teſte) Tela nauibus ſuſpendere primus docuit, & remorum vſum. *Ouid. lib.*8.*met.* & *Virg.*6.*Æn.* meminere de Dædalo,quos lege.

Icari pater:Auctor labyrintheus;ſiue labyrinthi. V. *Labyrinthus.* Arte Mopſopia potens; nempè Athenienſi,vbi ingenia florere videbantur. *Sen. in Hipp.* Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo. Hymetionis filius; ſic alij narrant, eumq; non in Siciliam,ſed in Sardiniam volatu deueniſſe, & illinc in Cumas; ſed certior opinio prima eſt,quam ſupra memorauimus:Callidus medium ſenex Dædalus librans iter nube ſub media ſtetit alitem expectans ſuum. *Idem in Oedip.*

Dæ-

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Ouid. 8. met.* vbi fabulam longiùs exequitur. Artificum ſtupor æternus, quem docta, potensq́; Miratur natura virum: Dædalus implet Innumeras errore vias, vixq́; ipſe reuerti Ad limen potuit, tanta eſt fallacia tecti. *Idem 8. met.* de labyrintho loquitur: Dædaleam repetens pennam: ipſum ſcilicet Dędalum, qui ex Creta auolauerat. *Sil. It. lib.* 14.

Epith. Callidus, doctus, Cecropius, ingenioſus, faber, volucer.

DÆMON.

Et dæmones, vocabulum latè ſumptum apud priſcos: Dæmon enim, ſciens, ab illis dicitur, & dæmones ſcientes, ſapientesq́; ſic *Plato*, ſic *Socrates*, *aliiq́;*. A noſtris verò Patribus idem vocabulum in malam ſumitur partem. Libet autem *D. Iſidori* verba referre *ex 8. etymolog.* Dæmonas, inquit, à Græcis dictos aiunt, quaſi dæmonas, ideſt rerum peritos, ac pręſcios: pręſciunt enim futurorum multa, vndè & ſolent reſponſa aliqua dare. Illis quidem ineſt rerum cognitio pluſquam infirmitatis eſt humanæ, partim ſubtilioris ſenſus acumine, partim experientia longiſſimæ vitæ, partim per Dei iuſſum Angelica reuelatione. Hic corporum aeriorum natura vigent, ante transgreſſionem quidem cęleſtia corpora gerebant, lapſi verò, in aeriam qualitatem conuerſi ſunt, nec aeris illius puriora ſpacia, ſed iſta caliginoſa tenere permiſſi ſunt, qui eis quaſi carcer eſt vſque ad tempus iudicij. Hi ſunt pręuaricatores Angeli, quorum diabolus princeps eſt, &c. Hactenus ille: Dæmones à Latinis Genij vocati ſunt; Lares à *Cicerone*; domini vitæ à *Maandro* (ethnicè enim diſſerebat) Manes, & Lemures ab alijs: Nos verò illis omiſſis nominibus, de quibus etiam *ſuo loco*, ſynonyma dicemus malis Genijs, ſiue Cacodæmonibus attributa.

Stygium armentum. *Claud. 1. de rapt.* Pecus Stygium: Manus noctipotens haud ignara nocendi. *Vida*. Gens inferno ſubmiſſa barathro. *Idem*. Lucifugæ peſtes: Lucifugi cœtus, varia, atque bicorpora monſtra: Vulgus nubiuagum: Populus infernæ Stygis. *Sen. in Oedip.* Tartarei proceres (ſi maieſtas id requirat nominis in carmine) Lucifugi fratres: Ditis feri exangue vulgus. *Idem in Oedip.* Populus Ditis: Cornigeræ phalanges Auerni.

Monſtra Erebi. *Stat. 4. Theb. v. 533.* vbi plura, his poſſis pt aptari: Bicornia monſtra Pube tenus hominum facies verùm hiſpida in anguem Deſinit ingenti ſinuata volumine cauda: Tartarei miniſtri; dracones: Peſtes Tartareæ: Infernæ acies: Inferni lictores: Vmbrarum potentes: Nigræ cohortes: Nigrum grex. *Hor. 1. 24.* Vmbrarum reges. *Stat. 5. ſilu. 3.* Vmbrarum proceres: Infernæ cateruæ. *Tib. 1. eleg. 1.*

Phalanges diræ, infernæ, Stygiæ, Tartareæ: Imperij nigri comites: Celſo delapſæ ex æthere gentes: Rebellantes ſuperi: Ciues Erebi: Alumni Stygij, Tartarei, inferni: Portenta barathri.

Plutonis legatus: Plutonius miniſter: Infernus raptor. *Claud. 1. de rapt.* Stygius veterator: Serpens vafer: Oeſtrum Tartareum: Hoſtis hominum: Inferni monſtroſa lues auidiſſima ſemper, Et ſemper ieiuna Deo infenſiſſimus hoſtis: Inuentor ſcelerum: Veterisq́; doli fabricator, & auctor: Infernus hoſpes; *ex Sen. in Hipp.* Tyrannus infernus. *Ibidem*.

Satanas, prima, & ſecunda longa ſecundùm Hebraicæ dictionis naturam; quamvis nonnulli ex recentioribus breuient: ſed tutiùs producerem. Hoſtis Stygius, infernus, Acherontæus, noctipotens: Humani nominis hoſtis: Dis, tis: Pluto. *V. ſuo loco.* Ditis implacabile numen. *Sen. in Oedip.* Lucifer, ſed per catachreſin, ſeu per antitheſin. Vmbrarum arbiter. *Idem in Thyeſt.* Artes cui mille nocendi: Immanis tortor Auerni: Moderator Auerni. Quærens rapido quem deuoret ore. Tartara nigra colens: Miſeræ deceptor ſubdolus Euæ.

Gens nigra Auerni: Nigrum genus: Gens implacabilis Orci. *Mant.* Immunda malorum Agmina ſpirituum — Nituntur recto captas abducere mentes: Cocythide gente ſuperbus; *ex eodem.* Angues Auernales, Phlegetontæi: Plutonia turba, gens, acies, &c. Beſtia bella mouens humanis mentibus.

Dæmon paredrus, apud *Tertullianum*, dicitur ſpiritus familiaris.

Epith. Malignus, fallax, impius, horrendus, ſæuus, peruigil, ferox, dirus, malus, ſuperbus, &c.

DÆMONIACVS.

Nempè qui à dæmone malo poſſidetur: elegantiore voce.

Energumenus, *Spiritato*. Vexatus dæmone ſæuo. *Arator.* Obſeſſus furijs. *Vida.* Lymphatus, quaſi in furorem actus ob aliquod ſpectrum viſum. V. *Lunaticus*. Pythonis ſtimulis agitatus: Infernoq́; agitatus ab œſtro: Talis recurſat huc, & huc motu effero Furoris ore ſigna lymphati gerens. *Sen. in Med.* Turba per vrbem Pręcipiti lymphata gradu — *Luc. 1. Pharſ.* Stygia tyrannide preſſus: Corpora Auernali nimium poſſeſſa Tyranno.

DALMATIA.

Regio eſt Illyrica ad mare Adriaticum Liburniæ occaſum verſùs contermina, quam ita nuncupari nonnulli volunt à Dalminio, ſiue Delminio oppido; vel vt *Quadratus* apud *Steph.* à Dalmo. Potentiſſima fuit olim armis, opibus, ſituq; nimium confidentior: quam primus omnium in Ro-

Romanorum poteſtatem redegit L. Metellus, qui indè Dalmaticus dictus fuit. Vndè originem traxit Diocletianus Cęſar omnium pręteritorum in Chriſti fideles tyrannorum immaniſſimus, qui ſi feritate ſua natale ſolum dehoneſtauit, eò nobilius reddidit S.S. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris, ac Caij Pontificis Max. eiuſdem Diocletiani patruelis exortus. Aurifodinis eouſq; prouincia abundauit, vt metallum Dalmaticum nonniſi aurum intelligatur. V. *Aurum*. In hac notiores ad littora

Vrbes.

Siccum: Sebenicum. *Ptol.* vulgò *Sebenico*, ſitum eſt in Sardonico ſinu in conſpectu erumpentis freti ad montis radicem, vbi eſt arx. Tragurium, à continenti paruo euripo ſeparatum: Spalatum, quod etiam Salena, vel potiùs Salona Dalmatarum natale infrequens penè ob Turcarum viciniam: Harona: Oxæum: Epidaurus. V. *ſuo loco*. Rizinum: Budua: Olchinium, ante Colchinium dictum, nunc *Dolcigno*. Liſſus.

Quæ intra plagam mediterraneam.

Scodra, vulgò *Scutari*, Turcarum emporium haud ignobile: Dalminium, ſiue Delminium, vel Dalmium: Catarum: Cliſſa, vltima Venetorum oppugnatione celebris: Stridon D. Hieronymi patria, ſuo tamen tempore à Gothis diruta, quæ tamen Pannoniæ confinis erat.

Synonyma.

Dalmatiæ fines. *Claud.* Montanæ brachia Dalmatiæ. *Ouid. 2. de Pont. 2.* Illyrica humus. *Idem in opuſc.* Dalmaticus mons: Dalmatico quod monte nitet. *Stat. 3. ſilu.* nam in Dalmatia plurimum auri effodiebatur; vndè & *Plinius*: vt nuper in Dalmatia principatu Neronis ſingulis diebus tellus etiam quinquagenas libras auri fundens: Aurifera terra: Felix auriferæ colone terræ. *Mart. 10.* Illyris humus, terra, &c. Dalmatici colles, ſaltus, &c. V. *Liburnia: Illyria*.

DAMASCVS.

Vrbs Syriæ nobiliſſima, vndè Damaſcena, ſiue Damaſcene regio eſt circa Libanum ſacris paginis celebrata, vel ob loci fertilitatem, vel ob Hebręorum propinquitatem, ad quam ipſi tamquam ad emporium ibant: propè quam colliculus eſt eiuſdem nominis duobus fructibus maximè nobilis, prunis ſcilicet, & myxis: de quibus *Aetius*: quæ etiam myxaria dicuntur, vulgò *Sebeſten*, vel potiùs *Monza*, à quibuſdam Adami ficus dicta; ex earum enim folijs, quæ ingentia ſunt, credunt incolæ Adamum pudenda ſibi primùm cooperuiſſe, aliorum quoque fructuum regio eſt ſanè feraciſſima. Sita in campo plano ad ſeptentrionem terræ promiſſionis vltra Libanum montem, vt *ſuperius* diximus, qui inter ipſam, & Cæſaream Philippi interiacet, ſublimibus muris circundata, firmiſſimiſq; portis. Arcem habuit munitiſſimam, quam quod Florentinus quidam inſtaurauit in marmore vrbis inſignia ſcilicet lilium ipſa habuit. Celebris vrbs vel ob Doctoris gentium conuerſionem, propè quam ipſe in alium virum mutatus fuit. Multis poſſeſſa dominis: nunc Turcarum Tyranno oppreſſa. Fluuiolos habet Abonam, & Pharpharam, & Chryſorrhoan.

Damaſceni agri: Damaſci mons, ſaltus. Libanotis vrbs, quod propè Libanum: Prata Damaſci, mœnia, muri: Quod ramis pia gèrminat Damaſcus. *Stat. 1. ſilu.* v. phaleuc.

DAMÆ.

Differunt à capreis ſolis cornibus, quæ antrorſum habent incuruata.

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum, Imbelles damæ quid niſi pręda ſumus? *Mart. 13.* Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Agreſtes ſupereſt tibi figere damas.

Epith. Timidæ, pauidæ, agreſtes, fugaces, leues, pręcipites, errantes ſpatioſa per ęquora campi.

DAMNVM.

Detrimentum: Exitium: O nimis exitio nata theatra meo. *Prop.* Fraus, pro damno. *Virg. 10. Æn.* Diſpendia. *Idem 3. Æn.* Pernicies. *Hor. 2. od. 13.* In nepotum perniciem, opprobriumq́; pagi: Malum. *Ouid. 6. met.* Crimina noxia. *Virg. 7. Æn.* Iactura: Iacturæ pondus, onus, &c. Iacturæ damna: Noxa: Ite procul fraudes, aliò ſint aere noxæ. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Epith. Triſte, grande, flebile, acerbum, irreparabile, graue, ingens.

DAMNATVS.

Scilicet qui ob commiſſa crimina inferorum pœnis eſt addictus.

Non me impia namque Tartara habent, triſteſq; vmbræ. *Virg. 6. Æn.* Sontibus vmbris transcripti: Gens deuota alti æternis fornacibus Orci. *Mant.* Inferna ſede receptus. *Ouid. 3. met.* Inferno damnes Æace iudicio. *Prop. 2. 15.*

Deteſtabilis vmbra. *Sen. in Thyeſt.* Quicumque pœnas lege fatorum datas Pati iuberis. *Ibidem.* Qui in atrum abijt carceris inferni cubile; *ex eodem*. Igneo cinctus freto. *Ibidem.* — quiſquis exeſo iaces Pauidus ſub antro: quiſquis anidorum feros Rictus leonum, & dira furiarum agminal mplicitus horres: quiſquis immiſſas faces Semiuſtus abigis. *Ibidem.* Graditur ad infernos ſpecus, amnemq́; notum. *Ibidem.*

Sontes animas qui pœnis regitis. *Stat. 1. Theb.* Stygio damnatus Auerno: Stygium damnatus ad Orcum: Addictus flammis infernis, &c. Stygijs data pręda cauernis: Traditus æternis pœnis: Quem manet inferno pœna luenda loco: Æternum triſtes damnatus ad ignes: Qui fiet Stygijs grata rapina

pina focis:Quaſq; tenet ſedes noxia turba coles. *Ouid.in Ibin.* Noxiæ animæ. *Sen.in Thyeſt.* Æterno infelix qui carpitur igne: Qui patitur Stygias ob crimina pœnas. V. *Infernus*.

DAMNOSVS.

Perniciofus, exitioſus, noxius, obnoxius, qui eſt damno,detrimento,iacturæ,&c.

DANAE.

Filia fuit Acriſij Abantis filij XIV. Argiuorum Regis ex Euridice Lacedæmonis filia, qua adulta ſcitatum miſit Acriſius oracula, num ſibi maſculus ſuſcipiendus fuiſſet, cùmq; nullam ſibi maſculam prolem ſuſcipiendam didiciſſet oraculo, ſed ab eo,quem filia peperiſſet, interimendum; domum reuerſus thalamum æreum in media ædium aula ſub terra fabricandum curauit, in quo filiam cum nutrice ita ſeruabat incluſam, vt nequis ad illam vir ingredi poſſet. Iupiter verò puellæ amore,& pulcritudine captus in auri guttas conuerſus ex tecto per impluuium deſluens, à virgine ſinu fuit exceptus (nempè à Ioue nummis aureis corrupta virgine, ſiue nutrice tamquàm ſtupri mercede, vt inquit *Lactantius*) quæ Perſeum ſuo tempore enixa eſt, qui à matre, ac nutrice clàm Acriſio fuit educatus. Cùm verò iam ad tertium,quartumve ætatis annum perueniſſet puer, vocem illius ludentis audiuit Acriſius, qui vehementer iratus filiam, ac nutricem accerſiuit,qua interempta, filiam cum filio in arcam includi,& in mare demergi iuſſit. Sed arca à Dyćti piſcatore Seriphio inuenta,ac regi Polydectæ tradita, cùm ambo viui reperti fuiſſent, Danaen ob pulcritudinem Rex violare voluit;at illa renuente,Perſeum tamen infantem educauit; & ad Gorgones debellandas iam adultum miſit, quibus ſuperatis reuerſus ille,& Gorgonis capite oſtenſo Polydecten (memor iniuriæ in matrem) conuertit in ſaxum. Danae verò cum filio in Æthiopiam delata,ibidem ſuum diem obijt. V. *Perſeus: Acriſius*. Sunt qui dicant Perſeum, & Danaen non à Polydecte,ſed à Dyćti (qui vtriſque cognatus erat ſanguine, vt reſciuit qui eſſent) educatam fuiſſe. Alij referunt,arcam illam, in quam fuerant incluſi ambo, non ad Seriphum inſulam,ſed ad Italiã delatam, ibi à piſcatore inuentam fuiſſe,quam cùm aperuiſſet,puerum cum matre inuentum Regi obtulit, qui eam ſibi fecit vxorem, quæ etiam Ardeam condidiſſe dicitur à *Strabone*.

Incluſam Danaen turris ahenea,Robuſtæq; fores,& vigilum canum Triſtes excubiæ munierant ſatis, &c. *Horat.3.od.16.* Acriſioneis,dis. *Virg.7.Æn.* à patre: Iupiter admonitus nihil eſſe potentius auro Corruptæ pretium virginis ipſe fuit. *Ouid. 3.eleg.7.* Perſei genitrix:Si non Acriſium virginis abditæ Cuſtodem pauidum, &c. *Hor.3.16.* Aureus idem fluxit in imbri; quo imbre conceptus Perſeus. *Sen. in Oct.* Et Danae culpata ſinus. *Stat.6.Theb.*Et turribus aureus intres:vt *ſuperiùs in Hiſt. Idem 1.Theb.* Et virgo fului decepta cupidine nimbi: Quam fuluo deluſit Iupiter auro.

Epith. Acriſionęa,formoſa,pulcra,auro deluſa,facie ſpectabilis.

DANAI. V.*Græci*.

DANAVS.

Beli Priſci filius, qui cùm ex pluribus coniugibus quinquaginta filias ſuſcepiſſet, illas Ægyptus eius frater, cui totidem erant filij,poſtulauit in nurus. Verùm Danaus oraculi reſponſo comperto, ſe manibus generi moriturum volens periculum euitare, conſcenſis nauibus (quas ipſe primus oſtendit, cùm anteà nonniſi ratibus nauigaretur,inuentis à Rege Erythra in mari Rubro; nam Iaſon longa naui primus in Colchos traiecit) Argos venit, vbi regnauit, nomenq; dedit Græcis,qui ab illo Danai vocati fuere. Indignatus autem Ægyptus, eò quòd ſpretus eſſet, filios cum exercitu ad illum oppugnandum miſit, hac lege, vt nonniſi interempto Danao redirent ad ſe, aut filiarum eius connubia iniſſent. At ille obſidione coactus, filias ſe daturum ſpopondit: ſed puellæ accepto à patre gladio, vt iuſſæ fueraut,prima nocte,cùm iuuenes vino, lętitiaq; calentes ineuitabili ſopore tenerentur, vnaquæq; ſuum iugulauit; Hypermneſtra excepta, quæ Linoſiue Lynceo marito ſuo miſerta pepercit, ſuaſitq; vt ad patrem Ægyptum delecto facinore quam primùm fugeret: ſed cùm Danaus ſponſarum pater ab omnibus perfectum facinus intellexiſſet, prçterquàm ab Hypermneſtra eam crudeliſſimè vinctam in carcerem ſeruandam tradidit. V. *Hypermneſtra*. Qui tandem ab eiuſdem Hypermneſtræ viro trucidatus eſt.

Belides. *Stat.6.Theb.* Belidæ fratres. *Ibidem.* Beli filius: Danaeiaq; regna,Argos intelligit,vbi primus regnauit Danaus.

Fuit etiam alter Danaus Iaſij Argiuorum Regis filius,qui *Stat.1.Theb.* Iaſides,nuncupatur.

DANAIDES. V. *Belides.*

DANIA.

Amplum ſanè regnum, valdèq; populoſum, vulgò *Danimarca*, ſic à primo eorum Rege Dano nuncupata, vt aliqui dicunt: alij tamen referunt Daniam veterum Cimbrorũ ſedem fuiſſe, in quam è Scandria,qui nunc illam incolunt,venere. Demùm Dania duobus tantùm locis continenti iuncta eſt, quam à mundi plaga occidua Oceanus Germanicus ab ortu Solis mare Balthicum litus ambit;ad ſeptentrionem Noruegia, & Suecia; ad meridiem Holſatia, Megalopolis, & Pomerania obtenduntur; quæ in creberrimas inſulas,

las, & diſunctiſſimas diſtribuitur, vt *inferius*.
Tres autem potiſſimùm continet plagas, ſiue regiones: hæ ſunt

Iutia, quam Iutæ populi incoluerunt poſt Cimbros. Cimbrorum ſedes: Cimbrica Cherroneſus; nempè Cimbrica peninſula: Cimbri, pop. Cimbrorum minæ. *Prop.* 2. 1. Nodalbingia, quæ inclytum Sleſuicenſem ducatum continet: Holſatia; hinc populi Holſatij.

Scania, prouincia Sueciæ contermina, quam Scandiam, & Scandinauiam *Plinius* vocat; & hęc tria ampliſſima regna continet, Noruegiam, Suediam, & Gothiam: olim inſulam putarunt, nunc continentem eſſe reperiunt: habet oppidula littori pręrenſa ad fretum Danicum, vulgò *Stretto del Sunt*. Londenum in mediterraneis Archiepiſcopali ſede decoratum.

Zelandia, quæ & Sialandria Danicarum inſularum maxima, quæ à *Pomp. Mela* Codanonia appellatur, in qua Codani populi, qui alio nomine Teutones dicti ſunt, habitarunt: Hafnia, metropolis eſt vrbs Daniæ in inſula Zelandia, vulgò *Coppenagen*.

Helſingora celebris ad ipſum Danicum fretum nauium adpulſu locus eſt: Croneburgum, opp. Roeſchildia, ſedes Epiſcopalis olim, nunc oppidum regum ſepulcris clarum.

Fluuij.

Egidora, quem Chaluſum *Ptolemaus* nuncupat Stora piſcoſus, & nauigabilis fluuius.

Inſulæ.

Amigria: Huena: Vveenia: Męneſlandia, & hæ circa Zelandiam: Landoc: Hannoe: Bornholmia: Gotlandia inſulæ circa Scandiam ſunt: Mare Balthicum. V. *ſuo loco*.

Synonyma.

Danica regna: Danorum vrbes, tecta, littora: Cimbrorum oræ: Cimbrica regna, &c.

DANIEL.

Ex filijs Iuda, qui in captiuitatem à Babylonijs ducti fuere non tàm forma decorus puer, quàm viſionum, ac ſomniorum interpretatione celebris, quem ſuper omnes Babylonis prouincias conſtituit principem Nabuchodonoſor, ob ſomnij declarationem; ob viſionis autem cognitionem à Balthaſſare tertius in regno ſuper cęteros principes denunciatus. Demùm à Dario ob calumniā Chaldæorum in Leonum lacum immiſſus, minimèq; ab illis lęſus, indè abſtractus, ſummo fuit honore ab eodem Rege decoratus, qui tandem perſeuerauit vſque ad regnum alterius Darij, regnumq; Cyri Perſæ, quo tempore ipſe viſiones multas, ac futura de Chriſto, Chriſtiq; Eccleſia pręnouit; demùm appoſitus fuit ad ſuos. V. *Prophetiam Danielis*.

Fatidiens iuuenis, quem dimiſere leones Intactum. Vir deſideriorum: Vates puer Hebręus: Suſannæ defenſor, vindex.

DANVBIVS.

Omnium ferè in Europa fluuiorum maximus, qui propè Rauracos montes oritur, & ſexaginta fluuios ferè nauigabilès in ſe recipit: ita dictus ab vndarum ſono, & ſtrepitu, vt aliquibus placet. Oritur in ſilua Hercynia in quodam pago ex terræ viſceribus magna aquarum ſcaturigine ebulliens, veteres vocant montem, vndè prodit, Abnodam, ſed oculati teſtes aliqui aſſerunt nullum montem propè illius erumpentia cunabula exiſtere, niſi itinere vnius horæ, ſed effundi copioſo aquarum meatu, & numquam deficiente ex colliculo quodam, cuius eminentia vix quindecim, aut ſexdecim cubitos excedit: cuius originem Tiberius viſendam ſibi exiſtimauit. Qui indè prolapſus diuagatur in paluſtria, mox in alueum receptus, & deindè allabentibus riuis auctior multas gentes Sueuos, Auſtrios, Pannonas, Dacos, Bulgaros adit donec ſexaginta amnibus receptis in Euxinum mare euoluitur, alio ſcilicet nomine Iſter, quo nomine incipit denominari ad eius cataractas, vbi primùm Illyrium alluit, *Plinio*, & *Strabone* authoribus: *Ptolemaus* autem ad Axipolim vrbem: *Appianus* ad Saui fluminis confluentiam. Euoluitur autem oſtijs quinque, vt *Dionyſio*, *Herodoto*, *ac Straboni* placet; ſex, vt *Plinio*: ſeptem, vt *Ammiano*, & *Solino*, tanto impetu, & vndarum copia, vt quadraginta millium paſſuum longitudine intra maris amaras vndas dulcem exhibeat hauſtum quærentibus. Super hunc fluuium Traianus Nerua pontem miri operis in Moeſia, ſiue Myſia conſtruxit, quem poſteà Adrianus demolitus eſt, *Dione Caſſio* teſte: ne indè Sarmatæ in populi Romani erumperent excidium.

Matoas, olim dictus, vt *Stephanus* vult: Danubius, & Danuſis, & Daunuius, in nummis antiquis: Danubij aquæ. *Ouid.* 2. *triſt.* Amnis Iſtri glacialis. *Mart.* Danubij fluctus.

Iſter: Iſtri oſtia, quæ ſeptem dicuntur eſſe, nempè Harcuſtoma, Calliſtoma, Pſeudoſtoma, Barioſtoma, Spireoſtoma, Peuce; ſeptimum autem ignoratur. A cuius oſtijs non procul Cone inſula eſt exigua, cuius meminit *Lucan. lib.* 3. — & barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas: Iſtri aquæ. *Mart.* 5. *epig.* 3. Exitus Iſtri. *Val. Flacc.* 8. Qui centum populos, & magnas alluit vrbes Euxinum irrumpit bis terno flumine Pontum: Ripa ferox Iſtri. *Ouid.* 4. *Pont.* 9. Quid ripa binominis Iſtri. *Stat.* 5. *ſilu.*

Illyricis regnator aquis, tibi Nile ſecundus Danubius latum profero fonte caput. *Auſon.* An feris Iſter fugam prębens Alanis. *Sen. in Thyeſt.* Properatq; torrens Iſter, & iunctos vetat eſſe pontes

ac vagus errat. *Idem in Med.* Certet Danubium licet Audet qui pedes ingredi. *Idem in Thyeſt.* Rapidus tacitas pretermeat ingens Danubius ripas: Danubius rapax,& Dacius orbe remoto.

Epith. Rapax,rapidus,rigidus,tetortus.

DAPES. V. *Epulæ.*

DAPHNE.

Penei fluminis filia, vel Ladonis,vt nonnulli aiunt, vel Amclefi,quæ cùm ab Apolline adamaretur,à Ioue nequid acciperet dedecoris in laurum fuit conuerſa;in eius tamen tutela recepta fuit. Hanc fabulam perbellè exequitur *Ouid. lib.* 1. *met.* quam fingit altero à Cupidine telo transfixam nempè plumbeo, quod odium concitat, Apollinem verò aurea percuſſum ſagitta, vndè ad amorem eius vehementer concitatus fuit.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non Sors ignara dedit. *Ouid.*1.*met.* Nympha Peneis, dis;à patre. *Ibidem*. Vxor Phœbi:Sie te tua diligat vxor. *Mart.*4.45. loquitur cum Phœbo: Filia Penei: Nympha Peneia. *Ouid.*1.*met.* Phœbeia virgo: Phœbea arbos. V. *Laurus.* Famulumq; euincta pudica Fronde manus. *Stat.* 1. *Theb.* nempè lauro, quam pudicam appellat, quòd in eam virgo Daphne fuerit conuerſa.

Fuit etiam alia Daphne Tireſiæ Thebani vatis filia.

DAPHNIS.

Puer formoſiſſimus poetis eſt, & paſtor, carminis bucolici inuentor. Hic Mercurij filius fuiſſe memoratur, qui à Nympha nomine Thalia, vt quidam ſcribunt, ita adamatus fuit, vt pellicem verita, & riualem in ſaxum illum tranſmutauit, quamvis *Theocritus* illum amore tabuiſſe canat, id, quod *Ouidius* quoque alibi videtur innuere, cùm inquit: Pallidus in lenta Naide Daphnis erat. Huius interitum *Virgilius* quoque poſt Theocritum deflet *ecloga* 5. quamvis ſub illo nomine aliqui intelligi velint, vel Cæſarem paullò antè quàm eclogam ſcripſiſſet Poeta in Curia confoſſum; vel Quintilium Varum in Germania cum tribus legionibus, cæſum; vel Flaccum Maronem fratrem.

Vulgatos taceo, dixit, paſtoris amores Daphnidis Idæi, quem Nymphe pellicis ita Contulit in ſaxum. *Ouid.*4. *met.* Extinctum Nymphæ crudeli vulnere Daphnim Flebant. *Virg.ecl.*5.

Suidas autem aliam narrat Daphnidis fabulã,quod cùm formoſiſſimus eſſet,cum nympha quadam, quæ mutuo eius amore tenebatur, ita pepigit, vt qui prior fidem violaſſet, vtroque lumine orbaretur. Cuius ſponſionis immemor Daphnis, cùm nouis ſeſe amoribus implicuiſſet, itati Dij, quos ſtipulationis ſuæ teſtes illi adhibuerant, Daphnim excæcarunt.

DARDANVS.

Electræ, Iouisq; filius in Italia propè Coritum natus, qui cùm Iaſium fratrem interemiſſet, in Samothraciam primùm,deindè in Aſiam venit, locaq; tenuit Helleſponto proxima, vrbemq; ibi condidit,quam à ſe Dardanum appellauit,regionemq; totam Dardaniam dixit. Hic ex Teucri filia Erichthonium procreauit; is Troem; vndè Dardania mutato nomine, Troia deinceps vocitata, Troilum, à quo Arx inſignis in vrbe Ilion dicta; Ilus verò Laomedontem Priami patrem.

Author Troiæ. *Virg.*6.*Æn.* Electra Atlantide cretus: Mercurij patruelis: Exultat, & ponit gradus Pater Decoros Dardanus: Patrem vocat *Sen. in Agam.* Dardanum Caſſandræ, cùm illi eſſet tritauus:Hinc Dardanus ortus,Iaſiuſq; pater,Genus à quo principe noſtrum. *Virg.*3. *Æn.*

DARDANIA. V. *Troia.*

DAVID.

Secundus Hebræorum poſt Saul Rex ſanctiſſimus, de quo ipſe Deus teſtatus, ſe virum ſecundùm cor ſuum inuen.ſſe. Hic Iſai filius natu minimus paſcendis gregibus addictus à Deo ad regni Iudaici adminiſtratione fuit aſſumptus adhuc puer, qui in funda, & baculo Goliath gigantem ex Philiſthæis proſtrauit, eiusq; gladio caput abſcidit,cui filiam Saul in matrimonium dedit, quem ob inuidiam ad necem vſque perſequi non deſtitit, donec illo in bello interfecto cum Ionatha filio, Dauid ſeptem in Hebron ſuper Iudam, regnauit annis,& in reliquos Iſraelitas triginta tribus dominatum tenuit, qui demùm vaticinio celeberrimus,vt ex eius ſactis cantionibus,pſalmiſque patet,ſanctimonia,manſuetudine, reliquisq; virtutibus ſacrorum librorum volumine decantatis clariſſimus ſeptuageſimo ſecundo ętatis ſuæ anno diem obijt, relicto Salomone filio regni ſucceſſore. V. *lib.*1.2.*Reg.& Paralipom. & Ioſephum in Hiſtorijs.*

Pſalmographus: Pſaltes ſanctiſſimus:Decus vatum: Rex, vateſq; idem ſuperos modulatus honores: Iſacides,quo non regum pręſtantior alter: Ieſſiades cantor. *Prud.* Bethlemites pſaltes:Rex,atq; propheta: Vates Ephtatæus; in Ephrata enim Bethleem, vndè natus Dauid: Vates Ieſſæus, Ieſſiades:Iſacides vates.

Non ita Ieſſæi regia muſa ſenis. *Mart.* Ex caula euectus ad aulam:Qui verbere fundæ Pręcipitem immani deiecit mole Cyclopem: Actæ verbere fundæ Iſacides vaſta deiecit mole gigantem: Iungens carmina ſacra lyræ: Qui funda ſtrauit ſtridente Goliam: Percuſſor Goliath: Gethæi monſtri victor.

Epith. Vates, pius, Ephratæus, lyræ, fundæq; peritus.

DAV-

DAVNVS.

Apuliæ Rex, à quo ipſa Daunia fuit dicta, Pilumni filius ex Danae, pater alterius Dauni, qui ex Venilia ſorore Amatæ Latini Regis coniugis, Turnum ſuſcepit, quem Æneas interfecit, vt *Virg. in* 12. *Æn.* Eſt etiam fluuius in Apulia huius nominis. V. *Horat.* 3. *od.* 30.

Turni parens: Apuliæ Rex: Pauper aquæ Daunus Agreſtium regnator populorum. *Idem* 3. 30. fluuium intelligit: Iapyx Daunus: Ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat: Dauni miſerere ſenectæ. *Virg.* 12. *Æn.*

Vel Daunia eſt Apulia à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam, propter domeſticam ſeditionem excedens patria, occupauit. *Plin.* Hinc Apulia Dauniorum cognomine à Duce Diomedis ſocero, in qua, Salapia, opp. Annibalis meretricio amore notum: Sypontum. V. *ſuo loco.* Vria, opp. Cerbalus, amnis Dauniorum finis. Mare Dauniæ. *Hor.* 2. 1. illud ſiquidem intelligit, quo Apulia ex ea parte, vbi Sipontini degunt, monſque Garganus exſurgit, alluitur. V. *Apulia, vbi multa.*

Daunia regna Æneadum. *Sil. It.* 14. quo tamen in loco facilè intelligit de regno Ardeæ, vbi regnauit Daunus Turni pater.

DEBILIS.

Eneruatus viribus; *ex Hor. epod.* 8. Inualidus: Delumbis, ideſt ſine lumbis: Infirmus: Debile cui corpus: Defectus viribus. *Sen.* Quaſſum corpus. *Ouid.* 1. *Pont.* 5. Quaſſati ſine viribus artus: Inualidæ manus, & inanes lacerti. *Luc.* 5. *Pharſ.*

Titubantes artus. *Ouid.* 4. *met.* Imbecillis, & imbecille: Imbecillus, a, um: Effœtus. *Idem* 7. *met.* Viribus effœtum corpus: Viribus euacuatus; *ex eod.* exhauſtus: Inualidæ vires, ingeniumq; mihi. *Idem* 1. *triſt.* 4. Languidus: Languida membra: Vitreus. V. *Fragilis.* Hinc

DEBILITAS.

Infirmitas: Imbecillitas: Corpus debile, infirmum, languens.

DEBITVM.

Quod quis debet: Officium debitum: Ius: Iura patris tuenda. *Ouid.* 1. *de art.* Stabis pro ſignis, iuſq; piumq; tuis. *Ibidem.* Debita iura: Quod decet, & conuenit: Honeſtum: Fas: Quod fas eſt.

DECEMBER.

Vltimus anni menſis dictus December, quòd decimus eſſet à Martio, vndè anni initium apud veteres erat: ab adulatoribus Commodi Imperatoris Amazonius fuit appellatus (vt ait *Lampridius*) quod ſub Amazonis ſigno Martiam quamdam pellicem diligebat, ſed illa appellatio cum ipſo imperatore euanuit. Fuit in tutela Veſtæ ex ordinatione Romuli dies habuit triginta: at ex Numæ conſtitutione viginti nouem; demùm à Iulio Cæſ. vnum, & triginta dies accepit. Hoc menſe hi dies erant feſti, ſacriq;.

Calendis Decemb. peractum fuit primum ſacrum Fortunæ muliebris, quod tamen ad prid. Non. Quinctiles tranſlatum fuit.

Nonis Decembribus Fauni feſtum erat, quod Fanalia appellabantur; & in ſiluis, ac pratis celebrabantur: deſcribitur feſtum ab *Horatio lib.* 1. *od.* 18.

III. Idus Decemb. Agonalia erant, vt in *Calendario antiquo.*

XVIII. Cal. Ian. Conſualia, quæ item in Auguſto menſe celebrabantur.

XVI. Cal. Ian. Saturnalia, Saturno fiebant; quòd eo menſe illi dicata ædes, & quòd agrorum culturæ is preſidere videretur, quòd etiam falcem tamquàm inſigne gerit. V. *ſuo loco.*

XIV. Cal. Ian. Opalia; nempè Opi Saturni coniugi dicata ſacra.

XIII. Cal. Ian. Sigillariorum feſtum incipiebat; nempè cùm parua ſigna amicis miſſitabantur. Lege *Macrob.* 2. *ſat.* 10.

XII. Cal. Ian. Diualia erant; nempè feriæ Angeronę, ſiue Angeronalia, ſic dictæ, quòd angina omne genus animalium eo die conſumeretur: cuique Deæ ante hunc diem ſacrificabatur. V. *Angerona.*

XI. Cal. Ian. Ferię Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochiæ Æmilius Regilius pretor in Campo Martio curandam vouerit. V. *Macrob. lib.* 2. *ſaturn.* 10.

X. Cal. Ian. Larentinalia, ſiue Laralia, quaſi Larium feſtum, ſiue Laurentalia, ab Acca Laurentia. V. *Laurentum.*

IX. Cal. Ian. Iuuenales ludi erant, de quibus alibi dictum eſt. V. *Ludi.*

Synonyma.

Tempora Decembris: Menſis Neptunius; quòd Neptuno dicatus: Hiberni Decembres. *Mant.* Ludit herboſo pecus omne campo Cùm tibi nonæ redeunt decembres Feſtus in pratis vagat ocioſo Cum boue pagus. *Hor.* 3. 18. Brumę menſis. *Mart.* 8. Brumalis menſis. *Auſon.* Tu genialem hiemem Feſte December agis. *Idem.* Concludens numerum genialia feſta December Finit, vt à bruma mox nouus annus eat. *Idem.* Aurea nunc reuocet Saturni feſta December. *Idem.* Quo nix alta iacet: At cùm December canus, & bruma impotens Aquilone rauco mugiet. *Mart.* 1. 50. Saturni tempus; vel quòd Saturnalia ipſo menſe fiebant; vel quòd ſub Saturni tutela menſis olim eſſet. *Idem* 2. 85. vt etiam ſub Veſtæ, & ſub Neptuno.

DECEMVIRATVS.

Magiſtratus erat Romæ decem virorum, qui in va-

rijs præficiebantur rebus. Erant Decemviri Coloniæ deducendæ cauſſa ſelecti è populo. Erant Decemviri epulones, in quodam Sacerdotum collegio; item in litibus iudicandis, quorum erat vſucapiones,tutelas,gentilitates,agnationes,alluuiones, circumluuiones, nexus, mancipia, parietes,lumina, ſtillicidia, teſtamenta rupta,aut rata, cęterarumq; rerum innumerabilium iura iudicare. Item qui Sibyllinos libros omni diligentia aſſeruatos curarent, ac legerent, qui tamen poſt ad quindecim vſque viros excreuerunt. Item Decemviri legitimis Comitijs à populo electi ætate,prudentia,& dignitate pręſtantiſſimi,qui leges de negotijs tàm priuatis, quàm publicis promulgarent; qui demùm cùm multa tyrannicè agerent, accedente cęde Siccij, & iudicio Virginiæ, Decemviri damnati, & illa poteſtas in vniuerſum ſublata eſt tertio anno poſtquàm primùm in repub. introducta fuerat.

Inter bis quinos vſus honore viros. *Ouid.4.faſt.*

DECOR.

V. *Cultus: Pulcritudo.*

Fuit mollis ſemper in ore decor: Fulget in egregio decor inſeperabilis ore.

Epith. Conſpicuus,regalis,lepidus,mollis,tener.

DECVS. V. *Honor.*

DECOLLATVS.

Cui caput amputatum:Obtruncatum,detruncatum, caput:Cui caput auulſum,reuulſum,ablatum enſe,gladio, &c. Caput è ceruice reuulſum, reſectum:Cui demeſſum enſe caput ex humeris: Deturbatum ex humero caput:Ceruix abrupta.

DECORIATVS.

Nudave direpta pateant tua viſcera pelle. *Ouid.in Ibin.* Vnum qui toto corpore vulnus erat: Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus. *Idem 6.met.* Necquicquam niſi vulnus erat,cruor vndique manat. *Ibidem.* Alter Marſyas; qui ab Apolline fuit pelle nudatus: Nudatus, ſpoliatus pelle: Quid me mihi detrahit, inquit? *Idem 6. met.* Detectiq; patent nerui, trepidæq; ſine vlla pelle micant venæ. *Ibidem.*

DECREPITVS, a, um.

Annoſus: Ecce anus in medijs reſidens annoſa puellis. *Ouid.2.faſt.* Feſſus ætate patens. *Virg.2.Æn.* Confectus ætate. *Ibidem.* Longa ſenecta confectus. *Ouid.6.met.* Æuo confectus. *Virg.11.Æn.* Æuo grauis. *Sen.in Med.* Exſuperat cornicum ſecla vetuſta. *Bemb.*

Silicernium. *Ter. in Adelph.* cùm propriè ſilicernium ſit conuiuium funebre, quod ſenibus exhibebatur: dictum quod cum ſilentio edentes cernerentur;vel quod cogitarent ſe mox ſepulcrum ſecuturos; quare è conuiuio abeuntes veluti amplius ſe non viſuri,mutuò ſe ſalutabant.

Capularis ſenex. *Cæcil.* Capulare cadauer. *Luc.* Acheronticus ſenex. *Plaut.* dignus Acheronte: Senex recoctus. *Catull.*

Senio tumens. *Sen.in Med.* Annis grauis. *Virg.9. Æn.* Iam propior letho,feſſuſq; ſenilibus annis. *Ouid.7.met.* Senecta grauis ille. *Ibidem.* Qui veſtri maximus æuo eſt. *Ibidem.* Innumeris effœtus annis. *Ibidem.* Turba longa ſatiata vita. *Sen. in Herc. fur.* Mortalis æui cardinem extremum premens. *Idem in Troad.* Et longa ſedens Æuum ſenecta degere, ac Pylij ſenis Tranſcendere annos. *Ibidem 2.* nempè Neſtoris:Hanc animam leuem, feſſamq; ſenio nec minus quaſſam malis In ore primo teneo. *Idem Herc.fur.* Cùm mea rugoſa pallebunt ora ſenecta. V. *Senectus.* Mihi tarda gelu,ſecliſq; effœta ſenectus.

DECREPITAS.

Longæq; extrema ſenectæ tempora. *Ouid.6. met.* Pręmeret cùm ſerior ætas:Sera ſenectus. *Sen.in Herc.fur.* Viuax ſenectus. *Ibidem.* Anni laſſi. *Ibidem.* Longa tempora maturæ ſenectæ. *Ouid. 3. met.* Fractum æuum. *Sen.in Oedip.* Seræ fata ſenectæ. Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.

DECRETVM.

Conſultum:& conſulta,orum: Plebiſcitum: Iuſſum, iuſſa:Edictum: Statutum: Regium imperium pati,aliquando diſcat. *Sen. in Med.* Vox conſtituto ſera decreto venit. *Ibidem.* Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera Æquum licèt ſtatuerit, haud ęquus fuit. *Ibidem.* Placitum:Decreta dogmata: Sententia lata: Lex: Decreti lex,ius,imperium, ſanctio decreti.

DEDECVS.

Infamis nota. *Pont.* Ah procul,infamemq; notam, atque auerte pudendum Dedecus: Damna famæ: Damna pudoris: Boni diſpendia nominis: Probrum:Opprobrium:Opprobriumq; pagi. *Hor.2. od.13.* Illæ & ingenij fama ſiniſtra mei. *Pont.* Famæ iactura pudicæ. *Prop.2.22.* Impurum ſcelus.

Infamia. V. *ſuo loco.* Dedecus æternum maculoſa infamia noſtris Inducet titulis: Quem color infamis tinxit: Quem maculoſa infamia turpi Induxit titulis.

DEGENER.

Maiorum indignus auorum. *Virg.12.Æn.* Degener animi. *Idem 4.Æn.* Iam nihil antiquæ virtutis habentes:Nothus. V. *ſuo loco.* Tumidus falſi genitoris imagine: Diuerſus patri; à patre moribus alienus:Degeneres mores:Degener moribus: Generi diſſimilis ſuo. *Sen.Theb.1.* Diſſimilis patri: Abſimilis à genere.

DEFECTVS, vulgò

Suenimento.

Deliquium cordis. *Pont.* Animi. *Idem.* Et ſine iam videor ſenſibus eſſe meis: Repentè terræ corpus exa-

nimum cadit.Et ora morti ſimilis adduxit color. *Sen. in Hipp.* Diriguitq́; malis,nullos mouet aura capillos In vultu color eſt ſine ſanguine Lumina mœſtis ſtant immota genis, Nihil eſt in imagine viuum.

Ipſa quoque interius cum duro lingua palato Congelat & venæ deſiſtunt poſſe moueri, Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus, Nec per ire poteſt. *Ouid.6.met.* Orba reſedit Exanimes inter natos, natasq́; virumq́;. *Ibidem.* Palluit,& ſnbito ſine ſanguine frigida ſedit. *Idem 7.met.* Defectus animi. *Plin.* Defectio animæ. *Celſus.* Pręceps virium lapſus.

Lipothymia:Gręcum, apud *Philotheum*. Lipopſychia. *Hippocr.* inter illam,& hanc hæc differentia ab *Aetio* ponitur, vt illa ſit leue deliquium, hæc validior animi defectio, cuius terminus eſt ſudor, ſyncopesq́; initium habetur: Syncope; & hæc grauiſſima defectio, mortisq́; in confinio conſtituta, quaſi conciſio ſpirituum, viriumq́;.

Defectio: Defectio virium, languor virium,imbecillitas,debilitas.

Exanimi ſimilis. *Ouid.7.met.* Semianimis media procubuiſſe domo. *Idem 1.triſt.3.* Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi,Vt ſolet infuſo vena redire mero. *Idem 1.Pont.4.* Reliquit,vel deliquit animus,membra quatiuntur labant. *Sen in Troad.* Corpus effuſa, ac tremens dubia labat ceruice. *Idem in Agam.* Si metu corpus rigens remittet artus. *Id. in Thyeſt.4.* Tenebrisq́; exanguis obortis Succiduo dicor procubuiſſe genu. *Ouid.epiſt.13.* Linquor & ancillis excipienda cado. *Idem epiſt.2.*

DEFENSIO, & DEFENSOR.

Tutelam cupio ſentiat ille tuam. *Ouid.2. Pont.5.* Patrocinium: Vindex: Vindicem tibi parare. *Mart.3.* Tutela,ſalusq́;. *Idem 5.* Cuſtos. *Hor.* Auxilinm.V. *ſuo loco.* Seruator:Patronus.

Tutor. *Hor.* Pręſidium. *Idem 1.od.1.* Inſigne mœſtis pręſidium reis. *Idem.* Vos eritis noſtræ portus,& ara fugæ. *Ouid.2.Pont.8.* Numina:Quam caream vobis,ò publica numina raptis. *Ibidem.* Laceræ anchora ſola rate. *Idem 3.Pont.2.* Decus, & tutela Pelaſgi nominis. Rerum certa ſalus.

DEFORMIS, & DEFORMITAS.

Macie confectus. *Virg.3.Æn.* Informis: Turpis. V. *ſuo loco.* Sordidus:Inuenuſtus. *Catull.* Aſpectu fœdus. *Iuuen.ſat.6.* Vultus teter. *Idem 10.* Vultu teterrimus: Horridus aſpectu. *Sen. in Herc.fur.* Squalidus;& ſquallidus: Obſcuris genis turpis. *Iuuen.ſat.6.* Carens forma. *Sen.in Herc.fur.* Heu notet informis pallida membra color. *Tib.4.eleg.* Et timor informem ducet in ore notam. *Prop.2.* Turpitudo: Therſiti cognatus; nam Therſites deformiſſimus dicitur *Homero*.

DEIANIRA.

Oenei Regis Calydonis filia, quæ cùm eſſet Ætolarum puellarum ſpecioſiſſima à multis petebatur procis, quare pater decreuit illam illi coniugio obſtringere, qui victor in luctæ certamine extitiſſet: cùm igitur alij ceſſiſſent, in Herculem, & Acheloum redacta res eſt, qui cùm certamen iniiſſent, Hercules ex illo ſuperior euaſit. V. *Achelous:* & Deianiram duxit vxorem. Cæterùm cùm poſt nuptias vino calefactus Hercules Eurynomũ puerum Architelij filium miniſtrantem, paruo errore lapſum inter cœnandum pugno ictum occidiſſet, inuitus ex Calydonia, ac dolore perculſus vnà cum vxore diſceſſit in patriam feſtinans. Fortè autem euenit, vt Euenum fluuium, qui maximè excreuerat, tutò tranſire poſſe non videret, niſi Neſſus Centaurus, qui pretio viatores tranſmittebat, ſe Deianiram tranſuecturum pollicitus foret. Eam igitur cùm illi commiſiſſet Hercules, illius pulcritudine captus Neſſus, tranato fluuio aliò vectabat illam vitiaturus, quem Hercules ſagitta Hydræ ſanguine tincta transfixit. Qui cùm moreretur Deianiræ perſuaſit tunicæ ſuæ vim amatoriam ineſſe, quæ virum ab aliarum fœminarum amore auocaſſet, ſi eam indueretur:quam acceptam Deianira,cùm illum Ioles Eurithi Regis Oechaliæ filiæ prępeditum amoribus pręſenſiſſet, illam tunicam viro perferendam dedit Lichæ famulo,quam cùm induiſſet in furorem fuit actus. V. *Hercules.* Illa verò audita viri morte voluit ſe ſuſpendio interficere. Verùm viri claua ſe tandem interſceit. V. *Ouid. 9. met.* prolixè deſcribentem: Extat etiam eiuſdem Deianiræ ad Herculem epiſtola inter *Heroidas Ouidij*, quæ nona eſt, quam lege.

Flemus caſus Oenei tuos. *Sen. in Herc.Oet. in Choro*;ab Oeneo parente dicta Oenis,dis: Calydonis, dis. *Ouid.9.met.* à patria: Tydei ſoror:Herculis vxor. *Ibid. 16.faſt. & epiſt.9.* Herculis coniux. *Sen.Herc.Oet.* Fręna dolorem, coniugem oſtende Herculis. *Ibidem.* Herculea coniux. *Ibid.* Nurus Tonantis; *ex Ouid.*

At te Neſſe ferox eiuſdem virginis ardor Perdiderat. *Ouid.9.met.* Lami Lydi nouerca,quem Hercules ex Omphale Lyda ſuſceperat filium. *Idem 9.epiſt.* V. *Hercules.* Herculis domina; *ex Ouid. 1.faſt.* Deianira tuas velox cùm venit ad aures, &c. Ætolis vxor Herculis. *Idem 9.epiſt.*

DEIDAMIA.

Lycomedis Scyri regis filia,quam vitiauit Achilles, cùm ſub virgineo habitu, & nomine Pyrrhæ inter cæteras illius filias degeret, ex qua Pyr-

rhum

Digitized by Google

rhum ſuſcepit.

Scyrias, dis. *Ouid.1. de art.* à patria Scyro inſula: Virgo pij Lycomedis. *Stat.Achill.2.* pium vocat propter hoſpitalitatem Achilli adhibitam, quam ille deturpauit filia hoſpitis viciata: Pyrrhi parens. *Ouid.2.triſt.* ex virginis furtiuo ſtupro conceptus Pyrrhus. *Sen. in Troad.* Scyria nec viduo Deidamia viro. *Prop. lib. 2.* V. *Achilles: Pyrrhus.*

DEIPHILE. V. *Diomedes.*

DEIPHOBVS.

Priami Troiæ Regis, & Hecubæ filius, qui poſt Paridem interfectum Helenam duxit vxorem; quæ capta iam Troia, vt beneficio marito veteri Menelao reconciliaretur, ſubtracto ferro, quod in incertum rei euentum capiti vir fortis ſuppoſuerat, illum huic in thalamum clam intromiſſo trucidandum obiecit, quem Menelaus dormientem crudeliſſimè trucidans deformauit: cuius meminit *Virg.6. Æn.*

Iam Deiphobi dedit ampla ruinam Vulcano ſuperante domus. *Virg.2.Æn.* Priamides: Atque hic Priamiden laniatum corpore toto Deiphobum vidit. *Idem 6.Æn.* Deiphobe armipotens genus alto à ſanguine Teucrum. *Ibidem.* Incertos geris Deiphobe vultus coniugis munus nouæ. *Sen. in Agam.*

Alij tamen dicunt, hunc à Palamede ad pugnam egreſſo circa fines belli obtruncatum fuiſſe. *Dares in bello Troiano.*

DELICATVS.

Opiparus: Sumptuoſus: Saliaris: Nunc Saliaribus Ornare puluinar Deorum Tempus erat dapibus. *Hor.1.37.* Conditus, p.p. Ambroſius: Ambroſiosq; cibos, & dulcia nectare menſę Fercula miſſa tuæ: Nectareus.

DELICIÆ.

Voluptas. *Mart.5.25.* Blandimenta: Oblectamenta: Delitium. *Idem 1.8.* Illecebræ: Dulce decus. *Hor.1.1.* Condimenta (ad epulas, ciboſq; pertinet) Tormentum dulce; dixit *Mart.* licet malo ſenſu, *lib.7.epig.28.*

Lux mea; nempè deliciæ meæ; amantium verba. *Mart.5.30.* Amores, gaudium, luſusq;. *Idem 5.38.* Ignis, & ignes, ob eamdem cauſſam; vt ex *Hom.1. Iliad.* Ob ſibi formoſæ raptos Briſeidos ignes, nempè ob ſibi delicias arreptas: Æternæ roſæ: Liber in æterna viuere digne roſa. *Mart.8.77.* nempè in delicijs in ætate florenti.

DELOS, &

DELVS.

Inſula Cycladum clariſſima, quæ priùs Ortygia dicebatur ab Aſterie Titani filia, in auem Ortygiam, nempè in coturnicem conuerſa, & vbi primùm viſa eſt coturnix. Quo cum Latona aliquando tamquam ad ſororem confugiſſet, ibi Apollinem, & Dianam enixa eſt, quibus natis in inſula Delos eſt nominata, ſic dicta quaſi oſtenſa: enimverò prius fluctuabat, & mobilis eſſe videbatur, ſed poſtquàm in ea Apollo, ac Diana nati ſunt firmata eſt. Cùm verò crebro terræmotibus quateretur, oraculo admoniti inſulani illic cadauera deſierunt ſepellire, & cremare, quæ efferebatur in Reneam inſulam quatuor ſtadijs diſtantem. In inſula nulli canes alebantur: ſed primum illic gallinas ſaginare inſtituere, vt *Varro* teſtatur *in re ruſtic.* multa fuit ibidem æris copia, vndè æs Deliacum appellatur à *Plinio*. Inſigne fuit ibi templum Apollini erectum, quo à multis orbis terrarum partibus ibatur ſcitatum oracula. Erat quoque celebris mercato, vbi res venales, & vndique conuecti ſerui exponebantur, quæ ob hanc cauſſam dicebatur Hoſpita. Hæc primùm radijs Solis illuſtrata fuiſſe dicebatur, in qua Cynthus mons inſignis exurgit, quo adumbratur inſula. In templo autem Apollinis ibidem conſtructo erant Denaria, quæ illi Piſiſtratus dedicarat, necnon pictum erat adeò affabrè, vt à nonnullis in rerum mirabilium deſcriptione nullo modo prętermittatur.

Aſterie, nuncupata à figura, quaſi ſtellaris, ſiue ab Aſteria Latonæ ſorore: Ortygia, ſiue Ortygie: Chlamyda, ſiue Chlamydia, ob laciniarum forſitan figuram. *Plin.* Pelaſgia: Scythias. *Stephan.* Atque hoſpita Delos Gentibus. *Stat.1. Achill.* Improbus Ortygię latus inclinabat Apollo. *Idem 4.Theb.* Ortygiæ portus. *Virg.3. Æn.* Ortygium oraclum, Templum. *Ibidem.*

Cynthus, mons maximus in inſula: Summoq; in vertice Cynthi. *Ouid.6.met.* Iuga Cynthi. *Virg. 1. Æn.* Latonius Cynthus. *Stat.1. Theb.* hinc ipſa inſula dicta quoque fuit Cynthia, in quo natus Apollo, & Diana: Vrbs Apollinis; egreſſi veneramur Apollinis vrbem. *Virg. 3. Æn.* Vrbs Apollinea. *Ouid.13.met.*

Inſtabilemq; locum Delos dedit, illa duorum Facta parens. *Ouid. 6. met.* Delia tellus. *Idem 4. Pont.14.* Antra Delia. *Stat.5.ſilu.3.* Viſite laurifero ſacrata palatia Phœbo. *Ouid.3. de art.* Templa Dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto. *Virg.6.Æn.* Quibuſq; natis (nempè Apolline, & Diana) mobilis tellus ſtetit. *Sen. in Herc. fur.*

Lagia: Cynethum: Pyrpile, ab igne primùm ibi reperto. *Plinio lib.4. cap.12.* dicitur etiam inſula.

DELPHI, orum.

Oppidum nobiliſſimum Phocidis, ſiue Bœotiæ, templo, & oraculis Apollinis celeberrimum. *Liuius* orbis vmbilicum Delphos vocat *lib.8. bell. Maced.* & *Ouidius lib. vlt. met.* — mediamq; tenentes Orbis humum Delphos adeunt, oraclaq; Phœ-

Phœbi:ſed id falsò creditum eſt,cùm Hieroſolymis terræ vmbilicum eſſe credatur ex illo oraculo:Operatus eſt ſalutē in medio terrę. Deletum eſt poſteà funditus templum Delphicum terræmotu, & fulminibus, nec vnquam reſtructum. Propriè tamen oppidum in Phocide eſt ad Parnaſſum,& Delphi appellatum,quod Apollo Delphino ſimilis illuc nauigauit, vbi adytum ex quinque lapidibus (niſi dicamus molibus) extructum erat opus Agamedis, & Trophonij Sunt qui dicant oraculum Delphicum multis theſauris,donarijſq; refertiſſimum à Barbaris, & Gallis in primis deprędatum fuiſſe, necnon Phocenſibus, vt *Diod.Siculus* narrat *in lib. de rebus geſtis Philippi* ſub anno ſexto, vbi etiam Delphici oraculi inuentum deſcribit. Sępè etiam arſiſſe, & ter quidem à Thracibus concrematum prodit *Euſebius*. Idem ab Amaſi rege reſtitutum; demùm *Pauſanias* ſcribit quinquies extructum, ac reſtauratum ad ſua tempora. Primùm quidem ex lauri ramis è Theſſalia deuectis in ſpecus modum exædificatum; ſecundò ab apibus ex cera,& alarum membranulis; tertiò æneum conditum; quartùm ex quadrato lapide ab Agamede, & Trophonio, vt *ſuperiùs* dictum; quintò ab Amphictyonibus ex ſacra pecunia inſtauratum, architecto Spinharo Corinthio; ſed fulminibus conſumptum exeidit;vndè *Stat.lib.8.Theb.* Mutiſq; diù plorabere Delphis. Hoc oraculum primùm fuit à capra oſtenſum,tum à paſtoribus,demùm à Pythia virgine tandiù oracula reddita, quoad ab Echecrate violata, ſtatutum eſt, vt ab anu muliere, in habitu tamen puellæ redderentur in tripode ſedente. Lege *lib.16. Diodori Siculi*.

Phœbus; ob oraculum: Audebit tacito populos ſuſpendere Phœbo Virgo Cyrrhea; nempè Pythia, ſiue columba illa,quę è Dodone ſilua in Delphos oracula reddirura euolauit. V. *Dodone*. Sacrata palatia Phœbo. *Ouid.3. de art.* Delphica delubra. *Claud.2.de rapt.* Delphica tellus. *Ouid.1. met.* Intonſi Pythia regna Dei. *Prop.3.11.* Et orbe In medio poſiti caruerunt pręſide Delphi. *Ouid.10.met.*

Quem pater arcani pręfecit hiatibus antri Delius. *Stat:5.ſilu...* Delphis enim erat antrum, vndè ſpiritus emittebatur, quo Sacerdotes furentes reddebantur,& futura pręd icebant. *Plin.* & hoc antrum Trophonium nuncupabant; à Trophonio conditore.

DELPHIN, is.

Piſcis notus, cuius naturæ encomia non eſt modò narrare,ſed tantùm quæ in admirationem ſolent adducere. Delphines (fabulantur poetæ) homines fuiſſe Tyrrhenos, qui cùm nauclariam exercerent, ſiue piraticam, Bacchum puerum Naxon inſulam petentem aggreſſi cœperunt.cùmq; aliò aduehcrent,ille nauis armamenta in feras, alioſque ſerpentes conuertit. Quo prodigio exterriti Tyrrheni, in pelagus ſe pręcipites dedere, qui in delphines conuerſi ſunt. Cęterùm delphines velociſſimi ſunt,quibus lingua contra cęterorum aquatilium naturam mobilis eſt, qua vocem humano gemitui ſimilem exprimunt, dorſum habent repandum,roſtrum ſimum. Mulcentur ſono, & cantu, hominem non expaueſcunt, puerorum amore capiuntur. Hinc narratur ſub Auguſto principe, delphin puerum portare ſolitus ex Baiano Puteolos in ludum litterarum, quem Simonis nomine ad ſe vocabat, obiecto panis fragmento; à quo fuit miro amore dilectus, & quocumq; diei tempore inclamatus eſſet à puero, quamvis abditus ſtatim aduolabat, & paſtus dorſum aſcenſuro pręebebat: aculeos velut vagina recondens, receptum Puteolos per magnum æquor ferebat, ſimili modo reuehebat pluribus annis; donec puero extincto, ipſe ad locum frequentiſſimè veniens deſiderio illius expirauit. *Plinius*, *& Gellius*. *Plinius* autem *Iunior* alterius rei mirandæ quidem meminit, quem conſule.

Iactet & audaci iunctos delphinas Ephebo. *Stat.1. ſilu.3.* Delphinus,i. Lege *Athen.lib.13.* exempla de delphino narrantem.

Tum qui iacente reciprocus ludit ſalo,Tumidumq; pando tranſilit dorſo mare Tyrrhenus omni piſcis exultat freto, Agitq; gyros, & comes lateri adnatat Anteire naues lętus,& rurſus ſequi Nunc prima tangēs roſtra laſciui chorus Milleſimam nunc ambit, & luſtrat ratem, &c. deſcriptio delphinorum,qui in tranquillo mari laſciuientes futuram tempeſtatem portendunt., hiemali enim procella ingruente ab imo mari aſſurgunt exhalationes,quæ tempeſtati fomenta ſuggerunt,quibus delphini excitati geſtiunt, atque in maris ſuperficie colludunt. *Sen.in Agam 442.*

Tyrrhena manus;ex fabula, quam lege apud *Ouid. 3.met.* Te Tyrrhena puer rapuit manus. *Sen.in Oedip.* Tyrrheniq; greges. *Stat.1. Achill.* Tyrrheni piſces:Tyrrheni fratres.

Titus Veſpaſianus imperator admodùm amans vtiliſſimi pręcepti,feſtina lentè, illud in publicis numiſmatis adumbrari curauit figura delphini anchoram complectentis, quo ſtemmate nunc Aldorum familia vtitur. V. *Emblemata Alciati*. Iaſſenſium moneta puerum habuit delphino inequitantem ob eius rei memoriam; quòd eum multo tempore puer quidam Iaſſenſis, cum delphinis luſiſſet, & ab ijs frequenter vectatus fuiſſet, in tempeſtate tandem aliquando ſubito cohorta delapſus, à delphinis diligenter quæſitus, atque in littus exportatus ibi expirauiſſet. Habuit

Mm

Digitized by Google

buit & parma Vlyſſis inſculptum delphinum. V. *Clypeus*.

Qualis cęruleis tumido ſub gurgite terror Piſcibus arcani quoties deuexa profundi Scrutantem delphina vident fugit omnis in imos Turba lacus, virideſq; metu ſtipantur in algas: deſcript.

Vndique dant ſaltus, multaq́; aſpergine rorant, Emerguntq́; iterum, redeuntq́; ſub æquora rurſus, Inq́; chori ludunt ſpeciem, laſciuaq́; iactant Corpora, & acceptum latis mare naribus efflant: deſcript.

Diuini numine Bacchi Delphini in formam verſi ſaliere per æquor, Nunc etiam humanam ſeruant ſub pectore mentem Ingenio celeres factis humana ſequuntur Conſilia, &c.

Eſt etiam Delphinus ſidus. V. *Hyginum*. Delphini ſidera pandi: Cæruleus Ponto cùm ſe delphinus in aſtra Erigit: Delphinis ſidera, aſtra, fulgor, &c.

Epith. Cæruleus, curuus, pandus, vagus, blandus.

DEMENS.

Furiata mens: Amens: Amens animi. *Virg. 2. Æn.* Cęcus furore: Stultus: Delirus: Inſanus: Mens non ſana, malè ſana. *Ouid. 3. de art.* Maleſanus: Non benè ſanus: Mens lęua. *Virg. 1. eclog.* Mentis inops. *Ouid. 1. de art.* Veſanus: Furor. *Pont.* Exul mentiſq́; domuſq́;. *Ouid. 9. met.*

Mentis inanis. *Stat. 1. Theb.* Rationis egens. *Virg. 8. Æn.* Inops animi. *Idem 4. Æn.* Non ſanum pectus: Quęrite non ſani pectoris auxilia. *Prop. 1. 1.* Mente carens. *Ouid. 4. faſt.* Mentis egens. *Idem 2. triſt.* Mente viduatus, ſpoliatus, nudus, nudatus, vacuus, exhauſtus, captus: Arma amens capio, nec ſat rationis in armis. Hinc

DEMENTIA.

Veſana rabies. *Luc. 5. Pharſ.* Quæ mentem inſania mutat. *Virg. 12. Æn.* Stultitia: Amentia: Effera vis animi: Furor. V. *ſuo loco.* Animum dementia cepit: Cùm ſubita incautum dementia cepit amãtem: Quæ te dementia cepit? *Virg. 2. eclog.* Mens acta furore nouo: Mens delira: Vecordia: Veſania: Deliria.

DEMOCRITVS. V. *Philoſophus.*

DEMOPHOON.

Theſei, & Phędræ filius, qui à bello Troiano in patriam rediens maris tempeſtatibus in Thraciam delatus à Phyllide Lycurgi, & Cruſtumenæ filia, quæ tunc Thraciæ imperabat hoſpitio, & maritali lecto benignè ſuſceptus eſt. At cùm aliquandiù cum illa fuiſſet, audita morte Meneſthei, qui poſt eiectum ex vrbe Athenarum patrem Theſea, imperium occupauerat, regni recuperandi cupidine captus, Phyllidi fide data, ſe intra menſem rediturum, fingens ſe ad res ſuas componendas ire, reſarcitis nauibus, Athenas petijt, neq; de reditu curauit. Quatuor autem exactis menſibus Phyllis ad eum ſcripſit epiſtolam, quæ eſt 2. *in Ouidio.*

Hoſpita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis Vltra promiſſum, &c. *Ouid. 2. epiſt.* Theſei filius. Hic eſt, cuius amans hoſpita capta dolo eſt. *Ibidem.* Phędra genitus: Ægei nepos: Ægides alter: Hippolyti frater: Phylli face expectes Demophoonta tuum. *Idem 2. epiſt.*

DEMOSTHENES.

Qui clariſſimus orator fuit inter Gręcos, patrem habuit cognomine Cultellarium, fortaſſis, quòd officinam cultellariorum exerceret; relictus puer in locupleti hęreditate, tutorum incuria, ſiue fraude direptis bonis paternis, vix habuit vndè pręceptoribus mercedem ſolueret. Verùm cum multo ſtudio artem adeptus oratoriam libertatis Gręciæ defenſor clariſſimus, publicè grauibus concionibus Philippum Macedonum Regem inſectatus eſt. Poſt eius mortem patria pulſus, & reuocatus poſteà; quum defuncto Alexandro Antipater rebus Gręcanicis prępoſitus fuiſſet; & indè ſibi manifeſtam necem imminentem videret, relictis Athenis in Calauriam inſulam (vt inquit *Suidas*) vbi Aſylum erat Neptuno ſacrum conceſſit. Vbi cùm ad eum comprehendendum miſſus fuiſſet Archias actor Tragœdiarum; cognita perſuadentis reditum fraude; ſumpſit librum tamquam ſcripturus, calamumq́; ori admouit; deindè caput veſte tegens ſe inclinauit, cumq́; ab ara retraheretur, cecidit, animamq; pręſocatus emiſit: veneno dicitur occubuiſſe, quod in calamo circumferebat.

Atticus orator: Atticus Rhetor: Philippi maſtix: Gręciæ libertatis vindex: Et confragoſi quem feruntur Rhetoricam docuiſſe fluctus; nempè qui ad littus maris aſſueuit vocem accommodare concionibus.

DENS, tis.

Oſſa oris. *Ouid. 12. met.* Oſſa confuſa reliquit in ore. *Ibidem.* Quid dentem dente iuuabit rodere. *Mart. 13.* Diſiectiſq; oſſibus oris. Mala, figur. continens pro cont. Maliſq; audacibus orbem Fatalis cruſti, &c. *Virg. 7. Æn.* nempè maxillis. Sæuus, & infelix furiali dente peremit.

Dens Theoninus; nempè maledicus: Dente Theonino circumrodi dixit *Hor.* id eſt inuicem ſe maledictis inceſſere.

Dentes primores, inciſores. *D. Iſid.* Tomiti, p. p. *Celſo* Dentes canini. *Plin.* Columellares: Dentes molares, maxillares: Dentes genuini. *Cic.* intimi: Dentes exerti. *Plaut.* vt aprugni: Aduncæ fulmine malæ Iam Telamona ſolo, iam ſtratum Ixyona linquens. *Stat. 2. Theb.* dentes intelligit apris Calydonij: Ebur, fig. vel pro albedine, vel pro dentibus elephantinis intelligitur. V. *Elephas.*

Prçſepia. *Galen.* oſſa, quæ dentes continent,& circa quæ gingiua tanquam molle munimentum percurrit:Cauernç:Mortariola;loculamenta,quibus ſinguli dentes ſunt infixi: Gingiua: Frangendus miſero gingiua panis inermi. *Iuuen.ſat.*10. à gignendis dentibus dicta, teſte *Lactant.* Gingiuula. *Apul.* Compago; quod inter dentes ſolidum eſt: Menſa, dentium molarium pars latior, quæ cibum conficit,atq; comminuit. Sepes,maceria dentium:ſeries dentium.

Dentiſcalpium. *Mart.* inſtrumentum eſt exeſis dentibus eradendis,nitidandiſq; accommodum,vulgò *Nettadenti.* Fit autem vel è metallo, vel ex argento, ſiue lentiſci ligno, ſiue prçcuſpidatis calamis: Cuſpides lentiſci. *Mart.*3.81. Penna,fig. pro dentiſcalpio. *Idem* 14.22. Fragmenta nouiſſima fracti oris. *Idem* 8. *epig.*57. intelligit dentes,quos expuit.

Odontagra,Græcè,latinè verò forfex apud *Celſum lib.*7. eſt forcipicula euellendis dentibus comparata: Dentiduçum *Cæl. Aurelianus* nominat: Dentaparga. *Varr.* apud *Nonium:* quaſi dentes arpagi inſtar ex ore detrahens: Memorabile eſt, quod authoritate *Eraſiſtrati* refert *Aurelianus* in Delphici Apollinis templo oſtendi plumbeum dentiducum, quo ſignificetur eos tantùm extrahendos eſſe dentes, qui ſint mobiles, & eductu faciles;aut certè,quibus ſatis eſſe queat plumbeæ odontagræ conatus ad eximendum.

Epith. Rabidi, candentes, duri,validi, minaces,prçduri, candidi,candiduli,albi,auidi.

DERISIO, nis.

Irriſio:Sanna. *Perſ. & Mant.* Poſtica ſanna:Occipiti cæco Poſticæ occurrite ſannæ. *Perſ. ſat.*1. Ronchus. *Mart.*1.*epig.* Rhinocerotis naſus. *Ibidem.* Deriſor:Qui deludit,irridet,qui ſubſannat, qui ronchos emittit.

DESERTVM. V. *Eremus.*

DESIDERANS.

Cupidus; flagrans; optans; ardens. Medijs ardens ne flectat ab vndis. *Val.Fl.*2.*Arg.* Amans, &c.

DESIDERIVM.

Cupido:Cupiditas:Acres cupidinis curæ. *Lucret.*5. Amor:Ardor. *Ouid.*2.*triſt.*1. — tituli tangebar amore, Quærendiq; mihi nominis ardor erat: Ardor fouendi incœpta. *Sil.It.*14. Tantç eſt victoria curæ. *Virg.*4. *Georg.* Studium viſendi. *Idem* 2. *Æn.* Sitis. *Boet.* Vota:Voluntas.

Ambitio. *Ouid.*3. *de art.* Cura:Nunc deſiderium, curaq; non leuis. *Hor.*1.14. Igniculi. *Augurell.* Ignis:Optatum: Eueniunt optata Deæ. *Ouid.*6. *met. & Prop.*2.20. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros;pro cognoſcendi:Obſtupui,miroq; incenſum pectus amore Compellare virum, & caſus cognoſcere tantos.

Eſuritio; eſt vehemens deſiderium, quaſi fames inexplebilis. *Mart.*2.*epig.*100. Nate Dea,quæ nunc animo ſententia ſurgit: Animus: Sin alios fines, aliamq; capeſſere gentem Eſt animus. Mens: Mens omnibus vna ſequendi: Mihi mens iuuenili ardebat amore: Tanta ne me tenuit viuendi nate voluptas,Et tua ſi mihi certa voluntas Connubio iungam ſtabili.

Epith. Furibunda, dira, extrema, ſumma cupido.

Epith. Ardens, cruciabile, flagrans, vehemens, ingens,exagitans animum,&c. deſiderium.

DESIDIA.

Deſidiæ crimen. *Prop.*1.12. Quid mihi deſidię non ceſſas fingere crimen: Pigritia. Deſidioſus: Deſes, dis: Deſides animi: Non tibi deſidias molles, nec marcida luxa Ocia, nec ſomnos genitor permiſit inertes: Ocia, & ignauam, damnatricemq; laborum Deſidiam,&c. Non me ignauum,triſtique iacentem Deſidia inueniet. V. *Ignauia.*

Epith. Improba, mollis, ignaua, damnatrix laborum.

DESPERATVS.

Lucemq; peroſi proiecere animas. *Virg.*6.*Æn.* Vitam exoſus: Spe nutrior expers. *Angerian.* Qui vitæ deſperat ſuæ:Qui ſpem proiecit:Spe viduatus:Sine ſpe.

DETESTABILIS.

Deteſtandus: Execrandus: Sacer,ſacra,&c. per antitheſin:Sacra fames auri, quaſi execranda. *Virg.* Execrabilis: Deteſtanda voluptas: Nefandus: Infandus: Profanus. *Ouid.*5 *met.*

DETRACTOR.

Obtrectator: Procax lingua:Qui naſum habet Rhinocerotis. *Mart.* Deriſor. V. *ſupra.Deriſio.* Ludit qui ſtolida procacitate: Non aliquid dixi,violentaq; lingua locuta eſt. *Ouid.*3.*triſt.*5. Maledicus. V. *ſuo loco.* Zoilus,fig. Italo perfuſus aceto. *Hor.* 1.*ſat.*7. ideſt Itala mordacitate: Rabidum os. *Mart.*6.64. Lege totum in detractorem.

DEVIVS.

Auius: Inuius: Inacceſſus:Ignota viris ſemita:Ignoti calles,incerti,obſcuri:Non calcata via:Inhoſpitalis. *Sen.in Med.*

DEVOTVS, &
DEVOTIO.

Barbarum nomen,pro quo pius,& pietas vſurpatur: in vera enim ſignificatione deuotus eſt,qui ſe deuouit: & deuotio deuouendi actus. Deuotio ſui,ſiue exercitus hoc pacto fiebat. Si periculum aliquod imminere videbatur, & Aruſpices nunciaſſent Deos eſſe placandos aliquis ex Romanis (ipſi enim primi fuere ad hunc ritum) ſe pro exercitu ſuo, & ſimul exercitum hoſtilem deuouebat. V. *Liuium lib.*8. qui de Decio conſule narrat, qui ſe ſumma ceremonia deuouit. Vide

Digitized by Google

etiam *Macrobium* prolixè hac de re diſſerentem *lib.3.ſaturn.cap.9.* qui formulas refert deuotionis.

Pietas,religio:Religionis amor:Mens addicta Deo: Pius,pietate inſignis,celebris:Auguſtus: Religioſus. V. *ſuo loco,vbi multa.* Gratus cultor numinis. *Sen.in Hipp.* Diuinis vacans mens.

DEVCALION.

Promethei filius, cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam coniugio iunxit, cùmq; diluuium eo tempore partem illam omnem occupaſſet, cęteriq; omnes periiſſent, hi duo, quòd iuſti fuerunt reperti parua rate vecti in Parnaſſum montem in Phocide regione deuenerunt:& Themidis oraculo, quod genus hominum aquis fuerat ſubmerſum lapides poſt tergum iuſſi ſunt proijcere, qui ſtatim in homines naſcebantur à Deucalione proiecti,in fœminas,qui à Pyrrha: & ſic genus humanum reſtitutum fabulantur poetæ. V. *Ouid.1.met.* Deucalionis filius fuit Amphictyon, qui poſt Cranaum Atticæ imperauit: ab hoc primùm ſomniorum,& portentorum interpretationem inuentam volunt. Verùm ſacræ paginæ interpretationem huiuſmodi antiquiorem demonſtrant. Lege ſacram *Geneſ.*

Hic vbi Deucalion (nam cętera texerat æquor) Cum conſorte tori. *Ouid.1.met.* Promethides. *Ibidem.* Promethei filius: Pyrrhæ coniux,& patruelis:Coniux Pyrrhæ Epimethidis:Vir Pyrrhæ. *Sen. in Troad.4.* Vnici terris homines relicti. *Ibidem.* Scopulis ſatæ gentes. *Stat.3.Theb.* intelligit homines de ſaxis natos, *vt ſup. in hiſt.*

Rex Theſſaliæ Deucalion: narrant enim, illum ad Parnaſſum ratibus confugiſſe in quodam Theſſaliæ diluuio,qui cùm alij plurimi confugiſſent, ipſe benignè recepit omnes, fouitq; indè reparator dictus humani generis.

Deucalionei imbres:dicuntur maximi,& copioſiſſimi,ſiue ſumuntur pro vniuerſo totius orbis cataclyſmo, qui verè Noes temporibus accidit, vt è ſacris habemus paginis, qui enim Deucalionis tempore contigit peculiaris tantùm illi fuit prouinciæ,in qua ipſe morabatur: Deucalionæos fudiſſet Aquarius imbres. *Luc.1.Pharſ.*

DEVS.

Cuius nominis etymon variè à Patribus diſputatur; ad quos lectorem reijcimus:illum enim ſatius eſt adorare, quàm de illo incognita ſcrutari. Hunc nos tantùm cęleſti fide imbuti cognoſcimus quantum licet hominibus; & ſiquid à Philoſophis de illo dictum, obſcuro naturæ lumine, aliquid agnouiſſe viſi ſunt. Suſpicabantur tamen eſſe cęterorum ſupremum,vndè nomine peculiari Demogorgona nuncupabant,cuius verum nomen ſciri non licere dicebant, ex Hebręorum arcanis mutuato, quando nomen Dei verum Hebraicè ſcriptum reuerentes, minus pronunciant; ſed alio exprimunt epitheto. Hinc *Statius* illorum Philoſophorum ſententiam ſequens, qui rebantur, pręter illos Deos cognitos, quos venerabantur in templis aliquem eſſe principem, cęterorumq; numinum ordinatorem ſub Tireſiæ vaticinantis hoc expreſſit *lib.4.Theb.v.516.* Et triplicis mundi ſummum, quem ſcire nefaſtum eſt. Vndè legimus in ſacris ex hoc facile veteres poſuiſſe aram ignoto Deo: ſciebant enim aliquem eſſe,ſed quid eſſet,ignorabant. Verùm ad noſtra.

Deus Opt. Maximus:Pater omnipotens:Diuûm pater, atque hominum Rex. *Virg.* (Aduerte tamen in his ſynonymis ſi quando ethnicum citamus authorem, illum non de Deo noſtro intellexiſſe,ſed de Ioue, quem nos Chriſtiani damnãtes, quicquid boni illi fuit à poetis attributum, Deo noſtro meliori ſenſu tribuendum cenſemus) Hominum ſator, atque Deorum. *Virg.1.Æn.* Gentis humanæ pater, atque cuſtos. *Hor.1.od.12.* Maximus mundi parens. *Sen. in Hipp.* Opifex rerum, mundi melioris origo. *Ouid.1.met.*

Tonans: Altitonans: Numen: Dei numen. *Virg.6.Æn.* quaſi deitas, ſiue diuinitas: Omnipotens genitor: Cęlicolum dominus: Cęleſtum arbiter,parenſq;. *Sen.in Herc.fur.* Poli gubernator. *Idem in Hipp.* Creator Cęlitum. *Ibidem.* Dux ſuperum.*Stat.2.ſilu.4.* Maximus orbis Ætherij princeps: Optimus rerum omnium parens: Genitor, qui fulmine fœdera ſancit. *Virg.12.Æn.* — qui mundum quatit Vibrans coruſca fulmen Ætnæum manu Sator Deorum. *Sen. in Hipp.* Tu, tu penès quem iura poli Pręcipitis. *Idem in Oedip.*

Mundi fabricator, & author. *Vid.* Qui mare, qui terras,qui cęlum numine complet.*Idem in Hymnis*,quos legito. Regnator Olympi. *Virg.2.Æn.* Cęlicolum Rex. *Ibidem.* Rector ſuperum. *Ouid.1.met.* Rex: Regnator cęlum, & terras, qui numine torquet. *Virg.4.Æn.* Torquet qui ſidera mundi. *Idem 9.Æn.* Cęlitum Rex. *Sen. & Hor. epod.16.* Pater ætheris. *Sen.* Rector Diuûm. *Virg.8.Æn.* Cęleſtum. *Catull.* Rex Ætheris. *Virg.* Rex Ætherius. *Idem.* Deûm regnator,architectus omnibus. *Plaut. in Amphitr.* Sator aſtrorum. *Stat.3.Theb.*

Mens diuina. *Virg.4.Georg.* Rerum cui ſumma poteſtas. *Idem 10.Æn.* O pater,ò hominum,Diuûmq; æterna poteſtas. *Ibidem.* Superum princeps æternus. *Ouid.3.de Pont.2.* Author,finiſq; bonorum:Sceptra tenens Cęli. *Idem 4.faſt.* Numinum vis ſumma. *Sen.in Herc.fur.* O ſumme Cęli rector Ætheriæ potens Dominator aulæ. *Idem in Thyeſt.* Ætherius vindex. *Ouid. in Ibin.*

Ibin. Vide *Trinitas*.

Epith. Æternus, clemens, vindex, omnipotens, prouidus, immortalis, bonus, aſtripotens, benignus, cęlipotens.

Dei Gentium. V. *Dij profani*.

DEXTERA.

Quam porrigere, ſimulq; iungere apud Perſas magnæ fidei erat indicium, vt oſtendit *Diodorus Siculus*: & cuius hieroglyphica apud Ægyptios plurima continebant myſteria, vt oſtendit *Pierius Valerianus*.

Prior manus; nempè prima, cuius vſus frequentior eſt, quàm ſiniſtræ: Dextera: Altera manus: Inuictaq; bello dextera: Congreſſi iungunt dextras: Iuncta eſt mihi fœdere dextra: Dextram labenti tendit inermem: Cur dextræ iungere dextram non datur. V. *Manus*.

DIA. Inſula. V. *Naxos*.

DIABOLVS. V. *Dæmon*.

DIACONVS.

Sacra apud nos Chriſtianos dignitas, qua inſignitus ſacris propius adeſſe, & miniſtrare poteſt.

Leuita, Græcum nomen: Famulus, & comes ſacrorum: Miniſter: Liturgus, apud *S. Dionyſium Areopagitam*. Myſtæ comes, famulus: Subdiaconus, qui poſt Diaconum miniſtrat ſacris: Sacrorum curator.

DIADEMA, tis.

Quod erat capitis faſcia linea purpura intexta, gemmisq; obſita, regum propriè geſtamen.

Inſigne regis. *Virg. 11. Æn.* Regalis honos; *ex Claud.* Regium capitis decus. *Sen. in Herc. fur.* Regia capitis nota. *Idem in Thyeſt. 7.* Inſigne regni gerens Laius. *Idem in Theb. 7.*

Hoc Priami geſtamen erat. *Virg 5. Æn.* Regale geſtamen capitis: Sonat & in nitida laurea ſerta coma. *Ouid. 2. triſt.* Non frontis nota Regię. *Sen. in Thyeſt.* Impoſita capiti vincla venerando gere. *Ibidem*. Aſpicis inſigni cultam diademate frontem: — regioq; nitore Conſpicuum diadema caput pręcingit — V. *Corona*.

Epith. Inſigne, conſpicuum, nitidum, regium, coruſcum, coruſcans, fuluum, puniceum, pręcingens caput, tempora, ornans frontem, flauum.

DIANA.

Iouis ex Latona filia, (vt notiorem ſequamur fabulam) Apollinis ſoror, quæ etiam Lucina, Iuno, Proſerpina, & Hecate confuſo dicebatur ordine. Latona enim cùm gemellos concepiſſet ex Ioue à Iunone zelotypiæ cauſſa multis agitata moleſtijs ad Aſteriem ſororem, quæ in inſulam Ortygiam fuerat profecta, confugit, vbi duas arbores complexa, Oliuam ſcilicet, & Palmam in monte Cyntho Apollinem peperit, & Dianam; qui cùm excreuiſſent, & adulti eſſent facti Pythonem ſerpentem, quem Iuno immiſerat ad perterrefaciendam genitricem ante partum, ſagittis confixerunt, & inſulam, in qua fuerant nati, reddiderunt immobilem, quæ deinceps Delos fuit appellata. V. *Delos*. Diana igitur à primis annis, & deinceps venationi operam dedit, vndè Venatrix Dea fuit dicta virilis: Oeconomię pręſes habita etiã, de qua re *inferiùs*. Dea ſiluarum dicta, quòd venationi pręeſſet, vndè comites habebat nymphas multas, de quibus *infrà*: quæ cùm ſe quondam in Gargaphiæ valle cum reliquis ſociabus ablueret, ab Actæone reperta, illum in ceruum mutauit. V. *Actæon*. Ipſa quoq; in Gigantum bello contra Iouem moto affuit, ſeq; in felem conuertit. Poſtremò tamquàm Deæ plurima templa, vndè ſynonyma recipit, erecta fuere. Simulacrum eius tale erat. Pingebatur ſpecie fœminea, coma diſſoluta, quæ arcum tenebat, & ſagittam, ceruos quoque cornutos in venatione inſequi videbatur, ſicut in priſcorum numiſmatis licet videre: Deſcribitur hoc habitu à *Claudiano* elegantiſſimè, vt *infrà*: Primum Dianæ templum Romæ in Auentino monte fuit extructum à populis Latinis, Seruio Tullio regnante. V. *Dionyſ. Halicar.* Huic templo boum cornua affigebantur, cùm reliquis Dianæ fanis ceruorum cornua ſuſpenderentur; cur illi templo vaccæ cornua fuiſſent affixa: fabulam recitat *Plutarchus, & Liuius*, quos adi. Fuit etiam ædes Dianæ in Cęliolo, quæ hodie eſt templum S. Io: Euangeliſtæ ante Portam Latinam, minima, & nullorum planè ornamentorum: item in Subura, vndè nomen Dianæ Suburanæ. Ædicula quoque Dianę Valerianæ in ſexta vrbis regione fuit. Item in vico Patritio ædes illi fuit dicata, quam non intrabant viri, cùm ab alijs non arcerentur, hac de cauſſa, vt *Plutarchus* refert; quod mulier quædam, cùm ibi cultum Deę exhiberet, à quodam vi fuit compreſſa, cuius ſceleris illicò dedit pœnas, nam à canibus fuit diſcerptus, vndè ſuperſtitio nata, ne in ædem illam viri ingrederentur.

Triuia, quòd in triuijs coleretur, vt inquit *Varro*. At triuiæ lenis ſpecies, & multus in ore Frater erat, Phœbiq; genas, & lumina Phœbi, Eſſe putes, ſoluſq; dabat diſcrimina ſexus, Brachia nuda nitent, leuibus proiecerat auris Indociles errare comas, arcuq; remiſſo Ocia neruus agit, pendent poſt terga ſagittæ, Criſpatur gemino veſtis Cortynia cinctu Poplite fuſa tenus, motoq; in ſtamine Delos Errat, & aurato trahitur circumflua Ponto. *Claud. de rapt.* Luna. V. *ſuo loco*. Phœbi ſoror: Gaudeat & certa virginitate ſoror. *Mart. 4. 45.* Nemorum cultrix. *Virg. 11. Æn.*

Dictynna. *Virg.* ſic dicta, quòd hoc nomen ſibi illa voluerit aſſumere in memoriam comitis ſuę Britomartys, quæ cùm amatorem ſuum Minoem fugiens, in mare ſe pręcipitaſſet, incidit in piſcato-

ria

ria retia,quæ Græcè Dyctya,dicuntur;alij tamen diuersè ſentiunt; nempè quòd Nympha prior omnium retia,ſiue retium vſum reperiſſet.

Titanis,dis. *Stat.1.Theb.* eius ortus ibidem deſcribitur *verſ.336.* vbi biga vectam rorifera Dianam explicat: Titania; quòd Cæi Titanis neptis eſſet ex matre. *Ouid.3.met.* Ortygia Dea. *Idem 1.met.* ab inſula Delo, quæ anteà Ortygia dicebatur:Regina Lycæi. *Claud.2. de rapt.* quòd in eo Arcadiæ monte potiſſimùm venatio exercebatur: Nemorum Latona cuſtos. *Virg.9. Æn.* Montium cuſtos,nemorumq; virgo. *Hor.4.*

Delia;à Delo inſula: Delia Dea. *Idem 4.6.* Cynthia; à monte einſdem inſulæ.vbi nata: Hecate, ſic dicta. V. *ſup. in hiſt.* & *Hecate* Lucina.V. *ſuo loco.* Dea leta pharetra. *Ouid epiſt.20.* Virgo pharetrata:Virgo Deli inuiolata. *Pont.*

Dea Thoantea. *Ouid. in Ibin.* cuius rei cauſſa hæc dicitur. Cùm Græci in Aulidem veniſſent,Agamemnon Dianæ ceruum occidit ignarus, vndè irata Dea,flatus ventorum remouit,quamobrem cùm nec nauigare poſſent, & peſtilentia laborarent, oracula conſulta dixerunt, Agamemnonio ſanguine Dianam placandam. Ergo cùm ab Vlyſſe per nuptiarum ſimulationem adducta Iphigenia iu eo eſſet, vt immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, cerua ſuppoſita, & tranſlata ad Tauricam regionem, regi Thoanti tradita, factaq; Dianæ ſacerdos. V. *Iphigenia*: ob ipſam quoq; cauſſam Taurica:Thoantis:Oreſtea: Faſcelis dicta fuit Diana; cuius ſimulacrum ex Taurica ab Oreſte aſportatum in Græciam,& indè ſublatum haud longè ab Aricia collocatum fuit, in cuius templo excreuit arbor, ex qua ramum effringere nemo poterat;ſiquis autem reus fregiſſet ramum, illi licebat cum eiuſdem templi Sacerdote monomachia pugnare,ſeq; ita criminibus abſoluere.

Mille Thoanteæ ſedes Faſcellina Diuæ. *Sil. lib.* Quiq; Thoanteę Taurica ſacra Deæ. *Ouid.* Cultaq; Oreſteæ Taurica terra Deæ. *Idem.*

Dea arcu pręſignis adunco. *Ouid.epiſt.4.* Sic tibi ſecretis agilis Dea ſaltibus adſit. *Idem.* Nec quæ Parthenium canibus ſcrutatur odoris. *Claud.2. de rapt.* Et inflexo terret quæ Mænala cornu. *Ibidem.* Conſors Phœbi Dea. *Idem 3. Pont.2.* Per calamos venatricis,pharetramq; puellæ. *Iuuen.ſat.13.* Dianæ numina. *Hor. epod.17.* Arcitenens Dea. *Sen. in Hipp.* Virgo,ſiue Diua potens nemorum. *Stat.6.Theb.* Dea montiuaga. *Idem 1. Achill.* Nemorum regina. *Sen. in Hipp.*

Siluipotens Dea. *Pont.* Siluicolis Dea cognita nymphis. *Idem.* Dea Męnalis,ob venationem in Mænalis aptiſſimam. *Idem.* Dea montanicola. *Idem.* Monticola. *Poiit.* Nemorum domina. *Idem.* Montium. *Catull.* Diua Pharetrigera:Dea Pharetrata. *Ouid.4.triſt.4.* Dea ſilueſtris. *Ouid.* ſiluarum. *Idem 3.met.* Et ſæuis inimica Virgo Belluis. *Hor. 1. od. 12.* Phœbe iaculatrix. *Ouid. epiſt.19.*

Latonæ genus. *Virg.12.Æn.* Latois,dis. *Ouid.epiſt. 20.* Latonia Virgo. *Virg.11.Æn.* Latonia. *Catull.* Stirps Latonia: Latonigena. *Ouid.6.met.* Quæ Dea tutelam virginitatis habet. *Pont. de amor.Coniug.* Virgo aſpera. *Sen. in Med.* Diua Virgo, cuius regno pars terrarum ſecreta vacat. *Idem in Hipp. ibiq; multa de Diana.* Agreſte numen Virginis Deę placa. *Ibidem.* Sola quę montes colis,Et vna ſolis montibus quæ coleris Dea. *Ibidem.* O magna Dea inter ſiluas, & lucos. *Ibidem.*

Dea venatu ſiluarum clara; *ex Ouid.3. met.* Quo poſtquàm ſubijt Nympharum tradidit vni Armigeræ iaculum, pharetramq; arcuſq; retentos Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ Vincla duæ pedibus demunt, nam doctior illis Iſmenis Crocale (ſic dicta ab Iſmeno fluuio,cuius filia) ſparſos per ora capillos Colligit in nodum, quamvis erat ipſa ſolutis: Excipiunt laticem, Nipheq; Hyaleq; Rhaniſq; (Niphe lotrix interpretatur; Hyale,pluuia;Rhanis,aſperſio)Et Pſecas,& Phiale,funduntq; capacibus vrnis (Pſecas,ſtilla;Phiale vas infundendis aquis accommodum dicitur) & quæ ſequuntur. *Ouid.3.met.* Calliſto fuit Dianæ comes, ſed ob ſtuprum in vrſam ab illa conuerſa.V. *ſuo loco.* Opis etiam Dianę comes. *Virg. 11. Æn.*

Lucifera Diana; Parthenia, à monte Parthenio in Arcadia venationibus accommodo; Pheręa, ab Argiuis, qui eam à Pheris Theſſalorum vrbe ad ſuam aduexerant,vndè: Munichiæ, & portus cuſtos veneranda Pheręa. *Callimach.* Dorthiatis Diana, à loco non procul à Taygeto, vbi colebatur: Coryphęa Diana. *Pauſ.* quòd in ſummo montis vertice apud Epidaurios colebatur:Epheſia Diana;ab vrbe,in qua illi templum celeberrimum.V. *Epheſus.*

Aricina, & Nemorenſis Diana; ſic dicta à nemore Aricino,in quo colebatur,cuius Sacerdotes reges Nemorenſes appellabantur, quod illud ſibi regnum gladio, & pugna tuendum eſſet; vndè *Ouid.2.de art.* Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ, Partaq; per gladios regna nocente manu: Qua triuiæ nemoroſa petit dum regna viator. *Mart.9.* Soliq; immitis Aricia regi. *Val. Flacc.* Quiq; immite nemus Triuiæ. *Sil.Ital.* Qua ſublime nemus Scythicæ qua regna Dianæ. *Luc.3. Pharſ.* Parva Mycenęæ quantum ſacrata Dianæ Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma. *Idem in 6.* Cùmq; ſacrum nemoralis Dianæ inſtaret, nempè Idus Sextiles ab vrbe facibus ac-

Digitized by Google

cenſis in nemus Aricinum diſcurrebatur. V. *Ari-cia:* quod & *Ouid. in faſt.* meminit: Sępè potens voti frontem redimita coronis Fœmina lucentes portat ab vrbe faces: Iamq; dies aderat profugis cum regibus altum Fumat Aricinum Triuiæ nemus, & face multa Conſcius Hippolytæ ſplendet lacus. *Stat.in ſilu.*

Auentina: Phyllis Auentinæ quædam eſt vicina Dianæ. *Prop.* à templo, quod ibi habebat: Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ. *Mart.* Magneſia Diana; ab vrbe, in qua colebatur: Bubaſtis, etiam ab Ægyptiorum vrbe, vbi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ: Sanctaq; Bubaſtis, varijsq; coloribus Api. *Ouid.9.met.* Vix operata ſuo ſacra ad Bubaſtia lino Velatur ſonipes æſtiui turba Canopi. *Gratius de venat.*

Caria Diana, ſic dicta ob huiuſmodi euentum. Fuit templum in Laconia Dianæ ſacrum, in quo cùm quædam virgines luderent, formidantes templi ruinam quodam caſu ad arborem nucis fugerunt, in cuius ramis pependerunt; quam nucem cùm Caram Græci vocarent, iccircò ipſa Dea indè ſumpſit epitheton. *Stat.4.Theb.*

Latois Calaurea, ſic dicta, quòd in inſula Calaurea, quæ in ſinu Argolico eſt contra Troezenem, & in qua Demoſthenes veneno ſibi mortem conſciuit. V. *Demoſthenes:* ſummis ipſa coleretur honoribus; hinc: Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua. *Ouid.7.met.*

Coloena, dicta fuit Diana à templo iuxtà Coloon Lydiæ lacum quadraginta ſtadijs à Sardibus diſtantem, qui & Gygeus à poetis nominatur, erecto, vbi ſiminæ ſolemnibus diebus ſaltare dicebantur. V. *Strab. lib.*13. Demùm epitheta ſynonymica tot habuit, quot in locis, vrbibuſq; culta fuit. V. *Gyrald.ſyntag.*

Epith. Pharetrata, armigera, iaculatrix, ſtudioſa pharetræ, incincta.

DICTATOR.

Suprema apud Romanos Reip. tempore dignitas. Porrò Dictatoria poteſtas fuit quaſi quædam electa tyrannis; quod inſtitutum à Gręcis Romani tranſtuliſſe videntur; nam apud Gręcos tales erant Æſymnetæ, qui erant electi Tyranni, qualem elegerunt olim Mitylenæi Pittacum, cuius rei mentio fit quoque ab *Ariſtot.3.Polit.* Dictator autem per ſex tantùm menſes eligebatur in ſumma conſulum diſſenſione; huius authoritatem, ac ius lege apud *Roſinum de antiq. Rom.* Qui Reip. ſummam moderatur. Supremus Reipublicæ Monarcha: Dux Reip. Dictaturam exercens, &c.

DICTAMNVS.

Herba, quę pulegium ſilueſtre nuncupatur, quę vim habet aduerſus venena, & ceruis vulneratis remedium eſt, ſola Creteis montibus cognita à Dicte Cretenſi monte dicta, in qua fuit primùm à ceruis oſtenſa, cuius meminit *Virg.12.Æn. vt infrà*; cùm enim capræ, ſiue cerui ſagittis confixi ſunt dictamnum quærunt, quo deuorato, tela ſtatim è corpore eijciunt, teſte *Ariſtotele*; Dianæ ſacra herba, quòd valdè ſit odorata, & proptereà ad facilem partum valere traditur, quin ea Ilithya coronabatur, vt eſt apud *Theonem in Arati commentarijs*. Dicitur etiam dictamnum genere neutro.

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida Puberibus caulem folijs, & flore comantem Purpureo. *Virg.12.Æn.* Gramina non incognita capris feris. *Ibidem.* Dictamni herba, ſuccus, liquor: — Idæa profert quā Creta ſub vmbra Dictamni florentis opem — *Stat.1.ſilu.* Non illa feris incognita capris Gramina — *Virg.12. Æn.* Germen dictamni: Pulegium Martis. *Officin.* Hortenſe gingiber dicitur nonnullis.

DICTVM.

Reſponſa, orum: Verba: Vox, voces. V. *ſuis locis.* Dicteria, orum: Dicteria dicis in omnes. *Mart.6.44.* Affatus: Sermones: Orſa, orum. *Virg.11.Æn.* Scomma, tis. *Mart.* nempè acutum dictum: Schemata dicuntur verborum quædam lumina. Aculeus: idem, quod ſcomma, ideſt dictum mordax.

Apophthegma, tis; eſt dictum memorabile: Fabula, pro dicto: Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat. *Mart.1.91.* ideſt nullorum vox, ſiue rumor, &c.

DIDO.

Quæ proprio nomine Eliſa vocabatur, Beli Tyriorum Regis filia, Agenoris proneptis, Pygmalionis ſoror, Sichæi coniux, qui illi quoque erat auunculus, & Herculis Sacerdos. Hæc, viro à fratre interfecto auaritiæ cauſſa, ab illo in ſomnis admonita, vt ſceleſtam fugeret patriam, aliquot comitantibus Tyrijs, theſauris coniugis ex imis terræ cauernis effoſſis in Libyam deuenit, vbi Carthaginem condidit. Ad quam Æneam naufragio veniſſe fabulatur *Virgilius*; quamvis opinio tutior ſit, vrbem conditam fuiſſe poſt Romam ædificatam; Dido verò poſtquàm Æneam benigniſſimè excepiſſet hoſpitio; illum quoque allexit ad nuptias, vt paullò ante ad concubitum allexerat. Sed à Mercurio admonitus, vt ſuum ſequeretur iter; illam mœrentem reliquit. Verùm cùm Iarbæ Mauritanorum Regis nuptias vellet euitare, & vim pertimeſceret, gladio vitam finiuit. Vel, vt *Virgilius* ait, incenſo rogo in diſcedentis Æneæ conſpectum gladio incumbens in flammis fuit extincta. V. *Virg.1. & 4. Æn. & Iuſtinum.* qui hiſtoriam perbellè concexuit. Extat Didonis (dicitur etiam Didùs in genitiuo Græcorum Dialecto) epiſtola ad Æneam apud *Ouid.*

Digitized by Google

Ouid. quæ eſt ſeptima. Aduerte tamen Belum Didonis patrem non primum fuiſſe Belum, qui ſub Abrahamio vixit; ſed ab illo temporis longitudine diuerſiſſimum, qui Metres cognominabatur; nam, vt referunt, hæc Didonis genealogia. Iupiter Epaphum genuit, qui Belum Priſcum generauit, tum alios plures, ex quibus Belus quidam generauit Agenorem; Agenor Phœnicem; Phœnix Belum minorem, qui Pygmalionem, & Didonem generauit.

Eliſa, nomine proprio ſic nuncupata: dicta verò Dido à rerum geſtarum magnitudine, quaſi virago. Sidonis, dis: Non benè diſſidium Phrygij latura mariti Sidonis, inq; pyra, &c. *Ouid.* 14. *met.* Mœnia reſpiciens, quæ iam infelicis Eliſæ Collucent flammis. *Virg.* 4. *Æn.*

Sidonia regina: Phœniſſa: Libyſſa: Hærebat Phrygio pulchra Libyſſa viro. *Bemb.* Cui cauſſam mortis, & anſam Præbuit Æneas — Æneæ fraude coacta mori fœmina: Squalenti Dido ſanguinolenta coma.

Epith. Profuga, miſera, furiata, infelix, diues, Sidonia, formoſa, miſerabilis: Lacrymoſa: Lacrymoſam in vulnera Didon Conijcis: Didon à coniugatione: Dido, Didus in genit.

DIES.

Temporis quoddam ſpatium à Sole diurno curſu ſignatus, viginti quatuor horarum interuallo. Apud Romanos autem eſt ſpacium à media nocte ad proximam mediam, quod teſtatur *Varro*, & *Terentius*: quum Athenienſes ab occidente Sole; Babylonij ab eodem oriente; Vmbri à meridie diem inciperent, vt Aſtrologi nunc numerant; in duodecim potiſſimùm partes diuiſus fuit dies; primum tempus dicebatur media nox: alterum mediæ noctis inclinatio, vel de media nocte: tertium gallicinium, ſiue galli cantus: quartum conticinium, quod & galli conticeſcerent, homineſq; quieſcerent: quintum diluculum, cùm incipit dignoſci dies: ſextum mane, cùm eſt dies clarus: ſeptimum tempus antemeridianum: octauum meridies: nonum, tempus pomeridianum: decimum Solis occaſus, ſiue ſuprema tempeſtas, hoc eſt nouiſſimum diei tempus: vndecimum veſpera, quæ à ſtella nomen habet Heſperos: duodecimum crepuſculum. Sed cùm dies nocturno etiam tempore conſtet, additur etiam decimum tertium, prima fax, quòd tunc lumina accendebantur; primæ tenebræ à *Liuio*: prima lumina ab *Horatio* nuncupatum; decimum quartum, conticinia nox; decimum quintum intempeſta nox, ſiue intempeſtiuum; decimum ſextum, inclinatio ad mediam noctem. Hic autem dicebatur ciuilis dies. Verùm dies fuerunt à priſcis diuiſi, vt nonnulli feſti, alij profeſti, alij interciſi dicerentur. De feſtis diebus V. *Feſtus*: ſic de profeſtis, & feſtis alij vario nomine indigitabantur; *vt infra*.

Sol, pro die ſumitur: Longi Soles, incerti Soles, pro incerti, longiq; dies. *Virg.* vt dies pro Sole ponitur à *Sen. in Herc. Oet.* Quaq; purpureus dies Vtrumq; clara ſpectat oceanum rota.

Lux, luces: Lux tibi poſt Idus numeratur tertia Maias. *Mart.* 3.6. nempè die 17. Maij: & ſic de alijs diebus, & menſibus dici poteſt: Quarta, quinta, ſeptima lux, &c. V. *Numerus dierum.* Titan primus, ſecundus, tertius, &c. pro dies primus, &c. *Ouid.* 1. *faſt.* Septimus oriens; primus, &c. *Ibidem* 658. Lucifer: Hunc illum nobis aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis. *Tib.* 1.3. Venturum paucis me tibi luciferis, *Prop.* 2.14. & *Ouid.* 1. *faſt.*

Fata diurna. *Ouid. epiſt* 6. Impleſſe ætatis fata diurna fuæ: Tempora diurna: Curſus diurni. *Idem* 4. *met.* Horæ diurnæ: Vix lumine quarto. *Virg.* 6. *Æn.* ſic quinto, ſexto, &c. Namq; diurnum lumen inaſſueti vix patiuntur equi. *Ouid.* 4. *faſt.*

Tempora Phœbi: Triſtior iccircò nox eſt, quam tempora Phœbi. *Ouid.* 2. *de rem.* Inſuper eſt auium ſpatijs garrire diurnis. *Idem in Phil.* Aurora, fig. pars pro toto: At cum pulcra diei Tela renaſcuntur: Ruſus vbi alma dies hebetarat ſidera. *Idem* 5. *met.* Qua flebilis Allia luce Vulneribus Latijs ſanguinolenta fuit.

Dies diuerſi.

Dies ciuilis, qui viginti quatuor horas complet.

Dies comitialis, quo fiunt comitia, aut quo conuenitur ad ferendum ſuffragium: Dies faſtus. *Ouid.* Iudicialis, quo ius exercebatur. Lege *eundem* 1. *faſt.* Dies nefaſtus. *Idem*: Quo nefas erat Prętori tria verba profari; in eodem loco.

Dies ater. *Virg.* Infelix: Dies religionis: Infamis, infauſtus dies. *Donat.* quo præliari non licebat, nec auſpicia capere. V. *Plutarchum.*

Dies luſtricus. *Suet.* quo luſtrabatur infans, nomenque illi creabatur, ita nos oppoſitè vocabimus diem, quo tinctus puer luſtralibus vndis, nomen accipit.

Dies criticus, vel decretorius apud medicos, quo exitij, aut ſalutis notæ apparent in ægroto.

Dies intercalaris. *Plin.* Inſititius. *Idem*: qui quarto quolibet anno intercidit, & inſeritur: Biſſextus dies; quòd duobus diebus continuis in menſe Februario bis dicimus ſexto Cal. Martias, duos videlicet dies pro vno computantes: Vndè qui natus eſt biſſexto Cal. nihil refert, vt inquit eleganter *Celſus*: vtrum priore, an poſteriore natus ſit, cùm illud biduum pro vno tantùm die habeatur.

Dies iuſti. *A. Gell.* qui confeſſo æris conceduntur conquirendæ pecuniæ cauſſa, quibus nihil

cum eo agi licebat.
Feria,& feriæ. V. *ſuo loco*.
Dies integer. *Hor.* Solidus dies. *Idem:* quo nihil cibi,potusve guſtarit quiſpiam: id enim eſt frangere diem,*Sciolvere*, Florentinis.
Dies compitalitius; feſtus dies, qui Deo compitorum præſtiti, ſiue præſidi celebrabatur. Dies dedicationis, qui Encenia apud Hebræos quaſi initiales feriæ dicebantur.
Biduum:Triduum:Quatriduum; duorum,trium,ſiue quatuor dierum ſpatium.
Diei partes.
Aurora:Meridies:Veſper:Crepuſculum:Nox:Hora. V. *ſuis locis*.
Dierum nomina.
Dies dominicus: Dies Solis;apud veteres,tamquàm Soli dicatus: Sacra dies tenens Domini de nomine nomen: Septima lux docens exempla quietis. Septima lux, qua diuini ſparguntur ſemina verbi:Venerandæ lux ſeptena quietis.
Cęteri; Dies Lunæ, dies Martis,Mercurij,Iouis,Veneris, Saturni, vel Sabbathi: Saturni ſacra me tenuiſſe die. *Tib.1.eleg.3.* ſic de cęteris.
Dies Natalis.
Natalis,& natale: Natalitium. *Cic. Plin.* Lux natalis. *Ouid.in Ibin.* Lucifer amborum natalibus adfuit idem. *Idem 4.triſt.9.* Natalia. V. *Natalis dies*,vbi multa reperies:Alma dies: Cæſaris alma dies, & luce ſacratior illa Conſcia Dictæum qua tulit Ida Iouem. *Mart.4.1.*
Dies anniuerſaria.
Anniuerſarium:Anniuerſaria:Annua ſacra. *Catull. epithal.* Annuus dies ſacer: Sacra quotannis celebrantur.
Dies nubilus.
Dies nubibus atra. *Ouid.in Ibin.* Nubiloſus:Imbrifera lux: Inductis nubibus atra dies.
Dies ſerenus.
Candida lucifero pręueniente dies: Lętificuſq; dies erat omnibus æthere puro Si neque clara dies. Vultu quæ meliore nitet. *Mart.4.1.*
Dies Caniculares.
V. *Caniculares.*
Dies mortis.
Dies emortualis. *Plaut.* quo quis moritur: Supremum vitæ tempus. *Ouid. 2. Pont.3.* Summa dies. *Idem 4.Pont.16.* Supremus dies. *Idem 4. triſt.3.* Extremus dies. *Idem:*niger. *Prop.2.18.* Funeris hora. *Ouid,5.triſt.12.* Extremi funeris atra dies. *Prop.2.8.* Suprema hora. *Tib.1.eleg.1.* Ferales dies. *Ouid.2.faſt.*
Dies extremi iudicij.
Cùm ſuprema dies perituro illuxerit orbi, Cùm omnia noteſcent tenebris caliginis atræ, Cùm omnia pręcipiti lapſu concuſſa peribunt, In nihilumq; cadet quod fuit ante nihil: Cùm chaos æternum,tellus,mare,nubila,cęlum, Atque ingens mundi diſſoluetur opus: Cùm rapidis flagrabunt omnia flammis: Cùm mortales omnes rupta tellure reſurgent.
Summa dies, & ineluctabile fatum: Lux vltima mundi: Ille etiam mundo cùm venerit vltimus æui Terminus ante noua quàm flagrent omnia flamma: — maria, & terras, cęlumq;, profundum Vna dies dabit exitio, multosq; per annos Suſtentata ruet moles, & machina mundi: — cùmq; iterum terras inuiſet ab aula Ætheria, vt viras,hominumq; & crimina diſcat Quęſitor, damnetq; Erebo (miſerabile) ſontes, Atq; pios cęli vocet ad alta ſidera manes. Deniq; cùm ſuprema dies detexerit orbem: Omniaq; eliciam patefactis oſſa ſepulcris.
Diei exorientis deſcriptio.
V. *Mane.& Aurora.*
Dies feſtus, & feſtorum nomina.
V. *Feſtum.*
Dierum numerum.
V. *Numerus.*
I.
Ad finem lucis ab ortu:Lucifer amborum natalibus adfuit idem. Proxima proſpiciet Tithono aurora relicto Arcadiæ ſacrum Pontificale caput.
II.
Iamq; dies, alterq; dies proceſſit, & auræ Vela vocant: Bis iuga Phœbus equis in Ibero flumine merſis Dempſerat,& quarta radiantia nocte micabant Sidera.
III.
Tres adeò incertos cęca caligine Soles Erramus pelago totidem ſine ſidere noctes. *Virg.1.Æn.* Ter iungat Titan, terq; reſoluat equos: Tertia lux claſſem Cretęis ſiſtet in oris. *Idem 3.Æn.* Tertia lux gelidam cęlo dimouerat vmbram, Tres notus hibernas immenſa per æquora noctes Vexit me violentus aqua.
IV.
Vix lumine quarto proſpexi Italiam, Indè quater paſtor ſaturos vbi clauſerit hœdos, Canuerint herbæ rore recente quater: Quarto terra die primum ſe attollere viſa.
V.
Quintus ab æquoreis nitidum caput extulit vndis Lucifer,& primi tempora veris erant. V. *reliqua in Numero dierum.*
Epith. Clarus, almus, niridus, formoſus,ſplendens, roſeus, rubicundus, celer, velox,Phœbęus,candidus,lętificus,puniceus,&c.
DIFFERENTIA.
Diſcrimen. Diuerſus. Differens, qui differt.
DIFFICVLTAS, &
DIFFICILIS.
Haud mollia iuſſa. *Virg.3.Georg.* Magnus labor.

Idem 4.Georg. ſic immenſus labor: Tantæ molis erat. *Idem 1.Æn.* Arduus: Res non facilis: Res non parua. *Virg.3.ecl.* Hoc opus hic labor eſt. *Idem 6.Æn.* Rebus in arduis Augur: Te ſine nil altum mens inchoat: Magnus erit quos numerare labor. *Mart.8.56.*

DIGITVS.

Pars manus.

Pollex, digitus craſſior, primusq; in manu, pollendi argumento, quòd toti manui ſolus æquipolleat. Sunt qui à pollicendo dictum putent, quòd qui aliquid polliceri cum iuramento voluiſſet, illum extollebat digitum: hinc, Pollicem premere, cùm quis fauet. contra, Pollicem vertere, cùm non fauetur; vndè *Hor.epiſt.2. ad Lollium:* Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum: figuratè ſumitur pro digitis, hinc: Triplici pollice nectit opus. *Ouid.* pro triplici digito: Digitis medio cum pollice iunctis.

Index digitus; quo aliquid indicatur: Salutaris digitus *Suet.* & ideò ſalutaris, quòd qui reticet ſecreta ſaluus eſt, inquit *Beroaldus:* quòd illo ſilentium indicatur; vndè *Martianus lib.de nupt.Philolog.* Quidam, inquit, redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commonebat. Demouſtratorius, dicitur *D.Iſid.* Lichonos, p.p. Grçcè à lingendo dictus; nam illo poriſſimùm patinæ linguntur.

Digitus medius. *Mart.2.28.* & hic dicitur, Infamis. *Perſ.* Impudicus. *D.Iſid.* Verpus, ſiue famoſus; qui porrectus cçteris contractis, curuatisq; cùm Priapum repręſentaret, in cinœdorum, & mollium notam olim extendebatur.

Digitus annularis. *A.Gellius*, Medicus etiam dictus, quòd priſci medici miſcerent eo pharmaca: annularis autem dictus, quòd illo geſtarent annulos. V. *Annulus*, vbi multa ſcitu digna ad hunc pertinentia.

Digitus auricularis, minimus. *Plin.* Hinc roſcis digitis habilem tibi finge coronam, &c.

Digiti pectinatim inter ſe amplexi. *Plin.* Pectine iuncti. *Ouid.* Palmæ in alternas digitorum viciſſitudines connexæ. *Apul.* vulgò *Dita inerocicchiate.*

De ratione per digitos numerandi veteribus vſurpata multa eruditè obſeruauit *Lilius Gyraldus dialog.2.* ſic numeros ab vno vſq; ad centum ſiniſtra manu denotabant: à centeſimo autem numero dextra deinceps numerabant: ideò de Neſtore *Satyrius* ait: — dextra iam computat annos. Lege *Pierium in Hieroglyph.*

Digiti partes.

Articulus; articuli: Internodia digitorum. *Mart.5.11.* Vnguis, extrema digiti pars. V. *ſuo loco.* Coryphe, eſt digitorum extremitas interior iuxtà vng[illegible] *l dito.*

Digitale; quo ferreo, corneove vtimur ad ſuendum: Et digitalia ſunt, quibus digitum aliquem ægrum munimus ab offenſa: Corneus circulus. *Suet.in Aug.* Digitorum tegumenta, munimen, &c.

Epith. Molles, molliculi, roſci, impares, eburnei, candiduli, &c.

DIGNVS.

Honorandus: Venerandus: Venerabilis: Multo dignandus honore: Dignus honore: Meritò afficiendus honore.

DII Prophani, ſiue Gentium.

Quos cçca olim venerata fuit antiquitas, nos verò ſi commemoramus, vt priſcorum lectio clariùs pateat, efficimus eorum acta damnantes, & priſcorum execrantes cultum, qui illos venerarentur, quos ridiculos, quos turpes, quos ſceleribus mille pollutos non ignorabant. Illos ergò diuidemus in Deos, & Deas; in maiores, minoresq; in cçleſtes, terreſtres, aquaticos, & inferos. Quorum filij plerią; ſuper fluminum ripas memorantur eſſe concepti, vt facilis nimium potuiſſet eſſe ablutio; vt de Ænea ex Venere meminit *Virgilius:* de Achille ex Thetide *Homerus:* de alijs alij.

Horum nonnulli Auerrunci dicebantur, quòd placati infauſta ſomniorum omina credebantur auertere. Hi erant: Iupiter prodigialis: Apollo: Tellus; ex Heroibus autem Hercules: Caſtor, & Pollux; vndè *Sen.in Octau.* Delubra, & aras petere conſtitui ſacras Cçſis litare victimis numen Deûm, Vt expientur noctis, & ſomni minæ. Et hi omnes, quòd auerruncandi mali gratia colerentur, dicebantur quoque Lyſij: Alexicaci: Apotropçi ex Græca phraſi, teſte *Polluce.*

Alij erant Dij Coniugales, qui coniugijs pręeſſent, & hi: Iupiter, & Iuno: Suada, nuptiarum conciliatrix, & pronuba: Diana operis domeſtici, & familiæ adminiſtrandæ pręſes: Lucina, nempè Luna, quæ ad pariendum confert, & ipſa Diana: Venus genitiuæ domina: Genius, qui quòd vnà natus ſit, narosq; rucatur, vel quòd vt generemur caret, à gignendo nomen habens: Hymeneus, qui nuptijs pręeſt; vndè: Dij coniugales, tuq; genialis tori Lucina cuſtos. *Sen.in Med.1.*

Alij Dij domeſtici, qui propè focum ignis curam gerebant, dicti etiam Penates, quaſi penè nos nati, per quos penitùs ſpirare, & animæ rationem habere cçci veteres credebant.

Alij Dij ferales, hi: Pluto, & Proſerpina, & Chaos.

Alij Dij tutelares, vel pręſtites, quorum aræ iuxtà fores fuerunt, nempè quos peculiaritate colebant.

Alij topici, qui & Genij loci dicebantur, quos religioſè ſalutare, ac inuocare erant ſoliti regionem

ali-

aliquam ingreſſi, vel etiam in patriam poſtliminio reuerſi.

Alij magni, ſelecti, communes; hi tres, ideſt Mars, Bellona, Victoria: Magni fuerunt numero duodecim, ſelecti octo: & his diuerſè litabatur, ac inferis, vt *infra*.

Dij maiores gentium.

Duodecim fuere, ſex mares, & ſex fœminæ; qui etiam Conſentes Dei dicti ſunt, quod conſilio Iouis adeſſent; *vt D. Auguſtinus in 4. de ciuitate* interpretatur: & horum imagines auratæ ſtabant apud forum, & duodecim menſibus pręſidere crediti ſunt: erant autem: Iupiter: Neptunus: Vulcanus: Apollo: Mercurius: Mars: Iuno: Ceres: Venus: Diana: Minerua: Veſta. De quibus *ſuo loco*. Ianuarij tutelam habere Iuno credebatur; Februarij Neptunus; Martij Minerua; Aprilis Venus; Maij Apollo; Iunij Mercurius; Iulij Iupiter; Auguſti Ceres; Septembris Vulcanus; Octobris Mars; Nouembris Diana; Decembris Veſta; eoſdemq; Deos ſignis cęleſtibus eorumdem menſium *Manilius* aſſignat *lib. 2. Aſtron.*

Lanigerum Pallas, Taurum Cytheręa tuetur,
Formoſos Phœbus Geminos, Cyllenie Cancrum,
Iupiter & cum Matre Deûm regit ipſe Leonem,
Spiciferæ eſt Virgo Cereris, fabricataq; Libra
Vulcano, pugnax Mauorti Scorpius hęret,
Venantem Diana virum, ſed partis equinæ,
Atq; anguſta fouet Capricorni ſidera Veſta,
Et Iouis aduerſum Iunonis Aquarius aſtrum eſt,
Agnoſcitq; ſuos Neptunus in æquore Piſces.

Dij Selecti.

Fuerunt viginti: mares duodecim, octo fœminæ. qui alij erant à Conſentibus. Ianus: Iupiter: Saturnus: Genius: Mercurius: Apollo: Mars: Vulcanus: Neptunus: Sol: Orcus: Liber pater: Tellus: Ceres: Iuno: Luna: Diana: Minerua: Venus: Veſta; de quibus V. *ſuis locis* ſingillatim.

Demùm hæ quoque Marti adſcribebantur ſociæ, & tamquam Deæ cultæ: Bellona; Victoria; Nemeſis. Veneri; Cupido; Adonis; Charites. Genio; Penates; Lares; Foci. Orco, ſiue Plutoni; Parcæ; Furiæ.

Indigetes, ſiue minores Dij
Gentium.

Sic appellari à quibuſdam creduntur, quaſi in loco vel geniti, vel degentes, & magis proprij patriæ loco, & ciuibus: Dij patrij indigetes. *Virg.* Indigetes fleuiſſe Deos. *Luc.* Quem turba Quirini Nuncupat indigetem, temploq; ariſq; recepit. *Ouid. 14. met.* Illic ſanctus eris cùm te veneranda Numici Vnda Deum cęlo miſerit indigetem. *Tib. 2. eleg.*

Alij dicunt indigetes nuncupatos, quos indigetari, & nuncupari nefas eſſet.

Inter Deos à priſcis relati.

Hercules: Æſculapius. V. *ſuis locis*. Faunus: Acca Laurentia: Carmenta: Euander: Caſtor: Pollux: Quirinus; hi nempè apud Romanos; aliæ enim nationes pręcipuos ſibi quæq; Deos elegerant venerandos. Prętereà erant

Semones Dij.

Quos nec cęlo dignos putabant, nec eoſdem terrenos reputare volebant: hi erant: Priapus: Hippona: Vertumnus; additur etiam Ianus à nonnullis.

Nouenſiles Dij.

A Sabinis Romam deducti, quibus à Tatio rege ex voto fuerunt ædes dicatæ, qui in ſecunda cęli regione fuerunt collocati: hi autem erant: Hercules: Veſta: Salus: Fortuna: Fides.

Anthelij Dij.

Qui pro foribus ædium ſtatuebantur, & eorum ſtatuæ ſubdiales dicebantur, quòd ſoli eſſent expoſitæ: inter hos etiam Apollo recenſetur; vndè Thyreus appellatus, quaſi portuenſis, ſiue ianualis.

Dij, qui naſcentibus, & infantibus pręerant.

Ianus, de quo V. *ſuo loco*. Opis: vt opem ferat naſcentibus, & excipiat eos terræ ſinu. *D. Auguſt.* Naſcio, ſiue Natio Dea, quæ naſcentibus pręeſſe credebatur. *Cic. 3. de nat. Deorum.* Vaticanus Deus dictus, qui in vagitu eos aperit, ſiue quòd eorum vagitibus pręſit: de hoc V. *Gell. lib. 16. cap. 17.* Leuana, quæ de terra leuabat infantes: Cunina, quæ pręerat cunis, & faſcinum ſubmouebat. *Lactant. D. Auguſt.*

Rumina, quæ mammam paruulo immulgebat; ruma enim antiquè mamma dicebatur: Diua Potina, quæ potionem miniſtrabat: Diua Educa, ſiue Eduſa, quæ eſcam prębebat infantibus: Oſſilago, Dea ſolidatrix oſſium: Nundina Dea, à nono naſcentium die, quo ſcilicet infantes luſtrabantur, nomenq; accipiebant, nonus ſcilicet puero, octauus erat fœminæ. V. *Plut. in Quæſt.* 102.

Statilinus, & Statanus Dei pręſides, & adſtãtes, cùm ſtandi, & conſiſtendi poteſtatem habere incipiebant: Fabulinus Deus, qui fando pręerat, cui ſacrificabant, cùm primò pueri fari incepiſſent: Pauentia Dea, quæ pauorem auerteret.

Carnea, vel Carna Dea, quæ conſeruabat pueri interiores partes: & huic templum Romæ in Cęlio monte à Bruto fuit extructum, expulſo Tarquinio, cui ſacra fieri ſolebant pulte fabacea, & larido Calendis Iunij, vndè Calendæ Iuniæ fabariæ appellabantur. V. *Iunius menſis.*

Iuuentus, ſiue Iuuentas Dea, quę poſt prętextam excipit iuuenilis ætatis exordia inquit *D. Auguſtinus*. Huic in Capitolio fuit ædes ſacra, [illegible] cùm Tarquinius Priſcus exaugurare [illegible]

Digitized by Google

Capitolino ingens templum conſtructurus Terminus,& Iuuentas cedere noluerunt, quod boni ominis loco ſumptum. V. *Dionyſ.* Orbona Dea colebatur,ne orbos faceret. *Arnobius.*

Volupia Dea à voluptate dicta, quòd voluptatem hominibus afferret. Habuit ſacellum propè portam Romanulam in via noua; ab aliis in decima vrbis regione collocatur: in quo ſacello,teſte *Macrobio in Ara.* Volupiæ fuit ſimulacrum Augeroniæ,quæ Dea ſilentij erat:Lubentina,ſiue Lubentia,à Libendo dicta Deo. *Varr.* Anculi,& Anculæ Dij,Deæq; miniſtris,famuliſq; præſidentes.

Dij nuptiales.

Præter eos, quos *ſuperius* recenſuimus, qui præeſſe nuptiis credebantur,hi quoque adhibebantur, vt inquit *D. Auguſt. & alij.*

Iugatinus,quòd coniuges coniungeret:Domiducus Deus, qui colebatur, cùm domum nupta ducenda erat: Domitius, vt eſſet in domo noua nupta. Manturna Dea,vt nupta cum viro maneret: Virginenſis Dea,cùm virgini zona ſolueretur:& hęc Cinxia à *Feſto* appellatur, quòd initio coniugij ſolutio erat cinguli: Mutinus,ſiue potiùs Mentulinus,qui & Priapus.V.*Lactantium,& D.Auguſt.* Deus pater ſubigus,vt virgo à viro ſubigeretur: Dea mater prema.

Viriplaca Dea, quòd viros placaret, & hæc in Palatio ſacellum habebat,ad quod veniebant fœminę quoties inter ſe, virumq; diſſidium aliquod fuiſſet ortum, cum viris, & ibi inuicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes reuertebantur.

Dij, Deæq; Partubus præſides.

Mena Dea, quæ fluoribus menſtruis mulierum præeſſe putabatur, Iouis filia dicta, Luna, & Iunonis priuigna,à *D.Auguſtino.* Iuno fluonia,& Lucina: Latona Apollinis, ac Dianæ mater, quòd illi parienti gallus gallinaceus,quem amabat,adfuerit, & ſic etiam parientibus illa adeſſet.

Ægeria Dea,à mulieribus colebatur,quòd eam opitulari credebant egerendo partui: Nixij Dei, ab enitendo dicti; quæ ſigna erant tria in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa; à M. Attilio Antiocho Rege Syriæ ſuperato, Romam adſportata: Proſa, vel Prorſa, & Poſtuerta; Deæ partus diſcriminibus præſidentes:hæ duas aras habebant Romæ. V.*Gellium,& Macrob.* Mater Matuta. V. *Leucothea.*

Bona Dea,de qua V. *ſuo loco.* Muliebris etiam dicta Dea,cuius meminit *Plutarchus in Caſare.* Colitur,inquit, Romæ Dea,quam Bonam appellant: Hanc Phryges Mydæ Regis matrem fuiſſe putant Romani nympham Dryadem Fauni vxorem;Græci vnam de Bacchi nutricibus,&c. Cùm ei ſacra peraguntur virum accedere, aut iiſdem in ædibus eſſe nefas dicitur; *ex Plutarcho.* Alij autem fabulantur,illam Fauni vxorem, quæ cùm contra morem, decuſq; regium clam vini ollam ebibiſſet,& facta eſſet ebria,virgis myrteis à viro vſque ad mortem cæſa fuit; cuius facti cùm Regem pœniteret,illi numen detulit;ob quam cauſſam in eius ſacris obuolutam vini amphoram ponere ſolebant. V. *Macrob.lib.1.ſaturn.12.*

Magna geneta à Romanis culta. *Plutarch.* cui canem immolari ſolitum aſſerit.

Dij,Deæq; ab humanis actionibus denominati.

Mens Dea. Antiquis, cui cum Venere Erycina fuit ædes in Capitolio, vt bonam mentem concederet.

Virtus, & Honor: Virtutis verò ſimulacra fuerunt varia nonnumquam matronali habitu, nonnumquam virili, nonnumquam ſenili efficta, cum Virtute, (cui fanum Scipio Numantius dicarat) Honorem quoq; Marcellus coniunxit, qui templa habebant ſeiuncta,& quodammodo coniuncta:ita enim erant extructa, vt per Virtutis templum ingreſſus eſſet ad ædem Honoris.

Pietas Dea, habuit ædem à M. Acilio Glabrione Duumviro in Olitorio foro ſacratam, eo ipſo in loco, quo quondam illa celebris mulier habitarat, quæ matrem ſuam (ſiue patrem) incluſam carceri mammis ſuis clam aluerat, ob quod factum illi fuit impunitas conceſſa: & Deæ Pietati ædes ſacrata C. Quintio, & M. Attilio Coſſ. teſte *Plinio lib.7. cap.36. & Val. Max. lib.5. cap.4.*

Fides diuinis honoribus culta à Romanis; cuius ædes in Capitolio fuit à Numa Pompilio primùm extructa, & ab Attilio Calatino refecta, ſiue reſtaurata:Spes,ab eodem Calatino ſacra æde condecorata, quam in foro Olitorio fuiſſe meminit *Liuius lib.21. Pub.* tamen *Victor* Spei nouum templum in ſeptima vrbis regione, nempè in via Lata collocat.

Pudicitia Dea: hæc duobus nominibus culta, Patricia, & Plebeia: primæ fuit ædes in foro Boario ad ædem rotundam Herculis: altera à quadam Virginia extructa ædicula in vico longo, in quo habitabat ea de cauſſa, quam pluribus refert *Liuius.*

Concordia, quæ daret concordiam, cui multæ Romæ fuerunt dicatæ ædes: vna in Capitolio à Furio Camillo Dictatore excitata poſt ſeditionem ſedatam. V. *ſup.Concordia Dea.* Clementiæ Cæſaris templum decretum fuit,vt *Plutarch. Dion*, nummiq; veteres demonſtrant.

Pax tamquam Dea culta, cui Romæ fuit templum magnificentiſſimum foro proximum, quod Veſpaſianus à Claudio inchoatum conſtruxit; in quo

quo templo, vt *D. Hieronymus* refert, vaſa, & donaria templi Hieroſolymitani à Tito Veſpaſiano repoſita fuerunt; quo omnium rationalium artium profeſſores conuenire ad diſputandum conſueuerant. Et hoc idem templum Commodo imperante incendio conſumptum fuit, vt tradit *Herodianus lib.* 1.

Quies: hæc ædem habebat extrà Portam Collinam; & *Liuius lib.* 4. ſcribit fanum Quietis fuiſſe via Labicana.

Salus, quam ita religioſè Romani coluere, vt feriæ etiam antiquis eſſent quoties quis Salutem Deã nominaſſet, teſte *Macrob. lib.* 1. *ſat. cap.* 16. cui fuit ædes locata anno ab V. C. 446. à C. Iunio Bubulco Cenſore: in quinta Vrbis regione locatur à *P. Victore* propè portam, quæ Salutaris ab illa dicebatur. V. *Dionem lib.* 37. *de Salutis augurio multa diſputantem*.

Felicitas Dea, quæ ædem accepit, teſte *D. Auguſtino*, aram meruit, & ei ſacra congrua perſoluta ſunt; ſicq; depingebatur fœmina in ſolio ſedens dextera caduceum, ſiniſtra grande cornucopiæ tenens. Ædem illi locauit anno ab V.C. 666. L. Lucullus Coſ. cum collega M. Cotta, & alibi etiam ædes. V. *Dion lib.* 44.

Libertas, cuius templum in Auentino conſtituitur à *P. Victore*, & ibidem atrium Libertatis. V. *Suet. & Liuium: & Libertas Dea*. Domus etiam Ciceronis à Clodio (illo iam in exilium profecto) Libertati fuit conſecrata.

Alij quoq; fuerunt Dij, Deæq; ab humanis actionibus dicti.

Murcia, Dea Deſidia, quæ faciebat hominem murcidum, ideſt nimis deſidioſum. Huic ſacellum erat ſub monte Auentino, qui anteà Murcius dicebatur. V. *ſup.* Strenua, quæ homines impellebat, vt ſtrenuè ſe gererent. Eius ſacellum fuit in via ſacra. Stimula, quæ ſtimulos ageret. Agenoria, quæ ad agendum excitaret: Agonius Deus, qui rebus agendis præerat: Horta, ab hortando, quòd hortaretur homines: hanc Quirini, vel Romuli vxorem fuiſſe aiunt nonnulli, quæ alio nomine Herſilia diceretur, cuius templum ſemper apertum videbatur, teſte *Plutarcho*: alij dicunt eſſe dicendam Horam, vel ſine aſpiratione Oram, quæ primam breuiat; vndè *Ouid.* 14. *met.*
—Priſcum inquit pariter cum corpore nomen
Mutat. Oramq; vocat, quę nunc Dea iuncta Quirino eſt.

Catius Deus, qui homines catos, ideſt acutos faceret: Volumnus, & Volumna Dij à volendo, quòd bona vellent, & nuptijs etiam præerant: Adeona, & Abeona, quæ abeundi, ſiue adeundi facultatem præſtarent. *D. Auguſt.* Vacuna Sabinorum Dea, quæ etiam Victoria dicebatur, quæ ſub incerta forma colebatur; alij ſic dictam putant, quòd vacantibus, & ocioſis præeſſet: Eius templum Romæ fuit in decima quarta vrbis regione: Vitula Dea, quæ lętitiæ præerat, vel vitæ tuendæ. V. *Macrob.* Pellonia, quæ pellere poſſet hoſtes: Numeria, quæ numerare docere credebatur. *D. Aug.* Feſſonia, vt feſſos iuuaret. *Idem.* Vibilia, quæ ab errore viarum liberaret: Auerruncus, qui mala auerteret.

Angerona ſilentij Dea. V. *ſuo loco.* Hęres Martea, quæ pro accepta hęreditate colebatur: ex Martis Comitibus: Stata Mater, cuius ſimulacrum in foro colebatur, ne lapides igne corrumperentur: Lauerna Dea furibus, ac latronibus culta, vt fortunaret illis latrocinia: hæc tantùm capite ſine corpore extabat; lucumq; Romæ habebat, vbi fures furta abdere, & inter ſe diuidere ſolebant: hinc Lauernalis fuit dicta porta: Nęnia Dea funerum erat; eius ſacellum extrà portam viminalem fuit dedicatum: Libitina. V. *ſuo loco.*

Brizo, apud Delos habita Dea vaticiniorum, quæ è ſomnijs ſumuntur. *Cæl. Rhodig.*

Comus, Deus apud veteres commeſſationum, nocturnarumq; ſaltationum præſes: in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, muſicisq; inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi, canendiq; gratia concurrebant; tàmque procaciter aliquando laſciuiebant, vt fores nonnumquam effringerent, vt deſcribit *Philoſtratus imag.* 3.

Cotytto Dea impudentiæ, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius Sacerdotes, de quibus V. *Sacerdotes*) nocturna ſacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc *Probus* ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: vndè etiam Sacerdotes eius laſciuis ſaltationibus Deę mores referebant: hinc *Iuuen. ſat.* 2. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. Lege *Politianum Miſcell. cap.* 10.

Derceto Dea Syrorum, quæ colebatur humana facie, reliquo corpore piſcis: Atargatis etiam ab aliquibus.

Ate, Dea apud *Homerum*, quæ apud Latinos Noxa dicitur, quæ homines malis implicat, mentes ſeducit, ac perturbat. V. *Eraſmum in Adagijs.* Antiqua Iouis filia, quæ omnes lędit. *Hom.* Dea lędens homines. *Idem.* Quam Litæ Iouis filiæ, natæve ſolæ placare poſſint. *Idem epith.* Pernicioſa, potens, grauis, odioſa, ærumnoſa, &c. *ex Græcis.*

Hi potiſſimùm erant, quos ciuiles homines venerabantur antiquitùs. Pręter hos ruſtici ſuos habebant Deos.

Ruſtici Dij.

Duodecim numerantur à *Varrone* Conſentes Dij, qui agriculturæ præerant, diuerſi quidem à prioribus Conſentibus, nempè: Iupiter, & Tellus: Sol, & Luna: Ceres, & Liber: Robigus, & Flora: Minerua,

na,& Venus:Lympha,& Bonuſeuentus; ſilueſtria numina dicuntur ab *Ouid.2.faſt.* cauſſamq́; is addit, cur inuocentur ab agricolis, de quibus V. *ſuis locis*. Addebantur etiam ſuperioribus

Pales, Fabuli Dea,& pecorum. V. *ſuo loco.* Pomona, quæ pomis pręerat, & proprium habebat flaminem qui Pomonalis dicebatur: Vertumnus,ſiue Vortumnus, qui pręerat rebus contrahendis, ac vertendis, ideſt permutandis, vel ab anno verſo. V. *ſuo loco.* Seia,& Segetia,ſiue Segeſta;illa, quæ ſatis frumentis quandiù fuiſſent ſub terra, pręerat, altera iam natis. Eorum ſimulacra in Circo videbantur,à Numa Pompilio conſecrata. Turilina,vel Tutelina,à tuendo collecta frumenta,& recondita:Huic ædicula in decima tertia vrbis regione fuit in monte Auentino: Tutanus autem ſimul cum Turilina rebus tuendis pręerant.

Alij fuerunt innumeri,penè quos *D.Auguſtinus* numerat *lib.4. de Ciuit. cap.*8.

Robigus,qui rubiginem à ſegetibus auertere credebatur,cui feriæ,quæ Robigalia dicebantur, erant dicatæ.

Bonus euentus, cuius hoc erat ſimulacrum ab Euphranore ita factum,vt dextera pateram, ſiniſtra ſpicam, ac papauer teneret; aliud ſimulacrum in Capitolio illi fuit erectum è Praxitele ſculptum: templum huic dicunt fuiſſe,cuius veſtigia putant nonnulli eſſe inter Mineruæ,& D.Euſtachij templum: Populonia, & Fulgora Deæ,contra populationes, & fulgura cultæ.

Pilumnus,& Picumnus,de quibus hęc *Seruius lib.6. Æn.* fratres fuere hi Dij, horum Picumnus ſtercorandorum agrorum inuenit vſum, vndè Sterquilinus dictus eſt: Pilumnus verò pilendi, ſeu pinſendi frumenti, vndè à piſtoribus colebatur. Sterculius etiam, quod cognomen Saturno fuit inditum ob iam dictam cauſſam agri ſtercorandi, vndè eius effigiem in ſtabulis locabant.

Bubona, quæ bubus pręerat: Hippona,quæ equis,& ſtabulis; *Apuleius* meminit huius Deæ 12. *met. & Iuuen. ſat.*8. — iurat Hipponam, & facies olida ad pręſepia pictas:Mellona,quę mellificio, & apibus.

Iugarinus Deus, montium iugis pręſidens: Collina, collibus: Vallonia, vallibus: Ruſina, ſiue potiùs Rurina,quòd ruribus pręeſſet.

Terminus. V. *ſuo loco*. Nocturnus,Deus noctis. *Plaut.Amphitr.*1.1. Pan:Syluanus:Priapus. V. *ſuis locis*.

Et hi omnes terreſtres Dij, Deæq́; nominabantur: pręter illos maiores in Cęli regionibus collocatos. Sequuntur

Dij marini, ſiue maris:

Ingens horum fuit turba, quorum princeps Neptunus,& illo antiquiores Nereus, & Oceanus, de quibus *infrà*. Fingebantur autem Dij marini cani,& ſenes propter maris ſpumas,necnon colore cæruleo, quorum nonnulli in piſcem deſinebant, vt Glaucus,Triton, alijq́;: in horum quoq; numero fuerunt Dij littorales, quorum meminit *Catullus*:etiam fluuiales adnumerare poſſumus, qui variè pingebantur, vt oſtendit *Ælianus lib.2. de varia hiſt.* vt *ſuo loco* dicemus.

Neptunus,Proteus,Nereus,Oceanus,Triton. V. *ſuis locis*.

Phorcus,qui & Phorcys,Pōti,&Terrę filius,vt canit *Heſiodus*,ex quo,& Cetone Gręæ natæ dicuntur, quæ illicò in lucem editæ canæ factæ ſunt; quia vnda colliſa breuibus canentes ſpumas faciat. *Seruius* verò illum Thooſæ nymphæ,& Neptuni filium facit, qui (teſte *Varrone*) Rex fuit Corſicæ,& Sardiniæ, qui cùm ab Atlante Rege nauali certamine cum magna exercitus parte victus fuiſſet, obrutusq́; finxerunt eius ſocij eum in Deum marinum fuiſſe conuerſum.

Saron Deus marinus,qui nauticæ arti pręeſſe exiſtimabatur, à quo datum eſt mari nomen Saronici apud Corinthios. Hunc Althepiæ regioni imperaſſe aſſerit *Pauſanias in Corinthiacis*.

Glaucus:Portunus Deus marinus. V. *ſuis locis*. Ægeon marinus Deus. *Ouid.* Cęruleos habet vnda Deos Tritona canorum,Proteaq́; ambiguum,balenarumq́; prementem Ægęona ſuis immania terga lacertis. Hunc Terræ,& Ponti filium fingunt fuiſſe,in mari habitaſſe, & gigantibus contra Iouem opem tuliſſe.

Marinæ Deæ hæ inſigniores dicuntur:

Amphitrite,quæ cùm perpetuam Dijs virginitatem vouiſſet, à Neptuno autem ſollicitaretur, ad Atlantem confugit, vbi à Delphino perſuaſa. Neptuno aſſenſit, vndè eſt illud: Neptunum gremio complectitur Amphitrite, Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Claud.* pro mari ſumitur. V. *Mare*. Tethys:Thetis huius filia,ſiue Doridis. V. *ſuis locis*. Doris,Oceani,& Tethyos filia. V. *Nympha,& Nympharum nomina*.

Synonyma.

Dij cęleſtes.

Cęlicolæ: Superi: Superis Deorum gratus. *Hor.1. od.*10. Dij Cęli. *Ouid.1.triſt.2.* Di maris,& Cęli; quid enim niſi vota ſuperſunt: Cęleſtes proceres. *Claud.3. de rapt.* Ætherij Dij. *Anger.* Cęli numina, &c. quæ nunc à nobis raró vſurpanda.

Dij marini.

Virides Dei. *Ouid.1.triſt.2.* Dij maris. *Ibidem*. Qui maris numen habent. *Virg.10.Æn.* Numina cæruleo ponto. *Idem 12.Æn.* Æquorei proceres. *Claud.3.de rapt.* Cęrulei Dei. *Ouid.2.met.* Æquorei. *Idem 2.Pont.*10. Vndiſoni:Cogar & vndiſonos nunc prece adire Deos. *Prop.3.19.*

Cæ-

Cærulei numina Ponti. *Ouid.1.triſt.2.* Di,quibus vndarum, tempeſtatiſq; ſonoræ Imperium, &c. *Val.Flacc.1.Argon.* Diui biformes. *Ibidem:* ob formam piſcis,& hominis.

Dij inferni.

His ſacra fiebant ſub Solis occaſu in effoſſa terra, & igne accendebantur ſacra è rogis raptos, pręterea victimæ atri coloris eſſe debebant, vt in ſacrificijs notatum ſub titulo Plutoni: qualiter enim ipſi,taliter Dijs reliquis inferorum. *Stat.4.Theb.* 444. deſcribit ſacrificium à Tireſia factum Dijs huiuſmodi. Hic ſenior vates, inquit, Stygijs accommoda quippè Terra ſacris, multoq; placent ſola pinguia tabo Velleris obſcuri pecudes, armentaq; ſiſti Atra monet, &c. Pluto igitur Rex numinum inferorum, Cerberus, Furiæ. V. *ſuis locis:* Inter hos:

Momus,Nocte matre,& Somno patre progenitus, & vt Deus à priſcis habitus, cuius naturæ proprium eſſe ferunt, ipſum quidem nihil operis edere,ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplari:& ſiquid eſt omiſſum,aut perperàm factum,id ſumma cum libertate carpere;vndè & nomen accepit; nam μῶμος Gręcè reprehenſorem ſonat, vndè & adagio dicuntur Momi, qui cęterorum facta carpere ſtudent, vt Zoilus, de quo V. *ſuo loco*. Fabulam Momi Vide apud *Lucian.in Dial.de Hæreſib.*

Vos precor vulgus ſilentum, voſq; ferales Deos. *Sen. in Med.* 740. *& in Thyeſt.* 4. Vis inferna Deorum. *Virg.12.Æn.* Inferni proceres. *Claud.* 3. Dij profundi. *Idem 1.de rapt.* Gratus & imis Deorum. *Hor.1.od* 10. Tartarei Dei. *Anger.* Inferni numina:Stygij torrentis numina. *Ouid.* 3. *met.*

Deorum priſcorum cultus.

Colere pro Chriſto veſana ludibria: Frigida ſaxa colere ſimulacra Deorum. V. *Idolum.* Deorum honor,laus,ſacra, &c.

Quorum etiam olim fuere honores,pompæ,ſupplicationes, erectæ ſtatuæ,thenſæ, fercula,templa, ſacella, aræ, puluinaria, Sacerdotum collegia. Erant autem puluinaria, idem ac Lectiſternia, non tàm Romanis nota, quàm Græcis; vndè *Æmilius Probus in Timotheo:*quæ,inquit,Victoria tantæ fuit Atticis lętitiæ, vt tum primùm aræ Paci publicæ ſint factæ, eiq; Deæ puluinar ſit inſtitutum. Simile factum apud Phocidas in templo quodam Æſculapij narrat *Pauſanias*. Erat autem Puluinar lectus, qui ſternebatur in honorem alicuius Dei victoriæ cauſſa. V. *inferiùs Puluinar,& Supplicationes.* De Sacerdotum collegijs,& varijs nominibus appellatis,V. *infra Sacerdotes Gentilium,ſiue Ethnicorum.*

DILIGENS.

Sedulus:Operoſus:Solers:Gnauus:Impiger:Ingenioſus. *Ouid.3.faſt.* Vigilans:Sollicitus:Obſequioſus:Studioſus:Induſtrius:Aſſiduus: Multæ ſedulitatis homo: Exoſus,execrans, fugiens pigra,turpia ocia Deſidis vitę:Impatiens tolerare moram. Hinc

DILIGENTIA.

Vigilantia:Induſtria:Solertia:Cura:Studium. *Virg.* 11.*Æn.* Sedulitas. *Ouid.3.de art.* Studioſum pectus. *Idem 2.faſt.* Sollicitudo:Induſtria:Aſſiduitas: Sedula cura:Omnia vincens: Tendens ad ardua: Quæ virum non ſinit eſſe pigrum: Quæ mentem excitat ingenuam:Studium indefeſſum, vigil,infractum.

Sedulitas gnaua: — acti Corrige ceſſatos ſedulitate dies: Rebus probata gerendis.

Epith. Prouida, ſolers, officioſa,ingenioſa,acris ſedulitas,cura,diligentia.

DILVVIVM.

Inundatio ſiue totius mundi, quæ fuit anno ab ipſo condito 1656. ſiue alicuius partis, vt in Theſſalia tempore Deucalionis, & Pyrrhæ; & vt ſępiùs in Batauorum regionibus accidit,quorum oppida oceano inundante ita demerguntur, vt neq; turres altiſſimæ appareant;cuius rei maiora diſpendia patiuntur Zelandi Batauis proximi. De generali mundi diluuio V. *Gen. cap...* & de altera V. *Ouid.1. met.*

Illuuies Deucalionea;ex peculiari ad generalem alluuionem deduci figuratè poteſt: Deucalionei imbres. *Luc.1.Pharſ.* Deucalionis aquæ. *Ouid.* 4.*faſt.* Et cùm Deucalionis aquæ fluxere per orbem: Et poſt antiquas Deucalionis aquas. *Prop.* 2.22. Noenis aquæ: Immenſa licentia Ponti. *Ouid.1. met.* Quando noui pulſant montana cacumina fluctus. *Ibidem.*

Diluuies. *Hor.3.od.29.* Quum fera diluuies irritat amnes quietos:Deucalioneæ vndæ. *Ouid.7. met.* Quum grauis infuſo tellus foret obruta Ponto. *Ibidem.* Alluuies:Fata aſpera Ogygijs rebus. V. *Ogyges.*Impia cùm pluuijs terra periret aquis:Vltrices vndæ: Cataclyſmus orbis;nempè generalis inundatio:Illuuies fatalis aquæ:Edita cęlo proluuies:Fatalis aquæ ſtrages:Omnia dum latè ſeries conuellit aquarum.

Diluuij deſcriptio pulcherrima eſt apud *Ouid.1. met.* quæ incipit: Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi, &c. cum reliquis. V. *Inundatio.*

DIOGENES.

Qui cognomento Cynicus fuit Philoſophus, ſic cognominatus, vt qui canino dente omnium facta mordere videbatur. Patriam habuit Sinopen Ponti oppidum, qui Alexandri magni vixit ætate. Hic dixiſſe fertur, teſte *Diogene Laertio*, qui vitam illius diffuſè narrat, ni ſi Alexander eſſet, velle ſe eſſe Diogenem. Didicit Athenis apud

An-

Digitized by Google

Antiſthenem; habitauit in dolio, quod vel ad meridiem, vel ad ſeptentrionem pro anni tempore vertebat: quamobrem ſe volubilem domum habere iocabatur. Pro ſectæ ſuæ inſtituto riſit, ac reprehendit omnia: mortuus eſt annos natus nonaginta Corinthi, vbi Xeniadæ cuiuſdam liberorum pędagogus erat.

Cynicus Philoſophus: Cynicorum Princeps, ſophiſta: Cynicus Sinopeus. *Ouid. 1. Pont. 4.* Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus, Legit enim ſedes Attica terra tuas: ibi enim operam dedit Antiſtheni, vt diximus, qui cùm omnes à ſe diſcipulos abieciſſet, & Diogenem quoque conſtantem adhuc non poſſet abijcere, nouiſſimè claua minitatus eſt illi necem, qui ſubiecto capite traditur dixiſſe: nullus tàm buculus durus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. V. *Diogenem Laertium*. Antiſthenis alumnus, diſcipulus.

DIOMEDES.

Plures in hiſtorijs fuerunt hoc nomine, ſed Gręcum tantùm effabimur, & Thracium. Alter Tydei filius ex Deiphyle Ætoliæ Rex, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò ſtrenuè ſe geſſit, vt poſt Achillem, & Aiacem Telamonium fortiſſimus haberetur. Singularem inijt pugnam cum Ænea, in qua parum abfuit (vt refert *Homer. Iliad. 5.*) quin Æneas Diomedis dextra periret: nam ab hoc ictu grandis ſaxi grauiter vulneratus, & fuſus humi, periturus erat, niſi matris interuentu, circumfuſa nube, eius manibus ſubtractus in pacatum euaſiſſet: quod poſteà cupiebat factum fuiſſe Æneas, cùm ſe naufragio quaſi ſubmergi cerneret. V. *Virg. lib. 1. Æn.* Diomedes autem à bello Troiano in patriam reuerſus Ægialen vxorem comperit Cylleboro Stheneli filio adhęſiſſe, à qua cùm non reciperetur, aufugiens peruenit in Apuliam, vbi à Dauno cum parte regni filia accepta, vrbem nomine Argyrippam ædificauit: & quia ſcopulos aliquot in mari regno ſuo proximos tenuit, ſiue quòd primùm illuc appulerit: Inſulæ Diomedęæ fuerunt in Adriatico mari, in quarum altera non procul à Calabria fuerunt Aues Diomedęæ ardeis perſimiles, ſiue cycnis, quæ aduenas barbaros clangore infeſtarunt, aut certè non adierunt; Gręcis tantùm adulantes alis, quaſi illos complecti vellent, & alios deterrere, ſe ex Diomedis genere penè eſſe fatebantur; vndè exorta fabula illius ſocios in huiuſmodi fuiſſe aues conuerſos. V. *Ouid. 14. met.*

Ætolius Heros. *Ouid. 14. met.* Ætolicus, Ætolus dux. *Stat. 1. Achill.* Tydides, p. prod. *Virg. 1. Æn.* Oenides: Hactenus Oenides Venulus Calydonia regna. *Ouid. 14. met.* quòd Oenei eſſet nepos; nam Oeneus pater Tydei fuit, & hic Diomedis pater: Oenei nepos: Iapygis Dauni gener. *Idem 14. met.*

Calydonius Heros. *Stat. 1. Achill.* ab vrbe Calydone, quæ eſt in Ætolia, in qua ille regnabat: Ithaci comes nocturnus. *Sen. in Troad.* Ægiales coniux, vir, maritus. *Stat. 4. ſilu. 5.* Deiphiles filius, natus, &c. Adraſteide natus: & hæc Adraſti filia, nata. *Idem.*

DIOMEDES Rex Thraciæ.

Tyrannus, ſummæq; crudelitatis, qui aliquot equos humanis paſcebat artubus; quotquot enim hoſpites ad illum diuertebant, trucidabat, equiſq; ſuis comedendos apponebat. Verùm cùm Hercules ad illum diuertiſſet, eumdem deuictum eiuſdem equis dilaniandum obiecit, equoſq; ad Euriſtheum adduxit, qui illos Iunoni ſacrauit, eorum autem progenies vſq; ad Alexandrum Macedonem duraſſe fertur.

Biſtonius Tyrannus. *Luc. 2. Pharſ.* Sanguineus rex. *Claud. 1. de rapt.* Thrax cruentus. *Sen. in Herc. fur.* Currus truces Thracis cruenti. *Ibidem.* Si quis Iſmarios greges Thracis cruenti vindicat, carpent greges Mea membra. *Idem in Herc. Oet.* Stabula cum regno iacent: Hìc pax cruento rege proſtrato data eſt. *Ibidem.*

Threicius Tyrannus. *Mant.* Vt qui Threicij quondam pręſepia Regis Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis. *Ouid. in Ibin.* Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis Impius humano viſcere pauit equos. *Ibidem.* Diomedæos gramine pauit equos; ſiue ſanguine. *Claud. 1. de rapt.* Quiq; ſuis homines pabula fecit equis. *Ouid. 1. Pont. 3.* Humana qui dape pauit equos: Nec parua gregibus membra Diomedes ſuis epulanda poſuit. *Sen. in Troad. 5.*

Pauit Tyrannus Hoſpitum dirus ſtabulis cruorèm. *Sen. in Agamem.* Quid ſtabula memorem dira Biſtonij ducis, Suiſq; regem pabulum armentis datum? *Idem in Herc. fur.* Cum Thracis equos humano ſanguine pingues, Plenaq; corporibus laceris pręſepia vidi. *Ouid. 9. met.* Viſaq; deieci, dominumq;, ipſoſq; peremi. Hic Rex cruentus Herculis fractus manu; *ex Sen. in Herc. Oet.*

Epith. Sanguineus, immanis, immitis, cruentus, impius, aſper, Geticus, Thrax, efferus.

DIO, ideſt ſub dio;

Al ſereno.

Nudoq; ſub Ætheris axe. *Virg.* Locus ſubdialis: Impluuium: Sub Ioue frigido. *Hor. 1. od. 1.* Sub Phœbo. *Ouid. 3. de art.* In aperto; ſcilicet Æthere. *Sen. in Hipp.* Teſte Cęlo. *Ibidem:* ideſt viuens: Citra limenq; foreſq; & tantùm Cęlo tegitur. *Ouid. 7. met.* Nunc licet in triuijs ſicca requieſcere Luna. *Prop. 2. 13.*

DIONE.

Veneris mater, vna ex nymphis Tethyos, & Ocea-

ni

ni à Ioue adamata, cui Venerem peperit, quæ ab illa dicitur Dionęa: Sacra Dionçæ matri, d uiſq; ferebam. *Virg.3 Æn.* ipſaq; Venus etiam Dione fuit appellata; vndè *Ouid.in faſtis.* Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionem (idest Venerem) Cum conſternatis diripieris equis: Veneris mater. V. *Venus*.

S. DIONYSIVS.

Cognomento Areopagita Athenis è clariſſimo ſanguine genitus, vnus fuit ex Areopagi iudicibus, eorumq; primus, qui à teneris annis omni doctrinarum genere excultus, illarum auidus regiones multas peragrauit, vt ſiquos ſe excellentiores viros reperiſſet audire poſſet; qui Hierapoli in Ægypto cùm Mathematicis operam daret, Solemque vidiſſet pręter naturam defeciſſe eo die, quo Saluator noſter affixus Cruci, vt nobis vitam daret ipſe ſuam crudeliſſimæ neci tradidit, dixiſſe fertur: aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Hic Chriſto nomen dedit, Paulo Apoſtolo prędicante, à quo etiam Athenienſi præfectus fuit Eccleſię. Sed indè Romam veniens à Clemente Pontifice miſſus in Galliam, ibi diſſeminauit Euangelium, quod etiam proprio rigauit ſanguine, vt clarior indè fructus excreſceret. Sed nouum, & inauditum euenit, cùm illi caput fuit abſciſſum annum ſupra centeſimum agenti: ſurgeos enim illicò abſciſſum caput ſuſtulit, & ad duo millia paſſuum progreſſus geſtauit.

Gallorum ſublime decus rariſſima gentis Gloria Cecropiæ: Toto Dionyſius orbe Altior è magnis ſuperùm vnus: Qui geſtaſſe caput fertur defunctus, & iſſe, &c. Gallorum lumen: Qui Chriſti dogmata Gallos Edocuit.

DIONYSIVS.

Syracuſarum Tyrannus, cuius filius item Dionyſius II. aut minor dictus regno expulſus Corinthi ludum aperuit. Hic poſtremus cum ſceleribus omnia compleret, illi regnum fuit ſublatum, quod abrogatum ſibi credidit ex augurio: quod iaculum de ſatellitum manibus roſtro extortum ab aquila in profundum deiectum vidiſſet: vndè Corinthum appellens eò deuenit ærumnarum, vt ob extremam mendicitatem ſtipem ab hominibus, vt vitam degeret, rogitare fuerit coactus. De alterutro legitur, ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuiſſe; à quibus vel morte, vel matrimonio abſtractus caudeoti carbone ſibi capillum adurebat. Multa de illo, & de filio narrantur à *Cicerone in Philoſophia libris*. Illud tantùm referam ab *eodem de natura Deorum* tractante relatum: Dionyſius (inquit) cùm fanum Proſerpinæ Locris expilaſſet, nauigabat Syracuſas, isq; cùm ſecundiſſimè curſum teneret: videtis ne (inquit) amici quàm bona à Dijs immortalibus nauigatio ſacrilegis detur? &c. Duas habuit vxores Ariſtomachen ciuem ſuam, & Doridem Locrenſem.

Ille Syracuſia modò formidatus in vrbe Vix humili duram reppulit arte famem. *Ouid.4.Pont.3.* Syracuſius Tyrannus: Damocli dapum propinator periculoſarum: Diſtrictus enſis, cui ſuper impia Ceruice pendet non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt ſaporem. *Hor.3.od.1.* hiſtoriam exequitur *Cic.*

DIRÆ, arum.

Dicuntur maledictiones, ſiue quæ mala multa ingeruntur ab iracundis, & rabidis in homines.

Execrationes: Maledicta. V. *ſuo loco:* & lege *Ouid. in Ibin.* in quo quidem carmine quæ maledicta eo tempore dici poterant, cuncta ab illo in inuidum ſuum torquentur.

Vulcani monile: lege *Stat.2.Theb.275.* Infauſtæ figuræ: Gorgonei orbes: Cineres extremi fulminis: Iubæ draconum viridium: Germen flebile Heſperidum: Dirum aurum Phryxęi velleris: Varię peſtes: Tiſiphones crines: Vis peſſima, quę probar Ceſton: Spumæ Lunares: Venenum hilare. *Ibidem:* quæ numerantur à *Stat.* vt illinc mala belli Thebaici præſagirentur.

Gemitus. Clades. V. *ſuo loco.* Luctus, & ira, Et dolor, & tota preſſit diſcordia dextra. *Stat.vt ſup.*

DIRCE.

Lyci Thebarum Regis vxor, quam ille, Antiopa repudiata, duxit, quod à Ioue in Satyrum conuerſo grauidam factam ſenſerat. Hæc ab illo in vincula coniecta, iiſdem Iouis commiſeratione ſoluta in Cytheronem confugit, vbi Amphiona, & Zetum peperit, qui adulti Lycum interfecerunt, & Dircen taurorum caudis alligatam per ſentes raptarunt, quæ tandem in fontem conuerſa dicitur propè Thebas in Bœotia, qui muſis ſacer erat, & Aganippe alio dicebatur nomine, quamvis alter eſſet in eodem monte illi proximus: cuius aquæ in Iſmenum fluunt, vndè Iſmenis Dirce fuit appellata, *vt infrà*.

Dircæa loca vallis irriguæ. *Sen. in Oedip.* Dircæi fontes: Sacra quo Dirce latet. *Idem in Theb.* Dircęæ aquæ: Nobiles aquæ Dirces. *Idem in Herc. fur.* Anguſtæ ſqualentia iugera Dirces. *Stat.1. Theb.* Si profugis Dircen Iſmenida liqueris hoſpes. *Sen.in Oedip.* Aonius latex. *Idem in Med.* Aut verſo quod ſanguine fluxit In ſubitos regina lacus. *Stat.3.Theb.* Iamq; Tyrios ludaſſe lares, & ſanguine Dircen Irriguam. *Ibidem.* Pueriqque trahendam Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis. *Prop.3.el.* Coniux Lyci. *Ouid.in Ibin.* Corpus inuiſum Zeto. *Sen.in Theb.*

DISCESSVS.

Abſceſſus. *Virg.10.Æn.* Diſceſſio. Abſceſſio. Re-

Digitized by Google

Idem 4.Georg. ſic immenſus labor: Tantæ molis erat. *Idem* 1.*Æn.* Arduus: Res non facilis:Res non parua. *Virg.*3.*ecl.* Hoc opus hic labor eſt. *Idem* 6.*Æn.* Rebus in arduis Augur:Te ſine nil altum mens inchoat: Magnus erit quos numerare labor. *Mart.*8.56.

DIGITVS.

Pars manus.

Pollex,digitus craſſior,primusq́; in manu, pollendi argumento,quòd toti manui ſolus æquipollear. Sunt qui à pollicendo dictum putent, quòd qui aliquid polliceri cum iuramento voluiſſet, illum extollebat digitum:hinc,Pollicem premere,cùm quis fauet,contra,Pollicem vertere, cùm non fauetur;vndè *Hor.epiſt.*2. *ad Lollium*: Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum: figuratè ſumitur pro digitis,hinc:Triplici pollice nectit opus. *Ouid.* pro triplici digito:Digitis medio cum pollice iunctis.

Index digitus;quo aliquid indicatur: Salutaris digitus *Suet.* & ideò ſalutaris,quòd qui reticet ſecreta ſaluus eſt, inquit *Beroaldus*: quòd illo ſilentium indicatur;vndè *Martianus lib.de nupt.Philolog.* Quidam,inquir,redimitus puer ad os compreſſo digito ſalutari, ſilentium commonebat. Demonſtratorius, dicitur *D.Iſid.* Lichonos, p.p. Grecè à lingendo dictus; nam illo potiſſimùm patinæ linguntur.

Digitus medius. *Mart.*2.28. & hic dicitur, Infamis. *Perſ.* Impudicus. *D.Iſid.* Verpus,ſiue famoſus; qui porrectus ceteris contractis, curuatisq́; cùm Priapum repreſentaret, in cinœdorum, & mollium notam olim extendebatur.

Digitus annularis. *A. Gellius*. Medicus etiam dictus,quòd priſci medici miſcerent eo pharmaca: annularis autem dictus, quòd illo geſtaretur annulos. V. *Annulus*,vbi multa ſcitu digna ad hunc pertinentia.

Digitus auricularis, minimus. *Plin.* Hinc roſeis digitis habilem tibi finge coronam, &c.

Digiti pectinatim inter ſe amplexi. *Plin.* Pectine iuncti. *Ouid.* Palmæ in alternas digitorum viciſſitudines connexæ. *Apul.* vulgò *Dita meroeicchiate*.

De ratione per digitos numerandi veteribus vſurpata multa erudiré obſeruauit *Lilius Gyraldus dialog.*2. ſic numeros ab vno vſq; ad centum ſiniſtra manu denotabant: à centeſimo autem numero dextra deinceps numerabant: ideò de Neſtore *Satyricus* ait: — dextra iam computat annos. Lege *Pierium in Hieroglyph.*

Digiti partes.

Articulus;articuli: Internodia digitorum. *Mart.*5.11. Vnguis,extrema digiti pars. V. *ſuo loco*. Coryphe, eſt digitorum extremitas interior iuxtà vngues. *Punta del dito*.

Digitale;quo ferreo,corneove vtimur ad ſuendum: Et digitalia ſunt, quibus digitum aliquem ægrum munimus ab offenſa: Corneus circulus. *Suet.in Aug.* Digitorum tegumenta,munimen, &c.

Epith. Molles, molliculi, roſei, impares, eburnei, candiduli,&c.

DIGNVS.

Honorandus: Venerandus: Venerabilis: Multo dignandus honore: Dignus honore: Meritò afficiendus honore.

DII Prophani, ſiue Gentium.

Quos cęca olim venerata fuit antiquitas;nos verò ſi commemoramus,vt priſcorum lectio clariùs pateat, efficimus eorum acta damnantes, & priſcorum execrantes cultum, qui illos venerarentur, quos ridiculos,quos turpes,quos ſceleribus mille pollutos non ignorabant. Illos ergò diuidemus in Deos, & Deas; in maiores, minoresq́;; in cęleſtes, terreſtres, aquaticos, & inferos. Quorum filij pleriq; ſuper fluminum ripas memorantur eſſe concepti, vt facilis nimium potuiſſet eſſe ablutio; vt de Ænea ex Venere meminit *Virgilius*: de Achille ex Thetide *Homerus*: de alijs alij.

Horum nonnulli Auerrunci dicebantur, quòd placati infauſta ſomniorum omina credebantur auertere. Hi erant: Iupiter prodigialis: Apollo: Tellus; ex Heroibus autem Hercules: Caſtor, & Pollux; vndè *Sen.in Octau.* Delubra, & aras petere conſtitui ſacras Cęſis litare victimis numen Deûm, Vt expientur noctis, & ſomni minæ. Et hi omnes, quòd auerruncandi mali gratia colerentur, dicebantur quoque Lyſij: Alexicaci: Apotropęi; ex Græca phraſi,teſte *Polluce*.

Alij erant Dij Coniugales, qui coniugijs pręeſſent, & hi:Iupiter,& Iuno: Suada,nuptiarum conciliatrix,& pronuba:Diana operis domeſtici,& familiæ adminiſtrandæ pręſes: Lucina, nempè Luna, quæ ad pariendum confert,& ipſa Diana: Venus genituræ domina:Genius,qui quòd vnà natus ſit, natosq́; tueatur, vel quòd vt generemur caret, à gignendo nomen habens: Hymeneus,qui nuptijs pręeſt;vndè:Dij coniugales,tuq; genialis tori Lucina cuſtos. *Sen.in Med.*1.

Alij Dij domeſtici, qui propè focum ignis curam gerebant, dicti etiam Penates,quaſi penè nos nati, per quos penitùs ſpirare, & animæ rationem habere cęci veteres credebant.

Alij Dij ferales, hi: Pluto, & Proſerpina, & Chaos.

Alij Dij tutelares, vel pręſtites, quorum aræ iuxtà fores fuerunt, nempè quos peculiaritate colebant.

Alij topici, qui & Genij loci dicebantur, quos religioſè ſalutare,ac inuocare erant ſoliti regionem ali-

aliquam ingreſſi, vel etiam in patriam poſtlimi-nio reuerſi.

Alij magni, ſelecti, communes; hi tres, ideſt Mars, Bellona, Victoria: Magni fuerunt numero duodecim, ſelecti octo: & his diuersè litabatur, ac inferis, vt *infra*.

Dij maiores gentium.

Duodecim fuere, ſex mares, & ſex fœminæ; qui etiam Conſentes Dei dicti ſunt, quod conſilio Iouis adeſſent; *vt D. Auguſtinus in 4. de ciuitate* interpretatur: & horum imagines auratæ ſtabant apud forum, & duodecim menſibus pręſidere crediti ſunt: erant autem: Iupiter: Neptunus: Vulcanus: Apollo: Mercurius: Mars: Iuno: Ceres: Venus: Diana: Minerua: Veſta. De quibus *ſuo loco*, Ianuarij tutelam habere Iuno credebatur; Februarij Neptunus; Martij Minerua; Aprilis Venus; Maij Apollo; Iunij Mercurius; Iulij Iupiter; Auguſti Ceres; Septembris Vulcanus; Octobris Mars; Nouembris Diana; Decembris Veſta; eoſdemq; Deos ſignis cęleſtibus eorumdem menſium *Manilius* aſſignat *lib. 2. Aſtron.*

Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
Formoſos Phœbus Geminos, Cyllenie Cancrum,
Iupiter & cum Matre Deûm regit ipſe Leonem,
Spiciferæ eſt Virgo Cereris, fabricataq; Libra
Vulcano, pugnax Mauorti Scorpius hęret,
Venantem Diana virum, ſed partis equinæ,
Atq; angnſta fouet Capricorni ſidera Veſta,
Et Iouis aduerſum Iunonis Aquarius aſtrum eſt,
Agnoſcitq; ſuos Neptunus in æquore Piſces.

Dij Selecti.

Fuerunt viginti: mares duodecim, octo fœminæ, qui alij erant à Conſentibus. Ianus: Iupiter: Saturnus: Genius: Mercurius: Apollo: Mars: Vulcanus: Neptunus: Sol: Orcus: Liber pater: Tellus: Ceres: Iuno: Luna: Diana: Minerua: Venus: Veſta; de quibus V. *ſuis locis* ſingillatim.

Demùm hæ quoque Marti adſcribebantur ſociæ, & tamquam Deæ cultæ: Bellona; Victoria; Nemeſis. Veneri; Cupido; Adonis; Charites. Genio; Penates; Lares; Foci. Orco, ſiue Plutoni; Parcæ; Furiæ.

Indigetes, ſiue minores Dij Gentium.

Sic appellari à quibuſdam creduntur, quaſi in loco vel geniti, vel degentes, & magis proprij patriæ loco, & ciuibus: Dij patrij indigetes. *Virg.* Indigetes fleuiſſe Deos. *Luc.* Quem turba Quirini Nuncupat indigetem, temploq; ariſq; recepit. *Ouid. 14. met.* Illic ſanctus eris cùm te veneranda Numici Vnda Deum cęlo miſerit indigetem. *Tib. 2. eleg.*

Alij dicunt indigetes nuncupatos, quos indigetari, & nuncupari nefas eſſet.

Inter Deos à priſcis relati.

Hercules: Æſculapius. V. *ſuis locis*. Faunus: Acca Laurentia: Carmenta: Euander: Caſtor: Pollux: Quirinus; hi nempè apud Romanos; aliæ enim nationes pręcipuos ſibi quæq; Deos elegerant venerandos. Pręterea erant

Semones Dij.

Quos nec cęlo dignos putabant, nec eoſdem terrenos reputare volebant: hi erant: Priapus: Hippona: Vertumnus; additur etiam Ianus à nonnullis.

Nouenſiles Dij.

A Sabinis Romani deducti, quibus à Tatio rege ex voto fuerunt ædes dicatæ, qui in ſecunda cęli regione fuerunt collocati: hi autem erant: Hercules: Veſta: Salus: Fortuna: Fides.

Anthelij Dij.

Qui pro foribus ædium ſtatuebantur, & eorum ſtatuæ ſubdiales dicebantur, quòd ſoli eſſent expoſitæ: inter hos etiam Apollo recenſetur; vndè Thyreus appellatus, quaſi portuenſis, ſiue ianualis.

Dij, qui naſcentibus, & infantibus pręerant.

Ianus, de quo V. *ſuo loco*. Opis: vt opem ferat naſcentibus, & excipiat eos terræ ſinu. *D. Auguſt.* Naſcio, ſiue Natio Dea, quæ naſcentibus pręeſſe credebatur. *Cic. 3. de nat. Deorum.* Vaticanus Deus dictus, qui in vagitu eos aperit, ſiue quòd eorum vagitibus pręſit: de hoc V. *Gell. lib. 16. cap. 17.* Leuana, quæ de terra leuabat infantes: Cunina, quæ pręerat cunis, & faſcinum ſubmouebat. *Lactant. D. Auguſt.*

Rumina, quæ mammam paruulo immulgebat; ruma enim antiquè mamma dicebatur: Diua Potina, quæ potionem miniſtrabat: Diua Educa, ſiue Eduſa, quæ eſcam prębebat infantibus: Oſſilago, Dea ſolidatrix oſſium: Nundina Dea, à nono naſcentium die, quo ſcilicet infantes luſtrabantur, nomenq; accipiebant, nonus ſcilicet puero, octauus erat fœminæ. V. *Plut. in Quæſt. 102.*

Statilinus, & Statanus Dei pręſides, & adſtãtes, cùm ſtandi, & conſiſtendi poteſtatem habere incipiebant: Fabulinus Deus, qui fando pręerat, cui ſacrificabant, cùm primò pueri fari incepiſſent: Pauentia Dea, quæ pauorem auerteret.

Carnea, vel Carna Dea, quæ conſeruabat pueri interiores partes: & huic templum Romæ in Cęlio monte à Bruto fuit extructum, expulſo Tarquinio, cui ſacra fieri ſolebant pulte fabacea, & lardo Calendis Iunij, vndè Calendæ Iuniæ fabariæ appellabantur. V. *Iunius menſis.*

Iuuentus, ſiue Iuuentas Dea, quę poſt pręte xtam excipit iuuenilis ætatis exordia inquit *D. Auguſtinus*. Huic in Capitolio fuit ædes ſacra, quam cùm Tarquinius Priſcus exaugurare vellet Ioui

Capitolino ingens templum conſtructurus Terminus,& Iuuentas cedere noluerunt, quod boni ominis loco ſumptum. V. *Dionyſ.* Orbona Dea colebatur,ne orbos faceret. *Arnobius.*

Volupia Dea à voluptate dicta, quòd voluptatem hominibus afferret. Habuit ſacellum propè portam Romanulam in via noua; ab alijs in decima vrbis regione collocatur: in quo ſacello,teſte *Macrobio in Ara.* Volupiæ fuit ſimulacrum Angeroniæ,quæ Dea ſilentij erat:Lubentina,ſiue Lubentia,à Libendo dicta Deo. *Varr.* Anculi,& Anculæ Dij,Deæq́; miniſtris,famulisq́; pręſidentes.

Dij nuptiales.

Pręter eos, quos *ſuperius* recenſuimus, qui pręeſſe nuptijs credebantur,hi quoque adhibebantur, vt inquit *D. Auguſt.* & *alij.*

Iugatinus,quòd coniuges coniungeret:Domiducus Deus, qui colebatur, cùm domum nupta ducenda erat: Domitius, vt eſſet in domo noua nupta. Manturna Dea,vt nupta cum viro maneret: Virginenſis Dea,cùm virgini zona ſolueretur:& hęc Cinxia à *Feſto* appellatur, quòd initio coniugij ſolutio erat cinguli: Mutinus,ſiue potiùs Mentulinus,qui & Priapus.V.*Lactantium*,& *D.Auguſt.* Deus pater ſubigus,vt virgo à viro ſubigeretur: Dea mater prema.

Viriplaca Dea, quòd viros placaret, & hæc in Palatio ſacellum habebat,ad quod veniebant fœminę quoties inter ſe, virumq́; diſſidium aliquod fuiſſet ortũm, cum viris, & ibi inuicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes reuertebantur.

Dij, Deæq́; Partubus pręſides.

Mena Dea, quæ fluoribus menſtruis mulierum pręeſſe putabatur, Iouis filia dicta, Luna, & Iunonis priuigna,à *D.Auguſtino.* Iuno fluonia,& Lucina: Latona Apollinis, ac Dianæ mater, quòd illi parienti gallus gallinaceus,quem amabat,adſuerit, & ſic etiam parientibus illa adeſſet.

Ægeria Dea,à mulieribus colebatur,quòd eam opitulari credebant egerendo partui: Nixij Dei, ab enitendo dicti; quæ ſigna erant tria in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa; à M. Attilio Antiocho Rege Syriæ ſuperato, Romam adſportata: Proſa, vel Prorſa, & Poſtuerta; Deæ partus diſcriminibus pręſidentes:hæ duas aras habebant Romæ. V.*Gellium*,& *Macrob.* Mater Matuta. V. *Leucothea.*

Bona Dea,de qua V. *ſuo loco.* Muliebris etiam dicta Dea,cuius meminit *Plutarchus in Cæſare.* Colitur,inquit, Romæ Dea,quam Bonam appellant: Hanc Phryges Mydæ Regis matrem fuiſſe putant Romani nympham Dryadem Fauni vxorem;Gręci vnam de Bacchi nutricibus,&c. Cùm ei ſacra peraguntur virum accedere, aut iiſdem in ædibus eſſe nefas dicitur; *ex Plutarcho.* Alij autem fabulatur,illam Fauni vxorem, quæ cùm contra morem, decusq́; regium clam vini ollam ebibiſſet,& facta eſſet ebria,virgis myrteis à viro vſque ad mortem cæſa fuit; cuius facti cùm Regem pœniteret,illi numen detulit;ob quam cauſſam in eius ſacris obuolutam vini amphoram ponere ſolebant. V. *Macrob.lib.1.ſaturn.12.*

Magna genera à Romanis culta. *Plutarch.* cui canem immolari ſolitum aſſerit.

Dij,Deæq́; ab humanis actionibus denominati.

Mens Dea. Antiquis, cui cum Venere Erycina fuit ædes in Capitolio, vt bonam mentem concederet.

Virtus, & Honor: Virtutis verò ſimulacra fuerunt varia nonnumquam matronali habitu, nonnumquam virili, nonnumquam ſenili efficta, cum Virtute, (cui fanum Scipio Numantius dicarat) Honorem quoq; Marcellus coniunxit, qui templa habebant ſeiuncta,& quodammodo coniuncta:ita enim erant extructa, vt per Virtutis templum ingreſſus eſſet ad ædem Honoris.

Pietas Dea, habuit ædem à M. Acilio Glabrione Duumviro in Olitorio foro ſacratam, eo ipſo in loco, quo quondam illa celebris mulier habitarat, quæ matrem ſuam (ſiue patrem) incluſam carceri mammis ſuis clam aluerat, ob quod factum illi fuit impunitas conceſſa: & Deæ Pietati ædes ſacrata C. Quintio, & M. Attilio Coſſ. teſte *Plinio lib.7. cap.36.* & *Val. Max. lib.5. cap.4.*

Fides diuinis honoribus culta à Romanis; cuius ædes in Capitolio fuit à Numa Pompilio primùm extructa, & ab Attilio Calatino refecta, ſiue reſtaurata:Spes,ab eodem Calatino ſacra æde condecorata, quam in foro Olitorio fuiſſe meminit *Liuius lib.21.* *Pub.* tamen *Victor* Spei nouum templum in ſeptima vrbis regione, nempè in via Lata collocat.

Pudicitia Dea: hæc duobus nominibus culta, Patricia, & Plebeia: primæ fuit ædes in foro Boario ad ædem rotundam Herculis: alteri à quadam Virginia extructa ædicula in vico longo, in quo habitabat ea de cauſſa, quam pluribus refert *Liuius.*

Concordia, quæ daret concordiam, cui multæ Romæ fuerunt dicatæ ædes: vna in Capitolio à Furio Camillo Dictatore excitata poſt ſeditionem ſedatam. V. *ſup.Concordia Dea.* Clementiæ Cæſaris templum decretum fuit,vt *Plutarch. Dion*, nummiq́; veteres demonſtrant.

Pax tamquam Dea culta, cui Romæ fuit templum magnificentiſſimum foro proximum, quod Veſpaſianus à Claudio inchoatum conſtruxit; in

quo

Digitized by Google

quo templo, vt *D. Hieronymus* refert, vaſa, & donaria templi Hieroſolymitani à Tito Veſpaſiano repoſita fuerunt; quo omnium rationalium artium profeſſores conuenire ad diſputandum conſueuerant. Et hoc idem templum Commodo imperante incendio conſumptum fuit, vt tradit *Herodianus lib.* 1.

Quies: hæc ædem habebat extrà Portam Collinam; & *Liuius lib.* 4. ſcribit fanum Quietis fuiſſe via Labicana.

Salus, quam ita religioſè Romani coluere, vt feriæ etiam antiquis eſſent quoties quis Salutem Deã nominaſſet, teſte *Macrob. lib.* 1. *ſat. cap.* 16. cui fuit ædes locata anno ab V. C. 446. à C. Iunio Bubulco Cenſore: in quinta Vrbis regione locatur à *P. Victore* propè portam, quæ Salutaris ab illa dicebatur. V. *Dionem lib.* 37. *de Salutis augurio multa diſputantem*.

Felicitas Dea, quæ ædem accepit, teſte *D. Auguſtino*, aram meruit, & ei ſacra congrua perſoluta ſunt; ſicq; depingebatur fœmina in ſolio ſedens dextera caduceum, ſiniſtra grande cornucopiæ tenens. Ædem illi locauit anno ab V.C. 666. L. Lucullus Coſ. cum collega M. Cotta, & alibi etiam ædes. V. *Dion lib.* 44.

Libertas, cuius templum in Auentino conſtituitur à *P. Victore*, & ibidem atrium Libertatis. V. *Suet. & Liuium: & Libertas Dea*. Domus etiam Ciceronis à Clodio (illo iam in exilium profecto) Libertati fuit conſecrata.

Alij quoq; fuerunt Dij, Deæq; ab humanis actionibus dicti.

Murcia, Dea Deſidia, quæ faciebat hominem murcidum, ideſt nimis deſidioſum. Huic ſacellum erat ſub monte Auentino, qui anteà Murcius dicebatur. V. *ſup.* Strenua, quæ homines impellebat, vt ſtrenuè ſe gererent. Eius ſacellum fuit in via ſacra. Stimula, quæ ſtimulos ageret. Agenoria, quæ ad agendum excitaret: Agonius Deus, qui rebus agendis pręerat: Horta, ab hortando, quòd hortaretur homines: hanc Quirini, vel Romuli vxorem fuiſſe aiunt nonnulli, quæ alio nomine Herſilia diceretur, cuius templum ſemper apertum videbatur, teſte *Plutarcho*: alij dicunt eſſe dicendam Horam, vel ſine aſpiratione Oram, quæ primam breuiat; vndè *Ouid.* 14. *met.* —Priſcum inquit pariter cum corpore nomen Mutat, Oramq; vocat, quę nunc Dea iuncta Quirino eſt.

Catius Deus, qui homines catos, ideſt acutos faceret: Volumnus, & Volumna Dij à volendo, quòd bona vellent, & nuptijs etiam pręerant: Adeona, & Abeona, quæ abeundi, ſiue adeundi facultatem pręſtarent. *D. Auguſt.* Vacuna Sabinorum Dea, quæ etiãm Victoria dicebatur, quæ ſub incerta forma colebatur; alij ſic dictam putant, quòd vacantibus, & ocioſis pręeſſet: Eius templum Romæ fuit in decima quarta vrbis regione: Vitula Dea, quæ lętitiæ pręerat, vel vitæ tuendæ. V. *Macrob.* Pellonia, quæ pellere poſſet hoſtes: Numeria, quæ numerare docere credebatur. *D. Aug.* Feſſonia, vt feſſos iuuaret. *Idem.* Vibilia, quæ ab errore viarum liberaret: Auerruncus, qui mala auerteret.

Angerona ſilentij Dea. V. *ſuo loco.* Hęres Martea, quæ pro accepta hęreditate colebatur: ex Martis Comitibus: Stata Mater, cuius ſimulacrum in foro colebatur, ne lapides igne corrumperentur: Lauerna Dea furibus, ac latronibus culta, vt fortunaret illis latrocinia: hæc tantùm capite ſine corpore extabat; lucumq; Romæ habebat, vbi fures furta abdere, & inter ſe diuidere ſolebant: hinc Lauernalis fuit dicta porta: Nęnia Dea funerum erat; eius ſacellum extrà portam viminalem fuit dedicatum: Libitina. V. *ſuo loco.*

Brizo, apud Delos habita Dea vaticiniorum, quæ è ſomnijs ſumuntur. *Cœl. Rhodig.*

Comus, Deus apud veteres commeſſationum, nocturnarumq; ſaltationum pręſes: in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, muſiciſq; inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi, canendiq; gratia concurrebant; tàmque procaciter aliquando laſciuiebant, vt fores nonnumquam effringerent, vt deſcribit *Philoſtratus imag.* 3.

Cotytto Dea impudentiæ, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius Sacerdotes, de quibus V. *Sacerdotes*) nocturna ſacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc *Probus* ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: vndè etiam Sacerdotes eius laſciuis ſaltationibus Deę mores referebant: hinc *Iuuen. ſat.* 2. Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. Lege *Politianum Miſcell. cap.* 10.

Derceto Dea Syrorum, quæ colebatur humana facie, reliquo corpore piſcis: Atargatis etiam ab aliquibus.

Ate, Dea apud *Homerum*, quæ apud Latinos Noxa dicitur, quæ homines malis implicat, mentes ſeducit, ac perturbat. V. *Eraſmum in Adagijs.* Antiqua Iouis filia, quæ omnes lędit. *Hom.* Dea lędens homines. *Idem.* Quam Litæ Iouis filiæ, natæve ſolæ placare poſſint. *Idem epith.* Pernicioſa, potens, grauis, odioſa, ærumnoſa, &c. *ex Græcis*.

Hi potiſſimùm erant, quos ciuiles homines venerabantur antiquitùs. Pręter hos ruſtici ſuos habebant Deos.

Ruſtici Dij.

Duodecim numerantur à *Varrone* Conſentes Dij, qui agriculturæ pręerant, diuerſi quidem à prioribus Conſentibus, nempè: Iupiter, & Tellus: Sol, & Luna: Ceres, & Liber: Robigus, & Flora: Minerua,

Digitized by Google

na,& Venus:Lympha,& Bonusſeuentus; ſiluestria numina dicuntur ab *Ouid.2.faſt.* cauſſamq; is addit, cur inuocentur ab agricolis, de quibus V. *ſuis locis*. Addebantur etiam ſuperioribus

Pales, Fabuli Dea,& pecorum. V. *ſuo loco*. Pomona. quæ pomis præerat, & proprium habebat flaminem qui Pomonalis dicebatur: Vertumnus,ſiue Vortumnus, qui præerat rebus contrahendis, ac vertendis, ideſt permutandis, vel ab anno verſo.V. *ſuo loco*. Seia,& Segetia,ſiue Segeſta;illa, quæ ſatis frumentis quandiù fuiſſent ſub terra, præerat, altera iam natis. Eorum ſimulacra in Circo videbantur,à Numa Pompilio conſecrata. Tutilina,vel Tutelina,à tuendo collecta frumenta,& recondita:Huic ædicula in decima tertia vrbis regione fuit in monte Auentino: Tutanus autem ſimul cum Tutilina rebus tuendis præerant.

Alij fuerunt innumeri,penè quos *D.Auguſtinus* numerat *lib.4. de Ciuit. cap.8.*

Robigus,qui rubiginem à ſegetibus auertere credebatur,cui feriæ,quæ Robigalia dicebantur, erant dicatæ.

Bonus euentus, cuius hoc erat ſimulacrum ab Euphranore ita factum,vt dextera pateram, ſiniſtra ſpicam, ac papauer teneret; aliud ſimulacrum in Capitolio illi fuit erectum è Praxitele ſculptum: templum huic dicunt fuiſſe,cuius veſtigia putant nonnulli eſſe inter Mineruæ,& D.Euſtachij templum: Populonia, & Fulgora Deæ,contra populationes, & fulgura cultæ.

Pilumnus,& Picumnus,de quibus hæc *Seruius lib.6. Æn.* fratres fuere hi Dij, horum Picumnus ſtercorandorum agrorum inuenit vſum, vndè Sterquilinus dictus eſt: Pilumnus verò pilendi, ſeu pinſendi frumenti, vndè à piſtoribus colebatur. Sterculinus etiam, quod cognomen Saturno fuit inditum ob iam dictam cauſſam agri ſtercorandi, vndè eius effigiem in ſtabulis locabant.

Bubona, quæ bubus præerat: Hippona,quæ equis,& ſtabulis; *Apuleius* meminit huius Deæ 12. *met.* & *Iuuen. ſat.8.* — iurat Hipponam, & facies olida ad præſepia pictas:Mellona,quę mellificio, & apibus.

Iugatinus Deus, montium iugis præſidens: Collina, collibus: Vallonia, vallibus: Ruſina, ſiue potiùs Rurina,quòd ruribus præeſſet.

Terminus. V. *ſuo loco*. Nocturnus,Deus noctis. *Plaut.Amphitr.*1.1. Pan:Syluanus:Priapus. V. *ſuis locis*.

Et hi omnes terreſtres Dij, Deæq; nominabantur: præter illos maiores in Cęli regionibus collocatos. Sequuntur

Dij marini, ſiue maris,

Ingens horum fuit turba, quorum princeps Neptunus,& illo antiquiores Nereus, & Oceanus, de quibus *infrà*. Fingebantur autem Dij marini cani,& ſenes propter maris ſpumas,necnon colore cæruleo, quorum nonnulli in piſcem deſinebant,vt Glaucus,Triton, alijq; : in horum quoq; numero fuerunt Dij littorales, quorum meminit *Catullus*:etiam fluuiales adnumerare poſſumus, qui variè pingebantur, vt oſtendit *Ælianus lib.2. de varia hiſt.* vt *ſuo loco* dicemus.

Neptunus,Proteus,Nereus,Oceanus,Triton. V. *ſuis locis*.

Phorcus,qui & Phorcys,Pōti,& Terrę filius,vt canit *Heſiodus*,ex quo,& Cetone Grææ natæ dicuntur, quæ illicò in lucem editæ canæ factæ ſunt; quia vnda colliſa breuibus canentes ſpumas faciat. *Seruius* verò illum Thooſæ nymphæ,& Neptuni filium facit, qui (teſte *Varrone*) Rex fuit Corſicæ,& Sardiniæ, qui cùm ab Atlante Rege nauali certamine cum magna exercitus parte victus fuiſſet, obrutusq; finxerunt eius ſocij eum in Deum marinum fuiſſe conuerſum.

Saron Deus marinus,qui nauticæ arti præeſſe exiſtimabatur, à quo datum eſt mari nomen Saronici apud Corinthios. Hunc Althepiæ regioni imperaſſe aſſerit *Pauſanias in Corinthiacis*.

Glaucus:Portunus Deus marinus. V. *ſuis locis*. Ægeon marinus Deus. *Ouid.* Cęruleos habet vnda Deos Tritona canorum,Proteaq; ambiguum,balenarumq; prementem Ægęona ſuis immania terga lacertis. Hunc Terræ,& Ponti filium fingunt fuiſſe,in mari habitaſſe, & gigantibus contra Iouem opem tuliſſe.

Marinæ Deæ hæ inſigniores dicuntur:

Amphitrite,quæ cùm perpetuam Dijs virginitatem vouiſſet, à Neptuno autem ſollicitaretur, ad Atlantem confugit, vbi à Delphino perſuaſa, Neptuno aſſenſit, vndè eſt illud: Neptunum gremio complectitur Amphitrite, Margine terrarum porrexerat Amphitrite. *Claud.* pro mari ſumitur. V. *Mare*. Tethys:Thetis huius filia,ſiue Doridis. V. *ſuis locis*. Doris,Oceani,& Tethyos filia. V. *Nymphæ*,& *Nympharum nomina*.

Synonyma.

Dij cęleſtes.

Cęlicolæ: Superi: Superis Deorum gratus. *Hor.*1. *od.*10. Dij Cęli. *Ouid.*1.*triſt.*2. Di maris,& Cęli; quid enim niſi vota ſuperſint: Cęleſtes proceres. *Claud.* 3. *de rapt.* Ætherij Dij. *Anger.* Cęli numina, & c. quæ nunc à nobis rarò vſurpanda.

Dij marini.

Virides Dei. *Ouid.*1.*triſt.*2. Dij maris. *Ibidem*. Qui maris numen habent. *Virg.*10.*Æn.* Numina cæruleo ponto. *Idem* 12.*Æn.* Æquorei proceres. *Claud* 3.*de rapt.* Cęrulei Dei. *Ouid.*2.*met.* Æquorei. *Idem* 2.*Pont.*10. Vndiſoni:Cogar & vndiſonos nunc prece adire Deos. *Prop.*3.19.

Cæ-

Cærulei numina Ponti. *Ouid.1.triſt.2.* Di, quibus vndarum, tempeſtatiſq; ſonoræ Imperium, &c. *Val.Flacc.1.Argon.* Diui biformes. *Ibidem:* ob formam piſcis, & hominis.

Dij inferni.

His ſacra fiebant ſub Solis occaſu in effoſſa terra, & igne accendebantur ſacra è rogis rapto; prętereà victimæ atri coloris eſſe debebant, vt in ſacrificijs notatum ſub titulo Plutoni: qualiter enim ipſi, taliter Dijs reliquis inferorum. *Stat.4.Theb.* 444. deſcribit ſacrificium à Tireſia factum Dijs huiuſmodi. Hic ſenior vates, inquit, Stygijs accommoda quippè Terra ſacris, multoq; placent ſola pinguia tabo Velleris obſcuri pecudes, armentaq; ſiſti Atra monet, &c. Pluto igitur Rex numinum inferorum, Cerberus, Furiæ. V. *ſuis locis:* Inter hos:

Momus, Nocte matre, & Somno patre progenitus, & vt Deus à priſcis habitus, cuius naturæ proprium eſſe ferunt, ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplari: & ſiquid eſt omiſſum, aut perperàm factum, id ſumma cum libertate carpere; vndè & nomen accepit; nam μῶμος Grętè reprehenſorem ſonat, vndè & adagio dicuntur Momi, qui cęterorum facta carpere ſtudent, vt Zoilus, de quo V. *ſuo loco*. Fabulam Momi Vide apud *Lucian.in Dial.de Hæreſib.*

Vos precor vulgus ſilentum, voſq; ferales Deos. *Sen. in Med.* 740. *& in Thyeſt.* 4. Vis inferna Deorum. *Virg.12.Æn.* Inferni proceres. *Claud.* 3. Dij profundi. *Idem 1.de rapt.* Gratus & imis Deorum. *Hor.1.od* 10. Tartarei Dei. *Anger.* Inferni numina: Stygij torrentis numina. *Ouid.* 3. *met.*

Deorum priſcorum cultus.

Colere pro Chriſto veſana ludibria: Frigida ſaxa colere ſimulacra Deorum. V. *Idolum.* Deorum honor, laus, ſacra, &c.

Quorum etiam olim fuere honores, pompæ, ſupplicationes, erectæ ſtatuæ, thenſæ, fercula, templa, ſacella, aræ, puluinaria, Sacerdotum collegia. Erant autem puluinaria, idem ac Lectiſternia, non tàm Romanis nota, quàm Græcis; vndè *Æmilius Probus in Timotheo:* quæ, inquit, Victoria tantæ fuit Atticis lętitiæ, vt tum primùm aræ Paci publicæ ſint factæ, eiq; Deæ puluinar ſit inſtitutum. Simile factum apud Phocidas in templo quodam Æſculapij narrat *Pauſanias*. Erat autem Puluinar lectus, qui ſternebatur in honorem alicuius Dei victoriæ cauſſa. V. *inferiùs Puluinar, & Supplicationes.* De Sacerdotum collegijs, & varijs nominibus appellatis, V. *infra Sacerdotes Gentilium, ſiue Ethnicorum.*

DILIGENS.

Sedulus: Operoſus: Solers: Gnauus: Impiger: Ingenioſus. *Ouid.3.faſt.* Vigilans: Sollicitus: Obſequioſus: Studioſus: Induſtrius: Aſſiduus: Multæ ſedulitatis homo: Exoſus, execrans, fugiens pigra, turpia ocia Deſidis vitę: Impatiens tolerare moram. Hinc

DILIGENTIA.

Vigilantia: Induſtria: Solertia: Cura: Studium. *Virg.* 11.*Æn.* Sedulitas. *Ouid.3. de art.* Studioſum pectus. *Idem 2. faſt.* Sollicitudo: Induſtria: Aſſiduitas: Sedula cura: Omnia vincens: Tendens ad ardua: Quæ virum non ſinit eſſe pigrum: Quæ mentem excitat ingenuam: Studium indefeſſum, vigil, infractum.

Sedulitas gnaua: — acri Corrige ceſſatos ſedulitate dies: Rebus probata gerendis.

Epith. Prouida, ſolers, officioſa, ingenioſa, acris ſedulitas, cura, diligentia.

DILVVIVM.

Inundatio ſiue totius mundi, quæ fuit anno ab ipſo condito 1656. ſiue alicuius partis, vt in Theſſalia tempore Deucalionis, & Pyrrhæ; & vt ſępiùs in Batauorum regionibus accidit, quorum oppida oceano inundante ita demerguntur, vt neq; turres altiſſimæ appareant; cuius rei maiora diſpendia patiuntur Zelandi Batauis proximi. De generali mundi diluuio V. *Gen. cap...* & de altera V. *Ouid.1. met.*

Illuuies Deucalionea; ex peculiari ad generalem alluuionem deduci ſignatè poteſt: Deucalionei imbres. *Luc.1.Pharſ.* Deucalionis aquæ. *Ouid.* 4.*faſt.* Et cùm Deucalionis aquæ fluxere per orbem: Et poſt antiquas Deucalionis aquas. *Prop.* 2.22. Noenis aquæ: Immenſa licentia Ponti. *Ouid.1. met.* Quando noui pulſant montana cacumina fluctus. *Ibidem.*

Diluuies. *Hor.3.od.*29. Quum fera diluuies irritat amnes quietos: Deucalioneæ vndæ. *Ouid.7. met.* Quum grauis infuſo tellus foret obruta Ponto. *Ibidem.* Alluuies: Fata aſpera Ogygijs rebus. V. *Ogyges.* Impia cùm pluuijs terra periret aquis: Vltrices vndæ: Cataclyſmus orbis; nempè generalis inundatio: Illuuies fatalis aquæ: Edita cęlo proluuies: Fatalis aquæ ſtrages: Omnia dum latè ſeries conuellit aquarum.

Diluuij deſcriptio pulcherrima eſt apud *Ouid.1. met.* quæ incipit: Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi, &c. cum reliquis. V. *Inundatio.*

DIOGENES.

Qui cognomento Cynicus fuit Philoſophus, ſic cognominatus, vt qui canino dente omnium facta mordere videbatur. Patriam habuit Sinopen Ponti oppidum, qui Alexandri magni vixit ætate. Hic dixiſſe fertur, teſte *Diogene Laertio*, qui vitam illius diffusè narrat, ni ſi Alexander eſſet, velle ſe eſſe Diogenem. Didicit Athenis apud An-

Antiſthenem;habitauit in dolio,quod vel ad meridiem, vel ad ſeptentrionem pro anni tempore vertebat: quamobrem ſe volubilem domum habere iocabatur. Pro ſectæ ſuæ inſtituto riſit, ac reprehendit omnia: mortuus eſt annos natus nonaginta Corinthi, vbi Xeniadæ cuiuſdam liberorum pędagogus erat.

Cynicus Philoſophus: Cynicorum Princeps, ſophiſta:Cynicus Sinopeus. *Ouid.*1.*Pont.*4. Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus, Legit enim ſedes Attica terra tuas:ibi enim operam dedit Antiſtheni, vt diximus, qui cùm omnes à ſe diſcipulos abieciſſet, & Diogenem quoque conſtantem adhuc non poſſet abijcere, nouiſſimè clauā minitatus eſt illi necem, qui ſubiecto capite traditur dixiſſe: nullus tàm buculus durus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. V. *Diogenem Laertium*. Antiſthenis alumnus, diſcipulus.

DIOMEDES.

Plures in hiſtorijs fuerunt hoc nomine,ſed Grçcum tantùm effabimur, & Thracium. Alter Tydei filius ex Deiphyle Ætoliæ Rex,qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò ſtrenuè ſe geſſit, vt poſt Achillem, & Aiacem Telamonium fortiſſimus haberetur. Singularem inijt pugnam cum Ænea, in qua parum abfuit (vt refert *Homer. Iliad.*5.) quin Æneas Diomedis dextra periret: nam ab hoc ictu grandis ſaxi grauiter vulneratus,& fuſus humi, periturus erat, niſi matris interuentu, circumfuſa nube, eius manibus ſubtractus in pacatum euaſiſſet: quod poſteà cupiebat factum fuiſſe Æneas,cùm ſe naufragio quaſi ſubmergi cerneret. V. *Virg.lib.*1.*Æn.* Diomedes autem à bello Troiano in patriam reuerſus Ægialen vxorem comperit Cylleboro Stheneli filio adhęſiſſe, à qua cùm non reciperetur, aufugiens peruenit in Apuliam, vbi à Dauno cum parte regni filia accepta, vrbem nomine Argyrippam ædificauit: & quia ſcopulos aliquot in mari regno ſuo proximos tenuit, ſiue quòd primùm illuc appulerit: Inſulæ Diomedçæ fuerunt in Adriatico mari, in quarum altera non procul à Calabria fuerunt Aues Diomedçæ ardeis perſimiles,ſiue cygni,quæ aduenas barbaros clangore infeſtarunt,aut certè non adierunt;Grçcis tantùm adulantes alis,quaſi illos complecti vellent, & alios deterrere, ſe ex Diomedis genere penè eſſe fatebantur; vndè exorta fabula illius ſocios in huiuſmodi fuiſſe aues conuerſos. V. *Ouid.*14. *met.*

Ætolius Heros. *Ouid.*14. *met.* Ætolicus,Ætolus dux. *Stat.*1.*Achill.* Tydides,p.prod. *Virg.*1.*Æn.* Oenides: Hactenus Oenides Venulus Calydonia regna. *Ouid.*14. *met.* quòd Oenei eſſet nepos; nam Oeneus pater Tydei fuit, & hic Diomedis pater:Oenei nepos: Iapygis Dauni gener. *Idem* 14. *met.*

Calydonius Heros. *Stat.*1. *Achill.* ab vrbe Calydone,quæ eſt in Ætolia,in qua ille regnabat: Ithaci comes nocturnus. *Sen. in Troad.* Ægiales coniux,vir,maritus. *Stat.*4.*ſilu.*5. Deiphiles filius, natus,&c. Adraſteide natus:& hæc Adraſti filia, nata. *Idem.*

DIOMEDES Rex Thraciæ.

Tyrannus,ſummæq; crudelitatis,qui aliquot equos humanis paſcebat artubus; quotquot enim hoſpites ad illum diuertebant, trucidabat, equiſq; ſuis comedendos apponebat. Verùm cùm Hercules ad illum diuertiſſet, eumdem deuictum eiuſdem equis dilaniandum obiecit, equoſq; ad Euriſtheum adduxit,qui illos Iunoni ſacrauit,eorum autem progenies vſq; ad Alexandrum Macedonem duraſſe fertur.

Biſtonius Tyrannus. *Luc.*2.*Pharſ.* Sanguineus rex. *Claud.*1.*de rapt.* Thrax cruentus. *Sen. in Herc. fur.* Currus truces Thraeis cruenti. *Ibidem.* Si quis Iſmarios greges Thraeis cruenti vindicat, carpent greges Mea membra. *Idem in Herc.Oet.* Stabula cum regno iacent:Hic pax cruento rege proſtrato data eſt. *Ibidem.*

Threicius Tyrannus. *Mant.* Vt qui Threicij quondam pręſepia Regis Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.*Ouid.in Ibin.*Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis Impius humano viſcere pauit equos. *Ibidem.* Diomedæos gramine pauit equos;ſiue ſanguine. *Claud.*1.*de rapt.* Quiq; ſuis homines pabula fecit equis. *Ouid.*1.*Pont.*3. Humana qui dape pauit equos:Nec parua gregibus membra Diomedes ſuis epulanda poſuit. *Sen.in Troad.*5.

Panit Tyrannus Hoſpitum dirus ſtabulis cruorèm. *Sen. in Agamem.* Quid ſtabula memorem dira Biſtonij ducis, Suiſq; regem pabulum armentis datum? *Idem in Herc.fur.* Cum Thraeis equos humano ſanguine pingues, Plenaq; corporibus laceris pręſepia vidi. *Ouid.*9. *met.* Viſaq; deieci, dominumq;, ipſoſq; peremi. Hic Rex cruentus Herculis fractus manu;*ex Sen. in Herc.Oet.*

Epith. Sanguineus, immanis, immitis,cruentus,impius,aſper,Geticus,Thrax,efferus.

DIO, ideſt ſub dio;

Al ſereno.

Nudoq; ſub Ætheris axe. *Virg.* Locus ſubdialis. Impluuium:Sub Ioue frigido. *Hor.*1.*od.*1. Sub Phœbo. *Ouid.*3.*de art.* In aperto;ſcilicet Æthere. *Sen.in Hipp.*Teſte Cęlo. *Ibidem:* ideſt viuens: Citra limenq; foreſq; & tantùm Cęlo tegitur. *Ouid.*7.*met.* Nunc licet in triuijs ſicca requieſcere Luna. *Prop.*2.13.

DIONE.

Veneris mater, vna ex nymphis Tethyos,& Oceani

ni à Ioue adamata, cui Venerem peperit. quæ ab illa dicitur Dionęa: Sacra Dionçæ matri, d uiſq; ferebam. *Virg.3 Æn.* ipſaq; Venus etiam Dione fuit appellata; vndè *Ouid.in faſtis.* Hippolyte infelix velles coluiſſe Dionem (ideſt Venerem) Cum conſternatis diripieris equis: Veneris mater. V. *Venus*.

S. DIONYSIVS.

Cognomento Areopagita Athenis è clariſſimo ſanguine genitus, vnus fuit ex Areopagi iudicibus, eorumq; primus, qui à teneris annis omni doctrinarum genere exculius, illarum auidus regiones multas peragrauit, vt ſiquos ſe excellentiores viros reperiſſet audire poſſet; qui Hierapoli in Ægypto cùm Mathematicis operam daret, Solemque vidiſſet pręter naturam defeciſſe eo die, quo Saluator noſter affixus Cruci, vt nobis vitam daret ipſe ſuam crudeliſſimæ neci tradidit, dixiſſe fertur: aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Hic Chriſto nomen dedit, Paulo Apoſtolo prędicante, à quo etiam Athenienſi pręfectus fuit Eccleſię. Sed indè Romam veniens à Clemente Pontifice miſſus in Galliam, ibi diſſeminauit Euangelium; quod etiam proprio rigauit ſanguine, vt clarior indè fructus excreſceret. Sed nouum, & inauditum euenit, cùm illi caput fuit abſciſſum annum ſupra centeſimum agenti: ſurgens enim illicò abſciſſum caput ſuſtulit, & ad duo millia paſſuum progreſſus geſtauit.

Gallorum ſublime decus rariſſima gentis Gloria Cecropiæ: Toto Dionyſius orbe Altior è magnis ſuperùm vnus: Qui geſtaſſe caput fertur defunctus, & iſſe, &c. Gallorum lumen: Qui Chriſti dogmata Gallos Edocuit.

DIONYSIVS.

Syracuſarum Tyrannus, cuius filius item Dionyſius II. aut minor dictus regno expulſus Corinthi ludum aperuit. Hic poſtremus cum ſceleribus omnia compleret, illi regnum fuit ſublatum, quod abrogatum ſibi credidit ex augurio: quod iaculum de ſatellitum manibus roſtro extortum ab aquila in profundum deiectum vidiſſet: vndè Corinthum appellens eò deuenit ærumnarum, vt ob extremam mendicitatem ſtipem ab hominibus, vt vitam degeret, rogitare fuerit coactus. De alterutro legitur, ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuiſſe; à quibus vel morte, vel matrimonio abſtractus candenti carbone ſibi capillum adurebat. Multa de illo, & de filio narrantur à *Cicerone in Philoſophia libris*. Illud tantùm referam ab *eodem de natura Deorum* tractante relatum: Dionyſius (inquit) cùm fanum Proſerpinæ Locris expilaſſet, nauigabat Syracuſas, iſq; cùm ſecundiſſimè curſum teneret: videtis ne (inquit) amici quàm bona à Dijs immortalibus nauigatio ſacrilegis detur? &c. Duas habuit vxores Ariſtomachen ciuem ſuam, & Doridem Locrenſem.

Ille Syracuſia modò formidatus in vrbe Vix humili duram reppulit arte famem. *Ouid.4.Pont.3.* Syracuſius Tyrannus: Damocli dapum propinator periculoſarum: Diſtrictus enſis, cui ſuper impia Ceruice pendet non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt ſaporem. *Hor.3.od.1.* hiſtoriam exequitur *Cic.*

DIRÆ, arum.

Dicuntur maledictiones, ſiue quæ mala multa ingeruntur ab iracundis, & rabidis in homines.

Execrationes: Maledicta. V. *ſuo loco:* & lege *Ouid. in Ibin.* in quo quidem carmine quæ maledicta eo tempore dici poterant, cuncta ab illo in inuidum ſuum torquentur.

Vulcani monile: lege *Stat.2.Theb.275.* Infauſtæ figuræ: Gorgonei orbes: Cineres extremi fulminis: Iubæ draconum viridium: Germen flebile Heſperidum: Dirum aurum Phryxei velleris: Varię peſtes: Tiſiphones crines: Vis peſſima, quę probat Ceſton: Spumæ Lunares: Venenum hilare: *Ibidem:* quæ numerantur à *Stat.* vt illinc mala belli Thebaici pręſagirentur.

Gemitus. Clades. V. *ſuo loco.* Luctus, & ira, Et dolor, & tota preſſit diſcordia dextra. *Stat. vt ſup.*

DIRCE.

Lyci Thebarum Regis vxor, quam ille, Antiopa repudiata, duxit, quod à Ioue in Satyrum conuerſo grauidam factam ſenſerat. Hæc ab illo in vincula coniecta, iiſdem Iouis commiſeratione ſoluta in Cytheronem confugit, vbi Amphiona, & Zetum peperit, qui adulti Lycum interfecerunt, & Dircen taurorum caudis alligatam per ſentes raptarunt, quæ tandem in fontem conuerſa dicitur propè Thebas in Bœotia, qui muſis ſacer erat, & Aganippe alio dicebatur nomine, quamvis alter eſſet in eodem monte illi proximus: cuius aquæ in Iſmenum fluunt, vndè Iſmenis Dirce fuit appellata, *vt infrà*.

Dircæa loca vallis irriguæ. *Sen. in Oedip.* Dircæi fontes: Sacra quo Dirce latet. *Idem in Theb.* Dircęæ aquæ: Nobiles aquæ Dirces. *Idem in Herc. fur.* Anguſtæ ſquallentia iugera Dirces. *Stat.1. Theb.* Si profugis Dircen Iſmenida liqueris hoſpes. *Sen.in Oedip.* Aonius latex. *Idem in Med.* Aut verſo quod ſanguine fluxit In ſubitos regina lacus. *Stat.3.Theb.* Iamq; Tyrios ſudaſſe lares, & ſanguine Dircen Irriguam. *Ibidem.* Pueri que trahendam Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis. *Prop.3.el.* Coniux Lyci. *Ouid.in Ibin.* Corpus inuiſum Zeto. *Sen.in Theb.*

DISCESSVS.

Abſceſſus. *Virg.10.Æn.* Diſceſſio. Abſceſſio.

Receſſus : Digreſſus : Digreſſio : Receſſio.

DISCIPLINATIO, Barbarum.

V. *Verber*.

DISCIPVLVS.

Conſors ſtudij. *Ouid. 5. triſt.* 4. Condiſcipulus : Contubernalis: Studiorum ſocius: Auditor:Condiſcens : Æqualis ſtudio : Comitatus protinus ad me Veniſti centum Symmache diſcipulis. *Mart. 5.9.*

DISCRIMEN.

V. *Differentia,& Periculum.*

DISCORDIA.

Vt ſemel hæc rerum ſeceſſit lite ſuarum. *Ouid. 1. faſt.* Crimina belli. *Virg. 7. Æn.* quaſi diſcrimina: Contentio : Diſſenſio, & diſſenſus : Diſcors animus. *Sen. in Oedip.* Litigioſus animus:Non benè ſentiens: Qui non conuenit, non conſentit: Malè concordes. *Luc. 1. Pharſ.* Mens malè concors. Diuulſæ mentes. *Ibidem.* Impatiens conſortis. *Ibidem*. Diuerſiq; animi: Mens aliena:Diſcors: Alienus: Diuerſus: Antipathia,Græcum.

DISCVS.

Erat publici exercitamenti genus ænea nimirùm moles, aut ſaxea, quem admodùm *ex Homero* apparet, quæ arte ſimul, & viribus ita ab humo torquebatur in altum, vt intra certum ſpatium decideret; quo Hyacinthus cum Apolline ludens perijſſe dicitur. Diſci iaculatione Vlyſſes certauit apud Phæaces, quos omnes ſuperauit. Huius ludi deſcriptionem pulcherrimam, & prolixam habes apud *Stat. lib. 6. Theb.* quæ incipit.

Tunc vocat emiſſo ſiquis decernere diſco Impiger, & vires velit oſtentare ſuperbas, &c. ad cuius ſimilitudinem fortaſſis ille ludus inuentus, cùm folles armatis ligno brachijs in altum eiaculamur : Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas. *Ouid. in Ibin.* Miſſile diſci pondus. *Prop. 3. 12.* Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.

It iuſſus Pherelas, & ahenæ lubrica maſſæ Pondera vix toto curuatus corpore iuxtà Deijcit. *Stat. 6.* Iaculabile dextræ pondus. *Ibidem.* Latèq; ferens ſub pectore dextro Orbem alium. *Ibidem*. Erat autem diſcus lamina quædam trium,vel quatuor digitorum craſſitudine longior paullò plus pede ſiue lapidea,ſiue ferrea, ſiue ænea, ne dum ex alto rueret frangeretur, plana quaſi lentis ſpeciem referens, quam in aerem projciebant manu ad pectus adducta, atq; extrorſum, & deorſum reducta rotationis inſtar in aerem eiaculabantur.

DITHYRAMBVS.

Fuit vir quidam Thebanus hymnorum inuentor in Bacchi honorem,vndè quoddam carminis genus dicitur dithyrambus, de quo nos alibi ſcripſimus, & dithyrambus fuit etiam Bacchus appellatus, quaſi ex duabus in genitura egreſſus ianuis.

Populare Bacchi laudibus carmen ſonet. *Sen. in Oedip.* Bacchica carmina: Bacchei verſus.

DIVERSORIVM.

Caupona:Hoſpitium:Hoſpita ſedes,domus:Hoſpita tecta:Stabulum:Taberna diuerſoria. *Plaut.* Pandocheum, Græcum nomen : Domus viatoribus mercede patens:Hoſpitium publicum; non malè vocari poſſet, quod peregrina voce Xenodochium alij nominant: Receptaculum; locus, quo aliquid in tutum recipitur.

DIVERSVS.

Alienus:Exterus:Externus:Gens diſſona cultu. *Stat. 4. Theb.* Variorum gens abſona morum.

DIVES.

Prædiues. *Virg. 11. Æn.* Largus opum. *Ibidem*. Diues opum. *Idem 1. Æn.* Auro diues. *Stat. 2. Theb.* Locuples: Beatus. *Mart. 4. 21.* Ditiſſimus agri. *Virg. 10. Æn.* Donis,vel bonis opulentus. *Idem.* Superbus pecunia. *Hor. epiſt. 4.* Dis,tis. *Ter.* Ditior,ditiſſimus:Superbus opibus. *Virg. 5. Æn.* Diuitior Crœſo. *Mart. 5.* Spectabilis auro. *Ouid. epiſt. 3.* Cui graue pondus diuitis auri eſt; *ex Tib.*

Diues agri diues poſitis in fœnore nummis. *Hor. 1. ſerm. 1.* Theſauris opulentus. *Idem.* Indociles inopem traducere vitam:Potens opibus. *Ouid. 4. faſt.* pollens: Nihil indigus: Nullius rei indigus : Regno fulti. *Sen. in Hipp.* Nullius opis egens. *Ouid. 1. triſt. 4.* Copioſus:Abundans:Affluens:Diffluens auro.

Benè nummatus. *Cic.* Commodus. *Hor. 4. od. 8.* Quem multæ comitantur opes:Diuitijs,& multo ſplendidus auro:Qui rebus abundat opimis:Auri pondere diues : Cui magna manent rura : Diuitijs notanda domus. Aurea cui ſunt mille talenta : Cui eſt fului vaſta metalli Congeries.

Et cuius laxas arca flagellat opes. *Mart. 2. 30.* Palleat & nummis arca ſuperba nouis. *Idem*. Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus. *Prop. 2. 16.* vbi metaphoricè prætorem benè nummatum intelligit: Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Errabant,& humum vicinia nulla premebat:Diues agri Dorylas,quo non poſſederat alter Latius, aut totidem tollebat farris aceruos : Terram qui centum vertit aratris: Sis pecore,& multa diues tellure.

Indocilis pauperiem pati. *Hor. 1. 1.* Tua centenis incumbunt tecta columnis. *Mart.* Quin opibus, gazis,& honoribus ardua coniux: Diues equùm, diues pictai veſtis, & auri, Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. *Virg. ecl. 2.* Ille tenet culti iugera magna ſoli,Aruaq; ſi findant pinguia mille boues. *Tib. 1. 1.* Quidve domus prodeſt Phrygijs innixa columnis, Aurataq; trabes, marmoreumq; ſolum : Non opibus

men-

menres homini, cureq; leuantur. V. *Diuitiæ: Nummus*.

DIVITES.

Qui ſunt *ex hiſtorijs* celebrati, vel *ſacris*, vel *profanis* fuere.

Abraham, Iob, Salomon, Dauid, Aſſuerus; & alij Midas Phrygiæ, Crœſus Lydorum, Tantalus Phrygiæ, Darius Perſarum, & Achemenes Perſarum reges. *Hor.* 2. *Carm.* Craſſus Romanus patritius, I. Cæſar Dictator, & alij.

Nonnulli ex libertis ditiſſimi fuerunt, vt Pallas Claudij libertus: Calliſtus eiuſdem Claudij: Narciſſus: Chryſoponus Licinius Cæſaris libertus, vndè *Mart.* 5. 13. Et libertinas arca flagellat opes: in quo loco à diuitijs Calliſtratum quoqu: laudat.

Diuites olim populi recenſentur Lydi ob auri copiam: Babylones ob aulęorum picturam: Seres ob ſerici inuentum: Arabes ob odoramentorum abundantiam: Indi ob gemmarum multitudinem.

DIVITIÆ.

Theſauri: Prouentus: Reditus, &c. V. *ſuo loco*. Pecunia: Diues cultus. *Ouid.* 5. *met.* Sanctarum digeſtus opum, partæq; per omnes Diuitiæ populos, magniq; impendia mundi. *Stat.* 3. *ſilu.*

Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis Dalmatico quod monte nitet, quod meſſibus Afris Verritur ęſtiferi quicquid terit area Nili, Quodq; legit merſus pelagi ſcrutator Eoi, Et Lacedæmonij pecuaria culta Galeſi, Perſpicuæq; niues, Maſſylaq; robora, & Indi Dentis honos vni parent commiſſa miniſtro. *Ibidem.*

Opes: Nummi: Aurum. V. *ſuo loco*. Aurum defoſſum. *Virg.* 2. *Georg.* Mitia dona: Bona Midæ. *Stat.* 1. *ſilu.* 3. Gazæ, imperiumq; Midæ: Crœſi bona. *Ibidem*. Macte bonis animi, cuius ſtagnantia rura Debuit & flauis Hermus tranſcurrere ripis, Et limo ſplendente Tagus. *Ibidem.*

Rutili fontes Lydiæ. *Claud.* 1. *in Ruf.* Opulentia. *Virg.* 7. *Æn.* Argenti pondus, & auri: Gaza. *Stat.* *& Boet.* Perſica dictio: Lydæ ſi pondera gazæ. *Stat.* 5. Perſis gaza. *Idem*. Copia pleno cornu. *Boet.* Fuluæ Gangis opes. *Pamphil.* Fortunæ: Non ego fortunas Crœſi, Pythijq; Bithyni. *Beroal.* Regnum; nam qui regno fulciuntur diuitias habent.

Irritamenta malorum: Magnarum copia rerum: Stipatq; carinis Ingens argentum: Cuncta exuperant patrimonia cenſus: Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro. *Tib.* 2. 1. V. *Theſaurus: Opes: Pecunia: Nummus*. At tua centenis incumbunt tecta columnis. Et libertinas arca flagellat opes, &c. *Mart.* 5. 13. Cenſus, us. *Ouid.* 1. *faſt.* Dat cenſus honores.

Epith. Fluxæ, leues, miſeræ, inuidioſæ, improbæ, potentes, opimæ, caducæ, molles, magnificæ, ſuperbæ.

DIVINATIO.

Cuius *Cic. lib.* 1. *&* 2. *de diu.* duplex efficit genus; vnum artificioſum, alterum naturale: Artificioſum quod in coniecturis eſt, & obſeruationibus: Naturale quod animo concipitur ex aliqua diuinitate; diuinatio autem ex coniecturis erat aruſpicium, de quo V. *Augurium. & Augur*: & ſic diuinatio potiſſimùm conſiderabat, aut hoſtias ipſas priuſquam iugularentur, aut earum exta, poſtquam diſſectæ erant; aut flammam, quæ ex incenſis, & ardentibus euolabat victimis; aut farinam, ſiue farinæ materiam, ex quibus liba pinſabantur, & molæ; aut tus, quod erat adolendum, ſiue adolebatur; aut vina, & aquas, &c. V. quid *Macrobius* de hac rè *lib.* 3. *ſat. cap.* 5. tractat: vndè huius diuinationis varia leguntur exempla, vt quando A. C. vrbis 636. Catoni Conſuli immolanti exta emarcuerunt victimæ, & caput iecinoris euanuit. Caio Principi, & M. Marcello iecur ſubitò extabuiſſe notatum fuit, quare prelio periiſſe creditum eſt. In primis autem conſiderabant, dum victima ad aram produceretur, aut conſiſteret; aut ſacrificantium manibus tractaretur, num ſpontè acceſſiſſet, num tracta vi, num elapſa ictum fefelliſſet, aut exclamaſſet altiùs. Quæ vel boni ominis, vel mali eſſe credebant, tantiq; faciebant has diuinationes, vt & libris deſcribi rationem conſulendi, eoſq; inſtar oraculorum cuſtodiri publicè, & in ea diſciplina ſuos exerceri liberos à teneris curarint; nihilq; mouerint, aut cœperint, niſi ſacrificijs diligenter perluſtratis, & examinatis: affici enim victimas, notiſq; monitricibus euentorum ſubitò, ſeu conſignari ab ijs numinibus, quæ adeſſent coram vocata, & ritus ſpectarent perſuaſiſſimum habebant. Lege *Roſin. de Antiq.* Huius autem genera multa recenſentur ab ijs, qui ſpeciatim hac de re peculiari tractatu diſputant, notiora nos attingemus.

Aruſpicium. V. *Augurium.* Extiſpicium. V. *ſuo loco*. Igniſpicium, eſt diuinatio ex igne; vndè *Plin.* ſcribit *lib.* 18. in terrenis ignibus eſſe preſagia, ex quo id factum: cum cinis è fauilla, & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus paullò ante mortem Tiberij extinctus, & iam diù frigidus exarſit repentè, vt inquit *Suet. in Tib.* 74. prima veſpera, atq; in multam noctem pertinaciter luxit. Huc pertinent:

Capnomantia, quæ erat diuinatio ex diuiſione fumi: Hydromantia, quæ ex aquis: Pyromantia, quę ex igne; idem ferè cum igniſpicio: Chiromantia, quæ ex manuum ſignis: Nicromantia, quæ ex inferorũ Manibus, ſiue diaboli apparitione: Aſtragalomantia, quæ per talorum iactus futura diuinabat; cuius meminit *Suet. in Tib. cap.* 54. vndè

Digitized by Google

Caſaub.in einſdem Comm. Explorandi (inquit) futurorum cauſſa ſolti veteres in certos fontes varia conijcere: vt de Tiberio narrat *Suet.* de aqua Inus dicta *Pauſanias* in Laconicis; & de re huiuſmodi ſimile apud *Sozomenum lib.5.cap.19.* legitur; vndè appellatio nominis Aſtragalomantiæ: Oomantia, quæ per pullorum, auiumq; oua fiebat diuinatio; vt de Liuia narrat *Suet. in Tib. cap.14.* dicitur etiam Otomantia; & alia huiuſmodi.

Sacrum fatidicum. *Sen. in Oedip.* Sacri fatidici ſigna. *Ibidem.* Mantice,es,Gręcum nomen:Mantia;*ex Grac.*Viſcerum notæ certæ. *Sen. in Oedip. ibiq; multa.* Qui ſupra volitante altaria fumo, &c. *Stat.4.Theb.*

Diuinator. V. *Augur.* Mens pręſaga. *Val.Flacc. 1.Arg.*

DOCILIS.

Aptus docendo: Doctrinæ habilis: Spontè domabilis. *Maſcul.1.11.* Non reluctans ferre iugum. *Idem.* Qui ſpontè docetur.

DOCTRINA.

Documenta: Pręcepta: Artes: Dogma,dogmata:Facundia: Eloquium. V. *Eloquentia.* Studia;elementa ſcilicet principia artium, & doctrinæ: V. *Alphabetum.* Inſigni doctrinæ lumine claret: Multa peritia rerum: Vtile doctrinis prębere ſenilibus aures.

Diſciplina illuſtris, tetrica, vigil: Diſciplina vigil, ſanctiq; induſtria patris.

Epith. Laborioſa, ſenilis, facunda, grata, iucunda.

DOCTVS.

Inſignis arte. *Virg.5.Æn.* Inſtructus:Edoctus:Eruditus:Imbutus arte:Vni vacantis litterarum ſerio ſtudio. *Augur.* Pia Cecropiæ turba Mineruæ. *Mart.7.* Formatus ſtudijs:Mens formata,informata ſtudijs:Melior lingua. *Virg.11.Æn.* Lingua raras docta per artes. *Ouid.* Sophus,Gręcè. *Mart.7.*

Litterator. *Catull.14.epig.* pro Grammatico ponebatur ab antiquis:initio enim litterati dicebantur Poetarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nuncupantur; Meſſala Coruinus eoſdem litteratores vocitatos oſtendit. V. *Suetonium in lib. de claris Grammaticis.* Ore potens Auſonio. *Mart. 9.* Prestans eloquio. *Bemb.* Artibus inſtructus. Quem muſæ ſtudijs incolucre ſuis.

Eloquens.V. *ſuo loco.* Claros inter habens nomina clara viros: Aonias artes qui benè nouit: Aonidum celeberrima fama ſororum: Quem caſto enutrit caſta Minerua ſinu: Rerum, ſtudiiq; peritus:Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes. *Bemb.*

Magniloquus. *Mart.* Litteratus: Conuenit cum litteratis viuere manibus; idest cum ijs, qui iam defuncti litteraturæ nomen ſatis amplum reliquerunt.

Doctor.V. *Magiſter.*

DODONA, æ.

Vel Dodone,es,vrbs Chaoniæ in Epiro,iuxtà quam querneum nemus fuit, in quo templum Iouis Dodonæi vetuſtiſſimo oraculo celebre, propè quod etiam fons illi ſacer, de quo *Pomponius Mela 2. lib.* ait: Etiam frigidum cum cæteris faces extinguere ſi immergantur, at vbi ſine igne procul admouentur, accendere. In ipſo autem Iouis templo duæ columbæ fuiſſe dicuntur ſedentes ſuper duas quercus, & reſponſa dantes, quarum vna in Delphos tranſuolaſſe, quæ vrbs eſt in Bœotia iuxtà Parnaſſum, vbi Apollinis templum erat quoque celeberrimum; altera dicitur Ammonis Iouis templum in Africa tenuiſſe. Dicunt autem ita dictam à Dodone nympha Oceani, vel à Dodono fluuio, vt inquit *Stephanus:* vndè Dodonæus;& æs Dodonæum prouerbialiter dictum in eos, qui nimiùm loquuntur; erat enim tintinnabuli quoddam genus die, noctuq; continuò crepitans: hinc ad homines loquaces prouerbiali metaphora, vti diximus, transferri ſolet, *Auſonius:* Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni. Quercubus abundauit quammaximè Dodone; vndè & Ioui, cui erat ſacra arbos,dicatum nemus:in quo *Herodotus* ſcribit columbas illas reſponſa dare ſolitas iuxtà Dodonæorum antiſtitum ſententiam; vel quòd ibi (vt alij ſentiunt) fœminas duas fatidicas futura prędixiſſe, quas lingua Theſſalica columbas nuncupabant. V. *Epirus.*

Terra Dodonis: Vocalemq; ſua terram Dodonida quercu, Chaonioſq; ſinus. *Ouid.13.met.* Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonęo. *Idem 7.* Dodonis ſilua. *Pont.* Dodonia quercus. *Claud.1.de rapt.* Et nemorum Dodona parens. *Stat.3.Theb.* Dodonides Nymphæ: Aut frondes lucis,quas fama Moloſſis Chaonias ſonuiſſe tibi. *Idem 3. Theb.* V. *Oraculum.*

DOLIVM.

Cupa,*Botte.* Tina. *Varr.* vas grandius condendis vinis paratum:Vaſa vinaria. V. *Vas.* Cadus,minus vas,quod vulgò *Barile,* dicitur: Condita muſta cadis. *Mart.1.19.* Orca. *Varr.* vas vinarium teres: Amphora, eſt etiam vas grande ad vinum condendum. *Mart.1.19.* ſumitur pro cyatho. V. *Calix.*

Seria. *Liuius:* vas vinarium fictile oblongum,quod ſub terra ferè defodi ſolebat aſſeruandis vinis, quis mos in Hiſpania adhuc ſeruatur, nos vulgò appellamus *Vettina.* Grauis cantharus. *Hor.Virg.* eſt poculum Bacchi. V. *Calix.* Dyota,vas fictile duas habens anſas. V. *Calix.*

Teſta Græca: Græca quod ego ipſe teſta Conditum kui.

leni. *Idem ibid. od.* 20. Sic Samia teſta;nam è Samo inſula adducta terra vaſa fictilia fiebant,quæ nobis eadem ſunt *Vettine*. V. *Mart.* 1.27. Doliolum,*Meza botte,ò Caratello*. Orificium. *Apul.* os vaſis ſummum: Operculum;quo operitur dolium.

Siphon. *Iuuen.* caput tubuli,vbi liquor exprimitur è dolio,aut aqua è fonte: vel inſtrumentum, quo vinum è dolijs depletur, & tranſuaſatur, vulgò *Canla grande*. Epiſtomium; quo verſato patefiunt,vel obturantur fiſtulæ, vel ſiphunculi dolijs emiſſi in promendo.*Chiaue della botte*. Siphunculus. *Plin. Iun.* pro fiſtula, quæ dolio immiſſa liquorem reddit:Exundant pingui ſpumantia dolia muſto.

Metreta, pro cado, vel huiuſmodi vini vaſe: dixit. *Mart.* 5.16 Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas; menſura apud Hebræos. Gemma: Condita perſpicua viuit vindemia gemma. *Idem* 8.68. nempè lapide pellucido cupæ fabricabantur ad vinum diutinè ſeruandum: nec mirum, ſi vicenis,ac tricenis ſeruabatur annis:ergo pellucida gemma, nempe lapide diaphano condebatur vinum,vt in illo videri potuiſſet,non autem aeris damna ſentire.

Epith. Cauum,rimoſum,ſpumans,fictile.

DOLOR.

Vulnus mentis. *Virg.* 12. *Æn.* Triſtes curæ. *Ibidem.* Monumenta doloris. *Ibidem.* Eſt quidem iniuſtus dolor rerum æſtimator. *Sen. in Troad.* Cruciatus. Corporis anxietas. Mœſtitia. Mœror. Omnia nam triſti tempora felle madent. *Ouid.*

Inconſolabile vulnus. *Ouid.* 5. *met.* Furiæ doloris. *Idem* 6. *met.* Animi nubes. *Idem* 1. *triſt.* 3. Vt tamen hanc animi nubem dolor ipſe remouit, Et tandem ſenſus conualuere mei. *Ibidem.* Triſtitia:Triſtities: Noctis imago triſtiſſima. *Ouid.* 1. *triſt.* 3. ideſt doloroſiſſima.

Sollicitudo. V. *ſuo loco.* Labor oſſa domans:Longi tormenta doloris: Diſcrucians animos, & pectora curis:Cura grauis:Cura vigil:Vulnera,tum gemitus,& acuti in corde dolores.

Epith. Crudelis, grauis,ſæuus,triſtis,querulus,mœſtus,infelix,ſollicitus,tabidus,dirus,acerbus,acutus,veſanus,trux,indomitus,tabificus,anxius,implacabilis, impatiens, erodens viſcera, peruigil, iniucundus.

DOLVS. V. *Fraus.*

DOMITOR.

Meſſapus equûm domitor. *Virg.* quòd ille in domando equos diligentiſſimus fuit: Inſignis arte domandi: Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter. *Hor. epiſt.* 2. Audet equum, validiſq; ſedet moderator habenis. *Tib. lib.* 4. Rector equi, *ex Ouid.* 1. *triſt.* 3. Moderator equi: Gubernator equi,&c. V. *infra. Equitatio.* Vtq; parum validus non proficientia rector Ceruicis rigidæ fręna remittit equo. *Ouid.* 1. *triſt.* 3. Equiſo, onis. *Varr.* equorum magiſter, & moderator, vulgò *Caualierizzo*. Flectere equum ſciens. *Hor.* 3.7. Domator,dixit *Tib.* 4. *in Paneg.* Fręna tenens,regens,moderans; *ex Stat.* 1.1.

DOMINVS, &

DOMINA.

Herus:Dominator:Dynaſta,æ:Optimates,ium: Regulus: Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis Cogemur. *Virg. ecl.* Romanos rerum dominos: Nec veriti dominorum fallere dextras:Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem Impoſuit:Quid domini facient,audent cùm talia fures. *Ibidem.* Rector: Diuûm tu maxime rector.

Domina:Dominatrix:Hera:Mihi non viuo dominę ſed viuo ſuperbæ: Imperium exercens per famulos: Imperij qui fręna tenet: Qui regit imperio ſeruos,&c.

Epith. Potens,ſuperbus,grata,pulchra,fallax.

DOMINIVM.

Imperium. V. *ſuo loco,vbi multa.* Domini ius:Cauimus & domini ius omne remiſimus ægro. *Mart.* 1.102. ideſt manumiſimus, liberum fecimus, libertatem donauimus.

S. DOMINICVS.

Prędicatorum familiæ fundator, qui Calarogæ in Hiſpania ex nobiliſſima Guſmanorum natus progenie,ac Palentiæ diſciplinis omnibus inſtructus à tenera ætate adultus Oxomenſi fuit Canonicatu inſignitus;tum prędicationi plurimùm inſiſtens Toloſates à pernicioſo Albigenſium hæreticorum errore, necnon finitimos populos liberauit, demùmq; Prędicatorum Ordinem eodem tempore, quo S.Franciſcus Aſiſij inſtituit ſuum, cuius inſtituti patribus per terrarum orbem ad diuini Verbi ſemina diſpergendum ſparſis, ipſe non tàm ſanctimonia, qua cęteris prçibat omnibus,quàm ſignis,ac miraculis,quibus mundo dedit admirationem inſignis Bononiæ mortuus, ſummaq; ibi populorum veneratione tumulatus, adhuc ſummè colitur, veneraturq;.

Qui nomina duxit à Domino: Genus Heſperijs qui traxit ab oris: Guſmanæ gentis decus,lumen,numen: Guſmanæ gloria gentis: Heſperię decus vltimæ, Guſmaniq; decus populi.

DOMVS.

Cuius olim partes alicui Deo ſacræ erant,vt limen, & veſtibulum Veſtæ; Culmen Penatibus Dijs; Maceriem Ioui Herceo; Fundamenta Neptuno; Cubicula Genijs;Thalamus Hymeneo.

Septa domorum:Ædes:Sedes:Tecta,orum, fig. Limina nota:Oſtia domus ingentis: Patria,pro ipſa domo ſumitur:Penates. V. *ſuo loco.* Tecta domo-

Digitized by Google

gnorum: Limina tectorum; nam ſæpè à poetis ſumitur pro toto pars, vt totum pro parte, ſicut in figuris.

Lares, qui erant Dij, quibus domus cura committebatur: Lar patrius: Lares patrij. *Mart.5.43.* Foci; ſimiliter Dij domeſtici; & fig. pro domo: Thalamus. V. *infra.* Clauſtrum: Caſa. V. *ſuo loco, vbi multa.* Penetrale, & penetralia ſedis: Hoſpitium. *Virg.3.Georg.* V. *ſuo loco.* Interiora domus perrumpit limina. *Idem 4.Æn.*

Atria domus. *Mart.* Porticibus longis fugit, & vacua atria luſtrat. *Virg.2. Æn.* Inuidioſa feri radiabant atria regis. *Mart.* Stabat in exigua ligneus æde Deus: Ædes emit Aper, ſed quas nec noctua vellet Eſſe ſuas adeò nigra, vetuſq; caſa eſt. *Idem.* Patriæq; amplecti limina portæ. *Val. Flacc.1.Argon.*

Epith. Alta, ardua, eximia, marmorea, ſuperba, magnifica, regia, &c.

Domus partes.

De quibus copioſiſſimè tractauit *Grapaldus* in ſuo libello de partibus ædium; quem ſequuntur *H. Iun. & alij.*

Limen: Superliminare: Ianua: Tectum: Cubiculum. V. *ſuis locis, & inf.*

Domorum vocabula.

Ædes ruinoſæ, vitium facientes: Ædes malè materiatæ, & vitioſa materia ſtructa: Ædes ſuperficiariæ. *Caius:* quæ in conducto ſolo poſitæ, eius ſunt, cuius & ipſum ſolum: Ædificium. V. *Fabrica.* Domus auguſta. V. *inferiùs, Domus Regia.*

Triſtega; domus, quæ tres habet contignationes aliam ſuper aliam: Artegiæ. V. *Caſa.* Penetrale, interior pars domus etiam non tecta: Taberna. *Cic.* pro quovis ædificio popularis vſus præſertim è tabulis conſtructo. V. *Taberna, &c.* Laniena. *Plaut.* officina laniorum, *Beccaria.*

Inſula. *Cic.* domus publico, priuatoq; circuitu cincta, & communione parietum carens, *Caſa, che fà Iſola.* Caupona. V. *Hoſpitium.*

Noſocomium, ſiue Valetudinarium, locus pro infirmis curandis, *Infermeria.* Hierocomium, locus elephantiacis, & leproſis deputatus, vulgò *Lazaretto.* extrà epidimiæ tempus.

Armamentarium. *Cic.* locus reponendis armis publicis in vſum belli comparatus: Armariū. *Idem;* locus, quo vtenſilia, aut cibaria etiam recluduntur, ſic vulgò dictus.

Pergula. *Vlp.* taberna, vbi venum exponuntur merces. Item *Plin.* vtitur pro loco tecto, vel dio expoſito ædificijs coniuncto, per quem commeare licet: pro loco alto etiam *Suet.* quaſi dicas vulgò *Galleria,* ſiue loca altiora, vbi aliquādo præceptores pueros edocebant: hinc dicuntur pergulæ magiſtrales à *Vopiſco.* Officina, vbi opus exercetur. V. *Officina, ibiq; multa.* Cella. V. *ſuo loco, vbi multa.*

Piſtrinum. *Cic.Ter.* Molettrina. *Cat.* in qua pinſebant, hoc eſt pilis tundebant farra; nunc ſumimus pro loco, quo frumentum molitur.

Atrium. V. *ſuo loco.* Pinacotheca præter ſignificationem ſuam, de qua V. *Atrium.* Eſt etiam locus tabulis fabricatus, in quo æſtate priſci cœnabant. *Varr.* Archiuium, & Tabularium, nempè monumentorum publicorum receptaculum.

Conclaue. *Ter.* Conclauum. *Plaut.* locus ſecretior in penetralibus intimis domus vna claue domeſticis peruius: *Donatus* verò interpretatur plura cubicula intra conclaue clauſa eſſe: Triclinium, quod & conclaue *Ciceroni* dicitur; locus, in quo diſcumbebant tribus diſcubitorijs lectis menſam cingentibus, ita vt ſtratori, & à poculis puero quartum menſæ latus eſſet liberum nobis dicitur *Refettorio.* Cœnaculum, ſuperior domus pars, ad quam cochlide, aut ſcalis aſcendebatur, & vbi cœnabatur antiquitùs.

Cubiculum, à cubando dictus locus, cuius propria ſunt. Lectus. V. *ſuo loco.* Batillus cubicularius, ſiue Ignitabulum, vulgò *Scaldaletto:* cortiuæ, periſtromata, conopęa, riſcus, capſę, ſtorea, cunę, matula, &c. Procœtium, & antithalamus, cubiculum thalamo vicinum, vbi ancillæ, aut miniſtri dormiunt, *Anticamera.* Nymphęum, ædificium anguſtum publicum, vbi nuptiæ celebrabantur. Alij putant amœna eſſe lauacra, publica tamen, in qua virgines ſe conferebant amœnitatis ergo, vel à Nympharum ſtatuis, quibus erant exornata: Thalamus. V. *ſuo loco.*

Solarium, *Loggia ſcoperta, Terrazzo, &c. Plaut. Mil.Glor.* Heliocaminus, à *Græcis,* & *Vlpianus* hac voce vtitur: Cœnatio. *Colum.* Hanc volunt eſſe inferiore loco, vt ſuperiore cœnaculum, vulgò *Appartamento d'abbaſſo.*

Bibliotheca. V. *ſuo loco.* Muſæum, locus ſtudijs dicatus, & publicus, & priuatus: Schola. V. *Gymnaſium.* Conciliabulum. *Plaut.* locus, vbi concilium initur præſertim à flagitioſis: Exedra, à ſedium frequentia locus diſputantium, aut de communibus negotijs agentium conſeſſui accommodatus.

Theatrum: Palęſtra: Stabulum: Columbarium. V. *ſuis locis.*

Gallinarium. *Colum.* Chors, ſiue cohors. *Varr.* Saginarium, vbi ſaginantur aues: Latrina: Vrinarium. V. *Coquina.*

Argyrotheca: Vaſarium, repoſitorium argenteorum vaſculorum, vel potiùs huiuſmodi apparatus, quo inſtruebatur in prouinciam proficiſcens, *Credenza d'argentarie.* Hyalotheca, vbi vitreum inſtrumentum reconditur: Veſtiarium, vbi veſtimenta, vulgò *Guardaroba.* Culina. V. *Coquina.*

For-

Fornax:Furnum:Balneum. V. *ſuis locis*. Ergaſtulum. V. *Carcer*. Turris alta, *Loggia, ò altana*. Et turre ab alta proſpicis. *Mart*. V. *Turris:* de cęteris lege *Grapaldum*.

Domus regia.

Atria regalia. *Ouid. 5. met*. Domus ſplendida luxu. *Virg. 1. Æn*. Ampla atria. *Ibidem*. Interiora ducis cœnacula: Arx pręluſtris: Sęuum pręluſtri fulmen ab arce venit; ideſt à regis palatio exilij decretum. *Ouid. 3. triſt. 4*. Anguſta domus. *Idem 2. Pont. 2*. Moles propinqua nubibus arduis. *Hor. 3. 29*.

Auguſtale: Baſilica. *Cic*. Prętorium palatium. Eſt etiam Auguſtale tabernaculũ imperatoris exercitus: Regia: Regia Solis erat ſublimibus alta columnis: Foribus domus alta ſuperbis. Tota domus gaudet regali ſplendida gaza: Tęnarijs domus eſt mihi fulta columnis: Quidve domus prodeſt Phrygijs innixa columnis: Inſignis, conſpicuusq; domo. V. *Palatium*.

DONVM. V. *Munus*.

DORIS Regio. V. *Achaia*.

DORIS.

Nympha maris Dea, Oceani, Tethyosq; filia, Nerei coniux appellatur, vndè ſæpius pro ipſo mari vſurpatur; ex ipſa verò Doride maximam natam fuiſſe Nympharum multitudinem fabulantur poetæ. V. *Mare*.

Nereidum mater: Oceani filia: Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

DOS.

Regnum dotale. *Ouid. 4. met*. Dotales opes: Dotalia rura, prędia: Dotales fundi, agri, Ædes: Dos eſt magna parentium Virtus, & metuens alterius viri certo fœdere Caſtitas. *Hor. 3. 24*. Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica. *Auſonius*. Dotale decus. *Stat. 2. Theb*. Aurum dotale. *Idem 4. Theb*. ſic argentum, pecunia, nummi, &c.

DRACO.

De genere ſerpentum, quorum vnum aurei velleris cuſtodem fuiſſe in Colchis fabulantur, qui ab Iaſone Medeæ ope deceptus fuit, vt illa innuit apud *Sen*. Somnoq; iuſſum lumina ignoto dare Inſomne monſtrum, &c. quadam ſcilicet venenata confectione. Alium quoque Heſperidum hortos vigili ſeruaſſe cuſtodia ferunt pręter tres Atlantis filias, qui ab Hercule fuit interfectus, quo aurea mala poſſet eripere ibidem ſeruata, vt idem Hercules apud *eundem Sen*. innuit: Auriferæ vigilis ſpolia ſerpentis tuli. Salutis ſymbolum fuit apud priſcos, vndè Æſculapij medicinæ Dei, vt illi dicatus, ſimulacro ſubiungebatur. *Hyginus* autem neſcio quid fabulatur de Æſculapij dracone: Cùm Æſculapius, inquit, Glaucum cogeretur ſanare, incluſus quodam loco ſecreto bacillum manu tenens cùm quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepſiſſe, quem ille commotus interfecit: ſed fertur eò alter anguis veniſſe ore ferens herbam, quam in interfecti caput poſuit, & indè fugiſſe ambos, quam herbam cùm ille Glauco adhibuiſſet, is reuixiſſe dicitur. Referunt, draconem mitem eſſe, niſi irritetur, & vigilem, vndè rerum cuſtodiæ adhibitum ſæpiùs; aciem acutiſſimam habet, vndè & nomen habere videtur: cum elephanto apud Indos bellum gerere vſque ad internecionem memoriæ proditur. Quemdam à Cadmo interfectum; & ex eius dentibus homines natos, qui Draconigeni dicti fuerunt, vt *inferiùs* fabulatur *Ouidius lib. 3. met*.

Sinuoſa draconum corpora. *Claud. 1. de rapt*. Martius anguis. *Ouid. 3. met*. quaſi Marti dicatus, quòd bellicoſus: Cęruleus ſerpens. *Ibidem*. Qui criſta, linguisq; tribus pręſignis. *Ouid. 7. met*. Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis Contigit. *Ibidem*: de Medea loquitur, quæ ſerpentibus vecta Corinthum aduolauit. Ceres etiam dicitur ad currum dracones adhibere. V. *Currus*.

Maximus anguis. *Virg. 1. Georg*. Squammis crepitantibus horrens: Ingentia, terrentia ſibila tollens: Rotans ſe ſpiris, agitansq; in verbera caudam: Sinuoſis orbibus errans: Inflexos ſinuans corpus in orbes: Dentibus horrendus: Sibila dans, ſaniemq; vomens, linguisq; coruſcans: Diſtortos nexus ſinuans longo corpore.

Peruigil ecce draco ſquammis crepitantibus horrens Sibilat & torto pectore verrit humum: Frontem criſta tegit, pingunt maculoſa virentes Terga notæ rutilum ſquammis intermicat aurum.

Sed draconis pugnantis deſcriptionem habes apud *Ouid. 3. met. initio libri*.

Dracones etiam fuerunt vexilla Romanorum. V. *ſuo loco*: vndè Draconarij.

Epith. Aliger, ſinuoſus, volucer, tortilis.

DRACONIGENÆ.

Hi dicti fuerunt milites, qui ex dentibus ſerpentis à Cadmo interfecti, humi ſparſis tamquam ſemine nati ſunt, quos multos fuiſſe narrat *Apollonius Rhodius*, ſed à *Lyſimacho, & Hellanico* quinque tantùm fuiſſe dicuntur, quorum hæc nomina: Vdæus, Chthonium, Pelor, Hiperenor, Echion. horum natiuitatem exequitur *lib. 3. met. Ouid*. quem adire poteris.

Creſcitq; ſeges clypeata virorum. *Ibidem*. Fratrum cateruæ dente Dircæo ſatæ; nempè Thebanos, vbi emanauit fabula: Terrigenæ fratres. *Ouid. 3. met*. Anguigenæ proles Mauortia. *Ibidem*. Hoſtes tellure creati. *Idem 7. met*. Terrigenæ feri. *Ibidem*. Serpentigenæ. *Ibidem*. Thebani; nam

The-

Thebarum ibi fuit vrbs à Cadmo condita: Anguigenæ fratres. *Pamp.* V. *Thebæ.& Thebani, & Cadmus*.

DREPANVM. V. *Sicilia*.

DRVYDÆ.

Siue Druidæ, Magi dicebantur, & religioſi, ſeu Sacerdotes Gallorum ita dicti ab eo, quòd rem diuinam in lucis roborum, & ſub arboribus facerent, vtpotè qui vaniſſima ſuperſtitione credérent in viſco aliquod præſentius numen ineſſe: de ijs *Cæſar* multa commemorat *lib.6. Bell. Gall. & Plin. lib.30. cap.1.* qui tamen Tiberij principatu fuerunt ſublati.

Gallica turma. *Ouid.2.eleg.13.* Gallorum ſacrificij: Turba Sacerdotum Gallica: Et vos barbaricos ritus,moremq́; ſiniſtrum: Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis. *Luc.1.Pharſ.*

DRYADES.

Nymphæ,quę quercubus delectari dicuntur,nemorum Deæ potiſſimùm habitæ, & Hamadryades quoque dictæ, quaſi cum ſiluis natæ, ſilueſtres tamen Nymphæ. Querquetulanæ Nymphæ dictæ fuerunt quaſi querceti cuſtodes vireſcentis. Quod genus ſiluæ fuiſſe fertur intra portam Romæ, quæ indè querquetularia dicta fuit.

Quæq; colunt amnes,ſolaq; rura Deæ. *Ouid.1.faſt.* O luci ſacro quæ luditis antro. *Prop.4.9.* Quas non ille duces nemorum. *Stat.4.Theb.* Laſciuæ nemorum Deæ. *Sen. in Hipp.* Multiuagæ nemorum,ſiluarum Deæ. *Ibidem*. Querquetulanæ. *Feſtus*. Ad vatem properat Dryas Quercum fugiens ſuam.

Querceti nymphæ: Semideæ cultæ, formoſæ. *V. Nympha:* procaces Dryades: En cultæ Dryades, comptæ quoque Oreades adſunt: At chorus ęqualis Dryadum clamore ſupremos Implerunt montes: Claudite nymphæ Dictææ nymphæ nemorum iam claudite ſaltus: Hamadryades. V. *ſup.in hiſt.*

DRYOPE.

Euryti filia ſoror Ioles (quæ Nili Herculis filij fuit vxor) Andręmonis coniux, cui filium peperit Amphiſon. Hæc ab Apolline adamata fuit,quæ cùm quondam ad lacum perueniſſet cum paruo filio,vt coronas Nymphis dicaret, ibi ex loto arbore florētes ramos,quos puero daret,decerpſit: & ecce ſubitò guttæ ſanguinis ex arbore ſtillantes aſpexit,quare territa cùm fugere vellet,in arborem ſenſit ſe transfigurari: fabulam habes apud *Ouid.9.met.*

Vnica matri, notiſſima forma Oechalidum Dryope. *Ouid.9.met.* Andręmonis coniux. *Ibidem*. Amphiſi mater:Eurytis,dis, p. breuiſà patre.

DVBIVS.

Ambiguus:Anceps:Mens dubia. *Virg.11.Æn.* Ambiguus ſenſus. *Claud... in Ruf.* Labantia corda. *Virg.12.Æn.* Nutantia pectora,corda:Nutantes,labantes animi: Titubans: Hærens animi, vel animo: Pendens animi.

Trepidans animus, dubitans, vacillans animus, anceps animus: Ambigua voce verba perplexa iacis. *Sen.in Hipp.* Incertus animus. *Idem in Oedip.* Suſpenſus:Perplexa latent. *Ibidem*. Ambage nexa reſponſa. *Ibidem*. Inter tumultus mentis attonitæ vagos Quid loquar. *Idem ibid.* Dubitans: Perplexus: Et flexa dubios ambage reliquit. *Stat.4.Theb.* Mens anxia. *Hor.3.21.* Dubitator: Sumq́; animi dubius,varius.

Vt ſtat & incertus qua ſit ſibi neſcit eundum Cùm videt ex omni parte viator iter. Lege *Stat.1. Theb.365.* Illi hæc inter ſe dubijs de rebus agebant. Alma parens, tuq́; ò dubijs ne deſice rebus: Nunc adeò quæ ſit dubiæ ſententia menti Expediam. Quid ſequar in dubio eſt: In dubio pectora noſtra labant: Mens dubijs percuſſa pauet: Animus in contraria fertur: Stat rationis inops. *Idem 1.Theb.* Incertuſq́; viæ. *Ibidem*. Hinc

DVBITATIO.

Ambiguitas: Quam potes ambiguis callidus abde notis. *Ouid.1. de art.* Mens dubia:Sors obſcura: Obſcuræ ſortis ambages. *Idem 4.faſt.* Ambigua via: Vertereq́; ambigua faſq́; nefaſq́; via. *Bemb.* Vbi lęta duris miſta in ambiguo iacent. *Sen. in Oedip.* Reſponſa dubia ſorte. *Ibidem*.

Dictum inexplicitum, quod nequit explicari: Dictum dubium,ambiguum. *Stat.2.Theb.* Res trepidæ. *Hor.3.od.2.* Dubium: Dubijs ſuſpenſus. Hoc iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis: Inuolucra ſenſuum,verborumq́; volumina. *Gell.* Perplexus error. *Stat.1.Theb.*

DVELLVM.

Certamen. *Virg.12.Æn.* Pugna. *Idem*. Per mutua vulnera. *Ouid.7.met.* V. *Bellum*. Duellatores,in dictione *Gladiatores*.

DVLCIS, &

DVLCEDO.

Suauis: Iucundus: Ambroſius: Nectareus: Melleus: Mellitus:Et ſomno mollior herba. *Virg.7.eclog.* Perdulcis,prędulcis:Muſteus:Gratus:Mellifluus: Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo: Lacte fauos, & miti dilue Baccho: Sunt nobis mitia poma: Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. *Idem*.

Dulcitas: Dulcor: Suauitas: Nectar: Ambroſia. V. *ſuis locis*. Ergo loci captus molli dulcedine:Nectarea dulcedine lactant,ſtillant: Dulciaria opera. V. *Bellaria*.

Epith. Mellita,mollis,nectarea.

DVLICHIA.

Inſula, quæ etiam Cephalenia dicitur aliquibus, & Sa-

Same,& Taphos,ſiue ab hac diuerſa eſt adiacens Acarnaniæ contra Araxim promontorium vna ex Echinadibus, quas ſacras vocat *Homerus:* Nymphæ enim fuerunt, quarum mutationem in inſulas *Ouidius* narrat *lib.* . *met*. Huic inſulę imperauit Vlyſſes, quamvis patria Ithacenſis eſſet, vt *ſuo loco*.

Dulichiæ domus. *Ouid.1.triſt.4.* Ille breui ſpatio multis errauit in annis Inter Dulichias, Iliacaſq; domos:Nec mihi Dulichium domus eſt,Ithaceq; Sameq; regnum Vlyſſis. *Ibidem*. Dulichiæ arx. *Prop.2.2.* Dulichiæ caræ littora. *Idem 2.12.* Dulichia tuba; pro Vlyſſea tuba dixit *Stat.1.Achill.* Dulichij portus: Et iam Dulichios portus, Ithacumq; Samumq;. *Ouid.13. met.*

DVMVS.

Spina:Spinarum aculei:Vepres:Rubus. V. *ſuo loco.* Horrenteſq; rubos,& amantes ardua dumos:Paliurus acutus. *Virg.* Carduus:Sentes.

Epith. Inculti, aſperi,denſi,rigidi,mortiferi.

Silua fuit latè dumis, atque ilice nigra Horrida: Quam denſi complerant vndique ſentes: Aſpera dumis rura tenent: Vepres hirſuti recurui:Hirſuti ſecuerunt corpora vepres:Vepribuſq; inſectans corpus acerbis. V. *Spina: Rubus.*

Epith. Spinifer, dumoſus,ſpinoſus,hirſutus,ſpiſſus, aſper, rigidus.

DVMETVM.

Arua dumoſa: Dumis repleta loca: Spinetum:Rubetum: Locaq; horrida dumis. *Luc.1.Pharſ.* Hamatis loca conſita ſpinis:Dumoſus locus: Spinoſi anfractus:Loca ſenticoſa:Spinoſa arua,loca: Spinarum loca plena: Spinis loca fœta, rubiſq;. V. *Spinetum*.

DVX.

Dira cruentatos pellit ad arma duces. Ductor;ductores:Conductor,is, *Guida*. *Rutilius*. Primorum manus. *Virg.9.Æn.* Princeps:Pręuius miles: Author:Ductor populi. *Stat.4.ſilu.8.* Hunc belli eſſe caput tanti, voluitq; phalanges: Caput, pro duce,qui cęcos ducit. *Ouid.in Ibin.* Et magnam ducere claſſem:Imperator. V. *ſuo loco*. Pręuius, qui pręit,qui ducit;duces enim ſæpè pręeunt:Auctor viæ. *Ouid.3. met.*

Epith. Belligeri,cruenti,bellicoſi,honorati,ſagaces, cruentati,pręclari,inclyti, elati.

Ducum illuſtrium nomina, de quibus V. *ſuis locis*.

Achilles, Agamemnon, Æneas,Aiaces duo,Alexander Macedo,Annibal Pœnus,Antenor Troianus, Argonautæ, Aſcanius, Atreus, Atrides, Bellerophon, Cadmus,Cæſar,Crœſus, Diomedes, Euander, Fabius, Fabricius, Hector,Helenus Priamides, Hippolytus,Iaſon,Menelaus,Mezentius,Neſtor, Paris, Patroclus,Perſeus,Priamus,Pyrrhus, Regulus, Attilius ſcilicet; Romulus, Scipio,Turnus,Vlyſſes, Xerſes, Pompeius,Beliſarion, Carolus magnus, Carolus V.

DVRVS.

Aſper: Immitis: Prędurus: Duratus: Induratus: Duriuſculus: Durior: Duriſſimus: Edurus valdè durus: Duritas: Durities: Duritia: Durities animi. Durabilis; quod durum eſt. Induratus; qui obduruit.

DYCTIS. V. *Danae*.

DYRCE. V. *Dirce*.

DYRRACHIVM.

Macedonię ciuitas,& portus celebris,vulgò *Durazzo:* è conſpectu Brunduſij, à quo diſtat centum quinquaginta millibus paſſuum recto curſu; ſic dicta ab eo,qui portum addidit, cùm Epidaurus anteà diceretur;ſiue Epidamnus. *Plin.3.cap.23.* Epidaurus, ſiue potiùs Epidamnus, vt nonnulli ſcribunt; è *Steph.*

Dyrrachij mœnia:Epidauri ciues:Quam vrbem *Cicero* exilij ſui tempore amiciſſimam expertus eſt, & officioſiſſimam,in qua commoratus eſt,donec ſenatus conſulto reuocaretur: —Dyrrachij rapiendas tendis ad arces. *Luc.5.Pharſ.*

E

EBENVS.

Arbor noſtris modò temporibus notiſſima, de qua *ſuperiùs* egimus in dictione: *Arborum genera:* ſed hic licet aliud adnectere.

Mauri poſtes. *Stat.1.ſilu.3.* Mauros vndique poſtes, &c. vbi *Interpres Papinij* ex tabulis citrijs in campis Mauritaniæ naſcentibus vult intelligi: ſed illius pace dixerim,nunquam citria tàm craſſa inibi enaſcuntur, vt indè tabulæ ad poſtes, & ad valuas,ſiue aliud huiuſmodi conficiendum eſſe putentur opportunæ. Pręterea ſi de cedris intelligit,& hę in Libano tantùm naſci notiſſimum eſt. Quare potiùs ex ebeno, quæ ex illis regionibus ad nos aduectatur huiuſmodi poſtes, valuas, menſas, & ſimilia compacta aſſererem.

Maſſylum robur:Maſſylaq; robora,&c. *Stat.3.ſilu. in Laer. Etruſci*. Indica ligna, nigrantia ligna, &c.

EBRIVS.

Ambiguus vino. *Ouid.1.eleg.4.* Poſito quod candida vino Atracis ambiguos traxit in arma viros; ſcilicet Hippodamia: Membra valido titubantia vino: Et Baccho dubij ſtantq;, labantq; pedes. *Idem 6.faſt.* Vino,ſomnoq; fuſa corpora. *Virg.9.Æn.* Multoq; iacebat membra Deo, ideſt Baccho,nempè vino. *Ibidem.* Somno,vinoq; ſepultus. *Idem 12.Æn.*

Nox erat,& vinis,oculiq; animiq; natabant. *Ouid. 6. faſt.* Madefactus Lyæo. *Idem 3. de art.* Multo corda ſepulta mero. *Idem 2. de rem.* Vinoq; feras vini, quo tulit ille modo. *Idem in Ibin.* nempè Elpenor Vlyſſis ſocius,qui vino madidus ab alto tecto delapſus Occurrit regi flebilis vmbra ſuo. *Ouid. 3. triſt. 4. ex Hom. odyſſ.* 10. Expletus vino. *Virg. 3. Æn.* Inflatus Iaccho. *Idem 6. eclog.* Titubans mero. *Idem 12. Æn.*

Vino grauis. *Sen. in Thyeſt. & Mart.* 1.88. Somno, vinoq; ſolutus, dixit *Virg. 9. Æn.* pro eo, qui eſt expergefactus, & ab ebrietate liber: Attonitus Baccho. *Idem 7. Æn.* Caput vino grauatum. *Sen. in Thyeſt.* Actus Bacchi furijs. *Ouid. epiſt.* 14. Et feruet multo,linguaq; mensq; mero. *Idem 2. faſt.* Victus mero. *Hom. 1. Iliad.* Diffuſus nectare Bacchi. *Idem 3. met.*

Madidus Baccho. *Tib. 2.* Lingua ſepulta mero. *Idem 3.* Ebrius Baccho: Atque inter menſas largo iam nectare fuſus. *Mart. 9. 35.* Madidus mero. *Luc. 10. Pharſ.* Plenus Lyęo. *Idem 1. Pharſ.* Multo perfuſus tempora Baccho. *Tib. 1. 2.* nam qui ebrij ſunt circa tempora ſudant: Hic natat ob nimium mente,oculiſq; merum. *Pictor.* Thebanæq; iubet me Semeles puer. *Hor. 1. 19.* nempè Bacchus in me exercet imperium: Plenum Bacchi pectus. *Idem 2. 19.*

Heſterno fœtere mero qui credit Acerram. *Mart.* Fragrans vino. *Idem 1. 88.* Grauis heſterno: Dubius vino pes. *Pont.* Ille mero,ſomnoq; grauis titubare videtur. *Ouid. 3. met.* Titubantes ebrius artus ſuſtinet. *Idem 4.* Sic vbi mera calent ſacro mea pectora thyrſo. *Idem 4. triſt. 1.* Ebria cum multo traheret veſtigia Baccho Eſſet & aſſiduo lingua ſepulta mero. *Prop. 1. eleg. 3. & lib. 3. eleg. 9.* Senſus deperditus omnes. *Idem 1. eleg. 3.*

Vinoſus hoſpes. *C. Gall.* Vino grauatum fulciens læua caput. *Sen. in Thyeſt.* Multoq; inſanus Iaccho. *Val. Flacc. 1. Arg.* ideſt inſaniam ſimulans ob Bacchi hauſti copiam: Marcidus, pro ebrio, vt *Stat. 4. Theb.* Marcidus edomito bellum referebat ab Æmo Liber, &c. Temulentus.

Imago dubia viſus fallit meos; quod accidit ebrijs. *Sen. in Agam.* Sed ecce gemino Sole pręfulget dies. *Ibidem.* Ebrij dupla ſe putant videre obiecta propter oculorum muſculos, vel ſpiritus ardore contractos, vel humiditate ſolutos; vndè oculus alter in ſuperna contruditur, in imum alter deijcitur, & ſic vterque ſua apprehendit: Miti delusos Iaccho: Multo tempora quaſſa mero. Ebrius incinctis Philira conuiua capillis Saltat,& imprudens vertitur arte meri. *Ouid. 6. faſt.*

EBRIVS.

Cuius exempla paſſim in hiſtorijs, & copioſiſſimè enarrata in voluminibus *Theatri vitæ humanæ:* ſed hic libet apponere vnum ex *Plutarcho in Parallel.* Cyanippus quidam Syracuſanus cùm Bacchi Orgia contemneret, ab irato Deo tanta perfuſus eſt ebrietate, vt filiæ Cyanæ in tenebris, quamvis reluctanti vim intulerit,& deflorauerit: Filia verò cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente: tunc quidem re diſſimulata, cùm ingens exorta eſſet ob flagitium à Dijs immiſſa peſtilentia, Apolline conſulto reſponſum acceptum, vt de authore flagitij pęnæ ſumerentur. Admirantibus omnibus, conſcia rerum Cyane arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, narratoq; crimine, ibi primum parentem mactauit; tum ſibi quoque vt parricidæ manus intulit. Aliud exemplum ebrietatis narratur ab *Athenæo lib. 2. cap. 2.* quod ſanè curioſiſſimum eſt: refertur à *Farnabio in comment. Ouid. metamorph. lib. 3. fab. 8.*

Vini violentia. *Lucr. 3.* Vis vini. *Ouid. in Ibin.* Inſania mota vino. *Idem 3. met.* Bacchi furiæ. *Idem epiſt. 14.* vel: Rabies Iacchi. *Picus Mirand.* Corporis eneruans robur: Operta recludens: Arcana reuelans: In pręlia quæ trudit inermem: Illecebris inſidioſa, vel exitioſa ſuis: Lętis diurna parans conuiuia menſis.

Ebrietaſq; rubens,& malè ſanus amor: Ebrietas fugiendo viro cuicumque: Sed ipſis Principibus funeſta lues; Alexander enim ebrietate multos occidit amicos.

Ebrioſitas; recidiua in ebrietatem inclinatio.

Epith. Turpis, exitioſa, rubens, improuida, demens, ingenij exhauriens vires, animiq; vigorem.

EBVR.

Quod ex elephantorum fit dentibus, vndè magnã illius copia apud Indos, & Afros, quo, apud Romanos, poſtes ianuarum fiebant; vt *Stat. 1. ſilu. 5.* Auratasne trabes, an Mauros vndiq; poſtes; nempè ex ebore Mauritanico factos; etiam ſtatuæ factæ ſunt ex ebore, vt illam, quam Paphus fecit, & in animatam virginem obtinuit conuerti, ex ebore factum fuit Pelopi brachium, quod puero exciderat pater, coctumq; Ioui epulandum appoſuerat, dicunt emolleſcere.

Elephantus ſolidus. *Virg. 3. Georg.* Dens Indus. *Ouid. 11. met.* Eboris talenta. *Virg. 11. Æn.* Decus eburnum. *Claud. 1. de rapt.* Elephantus candens. *Virg. 7. Æn.* Munera niuei dentis. *Sil. It. 16.* Indi dentis honos. *Stat.* Indorum diuitiæ. *Idem 5. ſilu. 1.* Dentis ebur. *H. Balb.* Cedit & Eoi nobile dentis ebur: Indicum cornu. *Mart. 1. 73.*

Libyci dentes; quòd in Africa potiſſimùm ſint elephantes, è quorum dentibus eburnea conficiuntur. *Idem 9. 23.* Signa quoque in Sella noſſem formata curuli. Et totum Numidæ ſculptile dentis opus. *Ouid. 4. Pont. 9.* de curuli ſella, quæ eburnea permittebatur Ædilibus intelligit: Et

val-

valuæ Libyci nobile dentis opus. *Prop.2.22.* Elephanti dentes. *Plin.* Cornua. *Philoſtrat.* Intereà niueum mira feliciter arte Sculpſit ebur. *Ouid. 10. met.*

Eburneus: Eburnea ſella: Eburneus, a, um; & eboreus: Sceptro innixus eburno: Alterna candenti perfecta nitens elephante;figur. Dens politus pecudis Indicæ. *Mart.5.38.*

Epith. Nitidum, candens, niueum, ſectile, ſplendidum,conſpicuum,Indum,Libycum.

ECCLESIA. V. *Templum.*

Cœtus; propriè congregatio ſignificatur: Fidelium turba.

ECHINADES.

Inſulæ ad oſtium Acheloi fluminis Ætoliæ, illius impetu in Ionium mare irruentis factæ deſcribuntur à *Thucydide lib.2.* numero ſunt quinque. Lege *Ouid.8.met.* hodie victoria nauali celebres, quam Veneti è Turcis Pio V. Pontif. Max. & Philippo II. Hiſpaniæ Rege retulerunt anno D. 1571. Nonis Octob. Echidnæ dicuntur *Sen. in Troad.* Echinæ. *Steph.*

Quos tenet Ægęo defixa in gurgite Echinis: Flauo tollens vbi vertice Pontum: Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit. *Stat.2. Theb. in fine:* quarum etiam meminit *Lucanus Pharſ.* olim tres Artemites,Agallo,Megaleq; : at poſteà quinque priuſq; Nymphas fuiſſe è Naiadum numero, quæ cum alijs Dijs pręterquàm Acheloo ſacrificaſſet,eas cum locis ſuis ab eo fuiſſe in mare prouolutas, ac in inſulas conuerſas refert *Ouid. 8.met.*

In totidem medijs, quot cernis Echinadas vndis. *Ouid.ibid.* Quolibet vento faciles Echidnæ. *Sen. in Troad.* V. *Achelous.* Echidnæ etiam dicuntur ab *Eurip. in Iphig.* vulgò dicuntur *Curzolari.*

ECHO.

Eſt ſoni per medium delati, & in corpus obſtans incidentis repercuſſi reflexio. Fabulantur autem Poetæ illam Iunonis filiam eſſe, quæ ob deformitatem montibus ſit recondita, neque eius pręter vocem inſpici poſſe, quæ tamen poſt obitum audiatur;alij dicunt illam fuiſſe nympham, quæ cùm Narciſſum Cephiſi filium deperiret, iſq; illam vocantem fugeret, cùm adhuc extremis vocibus fugientem perſequeretur, extabuiſſe,eiuſq; corporis reliquias in lapidem conuerſas Iunonis ob iram, quod eius garrulitate factum, ne virum in Venereis furtis, ac adulterijs deprehenderet. V. *Ouid.3.met.* alij dicunt Echon Panos eſſe delitias,vtpotè qui ſiluis delectatur,& illa quoque.

Vocalis Nymphe. *Ouid.3. met.* quæ nec reticere loquenti, nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo. *Ibidem.* Garrula Nympha vſum quæ vocis habet,nec aliud. *Ibidem.* Imago vocis. *Virg. 4.Georg.* Vox ingeminata remugit aſſenſu nemorum. *Idem 3.Georg.* Vocemq; incluſa volutant littora. *Idem 5.Æn.* Gemitu nemus omne remugit.

Fallax reſponſat imago Frondibus,& longas. *Stat. 1.ſilu.3.* Aut vbi concaua pulſu ſaxa ſonant. *Virg.4.Georg.* natura enim locorum huiuſmodi ſonitus euenit, plerumque conuallium; vndè etiam dicunt in Cizico ad portam Thraciam turres ſeptem fuiſſe,quæ voces acceptas numeroſiore repercuſſu multiplicabant: & Olympiæ porticus ſepties eandem vocem reddidiſſe;vndè Neptaphonus eſt appellata: memini quoque Narniæ huiuſmodi repercuſſionem vocis, & pręſertim tubæ quinquies,& ſepties aliquando fuiſſe redditam:quam ipſemet cum ſocijs audiui ſæpiùs,vndè etiam *Idem 3.ſilu.* Et terris ingens redit æquoris echo.

Reddebant nomen concaua ſaxa tuum. *Ouid.epiſt. 10.* Inq; cauis voces quæ cauſſa reciprocet antris. *Piſt.* Iocoſa imago. *Hor.1.od.12.* Alternæ vocis imago. *Ouid.3.met.* Nomen ab extremis fontibus aura refert. *Prop.1.20.* Habitanſq; cauis montibus echo, Non vt ſolita eſt extrema breuis verba remittat. *Sen.in Troad.*

Illam pulcro depinxit epigrammate *Gallus Auſonius:* quod libet adſcribere.

Vanè quid affectas faciem mihi ponere pictor,
Ignotamq; oculis ſollicitare Deam.
Aeris, & linguæ ſum filia,mater inanis
Indicij, vocem,quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis echo,
At ſi vis ſimilem pingere pinge ſonum.

Vox ſonans,reſona repercuſſis vocibus: Vox rediens aduerſis collibus icta, Torua cauis echo procul aſſonat antris:Clamorem pulſæ referunt ad ſidera valles:Crebris mugitibus amnes,Arenteſq; ſonant ripæ, colleſq; ſupini: Quæ ſolet exceptos reddere in aſtra ſonos: Et vocem nemora alta remittunt Icti reiectant voces ad ſidera montes: Adytiſq; effunditur echo Clarior, & ductæ ſpirant pręſagia rupes: Et clamat ſcopulis clamoris imago. *Sil.It.14.* Oranti vox, & iuga longa reſultant. *Stat.2.Theb.*

Epith. Garrula, canora, clara,vaga, reſonans,reditura.

ECLIPSIS.

Græca dictio; nempè defectus,ſiue defectio: dicitur autem Solis, & Lunæ eclipſis. Solis fit: quando Luna inter terram, Solemq; ſecundùm diametrum locatur: Lunæ verò; quando terra inter Solem, Lunamq; ſecundùm diametrum interponitur. De qua ſic *Ennius:* Interdum obſcurata lux

Digitized by Google

eſt cum Luna ſub Solis orbem ſubijſſet: Lunæ eclipſis vniuerſalis eſſe poteſt, Solis verò minimè. Antiquitùs tamen, & hodie apud extremos Sinas fabulantur multa ſiquidem anilia, vel potiùs allegoricè ficta de eclipſi Lunæ, vel Solis, illos laborare fabri, à dracone Lunam deuorari, Solem ab Atrei ſceleribus aufugiſſe, cùm reuerà dicatur illum primum fuiſſe, qui Solis eclipſim oſtendit; & iccircò pro laborante Luna crotalos, cymbala, tympanaq; populi quidam pulſant, alijq; ineptiora commiſcuntur. V. *Epiſtolas itinerum Petri de Valle*, vbi de his plura ab illo narrantur exactiſſimè, & eruditiſſimè. Olim verò ad eclipſin cognoſcendam tam Solis, quàm Lunæ Cynocephali apud Ægyptios in ſacris nutriebantur, quod hæc animalia quemdam cum Luna conſenſum habere, quam veriſſimè credebantur. Eclipſis quidem monſtruoſa, cùm Dominus noſter in Cruce ſpiritum exhalauit, euenit; de qua *Dionyſius Areopagita* dixiſſe fertur, vel naturæ Deum pati, vel mundi machinam in proximum diſſolutum iri. Quid verò portendant experientia, & euentus, maximarum mutationum abundè declarant. In Synodo Conſtantienſi anno Chriſti 1415. tanta Solis eclipſis conſpecta eſt, vt interdiù ſtellæ lucerent perindè ac noctu. Verùm de his *Hiſtoricos* conſule, & *Aſtrologos*.

Defectus Solis, Lunæq; labores. *Virg.1.Æn.* Solis labores. *Ibidem.* Sol defectus lumine. *Tib.2.* Labor lucis raptæ. *Luc.2.Pharſ.* — Phœbe Terrarum ſubita perculſa expalluit vmbra. *Idem 1. Pharſ.* Squalidus genitor Phaetontis, & expers Ipſe ſui decoris qualis cùm deficit orbi. *Ouid.2. met.* Lunæ latebræ. *Lucret.5.Nat.*

Phœbus obſcuro ſine nube vultu Meat. *Sen.in Herc. fur.* Ecliptica ſigna. *Claud.de Mag.* Lucifer atra ferrugine vultum Sparſus. *Ouid.15.met.* Deficis interdum. *Idem 4.met.* Nec tibi quod Lunæ terris propioris imago Obſtiteris. *Ibidem.* Sol pallet. *Ibidem.* Solis & atratis luxerit orbis equis. *Prop.3.3.*

Flammeus vt rapidi Solis nitor obſcuretur. *Catull.* Qualis per nubila Phœbes Atracia rubet arte color; putabant enim magicis incantationibus Lunam deficere veteres: Suffuſa veneno Tendimur, ac ſanie gliſcit cutis, igneus atro Ore vapor, &c. *Stat.1.Theb.* Sol negat officium mundo, & ſe ſubtrahit orbi: Sol obducitur nigro amictu: Sol tegit caput atra caligine: Sol nitidos nigro velamine vultus Occulit.

Tenebræ obducunt immenſum Solis iubar: Offenſi dat ſigna Dei ferrugine nigra tectus: Ipſe caput medio Titan cùm ferret Olympo Condidit ardentes nigra caligine currus, Inuoluitq; orbem tenebris, gentesq; coegit Deſperare diem.

Defectusq; pati voluit, raptæq; labores Lucis, & attraxit nubes noua pabula flammis: obſeruatum eſt enim ſubitò mutationem fieri aeris, & bonum tempus in malum conuerti. *Luc.7.Pharſ.*

Cùm Luna ſilens flectit per inane iugales Inferior nitidum ſi forte ſubiuerit orbem Solis, & in terram radiorum intenta refregit Spicula, ſubiecta compacti corporis vmbra, Induit obſcuras ſubita caligine terras Nocte repentina oppreſſæ, volucresq; feræq; Attonitæ fugere, ſtupor quatit inſcia veri Corda, quod æternis credant damnata tenebris Secula: deſcript.

Obſcuris Luna laborat equis: Abdita latet velato Cynthia vultu: Lunæ cùm ſplendor obruitur: Cynthia obruitur tenebris caliginis atræ: Luna tecto vultu mœſta dolet: Denſis tegit ora tenebris: Lunaq; non gracili ſurrexit lucida cornu: Iam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe Terrarum ſubita percuſſa expalluit vmbra: Luctificus Titan. *Luc.7.Pharſ.in init.*

ECLOGA.

Colloquium eſt, quod potiſſimùm paſtoribus, & huiuſmodi tribuitur; vndè *Theocritus* Græcè, quem imitatus eſt *Virgilius*, *aliiq;*.

Bucolici modi. *Ouid.2. triſt.* Bucolicum carmen: Bucolici verſus: Agreſtes numeri: Arundineum carmen. *Idem 4.triſt.1.* Thalia, muſa huius generis carmen recinens. *Idem ibid. eleg.9.* — certo ruſtica verba pede. *Tib.2.1.*

ECSTASIS.

Affectus eorum, qui mente ſunt emota, vt *Lactantius* ait: Raptus mentis: Commotio, motio, permotio mentis: Mentis attonitæ ſtupor. *Sen. in Troad.* Mente commotus. *Plin.* qui huiuſmodi Pathon ſentit: Pathica oratio, ſiue Pathetica: Abſtractio mentis Pathicæ, ſiue Patheticæ: Mentis & attonitos paritur dulcedine ſenſus: Ætheria mens: Ætheria qui mēte polos abſtractus ab imis Senſibus excurrit ſuperis ſpatiatus in agris.

EDERA. V. *Hedera*.

EDICTVM.

Edicti decretum: Edicti verba. *Ouid.5.triſt.3.* Auguſti publica iuſſa. *Idem 1.triſt.2.* Qua me diſcedere Cęſar Finibus extremę iuſſerat Auſonię. *Idem eleg.3.* Edicti lex: Principis voluntas, nutus.

EFFOEMINATVS.

Iuuenes vt fœmina compti: Fœmineo luxu notatus: Mollis homo. *Mart.* Muliebris, eneruatus; *ex Ouid.* Cytheriacus, quaſi Venereus. *Idem 4.met.* Galbanatus: Iacet occupato galbanatus in lecto. *Mart.3.81. verſ.ſcazon.* nempè mollis, & delicatus, qui galbano veſtis delicatioris genere vti ſolebat. V. *Ibid.* deſcriptionem hominis effęminati: Fluxus: Spadone cùm ſis euiratior fluxo. *Mart.5.42.* nempè cui molles ſunt carnes.

Ta-

Tactuſq; remolliat artus. *Ouid.4.met.* Salmacidis dilutus aqua; *ex eodem.* Salmacis fons eſt Cariæ, quem qui ingrediuntur effœminatos, ac molles fabulantur egredi. V. *Hermaphroditus:* ibiq; fabulam. V. *Salmacis.* Temperie blandarum captus aquarum. *Ibidem.*

Hermaphrodito ſimilis; *ex eod.* V. *Eunuchus:* ad cuius mollitiem accedunt effœminati: Mollita membra. *Ouid. vt ſup.* Tactis ſubitò molleſcit in vndis. *Ibidem.* Mollis, vacuáq; laboribus vita. *Idem 5. triſt.4.* Fœmineis dedita turba modis. Malè fortis: Malè fortibus vndis Ablutus, *ex eodem 4.met.* V. *Cynœdus, vbi plura ad effœminatos pertinentia.*

EGENVS.

Pauper: Pauperior. *Mart.* Paupertimus: Ortus domo parua. *Ouid.6 met.* Inops: Mendicus. V. *ſuo loco.* Natus paupere tecto. *Virg.6.Æn.* Humili de plebe parens. *Ouid.3.met.* Egens: Indigens: Indigus: Plebeio tectus amictu. *Iuuen ſat.3.* Aeris inops. *Ibidem:* rerum, quas flagitat vſus: Nudus opum. *Sil.It.4.*

Miſerabilis. *Mart.* Arida preſſus paupertate. *Anthol.1.* Anguſti penates opibus: Quem duris vrget in rebus egeſtas: Quem rerum ſors indiga verſat: Rebus egenus: Pauper agri: Mendicitatis diues: Anguſti cultor agelli: Quem mordet ærumnoſa paupertas. *Leonid.* Cui parua domi fortuna relicta eſt.

Paupertate premi, vrgeri: Anguſtam pauperiem pati: Pauperiem, & duros perferre labores: Quorum virtutibus obſtat res anguſta domi. *Iuuen.3.* Paupertas me ſæua domat. V. *Pauper, vbi plura:* hinc

EGESTAS.

Paupertas. V. *ſuo loco.* Pauperies. *Hor.1.1.* Tarda neceſſitas. *Idem od.3.* Cui curta ſupellex. *Perſ. ſat.3.* Calcus pauper: Paupere cultu viuens. *Tib. 3.eleg.*

Inopia: Inops ſenecta. *Ouid.6.met.* Vita: Fortuna domi parua. *Prop.2.* Fortuna tenuis. *Luc.* Paruæ fortuna domus. *Sen. in Herc.fur.* Indiga rerum ſors: Duris vrgens in rebus egeſtas.

ELECTRA.

Nympha fuit, teſte *Heſiodo,* Oceani, & Tethyos filia, vxor Atlantis, cui filiam peperit eiuſdem nominis, quæ Ioui Dardanum peperit; vndè *Virg.* Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & author, Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus; *8.Æn.*

Atlantis ſinuoſa veſte amicta. *Q.Calab.* Iouis concubina. *Nonnus.*

Electra alia Oreſtis ſoror, Agamemnonis filia: Annoſa virgo. *Eurip.* quòd cęlibem vitam iam diù peregit.

ELECTRVM, *Ambra.*

Gummi, vel ſuccus pineæ arboris in mari dureſcens, alio nomine ſuccinum, & chryſophorum; legunt id Eſtui Germaniæ ſeptentrionalis pop. & Boruſſi; odor eius cerebro mirè confert, & oculis. *Cornelius Tacitus* Gleſſum ab illis, à quibus legitur vocari ſcribit, quòd vitri inſtar fortaſsè pelluceat, & inſulam indè Gleſſariam. Attrahit paleas, & habet alias arcanas vires. Hinc Electrides inſulæ quædam in Adriatico mari à Græcis appellatæ, quòd ibi electrum gigni putarunt, teſte *Herodoto.* Eſt item electrum metallum quoddam, & naturale, & artificiale, quod vulgò appellant *Lega,* quo vtuntur aurifices, & argentarij ad colligandum aurum, &c.

Succinum: Succina, orum: Indè fluunt lacrymæ, ſtillataq; Sole rigeſcunt De ramis electra nouis. *Ouid.2.met.* ex populis autem id prouenire oſtẽdit *Ouidius,* in quas arbores Heliades Phaetontis ſorores fuiſſe conuerſas fabulatur apud Eridanũ. Ab arbore lapſas Heliadum lacrymas. *Idem 10. met.* Lacrymæ populeæ; *ex eod.* Gutta Phaetontis. *Mart.4.* Et latet, & lucet Phaetontide condita gutta, Vt videatur apis nectare clauſa ſuo, *epig 32.* Gemma quòd Heliadum pollice trita notet. *Idem 9.14.*

Succina gemma: Flentibus Heliadum ramis dum vipera ſerpit Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram. *Mart.4.epig.59.* Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri Concreto riguit vincta repentè gelu. *Ibidem.* Succina gutta: Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. *Idem 6. epig.15.* Apollinis lacrymę; ſic à Celtis dictę ob interemptum à Ioue Æſculapium, vt canit *Apollonius Rhodius.*

Clymenea germina. *Stat.1.ſilu.2.* nempè quæ ſorores Phaetontis, quæ Clymenes fuere filiæ, dicuntur lacrymis ſuis progignere: Nec virides ſatis illacrymare ſorores. Hæc in delicijs matronarum Romæ ſunt habita eodem ferè pretio, quo gemmæ. *Homerus* ſcribit Menelai regiam auro, electro, argento, & ebore effulſiſſe. Helena calicem ex electro Mineruæ ſacrauit ad mammę ſuæ menſuram. Eſt quoq; Florentiæ Lychnuchus penſilis hinc, & indè brachijs varios myxos ſuſtentantibus è connexo ſuccino in pinacotheca magni Ducis aſſeruatus, quem ipſe vidi. Electri ſplendor, fulgor.

Gleſſum. V. *ſup.in Hiſt.* Lacrymæ Solis filiarum: Heliadum dona. *Nonnus.* Heliadum lacrymæ, guttæ. *Ouid.Euripid.* Meleagridum lacrymæ. *Sophoc.* qui primus confinxit, electrum vltra Indiam fieri è lacrymis Meleagridum auium Meleagrum deflentium: Gleba ſuccinorum, quod foſſile credidit *Philemon* in duobus Scythiæ locis. *Mart.5.38.*

Epi-

Epith. Lentum, pingue, liquidum.

ELEGIA.

Siue elegeſa pentaſyllabon: Elegidium, elegidia. *Perſ.* 1. Muſa Philetæ. *Prop.* 2.24. V. *ſuo loco*. Tyrtei carmina. *Ibidem*: fuit etiam elegiographus: Callimachi ſomnia. *Ibidem*. Callimachi libelli. *Idem* 3.7. Callimachi modi. *Ibidem*. Battiadæ carmina; nempè eiuſdem Callimachi verſus elegi. *Catull. & Stat.* 5. *ſilu.* 3. Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles. *Ouid.* 1. *de remed.* Naſonis numeri, modi, &c. ad imitationem.

Verſus breues: Ergo ades, & longis verſibus adde breues. *Ouid.* 3. *eleg.* 1. Anguſtus tornus: Incipe iam anguſto verſus includere torno; ideſt elegos facito relictis heroicis verſibus. *Prop.* 2.23. Libelli compoſiti metro Tibulli. *Mart.* 4.6. Appoſui ſenis re duce quinque pedes. *Ouid.* 3. *Pont.* 3. peripht. Verſus elegi. Triſtes numeri; nam ferè in rebus mœſtis adhibebantur.

Impares modi: Pręcipit imparibus vecta Thalia modis. *Ouid.* 1. *de art. &* 4. *de Pont.* 16. Imparibus legeres carmina facta modis. *Idem* 2. *triſt.* Impariles modi: Deſine & impariles tibia ferre modos. *Pont.* Carminis impar genus: Impares numeri. *Idem* 4. *Pont.* 16. Quiq; vel imparibus numeris, montane, vel æquis Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

Breuior modus: Iungitur herous cum breuiore modo. *Ouid.* 2. *eleg.* 17. Alterni modi: Aptaq; in alternos cogere verba modos. *Idem* 3. *triſt.* 7. Diſpares numeri: Verba condita diſparibus numeris. *Idem* 2. *Pont.* 5. Alternus verſus: Clauda quod alterno ſubſidunt carmina verſu. *Idem* 3 *triſt.* 1. Alterni pedes: Muſa per alternos emodulanda pedes. *Ibidem.* Alternum pecten: Dum canimus ſacras alterno pectine nonas. *Idem* 2. *faſt.* Molles pedes. *Vida.* Flebile carmen. *Ouid.*

ELEMENTVM.

Eſt corpus, ex quo mixtum componitur tamquàm ex parte ſimplici, quæ non poteſt diuidi in diuerſarum ſpecierum corpora: quatuor autem ſunt elementa, ignis, aer, aqua, terra, quibus primæ qualitates reſpondent, calor, frigus, humiditas, ſiccitas. Eſt etiam elementum quodlibet primum, ſeu principium in ſuo genere, vt prima litterarum elementa.

Inter ſe pugnantia ſemper. *Ouid.* Quattuor hæc ſimili cùm ſint elementa figura Prędita non vno pergunt tamen incita motu Ire: ſed hæc ſurſum leuitas rapit illa deorſum Pondus, & hunc vnum dedit ijs natura meatum, *Idem* 1 *met.* Quattuor omnes Tinguntur ſpecies nitidi ſub culmine Cęli, Quamquam mutatis pereant, redeantq; figuris, Quotidie tamen æterna ſe lege propagant.

Prima rudimenta: Alphabetum. V. *ſuo loco.* Prima tyrocinia: Litterarũ m cunabula, ſiue doctrinę cunabula primæ: Abecedariæ litteræ. V. *Alphabetum.* Puer elementarius; qui prima diſcit elementa: Puer abecedarius.

ELENCHVS, i.

Index: Inſcriptio: Ditulus: Epigraphe, es: Syllabus: Catalogus: Apographa, æ: Album, *Rolo de ſoldati.*

ELEPHAS, ſiue
ELEPHANTVS.

Notum animal Indis, Afrisq; ſed in Zeilan inſula, quæ à *Ptolemæo* dicta fuiſſe Taprobana dicitur nonnullis, nuſquam maior frequentia elephantorum, & bonitas reperitur, quos venales habent miro modo: ad menſuram enim admetiuntur, vt pannos, & aulæa, pretio in ſingulos palmos definito; & ita cum magnitudine creſcit æſtimatio; & & hi totius Indiæ nobiliſſimi cenſentur. Animal diſciplinæ capax eſt, & natura mite, & tractabile; inceſſu tardum videtur, cùm tamen ne vel expeditus quiſpiam curſu eius inceſſum adæquare queat. Repertos ſubindè elephantos aliqui ferunt, qui noctu cum ſuſpirijs, & lacrymis iniquam ſuam ſortem deplorare videbantur. Viuunt annos ducentos, vel trecentos, vt nonnullis affirmatur; mares magnos habent dentes, breuiuſculos femellæ, cuius zelotypia mirè afficitur mas; atq; adeò in furorem rapitur, vt & paſtum, & ſomnum faſtidiat. Memorabilem hiſtoriam refert de elephante *Chriſtophorus Acoſta*, quam *Iuſtus Lipſius* eleganter affert, ad quem te reijcimus, ne longitudo faſtidium pariat in lectione: multa narrant de elephantis *littera*, quæ ab Indis, Sinis, & Sinis finitimis (vulgò *Coccincieneſi*) mittuntur ad nos. Robuſtiſſimi quidem ſunt, quos etiam ad pugnam adhibuere veteres; quoſque primus in Italiam aduexit Pyrrhus; & à Romanis viſi, Lucanicæ boues appellati ſunt. V. *Liuium, Plinium, & Plutarchum de induſt.*

Barrhus. *Ouid. in Ibin.* ſiue Barrus, lingua Sabinorum elephas à barriendo dictus, & pro dentibus vſus eſt *Horatius lib.* 1. *epod.* Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris: Bellua nigra. *Mart.* 6.77. Libyæ bellua terræ. *Luc.* 6 *Pharſ.* Bellua turrita dorſo; quòd turres ferat, ſiue machinas, è quibus ſex, vel octo homines ad ſummum poſſunt pugnare; & hinc elephantes magna ex parte orientis bella conficiunt, vtpotè qui domiti, centum, ſiue ducenti, & amplius in acie cum ſuo duce conſiſtunt, pugnantq; primipilares veluti, ac tormentis æneis.

Bellua turrigera. *Sil. Ital. lib.* 9. Turritæ feræ: Anguimani. *Lucret.* à flectenda proboſcide anguis inſtar: Nigro bellua recta magiſtro: Mauri enim ſunt potiſſimùm eorum pręceptores: Lucæ, ſiue

Lu-

Digitized by Google

Lucanicæ boues; quòd in Lucania primo aſpectu anno V.C. 476. Pyrrhi elephantes ſic crediti, dictiq; ſunt. *Sen. in Hipp.* Obtemperat Inda magiſtro Bellua. *Ouid. 4. triſt. 5.* Turritas moles, ac propugnacula dorſo Nigranti geſtans bellua: Fera nigripellis: Immenſum pondus: Turrita ceruix: Turritum dorſum, &c. Et poſuit geſtatas bellua turres. *Sil. It.* 17. Bellua, antonomaſticòs pro elephanto. *Mart.* 1. 105. Pecus Indica. *Idem* 5. 38. antonomaſticòs, quòd ijs pręſertim abundet regio.

Epith. Clemens, ferox, immanis, Getulus, infręnis, Indicus, niger, Afer, turritus, robuſtus.

ELEVSIS.

Vrbs in Attica regione, non longè ab Athenis, vbi Cereri ſacra ſolemnia Theſmophoria instituerunt, vndè Ceres Eleuſina dicitur Poetis. Dicta ſic autem ciuitas ab Eleuſino, ſiue Eleuſio Mercurij filio, & Dairæ, ſiue Ogygis: à quo etiam iam dicta ſacra Eleuſinia quoque denominata ſunt, quæ tanti illis temporibus fuerunt habita, vt illis initiari pręoptauerit Hercules, quod minimè fuit aſſecutus Eumolpi legibus prohibitus; nam initiari tantùm indigenis licebat: atque ea de cauſſa Eleuſinia minora fuerunt inſtituta in Herculis gratiam, quò ſcilicet ille initiaretur; quem initiauit ipſe Eumolpus non ille Thrax celeberrimus, ſed alter, vt ſcribit *Hiſter.* apud ipſam verò vrbem templum fuit inſigne Cereri Eleuſinæ ſacrum, de qua *Claud.* Sanctaſq; faces extollit Eleuſis.

Tardaq; Eleuſinæ matris (nempè Cereris) volnentia plauſtra. *Virg.* facibus verò, & tædis accenſis illa myſteria agebant Sacerdotes Cererem reprę-ſentantes, quæ raptam filiam anxia quæſiſſet, impoſito calatho cum ſacris abditis in curru ciſtophoris virginibus vnà prodeuntibus, cuius rei meminit *Claudianus in lib. 2. de rapt. Proſerp.* & videtur innuere *Ouid. lib. 2. met.* cùm ait: Pura coronatis portabant ſacra caniſtris; vndè à nonnullis illa ſacra Canephoria, & Virgines Canephoræ dicebantur. In illis quoque ſacris Agon celebris agebatur, cuius meminit *Pindarus*, in quo victores hordeacea corona ornabantur; de alijs ritibus in ijſdem ſacris vſurpatis. V. *Cerealia.*

Alij dicunt in Eleuſi vrbe Eleuſinum quendam fuiſſe, quem Ceres agriculturam docuit, quòd ab illo liberaliſſimè fuerit hoſpitio ſuſcepta, cuius quoq; filium Triptolemum adamauit. V. *Triptolemus.* Verùm *in 2. Theb. Stat. Lactantius:* Ceres, inquit, cùm Proſerpinam filiam ſuam quæreret, venit ad Eleuſium Regem Athenarum, cuius vxor Ioma puerum peperit Triptolemum; cùmq; nutricem quærerent, ipſa Ceres ſe obtulit alendo filio: quam Rex, & Regina libenter acceperunt. Ceres verò cùm vellet alumnum ſuum immortalem reddere interdiù lacte diuino, noctu verò igne fouebat; vndè puer pręter ſolitum excreſcebat: ſed aliquando extimeſcentem patrem, cùm filium videret in igne noctu, Ceres irata exanimauit, ſuoq; alumno non tàm fruges propagandas tribuit, ſed currum. V. *reliqua Triptol.*

Eleuſina templa, ſacra: Iam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat. *Sen. in Hipp.* Longas Eleuſi tacita iactabo faces. *Idem in Herc. fur.* Attici myſtæ. *Ibidem:* nempè Eleuſini Sacerdotes, qui ſacra Cereris faciebant: Et te mitis Eleuſis Læuus habet. *Stat. 2. Theb.* Et non aſſuetus pernox vlulauit Eleuſis, &c. *Idem 7. Theb.* Noctiuagumq; gregem quamvis ſibi luget Eleuſin Fleuit, & arcanos errantibus extulit ignes. *Idem* 12.

Claudius Imperator conatus eſt transferre ex Attica Romam ſacra Eleuſina, vt inquit *Suet.* quod quidem aſſequi non potuit, nec vllus vnquam Imperatorum Eleuſina Romam tranſtulit, quamvis falsò id videatur innuere *Aur. Victor. in Adrian.* nam Eleuſina tantummodò apud Græcos fuere: Cerealia verò diù ante Ciceronis ætatem admiſſa in Vrbem fuiſſe conſtat ex eius *orat. pro Balbo.* Verùm Eleuſina ſacra vſq; ad Valentinianum, & Theodoſium Impp. manſere; ſub quibus penitùs deſerta, & abolita fuerunt, tamquam religioni Chriſtianæ aduerſiſſima.

ELIAS.

Hebręus propheta, qui ob zelum Zelotes fuit cognominatus. Hic Thesbis, ſiue Thesbone natus in regione Galaad, Thesbites eſt denominatus: virum piloſum fuiſſe, & zona pellicea accinctum tenibus ſacræ paginæ tradunt; qui ignem de cęlo in quinquagenos milites ſemel, & iterum in eius capturam miſſos deprecatus eſt; & eius votum ſacer eſt ignis conſecutus. Denique poſt multa ſigna, quibus ſe admirabilem apud Hebręos, necnon formidabilem reddidit, quingentos Baalim idoli cultores ſacrificulos vno die zelatus enſe conſumpſit. Poſtremò in cęlum igneo curru ſublatus ante extremum magni iudicij diem aduenturus fore dicitur; cuius vitæ inſtituti, ac ſpiritus hæres, vt pallij fuerat Eliſæus extitit.

Thesbites vates, vir, propheta: Somphatides, qui viuit adhuc, vbi naſcitur Eurus; ideſt in orientali plaga, vbi terreſtris paradiſus eſſe dicitur. Quem corui quondam pauere miniſtri: Igniuomo tranſuectus ad æthera curru: Auſus qui letho mulctare Baalis alumnos: Parthenius Thesbone ſatus vir carmine notus Diuino, &c.

ELIS.

Peloponneſi regio, quam *Pauſanias* duobus libris quodammodò delineauit; bellis Eleorum, ſacrificijs, templis, ritibus, cæteriſq; alijs graphicè deſcriptis; ſic autem dicta regio ab Eleo Endymionis

Digitized by Google

nis ex Eurycly da (ſiue vt alij,Neptuni) filio;qui pater fuit Augiæ, quamvis Solis filius hic (teſte *Pauſania*) ab aliquibus exiſtimaretur, de quo V. *ſuo loco*. Huius regionis variæ viciſſitudines. bellorum, ac dominationis cauſſa referuntur ab ipſo *Pauſania in Eliacorum lib*. In hac primariæ

Vrbes.

Olympia. V. *ſuo loco*.

Elis vrbs, ſic forſitan ab Eleo conditore nuncupata; cui ſucceſſit Augias, Augiæ verò Agaſthenes filius cum Amphimacho,& Thalpio;poſt hos alij, de quibus *Pauſan.in Eliac*.Triphylia dicitur hæc etiam *Steph*.

Samicon,Elidis opp. ad mare, vicum nominat *Pauſan.5.Eliac*. vbi non longè à flumine Anigro Antrum eſt, Anigridum nympharum ab incolis appellatum. Huc qui vitiata cute aliquo vitiliginis genere fuerit ingreſſus, imploratis nymphis,votiſq; nuncupatis;ſi amnem natando traiecerit, & laborantes corporis partes perfricuerit, eam fœditatem in aquis relinquere, & indè nitidus exire creditur. Arene dicitur etiam oppidum ab *Hom.in Iliad*. Proximus Arenæ Minyeius in mare currens Eſt amnis, &c. Samnia, opp.

Tryphillia regiuncula, in qua Lepreos vrbs; vndè Lepreates pop. Lege *Pauſan*.

Fluuij.

Alpheus.V. *ſuo loco*. Enipeus.V. *ſuo loco*.

Anigrus; qui etiam Minycius *Hom*. in mare excurrens haud procul à Samico: Acidas, ntis; qui etiam Iardanus; & hic in Anigrum influit. Selenus amnis, qui Scilluntium agrum prçterlabitur.

Mons.

Tipæus,de quo ſic *Pauſan*. In via, quæ Olympiam ducit cis Alpheum Scillunte venienti,celſa crepidine prçruptus mons occurrit Tipçum illum appellant:Hinc de ſaxo fœminas deijcere Eleorum lex iubet,quæ ad Olympicos ludos penetraſſe deprenſæ fuerint; vel quæ omninò Alpheum tranſmiſerint,quibus eſt cis interdictum diebus. Hçc *ille*, qui alia ſuperaddit de quadam Callipatera cum virili ornatu gymnica exercente.

Synonyma.

Eleus Tonans,fig. Templum ſcilicet Iouis Olympici: Quantus Eleum ruit ad Tonantem Quinta cùm ſacrum reuocauit æſtas. *Sen. in Herc. fur*. Campi Elei:Elidis campi,agri. *Val.Flacc.1*. Metæ Eleæ: Campi Elei metæ, vbi curſus fiebant. Piſam Iouis, & coronis Elida claram. *Sen. in Troad*. V. *Piſa*. — incola Piſæ Populus, &c. *Stat.4. Theb*. nam populorum ingens eſt ibi copia; quorum lignis cremabantur olim ſacrificia. *Pauſan*.

Regnum vetus Hippodamiæ. V. *Hippodamia*, & *Peloponneſus*. Salmonei regnum; nam & hic in Elide regnauit: Epeorum regnum; nam ante Eleos Epei regionem eamdem incoluerunt; qui Epeo nomine relicto dicti ſunt Elei: Eleus carcer. V. *Ludi Olympici*.

Populi.

Elei,apud quos byſſus naſcebatur; nec enim alibi in tota reperiebatur Græcia tenuitate quidem nihil inferior illa, quam refert Hebræorum terra, minus vtique flaua: & apud quos neq; muli naſcebantur. Lege *Pauſan.5.Eliac*. Et ab Elide ducimus ortus. *Ouid.5. met*.

Elides,fœminæ dicuntur:Elides actæ furijs. *Ouid, in epiſt*.

ELISA. V. *Dido*.

ELISÆVS.

Eliæ prophetæ diſcipulus, filius Saphat, natus in Abelmeula;quem cùm arantem reperiſſet Elias, impoſito ſuper eum pallio paternæ domus,& facultatis contemptorem fecit; cùmq; ille per turbinem flammanti curru raperetur in Cçlum,Eliſæus,qui duplicem eius ſpiritum popoſcerat,clamabat:Pater mi,pater mi currus Iſrael,& auriga eius. Pallij igitur Eliæ factus hæres Eliſæus,duplicisq; ſpiritus ſigna fecit admiranda. Iordanis aquas hinc, & illic ſtantes ſicco pede tranſmiſit: filium ſterili fœminæ conceſſit, quem mortuum ſuſcitauit: Naaman lepræ morbo laboranti ſanitatem reſtituit; prophetiæ ſpiritu prçditus multa prçdixit aduentura. Syrios cæcitate percuſſit; multis denique virtutibus clarus Samariæ diem obijt,ibiq; ſepultus; cuius oſſa defunctum virum in vita reuocarunt. Lege 4. *Reg*.

Saphatides, à patre. Natus Abelmeulæ vates Eliſæus, &c. Et comes, & magni tandem ſucceſſor Eliæ. O pater,ò princeps,ò dux Eliſçe meorum Eliadum, &c. Vatum Iſacidum inſignis pater Eliſæus.

ELIXVS.

Lixus: Caro lixa,elixa: Elixatæ carnes: Flammatus latex querente aheno iactat. *Sen.in Thyeſt.4*. Et hæc feruentibus demiſi ahenis membra. *Ibidem 5*.

Litore ahena locant alij, flammaſq; miniſtrant. *Virg.1.Æn*. licèt quidam interpres dicat, ahena poſita fuiſſe ad lauandum, non autem ad elixandum,quod veteres anteà non conſueuerint elixare carnes, ſed torrere flammis: tamen vtrumque eos feciſſe, *Ouidio* teſte probatur,qui ait:Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus Mollit aquis, partim ſubiecto torruit igne.

ELOQVENS.

Fandi doctus. *Virg.10. Æn*. Doctus:Eruditus:Doctiſſima ora,lingua:Inſignis Palladis arte;*ex eod*. Diſertus:Diſertiſſime Romuli nepotum. *Catull*.

Gratiſſimus author eloquij. *Claud.* Doctum pectus. *Mart.9.* Facundus, facundior, facundiſſimus: Lingua doctus vtraque. *Idem Mart.* Madidus artibus Mineruæ. *Idem* 1. Lingua melior. *Virg.* 10. *Æn.*

Rhetor, is: Romani fama ſecunda fori: Rhetoricæ imbutus pręceptis: Dulce nectar fluit ab ore ſuaui Ora ſupergreſſus Pylij ſenis, oraq; regis Dulichij. *Stat. 5. ſilu.* 3. nempè Neſtoris, & Vlyſſis facundiam ſuperaſti: Habens delectabilem Suadam. *Nonn.* Facunda ora. *Ouid. ad Liu.* Pectora ingenij magna: Nec enim tibi ſola potentis Eloquij virtus: Ingera facundi qui Ciceronis habet: Eloquio qui Neſtora vincit: Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea. *Virg.*

ELOQVENTIA.

Eloquium: Eloquij gratia: Gratia facundi quanta ſit eloquij: Eloquij flumen labris, quod fundit apertis: Pollet ſtudijs, multoq; redundat Eloquio, &c. Virtus eloquij. *Stat. 4. ſilu.* 4. Nitor eloquij: Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus adſit, Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis. *Ouid. 2. Pont.* 2. Nec lateant artes, eloquiumq; tuum. *Ibidem eleg.* 5. Eloquij dulcedo: Decus eloquij.

Epith. Dulce, melleum, facundum, excultum.

Facundia: Quę ſit enim culti facundia ſenſimus oris. *Ouid. 1. faſt.* Atque hæc eſt dicas facundia principe digna Eloquij tantum nobilitatis ineſt. *Idem 1. Pont.* 5. Quæq; tibi eſt linguæ facundia confer in illud, Vt doceas votum poſſe valere meum. *Idem 1. Pont.* 3. Cuius in ingenio eſt patriæ facundia linguæ, Qua prior in Latio non fuit vlla foro. *Idem 4. eleg.* 4. Facunda vox Aoniæ camœnæ. *Idem 4. faſt.* Expectatoq; reſoluit Ora ſono, nec abeſt facundis gratia dictis. *Idem 13. met.* Viuit enim in vobis facundi lingua parentis, Et res hæredem repperit illa ſuum. *Idem 2. Pont.* 2.

Epith. Diues, ſolers, pręſtans, florida, florens, mellita.

Gratia verborum: Vis dicendi: Docta facultas, quàm docta facultas Ingenij, linguæq; modus. *Claud.* Nitor in verbis. *Ouid. 2. Pont.* 5. Oris opes: Opes fandi. *Sil. Ital.* 4. Auſoniæ dona togæ. *Mart.* 10. Ingenij florida dona. *Angerian.* Ora diſerta. *Ouid. 3. triſt.* 11. Dicta tibi pleno verba diſerta foro. *Idem 3. Pont.* 5. Verba diſerta. *Prop.* Dulcia ora, verba: Ingenij flumina. *Ouid. 1. faſt.* Fandi vis. *Stat. 5. ſilu.* 3. Dicendi genus. *Iuuen. ſat.* 6. Dulce loquendi pondus. *Claud. in conſ. M.*

Copia dicendi. *Iuuen. ſat.* 10. Copia fandi. *Virg.* 11. *Æn.* Sermo vtriuſque linguæ. *Hor. 3. od.* 8. Numeri lege ſoluti. V. *Proſa.* *Idem 4. od.* 2. Vox precor Auguſtas pro me tua molliat aures Auxilio trepidis quæ ſolet eſſe reis. *Ouid. 1. Pont.* 3. Os cęleſte: Mox ibi pulſa mora eſt, atque os cęleſte locutum Hoc ſuperos iures more ſolere loqui. *Ibidem eleg.* 5. Docta vox. *Ibidem.* Vox Cecropia, & Latia, ideſt lingua Græca, & Latina. V. *ſuo loco.* *Mart.* 7. Tantus honos doctæ vocis: Ingens vnda melliflui imbris. *Tryphiod.*

Linguæ opulentia victrix. *Claud. in conſ. M.* Fulmen linguæ. *Sil. It.* 8. Dulcedo linguæ doctæ. *Ouid. 1. Pont.* 3. Linguæ tela. *Idem 4. Pont.* 6. Hoſtibus eueniat quam ſis violentus in armis Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ: Lingua Mineruæ Latiæ; *ex Mart.* Linguæ flumina: Nam tecum Etruſcæ decor, & pręſtantia linguæ, Et tecum Latiæ gratia priſca iacet: Linguæ decoratur dotibus. *Angerian.*

Palladis ars. *Virg. 5. Æn.* Romana ars. *Ouid. 3. faſt.* Artes Mineruæ. *Mart.* 1. Artes Ciceronis. *Pont.* ſic Rhetorum artes, Demoſthenis, Iſocratis, Æſchinis, Frontonis, &c. Impleuit magni quam Ciceronis opus. *Mart.* 7. Ingentis quatiat Demoſthenis arma. *Petr. Arb.* nempè Gręcam eloquentiam; ſic *Prop.* Perſequar aut ſtudium linguæ Demoſthenis arma, 3. *eleg.* 19. Grandiaq; indomiti Ciceronis verba minentur. *Petr. Arb.* Os Ciceronis, Demoſthenis, &c. Vt quicquid valeas ignores Marte forenſi Poſſe tuo peragi vix putet ore reos. *Ouid. 4. Pont.* 6. Cùm tibi ſuſcepta eſt legis vindicta ſeueræ Verba velut tinctum ſingula virus habent. *Ibidem:* nempè genus iudiciale exprimitur.

Gratia Neſtorei mellis. *Lucan. ad Piſon.* Cuius dulciloquio mellitus ab ore fluebat Sermonis lepor, & linguæ diuina ſuauis Gratia. *Hom. 1. Iliad.* Neleia verba Pylæ ſenectę; nempè Neſtoris eloquentia, quæ apud Gręcos fuit celeberrima: Suadæ blandiloquę os. *Syneſ.*

ELYSIVM.

Siue Elyſij, orum, cęlum fuit poeticum, nempè à poetis fictum; hoſpitium, & ſedes bonorum apud inferos: putarunt enim veteres ſedem aliquam, & domicilium beatis animabus corpore exutis deſtinatum non in Cęlis, quo niſi Heroibus, & Dijs, & Deûm genitis licebat migrare, ſed apud inferos, vbi nulla tormenta eſſent, ſed quies, & pax ſumma ijs debita, qui benè in hoc mundo vixiſſent: eius deſcriptionem plures exequuntur. V. *Virg. 6. Æn. & alios:* inter quos nonnulli putaruut Elyſium in vltima Hiſpaniarum parte, in ijs pręſertim inſulis, quas Fortunatas appellant, fuiſſe: quæ tamen inſulæ in Oceano ſunt, Gaditano freto traiecto, de quarum temperie aëris, ac terrę bonitate multa fuere narrata, quæ à poetis deindè eorum more beatarum animarum ſedibus fuerunt attributa: de quibus inſulis multa ſcribit *Plinius,* additq; ſe eas nouiſſe. V. *ſuo loco.* Alij in circulo Lunæ animas piorum habitare dixerunt: Poetæ verò ſimpliciter apud inferos priua-

to ſeceſſit. V. *Platonem in Gorgia*.

Elyſiæ ſedes. *Stat.4.ſilu.6.* Deuenere locos lętos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, ſedesq; beatas. *Virg.6.Æn.* ibidq; longa deſcriptio: ſic etiam apud *Hom.odyſſ.4.* & *Val.Flacc.1.Arg. v.843.* Elyſiæ gaudete domus. *Stat.3.ſilu.* Elyſij campi. *Virg.1.Georg.* Horti Elyſij:Et monſtrate nemus, quo nulla irrupit Erynnis. *Stat.5.ſilu.3.* Elyſia plaga. *Mart.6.58.* Et pauci lęta arua tenemus. *Virg.6.Æn.*

Pia tellus:Placidumq; pia tellure reponam. *Stat.4. Theb.* Elyſium nemus:Elyſij nemoris tutis errat in vmbris;*ex Sen. in Troad.* Lęta nemoris Elyſij loca. *Idem in Herc. fur.* Campo maritus vt ſit Elyſio iubet. *Idem in Troad.* Campos vbi Sol, totumq; per annum Durat aprica dies. *Val. Flacc.1.Argon.* & *ſequent.* Elyſiaſq; domos, & regna nouiſſima mundi Me duce cognoſces. *Ouid.14. met.* trans enim fretum Gaditanum ab antiquis nouiſſima mundi loca fuerunt habita.

Diuinum rus. *Virg.2.Georg.* Amœna piorum concilia. *Idem 5.Æn.* Fons Elyſius. *Stat.5.ſilu.5.* Elyſij regna beata ſoli:Elyſiæ vmbræ. *Beroald.* Sedesq; deſcriptas (ſiue diſcretas) piorum. *Hor. 2.13.* qui alibi ſic ait: Pij luci, per quos amœnæ auræ,aquæq; fluunt:Mulcet vbi Elyſias aura beata roſas. *Prop.4. eleg.7.* Elyſia vallis. *Ouid. in Ibin.* & hanc regulis ſtratam nonnulli exiſtimarunt.

EMATIA.

V. *Æmathia in Macedonia.*

EMENDATVS.

Mendis ablutus: Caſtigatus, correctus, lituris liber, codex:Limatus:Expolitus. V. *ſuo loco,* & *ibi plura.* Quem lima momordit; *ex Mart.5.81.* Aure diligenti terſus; *ex eod.6.1.* nempè auris iudicij cenſura caſtigatus: Cenſuræ iudicio probatus.

EMPEDOCLES.

V. *Philoſophorum nomina.*

EMPLASTRVM.

Fomentaq; quæro vulneribus. *Stat.5.ſilu.5.* eſt autem emplaſtrum medicamentum in maſſam coactum, quod pręmollitum ignibus vulneri imponitur,ſiue membro lęſo: Cylindrus, ſiue magdaleo; & magdalia, Gręcè, emplaſtrum oblonga forma: Splenium. *Plin.* emplaſtrum in faſciolæ modum oblongum, cuiuſmodi lieni admouetur indurato: Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. *Mart.2.29.* ſunt autem qui ſplenium interpretentur pro faſcia. V.*Faſcia.* Malagma, tis. *Colum.* emplaſtri genus duritiei emolliendæ comparatum: Vnguentum. V. *ſuo loco.* Medicamentum. V. *Medicina.* Ceratum,vel cerotum. *Plin.* medicamentum ex oleis,gummis,& liquoribus cera vnitis conſtans: Ceruſſæ; quæ oleo roſaceo condita faciei tunſionibus medetur: Craſſior creta. *Mart.8.33.*

ENCELADVS.

Vnus ex Titanibus,ſiue Gigantibus Terræ filius, & Titani, qui cùm ob immenſam corporis molem elatior factus eſſet de bello Dijs inferendo, cum quibuſdam alijs gigantibus cogitauit, at cùm iam dies belli inchoandi adeſſet, vireſq; intendere cœpiſſet à Ioue deſuper fulmine ictus ſub Ætnam proſtratus fuit; vbi continuò ardere dicebatur; ſique aliquando accidebat, vt ſemiuſtum corpus vellet euoluere, terræmotu non ſolùm ipſum Ætnam, ſed & inſulam totam concutere putabatur. V. *Virg lib.3.Æn.*

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac. *Ibidem.* Centipes gigas Ætnæ. *Polit.* Trinacrius Gigas. *Ouid. in Ibin.* quòd Ætna in inſula Sicilię eſt: Titan quem premit Ætna anhelantem. *Sen.in Med.* — aut vbi rentat Enceladus mutare latus procul igneus antris Mons tonat, exundant apices, fluctuſq; Pelorus Contrahit,& ſperat tellus abrupta reuerti. *Stat. 3.Theb.* Iaculator audax. *Horat.* Suppoſitus monti,quem vomit ore gigas. *Ouid.2.Pont.10.* Tellus gigante Doris excuſſo tremens Suppoſita monſtri colla terrifici leuet. *Sen. in Herc. fur.1.*

Aſt Tiphonem,ſiue Tiphœum ſub Ætna conditum ait *Lycophron. in Caſſ.* Trinacrium monſtrum, quod premit Ætna ſuperbiens.

ENCOMIVM.

Pręconium: Elogium: Elogij decus: Laus,& laudatus. V. *ſuo loco.* Laudatio. Panegyris; & Panegyricus;apud nundinas enim laudabantur Heroes.

ENDYMION.

Fabuloſus ille paſtor perpetuò dormiens, vndè factum adagium Endymionis ſomnum dormir.de ſomnolento homine. Hic Iouis ex Calice filius, vt canit *Heſiodus*, vel vt alij Aethi filij Iouis, & Protogeniæ Deucalionis filiæ; at *Pauſan.1. Eliac.* illum Chromiæ filium facit, ex Arcadia fuit, ſummaq; forma pręditus, qui ab incunte ætate ſiderum contemplationi, & preſertim Lunæ creſcentis, ſiue decreſcentis deditus; fabulæ dedit anſam, vt diceretur illum à Luna adamatum,cui,vt illo frui poſſet commodiùs,in Latmo Ioniæ monte conſidenti ſoporem iniecit maximum;nempè quòd primus hominum cùm Lunę curſum explicaſſet, vt illum probè noſceret interdiu dormiebat, vt noctu Lunæ curſus obſeruaret; vndè ab omnibus credebatur perpetuò dormire; cùm interdiù dormientem ſemper comperirent. *Strabo* verò ſcribit in ſpelunca quadam montis Hecatei, ſiue Latmij, Endymio-

nis ſepulcrum viſum fuiſſe, in quo dicebatur ſomnum capere, ſiue quod indè Lunæ curſum conſiderarit. Sunt qui dicant illum cùm paſtoritiam degeret, paſtoralibus proceſſibus Lunam deficientem contemplatum fuiſſe, cuius rei memoriam poſteris reliquiſſe, & hac de cauſſa Lunæ amaſium fuiſſe.

Latmius Heros. *Ouid. 2. de art.* Amor Latmiæ Lunæ; *ex Catull.* Latmius venator. *Val. Flacc. 8.* Procus Lunæ. *Veſpaſ. Strozz.* Amaſius Lunæ: Paſtor Latmius: Latmius Endymion non eſt tibi Luna robori. *Ouid. 2. Amor.* Latmius puer: — cedat tibi Latmius vltrò, Sangariuſq; puer, quemq; irrita fontis imago, Et ſterilis conſumpſit amor. *Stat. 4. ſilu.* vbi tres forma inſignes pueros nominat, Endymionem, Athin, Narciſſumq; de quibus alibi *ſuis locis*.

Aut te ſtellifero deſpiciens polo Sidus poſt veteres Arcadas editum Currus non poterit flectere cādidos, Et nuper rubuit, &c. cùm enim Lunæ fiebat eclipſis, putabāt priſci vel illam vacare amaſio ſuo Endymioni in montibus Aſelenis, Latmijſq; ſaxis in Caria conſopito, & Soli currus ſuos regendos tradere; vel illius laboris cauſſam magicis carminibus (vt alibi adnotatum) imputabant, cui laboranti peluium tinnitu, ſiue tubarum clangore ſe auxiliari credebant ſuperſtitioſi veteres: Licymnius Chius (teſte *Athen. lib. 13.*) ſcribit Endymionem à ſomno amatum fuiſſe ob oculorum pulcritudinem, quos tametſi ille dormiret claudi minimè permittebat, vt perpetuò eorum conſpectus voluptate frueretur: Inſomnis paſtor: Latmius molliter comatus. *Nonnus*. Qui Triniam furtim ſub Latmia deuocat antra; *ex Catull.* Inexcitabilem dormiens ſomnum. *Theoc.*

ENERGIA.

Emphaſis: Vis magna vocis: Energiæ ſtimuli. *Mont.* Vis docti pectoris: Eloquij vires: Rhetoris accenſæ tractus leniminæ vocis.

ENIPEVS.

Theſſaliæ paruulus fluuius, iuxtà quem pugna inter Cæſarem fuit, & Pompeium, qui ex Othrymonte in Apidanum defluens, quòd per inculta, & agreſtia labatur loca, quæ ſemper mala minari videntur, nomen huiuſmodi accepit. *Liu. App. Thucyd.*

Et irrequietus Enipeus; trium ſyll b. *Ouid. 1. met.* Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus. *Luc. 7. Pharſ.* Stagna Enipei. *Ibidem.*

Eſt autem alter Enipeus in Peloponneſo, qui in Alphæum influit, teſte *Strabone:* Verùm *Pauſanias*, qui fluuios omnes recenſet in Alphæum influentes, huius nō meminit. Ex Salmone fonte dicitur fluere, cuius amore Tyro captam fuiſſe memorant; quod in Elide regione, quam fluuius Enipeus præterlabitur, Salmone is eius pater denominabatur: & hic Barnichius etiam dicitur à *Strab. lib. 8.*

ENNA.

Siciliæ ciuitas, quæ edito, & vndique prærupto ſaxo condita eſt, à Syracuſanis Siciliæ vmbilicus dicta, quòd in media ſit inſula conſtituta, iuxtà quam templum auguſtiſſimum Cereris cum eiuſdem ſimulacro, vndè Ceres Ennea fuit dicta, inſignis ob Proſerpinæ raptum, quòd ibi à Plutone rapta fuerit, & ad inferos traducta. De Cereris ſimulacro in Enneo templo, hæc *Cicero in 6. Verrina, ſiue in 7.* Ennæ Cereris ſimulacrum tale fuit, vt homines cùm viderent, aut ipſam videre ſe Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam eſſe, ſed Cęlo delapſam arbitrarentur.

Enneoſq; lacus, & olentia ſtagna Palici. *Ouid. 2. Pont. 10.* Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis: Ennæ Cererem nurus frequentant: Ennææ Cereri proles optata virebat Vnica. *Claud.* Adranium dicta fuit etiam. Lege *Strabonem*. Nec Cerere Ennæa Phario, nec vita colore. *Silius Ital. 1.* Haud procul Enneis lacus eſt à mœnibus altus Nomine Perguſa. *Ouid. 5. met.* V. *Sicilia*.

ENNIVS.

Poeta vetuſtiſſimus Calaber, Rudiæ alumnus, vt eum appellat *Silius*, ſiue vt alij volunt Tarentinus, natus eſt Coſſ. C. Manilio Lucrino, & Q. Valerio Flacco anno V.C. 409. floruit nempè ſexta ſupra centeſimam Olympiadem, hoc eſt prioris Scipionis tempore. Puer Romam ex Sardinia inſula à M. Catone Quæſtore ex Africa decedente traductus eſt, vbi vitam ſuam ad ſeptuageſimum vſque perduxit annum. Sub Q. Fuluio Nobiliore, cùm is à Senatu contra Ætolos imperator miſſus eſſet, meruit Ennius, à cuius filio ciuitate poſteà donatus ea tempeſtate, qua Triumvir Coloniam deduxit. Romę habitauit in monte Auentino, vt *Diuus Hieronymus* refert, parco admodùm ſumptu contentus, & vnius ancillæ miniſterio: cuius ancillæ ridiculum narrat *Cic. 2. de orat.* Fuit vini appetentior, vt ait *Horatius*, ingenio quidem acri, atque ad ſcribendum promptiſſimo, à quo Græcas litteras Cato ſenex didiciſſe ſcribitur. Scripſit Annales, & hiſtoriam belli Punici ſecundi verſibus Hexametris, quæ verò non extant, niſi eorum pauca fragmenta, quæ à *Macrobio* referuntur, & impreſſa in Corpore veterum poetarum leguntur. Vehemens fuit in ſententijs, in verbis rudis, vt qui non diſcederet à communi more verborum, ſide tamen (*Cicerone* teſte) dignus; vndè conſtat Virgilium in eius lectione deprehenſum dixiſſe, aurum ſe ex Ennij ſtercore colligere. Multa p. e-

Digitized by Google

ter ea,quæ diximus tradunt eum compoſuiſſe,vt videre licet apud eius vitæ ſcriptores. Denique mortuus eſt Q.Martio,& Cn.Seruilio Coſſ. cùm Sulpitius Gallus prętor Apollini ludos faceret, ipſeq; Ennius Thyeſten fabulam docuiſſet annos natus,vt ſcribit *D.Hieronymus* ſeptuaginta,articulari morbo,quem ex nimio potu contraxerat, ſepultuſq; eſt in Scipionis monumento via Appia intra primum ab vrbe lapidem:cuius ſtatuam ſepulcro eiuſdem imponi iuſſam ab Africano *Liuius* teſtatur,& *Plinius: Ouid.*

Rudiæ alumnus. *Sil.Ital.lib.*12. Calabræ Pierides. *Hor.*4.8. Ennij muſam intelligit qui fuit Calaber:Hærebat doctus lateri,caſtriſq; ſolebat Omnibus in medias Ennius ire tubas. *Claud.* Primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam. *Lucret.* Ennius antiqua Meſſapi ab origine regis. *Sil.Ital.* quòd verò è Neptuno Meſſapus ortum duceret,ſe ex Neptuni proſapia eſſe cecinit *Ennius.* Non vnquam niſi potus ad arma Proſiluit dicenda ſenex prognatus ab alto Sanguine Meſſapi, Calabris exortus in agris; *ex Horat.* Ennius meruit Calabris in montibus ortus Contiguus poni Scipio magne tibi. *Ouid.in lib.* 3. *de art.* Ennij epitaphium celebratur à *Cicerone.* Cedet muſa Rudis ferocis Ennij. *Stat.*2.*ſilu. Geneth.* cuius oſſa Rudias aliqui tranſuecta fuiſſe ferunt.

ENOS.

Qui etiam Enoch, ſiue Henoch dicitur *Geneſi* 5. fuit Iared filius Malaleel nepos Mathuſalam pater, qui cum Deo ambulauit, & non apparuit, quia tulit eum Deus; vndè in eodem eſſe loco dicitur à Sanctis Patribus, in quo Elias, amboq; venturi ante extremi Iudicij dies creduntur.

Enochus Mathuſalæ genitor, Malaleelis nepos: Iaredica proles. *Mant.* Iarediades: Iaredi genitus.

ENSIS.

Gladius. V. *ſuo loco,vbi multa.* Cuſpis,fig. Mucro: Acies ferri mucrone coruſco:Ferrum,fig. Arma, fig. V. *ſuis locis.*

Dolonis. *Suet.* baculus propriè, intra quem latet pugio, aut ferrum, à dolo nomen habens, quòd decipiat ligni ſpecie, veluti thyrſus haſtæ cuſpidem ſub hedera occultans. *Varro* tamen exponit pro ingenti conto, cum ſpiculo breuiſſimo; vſus fuit *Virg.*7.*Æn.* Pila manu,ſæuoſq; gerunt in bella dolones:Latronum ſica eſt apud *Plutarchum.*

Pugio:Culter. V. *ſuis locis.*

Machęra. *Plaut.Iuuen.* gladius longus ab altera tantùm parte aciem habens; vt quæ vulgò dicitur *Scimitarra:* hinc Machęrophorus, gladium ferens huiuſmodi: Telum vncum:Teloq; accingitur vnco. *Ouid.*4.*met.* Ferrum curuo hamo. *Ibidem:* idem ſignificans:Harpe. *Lucan.* Falcatus enſis. *Ouid.*4.*met.* Acinaces,cis;Gladius Perſicus, Perſis,& Turcis potiſſimùm familiare ferrum: Enſis Scythicus incuruus; Gladius incurua acie: Vino, & lucernis Medus acinacis Immane quantum diſcrepat: impium Lenite clamorem. *Hor.*1.*od.*28. Inſignis acinace dextra. *Val.Flacc.* Enſis ſpectatus cęde Meduſæ.*Ouid.*5.*met.* Aduncum ferrum. *Idem* 4.*Pont.*7.

Romphęa:Xiphomachęra;gladius,qui duobus vertitur manibus, *Spadone à due mani.* Chalybs, fig.Non ſtrictus domuit chalybs. *Sen. in Thyeſt.* Fulmen Orionis: Atq; auro rude fulmen habent Orionis alti. *Stat.*7.*Theb.* niſi potiùs pro claua explicetur.

Capulus: Manubrium,eſt enſis,vel gladij, vel cuiuſque ferri,quod manibus tractatur caput: Vagina enſis receptaculum: Lamina, ipſum ferrum, fig. Fractaq; diſſilijt percuſſo lamina collo. *Ouid.* 12. *met.* Baltheus. V. *ſuo loco.*

Lateri capulo tenus abdidit enſem. *Virg.* Vaginaq; eripit enſem: Falcato vulnerat enſe: Simul enſe recluſo Ibat in Eurialum. *Idem.* Fidoq; accingitur enſe. *Idem.* Sed viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas, & candida pectora rumpit: — ac rotat enſem Fulmineum donec Rutuli clamantis in ore Condidit aduerſo. *Idem.* Strictis enſibus adſunt:Sic rigido latus enſe ferit:Qua patuit ferro lethalem condidit enſem: Altera terribili fulminat enſe manus: Et tenerum duro tunditur enſe latus.

Epith. Rigidus, nefandus, coruſcus,fulmineus,fatifer,fulgens,ſtrictus,fidus,ſęuus,Martius,ferus,lethalis,acutus,ſceleratus,furens,truculentus,trux, ſanguineus, Mauortius, abrumpens vitam, &c. ferreus, æreus, Noricus.

ENYO. V. *Bellona.*

EOS. V. *Aurora.*

EPAPHVS.

Filius Iouis ex Iſide, qui cum Phaëtonte quondam de genere ſanguinis altercatus, illum filium Apollinis eſſe negauit,cùm ſe Iouis natum iactaret; indè pro lite dirimenda Phaeton acceſſit ad Solem,totaq; ſucceſſit miſerabilis fabula,de qua V. *ſuo loco.* Epaphus verò non multo poſt Antiopæ Nyctei filiæ, quæ Lyci Thebarum Regis erat vxor, ſtuprum intuliſſe dicitur à nonnullis. Verùm id à Ioue factum potior eſt ſententia, & nos *ſuperiùs* explicauimus. V. *Antiopa:* & *Amphion.* Cęterùm Epaphus tamquam Deus cultus fuit ab Ægyptijs, vt eius mater Io. V. *Io:* & Apis cognominatus, qui Græcè Epaphus dicebatur,vt vult *Herodotus,* quod negat *Ælianus,* Ægyptiorum referens teſtimonia aſſerentium Epaphum multis poſt annis extitiſſe, vndè Ius filius eſſe nequaquam poterat. Verùm Apis(quoniam

in

in eius mentionem incidimus) alius fuit ab Epapho. *V. Apis:* & hic ſub bouis forma colebatur ab Ægyptijs : quem *Pomponius Mela* ſic ſcribit : Apis populorum omnium, ſcilicet Ægyptiorum numen eſt bos niger certis maculis inſignis, & cauda,linguaq́; diſſimilis aliorum: rarò naſcitur, neque pecudis coniunctione,vt cęteri,ſed diuinitùs,& cęleſti conceptus igne, quoq; die gignitur illis gentibus maximè feſtus eſt. Eſt proditum in hiſtorijs Cambyſen Aſſyriorum Regem Apidis ſacta violaſſe;ſed pœnas dediſſe temeritatis : vt etiam Ochus Perſarum Rex, qui Apide interfecto iuſſit aſinum coli ab Ægyptijs, quem ipſi maximè deteſtabantur:Potiſſimum verò à Memphitis colebatur Apis, qui Lunæ dicatus erat, (vt refert *Ammianus lib.*22.) dicitur autem Apis, Apis, vel Apidis in genit.

Iſidis filius:Io natus,& Ioue:Inachides. *Ouid.* 1.*met.* Non tulit Inachides,matriq́; ait omnia demens; Inachi,cuius Io filia,nepos: Qui Memphim condidit vrbem. *Eurip. Ælian.* Apis. *V. ſuo loco.* Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem Creditur eſſe Iouis. *Ouid.*1.*met. in fin.* Telegoni filius ex Io. *Euſeb.*

EPEVS.

Panopei filius,Æaci pronepos,Phoci nepos,& Aſteriæ, qui ex Palladis conſilio, quæ Troianis irata cùm ſpem omnem Gręci potiundæ vrbis Troianæ abiecissent, illi fatalem equi machinam ſuggeſſit, vbi exercitus primores incluſit. *V. Equus Troianus.*

Ipſe doli fabricator Epeus. *Virg.*2.*Æn.* Phoci nepos,Aſteriæq́; Phocus enim Panopæi pater:Troiani conditor exitij; vtpotè qui illa machina ſupremum Troiæ exitium intulit : Panopeides; à patre. Sunt autem qui Eudymionis filium, & Pęonis fratrem faciant, qui primus in muralibus machinis equum, ſiue Arietem reperit. *Plin. lib.*7.56.

EPHESVS.

Omnium Ionicarum vrbium clariſſima quondam, & pręcipua in minori Aſia, quam, vt *Pauſanias* inquit, Epheſus Iſtri fluminis filius condidit, nomenq́; dedit: vel vt alij, condiderunt Amazones, inter quas quædam inſignis ex Lydia dicebatur hoc nomine. Celebris autem fuit vrbs inſigni templo Dianæ à tota ferè Aſia excitato,quod admirationem Gręcæ magnificentiæ *Plinius* vocat,interq́; mundi miracula recenſet. Ducentorum annorum ſpatio fuit conditum templum. Non autem hoc primum crediderim;cùm incenſum fuiſſe prodatur Silujo Poſthumo in Latio regnante; ſed quod Archiphron inſtaurauit longa annorum ſerie ad ſummam euaſiſſe magnificentiam,hinc, & indè precioſiſſimis columnis ad eius ornatum aduectis;vt deſcribit *Strabo:* Quod poſteà cùm Heroſtratus quidam Epheſius, vt ob aliquod facinus mundo nominaretur, incendiſſet eadem nocte,qua Olympias Alexandrum peperit (vndè nata Græcis adulatio,qui dicerent; deſertum à Dea templum vt parturienti aſſiſteret Olympiadi, magnusq́; vir ille naſceretur) aliud illo pręſtantius conſtruxerunt Epheſini mulierum ornamentis, & multis opibus ad id collatis, refectisq́; prioribus columnis, quod opus confecit Dinocrates Architectus. Templum deſcribitur à *Plinio*,longitudo fuit pedum 425. latitudo 220. Columnas habuit centum viginti ſeptem à ſingulis regibus factas ſexaginta pedum altitudine,ex quibus triginta ſex erant cęlatæ,& vna ex illis ab egregio Scopa: & operi pręfuiſſe dicitur Cteſiphon. Porrò in Dianæ Epheſiæ annuo feſto iuuenes primo flore ætatis, & Virgines cultu nobili ad templum cum pompa procedere ſolebant, feſtumq́; diem agere, & ſponſalia mutuò inire. Sed multò celebrior fuit vrbs ex commoratione Beatiſſimæ Virginis (ſi verum eſt quod nonnulli referunt, eò à Sanctiſſimo Euangeliſta Ioanne Virginem ductam, vt ibi aliquandiù viueret, dum ipſe Diuini Verbi prędicatione Eccleſias fundaret in Aſia) necnon ſynodo generali,quæ Epheſina ab vrbe fuit nuncupata;Nunc tantùm antiquitatis veſtigia viſuntur & vrbis, ac templi. Iuxtà templum fuit Libertatis aſylum conditum ab Alexandro, quod Auguſtus poſteà deſtruxit, quod ex impunitate propoſita multorum libido ad ſcelera perpetrando incitaretur.

Vrbs Epheſi: Ionica metropolis : Epheſia Diana: & Vrbs Dianæ,per antonomaſiam dici poſſet.

Arſinoe, ſic dicta quondam à Lyſimacho, qui eam in alium locum tranſtulerat, ob Arſinoes ſuæ vxoris memoriam; ſed illo mortuo, nomen priſtinum reſumpſit. Fuit etiam dicta Smyrna cognomine Trachea, Samornion; necnon Ptelea, Ortygia, Morges, & Alopes vocata; & Trichia *Steph.*

Epheſini,& Epheſij, pop.

EPHYRE,

Siue Ephyra Corinthus primùm dicta fuit. Vide quæ ibi adnotauimus in dictione *Corinthus.*

Qualis ſi ſubeas Ephyres Bacchiados altum Culmen ab Inoo fert ſemita tecta Lechęo. *Stat.* 2. *ſilu.* Inſedit caſtris, Ephyręaq́; mœnia ſeruat. *Luc.lib.*6. Ephyreiaq́; æra. *Virg.*2.*Georg.* Ephyręæ ædes; *ex Prop.* Ephyræaq́; mœnia. *Luc.*6. *Pharſ.* Scilicet Argolicas,Ephyreiadesq́; puellas Ceperat, &c. *Claud. de bell. Get.* nempè Corinthiacas fœminas. Fuit autem Ephyra Nympha Oceani, & Tethyos filia; cuius meminit *Virg.*4.*Georg.*

Digitized by Google

EPICEDION.

Carmen erat, quod in laudem defuncti canebatur ad cadauer, vel ad ſepulcrum.

Lamentabile carmen. *Stat. 5. ſilu. 5.* Nęnia, & Monodia: Funereum carmen: Funerei verſus: Exequialia carmina: Exequiale melos: Nęnia imparili carmine; nempè elegiaco verſu compoſita; plerùmq; enim in demortui laudem canebantur elegi.

Flebiles modi. *Hor. 2. od. 9.* Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademptum: Nęnia funestis. *Idem 2. 20.* Abſint inani funere nęniæ, luctusq́; turpes, & querimoniæ compeſce clamorem, ac ſepulcri mitte ſuperuacuos honores: Epicureus erat poeta, qui poſt mortem nihil reſtare credebat: Lugubres cantus: Pręcipe lugubres Melpomene cantus, &c. *Idem 1. 24.* V. *Carmen funebre, & Nania.*

EPICVRVS.

Athenienſis fuit, natus tamen in pago Gargetio ex Neocle, vt ſcribit *Laertius:* ſeptem poſt Platonis obitum annis natus fuit; cùmq; annum decimum octauum ageret Xenocratis, & Ariſtotelis ludum Athenis ſectatus eſt, poſteà ſectam à ſe nuncupatam inſtituit. In victu, vt contubernales eius teſtantur, temperatiſſimus fuit pane, & aqua contentus, & in lautis cœnis caſeo addito: illum malè ſenſiſſe de Dijs, de anima, de futura vita multi teſtantur, ac turpiſſimis operam dediſſe libidinibus, ac laſciuijs ſectatores eius; vndè Roma exactos fuiſſe referunt. Ipſe autem deceſſit Athenis calculi doloribus annos natus ſeptuaginta duos. Primus hortos inſtituit ad relaxationem animi, vt ſcribit *Plinius*, cùm vſq; ad eum moris non fuiſſet in oppidis haberi rura. In eo horto ſcholam habuit, vbi docebat, vndè teſtamentum condens ita ſcripſit: Amynomacho, & Timocrati eam, quæ in horto eſt ſcholam depoſiti iure commendo, &c. V. *Laertium, Diogenem. Lucretius* verò tantùm tribuit Epicuro, vt non dubitet affirmare, illum reliquorum omnium philoſophorum lumen obſcuraſſe, quemadmodùm Sol ſuo ſplendore aliorum cęleſtium corporum claritatem obtenebrat. Traditurq́; vitæ fuiſſe continentiſſimæ contra id, quod *ſuperiùs* ab alijs dictum: nomen tamen illud voluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit, vt indè homines Epicurei dicerentur, qui credebantur voluptarij. Vide quid Etruſco ſermone ſcribitur: *La diſcolpa di Epicuro di Gauges de Gozes.*

Senior Gargetius: Mallet deſerto ſenior Gargetius horto. *Stat. 1. ſilu. 3.* Inſanientis ſapientiæ conſultus. *Hor. 1. od. 34.* Aut hortis docte Epicure tuis. *Prop. 3. eleg. 20. vel 19.* Cùm ridere voles Epicuri de grege porcum. *Hor. 1. epiſt. 4.* Hortorum magiſter, *Plinio* dicitur. Sic voluptaris pręceptor, magiſter, ſectator, &c. Gargeticus ſophus, ſiue Gargetticus.

Epicurei, illius doctrinæ aſſeclæ: Aſt Epicureos eliminat vndiq; virtus. *D. Sid. Apoll.*

EPIDAVRVS.

Vrbs Achaiæ ab Argiuis olim poſſeſſa ſupra Corinthum celebris quondam Templo Æſculapij Podalyrij, & Machaonis parentis: in ſinu Saronico ponitur equorum fertilitate gratiſſima. Apud illam Periphatus latro quadam claua, quæ Coryna vocabatur, hoſpites perimebat, vndè Corynetus fuit appellatus; quem tamen Theſeus, vt *Diodorus* ſcribit, interfecit. V. *Fur.*

Tellus Epidauria. *Ouid. 7. met.* — per te Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem; nempè Periphatum: Aut medicis felix Epidaurus arenis, ob templum Æſculapij medici pręſtantiſſimi, hodie *Pigiada*, vel *Cheroniſi.*

Altera Epidaurus in Dalmatia, quæ Colonia à *Plinio* dicitur, & legio IX. hodie *Raguſi.* V. *Dalmatia*, ſiue *Illyrium*. Illyris Epidaurus. *Luc. 2. Pharſ.*

Tertia Epidaurus in Peloponneſo ad ſinum Argolicum in Laconica. *Ptol.* & hæc Limenera cognominata ob portus commoditatem: tum conciſo vocabulo Limera. *Strab.* à quo etiam Epidauria dicitur: Miliſſia, & Æmera *Steph.* quamvis typorum agnoſcat mendum *Ortelius.* Monobaſia, & Monembaſia à poſterioribus *Gracis, vt Cedreno*, &c. nunc *Maluaſia*. V. *Laconia.*

Epidauria terra: Ruta Epidauria. *Stat. 4. Theb.* Epidaurij, pop.

EPIMETHEVS.

V. *Prometheus.*

EPIRVS.

Gręciæ regio inter Macedoniam, Achaiam, & mare Ionium ſita; à Macedonia autem Celidno amne, & Pindo monte, ab Achaia verò Acheloo flumine, nempè ab ortu; à meridie Adriatico alluitur mari, ab occidente pulſatur Ionio; ad ſeptentrionem Macedoniæ contermina eſt. Regio multis in locis nemoroſa, & ſterilis; ad oram verò maritimam ſatis fertilis eſt. Inter alia canes, & equos producit generoſiſſimos, de quibus *Virg. 1. Georg.* — Eliadum palmas Epirus aquarum: nempè quę vincunt in curſu Olympiaco Epiroticæ ſunt aquæ. In hac primùm Moloſſi, pop. fuerunt Troianis temporibus: tum Romani: poſtremò Turcæ in eos tyrannidem exercent: in hac regiunculæ aliquot à populis denominatæ ſunt.

Moloſſia; ſic dicta à Moloſſo Pyrrhi filio, teſte *Strab. 7.* Canes verò Moloſſi Poetæ fabulantur originem traxiſſe à cane æneo, quem Vulcanus fabricauit, & poſteà Ioui; hic verò Europæ; & hęc Procridi; Procris autem Cephalo dono dedit. V. *Iulium Poll. lib. 5. cap. 5.* Veloces Spartæ catulos,

Digitized by Google

los, acremq́; Moloſſum, &c. *Virg.3.Georg.* V. *Canes venatici:* & *Sen. in Hipp.* In hac regione vrbs Dodone. V. *ſuo loco.*

Chaonia; ſic dicta à Chaone Troiano Priami filio, Heleni fratre, qui in extincti Chaonis ſolatium Dryopes populos, Chaones, & regionem Chaoniam iuſſit appellari; vndè *Virg.3.Æn.* Chaoniamq́; omnem Troiano à Chaone dixit; in qua oppida Oricum. *Ptol.* maritima Epiri vrbs: Oricus dicitur *Steph.* Oreum. *Strab.* Oricinorum fines. *Liu.26.* hodie *Velona:* iuxtà quam naſcitur Terebinthus, nigrum lignum habens, & ſolidum in buxi ſpeciem, vndè *Virg.10.Æn.* — aut quale per artem Incluſum buxo, aut Oricia Terebintho Lucet ebur, &c. Antigonia. *Ptol.* Epiri ciuitas, iugibus, fontibus abundans, hodie *Argirocaſtro.* Panormus. *Ptol.* oppidum maritimum cum portu adhuc eiuſdem nominis. Elæus. *Idem:* quæ tamen Calydoniæ aſſignatur à *Polybio* 4.

Theſprotia, in qua Buthrotum vrbs cum portu inſigni, in qua poſt Pyrrhum Æaciden regnauit Helenus Priami filius cum Andromache; quæ prius Hectoris coniux, tum Pyrrhi pellex, poſtremò ab Heleno in matrimonium ducta. *Virg.3. Æn.* — portuq́; ſubimus Chaonio, & celſam Buthroti adſcendimus vrbem. *Ibidem:* Coloniam Romanorum appellat *Plinius.* Buthroti, ſiue Buthrotorum ſinus, hodie *Butrinto.*

Caſſiopęa, in qua populi Caſſiopęi: & in hac vrbs Caſſiope. *Ptol.* quam tamen Theſprotiorum nominat: Pandoſia, opp. *Strab.*

Almene regiuncula, in qua vrbs Nicopolis ab Auguſto in victorię memoriam cùm M. Antonium, & Cleopatram reginam nauali prȩlio viciſſet, condita; olim egregia, & incolis frequentiſſima, nunc *Preueza.* Colonia dicitur, & ad oſtium Ambracij ſinus eſt, quo nihil in tota Epiro nobilius. V. *Actium.*

Acarnania. V. *ſuo loco:* in qua eſt Ambracia vrbs, nunc *Larta*, ſiue *Arte:* quæ etiam Ampracia, Epuia quondam, & Paralia Pyrrhi Epirotici regia, patria Cleombroti Ambraciotæ, qui, referente *Cicerone*, lecto Platonis libro de animæ immortalitate, pertęſus vitæ miſeriarum à loco edito ſe prȩcipitem dedit. Ab hac vrbe Abantes Ambraciotæ profecti eam oram occuparunt, vbi fuerunt Cumæ, vel vbi ſunt Puteoli è conſpectu Balarum: hinc *Prop.lib.1.11.* Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno, Et modo Miſenis æquora littoribus: Ambraciæ terra. *Ouid.epiſt.21.* quamvis fig. pro tota ſumatur Epiro: Leucas, ſiue Leucates. V. *ſuo loco,* & *Acarnania.* Actium. V. *Ibidem.* & *ſuo loco.* Stratus, ſiue Stratos, & Stratopolis apud *Diod.* vrbs in Acarnania, cuius meminit *Liuius, Strabo, Thucyd.* & *Plin.* hinc Ambracius ſinus, quo (vti diximus) nil in tota regione clarius, nobiliusq́;: dicta autem fuit Ambracia vrbs, quæ ſinui dat nomen ab Ambrace rege Theſproti filio.

Montes.

Ceraunia. V. *ſuo loco.* Actium promontorium. V. *ſuo loco.* Leucas mons cum vrbe: in quo monte Apollinis delubrum, & ſaltus, quo crediti ſunt amatores ab amoris æſtu liberari: & vndè prima omnium (authore *Strab.*) Sappho poetria deſiliiſſe fertur, vt innuit etiam *Ouid. in epiſt. Sapph.* Scymphe, & Scympha, ſiue Thymphe. Mons Epiri, è quo Arachtus fluuius profluit.

Fluuij.

Acheron: Achelous. V. *ſuis locis.* Arachtus. *Ptol.* & *Liu.* Epiri fluuius.

Synonyma.

Epiri littora. *Virg.3.Æn.* Chaonia: Oricia: Dodonia olim dicta Epirus; & nunc etiam fig. eædem regiunculæ pro tota parte ſumi poſſunt: Pyrrhi regia, regnum; Neoptolemi regna. *Ibidem.* Chaonij campi. *Ibidem.*

Populi.

Chaones: Dryopes. *Strab. lib.8.* & *13.* & *Virg.4. Æn.* iidem cum Chaonibus: Chaonij populi: Chaonides fœminæ: Dodonæi: Caſſiopęi: Actiaci: Theſprotij, & Theſproti. *Stat.3.Theb.* Moloſſi: Amphilochi: Acarnanes.

EPIGRAMMA.

Carmen. V. *ſuo loco:* & propriè epigramma eſt carmen tumuli, ſiue lapidis quælibet inſcriptio: Tumuliq́; in marmore carmen. *Ouid.3.faſt.* Blandaq́; laſciuis epigrammata pingere chartis. *Mart.* Titulus, pro epitaphio: Sculptaq́; ſint titulo noſtra ſepulcra breui. *Ouid.epiſt.14.* Notæ, pro eodem: Fac lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis. *Tib.1.eleg.3.* Diſticha pauca. *Mart.* 2.71.

Diſtichon enim duos continet verſus, & paucis diſtichis conflatur epigramma: Scripta Marſi: Scripta Catulli; qui fuerunt inſignes epigrammatarij. *Ibidem.* Opus Pędonis: L. Pędonis Albinouani ſcilicet epigrammatographi. *Ibidem.*

Epith. Blandum, argutum, acutum.

EPISCOPATVS.

Sacra dignitas apud nos Chriſtianos, cuius laudem virtutes adſtruunt, quæ à *B. Paulo Apoſtolo* numerantur *in epiſtolis ad Timotheum, ac Titum.*

Pontificalis honos. *Ouid.3.faſt.* Pontificale decus, munus: Pontificalis apex: Pontificium, ſiue Pontificum decus: Pontificum tori. *Angerian.* Faſtigia ſummi paſtoris: O me felicem, ſi te ad faſtigia ſummi Paſtoris, &c. ad Papatum ſpectat elocutio, qui ſuprema Epiſcoporum dignitas eſt: Et ritè Campanæ dat vrbi Iura pater, lituiq́; geſtat inſi-

inſigne. *Maſc. od.*1. *lib.*1. nempè Epiſcopatum exercet vrbis Campanæ, &c.

EPISCOPVS.

Antiſtes, tis: Paſtor optimus: Paſtor gregis Chriſti. *Fort.* Rector gregis: Prçſul: Sacerdos. V. *ſuo loco.* Pontifex: Pontificale caput. *Ouid.*3.*faſt.* Sacerdos inſignis. *Virg.*2. *Æn.* Rex ſacrorum. *Ouid.* 1.*faſt.* Iſacidæ Simeonis erat qui maximus vnus Chriſticolum princeps patrum, cuſtosq́; ſacrorum Iura miniſtrabat populo, patriasq́; benignis Hoſpitijs aſſuetus opes. *P.Bargæus.*

Archiepiſcopus; maioris quàm Epiſcopus dignitatis: Antiſtes cęremoniarum, & ſacrorum: Infulatus myſta. *Sidon.* Protomyſta. *Idem.*

Epiſcopus deſignatus, qui nondum conſecratus: Initiator. Epiſcopi vicarius, quem vulgò *Suffraganeum* vocant.

EPISTOLA.

Litera, ſiue littera. *Ouid.* Quam legis à rapta Briſeide littera venit Vix bene barbarica Gręca notata manu, *epiſt.*3. Chartis verba notata tuis. Scripta: Scriptaq́; diuerſis rettulit ille locis. *Idem* 2.*eleg.*18. Epiſtolium. *Catull.* Codicillus.

Tabellæ. *Ouid.* Ad dominam pararatas mane tabellas Perfer, &c. 1.*eleg.*11. Notæ. *Idem epiſt.*16. Littera iam laſſo pollice ſiſtet opus. *Ibidem.* Verba legenda, *epiſt.*5. Verba notata. *Idem* 2.*de art.* Charta notata. *Idem epiſt.*11. Neve legas digitis ſcripta notata meis. *Bemb.* Littera ſermonis fida miniſtra mei. *Ouid.*3.*triſt.*7. Et peragant linguæ charta, manusq́; vices. *Ibidem* 5.14. Tabellæ properatæ, arcanæ, blandæ, triſtes.

Autographa epiſtola. *Suet. Originale d'vna lettera.* Charta referta, plena notis: Littera miſſa: Pagina, ſig. *Prop.*2.16. Ducta digitis littera.

Diploma, tis, apud *Suetonium* litteræ, quas vulgus appellat *Paſſaporto*, ſignificantur, *in Oct. Auguſt.*50.

Notis arcana feruntur: Verbis miſſa ſalus: Verba doctis inuidioſa notis: Epiſtola internuncia, verboſa: Verboſa, & grandis epiſtola venit: Libellus: Signare arcana libello: Volumen.

Litteræ laureatæ; eæ dicebantur, quæ lauri fronde tectæ victotiam ſignificabant. Erat enim moris, vt pręſides poſtquam à militibus appellati fuerant Imperatores Littores laureatos pręferrent, litterasq́; ad Senatum laureatas de re geſta mitterent, quibus Imperatoris nomen, ac ſupplicationes à Senatu poſtularent.

EPITHALAMIVM.

Eſt carmen nuptiale, quod olim à virginibus, & adoleſcentibus ingenuis alternè cantabatur ante thalamum, ne compreſſæ à viro puellæ audiretur vox. *Muretus* tamen ait à virginibus tantùm epithalamia cani ſolita fuiſſe, cùm iam noua nupta in viri lecto collocabatur; ob eamdem cauſſam, quæ *ſuperiùs* dicta, in quem vſum etiam nuces pueris ſpargi ſolebant, quibus illi colligendis intenti tumultu, & ſtrepitu omnia implerent. Apud Latinos primus inuexit epithalamium *Catullus*, tum *Ouidius, Statius, alijq́.*

Ille ego, qui dixi veſtros Hymençon ad ignes, Et cecini fauſto carmina digna toro. *Ouid.*1.*Pont.* 3. Carmina nuptialia. *Catull. in epith.* Carmen feſcenninum; ſic appellatum, vt ſcribit *Feſtus*, quod iocis mordacibus plenum in ſponſum proferebatur ab vrbe Sabina, ſeu Oſca feſcennina: de qua re *Lucanus* inquit: Nec more Sabino Excepit triſtis conuicia feſta maritus: Feſcennina locutio. *Catull.* Pars Hymenea canunt euie euie clamant. *Ouid.*1. *de art.* Carmina feſtis digna toris, *Stat.*1.*ſilu.*3. Carmen connubiale: Connubiale poëma: Hymenea poëmata: Connubialia verba: Dum dulcis cantatur Hymen.

Thalaſſio: Thalaſſij nomen in nuptijs Romani crebrò inuocabant à quodam ſtrenuo adoleſcente, ad quem cùm ſui clientes raptam Sabinam ferrent, ne ſibi fieret iniuria, & ne futura diſtraheretur vxor: Thalaſſio illam ferri clamabant: quod pro bono ſuſceptum fuit omine, quaſi futuras nuptias indè felices ducerent. V. *Liuium lib.*1. *ab vrb. & Plutarchum.* Nec tua defuerint verba Thalaſſe tibi. *Martialis.* Quid ſi me iubeas Thalaſſionem verbis dicere Non Thalaſſionis. *Idem.* Hinc illinc iuuenes mittite carmina. *Sen. in Med.*

EPVLÆ.

Dapes. V. *ſuo loco.* Ambroſiasq́; dapes, &c. *Mart.* 8. Eſcæ: Cibus. V. *ſuo loco, vbi multa.* Pabula, & Paſcua, propriè ferarum cibus: Ambroſia, & Nectar. V. *ſuis locis.* Fercula. *Hor.* à ferendo: Miſſus etiam dicuntur. *Lamprid.* Prandia: Cœna. V. *ſuo loco, vbi multa.* Conuiuium, & Bellaria. V. *ſuis locis.* Cui nectaris olim, ambroſiæq́ue cibus.

Obſonia lauta. *Mant.* Liba. *Mart.*3. V. *Bellaria.* Placenta. V. *Panis.*

Ientaculum, ientacula. *Suet.* Prandiculum. *Feſt.* *Colatione.*

Cupediæ. *Cic.* Scitamenta. *Plaut.* Mattya, vel matrea. *Mart.* Matteolæ apud *Arnobium* pro ganeatis ciborum delicijs, quibus irritatur orexis: dictæ autem cupediæ à Cupidinis foro, vbi venundabantur: ſcitamenta verò à ſcito ſapore: Obſonium. V. *ſuo loco.* Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro Ponitur, &c. Epulæq́; ante ora paratæ Regifico luxu.

Epulis onerantur menſæ: Dapibus menſas onerabat inemptis: Inſtaurant certatim epulas, &c.

Epith. Geniales, dulces, lautæ, lętæ, ſuaues, opimæ, regales.

EPV-

EPVLVM.

Populare conuiuium, quod ſolemne, & publicum fiebat ſiue in dedicatione templi, ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorum cauſſa, quale apud Romanos exhibebant Imperatores, ſicut legitur feciſſe I. Cæſar, qui, teſte *Suetonio*, adiecit epulum, & viſcerationem: & *Plutarch.* Epulum (inquit) tot populo viginti duo millibus tricliniorum dedit. Domitianus quoque ſpectaculo muneris gladiatorij populo ibidem ſedenti epulum dedit, teſte *Suet. & Xiphil.* Solitum autem epulum apud eoſdem indicebatur idibus Nouembris; quod Ioui, aut alijs Dijs apparabatur alio nomine Lectiſternium (vti nonnulli opinantur) dictum. Moris enim erat apud illos, vt nonnumquam placandæ alicuius Dei iræ cauſſa, conuiuium in templo illius exhiberetur, Dijsq; tamquam epulaturis, aut cubituris lecti ſternerentur. Hinc Iouis epulum appellatum, cuius meminit *Val. Max. lib. 2. cap* 1. Huic verò epulo indicendo triumviri, vel ſeptemviri epulonum pręerant, quod teſtatur *Sextus Pomponius*. V. *Supplicatio*.

Munera feralia. *Ouid. 3. triſt.* Munera funebria. *Idem epiſt.* 11. Funebres epulæ: Ferales epulæ. *Plin.* & hæc in Iuſtis, aut parentalibus conuiuijs exhibebantur, & dicebatur

Epulum ferale, funebre, &c. Parentale, quod defunctis parentibus exhibebatur.

Viſceratio, nempè quæcumq; ſub corio ſunt, vt inquit *Seruius*: erat autem cruda caro domeſticatim populo data, qui mos alicubi durat in memoriam alicuius defuncti.

Epulones. V. *Sacerdotes veterum*.

EQVA. V. *Equus, inf.*

EQVES.

Duplici modo ſumi poteſt, vel qui ſeſſor eſt equi, & ex illo pugnat: vel qui apud Romanos equeſtri erant dignitate decorati, & nunc apud nos denominantur à titulo, ſub quo militant, vt Equites Hieroſolymitani, Equites S. Andreæ, S. Lazari, S. Stephani, Teutonici, &c. nunc autem eos tantùm ſignificari volumus, qui in bello pugnant: poſteà de alijs.

Leuis alæ miles. *Virg. 11. Æn.* nam alæ ſunt equitum plerumque: Equitum leuia arma. *Ibidem*. Equo fidens. *Idem* 10. *Æn.* Acer equo. *Idem* 5. *Æn.* Legitimo quique merebat equo. *Ouid. 3. faſt.* Arduus altis equis. *Virg. 7. Æn.* Veles, velitis; ille dicebatur, qui leuis armaturæ miles erat, nulliſq; vel paucis erat indutus armis, tantùm iaculo, ſiue funda, vt expeditior eſſet ad pugnam: Volat ecce per hoſtes Vectus equo ſpumante, &c. *Idem* 12. *Æn.* Sublimes in equis redeunt. *Idem* 7. *Æn.*

Cataphractus: Ferreus aurato neu cataphractus equo. *Prop. 3. 11. vel* 10. Cataphracti dicuntur equites muniti ferro equos ſimiliter munitos habentes, teſte *Seruio*. Cataphractos etiam *Liuius lib.* 37. vocat milites loricatos, *Huomo d'arme*. Et meream forti conſpiciendus equo. *Areoſtus*.

Epith. Seuerus, loricatus, bellator, leuis, egregius, haſtatus, acer.

Agitator equorum: Qui vehitur equo: Qui curſus traducit equeſtres: In celeri verſatus equo: Flectere doctus equorum Colla: Torquens fręnis ora fugacis equi: Qui fertur equo: Actus, vectus equo: Equos qui flectit habenis: Qui celeres detorquet habenas: Qui fatigat equos: Qui ſpumantis equi fodit calcaribus armos: Qui ſpumantia fręnis Ora citatorum dextra contorquet equorum: Colla ferocis equi luctantia torquens: Nec vertere cuiquam fręna ſecundus Halys. *Stat. 2. Theb.* nulli ſecundus in vertendo fręna equorum: Et qui ſonipedes ad iuga cogit equos. V. *Auriga*.

Equites Romani.

Illi dicebantur, qui Romæ, & in Romanis colonijs à Cenſoribus in equeſtrem ordinem legebantur, quibus publicus equus, & annulus aureus aſſignabatur, quo à plebe diſtinguerentur. Legebantur autem ij, quibus cenſus equeſtris eſſet, qui erat Seſtertiûm quadringentorum millium, teſte *Suet. in Iul. Caſ.* ſiquando tamen quid deerat ad illum cenſum ſupplendum, ſolebat dari ad equeſtres facultates implendas ſupplementum; vndè apud *Mart. 4. epig.* 67. Gaurus orabat ſibi dari centum ſeſtertia ad equeſtrem ſummam implendam ex lege Roſcia; quæ etiam vetabat quemquam in theatro inter quatuordecim ordines ſedere, niſi quadringenta obtuliſſet in cenſum; vndè *Mart.* Quadringenta tibi non ſunt, Chereſtrate ſurge, &c. Vtebantur etiam anguſto clauo, quo à Senatoribus, quorum inſigne latus clauus erat, diſcernerentur. Hi tamen ſi equeſtrem cenſum conſumpſiſſent, aliaq; commiſiſſent flagitia, ex ordine equeſtri delebantur adempto equo, anuloq;. Magiſtratus autem Equites Rom. non capiebant; vbi verò cepiſſent, equites eſſe, aut vocari deſinebant; vt *ex Cic. pro Cluent.* obſeruauit *Sigonius*.

Equeſtris ordo: Equeſtris cenſus: Equeſtris ephebus: Equitis mores, ingeniumq;. *Mart.* 5. 28.

Equites Hieroſolymitani.

Qui olim Hieroſolymis ſub Francorum regibus electi ad loca ſacra tuenda ab Arabum, Saracenorumq; incurſione in inſula Rhodo (Syria à Turcis expugnata, ac poſſeſſa) domicilium habuere iamdiù, vndè dicti.

Equites Rhodij: Alto crucis munimine inſigniti. Verùm indè expulſi à Turcis Melitam inſulam poſſident; vndè quantæ ſint virtutis adhuc Otho-

mana tyrannis experitur: Equites Melitæ: Melitenſes triremes:Crux equitum alba.

Equites S. Andreæ, vulgò

del Toſone.

Diceris auratæ vellere diues ouis; vel miles; *ex Ouid.6.epiſt.* nam in torque auream geſtant ouem pro inſigni: Conſpicuæ fuluo vellere fulget ouis:Miles:Eques,&c.Qui nitet Hiſpano vellere clarus eques.

Equites S. Stephani,

di Fiorenza.

Purpurea qui cruce fulget eques; rubra enim cruce decorantur: Equites Etruſci: Pręſulis è Stephani decoratus ſanguine miles: Turcarum terror eques, quem Etruria mittit: Mediceus eques;ſub magni Ducis enim magiſtro ſunt.

EQVITATVS.

Eques metuendus haſta. *Hor.3.od.2.* Leuis armaturæ miles, nempè *Canallegiero.* Agmen equitum. *Virg.7.Æn.* Leuis ala Camillæ. *Idem* 11. alæ enim equitatus ferè pars eſt, quæ hinc, & illinc alarum inſtar pedites protegunt, tuenturq;. Agmen equeſtre. *Ouid. epiſt.9.* Turmæ equitum. *Virg.5.Æn.* Turmæ equeſtres. *Claud.de Bell.Get.*

Equitum exercitus. *Virg.11.Æn.* Equeſtres acies. Agmen habet ſecum, curſusq; inſtruxit equorum. *Idem 5. Æn.* Equis exercita pubes: Turma,& Turmæ alipedes. *Sil.It.*10. *Truppa.* Vſus eqnorum. *Ouid.3.met.* Barbaricæ equitum cateruæ. *Sen. in Agam.* Tota ſub noſtro ſonet Argolica tellus Equite; ideſt equitatu. *Idem in Thyeſt.*

Prętereà ſi cuncta ſynonyma,quæ ſub titulo,Acies, ſunt,aſſumant adiunctum equeſtris,vel equitum idem ſignificabunt. V. *Belligerantium munia.*

Celeres equites, dicti olim fuerunt, quos trecentos ſcripſit Romulus pro nouæ Vrbis defenſione, & ad ſexcentos Tarquinius recenſuit. V. *Liuium.*

EQVVS, &

EQVA.

Equorum vſus cùm ignoraretur (vt poetæ fabulantur) illisq; terra quamplurimùm egeret,Neptunus, vt prouideret hominum neceſſitati in Theſſalia tridente terram percuſſit, ſubitòq; è ſolo duo equi proſiliere,nempè Scyphos,& Arion,indè optimæ naturæ equi Theſſalici per orbem feruntur. Hac de cauſſa in Illyrico quatuor equos nono quoque anno marinis fluctibus habendos iaciebant. Equorum virtutes, & hieroglyphica apud Ægyptios explicat tibi *Pierius lib.4.* qui etiam quibus Dijs dicatus erat equus refert; & quot modis mactabatur. Marti pręſertim ſacer, vndè qui in dextera erat collocatus, poſt victoriam eidem erat victima Idibus Decembris.

Apud Romanos verò etiam menſe Octobri mactabatur equus. Apud Lacedęmonas in Taygeto monte Soli Perſarum more immolabatur. Apud Salentinos Ioui ſacer erat equus, qui viuus in ignem conijciebatur. Sed ad rem noſtram

Equa:Mater equorum. *Hor.1.od.25.* Fęmina cornipedi ſemper adhinnit equo. *Ouid.1. de art.* in Epiro ad curſum equæ velociſſimæ, teſte *Virg.* Eliadum palmas Epirus aquarum.

Alipes. *Virg.7.Æn.* quadrupes,autonomaſticòs:Sonipes: Stat ſonipes, & fręna ferox ſpumantia mandit. *Idem 4. Æn.* Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum. *Idem.* Cornipes:Quadrupedans: Tergo ſublimis ab alto Quadrupedantis equi. *Sil.Ital.15.* Quadrupedantum pectora. *Virg.11.Æn.* Caballus. *Perſ.1.* Pecus equinum. *Virg.3.Georg.* V. *Armentum.* Pecus generoſum, autonomaſticòs. *Ibidem.* Terga premebat equi. *Ouid.8.met.* Armenta,fig. Et bellis armenta domant, nempè equos domant ad bellum. *Stat.4. Theb.* Iumentum,& iumenta,orum.

Equulus:Eculeus,diminut. *Folledro.* Manus. *Hor.* Equus pumilus,*Ronzino.* Nouellus equus:Pullus equinus. *Quintil.* Alumnus,fig. Fręnat celeres Epirus alumnos. *Stat.1.Achill.* Pecoris generoſi pullus. *Virg.3.Georg.* Acris equi ſoboles. *Mart.6.*

Aſturco,nis, *Chinea*, de quo *Sil.It.* Paruus ſonipes, nec Marti natus,& idem, Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo: Aſtur equus; Aſturcones enim dicti ab Aſturia Hiſpaniæ regione. *Mart.* Equus tolutaris,vel tolutarius. *Sen.* gradiarius. *Lucill.* cui mollis alterno crurum explicatu glomeratio eſt.

Iugales,ium:Bijugi. V. *Currus.*

Epith. Arduus, acer, fortis,ardens,citatus,ſublimis, fugax,citus,impiger,velox,aſper,ignipes,pugnator,audax,pręceps,bellax,maculis diſcolor,mandens,recuſans fręna,obluctans fręnis,elata ceruice ſuperbus, ſpirans ignem è naribus, latè loca complens hinnitu,vel hinnitibus,longis curſibus aptus. *Ouid.1.Pont.3.*

Equorum qualitates variæ.

Veredus. *Mart.* Equus viatorius,qui publica it via, curſusq; publici cauſſa prębetur, *Caual di poſta.* Equus agminalis. *Vlp.* qui exercitum ſequitur ad conuehenda impedimenta: Iumenta dicuntur etiam. Equus calcitro. *Varr.* calcitroſus, qui calce ferit.

Equus refractarius,duri oris. *Ouid.* difficilis, ſternax. *Virg.* qui ſeſſorem excutit:Pauidus,quòd ad clamorem expaueſcat: Ceſpitator: Suffoſſus. *Idem:*qui pede ſępiùs offendit:Ceruuus. *Idem.* Lege *Seruium.*

Equus ſucculſator, ſucculſarius. *Lucill.* ſucculſor, tortor. *Non.* Crucians. *Auſon.* *Cauallo,che trotta.*

Digitized by Google

ta. Equus deſultorius, de quo facilis eſt deſultus; ideſt non ephippiatus; at ephippiatus opponitur; & vulgò *Canallo inſellato*. Equus helcyarius. *Mart.* qui helcyo munitus naues molitur, ſubducitve: eſt autem helcyum funis ductarius quo naues trahuntur.

Equus funalis, eſt qui extrà iugum tertius, ſiue quartus additur currui: equus iugalis, qui ad iugum eſt; funalis autem dicebatur, quod adligabatur fune, ſiue regebatur extrà iugum: Equus meritorius, conductitius, *Canallo di vettura*. Equus ſiue ſcutulans, ſiue ſcutulatus, vulgò *Friſone*: de reliquis V. *H. Iunium*.

Qualis vbi abruptis fugit prę ſepia vinclis Tandem liber equus, campoq; potitus aperto, Aut ille in paſtus, armentaq; tendit equarum, Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto Emicat, arrectiſq; fremit ceruicibus alte Luxurians, luduntq; iubæ per colla, per armos: deſcripe.

Canterius, quaſi carentarius. *Varr.* quòd ſemine careat equus. Caſtratus equus dicitur etiam.

Equorum inſignium nomina.

Arion; quem Neptunus & forma, & celeritate inſignem dedit Adraſto, vndè Adraſtęus appellatur à *Stat. 1. ſilu. 1.* Hunc & Adraſtęus viſum extimuiſſet Arion. Meminit etiam *Propertius*: Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion Triſtis ad Archemori funera victor equus, *lib. 2. eleg. 35*. perniciſſimus enim fuit equus. V. *Stat. 6. Theb.* Hic in ludis Archemori funebribus victor fuit excuſſo rectore Polynice. Habuit pedem dextrum humano veſtigio inſignem, vt ait *Lactantius*, humanaq; fuit vſus voce.

Bucephalus, Alexandri magni equus, de quo ſic *Plinius lib. 8. cap. 42.* Alexandri equi magna raritas contigit, Bucephalon eum vocarunt ſiue ab aſpectu toruo, ſiue ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Sexdecim talentis ferunt ex Philonici Pharſalij grege emptum. Neminem hic alium, quàm Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, &c. ſine ornamentis verò, & nudus cuilibet equiſoni ſe dedit conſcendendum, vt *Plutarchus* ſcripſit. In huius demortui memoriam Bucephalam Indiæ vrbem ad Hydaſpen fluuium condidit Alexander, vt inquit *Strabo lib. 15.*

Cæſaris equum hominis ſimiles pedes priores habuiſſe teſtatur *Plinius*: & hac effigie locatum ante ædem Veneris genitricis, qui ſeſſorem nullum alium paſſus fuit pręter ipſum Cæſarem. *Gell. lib. 5. cap. 11.* & *Stat. 1. ſilu. 1.* Cedat equus Latiæ qui contra templa Diones Cæſarei ſtat ſede fori, quem tradere es auſus, &c.

Xanthus, Achillis equus vocalis à Iunone redditus (vt fabulatur *Homerus*) qui domino obitum, lethalemq; diem nunciauit inſtare. *Hom.* Fuit etiam alter Xanthus à Neptuno Iunoni donatus equo, quem illa cum Cyllaro Polluci dedit, Caſtoriq; : eſt etiam Xanthus inter Solis equos, *vt inf.*

Cyllarus, Caſtoris, ſiue Pollucis equus; quem Lędeum appellat *Stat. 1. ſilu. 1.* qui illi à Iunone (vt *ſupra* innuimus) fuit donatus, qui poetarum monimentis clariſſimus eſt; vndè *Val. Flacc.* Paſſus Amyclea pingueſcere Cyllaro herba: Caſtoris equus. *Prop. 2. 2.* Talis Amyclęi domitus Pollucis habenis Cyllarus, &c. *Virg. 3. Georg.* Tua furto lapſa propago Cyllare dum Scythici diuerſus ad oſtia Ponti Caſtor Amyclęas remo permutat habenas. *Stat. 6. Theb.* nempè cùm ipſe omiſſo equorum ſtudio, quo delectabatur; remigem ſe fecit in Argonautarum expeditione. Xantho autem, & Cyllaro vecti Pollux, & Caſtor apparuerunt P. Vacieno cùm à pętura Reatina Romam rediret, dixeruntq; Perſen regem illo die captum; quod ille in Senatu nunciauit, vt refert *Cic. 3. de nat. Deorum.*

Neſei equi, de quibus hæc *Strabo* Hippobaton pratum quoddam eſt, per quod iter faciunt, qui ex Perſide, & Babylone in Caſpias proficiſcuntur, ibi olim paſcebantur equorum quinquaginta millia, qui armamenta erant regia Neſei, quibus reges vtebantur tamquam optimis.

Scyphos, & Arion. V. *ſup. in Hiſt.* Diomedis equi. V. *Diomedes Thracius.* & *Ouid. 9. met.*

Plutonis equi quatuor ſcilicet Orphnęus, qui obſcurus, & niger poteſt interpretari: Æthon, qui vrens: Nycteus, nocturnus à nocte: Alaſtor infeſtus, & pernicioſus. *Ouid. 5. met.* At *Claud. 1. de rapt.* diuersè interpretatur: Orphnęus, nempè dictus crudele micans: Æthon ſagitta ocyor: Et Stygij crudelis gloria Nycteus: Armenti, Ditiſq; nota ſignatus Alaſtor: Raptor agit currus, & nomine quemq; vocando Exhortatur equos, quorum per colla, iubaſq; Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas. *Ouid. 5. met.*

Solis equi, duo tantùm dicuntur *Martiali lib. 8.* Quid cupidum Titana tenes Iam Xanthus, & Æthus fręna volunt: at quatuor ab *Ouid. 2. met.* recenſentur: Pyrois, ſiue Pyrous: Ignitus, & declinatur Pyrois; oentis; vt *Val. Flacc.* Et formidantem patrios Pyroenta dolores: Eous, ab Aurora dicitur; Eos enim aurora eſt: Æthon, vrens: Phlegon; quòd ore, & naribus ignem emittat: Intereà volucres Pyrois Eous, & Æthon Solis equi, quartuſq; Phlegon hinnitibus auras, Flammiferis implent, pedibuſq; repagula pulſant. *Ouid. 2. met.* Horum

Synonyma.

Soluerat Heſperij deuexo margine Ponti Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lauabat Oceani ſub fonte comam, cui turba profundi Nereos, &c.

Digitized by Google

rapidis accurrunt paſſibus Horæ, Frenaq; & auratæ textum ſublime coronæ Diripiunt, laxant calidis humentia loris Pectora: pars meritos vertunt ad molle iugales Gramen, & erecto currum temone ſupinant.

Nox ſubit, &c. *Stat.3.Theb.* Alipedes Phœbei: Quadrupedes animoſi ignibus. *Ouid.2.met.* Equi volucres. *Ibidem:* purpurei, niuei, lucentes: Ignipedes equi. *Idem.* Equi luciferi. *Pont.* flammigeri: Alipedes Eoi. *Mant.* Alati equi. *Ouid.3.faſt.* Matutini Solis equi. *Idem 6.faſt.* Altus equis Titan radiantibus: Tunc ciet ignipedum vires expertus equorum.

Sunt autem qui alio modo Solis equos interpretantur; nam *Fulgentius 1.Mythologicôn* ſic ait: Vndè & ipſius Solis equis condigna ſic nomina poſuerunt: Erythręus, nempè rubens, quòd à matutino lumine Sol rubicundus exſurgat: Actęon, ſplendidus, quòd tertiæ horæ momentis vehemens inſiſtat, & lucidior fulgeat: Lampos, dum ad vmbilicum diei, & contra Arcticum conſcenderit circulum: Philogeus, terram amans, quòd hora nona procliuior vergens occaſibus pronus incumbat: hæc *ille*. At *Hyginus* duos mares equos, & duas fœminas commemorat Eous: Æthiops quaſi flammeus, & fruges concoquens: Bronte, & Sterope, nempè tonitrua, & fulgetra.

Lunæ equi duo dicuntur, quorum alter albus, ater alter eſt: non autem equis tantùm vectatur, ſed mulis, tauris, ſiue ceruis, eadem ſcilicet cauſſa, quòd modò appareat, modò diſpareat: Et tuas lentè Remeare bigas candida Phœbe. *Sen. in Agam.* Ille nocturnas agitare bigas Diſcit. & gyro breuiore flecti. *Idem in Hipp.* V. *Currus Deorum.*

Lucifero etiam equi, vel ſaltem equus cum curru tribuitur, vndè *Tibullus:* Illam ſæpè ferunt conuiuia dicere Bacche, Dum rota luciferi prouocet orta diem. Sed vno tantùm vectari luciferum equo communior eſt ſententia, fuſco tamen veſpere, candido autem mane, teſte *Ouidio.* V. *Lucifer.* Equi verò luciferi dicuntur Deſultores; quaſi nunciet Solem citò exiturum, vt in Circo miniſtri illis vtebantur, quo miſſus denunciarent exituros.

Martis equi duo.

Pegaſus. V. *ſuo loco.* Balius alter Achillis equus; alter enim Xanthus erat, *vt ſup.*

Equus admiſſarius.

Siue emiſſarius. *Plaut.* Qui ſobolis procreandæ gratia admittitur, *Stallone.* Quem legere ducem, & pecoris dixere magiſtrum. *Virg.2.Georg.* Magnanimum quondam generator equorum. *Idem 3.Æn.*

Equus curſor.

Equus pernix, velox: Pręit qui curſibus Euros, auras, &c. Ventorum generatus equus de ſemine: Filius auræ: Venti ſonipes: Vt natus videatur ab Euro: Alipedes equi: Epiroticus.

Equus honorarius: Maſſy'ęus equus. *Mart.9.23.* quo equitant nobiles per vrbem; & olim non freno, ſed virga gubernabant: Thracius: Theſſalicus: Æmonius: Animoſus: Campanus; nam hodie equorum ſoboles excellentior eſt Campana, Surrentina, &c. *Caual di riſpetto.* Theſſalicus ſonipes. *Luc.6.Pharſ.* Biſtonius ſonipes. *Stat.1. ſilu.1.*

Equus Troianus.

Cuius hiſtoria iam latè patet. Hunc equum *Pauſanias* interpretatur machinam fuiſſe ſubruendis muris accommodatam. V. *Cœl. lib.21. cap.27. & Homer. & Virg.lib.2.Æn.* Huius porrò equi fabricatorem Epeum Panopei filium fuiſſe aiunt ex Palladis conſilio, in quo primores Gręci exercitus fuerunt incluſi, ſcilicet Menelaus, Vlyſſes, Diomedes, Therſandrus, Sthelenus, Athamas, Thoas, Machaon, Pyrrhus, & alij cum huiuſmodi inſcriptione equo inciſa: Danai Mineruæ Iliadi dono; quem ſibi quidem fatalem incauti Teucri diſruptis mœnibus in vrbem intromiſerunt, quæ res elegantiſſimè à *Virgilio lib.2. Æn.* decantatur. Quidam non equum fuiſſe, ſed montem equina forma, haud procul ab vrbe, ponè quem exercitus in inſidijs diſpoſitus Troiam de improuiſo adortus oppreſſit. Celebratur hic equus Dureus, ſeu Durateus à ſcriptoribus, ſed nominatim ab *Homero odyſſ.8. & Lucret. Plinius* verò *lib.7. cap.56.* ſentit hunc equum arietem bellicum fuiſſe, quo quatiebantur muri.

Equus grauidus militibus. *Ouid.1. de art.* Fatalis equus. *Virg.6.Æn.* Qui armatum peditem grauis attul:t aluo. *Ibidem.* Dardanius equus: — cui vertice ſacro Dindymon, & cęſis decreuit frondibus Ida: Hunc neque diſciſſis cepiſſent Pergama muris, &c. *Stat.1.ſilu.1.* confert cum equo Troiano æneum equum à Domitiano in Romano foro erectum: Victor Palladiæ ligneus artis equus. *Prop.3.eleg.7.* Robora equi ſuſpecti. *Ouid. in Ibin.*

Abiegnus equus: Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces, ſiue artes. *Prop.3.eleg.1. & lib.4. eleg.1.* Iam benè ſpondebant tunc omina, quòd nihil illam Lęſerat abiegni venter apertus equi; vbi hęc adnotat *Beroal.* Non ſine cauſſa dictū arbitrantur erudit; nam cùm abies fulminata interitū dominę ſignificet, & Troia per fęminam perierit meritò ab:egnus, hoc eſt ex abiete cōtextus fuit ille Troiæ fatalis equus: Fatalis abies: Proditionis equus. *Ouid.1.triſt.3.* Fallax equus patrię. *Prop.3.11.* Simulata dona molis immenſæ. *Sen. in Agam.* Danaūq; fatale munus. *Ibid.* Sonipes cauernis conditos reges, bellumq; geſtans. *Ibid.*

Quem

Digitized by Google

Quem ſtruxit Epeus. V. *ſup. Epeus.* Fatalis machina. *Virg.* Durateus equus. *Lucret.* Græca ſiquidem voce, qua ligneus ſignificatur: Ligneus laqueus. *Anthol.* 1. Immortale opus Epei. *Q. Calab.* Argiuæ Mineruæ equinum opus. *Tryphiod.* Arx deceptrix intrepidę diuæ. *Idem.*

Equi triumphantium.

Hi plerumque albi coloris eſſe debebant, quamvis ab initio apud Romanos Camillus ambitus criminatus fuerit, quod albis equis inuectus in triumpho. Quibus autem currus triumphantium trahebatur, vehebantur aliquando pueri filij, affines, nepotes, cognative triumphantium; vndè illud *Suet. in Tib.* 6. Dehinc pubeſcēs Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo, cùm Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur. Idem ſcribit *Cic. pro Murena:* filios prętextatos ſedere in equis triumphantium ſolitos. Et aliqua Auguſti numiſmata ærea quatuor iunctis ad currum elephantis totidem pueri videntur inſidentes: hæc *Torrent. in Suet.*

Equi triumphantes: Quadrigæ victrices: Fortunati iugales: Capitolini equi.

EQVITATIO.

Qui ſubdit calcar equo: Premit fręna manu: Terga premebat equi: Vt ſpumantis equi foderet calcaribus armos: Ante vrbem pueri, & primęuo flore iuuentus Exercentur equis, domitantq; in puluere currus: Volat ille per hoſtes, Vectus equo, telumq; manu, &c. Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat: Exercebat equos, curruq; in bella ruebat: Dum certum flectit in orbem Quadrupedis curſus, ſpumantiaq; ora coercet: Validiſq; ſedet moderator habenis: Immitem quatiebat equum ſpumantia ſæuo Fręna cruentantem morſu, tergumq; premebat Acris equi, &c. Siue ferocis equi luctantia colla recuruas Exiguo flexos miror in orbe pedes: Nullus adhuc erat vſus equi. *Ouid.* 2. *faſt.*

ERATO.

Vna ex nouem muſis ab amore ſic dicta.

Tamdiu lato ſpatiata campo Fortis Herois Erato labores Differ, atque ingens opus in minores Contrahe gyros. *Stat.* 4. *ſilu.* 7. Nunc age quæ reges Erato, quæ tempora rerum. *Virg.* 8. *Æn.* V. *Muſarum nomina.*

EREBVS. V. *Infernus.*

EREMVS.

Solitudo: Sola arua. *Sen. in Hipp.* Deſertum; ſcilicet locum: Sola loca: Secretę ſiluæ. *Tib.* 4. *in epig.* Et in ſolis tu mihi turba locis. *Ibidem.* Arenoſa loca, deſerta: Saltus: Montes: Colles: Quo diuturna magis mihi carior omnis eremus Exulat à vulgo cum probitate fides. Qua nulla humano ſit via trita pede. *Tib.* Confraga ſiluæ, nempè ſalebroſa, inuia, aſpera. *Stat.* 4. *Theb.*

EREMITA.

Qui colit eremum: Qui loca ſola frequentat: Vaſtaq; inſedit eremo: Anachoreta: Monachus. V. *ſuo loco.* Solitarius: Siluarum incola. *Sen. in Hipp.* Habitator eremi: Cultor eremi: Incola eremi: Nemoris, tuguriq; incola parui.

Primus in Ægypto Eremita, D. Antonij teſtimonio, Paulus fuit è ſuperiore Thebaida, ipſeq; Antonius pater multorum Eremitarum; *ex hiſtorijs Patrum.*

ERGASTVLVM.

V. *Carcer.*

ERGASTVLARIVS.

Qui prçeſt ergaſtulo: Ergaſtulus autem *Lucilio.* Caraſtus. *Vitr.* ſeruus eſt ergaſtulo incluſus, qui è vinculis opus facit: Flagrio, nis. *Plaut.* quòd flagris ſubiectus ſit ob ignauiam: Verbero, & Maſtiga dicitur *eidem.*

ERICHTHO.

Inſignis quædam venefica apud *Lucanum.*

Theſſala, autonomaſt. *Luc.* 6. *Pharſ.* Theſſalis, dos. *Ibidem.* Hanc Sextus Pompeius Magni filius conſuluit in Theſſalia, num ſibi ſecunda futura fuiſſet belli fortuna çogniturus: quę ex defuncto cadauere audiri fecit triſtia fata, rurſuſq; iterato carmine reſedit cadauer. V. *Luc. in* 6. Effera damnarat nimiæ pietatis Erichtho, Inq; nouos ritus pollutam duxerat artem. *Ibidem.* O decus Æmonidum, populis quæ pandere fata, Quæq; ſuo ventura potes diuertere curſu. *Luc.* 6. *Pharſ.* Theſſala vates. *Ibidem.* Illuc mentis inops, vt quam furialis Erichtho: Impulit in collo crine iacente feror. *Ouid.*

ERICHTHEVS, & ERICHTHONIVS.

Vulcani filius, cuius hæc fabula narratur. Cùm quodam tempore Gigantum imminente bello Dijs omnibus feciſſet arma Vulcanus, ei Iupiter optionem prçmij, quod vellet poſtulandi dedit, cui per Stygem paludem ſe nihil illi negaturum iurauit. Tum ille Mineruæ nuptias poſtulauit: quod quidem Iupiter religione adſtrictus cùm negare non poſſet. Palladem clam admonuit, vt claudo fabro repugnaret, ſuamq; defenderet pudicitiam. Vulcanus igitur cùm illi tamquam vxori vim vellet inferre, ea reluctante, fortè ſemen ipſius in terram cecidit, ex quo, ac terra natus eſt Erichthonius ſine matre filius, qui cùm pedes haberet anguinos, vt illos regeret prius currum excogitaſſe dicitur. Sed Erichthonium natum in ciſtula clauſum tribus ſororibus dedit Pallas cuſtodiendum, quæ Cecropis Atticorum Regis filiæ Padroſos, Herſe, & Aglauros vocabantur; ſed cùm ex illis duæ depoſitum videre voluiſſent, viſo monſtro furere cœperunt, & ex

altiſ-

altiſſimo arcis loco ſe dedere precipites, vt narrat *Ouid. in met.* Ceterùm Erichthonius filius fuit Cecropis, frater q; dictarum ſororum, qui viuo patre deceſſit è vita: ab eo tamen Attici, ſiue Athenienſes Erichthidę, & Erichthonij dicti fuere. V. *Athenæ.*

Proles ſine matre creata. *Ouid. 2. met.* Stirps Lemnica. *Ibidem.* Sine matre creata: Vulcani fœtus: Vulcani igniferi germen. *Nonn. 27. Dion.* Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus Iungere equos. *Virg. 3. Georg.*

Erichtheus autem ſiue de quo egimus, ſiue alter rex, cultus tanquam Deus ab Athenienſibus fuit, cuius etiam filię in Deorum numero fuerunt habitæ. Fuit autem is Ægyptius genere, qui ſacra myſteria, & opertanea Atticos docuit, quæ Eleuſinia dicta ſunt tranſlata quidem ex Ægypto. Hic quidem Proſerpinæ filias immolaſſe dictus eſt pro Athenarum ſalute, qua cauſſa & ipſę cum patre tamquam Deæ cultæ fuerunt. Hunc è rure, vbi natus fuerat, Minerua ſuſcepit, educauit, & Athenienſi populo pro rege tradidit, vndè Athenæ dictæ fuerunt Erichtheæ: Qualis Erichtheis olim portatur Athenis. *Virg. in opuſc. Ciri.*

ERIDANVS.

Italiæ fluuius nobiliſſimus, quem Latini Padum dicunt, ac in Europa tota preter Iſtrum, reliquorum omnium maximum cenſent, quem regem appellat *Virgilius* fluuiorum. Oritur ex Apenninis in gremio Veſuli montis in finibus Ligurum Gabienorum viſendo fonte; primum anguſtis profluens alueis, vtpotè qui per anguſtas, cōfragroſasq; rupes, & arctas ſcopuloſi montis conualles precipitat, tantaq; vi prorumpit, vt ſummam habeat admirationem. In ſaxa hinc delabens fragore, ſtrepituq; maximo reſonat, mox in planiciem effuſus aquæ copia, quæ verſandæ molæ frumentariæ ſufficiat, temerè, latèq; nullo certo diſcurrit alueo ſpatio trium ferè milliarium, vſque ad Païſanam, vbi quaſi cuniculis ita abſorbetur, vt exigua planè ſupra terram veſtigia relinquat; poſt alterum verò milliarium rurſum exoritur ad Paracolum, vndè pergens varios torrentes colligit, amneſq; ab Alpibus, ac Apenninis profluentes, quibus mirum in modum auctus Longobardiam, & Romandiolæ partem permeat quovſque triginta expletus fluuijs diffundit ſe in Adriaticum ſeptem pregrandibus oſtijs. Oriente cane augetur liquatis niuibus agris, quàm nauibus torrentior, nihil tamen ex rapto ſibi vendicat. V. *Plin. lib. 3. cap. 16. & Polyb lib. 2. reliquosq; recentiores.* Dictus eſt autem Eridanus, cùm Padus anteà vocitaretur, à Phaëtonte, qui prius eo dicebatur nomine, in quem demerſus interijt, vt canit *Ouidius lib. 2. met.* Eſt etiam Eridanus cęleſtis propè Orionem, vndè *Catulli* locum ſic legendum putant: Proximus Eridano fulgeat Oarion: vbi ſcribitur: Proximus Hydrochoi fulgeat, &c. *Catull. in Com. Beren.* Eſt etiam Eridanus infernalis fluuius, in quo Tantalum eſſe fingebat antiquitas; quem pariter per Elyſios fluere memorat *Virgilius 6. Æn.* Plurimus Eridani per ſiluam voluitur amnis: & *Sen. in Hipp.* Me ludat amnis ora vicina alluens (loquitur Tantalus) & *Idem in Herc. fur.* In amne medio faucibus ſiccis ſenex Sectatur vndas.

Quantum Hypanis Veneto Diſſidet Eridano. *Prop. lib. 1. 12.* Padus: Heſperiosq; amnes Rhenum, Rhodanumq; Padumq;. *Ouid. 2. met.* Pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidum. *Claud.* Fluuiorum rex Auſonius. *Virg.* Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum. *Idem 8. Æn.* Phaëthonteus amnis: Dum Phaëthontei puer æquora preterit amnis: Quæ Phaëthontei colitis vada conſcia caſus. *Areoſtus.* Phaëthontius amnis. *Sil. It. 7.* Padi vndæ. *Bemb.* Ripæ Padi. *Virg. 9. Æn.* Amnis Padi. *Claud.* Liquentia flumina Padi: Eridani amnis, ſtagna. *Sil. It. 14.* Bodingus *Polyb.* dicitur, quòd fundo penè careat, & teſte *Plinio*. Liguridus ob eamdem cauſſam. Non miror hic Nilo. *Luc. lib. 2. Pharſ.* Non miror hic Iſtro. *Idem.* Quem procul à patria diuerſus maximus orbe Excipit Eridanus. *Ouid. 2. met.*

Paduſa; eſt Padi foſſa anguſta, quæ Rauennam tendit, & Paduſa vocatur: meminit *Plinius*, & *Virg. 11. Æn.* Piſcoſove amne Paduſæ: Meſſanicus amnis olim, teſte *Plinio*. Padoa. *Polyb. 2.* Aſconis foſſa, dicitur *Iornandi*. Stagna Paduſæ. *Claud.* Paduſa palus. *Vibius:* hodie *Canal di S. Alberto.*

Epith. Violentus, Venetus, Heſperius, maximus, lucidus, populifer Eridanus.

ERIGONE.

Icari Ocbali filij filia, quem ſibi comitem Bacchus adhibuit, viniq; edocuit vſum. Hic cum paſtoribus aliquādo, ſiue meſſoribus potandum exhibuiſſet, ebrij facti, ſibi venenum ab illo datum fuiſſe rati, eum furibundè necatum in puteum deiecerunt. Aberat Erigone cùm id euenit, ſed cùm illuc rediſſet à Mera cane ad locum, vbi proiectum fuerat cadauer deducta pre dolore laqueo ſe ſuſpendit, quibus etiam morte ſua fidelis parentauit canis. Deorum autem miſeratione Icarus in Bootem, Erigone in Virginem, Mera in caniculam inter aſtra collocati ſunt. Sunt qui dicunt, Meram interſecto domino ad Erigonem domum veniſſe; quam latratu, & gemitu, vt ſe ſequeretur excitauit, perduxitq; ad patrem, quem illa voluntaria nece ſecuta eſt, cùm ſe in eumdem puteum deieciſſet, ſimulq;

ca-

catella. V. *Icarus: Canicula*.

Marathonia virgo. *Stat. 5. ſilu*... à Marathone Athenis proximo oppido, vbi nata, vel ſic dicta, quaſi Athenienſis: Icaris, dis; ſunt autem qui Icarium appellant, non Icarum. V. *Icarus*. Icaria virgo: Olli cancer ineſt, leo flammiger, Attica virgo. *Fauſt*. V. *Virgo ſidus*.

Quòd hoc ſignum, quando Luna percurritur, vitem auerſetur, V. *inf. Vitis*.

ERIPHYLE.

Siue Eriphyla vxor Amphiarai, quæ monile pretioſum ab Argia Polynicis coniuge accepit hac cõditione, vt maritum cogeret proficiſci ad Thebanam expeditionem, quod ille recuſabat exploratum habens, ſe eo in bello periturum. Eriphyla verò pluris monile fecit aureum, quàm coniugis vitam; illum enim adeò perſuaſit, vt ire coegerit, ſed terræ hiatu abſorptus eſt in bello, ipſa verò à filio Alcmęone fuit interempta, teſte *Diodoro, & Stat*. V. *Amphiaraus: Alcmaon*.

Mœſtamq; Eriphylen Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit. *Virg. 6. Æn*. Aſpice quid donis Eriphyle inuenit amaris. *Prop. 2. eleg. 16*. Adraſti ſoror germana: Poſſis gaudere fideli Coniuge quam Talai, Tyndareiq; gener. *Ouid. in Ibin*. Talaus enim Eriphyle pater fuit, vt Menelaus Tyndari gener: Tu quoq; vt auratos gereres Eriphyla lacertos Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis. *Prop. 3. eleg. 12*. Coniux perituri vatis. *Stat. 2. Theb*. Talais, dis; à patre. Alcmęonis parens. Eriphylęi penates: Sic Eriphylęos aurum fatale penates Irrupit. *Idem 4. Theb*.

ERO. V. *Hero*.

ERVCA.

Herba ſalax. *Ouid. 1. de art*. Campe, es, Græcum: Frigorum contemptrix herba: Concitatrix Veneris. *Plin. & Dioſcorid*.

ERINNYS.

Vel vna Furiarum, vel commune nomen Furijs. V. *Furia*. & declinatur in genit. Erinnys, & Erinnyos; Erinnya, & Erinnyn in accuſ. Erinnyes, & Erinnes in plurali. A nonnullis bello Dea pręeſſe creditur, vndè pro bello ſumitur, diuerſamq; à furijs faciunt; vndè *Stat. lib. 5. ſilu*. Subitam ciuilis Erinnys Tarpeio de monte facem, Phlegręaq; mouit Pręlia, &c. Sunt qui ſcribant cum y. in principio Erynnis.

Hæc etiam Enyo. V. *Bellona*. Tenebrarum incola: Cui triſtia bella, Iræq; inſidiæq; & crimina noxia cordi: Virgo ſata nocte, quæ potes vnanimes armare in pręlia fratres, Atque odijs verſare domos, tu verbera tectis, Funereaſq; inferre faces tibi nomina mille, Mille nocendi artes, &c.

Epith. Inſana, atra, crudelis, nocturna, flammifera, ſcelerata, dira, minax, furialis, Stygia, improba, diſcors, anguicoma, anguibus implicita, Tragica. *Prop. 2. 20*.

ERISICHTHON.

Vir Theſſalus, Cererisq; contemptor, cuius etiam lucum excidere auſus eſt: verùm cùm annoſam quercum incidiſſet, & vnà cum illa nympham Hamadryadem, cui ſacra erat arbor illa, interfeciſſet, tanta ſubitò fame correptus eſt, vt ſua ipſius membra diſcerperet, & abſumeret. *Ouid. 8. met*.

Æthon, etiam dictus: Driope genitus ex Europa: alij eius patrem Myrmidonem faciunt: Triopeius. *Ouid*. Sacrilegus rex. *Idem*. Pharmacidis pater; duas enim filias habuiſſe dicitur Pharmacida, & Meſtram, quam alij Metram vocant; *ex Ath. Callimacho, &c*. qui quòd nymphis ſacras arbores exciderit ſacrilegus dictus fuit.

Epith. Theſſalus, profanus, auidus.

EROSTRATVS. V. *Heroſtratus*.

ERROR, ris.

Crimen. V. *ſuo loco*. Lapſus, us: Aberratio: Mendum: Menda, orum: Erratum, idem, quod error: Erratio. *Ter*. Peccatum. V. *ſuo loco*.

Epith. Dubius, malus, vanus, inextricabilis, temerarius, deuius, perplexus, vagus.

ERVBESCENTIA.

Lumen purpureum. *Virg. 1. Æn*. Ingenuus pudor. *Angerell*. In niueo mixtus candore rubor. *Ouid. 3. met*. Subitusq; inuita notauit ora rubor: Flaua Verecundus tinxerat ora rubor: Erubui, gremioque pudor deiecit ocellos, Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis erant. *Idem*. Erubuere genæ, totoq; ſecanduit ore: Senſi me totis erubuiſſe genis: Pueri rubor ora notauit: Niueos infecit purpura vultus: Inficitur teneras ore rubente genas: Virgineus rubor: Candida purpureum fuſæ ſuper ora ruborem, Deiectæq; genas. *Stat. 2. Theb*. Quis rubor ora ſubit? Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas. Manat triſti conſcius ore rubor.

ERVDITIO, &

ERVDITVS.

Cultum opus. V. *Eloquentia*. *Mart*. Conſummatus. *Idem 1*. Docto pectore profer opus. *Idem*. Cùm tibi ſit Sophiæ par fama. *Idem*. Doctus. Eloquens. V. *ſuis locis*.

ERYMANTHVS.

Mons Arcadiæ ſiluoſus, ſiue cum monte ſilua, in qua viuum aprum regiones illas populantem cepit Hercules, eumq; Euryſtheo detulit. Locus venationi ſiquidem accommodatus, & hinc celebris. Eſt etiam Erymanthus Phocidis fluuius, vndè *Ouid. 2. met*. Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho. V. *Arcadia: Phocis*.

Mons Erymanthęus. *Claud. in præf. 2. de rapt*. Nemo-

mora Erymanthi. *Virg.6.Æn.* Erymanthi ſiluæ. *Hor.1.od.21.* Erymanthi iuga. *Sen.in Herc.fur.* Aper Erymanthius,ſiue monſtrum Erymantheũ, quem Hercules cepit. *Val.Flacc.1.Arg.* Siluas Erymanthidos ambit. *Ouid.2.met.* Erymanthis vrſa. V. *Callyſto.* *Ouid.1.met.* Vulgati montes Herculeo robore. *Stat.4.Theb.* Erymanthum, & Stymphalum intelligit. V. *ſuo loco: Hercules.*

ERYSIPELAS, atis.

Vel Eryſipelæ,arum, Græcum vocabulum,morbus eſt,cancri ſpecies dicitur *Celſo*: alijs ſacer ignis: eſt tumor è feruenti ſanguine ortus; vel rubor, qui cum inflammatione, ac dolore vlcus ambit, interdum vulneri accedit,vulgò *Reſipila*.

Sacer ignis paſcitur artus. *Sen. in Oedip.* Herpes, Græcum:Erythropelas,p.breui.*Poll.* Sacer ignis. *Colum.* Ignis. *Sammonicus.* Accenſus rubor inflammat artus.

Zona. *Scribonius.* Serpens. *Lucret.* ignis ſacri ſpecies eſt, in quo ardor cutim ſerpentibus minimis puſtulis exſuperat, & per artus repentè vrit,effi-cta zona:Herpes excedens. *Had.Iun.* Ignis ſerpens,*Fuoco di S.Antonio*,vulgò ſolet dici.

ERYTHRA.

Siue potiùs Erythrea,vel Erythia, pen.prod. Inſula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules. Inſula adeò ferax,vt poſt vnam ſationem agros in ſeptimum vſq; annum nec coli,nec conſeri ſit neceſſe, vt *Pomp.Mela* refert *lib.3.*

Amphytrioniades qua tempeſtate iuuencas Egerat è ſtabulis, ò Erythrea, tuis. *Prop.4. eleg.10.* Aphrodiſias,dicitur à *Thimeo,& Steph.* Iunonis inſula; ab indigenis, quæ Erythrea dicta fuit à populis, qui ab Erythreo mari ad illam colendam venerunt: Iunonis, dis, tellus: Geryonis regnum,regna. V. *Geryon.* Gades,vrbs in inſula, quæ nomen indidit freto, quod Gaditanum appellatur, vulgò *Stretto di Gibilterra*, ſecundùm *Pherecydis* teſtimonium. V. *Gades.*

Erythra item fuit Perſei, & Andromedes filius, qui cùm propè mare, quod Rubrum dicitur, regnaret, illi nomen fecit ſuum Erythreum mare. Quòd autem Erythreus apud Græcos ruber ſignificat, hinc à Latinis Rubrum appellatum; ab ignaris autem creditum,inibi aquas rubras eſſe, quod falſiſſimum eſt;& per hoc duce Moyſe ſiccis veſtigijs Iſraeliticus populus ad ſexcenta millia abſq; paruulis, fœminiſq; ea ſcilicet parte, qua latitudo extenditur ad ſex milliaria, vel minus tranſiuit, cuius aquis ad ſua reuerſis Ægyptij milites armati penitùs obruti periere. V. *Mare Rubrum.*

Erythreum litus. *Tib.3.3.* Dictum verò Erythreum ab Erythra Rege inibi in quadam inſula ſepulto,vt ait *Strabo*. Clauſtra nouiſſima rubræ Tethyos, &c. *Stat.4.Theb.* Erythreæ vndæ. *Hier. Balb.* Cedit Erythreo quæſita ſub æquore gemma. *Idem.* Mare gemmiferum. *Prop.* Qui rubri vada littoris, Et gemmis mare lucidum latè ſanguineum tenent. *Sen.in Thyeſt.* Erythra. *Plin.lib.6.* Mare,quod Rubrum dixere noſtri, Græci Erythram: Erythreum; vndè: Ille puluis Erythrei, ſiderumq; micantium ſubducat numerum. *Catull.*

Eſt item Erythra vrbs in Aſia, vndè Sibylla Erythrea dicta fuiſſe à nonnullis dicitur, quæ tempore Alexandri magni vixit. Alij verò non vrbem, ſed vicum Idæ montis fuiſſe teſtantur, vt author eſt *Dionyſ. Halicarnaß.*

ERYX.

Sic dictus mons in Sicilia celebris, vel à quodam Eryce Rege, vel ab alio eiuſdem nominis, qui Butæ filius, Veneriſq; fuit cæſtuum pugna nobilis. In eo Veneri, quæ indè Erycina ſæpiùs vocitatur à *Poetis*, fuit delubrum ab Ænea conditum, vt nonnulli exiſtimant, eximiæ venerationis, vtpotè in quo donaria erant à varijs Prouinciæ,orbiſq; locis miſſa:ad cuius normam Romæ Q. Fabius maximus Dictator ædem alteram illi vouit, quam Duumvir creatus illi in Capitolio dedicauit. Similiter extrà portam Collinam Veneri Erycinæ vota fuit, ac conſtructa ædes à L.Porcio Lucinio Conſule ipſo bello Liguſtino, quam is Duumvir creatus dedicauit, cuius hæc *Ouid.2.de rem.*

Eſt propè Collinam templum venerabile portam Impoſuit templo nomina celſus Eryx: neq; mirum, quòd ibi Siculorum erant hoſpitia; vndè Erycina Venus;item:Templa frequentari Collinæ proxima portæ Nunc decet à Siculo nomina colle tenent. *Ouid.in faſt.*

Vertex Erycinus:Erycino in vertice Sedes fundabat Veneri Idaliæ. *Virg.5. Æn.* Templa Erycina. *Stat.1.ſilu.2.* Erycis fines. *Virg.1. Æn.* Littus Erycinum. *Idem 10. Æn.* Erycis arces. *Ouid.3. eleg.8.*

Mons Veneris,ob fanum ab Eryce filio,Butæq; ibidem conſtructum,vt diximus, cuius gloria nunquam diminuta,immò potiùs fuit aucta. Eryx verò in Sicilia regnauit,qui cùm plurimùm corporis viribus polleret,hoſpites,vt ſecum cæſtibus decertarent, prouocabant; verùm cum Hercule congreſſus, ab eo interfectus fuit; in eodem autem monte ab incolis ſepultus indito nomine.

Ad ſedes Erycis,fidumq; relatus Aceſtem. *Ouid.14. met.* Erycis vertex: Dicitur Idalios Erycis de vertice lucos Dum petit,&c. *Stat.4.ſilu.* Quæcumque generat inuius ſaxis Eryx. *Sen.in Med.* rupes enim habet ex aliquo loco inacceſſas.

Polyb.1.lib. collem,ſiue montem deſcribit:Colle ſub vmbroſo quem tenet altus Eryx. *Ouid.2. de art.*

ESACVS.

Siue Æſacus Priami filius ex Alyxothoe Nympha, qui cùm Eſperien, ſiue Heſperien nympham deperiret, dum fugientem perſequebatur, ipſa à ſerpente icta interijt, cuius rei tanto fuit dolore captus Eſacus, vt moriturus è ſcopulo ſe in mare pręcipitarit, quem Tethys miſeratione commota in mergum tranſmutaſſe dicitur. Crebenus verò, ſiue Crebene Phrygiæ fluuius nymphæ pater, filiæ amiſſæ dolore contabeſcens exaruit, factusq́; palus peſtilentes emittit exhalationes, teſte *Strabone*, qui Crebeſiam paludem appellat.

Mergus regia progenies. *Ouid.11. met.* Spatioſus in guttura mergus. *Ibidem.* Eſacon vmbroſa furtim peperiſſet ſub Ida Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni. *Ibidem.* Frater fuit Hectoris iſte. *Ibidem.* Aſpicit Eſperien patria Cebrinida ripa Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos Viſa fugit, &c. *Ibidem.* Quam Troius Heros Inſequitur, &c. Furit Eſacus, inq́; profundum Pronus abit, lethiq́; viam ſine fine retentat. *Ibidem.* Troianus, Iliacus mergus.

ESAIAS. V. *Iſaias.*

ESCA. V. *Cibus.*

ESQVILIVS. V. *Exquiliæ.*

ETEOCLES.

Oedipi ex Iocaſta eiuſdem Oedipi matre nefando concubitu filius, ac Polynicis frater, qui patre à regno oculis ſibi ſponte ſuffoſſis abeunte in exilium, eo pacto regnum ab illo accepit, vt cum fratre viciſſim, & alternatim regeret: ſed anno tranſacto Eteocles vt maior natu regni cupiditate illectus, imperium fratri tradere detrectare cœpit, vndè inter eos bellum initum eſt formidabile, in quo multi periere duces, vt *Statius* exequitur duodecim libris, tandem ad ſingulare certamen prouocatus à Polynice nullis precibus Iocaſtæ matris illum cohibere conantis, ne ad illam pugnam cum fratre deſcenderet, retentus; ſemet mutuis vulneribus confoderunt, pręſente matre, quæ annilibus venis perruptis gladio, ſe pariter cum illis interemit, illudq́; fuit obſeruatum, cùm ambo fratres in pyræ rogo comburerentur flammam diuiſam, & alteram peroſam in auras adſcendere viſam fuiſſe.

Fraternasq́; acies, alternaq́; regna profanis Decertata odijs, &c. *Stat.1.Theb.* Thebani fratres: Fraternasq́; acies fœtæ telluris hiatu. *Ibidem.* Et noua fraterno veniet concordia fumo, Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra. *Ouid. in Ibin.* Conſilio commune ſacrum cùm fiat in ara Fratribus, alterna qui periere manu. *Idem 5.triſt.5.* Nec ſegnem Argolicæ ſenſere Eteoclea turmæ. *Stat.7.Theb.*

Dum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ, Armaq́; fraternæ triſtia militiæ. *Prop.1.7.* Ponticus ſcripſit Bellum Thebaicum, quem ſecutus fuit Papinius. Non ob regna magis diris cecidere ſub armis Thebani media non ſine matre duces. *Idem 2.eleg.9.* Labdacius dux, à Labdaco proauo; nam hic pater fuit Laij, Laius Oedipi. Oedipus Eteoclis. *Stat. 2. Theb.* Labdacides. *Idem.*

ETRVRIA.

Italiæ prouincia celeberrima tribus pręcipuè nominibus ab antiquis nuncupata, Tyrrhenia, Tuſcia, & Etruria, hodie *Toſcana*: cuius fines ad meridiem eſt mare inferum, ſiue Tyrrhenum, ad ſeptentrionem Apenninus mons, vbi Vmbriæ, & Galliæ togatæ pars propè Romandiolam, cui contermina eſt, ad occaſum Liguria, à qua Macra flumine diſterminatur; ad ortum Tiberi. Regio ſiquidem nulli Italiæ beatitudine poſtponenda, quæ lętos, latosq́; aperit campos, rerum omnium fertiliſſimos, amœniſſimas valles, montes, collesq́; prędijs hortis, aboribusq́; varijs conſitis nitentes. Cuius imperium varij olim principes tenuere, nunc maiori ex parte Magno Duci, cui ab Etruria cognomen, adminiſtratur. Hinc veteribus ſacrorum ritus, & aruſpicina profecta fuit ars; bello gens clara, necnon vrbanitate, moribus, & loquela. In hac clariſſimæ, & primariæ

Vrbes.

Florentia. Senæ. Piſæ. Aretium. Luca. V. *ſuis locis.*

Peruſia: Centumcellæ: Vulſinium: Veium. V. *ſuis locis.*

Piſtorium vrbs, quam mœnibus cinxiſſe, plurimumq́; auxiſſe legitur Deſiderius Longobardorum rex; & quæ inter amœniſſimas Italiæ vrbes meritò recenſetur. Rem ſuam ipſa publicam egregiè rexit, ſed ciuilibus diſcordijs penè mœnibus, & munimine nudata Florentinæ tandem reipub. paruit; tum magno Etruriæ Duci: Piſtoria. *Ptol.* Ad Piſtores: *Anton.itiner.* Piſtorienſis ager.

Volaterræ. *Ptol.Cic.Liu.* vrbs difficili, aſperoq́; iugo impoſita, quadrato lapide pręcincta ab antiquis ſæpiùs laudata. Colonia Romana. *Frontin.* Volaterrani Etruſci. Hanc aliquando à Pannonibus euerſam, ſed paucis poſt annis ab Othone I. Imp. reſtitutam, & ſuo nomine Othonianam, ſed à poſteris corruptè Antonianam appellatam *Raphael Volaterranus* indè oriundus refert. Volaterrana vada. *Cic.Plin.* In Volaterranum verò vada nomine tractum Ingreſſus dubij tramitis alta lego. *Rutil.1.itin.* Vada ad

oſtia Cecinnæ fluminis. *Anton.*

Viterbium, ſiue Viterbum Tuſcię ciuitas, quam non admodùm vetuſtam putat *Blondus*, iacet ſpacioſo loco iugis Ciminijs à tergo imminentibus lapide quadrato ædificata, turribus plena. Inter opera publica fons eſt inſignis, & maxima cum admiratione copioſus: Vetulonia exiſtimatur *Platina*. Sutrium: Colonia Iulia Sutrina.

Oropitum. *Antonin.* Oropite. *Cat.* Vrbiuentum. *Procop.* ſiue Vrbeuetanum; eſt vrbs inſignis in Etrutia, hodie *Oruieto*: quæ etiam Vrbſuetana. Herbanum *Plin.* teſte *Volaterrano*. Vrbs vetus. *Diacon. in Longobard.* Orbitum, *in edicto Deſiderij*, nunc optimi vini ferax ager plurimum commendationis habet. Nepet, ſiue Nepeta. *Ptol.*

Corytum, vel Corythus, ſiue potiùs Coritus mons, & vrbs in Tuſcia, quæ nunc *Cortona* dicitur: Coriti arua beata. *Rutil. 1. Itin.* Extremæ vrbes Coriti. *Virg. 9. Æn.*

Cluſium, vrbs olim celebris ob Porſenæ regiam, & monumentum. Lege *Plin.* & illius adhuc veſtigia cerni ſcribit *Gyraldus de ſepulcris*. Cluſium vetus, Cluſium nouum, olim Camars appellatum, teſte *Liuio*. Cluſini veteres, & noui. *Plin.* Mœnia Cluſi. *Virg.* 10. *Æn.* Oræ Cluſinæ. *Ibidem*.

Mons Politianus, *Montepulciano*, vrbs Epiſcopatu decorata, recentiore tamen nomine; vini ferax pretioſi regio. Pientia vrbs noua titulo, & Epiſcopatu ob natalia cunabula Pij II. Pont. Max. Corſinianum *Ortelio*. Mons alcinus in eodem tractu quondam ſub Senenſi Rep.

Populonium. V. *ſuo loco: Populonia*.

Liburnum: Ligurnus portus in *Anton. itiner.* Triturrita, à nonnullis dici putatur; quæ latet expulſis inſula penè fretis. *Rutil.* Portus Piſarum, &c. *Idem*. Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat Piſarum emporio, diuitijsq; maris: Piſanus portus. *Idem 2. Itin.* Portus eſt autem à magno Duce in ſummum ſplendorem reſtauratus eiuſdem triremium ſatione inſignis, *Liuorno*.

Mons Faliſcus, mons Faliſcorum, hodie *Monteſiaſcone*, vrbs imminens lacui Vulſinio, & vino clara. V. *Faliſcus*.

Peſcia, quæ etiam Arnine ab Arnine fluuio elici putatur à nonnullis, quod non arridet; nam Arnine fluuius ſi inter Pyrgos, & portum Herculis in Tyrrhenum influit; non eſt certè quo Peſcia oppidum inter Piſtorium, & Lucam perluitur.

Pratum, opp. ob elegantiam multis ſiquidem vrbibus non inferius.

Porrò ſi littoralē Etruriæ oram vis agnoſcere, pergito cū *Rutilio Numatiano*, qui eam elegāter excurrit, *1. itin. lib.* Roma Gallias versùs nauigāte.

Alſium maritimum Tuſciæ opp. priſcum Cere putatur *Leandro*, hodie *S. Seuera*. Alſia colonia *Liuio*. Alſia tellus. *Rutil. 1. itin.* Alſienſis villa Rufi ſcilicet ciuis Rom. *Plin. iunior lib. 6. epiſt. & Cic. pro Mil.* vndè celebris Alſietinus fons, & aqua Alſietina, quæ eadem dicta fuit Auguſta, quòd nobili aquæductu illam Auguſtus in vrbem traduxerit, & hæc Alſia aqua.

Pyrgi, orum, maritimum opp. hodie *S. Marinella*. Romana colonia. *Liu.*

Agylla. V. *ſuo loco*. Caſtrum Inui, quaſi Panos caſtrum, nam Pan ab incolis Inuus quoq; appellabatur. V. *Pan.* hodie *Corneto*. Caſtrum nouum. *Ptolem.*

Centumcellæ. V. *ſuo loco*. Tauri Thermæ. *Rut.* qui illarum exequitur deſcriptionem: Meſſalæ nobilitatus ager: Grauiſcæ, arum, Tuſciæ vrbs, & Colon. Rom. *Paterc.* hodie *Montalto*: Indè Grauiſcarum faſtigia rara videmus, Quas premit æſtiuæ ſæpè paludis odor. *Rutil.* meminit etiam *Virg. 10. Æn.* Et Pyrgi veteres, intempeſtæq; Grauiſcæ: Coſa: Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas, Et deſolata mœnia fœda Coſæ. *Rutil. 1. Itin.* ibiq; lege ridiculam eius deſolationem: & hæc etiam Coſſa duplici ſ, ſcribitur, & *Orbetello* exiſtimatur.

Portus Herculis, oppidum adhuc nomen retinens: Signatus ab Hercule portus. *Rutil.* Telamon: Promontorium Tuſcię: Talamon portus. *Anton.* Mons Argentarius: Tenditur in medias mons Argentarius vndas, Ancipitique iugo cęrula curua premit. *Rutil. vt ſup.* Faleria, Tuſciæ locus maritimus cuius meminit *Idem*. Laſſatum cohibet vicina Faleria curſum. Siqui plura de Etruriæ oppidis deſiderant, adeant *Coſmograph. veteres, recentesq́;*.

Lacus.

In Etruria viſuntur non pauci, de quibus V. *Lacus*: ibi Thraſumenus. Lacus Vulſinius. V. *Vulſinium*.

Aprilis lacus, ſic dictus à Prille fluuio Tuſcię, quem ad mare deſcribitur ab *Anton.* & hodie *Lago di Caſtiglione*. Pryl s etiam à nonnullis ſcribitur in *Plin.* & è conſpectu Iluæ inſulæ eſt. Lacus marinus, ſiue ſalſus, hodie *Lago d'Orbitello*. Vadimonis lacus. *Plin.* ſub collibus Amerinis iuxtà prędia, quæ ibidem poſſidebat *Idem Plin. Iunior epiſt. lib. 8.* nunc *Lago di Baſſanello*, ab alijs *Lago di Viterbo*, Lacus Cymmius, ſiue Ciminius Elbij olim dictus lacus inter Viterbium, & Roncilionum opp. hodie *Lago di Vico*: Ad ſex millia paſſuum ab vrbe Viterbio Cimino monti ſuppoſitus, vt *Appianus* oſtendit, de cuius origine hæc referuntur à *Seruio in illud Virg. 7. Æn.* Et Cimini cum monte lacum, &c. Cùm aliquando ad hos populos veniſſet Hercules, & à ſingulis prouo-

Digitized by Google

uocaretur ad virium oſtentationem; is vectem ferreum quo exercebatur humi defixit, quem cùm nemo illorum poſſet euellere, tandem Hercules eum euulſit, vndè tanta repentè vis aquarum erupit, vt Ciminum lacum effecerit: Cimini lymphæ.

Sabatus. *Strab.* lacus, hodie *di Bracciano.* Sabatinus lacus. *Colum.* Sabatia ſtagna. *Sil. Ital.* Lacus Tarquinienſis idem eſſe *Plinio*, teſtatur *Leander*, hodie *Lago d'Anguillara*, quod ad lacus ripam oppidum huiuſce nominis ſitum ſit. Tarquinij lacus olim dictus, apud quem à Romano regno expulſus ipſe profugus exulauit. Ipſum verò Bracciani oppidum Arcennum nuncupatum olim, ſiue Barcennum, & Brygianum *Leander* aſſerit.

Bientina palus, & ſiqua alia ſit.

Fluuij.

Qui ſunt in Etruria piſcibus optimis fœcundiſſimi plurimi.

Arnus. V. *ſuo loco.* Alma. *Antonin. itin.* Auctæ dicitur *Volaterrano*, hodie Arbia, Almus, & Bortina: Auxeris. *Plin.* & Auſerus, qui & Æſaris. *Strab.* Boactus. *Plin.* qui propè Lucam preterlabitur, hodie *Serchio*. Cæretanus. *Plin.* Amnis Cæritis. *Virg. 8. Æn.* hodie *Eri*, ò *Era*: dicitur etiam Cæritus, qui & Minio. *Virg. ut ſup.* haud procul ab vrbe Agylla, quam Pelaſgi condidere. V. *notas Ioannis à Meyen in Virg. pag.* 749.

Cremera. V. *ſuo loco*. Clanis. *Plin.* hodie *La Chiana*. Clania palus: Cluſini fontes. *Hor.* ad Cluſium vrbem, vulgò *Bagni di S. Caſciano*. Ecalidus, fluu. haud procul à Vetulonijs, nunc *Caldano*. Egelidus, fluu. *Leand. Freddano*. Oſſa. *Ptol.* Larthes. *Antonino*, teſte *Leandro*, vulgò *Marta*: & hic è Vulſinio lacu effluere dicitur haud procul ab oppido eiuſdem cum flumine nominis: Pelia, fluu. hodie *Paglia*, haud procul ab vrbe Epiſcopatus titulo inſignita noſtris temporibus, nempè *Aquapendente*, preterfluens.

Thermæ Stygianæ, olim opp. *in itin. Anton.* nunc tantùm vicus apud fluuium, vulgò *Bagni di Stigliano*, ò *Bagni Sabatini Leand.* Vmbro, fluu. Tangimus Vmbronem, non eſt ignobile flumen, Quod tuto trepidas excipit ore rates. *Rutil. I. itin.* & hic fortaſſis à monte Vmbrone (qui nunc *S. Quirico*) nomen acceperit.

Preter hos alij recentioris nominis recenſentur à *Coſmographis*, vt Lauentia; Cecinna; Cornia; Brunus; Albengia; Floris; Vacina; Sanguinaria, &c.

Montes.

Apenninus: Soracte. V. *ſuis locis.* Ciminus Viterbio imminens. *Virg.* meminit. Feſulani montes, ſic dicti à Feſulis, quæ vrbs fuit olim celeberrima, è cuius ruinis ſub Totila natam Florentiam aliqui exiſtimant: *Oroſius* meminit montes Feſulanos: Apuanorum montes, Segannorum, & Teguliorum, hodie *Montagne di Lunigiana, e di Carrara*: & ibi oppidum non ignobile Apuanorum, nunc *Pontremoli.* Tinni montes. *Strab.* Tunniatus, ſiue potiùs, teſte *Ortelio*, Tunnias, & Tunnias; cuius iuga, hodie *Radicoſani, e S. Flora*.

Siluæ olim celebres in Etruria: Vulſinienſis haud procul à Balneoregio, quod natali illuſtrauit ſuo D. Bonauentura Franciſcanę familię decus: Silua Ciminia, *Boſco di Viterbo*. Meſia ſilua, *Boſco di Baccano*. *H. Iun.*

Inſulæ ad Tuſciam pertinentes: Ilua. V. *ſuo loco*. Igilium, *Iſola del giglio:* Eminus Igilij ſiluoſa cacumina miror. *Rutil. Numat.* qui etiam laudat I. *itin.* Gorgon, ſcopulus, ſiue inſula: Aſſurgit Ponti medio circumflua Gorgon Inter Piſanum, Cyrnaicumq; latus. *Idem.*

Synonyma.

Oræ Tyrrhenæ. *Virg. 7. Æn.* à Tyrrheno, quo cingitur à meridie Etruria mari. V. *Mare Tyrrhenum*. Oræ Tuſcæ. *Idem* 10. *Æn.* Sedes Tyrrhena. *Idem* 7. Tyrrhenæ: Tyrrhena regna. *Idem:* arua. *Idem* 8. *Æn.* oppida. *Idem* 11. *Æn.* Domus. *Stat.* 4. *ſilu.* 2. Rura. *Idem* 5. *ſiluar.* 2.

Etruſca humus. *Ouid. 2. faſt.* Iuga. *Virg. 8. Æn.* Vrbs Etruſca ſolo. *Idem* 10. *Æn.* Etruſcum ſolum. *Bemb.* Ille per Etruſcas rupes, atque auia ſaxa: Littus Etruſcum. *Hor. In carm. ſec.* Etruſci aggeres. *Prop.* 1. 21. montes. *Ibidem.* Iuga Tuſca. *Mart.* &c. hinc

Populi.

Etruſci: Tuſci: Tuſcus ſanguis. *Ouid. 2. faſt.* Tyrrheni: Tyrrhenum agmen. *Ibidem.* Gens Lydia Diuùm, Quæ manus intereà Tuſcis comitetur ab oris. *Virg. 10. Æn.* à Sardis enim, quæ Lydiæ vrbs eſt, profecti ſub Tyrrheno duce Tuſciam habitarunt. Tuſci verò Romanorum bellis depreſſi Romam profecti, ſiue traducti in monte Cęlio habitaſſe dicuntur; quem cùm nimis muniſſent, aliquid de illis ſuſpicari Romani in planum locum eos deduxere, quibus vicus attributus, qui ab illis Tuſcus nuncupatus fuit. Inter Turrigenas Lydia tota ſuos. *Rutil.* Turrigenæ porrò nominantur à multitudine turrium, quibus paſſim in Etruria muniebantur vrbes.

Tyrrhenę acies. *Virg. 10. Æn.* Populi Etruſci. *Ouid. 1. faſt.* Gens Tyrrhena. *Idem 3. met.* Gens antiqua Etruſca. *Prop.* 2. 1. Etruſcæ gentis alumnus. *Cor. Gall.*

Tuſci verò inter alios Deos Vertumnum precipuè colebant, quem etiam appellarunt Ianum: Tuſ-

cus ego Tuſcis orior, nec pœnitet inter Prelia Volſinos deſeruiſſe focos. *Prop.4.eleg.2.* V. *Vertumnus.* Fuit autem olim Etruria ſuperſtitionis mater, teſte *Arnobio in* 7. contra gentes, nunc autem vrbanitatis,& ingeniorum.

EVA.

Adami vxor, prima omnium parens, quæ ex eius coſta exempta ab ipſo rerum omnium conditore in mulierem formata illi ſocia fuit, & coniux tradita. Sed ſerpentis dolo decepta diuinum cum viro tranſgreſſa iuſſum è Paradiſo ſecum deiecta illi filios Cainum, & Abelum peperit: tum Sethum, cęterosq́; vt *in ſacra Geneſ.* Abelum interfectum centum annis cum viro in quadam ſpelunca,quæ adhuc in Palęſtina viſitur,luxiſſe narrant;non tàm autem filij obitum, quàm crimen,& Caini filij perditionem eos deploraſſe credendum eſt,primumq́; à ſe commiſſum nefas, vndè mors, mortisq́; mala deueniebant. In eadem ſpelunca ambos ſepultos referunt nonnulli, in qua etiam poſteà Abraham, Sara; Iſaac, & Rebecca; Iacob, & Lia cum Ioſepho Patriarcha tumulati fuerunt poſt multa ſecula; quamvis ab alijs propè Sichem protoplaſti ſepulti dicuntur ad ipſam vrbem Samariæ. Lege *Adrichomium in Theatr.Ter.ſanct.*

Prima parens:Heu quantum nocuit toti tunc vnica mundo Inſidijs Satanæ fœmina facta nocens! Credula coniux leges, & fœdera ſoluens: Cùm tam cęleſtia fœdera rupit Primus homo,& morti ſeſe,& genus omne futurum Subderet Eua parens blandis heu credula dictis:Heua etiam ſcribitur:Viuentium mater.

EVADNE.

Martis filia ex Thebe; vel Philęi ex Iphia, vt referunt, vndè ipſe patronymicos dicitur Iphias, vt *inferiùs:* Capanei coniux, qui in bello Thebano occubuit. V. *Capaneus:* cuius vxor cùm illum è ſcalis deiectum, vel Iouis fulmine extinctum audijſſet, tàm effusè doluit, vt protinùs ſtupore diriguerit. Vel,vt alij,cùm funus viro celebraretur in flagrantem rogum prę nimio amore ſeſe immiſerit, vndè *Stat.* Turbine quo ſeſe caris inſtrauerit audax Ignibus Euadne, &c.

Iphias, dis: Accipe me Capaneus, cineres miſcebimus, inquit Iphias, in medios deſilijtq́; rogos. *Ouid.5.triſt.15.* Ianira, alio nomine fuit dicta Iphiæ filia: Iphide nata: Iphidis filia: Capanei coniux: Coniugis Euadnæ miſeros elata per ignes Occidit Argiuæ fama pudicitiæ. *Prop.1. eleg.15.* Fida coniux. *Idem.*

EVANDER.

Mercurij, & Carmentis filius, qui cùm patrem imprudens occidiſſet, relicta Arcadia, in Latium cum matre venit; vndè pulſis aboriginibus in Palatino ſibi conſtruxit domicilium oppido Pallanteo ibidem ædificato à nomine Pallãtis proaui ſui,vt *Virg.* ait *8.Æn.* Alij dicunt,Aborigines non expuliſſe, ſed vnà cum ſuis Arcadibus illos authoritate quadam magis eos rexiſſe,quàm imperio, vt inquit *Liuius.* Quem ipſi propter excellentem eius eruditionem,& ſummam ſapientiam, veluti Deum coluerunt. Deindè etiam Romani diuinos ei honores tribuerunt ara condita, & quotannis ſacrificia illi tamquam alijs Heroibus obtulerunt, vt teſtatur *Dionyſ. Halic. lib.1.* Ara autem ei dicata fuit apud Auentinum collem propè portam Trigeminam, quæ poſteà Oſtienſis,tum hodie à D.Paulo dicitur. Ad hunc *Virg.* narrat Æneam acceſſiſſe ſuppetias ſibi, auxiliumq́; contra Rutulos(quibus cum ille pugnabat) petiturum;cui filium Pallantem cum ſocijs armatis conceſſit.

Euandrus: Tum pater Euandrus dextram complexus euntis Hęret,&c. *Virg.8.Æn.* Genus à Pallante profectum. *Ibidem.* Rex Arcadius,à patria. *Ibidem.* Nonacrius Heros. *Ouid.5.faſt.* Pallantius Heros. *Ibidem.* Rex Arcas,dis. *Virg. 7.Æn.* Arcas: Arcade maior eras montibus Auſonijs. *Ouid.1.faſt.* Romanæ conditor arcis;ipſe enim primus fundamenta iecit arcis,qua pro Regia deindè Cæſares vſi fuere. V. *Mons Palatinus.* Palatinus Heros:Sceptra Palatini,ſedemq́; periuit Euandri.

Epith. Parrhaſius, Palatinus, exul,profugus,Pallantius,Nonacrius.

EVANESCENS.

Diſparens; de imagine, ſiue de viſione: Eſt tenues dilapſus in auras. *Ouid.3.Pont.3.* Vaneſcens: Euanidus. *Idem.* Caducus:Tenuesq́; receſſit in auras:Tenues fugit ceu fumus in auras:Mortales viſus medio ſermone reliquit: Et procul in tenuem ex oculis euanuit vmbram:Exceſſit in auras: Nocti ſe immiſcuit atræ: Tenues vaneſcat in auras: His medium dictis ſermonem obrũpit, & auras Ægra fugit, ſeq́; ex oculis auertit,& aufert.

Sic fata in tenuem Phœniſſa euanuit vmbram: Effugit imago par leuibus ventis,volucriq́; ſimillima ſomno: Inter complexus excidit vmbra meos: Dixit & ex oculis ſubitò ceu fumus in auras Commixtus tenues fugit diuerſa, neq́; illum Prenſantem nequicquam vmbras, & multa volentem Dicere prętereà vidit, &c. Ter fruſtrà comprenſa manus effugit imago Tabuit,inq́; leues paulatim euanuit vmbras: Et in tenues oculis euanuit auras. *Ouid.2.faſt.*

EVANGELIVM.

Chriſti verba: Concio diuina: Verba ſacra: Diuini ſemina verbi:Vitæ verba:Diuini chronica verbi; ſeriem enim continet vitæ, annorumq́; Chriſti: Nuncia lęta geniti ſine ſemine Verbi: Euangeli-

ſtæ

ſtæ quattor, qui Chriſti vitam digeſſere, nempè Ioannes,& Matthæus Apoſtoli,Marcus,& Lucas, de quibus V. *ſuis locis*.

EVBOEA.

Inſula Bœotiæ adiacens, à qua breui euripi alueo diſtinguitur, admodùm longa; quæ & Macris fuit quondam appellata, & Macra, *Plinio* teſte. Chalcis, Abantis, & Aſopis, ære ibi primùm reperto. Duum millium ſpatium habet, vbi arctiſſima eſt; ambitus autem eſt trecentorum, ſexaginta quinque milliarium: tritico, leguminibus,vino,oleo, & arboribus, quæ nauibus fabricandis cenſentur idoneę mirum in modum abũdans regio: varias continet vrbes, vt *infrà:* duos amnes tantùm in hac inſula eſſe *Strabo* ſcribit, Cerum, & Neleum diuerſarum certè naturarum: Nam ſi animalia ex vno potent albeſcit pilus eorum,alterius autem aqua pota pellem illi nigrantem efficit. Eſt & euripus, quem *Liuius* Euboicum ſinum vocat,rapidum mare, & alterno curſu ſepties in die,totidemq́; nocte fluctibus inuicem verſis, adeò immodicè fluens,vt ventos etiam, ac plenis, tumidiſq́; velis nauigia fruſtretur. Cuius cauſſas cùm reperire non poſſet Ariſtotelis mœrore contabuiſſe fertur, ſiue morbo, ſiue alia de cauſſa. Dicta autem fuit Eubęa ab heroicæ indolis matrona huiuſce nominis, hodie *Negroponte*. Hæc autem olim, vt diximus.

Macra, & Maeris: Abantis, & Abantia,cuius populi Abantes ab *Homero*,nunquam autem Eubœnſes appellantur.

Chalcis, & Chalcodontis, & Aſopis, *Plinio* teſte. Oche, & Ellopia. *Strab.* in qua celebres olim

Vrbes.

Chalcis,dis; ad euripum ſita, vndè etiam à *Ptol.* dicitur cognomento Chalcis ad euripum; quo diuiditur à Bœotia, ponte tamen coniuncta, vbi mare in anguſtias arctatur; ſic dicta à Chalcide filia Aſopi,vt vult *Steph.* aut certè, quòd ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ: Chalcidos Euboicæ vana ſpe capta parabas. *Luc.5.Pharſ.* clara vrbs Ariſtotelis, qui ibi perijt Euphorionis quoque poetæ patria, qui pręfuit bibliothecæ Antiochi magni in Syria. Vrbs etiam Stymphelus, Halicarna, Euripus, Hypocalcis *Ptol. Strab.* dicitur.

Caryſtos vrbs marmore nobilis, quod indè Caryſtium appellatus; & hæc Chironia, & Ægea *Steph.* An ferax varij lapidis Caryſtos. *Sen. in Troad.* Quaq́; Caryſtęis frangitur vnda vadis. *Ouid.3.faſt.* Eſt autem Caryſtos propè montem Ocha,vndè etiam Ochalia dicta fuit:Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. *Luc. lib.5. Pharſ.* Oræ arctatæ fluctibus Euboicis. *Stat.2.*

Theb. ob arctantem Euripum: Pyrrha, vrbs Eubœæ. *Plin.& Mela:* & huc fortaſsè referendus locus *Ariſtotelis*,qui Pyrrhęum Euripum meminit, qui à nonnullis Lesbo tribuitur ob aliam eiuſdem nominis vrbs, pręſertim cùm in Eubęa deceſſerit Ariſtoteles. Porthmus, vrbs Eubœæ.

Caphareus, ſiue Capherens Eubœæ promontorium. V. *ſuo loco.* Cenęum. *Ptol.* & *Strab.* ſed *Plinio* ſcribitur Cęneum, in eadem inſula promontorium eſt: meminit *Sen. in Herc.fur.*

Eretria, locus in Eubœa *Strab.* apud quem vicus eſt, ſiue pagus Amarynthus, in quo Diana ſolemniter celebratur, quæ indè Amaruſia dicta eſt. Lege *Strab. lib.10.*

Amarynthus eſt etiam *Pauſania* inſula apud Eubœam: forſitan idem pagus aliquo paruo ſeiunctus Euripo nomen inſulæ obtinuit. Hellopia, ſiue Ellopia, Eubœæ locus eſt *Steph.* vndè Hellopiæ aquæ calidæ leguntur in hac inſula apud *Plin. & Solinum*.

Euripus. V. *ſuo loco*.

Synonyma.

Eubœi campi:Vnda Euboica. *Sen.in Herc fur.* Mare Euboicum. V. *ſuo loco.* Sic Chalcida fluctus Expellunt fluuij. *Stat.1.ſilu.3.* Abantia claſſis; ideſt Euboica. *Idem 4.ſilu.8.* nam Abantes pop. ex Aba Phocidis vrbe Eubœam incoluere, vndè etiam ipſa inſula (vt *ſuperius* dictum) Abantia, & Abantis dicta fuit, vndè Colonia Cumas in Italia deuecta vrbem incoluerunt. V. *Cumæ: Neapolis.* Vitibus conſita tellus. *Theocr.*

EVCHARISTIA.

Explicatione noſtra non indiget, quæ pia, puraq́; mente debet à Chriſti fidelibus iterata ſępiùs frequentatione ſumi:Cuius encomia,virtuteſq́; eũcti Patres celebrant.

Cęleſtes epulæ. *Muret.* Panis Chriſti:Diuinæ dapes.*Bencius.* Pocula menſæ munera Chriſte tuæ. *Idem.* Liba vitalia. *Mant.* Panis vitalis:Vitales epulæ Sacramenta: Sacra Ceres: Cęleſtis menſa Deorum. *Pont.* Ambroſiæ diuinæ munera:Cęleſtia pabula: Superorum menſæ: Cęleſtiq́; cibo mentem, potuq́; refectus: Sanctiſſima primum Aurea pyxis, vbi niueum complectitur orbem Cęleſtis cruſti. *Petr.Ang.Barg.Syr.1.* Certa ſalus iuſtis: Panis adeſt Chriſtus.

Hoc eſt corpus, ait, meus hic de vulnere ſanguis Fundendus;commiſſa hominum qui diluat, &c. Vita pijs erit, atque eadem mors ſontibus eſca, Vno,eodemq́; ſalus fluet,atq; è fonte venenum. Sic ait, atque ſuis manibus ſeſe ipſe ferebat Ipſe onus, ipſe oneris moderator, & auctor Ipſum ſe nobis epulandum prębet: Nam quæ panis erat, quæ vini eſſentia quondam Fecit, vt in Chriſti corpus, ſacrumq́; cruorem Tranſierit ſubito ſaluis

Digitized by Google

uis vtriuſq; figuris: Suprema ſalutis Hoſtia, quæ perpeſſa plagas, & vulnera dira: Corpus, ait, ſanguiſq; meus, qui funditur hic eſt, &c. Angelicus panis: Angelicæ epulæ, dapes.

EVENVS. V. *Ætolia*.

EVGANEI.

V. *Patauium: Venetia*.

EVMÆVS.

Creſſij Ormenij filius Syrus emptus à Laerte Vlyſſis patre in agrum curandum ſumma fidelitate prçditus, qui Vlyſſem vniceè dilexit vſq; ad ipſius aduentum, eumq; iuuit in vlciſcendis vxoris procis.

Quem fortuna finit non mente fidelior ægra Sperauit tardi reditus Eumæus Vlyſſis. *Stat. 2. ſilu.* Subulcus Vlyſſis; *ex Hom.*

EVMELVS.

Admeti Theſſaliæ regis ex Alceſte filius, cuius filiam in auem conuerſam fuiſſe narrat *Ouidius 7. met.* Eumeliq; domum lugentis in aëre natam, &c.

Troianus quidam fuit item Eumelus ſocius Æneæ. Incenſas perfert naues Eumelus, & ipſi Reſpiciunt, &c. *Virg. 5. Æn.*

Fuit & alius multo ante Eumelus ex Helenæ amatoribus. *Hom.*

EVMOLPVS.

Muſæi poetæ filius, qui ante Homerum ſcripſit carmine; à quo Eumolpidas ſacrorum quorumdam prçſides dictos volunt, quorum meminit *Æſchines in orat. contra Cteſiphont.* Hic quintus ab Eumolpo Thrace Deiopes Triptolemi filio. *Diodorus* verò Eumolpum Ægyptij generis regem fuiſſe tradit, ab eoq; dictos Sacerdotes, ſeu magiſtratus Athenienſes. Alij dicunt Eumolpum vatem fuiſſe Athenienſem, Bacchiq; Sacerdotem, vndè *Ouid. 11. met.* Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo, & hic quidem Triptolemi filius, ſuperioris Eumolpi tritauus, vt *Apollodorus* tradit, Cerealia inſtituit, vndè Eumolpia dicta fuere, teſte *Sophocle*. V. *Cerealia*.

Cecropius vates: Eleuſinius vates.

EVMENIDES.

Sic Furiæ appellatæ, quæ habent pro crinibus angues. V. *Furia*, vbi multa dicentur.

Agmina Eumenidum. *Virg. 3. Æn.* Tiſiphonęa cohors. *Pont.* Crudeles Erebi, Ditiſq; miniſtræ. *Idem.* Sorores nocte genitæ. *Ouid. 3. met.* Eumenides miniſtræ funeſtorum operum. *Stat. 4. Theb.*

EVNVCHVS.

Qui etiam ſpado dicitur, eſt vir euiratus. Domitianus Cæſar legem tulit, qua mares euirari prohibuit, teſte *Suetonio:* idem ſpadonum pretia, qui apud Mangones erant moderatus eſt. Qui primus ſibi virilia amputauit dicunt Atyn, de quo *ſuperiùs ſuo loco:* id autem faciunt Samia teſta faciebant, quam acutum ſilicem appellat *Catullus*. Eunuchi Perſis, Babylonijs, ac Ægyptijs in magno pretio fuere: & nunc etiam apud Sinas, Iaponioſq; quorum cuſtodiam adhibent reginis reges. Cleopatra eunuchos plurimos habuit à cubiculis, quos *Horatius* turpes viros appellat, quia ferè hi effœminati ſunt, quorum concubitu delectari mulieres *Mart. Iuuenaliſq;* teſtantur, vndè ait *Terentius:* Quoniam his reginæ delectantur. V. *Cæl. Rhodig.* Eſt autem pulchrum in *Herodoto* exemplum cuiuſdam Hermotimi, qui à Pęonio viro quodam euiratus in quęſtum eandem illi per filios eiuſdem retribuit pœnam genitalibus reciſis. Lege *eumdem lib. 8.*

Semimas: Ibunt ſemimares, & inania tympana tundent. *Ouid. 4. faſt.* Ille etiam ſaxo corpus laniauit acuto: Onus inguinis aufert, Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicti viri. *Ibidem.* Spado, nis; is dicitur, cui euulſi ſunt coles, ſiue cremaſteres, vndè Spadones naſci nequeunt, vt eunuchi, ſed fiunt. Gallus Priapus, dixit *Mart. 1. 3.* pro caſtratus: Sterilis vir: Hoc ſteriles ſenſere viri, &c. *Idem 3. 89.* Gallus Cibeles miniſter; nam ferè omnes Cibeles Sacerdotes erant olim eunuchi, qui de Samia (vti diximus) teſta euirabant, vt inquit *Idem 3. 80.* Nam ſis licet inguine Gallus. *Ibidem.*

Nec vir, nec fœmina: Semiuir. *Ouid. 4. met.* Grex ſemiuir. *Mart. 3. 90.* Semiuis comitatus. *Virg. 4. Æn.* Spado, de quo paullò *ſuperiùs:* Spadone cùm ſis euiratior fluxo. *Mart. 5. 42.* v. ſcazon. Dindymus. *Idem 6. 39.* & hi Cibeles miniſtri à monte Dindymo: Sectus Gallus Entheæ matris: Prçficit exectos ad munia fœda miniſtros; *ex eod. 6. 2. P. Ang. Barg.* Et famulos inter fœmina trita ſuos. *Prop. 3. eleg. 10. ſiue 9.* in quo loco eunuchos intelligit. V. *Galli Sacerdotes.*

Mutua qui Veneris gaudia noſſe nequit; *ex Ouid.* Puer auari Mangonis arte ſectus: Non puer auari ſectus arte Mangonis Virilitatis damna męret ereptæ. *Mart. 9. 7.* Nec faceret ſteriles ſæua libido viros. *Idem 9. 9.* Qui primus pueris genitalia membra recidit Vulnera, quæ fecit debuit ipſe pati. *Ouid.*

Mollitus puer: Haud vlli puerum mollire poteſtas Tradita, &c. *Stat. lib. 4. ſilu.* de ſexu tranſire iuſſus puer. *Idem 2. ſilu. 6.* Nunc frangere ſexum, Atque hominem mutare nefas, &c. *Ibidem.* Vir dubiæ formæ; dubium eſt enim, an ſint homines, an fœminę, prçſertim ſi muliebrem induant amictum. *Ibidem.*

Epith. Emaſculatus, imbellis, rugoſus, imberbis (nunquam emittunt ſi à pueris euirentur) tener, euiratus, fluxus, delicatus.

EVPHORBVS.

Panthi Troiani ex Phrontide filius, qui in Troia-

Digitized by Google

no bello à Menelao fuit haſta transfixus, cuius anima (iuxtà *Pythagora* ſententiam) in Pyrrhũ quemdam Cretenſem tranſijt, & indè in Eleum quemdam, qui parum ignotus, poſteà in Æthalidem Mercurij filium; poſtremò in Pyrhagoram, vt ipſemet teſtatur apud *Ouid.* 15. *met.*

Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam Hęſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ: Cognoui clypeum, lęuæ geſtamina noſtræ Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis: Panthoi, vel Panthi filius: Primus Pythagoras. V. *Pythagoras*. Panthoides. *Horat.*

EVPHRANOR.

V. *Statuarij inſignes.*

EVPHRATES.

Fluuius inſignis in Syria, ita dictus ex Hebraico fonte ab abundantia, ſiue fructuum fœcunditate, in quem influit fluuius minor, qui ab Ezechiele Chobar appellatur, propè quem viſiones cęleſtes contemplatus fuit, quem modò orientales Chabor nuncupant. Tigride multo maior eſt, ſeu non abſimilis: at plus terræ circumobit; nam ſupra Zaranda ortum habens, vndè & ibi nomen ſumit, ſub montis radicibus ab accolis Chabote nominati ex maiore funditur Armenia, qua celer, & fremens Cappadociam rectà petit, vndè ſe flectens poſt ducentorum paſſuum millia Taurum montem fracto nonnihil curſu perrumpit, hinc ſaxoſus, & violentus Meſopotamiam pręterlabitur diuerſa alluens oppida, Epiphaniam, Antiochiam, quæ ad Euphratē vocatur Zeugma, Apamiam, Seleuciam, circa quam infunditur, & Vram; ac Tigri pręterfluente ab orientali parte, ab occidentali verò ipſe Euphrates Babylonem petit, quam permeat, mox in paludes diſtrahitur, Tigriq; commiſcetur, qui ſimul iuncti duobus magnis oſtijs alio ab alio ſatis longè diuerſo ſeſe in Perſicum ſinum ambo exonerant; vndè vagum Euphratem appellat *Stat.* 5. *ſilu.* Pyxiratus primùm dicitur, deindè Omira per Taurum erumpens: Medus, & Zaranda, apud *Plutarch.* Parath, ſiue Perat *Hebrais* dicitur: Phora. *Ioſeph.*

Aſſyrium flumen. *Callimach. Mant.* Cęlo gratiſſimus amnis: Babylonius amnis. *Ouid.* 2. *met.* Secans Babylonia medijs aquis: memoratur autem pons magnificentiſſimus in vrbe Babylone à Semiramide regina ſuper Euphratem conſtructus: Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem, &c. *Virg.*

Creſcit Euphrates Nili modo æſtatis diebus, Meſopotamiam inundat Sole obtinente vigeſimam partem Cancri, minui incipit, Virginem, & Leonem tranſgreſſo, in totum remeat vigeſima parte Virginis; vndè *Luc.* 3. *Pharſ.* Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates, quos non diuerſis fontibus edit Perſis, & incertum tellus ſi miſceat amnes, Quod potius ſit nomen aquis, ſed ſparſus in agros Fertilis Euphrates Pharię vice fungitur vndæ: vbi obſerua, incerti nominis tellurem dici, vndè profluunt; nam ex Paradiſo Terreſtri proficiſci certum eſt; *ex Gen.* & *Boetius* 5. *de conſolat.* Tigris, & Euphrates iuncto ſe fonte reſoluunt, Et mox abiunctis diſſociantur aquis: Regium flumen, dicitur Aſſyrijs.

Tigris, & Euphrates ſub tua iura fluent. *Prop.* 3. 4. nempè regna Parthorum, atque Perſarum, per quæ perfluit Euphrates: Iam negat Euphrates equitem poſt terga tueri Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet. *Idem* 2. *eleg.* 10. Hiſtoria nota eſt quemadmodùm Craſſi, pater, & filius bellum Parthis illaturi Euphratem tranſierint; & victi pręlio fuerint; in quo filius cecidit: deindè Craſſus pater dolo euocatus in colloquium à Surena duce Parthorum interemptus fuerit: ſigna tamen, & captiuos ijs bellis ademptos remiſit Auguſto Phraates illorum rex, cui filios, nepoteſq; dedit obſides.

Epith. Tumidus, vagus, fertilis, celer, altus, Babylonius, Palęſtinus, ſecans leui agmine rura.

EVPHROSINE. V. *Gratia.*

EVRIALVS.

Opheltes Troiani filius, qui à primęua ætate à patre bellis aſſueto doctus, Æneam profugum à patria ſecutus Niſo factus eſt comes indiuiduus, & inter amicorum paria connumeratus, qui è caſtris emiſſi, ad Æneam certiorem faciendum de ſuorum periculo, hoſtium excubias vino, ſomnoq́ue obrutas offenderunt, vbi Rhamnetem cum magno Rutulorum numero trucidarunt, eorum ſpolijs acceptis. Verùm inſtante luce, cùm ſe recipere vellent Volſcentis equitibus conſpectis ad ſiluas confugere; ibi Eurialus armorum pondere, viæq; errore impeditus in hoſtes incidit, & à Volſcente fruſtrà deprecante Niſo confoſſus fuit. Verùm Niſus cæſo Volſcente, & Euryali nece ſtrenuè vindicata multis vulneribus confixus ſuper amici corpus concidit. Egregiè hanc hiſtoriam exequitur *Virg. lib.* 9. *Æn.*

Opheltæ filius: Hyrtacidæ comes. *Ouid. in Ibin.* nempè Niſi Hyrtaci filij: Obſtupuit magno laudum perculſus amore Eurialus. *Virg.* 9. *Æn.* ſunt qui ſcribant cum y: Ipſe comes Niſo graditur. *Ibidem.*

EVRIPIDES.

Poeta, quem Τραγικώτατον vocat Ariſtoteles, & Μισογύνης ob vitæ caſtitatem, nempè mulierum oſor: Athenis natus, quamvis aliqui Salamine ortum dicant anno primo Olympiadis LXXV. quo tempore Perſæ, Xerſe duce, victi ſunt. Audi-

dictor fuit Anaxagoræ, & Socratis. Cum Platone diſcendi cauſſa in Ægyptum ad ſapientes, & Sacerdotes profectus aliquando eſt,teſte *Diogene Laertio*. Tragœdiam cępit ſcribere annos natus duodeuiginti, cuius ſpeluncam tetram,& horridam, in qua fama erat Euripiden ſcriptitaſſe *Gellius* affirmauit ſe vidiſſe. Scripſit tragœdias nonaginta duas, quarum decem, & nouem tantùm ſuperſunt. Alceſtidi poetæ tragico obijcienti, quod intra triduum tria tantùm carmina compoſuiſſet,ſe verò centum,reſpondit:Sed hoc intereſt,quòd tua carmina triduo tantùm, mea verò in omne tempus ſufficient. Corruptus à Corinthijs quinque talentis, in Medeam filiorum ſuorum cędem tranſtulit ab ipſis Corinthijs in matris odium interfectorum, vt eius *Scholiaſtes* refert. Mortuus eſt annum agens ſeptuageſimum quintum à canibus Archelai diſcerptus; veluti *Gellius*, & *Val. Max.* prodiderunt; ſic etiam *Ouid.*

Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ Dilaniet vigilũ te quoq; turba canum;*Ouid.in Ibin.* Mneſarchi, & Cletones filius. *Philoch.* Salaminius Tragicus. Tragœdus Cyprius: Attica Melpomene.

Vixit tempore Archelai Macedonum Regis, à quo etiam ſummo honore habitus fuit, qui etiam eius oſſa Pellam iuſſit transferri, repulſis Athenienſium precibus,qui ſæpè per legatos tentauerant, vt ciuis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

EVRIPVS.

Fretum illud reciprocum inter Bœotiæ Aulidem,& Eubœam ſepties die, ac nocte rapidè fluens, refluenſq;. V. *Eubœa.*

Euripus vndas flectit inſtabilis vagas, Septemq; curſus flectit,& totidem refert, Dum laſſum Titan immergit oceano iubar. *Sen. in Herc. Oet.* Hic autem Euripus ponte iunctus eſt, duorum iugerum ſpatio;turris vtrinque,& à Bœotia, & à Chalcide extat, teſte *Strab.* Euripus Chalcidicus,Euboicus. *Euſtath.* Euboici Euripi vnda. *Sil. Ital.* 14. Euripi vagus æſtus. *Syneſ.in Hymn.*

Sunt etiam Euripi tractus anguſti inter vada,& exiliores aquarum ductus per tubos,aut fiſtulas. V. *Aquaductus.*

Eſt etiam Euripus, de quo fit mentio apud priſcos in Circo Romano, nempè locus inter vtramque metam deductus in modum aggeris ſatis altè è terra elati,eiuſdem cum metis latitudinis,quibus coniunctus vtrinque erat ab vna ad alteram pertingens: Spina Circi eadem dicta à veteribus. Dictus autem Euripus in Circo non ex aqua, cùm nihil eſſet in medio Circi; ſed quod ſepties circa eum currerent, vt ſepties Euripi marini vnda reciprocatur; ſic *Salmaſius* interpretatur *Suetonij locum in Caſar.* V. *Circus maximus.*

EVROPA.

Agenoris Phœnicum Regis filia,cuius amore captus Iupiter Mercurio ab Attica redeunti mandauit, vt ſe quamprimùm in Phœniciam conferret, regiſq; armenta ad littus compelleret; nam ibi cum alijs virginibus Europam viderat ſpatiantem. Patri Mercurius paruit, ipſeq; Iupiter maieſtate depoſita in taurum conuerſus miræ pulcritudinis,Europæ,cęteriſq; virginibus cœpit alludere, cuius dorſum poſt multas blanditias illa conſcendere auſa, in Cretam per mare ab ipſo Ioue eſt aduecta, cui nupſit, illiq; filios peperit Minoem, Rhadamanthum, Sarpedonemq;. V. *Agenor: Cadmus.*

Pellex Iouis Tyria. *Ouid.3.met.* Sidonis,dis:Sidoni ſic fueras aſpicienda Ioui. *Idem 5.faſt.* Agenoris,dis;à patre:Tyria puella:Taurus Tyriæ ſua terga puellæ. *Idem ibidem.* Vecta boue:Quam Iupiter ſub falſo boue luſit: Quam taurus fraterna per æquora vexit: Modò per fluctus raptam Europen Taurum tergo portaſſe trucem. *Sen.in Octau.* Doris Agenorei furtis blandita iuuenci. *Stat.3.ſilu.* Qualis Agenorei rapturus gaudia furti Per freta virgineum ſollicitauit onus. *Rutil.*

Quæq; ſuper pontum ſimulato vecta iuuenco Virginea tenuit cornua falſa manu.*Ouid.1.Amor.3.* Soror Cadmi. *Idem.* Agenore nata. *Idem 2.met.* Sidonio taurus amore calet. *Mart.7.* Sidonij raptus.*Stat.1.Theb.* Ex quo Sidonij nequicquam blanda iuuenci Pondera. *Ibidem.* Onus amorum. *Hom.* Fronte nunc torua petulans iuuencus Virginum ſtrauit ſua terga ludo, Perq; fraternos noua regna fluctus Vngula lentos imitante remos Pectore aduerſo domuit profundum Pro ſua victor timidus rapina. *Sen.in Hipp. v.ſapph.* Phœnicis filia. *Theocr.*

Epith. Roſea, pulcra, venuſta,Tyria, taurina,cornigera,dilecta, exul, integra.

EVROPA Regio, ſiue mundi pars.

Quam altricem *Plinius* vocat victoris omnium gentium populi, longèq; terrarum pulcherrimam; quæ mater ob multarum rerum inuentionem, ob conſeruationem plurimarum nutrix ſapientiæ meritò dicitur, regio eſt omnium fertilitate, ac ciuium frequentia, & artium nobilitate beatiſſima ab Europa tauro Ioue ex Aſia in Cretam deuecta nominata dicitur à poetis, vel alia de cauſſa,quam breuitatis cauſſa omittimus. Incipit à Tanai fluuio,qui in Mœoticas paludes exit, definitq; in fretum Atlanticum,ſiue Gaditanum. In hac

Regiones.

Hiſpania; Gallia;Vindelicia; Germania; Italia;Sar-

matia, ſiue Polonia; Dacia; Tranſiluania; Rhetia; Prouinciæ ad Danubium ſitæ; Noricum, & vltra; Bauaria, vtraque Pannonia, vtraq; Mœſia, Thracia, Macedonia, Attica, Peloponneſus, Epirus, Dalmatia, Iſtria, Lithuania, Moſcouia, Tartaria Pręcopenſis, Roxolania, Dania, Suecia, Noruegia.

Inſigniores autem ad Europam ſpectantes

Inſulæ.

Anglia, Hibernia, Iſlandia, ſiue Thule, Friſlandia in Oceano: Baleares autem Corſica, Sardinia, Sicilia, Melita, Corcyra, Creta, aliæq́; minores multæ in Mediterraneo; & innumeræ in Ægæo mari, quæ partim Europæ, partim adſcribuntur Aſiæ.

Lacus autem, fluuij, paludes, ſiluæ, montes, & promontoria in hac regione plurima, & celeberrima, vt de ſingulis, ſiue pleriſque in ſuis locis, ſiue in prouincijs, regionibusq́; ad quas ſpectant, diſſeritur: Lege pręterea *Coſmographos*, ſi vis plura ſingillatim agnoſcere.

Synonyma.

Europæ regna: Orbis Europæ. *Virg. 7. Æn.* Europicus orbis: Europicum cęlum; ſic Europęus orbis: Europęa regio: Europæ vrbes, terræ, ſolum, humus, &c.

Cadmi ſoror, fig. Quiq́; duas terras Aſiam, Cadmique ſororem Separat, & curſus inter vtramq; facit. *Ouid. 4. Pont. 10.*

EVROTAS.

Fluuius Laconum pręterfluens Lacedæmona, propè quem Lacones gymnicos ludos exercebant, quo fortiores eſſent in bello; qui ex Męnalio monte exoriens Alphęo confunditur, vt inquit *Callimachus*, rurſusq; diſcedit: eius ripæ lauro opacantur.

Lacedæmonius fluuius: Marathon primùm, deindè Himerus ab Hymero Taygetes Nymphæ, & Lacedæmonis filio: poſtremò Eurotas ab Eurota Lacedæmoniorum duce, qui amiſſo exercitu, in ipſum ſe fluuium pręcipitauerat. *Plutarchus.*

Eurotæ flumina. *Cat. in epith. ſiue in Argon.* Quales Eurotæ progignunt flumina myrtos: Lędeus gurges: Flore genæ talem Lędeo gurgite pubem Educat Eurotas. *Stat. 2. ſilu.* Qualis & Eurotæ Pollux, & Caſtor arenis Hic victor pugnis ille futurus equis. *Prop. 3. 13. ſiue 12.* Aſper Eurotas dicitur *Papinio*, quod Lacones fortes fuere bello, qui apud fluuium exercebantur, *lib. 1. Theb.*

Et oliuiferi Eurotæ dura manus; nam apud illum verberibus exercebantur pueri, quique iuxtà pręſcriptum plagarum numerum conſtitiſſet immobilis, vſque etiam ad ipſam animæ exhalationem, ille glorioſior, & corona publicè decoratus, ipſis etiam parentibus canebatur. *Stat. 4. Theb. v. 218.* Eurotæ ripæ: Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. *Virg. 1. Æn.* Supplex ad aras quiſquis Euroten bibis. *Sen. in Theb.*

Tænareus Eurotas; nam propè Tænarum Laconiæ promontorium in mare ſe exonerat. V. *Tænarus.*

EVRVS.

V. *Ventorum nomina.*

EVRYALE.

Vel regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit: Vel Prœti Arginorum regis filia: Vel vna ex Gorgonibus. V. *Gorgon: Prœtides.*

EVRYDICE.

Orphei coniux, quam ipſe vnicè dilexit; quæ cùm Ariſtæum Eurydicis alterius nymphæ filium pudicitiam ſuam attrectare cupientem fugeret, calcato ſerpente ab illo morſu lęſa perempta eſt. Quod cùm immoderatè doleret Orpheus peritiæ citharæ confiſus inferorum ſecreta perrupit, cuius cantus dulcedine, ac illius fletus miſeratione manes depoſita feritate, illi Eurydicen reddiderunt, hac tamen conditione, vt illam non reſpiceret donec extrà Tartareum eſſet imperium. Verùm Orpheus pręnimio amore cùm illam reſpexiſſet irritum, inanemq́; laborem ſuum effecit; illa enim ad locum ſuum reuerſa eſt, is verò iterum in auras tendens maiori ſe tradidit ob amiſſam bis coniugem, deploratui. Fabulam exequitur elegantiſſimè *Virg. lib. 4. Georg.*

Luſtrabat raptam Eurydicen, atque irrita Ditis Dona querens. *Ibidem.* Orphei coniux: Qualis conſpecta coniuge ſegnis Odryſius vates poſitis ad Strymona plectris Obſtupuit. *Stat. 5. ſilu. 1.* Agriope; ſic etiam vocatur *à poeta Colophonio Hermeſianace.* Quam ſenis Oeagri, Calliopeſq; nurus. *Ouid. in Ibin.* parentes enim Orphei fuerunt: Eurydices, oro, properata retexite fata. *Idem 10. met.* Morſu interempta colubri: Non aliter ſtupuit gemina nece Coniugis Orpheus. *Ibidem.* V. *Orpheus.* Threiciam vates potuit reuocare puellam Limine Cerbereo, &c. Ardet amore fero Phœbęa propago nitentis Eurydices: Sic vatis amor flagrantia torquet Eurydices niueæ pręcordia.

Epith. Formoſa, pulchra, niuea, nitens.

Alia Eurydice Neſtoris vxor, quæ ſeptem illi filios peperit.

EVRYSTHEVS.

Stheneli Mycenarum regis filius, de cuius natiuitate hæc fabulantur poetæ. Cùm Iupiter inter Diuos dixiſſet de die, quo Hercules natus foret, cęteris illum dominaturum, qui eo die naſcerentur, Iuno per Lucinam remorata Alcmęnę partũ, vxoris Stheneli partum accelerauit, vndè natus eſt Euryſtheus ſeptimo menſe; qui adultus Her-

Digitized by Google

culi Iunonis inſtinctu multa imperauit, quæ humanis quidem viribus fieri non poterant; nam, vt ſcribit *Diodorus*, Euryſtheus cùm Argos vellet ſubdere nota Herculis fama ad perficienda certamina illum accerſiuit, qui renuens iuſſus fuit à Ioue illi obtemperare; & ex Apollinis oraculo didicit, à Dijs imperatum, vt Euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret, quibus confectis immortalitate donatus fuiſſet. Hercule verò in cęlum aſſumpto, cùm Euryſtheus cognouiſſet Hyllum Herculis filium, & quoſdam è fratribus viros euaſiſſe, veritus, ne ſi omnes ad eam perueniſſent ætatem in patris vindictam Mycenarum imperio (ſe expulſo) potirentur, Ceyci Trachinæ regi (ad quem illi poſt parentis mortem confugerant) bellum indixit, niſi Herculis, & Lacymni filios, & Iolaum, omneſq; Arcades, qui cum Hercule militaſſent, expelleret. Qui Euryſthei viribus impares ſponte Trachinam relinquentes ab Athenienſibus adiuti, ducibus Iolao, Theſeo, Hylloq; conſtitutis, Euryſthei exercitum profligarunt, ipſeq; curru fugiens ab Hyllo fuit interfectus, cuius interempti caput ad Alcmænam Herculis matrem allatum fuit ab eodem Hyllo.

Natus Euryſtheus propetante partu Iuſſerat, &c. *Sen. in Herc. fur.* ſapph. verſ. Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſyridis aras. *Virg. 3. Georg.* Stheneleius Heros; à patre Sthenelo: hoſtis. *Ouid. epiſt.* 9. Neque adhuc Stheneleius iras Soluerat Euryſtheus, odiumq; in prole paternum, &c. *Idem 9. met.* Stheneli natus, ex Nicippa, ſeu Leucippa: Pœnas cruentus iam tibi Euryſtheus dabit. *Sen. in Herc. Oet.* Antibocæ filius. *Pind. Hom.* Pertulit & ſæui Tirynthius horrida regis Pacta. *Stat. 3. ſilu.* 3. Aſtydamiæ filium facit Euryſtheũ *Thucyd.* Herus deterior. *Catull.*

EVXINVS.

Pontus Euxinus, qui contiguus eſt Mediterraneo, in quem Boſphoro Thracio tranſmittitur. Thraciam attingit, & Mœſiam inferiorem. Hic prius ob incolarum inhoſpitalitatem, ſiue latronum immanitatem Axenos dictus fuit; ſed Herculis opera latrocinijs purgatus, & aliarum gentium commercio emollitus Euxinos nuncupari cępit: ab occidente quam partem claudit Pontus, cęteris dulcior eſſe dicitur, vt qui Męotidi commiſcetur, & in quem Tanais, Boryſthenes, Iſter, Phaſis, innumeriq; alij fluuij influunt. Superior autem aqua eius dulcis eſt, inferior ſalſa, Pontum verò dixere priſci tamquam alterum oceanum; putabant enim eos, qui illum nauigaſſent, eximium quid, & memorabile pręſtitiſſe; & ob id (teſte *Strabone*) per excellentiam Pontus appellatur. Tauricam Cherſoneſum circumluit cum palude Męotide à ſeptentrione; à meridie Aſiam minorem totam; ab ortu Colchos, & Circaſſos; ab occaſu inferiorem Mœſiam, *vt infra in Mare*.

Pontus Scythicus: Pontuſq; quicquid Scythicus à tergo videt. *Sen. in Med.* Paluſtribus qua maris dulceſcunt aquis: Armata peltis quicquid exercet cohors Incluſa ripis vidua Thermodoontijs Hoc omne noſter genitor imperio regit: Æeta enim Medeæ pater in Colchis, & in Ponto principatũ tenuit, de Scythis autẽ intelligit Europeis.

Axenus: Frigida me cohibent Euxini littora ponti Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. *Ouid. 4. triſt.* 4. Pontus Amazonius. *Claud.* Pontus Scythicus. *Val. Flacc.* Scythicus ſinus. *Martian.* Pontus Tauricus. *Auien.* Mare Cimmerium. *Herodot.* Mare Ponticum. *Strab.* Phaſianum mare. *Ariſtid.* Sarmaticum. *Ouid.* Geticus, Sarmaticuſq; ſinus. *Idem 1. triſt.* 4. Getici littoris aquæ. *Ibidem eleg.* 7. *& 4. Pont.* 4. Euxini maris vnda. *Idem 5. triſt.* 10. Quem tenet Euxini mendax cognomine littus, Et Scythici verè terra ſiniſtra freti. *Ibidem.* Euxinum fretum: Pulſus ad Euxini Naſo ſiniſtra freti. *Idem 2. Pont.* 2. Vaſtum fretum. *Idem 3. Pont.* 4. Euxina vada. *Idem 4. Pont. eleg.* 9.

Ponticus ſinus. *Catull. 4. lyr.* Aut quæ barbaris Męotis vndis Pontico incumbens mari. *Sen. in Hipp.* Heniochi ſinus. *Ouid. 1. triſt. eleg.* 9. Euxini littora. *Idem 4. triſt.* 1. Amata pericula ponti. *Idem 5. triſt.* 2. Æquor Iaſonio pulſatum remige primùm. *Idem 3. Pont.* 1. Euxini vnda. *Sen. in Agam.*

Pontum Euxinum variæ incolunt gentes, Sarmatæ, Getæ, Scythæ, Tomitæ, Heniochi latrocinijs, & piratica olim victitantes, teſte *Strab. lib.* 11. Coralli, de quibus *Ouid. 4. Pont.* 2. Quaſq; alias gentes barbarus Iſter habet. *Idem.* V. *Iſter.* Colchi pręterea, Iberi, Albani, aliæq; gentes, vndè ſunt

Synonyma.

Getica tellus: Ponti ſcopuli. *Ouid. 1. triſt.* 7. Tomi. V. *ſuo loco.* Barbara me tellus, & inhoſpita littora Ponti. *Idem 3. triſt.* 11. Extrema gelidi orbis humus. *Ibidem eleg.* 13. Dum me terrarum pars penè nouiſſima ponti Euxinus falſo nomine dictus habet. *Idem.*

Fluuij, qui in Euxinum influunt ab *Ouid. 4. de Pont.* 10. commemorantur plurimi, quem adibis in ſyllabæ quantitate.

Lycus, Sagaris, Penius, Hipanus, ſiue Hipanis, Orates, Halys, Parthenius, Cynapes, Tyras, Thermodoon, Phaſis, Boryſthenes, Dyraſpes, Melanthus, Iſter, & Męotis palus, de quibus multis V. *ſuis locis, & de alijs regionis, per quas excurrunt: & Ouid. 4. de Pont.* 10.

EXCIDIVM.

Summa dies, & ineluctabile tempus. *Virg. 2. Æn.* Vltimus dies. *Ibidem.* Sors ſuprema. *Idem 5. Æn.*

Æn. Exitium. V. *ſuo loco*. Ruina: Res fractæ: Res ſumma. *Virg.2.Æn.* Hic vbi diſiectas moles, auulſaq; ſaxis Saxa vides, miſtoq; vndantem puluere fumum. *Ibidem.* Supremus labor: Occaſus Troiæ, triſteſq; ruinæ. *Idem.* Funus, & funera, fig. Sub lacrymoſæ funera Troiæ. *Hor.1. od.8.* Diſſidium. *Prop.1.eleg.11.* Multis iſta dabunt littora diſſidium: Diluuium: Diluuio ex illo tot vaſta per æquora vecti. *Virg.7.Æn.* Aduerſitas: Calamitas. V. *ſuis locis.*

EXCITATIO.

Excitamentum: Incitamentum: Irritamentum: Incitatio: Irritatio: Fomentum: Flamma, fig. Inflammatio: Fomenta in Venerem ſæpè Lyçe rapis. *Pont.* Igniculos addunt: Stimuli: Addantur ſtimuli, addantur calcaria dorſo.

EXCREMENTA.

Omnia dicuntur, quæ ſunt ſuperuacanea, prȩſertim in corpore.

Excrementum oris. *Tacit.* Saliua. *Plin.* Sputum. *Celſ.* humor ab ore fluens: Cruor, ſanguis ater emanans è vulnere; ſanguis autem in venis eſt. Sanies, & tabum; quæ Grammatici differre volunt, vt ſanies ſit mortui, tabum viuentis ſanguinis, vt *Seruius* adnotat: *Celſus* verò ſaniem variè craſſam, & coloratam, tabum vult eſſe ſaniem tenuem è malo vlcere exeuntem.

Pus, ris, craſſum, & albidum, glutinoſumq; excrementum: Pituita: Phlegma, Grȩcè: Bilis, amariſſimum excrementum: Bilis atra, quæ vulgò *Flemma gialla*. Succus, humor in corpore valente abundans, quaſi ſugus, quòd eum ex alimentis membra ſugant: Humor aquidus: Spuma. *Ouid.* ſordities quædam ebulliens in ſaliua, ſanguine, vino, & lotio: Muccus, vel mucus. *Catull.* Sudor. V. *ſuo loco.* Lotium, vrina: Excrementum alui: Aluus. *Celſ.* Stercus: Merda. *Horat.* Fȩces alui, ventris, &c. Hircus. *Idem:* virus alarum; nempè putor ex alis ſub brachijs halans.

Genitura. *Plin.* Semen genitale. V. *Coitus.* Vrina genitalis: Menſes. *Plin.* Menſtruum. *Idem.* Profluuium mulierum. *Idem.* Lunare virus. *Ouid.* profluuium genitale. *Plin.* ni fortaſsè ſcribendum ſit menes, pro menſes; *ex Græco.* Aurium marmoratum. *Plin.* Cerumen, ex auribus ſordes prouenientes: Prȩſegmen vnguium, reſegmen. *Idem.* Sordes: Sordities. V. *Sordes.*

EXCOMMVNICATVS.

Elocutio Eccleſiaſtica, qua illum intelligimus, qui ſcelerum grauium cauſſa ex reliquo Eccleſiæ corpore tamquam putre membrum amputatur; cenſura ſiquidem reliquarum grauiſſima, qua ligatus, indignus cenſetur, qui Catholicæ communicet pietati, ac religioni.

Seu tu ſeuero fulmine luridum Actos ad orcum, nigraq; tartara Secernis arcet quos ab aris Relligio, prohiberq; menſa. *Maſc.lyr.1.7.* Anathematis, pen. breu. vulgò *Scommunica.* Anathemate percuſſus, lȩſus: Sacra priuatus, orbatus menſa: Indignus qui pane cibetur cȩleſti.

EXCVBIÆ.

Vtriuſq; ſunt temporis tàm nocturnæ, quàm diurnæ cuſtodiæ principum, vt vigiliæ nocturnæ tantùm cenſentur; lato tamen modo, vt poetæ ſolent, pro ſtatione militum ponitur, qui toti excubant exercitui tàm die, quàm nocte.

Vigiliæ. *Cæſar.* Vigiles, nempè milites: Cuſtodes arcis. *Virg.2.Æn.* Vrbis excubitor: Cuſtos. *Ouid.1.faſt.* Sparteoli, dicebantur olim per contemptum: Excubiæ nocturnæ aquas Auguſtus inſtituit aduerſùs incendia, ita vocitati, vt inquit *Caſaubonus*, à funibus, quorum multus vſus in reſtinguendis incendijs, qui quòd è Sparto conficiebantur, qui eos gerebant Sparteoli nuncupabantur è *Suetonio.*

Veſtibulum inſomnis ſeruat nocteſq; dieſq;. *Virg. 6.Æn.* Vigilis ſtatio. *Claud.2.in Ruf.* Vigiles pedites: Statio. *Sueton.in Aug.* Excubiæ vigilum. *Virg.9.Æn.* Non impacatis regum aduigilantia ſomnis, Pila nec alterna ferri ſtatione gementes. *Stat.1.Theb.* Tum quoq; communi portam ſtatione tenebant. *Virg.9.Æn.* Obſedere fores, has ſeruant agmine denſo. *Idem 2.Æn.* Portarum vigiles. *Ibidem.*

Vigil cuſtodia. *Ouid.12.met.* Inſomnis cuſtodia. *Virg.7.Æn.* Seruantes vices noctis: Vigilans: Stationarij milites dicuntur, qui ſtationes ſuas ſeruant. *Suet.* Seros hiberni ad luminis ignes Peruigilant. *Virg.1.Georg.* Cuſtodia: Noctem cuſtodia ducit Inſomnem ludo. *Idem 9.Æn.* Caſtrenſia penſa. *Prop.4.3.* Noctibus hibernis caſtrenſia penſa laboro.

Ille ſuperbos aditus regum, Duraſq; fores expers ſomni colit. *Sen. in Herc.fur.* Armorum terror obſidet limen ſacrum. *Ibidem.* Somnoſq; non defendit excubitor meos. *Idem in Thyeſt.3.* Paniduſq; pinus Anxiæ nocti vigil incubabat. *Ibidem.* Noctemq; vigil ducebat in armis: Has inter grauibus cogor deflere querelis Supplicis à longis triſtior excubijs. *Prop.1.eleg.16.* Redde etiam excubias diuæ nunc ante iuuencæ. *Idem 2.eleg.28.* Nam in ſacris Iſidis excubiæ nocturnæ à puellis peragebantur, qualia erant Cereris peruigilia, de quibus fit mentio apud *Plaut. in Ciſtellaria.*

Romanorum autem excubiæ à diligentiſſimo Romanæ hiſtoriæ ſcriptore *Polybio* explicantur in fragmentis *lib.6.* ex quibus hæc elicuimus. Cuique tribuno dabantur excubiæ duæ; excubia verò quattuor viris conſtabat, quorum pars ante tentorium, pars poſt tentorium iuxtà equos excubabant. Vnum ex omnibus ſignum, nempè

Digitized by Google

cohors cum vexillo excubabat quotidie per vices ante imperatorem; quòd illi ſecuritatem pręberet aduerſùs inſidias, ornaretq; ſpeciem magiſtratus. Fiebant plerumque tres excubiæ; apud Quæſtorem vna, binæ apud legatos, conſiliarioſque exteriorem caſtrorum adſpectum velites complebant totum interdiu vallum circumſidentes: per tres horas excubabant excubiæ, vndè in quatuor nox vigilias diuidebatur, dicebaturq; prima, ſecunda, tertia, quartaq; noctis vigilia. Hæc *ille*, quem lege.

Militaris ſtatio; eſt quæ olim ad veſtigandos latrunculos per vniuerſas prouincias ſingillatim mittebantur; *ex Tertull. in Apolog.*

EXCVRSIO.

Hoſtis incurſus: Hoſtilis impetus: Arcanus hoſtium impetus, furor: Nocturna aggreſſio. V. *Bellum.*

EXECRATIO.

Quam vulgò dicimus *Imprecatione, ò maladittione*. Execrationes apud priſcos non multum abſimiles deuotionibus fuerunt: quæ verbis quibuſdam diris, ac imprecationibus, & quapiam cęremonia fieri ſolebant: diuerſæ quidem diuerſis locis. *Salluſt. in Catilin.* fuere, inquit, qui ea tempeſtate Catilinam oratione habita dicerent, cùm ad iuſiurandum populares ſui ſceleris adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe, indè cùm poſt execrationem omnes deguſtauiſſent (ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſueuit) aperuiſſe conſilium ſuum, atque eo dictam rem feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent, alius alij. Hæc *ille*. Extat execratio, quæ, Diræ, inſcribitur in *Virgilianis Poematijs* non inelegans; ſcribit pręterea *Liuius de bell. Pun. lib.* 6. Acarnanes à vigintiquinque ad quadraginta annos coniuraſſe, niſi victores rediiſſent, qui victus acie exceſſiſſet, cum ne quis vrbe, tecto, lare, menſa, reciperet. Execrationi ſimilis eſt *Ouidianum carmen in Ibin.*

Diræ. *Virg.* Execrabile carmen. *Liu. 1. de bell. Maced.* Imprecatio: Maledictum. V. *ſuo loco.* Carmina dum capiti maleſido dira canuntur. *Ouid. in Ibin.* Neve minus noceant fictum execrantia nomen Vota minus magnos, commoueantve Deos. *Ibidem.* Illum ego deuoueo, quem mens intelligit Ibin, Qui ſcit ſe factis has meruiſſe notas. *Ibidem.* Has tibi fatales cecinit mea pagina diras. *Prop.* 3. 24. Diris vos agam. *Hor.* . . . Dira deteſtatio: Feralis libellus: Craſſumq; in bella ſecutum Sęua tribuniciæ vouerunt pręlia diræ. *Luc.* 3.

Diræ igitur erant imprecationes horrendæ Deos quoſdam inauditos compellantes, quibus quiſquis obnoxius erat, ac deuotus, grauiſſimas ſubire pœnas, eumq; maximo affici rebantur infortunio, vt ſcribunt *Plutarchus in Craſſo, & Appianus in lib. Parthico.* Lege *Val. Flacc. in fine* 798. &c.

Littera ſanguinolenta. *Ouid. in Ibin.* Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis. *Ibidem, & plura.* Inter execrationes erat ſepulcro vt carerent defuncti: hinc *Val. Flacc. 1. in fine.* Nec membra ſepulcro contegat.

EXEMPLVM.

Figura: Exemplar: Forma: Formula. V. *ſuo loco.* Species: Imago: Forma operis: Monimenta: Monimentum, vel monumentum: Norma.

Exſcriptum; exemplar, quod ſcripto fit, vulgò *Copia, ò reſcritto.* Apographum. V. *Scriptura.* Exemplaria ſcripta: Vos exemplaria Gręca Nocturna verſate manu, verſate diurna. *Hor. in Poet.* Modus: Modulus.

EXEQVIÆ.

Quarum varij fuere apud antiquos ritus, de quibus in ſacrificijs inferorum agemus: priùs enim tellurem nouies cauabant, tum Bacchi liquorem cum lacte, & mella mixtum infundebant, tum incendebant aggeſtas arbores Hecate inuocata, cęteriſq; inferorum Dijs. Elegantiſſimè deſcribit *Statius* Archemori exequias *lib. 5. Theb. & in 4. Theb.* Tireſiam inducit ferale ſacrum facientem. Tum fera cęruleis intexit cornua ſertis Ipſe manu tractans, notæq; in limine ſiluæ Principio, &c. Item *Silius Italic. lib. 13. Pun.* vbi inducitur Scipio patri apud Auernum ſacrum ferale peragens. Inducit iuuenem, ferroq; cauare refoſſam Ocyus vrget humum, atque arcanum murmur anhelans, &c. Primùm verò pecudes nigræ erant adducendæ, cùm hoſtiæ furuæ Dijs infernis, & mortuis crederentur conueniſſe, vt triſtes, & luctum repręſentantes. Exequię defuncto Miſeno à *Poeta 6. Æn.* diligentiſſimè explicantur: Principio pinguem tędis, & robore ſecto Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus atris Intexunt latera: & quæ ſequuntur. Oſſa verò componendi hic fuit apud veteres ritus: primò buſtum (vbi cadauer fuerat crematum) vino extinguebant, manes vocabant, lotis deindè manibus oſſa legebant, lecta vino perfundebant, & lacte, mox vento ſiccanda exponebant, ſiccata aromatibus, & odoribus mixta in vrnam reponebant, reliquijs lacrymas ſuperinfundebant: ſiquid verò cineris remanſiſſet ore lambebant. V. *Sen. in Troad.* 800.

Et in cineres vltima dona dedit. *Ouid. 3. eleg.* 8. Funus. V. *ſuo loco.* Munera ſuprema. *Virg. 11. Æn.* Supremus honos. *Ibidem.* Pompa. *Ibidem.* Pallantis enim exequias deſcribit *Poeta*. Funebris pompa: Inferiæ. *Virg 9. Æn.* Poſteà pręteriti tumulis redduntur honores. *Ouid. 2. faſt.* Inferias, quas immolet vmbris. *Virg. 10. Æn.* Perficit

Digitized by Google

ficit officium funeris ecce ſoror. *Ouid. ad Liuiam*.

Et triſtia dona Libabant cineri, maneſq;. *Virg. 3. Æn.* Polydori funus explicatur: Et cineri ingrato ſuprema ferebant. *Idem 6.* Mortis honos. *Ibidem*. Et tumulo ſolemnia mittent. *Ibidem*. Funeris exequijs adſumus omnis eques. *Ouid. ad Liu.* Cinerum honos: Hoc nemus æterno cinerum ſacrauit honore. *Mart. 1. 117.* Hanc quia iuſta ferunt, dixere feralia. lucem. *Ouid. 2. faſt.* Manibus ſacra pijs: Nigræ ſolemnia pompæ: Officium gratum manibus: Funereus honos. *Vida*. Sepulcri honores: Abſint inani funere neniæ, &c. Ac ſepulcri mitte ſuperuacuos honores. *Hor. 2. 20.* Dona ingrata ſepulcri. *Pont.*

Officium lugubre. *Sen. in Hipp.* Falſiſq; piacula manibus infert. *Ouid. 6. met.* Progne enim Philomelæ parentat: Pium officium. *Sen. in Oedip. & Ouid. 3 triſt 3.* Feralia munera. *Ibidem*. Tu tamen extincto feralia munera ſemper, Deq; tuis lacrymis humida ſerta dato: Sentiet officiū mœſta fauilla pium. *Ibidem*. Sed ſine funeribus caput hoc ſine honore ſepulcri Indeploratum barbara terra teget. *Ibidem*. Mortualia. *H. Iun.* Murmur ferale. *Claud.* Iuſta funebria. *Liuius*.

Exequiarum dies.

Parentalia; epulum enim erat, quod in parentum, aut propinquorum funere exhibebatur, & indè dicti dies parentales. *Ouid. 2. faſt.* Feralia. *Ibidem*. Piaculum. *Virg.* Piaculare ſacrum. *Liu.* cuiuſmodi noſtra relligio Miſſam pro defunctis indigetat: Solemnia funerum. *Tacit.* Iuſta exequiarum. *Cic.* Hæc ſuprema dona genitoris cape. *Sen. in Hipp.* V. *Epulum*.

Annua ſacra pijs manibus. V. *Anniuerſarium*. Hinc inferias annua religione alicui inſtituere. *Suet.* nempè quando mortui memoriam annua recordatione, oblato piaculari ſacro refricamus. Annua piacula manibus.

Apud antiquos Romanos hæc piamina defunctorum februa fuerunt appellata; quòd Sabinorum lingua Februum, purgamentum ſignificaret: & Februario menſe per duodecim dies quotannis fiebant pro impetranda mortuorum animabus quiete. Omnis quippè populus (teſte *Feſto*) piaculis, ſacrificijſq; circa ſepulcra accenſis facibus, cereiſq; intentus erat.

Fauſtè porrò, & ſolemniter mortuis precabantur olim, vndè fauſta illa bene precandi formula ijs, quos amabant: Sit tibi terra leuis; ac tumulis ferè his litteris compēdiariè inſcribebatur, S.T.T.L. vt ſcilicet facilis pateret animæ redditio, & iter ad ſepulcrum in parentalibus. Sepultos autem diris, & incantationibus vrgeri à terra grauiore credebant, quos non diligebant. V. *Sen. in Hipp.* bona illa *Martialis* precatio: Mollia nec rigidus ceſpes, tegat oſſa, nec illi Terra grauis fueris, non fuit illa tibi.

EXERCITIVM.

Ars. V. *ſuo loco, vbi multa.* Opus: Mineruа, figur. Intempeſtiuæ turbantes feſta Mineruæ. *Ouid. 4. met.* ideſt lanificij opus, in quod incumbebant. V. *Lanificium*. Opus manuum. *Ibidem*. Vtile diurnum miniſterium. *Ibidem*. Labor: Labores. V. *ſuo loco.* Pars aliquas artes, antiquæ imitamina vitæ. *Ibidem*. Studium. *Idem 6. met.* Incumbunt operi, gratoq; labori Pectora prona dicant: Sculptura: Medicina. V. *ſuis locis.*

EXERCITVS, us.

In tres partes diſtribuebatur exercitus Romanorum (teſte *Liuio*) Primam aciem haſtati tenebant, nempè leues milites, & ſcutati, in qua pubeſcentes omnes ad militiam conijciebantur: Alteram Principes vnà cum ſcutatis, quos Antepilanos vocabant: Tertiam quindecim ordines, quorum vnus quiſque tres partes haberet, earum vnamquamque primum pilum vocabant: ex tribus vexillis conſtabat Triariorum, Rorariorum, & Accenſorum. Quorum Rorarij inter antepilanos prima procurrebant, deindè etiam Accenſi cò procedebant, vt tum deniq; viribus hoſtium, vel exhauſtis, vel debilitatis, integri, & recentes Triarij pugnam capeſſerent. Verùm ne longiùs procedamus, lege *Polybium, reliquoſq; hiſtoricos*. V. *Roſinum de Antiquitate Rom.* V. *Acies*.

Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis. *Virg.* nempè acies omnes, quæ militibus ad pugnam diſpoſitis, compoſitiſq; conſtabant: Acies. V. *ſuo loco, & ibi multa*.

Copiæ terreſtres, *Armata di terra*. Agmen terreſtre. *Lucan.* Claſſis, *Armata di mare*. Copiæ nauales. *Tacit.* Caſtra. V. *ſuo loco.* V. *Bellum: Belliger*.

Exercitus partes.

Exercitus frons. *Tacit. Vanguardia*. Exercitus tergum. *Retroguardia*. Exercitus verſus, *Corpo della battaglia*. Exercitus cornua: Alæ. V. *paullò inferiùs*.

Peditatus, us, *Pedoni*. Acies pedeſtris. *Virg. 10. Æn.* Nimbus peditum. *Idem 7. Æn.* Pedes, tis, fig. vnum pro multis: Pedites: Pars pedes ire parat campis. *Ibidem*. Peditum cateruæ: Tardum agmen. *Ibidem*. Pedeſtres copiæ. V. *Acies*. Agmen eſt propriè exercitus ambulans, iterq; faciens; veluti acies eſt inſtructio exercitus in procinctu pugnæ ſtantis, & ad confligendum parati: Legio. V. *ſuo loco*. Equitatus. V. *ſuo loco*.

Cohors, legionis pars decima, vt volunt. *Caliſthenes* ſeptingentis armatis; ducentis *Ephorus*, centum

Digitized by Google

tum *Plutarchus* conſtare cohortem adnotarunt. Cohors prætoria. *Cic.* Quæ Conſuli, aut Prętori in prouincia pręſto ſemper, & deuota erat ab eo nuſquam decedens: & hæc hodie *Guardia del Principe*.

Cohors millenaria, ſiue milliaria. *Veget.* quæ conſtabat mille centum, & quinque peditibus centum triginta duobus loricatis equitibus, eaq; in ſingulis legionibus vna tantùm erat ſub aquilæ ſigno contenta — in medium validas armare cohortes — Pharetrigeræ referant ſua ſigna cohortes: Ibat in æratas nullo terrore cohortes Furiata cohors, auſiſq; accenſa ſuperbir. *Virg.*

Cuneus. V. *Acies.* Caterua. V. *Ibidem.* Centuria centum ſcilicet militibus conſtans: Turma, inter equites eſt, quod inter pedites centuria; habet autem multò pauciores equites, triginta duos videlicet. V. *Equitatus.*

Manipulus. *Veget.* contubernium decem modò militum ſub vno manipulo, & papilione degentium, nomine indè ſumpto, quod manibus coniunctis pariter dimicent, ſiue à manipuli ſigno prelato.

Alæ. *Liu.* equitum ordines, quòd alarum vice pedeſtres copias obtegunt vtrinque; & hæc cornua etiam dicebantur, vndè cornu dextri, & ſiniſtri ſæpè in hiſtorijs tàm veterum, quàm recentium fit mentio.

Phalanx. gis. *Liu.* Quadrata acies octonis peditum millibus conſtans, in qua pes pedi, clypeus clypeo, vir viro conſertus erat: Inuictum agmen, & ſtabile Macedonum inſtituto, vt *Q. Curtius* memorat. Hanc inueniſſe Philippus Macedo Alexandri magni pater dicitur à *Diodoro lib. de eius geſtis:* quam perfringere difficillimum erat.

Auxilia. *Tacit. Suet.* Cohortes auxiliariæ. *Cic.* ſiue cohortes auxiliares. *Cæſ.* erant nempè cohortes è ſocijs, confęderatiſq; conſcriptæ: Exercitus enim integer ex auxilijs ſociorum, & legionibus ciuium conſtabat, legiones porrò tres, quattuor, vel plures ex neceſſitate legebantur, ſcribebanturq;. V. *Veget. Dionem.*

Pręſidia. *Cæſ.* milites, qui tutelæ, ac defenſioni locorum imponuntur: Principia. *Liu.* Primores Primipili Anteſignani, qui in acie primi, & principes ſtant: Impedimenta. *Cic. Curt.* Sarcinæ: Clitellaria iumenta, cum aſſeclis exercitus, vulgò *Il bagaglio.*

Epith. Fortis, infeſtus, durus, cruentus, minax, &c.

EXHALATIO Animæ, & EXHALANS Animam.

Linq; cadunt vultus, oculiſq; nouiſſimus horror. *Stat. 5. ſilu. 1.* Atque ibi ſemianimis verba execrantia lingua Edidit. *Ouid. 5. met.* Tenuantur dura ſororum Licia, & exacti ſupereſt pars vltima fili. *Stat. 5. ſilu. 1.* Moribundus. V. *ſuo loco,* *& ibi multa.* Moriens, obiens: In primis animæ adſiſtunt foribus. nempè in ſupremis. *Piſtor.* V. *Agonizans.* Ipſo vitæ ſub fine labantis.

Extrema mortis in hora: Medio in diſcrimine mortis: Supremo tempore vitæ: Letho in medio: Medio iactatus vertice lethi: Ipſo in limine mortis: Dum mors vnguibus imminet atris: Ante oculos cùm ſtat ſtrictiſſima mortis imago: Cùm iam ſoluuntur frigore membra: Auras haurire ſupremas: In medio verſatur turbine lethi: Paullatimque anima deficiente mori: Spiritus vltimus errat Ora ſuper, &c. Frigidus & longis ſingultibus ilia pulſat. Lethæa ſubeunt obliuia mentem.

EXILIVM.

Longèq; ignotis exulat oris. *Virg. 3. Georg.* Extrium lumus. *Idem.* Exilij pœna. *Ouid. 3. triſt. 11.* Pendimus en profugi (ſatia tua pectora) pœnas, Exilioq; graues, exilijq; loco: Fuga: Infelix domini quod fuga rupit opus. *Idem 1. triſt. 6.* Et ſola eſt Patria pęna carcere mea. *Idem 4. triſt. 8.* Exilij morſus. *Idem 1. Pont. 4.* Tu tamen exilij morſus è pectore noſtro Fomentis ſperas poſſe fouere tuis?

Exilij malum, mala. V. *Exul.* Exilij incommoda: Exiliumq; pati. *Virg.* Sed hanc merui ſimplicitate fugam. *Ouid. 1. triſt. 4.* Et date naufragio littora tuta meo. *Ibidem.*

Epith. Durum, miſerum, flebile, infelix, nefandum, turpe, infauſtum.

Ostraciſmus, exilium decennale, aut quindecennale à teſtulis ſic dictum apud Græcos. In teſtulis enim nomen audacis, & pernicioſi ciuis, cuius potentiam formidabant, comitijs ſcribebant, & cuius plures erant teſtæ in vrnam coniectæ, is de concilij ſententia ab aris, focisq; proiectus dictorum annorum exilio, ſolum vertebat.

EXITIVM.

Pernicies: Ruina: Excidium. V. *ſuo loco.* Occaſus Troiæ. *Virg.* Cinis: Quæ cineri vanus dat ruitura labor. *Mart.* Vltima mala. *Prop. 1. eleg. 5.* Infelix properas vltima noſſe mala.

EXPLORATOR.

Speculator: Excubia, & excubiæ, *Sentinelle.* V. *ſuo loco.* Vigil cuſtos: Index. *Ouid. 2. met.* Proditor: Obſeruans: Obſeruans vigili animo, *ex eod.* Vix dedit è ſpecula cuſtos, vbi ſigna tumultus. *Idem 4. triſt. 1.* Fama. V. *ſuo loco.* Rumor certus.

EXPERIENTIA.

Seris venit vſus ab annis. *Ouid. 6. met.* Vſus. *Idem.* Cuncta prius tentanda. *Idem 1. met.* Tentanda via eſt. *Virg. 3. Georg.* Vſus experiens. *Pont.* Quæcumque ſagax tentando repperit vſus. *Manil.* Vſibus edoctus amicus. *Ouid. 3. triſt. 4.* Expertus: Solers: Solertia mentis: Animus rerum

peu-

prudens. *Hor.4.9.* Animus ſecundis temporibus, dubijſq; rectus. *Ibidem.* Facilis, rerumq; magiſtra virtus: Per varios vſus artem experientia fecit: Nil intentatum, inexpertum, inauſum relictum eſt.

EXPOLITVS.

Politus: Attritus: Lęuis, quòd in ſe ſplendorem quoque contineat, vt lęue marmor: Nitidus: Coruſcus: Lotus, ablutus, dilutus: Scilicet incipiam lima mordacius vti. *Ouid.1.Pont.6.* Limatus ſermo: Quo nihil exactius, eruditiuſq;. *Mart.* Cur ego ſollicita poliam mea carmina cura. *Ouid.1.Pont.6.* Simplex munditijs. *Hor.1.od.5.* Properanti falce dolatus. *Prop.4.2.* Dolatus, nempè dolabra politus, emendatus. V. *ſuo loco.* Quem cenſoria cum meo ſeuero Docti lima momorderit ſecundi. *Mart.5.81.* ver. phaleuc.

EXQVILIÆ, arum.

Mons Romæ è ſeptem, quibus illa coronatur, ita dictus (vt plerique exiſtimant) ab excubijs, quas Romulus in eo colle habuit, cùm parùm fideret Tito Tatio Sabino, quaſi Excubinus mons: Adde, quòd excubias ibi Rex Romanus habebat, Qui nunc Exquilias nomina collis habet: vt ait *Ouid. 3. faſt.* à Seruio Tullio Rege Romanorum VI. cum Quirinali, & Viminali vrbis pomerio additus. Habuit hic mons aliquot colliculos, quorum vnus Ciſpius, alter Oppius, Septimius alter dictus fuit, teſte *Varrone.* Quintã in Vrbe regionem denominauit, de qua V. *Panuinium.* In Exquilijs fuerunt figlinæ, quæ puticuli, ſeu puticulæ dicebantur, vicus Africus antiquus, lucus, qui Exquilinus appellatus, forum Exquilinum, campus. P. Virgilij Maronis domus, pariterq; Propertij, Auli Perſij, Iunioris Plinij, & aliorum. Circus Aureliani cum obeliſco, cuius veſtigia nunc propè D. Bibianæ templum viſuntur; propè quod Licinianum Palatium, & Chriſtianorum tempore Vrſi pileati Cœmeterium. Horti Mœcenatis, cum turri; ad radices inter Viminalem, & Exquilinum Thermæ Nouatianæ, quæ nunc D. Pudentianæ ſunt ædes. Eſt Arcus Gallieni, qui cernitur adhuc propè templum D. Viti, nunc verò Baſilica Diuæ Mariæ ad pręſepe, ſiue Maioris inſignior, in qua Chriſti cunabula venerantur, & columella, ad quam Chriſtus ipſe alligatus acerrima pro nobis flagella perpeſſus eſt.

Ipſe ſub Exquilijs vbi erat ſua regia cæſus. *Ouid.6. faſt.* Et Dominum Exquilijs ſcribe habitare tuum. *Prop.3.22.* qui ibi domum habuit: Hinc porta Exquilina: Porta S. Crucis. V. *Panuinium: & infra,* V. *Roma.*

EXTA.

Dicuntur viſcera, quæ extant, imminentq; vel quæ exſecabantur aruſpicibus inſpicienda: viſcera enim propriè ſunt Pulmo, Iecur, Ilia, Pręcordia, & in his exta, in quibus obſeruabant maximè ſummitates fibrarum, & iecoris caput, quod ex natura vnum, ſi quando duo reperirentur ominoſum illud, & pręter naturam; ſed vtrumq; caput iecinoris deliteſcens in membranæ inuolucris triſte fuit iudicatum oſtentum. Aruſpices quidem mente, & imaginatione diuidebant exta in duas partes, hanc amicis tributam familiarem, illam inimicis hoſtilem vocabant: deindè ex vtriuſq; partis habitu euentura conijciebant, dicebaturq; extiſpicium. Extorum igitur contemplationem hinc potiſſimùm inchoabant: Si grata, & natiua purpura ruberet iecur, nullaque eſſet contaminatum labe: Vel ſi caput iecinoris auctum, aut geminum iecur reperiretur: Si extremæ fibræ versùs interiora replicatæ, ac conuolutæ viſebantur: hæc eximiæ fœlicitatis argumenta certiſſima dare, & magnas acceſſiones, potentiæ amplificationem, prolationem finium, triumphos, ſumma dignitatum faſtigia deſignare augurabantur. A iecinore cor inſpiciebant, ſi palpitaret, aut exiliret, aut flacceſceret, aut minus iuſto appareret, aut omni deſtitueretur pinguedine, aut conniſſet in rugas, aut inter exta omninò non viſeretur; exitij, infeſtæq; fortunæ omnia prębebat. Sin verò aut ſolito grandius, aut ſpiſſum, glabrumq; & humectum, nec flaccidum, nec ex ariditate in plicas, rugaſq; contractum inueniebatur; aut ſi in ſumma baſi largiore pinguedine veſtitum foret, aut abriperetur ab aquila; propitios Deos, flatuſq; ſecundos confirmabant. Corde explorato ad fellis, lienis, pulmonum, & membranarum viſcera ambientium conſiderationem vertebant: ſi veſicam, folliculumve atræ bilis geminum, aut copioſa bili turgentem, atq; effluentem (qualem Auguſto cum Antonio apud Actium pugnanti exhibitum ferunt) notaſſent, acria, & felicia portendebant pręlia: ſi ſuo loco poſitum lienem ſine puſtulis, duritie, corrugatione, ſineq; alieno colore conſpexiſſent, felicia propoſitæ rei ominabantur: ſi exta ex ſacrificantium manibus decidiſſent: ſi viſcera cruore fœdiùs aſperſa, aut maculoſa: ſi inteſtina rupta, putrida, puſtulis referta, ac putida videbantur, fatalia, ac mali ominis eſſe cenſebantur. Vide *Macrobium* prolixiùs diſſerentem, vndè hæc paucula decerpſimus, *lib.3. ſatur. cap.5. & Roſinum eadem referentem.* Proptereà exta diuidebantur; pars enim proſecabatur Dijs porrigenda, & adolenda aræ focis ſuperimpoſita: Altera parte veſcebantur qui ſacrificio intererant; ac miniſtri: quæ autem dabantur Dijs tum cruda, tum ſemicruda fuerunt, vt aduotauit *Arnobius lib.7.*

Exta luſtralia; nempè pręPingnia eò quòd luſtralis,

idest

Digitized by Google

ideſt quinquennalis bos dicitur eſſe perfectę ætatis: Pecudum fibræ. *Stat.4.ſilu.8.* Spacioſa volumina ventris: Inteſtina,orum: Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. *Virg.* Viſcera: Pręcordia.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta: Extiſpicium elegantiſſimè more ſuo deſcribitur à *Seneca in Oedipo* 352. Sed ede certas viſcerum nobis notas, & ſequentibus: Non leui motu, vt ſolent Agitata trepidant exta, Sed totas manus quatiunt. *Ibidem*. Magna pars fibris adeſt. *Ibidem*. Non molli ambitu Omenta pingues Viſcerum obtendunt ſinus. *Ibidem*. V. *Diuinatio*. Hęc verubus hęrent viſcera, & lentis datæ. *Idem in Thyeſt.* Vera monent Tuſcis exta probata viris. *Tib.3.eleg.4.* Lanigeri pecoris tibi Termino fibris Sacra videt fieri ſextus ab vrbe lapis. *Ouid. 2.faſt.* Pecudumq; per aras Terrifici monitus iterant. *Val. Fl.1.*

Lactes, ium, dicuntur mollia inteſtina; vndè apud *Plautum* prouerb. Alligare fugitiuum canem lactibus agninis.

EXTERNVS.

Hoſpes: Exterus: Aduena: Hoſpita: Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas. *Ouid.1.faſt.* Extraneus: Ignotus: Alienus: Peregrinus: Exul: Profugus.

EXVL.

Extorris. *Virg.4.Æn.* Profugus. *Idem 1.Æn.* Vagus. *Sen. in Thyeſt.* Longè qui ignotis exulat oris. *Virg.3.Georg.* Qui iuſſus patria damnatus excedere terra. *Mart.2.24.* Pulſus patria. *Virg. 8.Æn.* Finibus expulſus patrijs. *Idem 2.* pulſus. *Sen.in Oedip.* Pulſus regnis patrijs. *Virg.3.Æn.* Relegatus: Exilium paſſus. *Idem 2.Æn.* Pulſus ab vrbe. *Ouid.3. met.* Ob ſcelera pulſus. *Sen.in Thyeſt.act.1.* Exulet, & toto quærat in orbe fugam. *Ouid.epiſt.6.* Expulſus patrijs laribus. *Luc.1.* Improbus aduena. *Virg.11.Æn.* Patrijs eiectus ab oris. *Sil.It.2.* Patria carens. *Sen.* Qui procul extremo pulſus in orbe latet. *Ouid.3. triſt.1.* Transfugus: Transfuga. *Stat.* Patria orbatus vrbe.

Exulans. *Sen.in Med.* Longis erroribus actus. *Ouid. 4. met.* Proiectus: Vix duo proiecto, tresve tuliſtis opem. *Idem 2. Pont.3.* Repetam ſilueſtres fugas, Saltuſq; denſos potius, & miſtam feris ſimilemq; vitam. *Sen.in Thyeſt.3.* Sedibus excuſſus patrijs: Errans Per varios caſus, per dira pericula vitæ: Sedibus incertis errans, alienaq; limina luſtrans: Littora cum patriæ lacrymans, portuſq; relinquo. *Virg.* Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem: Per freta, per ſcopulos exulis ibo comes: Me pulſum patria, pelagiq; extrema ſequentem, &c. Exul agor, cineresq; viri, patriamq; relinquo, Et feror in duras hoſte ſequente vias: Cadmus in Auſonia conſtitit exul humo. *Ouid* V. *Exilium*.

Epith. Fugatus, relegatus, exturbatus, eiectus, patria pulſus, mœſtus, miſer.

EXVVIÆ.

Spolia. V. *ſuo loco*. Primitiæ: Hæc ſunt ſpolia, & de rege ſuperbo Primitiæ manibuſq; meis. *Virg.11. Æn.* Prędą: Et longo prędam iubet ordine duci. *Idem 11.* Addit equos, & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem. *Ibidem.* Trophęum. *Ibidem.* V. *ſuo loco*. Spolium: Turnus ouat ſpolio gaudetque. *Virg.10. Æn.* Non habet euentus barbara pręda bonos.

Epith. Sordida, hoſtilis, auida, cupida, violenta, turpis, immanis, crudelis, opima, dira, infanda, diues, barbara.

Huc vndique Troia gaza, Incenſis erepta adytis, menſæq; Deorum, Crateresq; auro ſolidi, captiuaq; veſtis congeritur: Ante ebur, & radians aurum, & pretioſa ſuppellex. Et veſtes oſtro inſignes, penituſq; potentum Diuitiæ regum pompa celebrante vehuntur, Indè graues clypei, pręreptaq; fortibus arma, Signaq; & horrentes galeæ, criſtæq; trementes Poſt triſtes ducuntur equi, domitiq; elephantes Demiſſa ceruice graues, &c.

Prędæ triumpho deductæ deſcriptionem habes in *Virg.11. Æn.* Exuuiæ Iouis apud *Suet. in Oct.* erant quæ Romani triumphantibus dabant, nempè togam pictam, & tunicam palmatam. *Iuuen. ſat.10.*

EZECHIAS.

Filius Achaz Rex Iuda, qui regnauit annis 29. velut è ſpinis roſa diuerſus à patre, vtpotè qui Diuinum apud Hebræos cultum reſtituit, ſordibus idolorum in torrentem Cedron aſportatis, cuiuſque iuſſu cuncta ſimulacra, excelſa, necnon idola demoliti ſunt Iudæi. Senacherib Aſſyriorum Regi tributa detrectans ab eodem obſeſſus eum diuina virtute ſuperauit: prima enim nocte obſidionis Ieruſalem, Angelus Domini de illius exercitu centum octoginta quinque millia percuſſit: Ægrotans viſitur ab Iſaia, & ad quindecim annos illi vita procraſtinata confirmatur: poſt quod tempus feliciter viuens in pace obijt.

Achazites: Filius Achaz.

EZECHIEL.

Vates Hebræorum inſignis, qui cùm Sacerdos eſſet in Babylone anno trigeſimo ætatis ſuæ, anno ſcilicet 5. transmigrationis die 5. Iunij vidit cęleſtem quamdam Apocalypſin, in qua multa de venturo Chriſto, ac de Euangeliſtis ſub ænigmatibus produntur. Qui tandem à duce populi Iſrael, quod eum ſeuerius ob idolorum cultum corriperet, equis fuit diſtractus, & occiſus anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſecundo, & à populo

in

in ſepulcro Seth,ſiue Sem, & Arphaxad ſepultus fuiſſe traditur.

Quiq; obruta terra Indutis membris animari videat oſſa: In effoſſis conſpexerat oſſa ſepulcris Ezechiel: Vates Babylonius Ezechiel.

F

FABA.

Leguminum genus notiſſimum; quod quia inflationes ciat, ideò à fabis abſtineri voluit *Pythagoras*. V. *Gell. lib. 4. cap. 11.* Vel ſi inhęrendum fabulis eſt; tradunt, cùm Alexander apud Granicum amnem conflixiſſet, ibidem plurimas armatorum ſpecies inter ſe confligere viſas; quas cùm Macedonum animas ſuſpicaretur, eodem in loco, in quo cecidiſſe viſi ſunt, fabæ plurimæ exortæ fidem veteribus prębuerunt ab eſu fabæ abſtinendum, quòd in illas militum corpora defuncta conuerſa fuiſſe opinabantur; cui quidem opinioni *Pythagoras* adhęſit, qui diſcipulos ſuos à fabarum eſu abſtinere iuſſit.

Fabula. *Plaut.* diminut. Fabulum pro faba. *Gellius.* Faba viridis, vulgò *Baccelli*. Faba freſa. *Plin.* quæ confracta eſt, *Faucetta cruda:* meminit *Martialis 4.46.* freſſam fabam appellat: Fabacia, eſt libi genus è fabis confectum, *Fauetta cotta*.

Fabæ tunica: Concha fabæ. *Scribon.* Valuulus. *Colum.* Operculamentum, eſt quod proijcitur ex faba viridi: Fabæ ſiliqua: Folliculus fabæ eſt mollior cortex in ipſa viridi faba; qui ſi dureſcat proijcitur in frangendo: Conchis, eſt faba cum corticibus ſuis elixa: Si conchem meam toties comeſſes. *Mart. 5.40.* Fabæ oculus, vmbilicus fabæ, vbi bifores fabarum valuæ committuntur. Fabæ ſcapus: Fabalis ſtipula. *Ouid. 4. faſt.* Culmen fabæ. *Ibidem.* Fabæ hilum, nigrum eſt in ſumma faba iam adulta.

Lomentum, eſt farina fabacea. *Mart. 3.42.* Fabalia. *Plin.* Fabago. *Cat.* Fabaginum acus; ſunt quiſquiliæ, & purgamenta fabarum: Siliquæ fabales. *Plin.*

Inſulæ fabariæ. Calendæ fabariæ Iuniæ dicebantur, quòd in ijs fabæ recentes rebus diuinis adhibebantur.

Epith. Dura, viridis, elixa, toſta.

FABER.

Artifex. V. *ſuo loco, vbi multa.* Fabrilis dextra tenebat. *Ouid. 4. met.* Verſans tenaci forcipe ferrum: Magna vi brachia tollens: Accipiens ventoſis follibus auras: Flamma domans duritiem acris ferri: Viri laborioſæ periti Mineruæ. *Theod.* Rigida exercens validis incudibus æra: Ignes quatiens, folleſq; trementes Exanimans, & preſſo agmine inſtigans ventos.

Cui multo malleus ictu ſonat circum aures: Enſem immiti ſæuus duxerat arte faber: Recoquunt patrios fornacibus enſes: Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Gemit impoſitis incudibus Ætna: Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. *Virg. 8. Æn. ibi vide.* Omni nunc arte magiſtra, &c. *Ibidem.* Tinnitu lamina rauco Perſtrepit.

Epith. Ferrarius, ſtannarius, ærarius, falcarius, aurarius, lignarius, validus, fortis, durus, ſæuus.

FABRICATOR. V. *Ædificator.*

FABRICA.

Ædificium: Ædificatio: Fundamentum. V. *ſuo loco.* Moles ſtructa, vel conſtructa, quæ ſtruitur: Congeſta domus: ſtructura: Cęmentum, metonym. Cęmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum. *Hor. 3.24.* Habitatio: Habitaculum, domicilium. *Cic.* V. *Domus.* Ædificium ſartum, tectum, ab omni detrimento integrum.

FABVLA.

Fabella, diminut. Fabellula: Commentum: Quid te vana iuuant miſeræ ludibria chartæ. *Mart. 10.* Mendacia vatum: Mendacia blanda; *ex Ouid.* Figmenta poeſis: Ficta poetarum: Fictaq; verba refert. *Idem 2. faſt.* Has canit ambages, occulto fallitur ille. *Claud. in Ruf.* Pręſtigia mentis. *Idem.* Ludicra priorum vatum. *Vid.* Ficta carmina. *Idem.*

Acroama. *Cic.* lepida narratio: Ioci. *Mart. 3.20.* Improbi iocos Phędri, nempè fabulas: Nugæ: Qui meruit nugas primus habere meas. *Idem 4.10.* Veſica, pro nugarum argumentis. A noſtris procul eſt omnis veſica libellis. *Idem 4.49.*

Apologus: Rumores vocaui, verbaq; inania, Et par ſollicito fabula ſomnio. *Sen. in Troad.* Fabellas bellas, carmina bella canit. *Mart.* Aures implebit fabula nulla meas: Fabula vana ſumus vita eſt hæc ventus, & vmbra.

Epith. Mendax, lepida, ſolers, bella, vana, ficta, garrula, inanis, indigna relatu, expers veri, plena fuco.

Epith. Æſopica, Libyſſa, Sybaritica, Phrygia, Ciliſſa, Carica, Ægyptiaca, & Cypria ab authoribus, regionibuſq; *ex Theone Sophiſta*, qui authores nominat.

FACIES.

Aſpectus: Viſus: Vultus: Os: Frons, fig. Genæ, malæ. *Guancie*, fig. pars pro toto: Frons hiſpida hominem pręfert. *Virg. 10. Æn.* Facies templi, *Facciata della Chieſa, &c.* Frons, tis: Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes, ideſt libri. *Ouid. 1. triſt.*

triſt. & 1 faſt. Geminas ianua frontes: Facies flammata cordis turbulentos motus arguit; vndè *Sen. in Med.* Flammata facies ſpiritum ex alto citat: Os, figur. Furoris ore ſigna lymphati gerens. *Ibidem.*

Epith. Pulcra, nitens, decora, candida, honeſta, egregia, conſpicua, venuſta, inſignis.

Faciei partes ſunt: Frons, oculus, naſus, genæ, os, barba, aures, de quibus V. *ſuis locis.*

FABII, &

FABIVS MAXIMVS.

Romani fuerunt nobiliſſimi, ac generoſi, qui bellum aduerſùs Veientes ſoli cum ſuis clientibus, & ſeruis in ſe receperunt: Cumq; ex leuibus pugnis aliquot ſæpiùs victoriam reportaſſent, tandem ad Cremeram fluuium inſidijs circumuenti, ad vnum omnes cæſi ſunt, vt inquit *Ouid. 2. faſt.* Ex tanta Fabiorum clade vnus tantùm Fabius ſuperfuit, qui nondùm idoneus ad arma in vrbe relictus fuerat, cuius adulti laudes à *Liuio* varijs in locis celebrantur. Cunctator appellatus, qui Annibalem mora eluſit, ſæpiùs debilitauit, pluries obſidionem ſoluere coegit cunctatione ſua. Poſt pugnam Cannenſem cum Claudio Marcello imperator creatus pugnando abſtinuit, ea ſpe, feſſum Annibalis exercitum, ſi nemo pugnaret, breui defecturum: Marcellus autem audax, & fortis, cum Annibale ſemper pugnans inibat, vt diceret tandem Annibal, ſe magis Fabium non pugnantem, quam Marcellum pugnantem formidare. Vndè factum, vt cunctabunda quadam prudentia rem Romanam aliorum imperatorum temeritate labefactatam primus reſtituerit. Hinc *Ennius:* Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Prudens Fabius, Qui lento vicit Punica caſtra pede: Qui primus ſæuum lento Inſtamine Pœnum Compreſſit: Impactas minas dilato Marte fatigans: Victriceſq; moras Fabij. *Prop. 3. 3.*

Epith. Cunctator, Dictator, lentus, morans, inuictus, ſolers.

FACINVS.

Summæ res; potiſſimùm enim in bonam partem ſumitur facinus: Mene igitur ſocium ſummis adiungere rebus. *Virg. 9. Æn.* Animi inceptum. *Val. Flacc. 1.* Auſus animi: Res preclare: Res egregiæ: Militia: Prouincia. apud *Cicer.* Inſigne factum. *Virg. 12. Æn.* Fortia facta. *Idem.*

In malam partem ſi ſumas, V. *Culpa: Scelus.*

FACTVM.

Auſus, us. V. *ſup. ſuo loco.* Facinus egregium: Actus, us: Actio: Res acta: Res geſta, opus: Manuum monimenta: Labor. V. *ſuo loco.* Succeſſus: Actum: Acta, orum: Hæc ſoror acta tuis ſentiat è lacrymis. *Prop. 2. eleg.* Facta clara, fortia.

FACVNDIA. V. *Eloquium.*

FACVLTAS. V. *Poteſtas.*

FÆX.

Siue potius ſex, eſt varium qualiſcumq; rei excrementum. V. *Excrementum.*

Sanies. *Plin.* metaph. Craſſamentum. *Colum.* Craſſamen. *Idem.* Fex vini vſta; eſt idem, quod barbarè appellamus vini tartarum: Amurca propriè fex olei eſt: Sanies oleæ. *Plin.* Fex Sabina. *Mart.* 4. 4. interpretatur *Farnabius* amurcam olei Sabini.

Magma, tis, eſt maſſa vnguentorum quaſi amurca, quod recrementum dicitur *Celſo,* vnguentorum fex. *Plin.* lutum vnguentorum; *ex Virg.* ob conſiſtentiam luto ſimilem: Craſſamentum dicitur *Colum.* & ſedimentum.

FACILIS.

Res non onerosa volenti. *Ouid. 4. Pont. 10.* non difficultatem habens: Quod fieri poteſt: Non ardua res: Non difficilis: Res labilis, quæ facilè fieri poteſt.

FAGVS.

Arbor quondam à priſcis Ioui dicata, vndè ipſe Fagutalis Iupiter dictus fuit, indè eius ſacellum Fagutal, teſte *Feſto,* in quo fuit fagus arbor, quę Ioui ſacra habebatur; non procul à ſacello, vt inquit *Plinius*, lucum fageum poſuerant. Sacellum illud in regione decima Romæ collocatum fuit; lucus verò deſcribitur in regione quinta in Exquilijs. In fagis ſolebant paſtores amores ſuos inſcribere, vndè *Propert. 1. eleg. 18.* Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores Fagus, & Arcadio pinus amata Deo: & *Ouid. in epiſt.* Inciſæ ſeruant à te mea nomina fagi, Et legor Oenone falce notata tua: Glandifera eſt fagus, cuius glans dulciſſima eſt, authore *Theophraſto*, & vt ſcribit *Plinius* ſitem hilatem facit, carnem coctibilem, ac leuem, & vtilem ſtomacho. Roboris eſt ſpecies ſtalbris, montoſiſq; naſcens locis; & huius glandibus veſci primus Pelaſgus Arcas inſtituit, vt inquit *Pauſanias.*

Tegmen fagi. *Virg. 1. eclog.* Frondes faginæ. *Ouid. 4. faſt.* Fagi cortex; qui in quodam vſu ſacrorum religioſus fuit, vt inquit *Plinius*, ex qua arbore vaſa tornabantur, ſiue ſcalpro aptabantur; vndè pocula fagina apud *Virg. in eclog.* Lege eumdem *Plin. Theophraſt. & Ouid 8. met.* Fabricataq; fago Pocula, &c. Tum frondoſa ingens ramis altiſſima fagus, &c.

Epith. Patula, alta, frondoſa, rudis, denſa, glandifera, latè ſpargens, tendens, diſtendens brachia, ramos, &c.

FALERNVS.

Ager, & mons in Campania optimum generans vinum, quod præfer batur à priſcis etiam excellentioribus, vndè *Virg. 2. Georg.* inquit: Et quo te

cas.

carmine dicam Rętica? (vitis) nec cellis ideò contende Falernis? dicitur Falernum vinum.

Vites Falernæ:Bacchi cura. *Tib.* Vina Falerna:Nigra Falerna manu. *Mart.*8.56. Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado: quoniam de vino intelligit maſculino genere protulit in plurali; nam ſingulari neutrum eſt;ex obſeruatione *Mureti*,& aliorum interpretum. *Tib.*2.1. quod tamen non arridet, cùm ex authoritate *Martialis* (vt *ſuperiùs* diximus) etiam in plurali neutro genere efferatur.

Indomitum quod deſpumare Falernum Sufficiat. *Perſius.* *Seruius* autem ſcribit Falernum aqua vix domari poſſe, cuius tria ſunt genera; auſterum, dulce,tenue: Miniſter vetuli puer Falerni. *Catull lyr.*27. nigrum eſt vinum Falerni, vndè *Mart.* Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno:Non tibi ſi Bacchi cura Falernus ager. *Tib.*1. 9. *vel* 10.

Hic autem mons, & ager erat in eo Campaniæ tractu,qui à ponte Campano ſe offerebat Vrbanam coloniam Syllanam petentibus, nempè apud Sinueſſam, vt ait *Liuius*, hodie *Rocca di Mondragone.* Campanum merum. *Mart.* per autonomaſ. nam cęteris excellentius fuit habitum: Potores bibuli media de nocte Falerni.

Minea regio olim dicebatur,vt ait *Macrobius in fine* 3. *ſaturn.* Protripus etiam à nonnullis dicitur. V. *Ortelium.*

FALISCVS.

Mons,hodie *Monteſiaſcone*, olim Falerij,quæ à Camillo fuit obſeſſa, vt *Liuius* tradit, quam Iunonis cultricem appellat *Ouidius*: cuius populi Faliſci nuncupantur equi à *Virgilio lib.*7. *Æn.* Hi Feſcenninas acies, equosq; Faliſcos; quòd populus Romanus miſſis decem viris, ab his iura fecialia acceperit,& nonnulla alia duodecim tabularum ſupplementa; dicitur autem Faliſcorum mons à *Vibio Sequeſtro*: eademq; eſſe vrbs, quæ Feſſenia à *Plinio*, Feſſenium à *Catone* putatur Tuſciæ Mediterraneum oppidum; à cuius vrbis populis mulieres Romanæ lucanicas farcire didicerunt, vndè Faliſci ventres, tomacula nuncupata ſunt.

Terra Faliſca. *Ouid.*4.*faſt.* Colonia Iunonia. *Front.* Quos alit campis herba Faliſca ſuis. *Ouid.*1. *faſt.* Quam gramine paſta Faliſco Victima. *Idem eleg.*8.4.*de Pont.* Cùm vrbs à Camillo obſideretur magiſter ludi cum nobilioribus diſcipulis deambulandi prętextu vrbe egreſſus, ad hoſtem eos deduxit, quam in pręceptore perfidiam deteſtatus Camillus hominem nudari iuſſit,& à pueris cęſum in vrbem remitti: Vndè Faliſci hac æquitate victi, ſeſe Romanis dediderunt. *Liuius.*

Ligna Faliſca, vndè fiebant pręſepia: Faliſcus venter. *Mart.*1. Et lucanica ventre cum Faliſco. V. *Ciborum genera.* Hinc

Populi Faliſci,qui conditorem Haleſum quendam, teſte *Virgilio*,recognoſcunt:& *Ouid.*1.*Am.* Haleſus docuit Iunonia ſacra Faliſcos; & hinc ipſi Iunonicolæ appellati ſunt. Pomiferi etiam à multitudine pomorum in eorum agris naſcentium.

FALLACIA. V. *Fraus.*

FALLAX.

Inficiator. *Mart.*1.104. Aſtutus. V. *ſuo loco, vbi multa.* Inſidioſus:Fraudulentus:Malitioſus:Turba doloſa: Ludens ambagibus: Ludens imaginibus. *Virg.*1.*Æn.* Fallens:Verſans pectore nouas artes. *Ibidem.* Aptus dolis. *Prop.* Foetus dolis,inſidijs, &c.

Corda doloſa. *Pictor.* Subdolus:Subdola corda:Doloſus: Et incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo. *Hor.*2.1. Subdolus vultus. *Sen. in Troad.* Qui conficta aliquo ſemper mendacia fuco Contegit. *Hom.*1.*Iliad.*

FALSARIVS.

Qui pecuniam adulterat: Nec mea ſubiecta conuicta eſt gemma tabella Mendacem ceris impoſuiſſe manum. *Ouid.*2. *Pont.*9. Qui mentitur manum: Qui notas falsò imitatur: Falſus, qui ſcripta publica falſificat:Fallax. V. *ſup.* Deceptor: Qui decipit.

FALX, cis.

Saturni inſigne; nam hac in manu pingitur, vt inquit *Feſtus.* Dens curuus Saturni. *Virg.*2.*Georg.* Acies falcis. *Ibidem.* Curuamen falcis. *Ouid.*7. *met.* Ferrum: Curuatoq; metit ferro frumenta: Tela recurua mortis; mors enim cum falce pingitur,quia mortales omnes demetit. Quare falcato decidit enſe mortis: Pallida mors dura ſingula falce metit: Agricolæ inſigne.

Epith. Curua, pręcurua, rapax, acuta, adunca, ferrea,dura, peracuta,trux,vulnifica,recurua, agreſtis, ſanguinea, herbiſeca,incurua,vncata,omniſeca, habilis, inflexa, arboraria,ſinuatica,ahena, Saturnia.

Runcina. *Plin.* ligo excidendis dumetis, vulgò *Ronchetta,ò Roncio.* Secula,dicitur falx à *Varrone.* Falx meſſoria,adorea,qua frumentum inciditur:Fœnaria,fœniſeca: Falx putatoria,vinitica. *Varr.* qua vinitores putant vites:Falcula. *Collum.* inſtrumentum falcis modo recuruum, quo vuæ ſecantur in vindemia.

FALCO.

Auis nota, rapinæ auium ſatis apta, inter augurales aues habitus ab antiquis; ſi [illegible] apparuiſſent futuri maximi boni ſpem certam faciebant. De genere accipitrum,V. *Accipiter.*

Epith. Generoſus, liber, rapax, raptor,rapidus,auidus,

dus, acer pennis, ſublime volans.

FAMA.

Ab Athenienſibus (teſte *Pauſania*) tamquam Dea fuit culta, & à Romanis illi templum fuit conſtructum, vt refert *Plutarchus in Camillo*. Sed à *Virgilio* 4. *Æn*. elegantiſſimè deſcribitur: Ex templo Libyæ magnas it fama per vrbes Fama malum, quod non aliud velocius vllum Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo,&c. vbi nullus pictor, aut plaſtes expreſſius effinxiſſet: illi domus ab *Ouidio* 12. *met*. conſtituitur in medio orbe: Orbe locus medio eſt inter terraſq; , fretumq; Cęleſteſq; plagas triplicis confinia mundi Vndè quod eſt vſquam, quamvis regionibus abſint Inſpicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures Fama tenet, ſummaq; domum ſibi legit in arce, Innumeroſq; aditus, ac mille foramina tectis, &c. Cui comites adduntur, Credulitas, temerarius Error, vana Lętitia, conſternati Timores, Seditio recens, dubio auctore Suſurri, &c. Porrò quoniam & mala eſt Fama, & Rumor; ideò eam antiqui aliquando alis nigris effinxerunt, iuxtà illud *Claudiani*: Famaq; nigrantes ſuccincta pauoribus alas. Anus deſcribitur à *Catullo*: Noſcent & qui ſis fama loquetur anus, *lyr*.80.

Nomen: Terræ filia,ſic fingitur à *Virg*.4.*Æn*. Nomen memorabile. *Idem* 2. *Æn*. Gloria:Gloria famæ. *Mart*. 1. Rumor. V. *ſuo loco*. Laus. *Ouid*.1.*triſt*.1.Perpetuum carmen. *Stat*.7.*Theb*. Honos: Decus, pro fama: Opus famæ. *Ouid*.3. *Pont*.1. Huic caue degeneres, & ſint pręconia noſtra Vera vide, famæ quo tuearis opus: Vera trophęa:Mortalis aura nominis:Quæ totum circumuolat orbem:Viuax virtus,&: Notitia poſteritatis. *Idem* 4. *Pont*.8. Carmine fit viuax virtus, experſq; ſepulcri Notitiam feræ poſteritatis habet.

Aura popularis. *Hor*.3.*od*.2. Virtus repulſæ neſcia ſordidæ Intaminatis fulget honoribus, Nec ſumit, aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ. Hæc charta loquatur anus. *Catull*. Pręconia. *Ouid*.1.*triſt*.9. Quærendiq; mihi nominis ardor erat. *Ibidem eleg*.1. Aura famæ. *Virg*.7.*Æn*. Pręconia famæ. *Ouid*.*epiſt*.16. Murmura famæ. *Idem epiſt*.9. Aucupor infelix incertæ murmura famæ, Speq; timor dubia, ſpeſq; timore cadit. Terras impleuit memores glotia nominis. *Augurell*.

Nominis honos. *Ouid*.4.*triſt*.5. Neve intempeſtiuus nominis obſtet honor: Tactuſq; cupidine laudis: Nominis, & famæ quondam fulgore trahebar. *Idem* 5.*triſt*.13. Fructus perpetui nominis. *Ibidem eleg*.14. Perpetui fructum donaui nominis idq; Quo dare nil potui munere maius, habes: Honoris onus: Ad te non parui venit honoris onus. *Ibidem*. Pignora famæ. *Prop*.4.*eleg*. *vlt*. Quid mihi coniugium Pauli, quid currus auorum Profuit, aut famæ pignora tanta meæ? Hæc eſt fœminei merces extrema triumphi Laudat vbi emeritum libera fama rogum. *Ibidem*.

Epith. Incerta, vaga, volitans, velox, volucris, ſagax, ſuperſtes, prænuncia rerum, volitans per regna, per vrbes; poſtremo vix peritura die; magnarum nuncia rerum; volans prępete penna; mobilibus veniens pennis per inania Cęli, frequens; vacuas implens ſermonibus aures, volitans per vrbes,vulgata per vrbem, volitans pennata per vrbem nuncia,&c. infelix,vana,loquax, inanis, ſiniſtra.

FAMES.

Hæc tamquam malum apud inferos religata ſcribitur à *Virg*.6. *Æn*. & maleſuada dici fames,vbi hęc *Quintil*.*lib*.8.*cap*.6. diſertè,inquit,Maleſuadam famem nominat, quòd ſcilicet per egeſtatem miſeros mortales ad furta,cędes,rapinas,& iniurias alias impellit;Vndè & ſequitur,& turpis egeſtas. Elegantiſſimè deſcribitur ab *Ouidio* *lib*.8. cui locum in Scythia adſignat propè Caucaſum in agro lapidoſo. vbi raris dentibus herbas vellit,& mandit: Eſt locus (inquit) extremis Scythiæ glacialis in oris Triſte ſolum, ſterilis ſine fruge, ſine arbore tellus Frigus iners illic habitant,pallorq; tremorq; Et ieiuna fames,&c. & paullò poſt: Quæſitam famem lapidoſo vidit in agro Vnguibus & raris vellentem dentibus herbas,Hirtus erat crinis,caua lumina,pallor in ore Labra incana ſitu,ſcabriq; rubigine dentes, Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſunt Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis Ventris erat pro ventre locus pendere putares Pectus, & à ſpinæ tantummodò crate teneri,&c. Ad quam famem aliquando ſedandam, cùm Lydi id innumeros populos excreuiſſent,ludos repeſſiſſe dicuntur ab *Herodoto lib*.1. nam per diem vnum luſibus occupabantur,per alterum verò paſcebantur. Hęc autem conſuetudo decem, & octo durauit annis;verùm multitudine creſcente colonias excogitarunt; hinc in Etruriam profecti plurimas condiderunt vrbes, inter quas Peruſiam, & alias.

Eſuries: Penuria edendi. *Virg*.7. *Æn*. Ventris rabies. *Idem* 1.*Æn*. Rabies edendi. *Idem* 9.*Æn*. Amor edendi. *Idem* 8.*Æn*. Ardor edendi. *Ouid*. 8. *met*. Acris orexis, *Appetito gagliardo*. Eſuritio. *Mart*.1. Vacui ventris furor. *Iuuen*.*ſat*.13. Languida feſſi Corpora ſuſtentant epulas. *Ouid*. 15.*met*. Rabidi ieiunia ventris. *Sil*.*Ital*.2. Vacuus venter. *Iuuen*.Triſtis inedia orexis:Ventris orexis:Alti vorago ventris. *Ouid*.8.*met*. Flamma gulæ implacatæ. *Ibidem*. Et in vacuis peragit

git ieiunia venis : Hominum, ſiue ventris truculenta tyrannis: Siccæ fauces. *Virg.9.Æn.* V. *inf. Famelicus.* Fœdiſſima ventris proluuies: Mortis alumna, miniſtra.

Epith. Rabida, veſana, inſana, ſæua, maleſuada, dira, ambitioſa, inops, mœſta, triſtis, grauis, pallida, exoſa, truculenta, improba, comes prima laborum, imperioſa, inextincta, violenta, anhela, vrgens, lenta, &c.

Fame aliquem necare, ſupplicium atrociſſimum fuit, de quo ſæpiùs fit mentio in *Martyrum hiſtorijs*. Mors quidem adeò miſerrima, ac deteſtabilis, vt his etiam, qui iudicum ſententia ſic mori cogebantur defoſſis ſub terra, vt & virginibus Veſtalibus cibaria nihilominus apponerentur, ad euitandam ſupplicij diritatem. Lege *Suet. in Neron. Schildij*.

FAMELICVS.

Pallida ora fame. *Virg.3.Æn.* Inuiſus pereas deficiente cibo. *Ouid.in Ibin.* Fractus fame. *Idem 13.met.* Exſtimulatus fame. *Idem 1.met.* Petit ille dapes ſub imagine ſomni, Oraq; vana mouet, dentemq; in dente fatigat. *Idem 8.met.* vbi perſequitur famelici copioſam deſcriptionem: Vt verò eſt expulſa quies furit ardor edendi, Perq; auidas fauces, immenſaq; viſcera regnat. *Ibidem*.

Ipſa fame ſtimulante furens. *Tib.1.eleg.* Siccæ fauces. *Virg.9.Æn.* Membra fame torpent. *Claud.* Rabida ſtimulatus orexi: Pallet cętera turba fame. *Mart.* V. *Fames.* Impaſtus. *Virg.* Incęnatus: Confectus fame. *Ouid.* Quem lędit anhela fames: Qui lenta deperit fame. Vexatus fame.

FAMILIA.

Genus. *Virg.4.Æn.* Cętera turba ſuorum. *Ouid.3. faſt.* Agnati. V. *Cognatus*. Liberi, paruuli. V. *Filij*. Famuli: Domus: Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet. *Virg.11. Æn.* Domeſtici: Gens: Vnus de Fabia gente relictus erat. *Ouid.2. faſt.* Series domorum, pro familia dixit *Stat.3.Theb.74*.

FAMVLVS, & FAMVLA.

Seruus: Serua. V. *ſuo loco.* Pediſſequus, qui dominum ſequitur: Aſſectator: Aſſecla, in eodem ſenſu. *Cic.* Mancipium. V. *Seruus.* Miniſter: Miniſtra. V. *ſuo loco.* Fida manus famulorum. *Sen. in Hipp.* Cæſareum famulo vertice ferre pedem. *Ouid.2.Pont.2.* Turba miniſtra: Turba famulatis. *Sen.in Thyeſt.* Famulùm (pro famulorum) manus. *Virg.11.Æn.* Famulans iuuenis: Iuuenum famulantium manus: Turba miniſtrantum, miniſtrans: Puer. V. *ſuo loco,* in ſignificatu, *Paggi.* Anteambulo. V. *Miniſteriorum varia ſpecies.* Calator, puer, qui herilia arma in militia portat. *Plaut. Scudiero*.

Epith. Studioſus, fidus, officioſus, facilis ad iuſſa, omnia promptus agens, cuncta gerens promptè:

Famula: Serua. V. *ſuo loco.* Ancilla. V. *ſuo loco, vbi multa.* Miniſtra. V. *ſuo loco.*

Epith. Fida, officioſa, ſtudioſa, obſeruans mandata dominæ, haud ignara operum Mineruæ.

Famulus, a, um: A famulis Iſtri qui tibi venit aquis. *Mart.5.3.* nempè ab aquis tibi famulantibus: Seruilis: Vernulus. *Idem 5.epig.18.* Famulans, miniſtrans, ſeruiens; mancipatus, a, um.

FANVM. V. *Templum*.

FARINA.

Simila: Similago, ginis. *Plin.* Siligo, nis. *Iuuen. ſat.5.* Pollis, nis. *Cato*; vel pollen, nis: Flos, nempè farina à furfuribus expurgatiſſima, quamquam *Plin.* inter hæc nonnihil diſcriminis ſtatuat; & *Celſus*, pollinem impuriorem farinam, nempè quæ volatica eſt, dealbantq; parietes intelligat: & hæc pulueræa, & tenuis farina dicitur.

Polenta, farina roſti hordei eſt, frictive.

Farinam depſere, ſubigere, eſt, *Gramolar la paſta*, Illi triticea tingunt ſua roſtra farina.

Fruges: Frumentum. V. *ſuis locis.*

Vtriculus. *Plin.* quod furfure melius eſt, vulgò *Tritello*, & ſimila deterius: dicitur etiam à *Palladio* farinæ venter, creatura, ſiue exta tritici, quaſi tenuius farinæ recrementum: Furfur, farinæ recrementum craſſius, *Cruſca*.

Epith. Triticea, ſiliginea, minuta, tenuis, pulverea; ex frugibus autem Fabacea, caſtanearia, viciaria, ciceriana, hordeacea.

FAR, ris.

Vetus alimentum Romanis, cuius eſu pręſertim nuptiæ celebrabantur, & confarreatio dicebatur. Illo in ſacrificijs vſos fuiſſe veteres à pluribus ſcribitur *Tib.* Farre pio placant, & ſaliente ſale, *lib.3.eleg.4.* & *Virg.5.Æn.* Et canæ penetralia Veſtę Farre pio, & plena ſupplex veneratur acerra: & *Dion. Halic.* Romani precioſiſſimum, ac vetuſtiſſimum fructum far eſſe putantes, ſacrificia omnia ignota ab eo incipiunt. Quod etiam declarat *Arnobius 7. contra gentes.*

Farra Deæ, micæq; licet ſalientis honorem Detis. *Ouid.4.faſt.* Triticeum far: Farris aceruus: Ador, is: & Adoreum, i: & Adorea liba per herbas. *Virg. 7.Æn.* Zea, dicebatur olim: Adoreum ſemen: Farreum, libi genus ex farre. *Plin.* Farraceus, apud *eumdem.* Farris alica: Zea deglubita, *Farro ſpogliato*. Farraceum, edulium ex alica farris.

Hinc diffarreatio dicta, ſi diuortium inter virum, & vxorem contigiſſet: veluti confarreatio matrimonium ſignificabat: Far autem in ſacris ſemper torrebatur.

FAR.

FARCIMEN.

Dicitur inteſtinum conciſa minutim carne, ſimiliq; fartura oppletum.

Faliſcus venter. V. *Faliſci.* Ventriculus fartus: Tucetum. V. *Ciborum genera.* Tuceta etiam dicitur bubala caro, condimentis quibuſdam craſſis oblita, ac fumo macerata, atque ideò toto anno durans, vulgò *Salſiccie di bubala*. Tuceta condimenta gulæ delicioſa. V. *Ciborum genera, ubi multa ad farciminis genera pertinentia.*

FASTIDIVM.

Moleſtia: Tędium: Tędia: Labores: Pœna: Ærumnæ: Faſtidia ſuperba. *Virg.* Oderunt, Pholoe, moneo, faſtidia Diui. *Tib.* 1.8. Atque ſuperba pati faſtidia. *Virg.* Faſtus. V. *Superbia, & inferius.* Oſcitatio: Et longas trahis oſcitationes. *Mart.* 2.6. figur. quòd faſtidium pręſeferant qui oſcitantur.

FASCIS.

Congeries ligata, colligata: Faſciculus, diminut. Strues: Lignorum ſtrues, *Cataſta di legne.* Manipulus: Stramineus faſcis: Virgultorum ſtrues.

FASCES.

Numero multitudinis Inſignia dicebantur Magiſtratuum Romanorum, ac Conſulum pręcipuè. Erant autem faſciculi virgarum cum ſecuri incluſa loris dependentibus, quæ inſignia lictores Conſulibus pręferebant honoris, ac terroris cauſſa; ſiue (vt *Plutarchus* ait) vt per virgas ſignificaretur: Corrigendum eſſe à magiſtratu, quod mutari poſſet; quod verò emendari nequiret, abſcindendum. Hi verò faſces pręferebantur (vt diximus) à lictoribus, qui duodecim erant, ſuccincti veſtibus, & expediti ad plectendos facinoroſos, & hi aliquando curuli ſella vehebantur pręferentes virgarum faſces. Sex autem Proconſuli, ſiue Prętori in prouinciam proficiſcenti tribuebantur. Tandem faſces pro ipſo Conſulatu, & magiſtratu ſumūtur. A Rege Romulo fuerunt inſtituti faſces, lictoresq;: Dictatori verò vigintiquatuor attributi, Conſulibus duodecim.

Tradere turpi faſces populus Gaudet eoſdem colit, atque odit. *Sen. in Hipp.* Cynthia non ſequitur faſces, nec curat honores Semper amatorum ponderat illa ſinus. *Prop.* 2.16. Lege *Veſtales* apud *Alex. ab Alex.* Auſoniæ virgæ. *Prop.* 3.3. *vel* 4. Sera ſed Auſonijs veniet prouincia virgis Aſsueſcent Latio parta tropheа Ioui: Lictorū inſignia, arma, ſceptra: Conſulis honos: Honores inſignia: Honoratæ virgæ: Conſulares, pretoriæ virgæ: Pondera lictorum vrbani geſtamina faſces: Virga ſuperba clamoſi litturis. *Mart.* 11.99. Pulchri faſces dicuntur *Lucretio.*

FASCIA.

Limbus. *Ouid.* 5. *met.* Zona: Cingulum. V. *ſup. ſuo loco.* Inſtita. V. *Veſtis.* Ligula cruralis, faſcia: Periſcelis, p. breui: Faſcia pedulis, qua olim conſueuerunt pedes tegere, in quo Hebręi fuerunt honeſtiſſimi. Peripezidæ dicuntur à *Græcis*. Hæ verò cœperunt aſſumi, cùm frequens calceorum vſus cępit eſſe, nam (vt inquit *Caſaubonus*) per longa ſecula, niſi neceſſitas coegiſſet, nudis pedibus incedere veteres conſueuere.

Ligula adſtrictoria: Adſtrigmentum: Ligula. *Iuuen.* vulgò *Stringa*.

Cunabula, faſciæ (teſte *Plauto*) panniq; infantium inuolucra in cunis tàm lanea, quàm linea: faſciæ dicuntur à *Plinio*. Puerilis faſcia: Mollis faſcia. *Prop.*

Faſciola; Anadeſmos, Gręcè, qua vulnera obligari ſolent: Faſcia crinalis. *Vlp.* quæ Vittæ tęnia dicitur *Virgilio*. Redimiculum *Iuuen.* vinculum, quo vittæ nodabantur: Redimicula pectore pendent. *Ouid.*

Faſciæ crurules, vel crurales. *Vlp.* Tyrrhena vincula *Virg.* nempè eas nonnulli aiunt faſcias fuiſſe, tęniaſve longas, quibus inuolutis, & ſcanſili modo aggeſtis crura, tibiaſq; adſtringebant, contegebantq; &c. Tuſca calceamenta. *Seru.*

Genualia. *Ouid.* vincula, faſciæq;, quibus ſubter poplites caligæ ſubſtringuntur, quibus *Hiſpani* valdè luxuriant. Splenium, eſt panniculus, vel faſcia, quæ fronti, vel oculis illitis ſuperimponitur: Talia lunata ſplenia fronte ſedent. *Mart.* 8. 33. & 2. *ep.* 24. Sed V. *Emplaſtrum*.

FASTVS.

Faſtidium: Superbia. V. *ſuis locis, ubi multa*. Tumor: Tumidus terror: Offenſus variæ tumidis terroribus aulæ. *Mart.* 9.44. Tumidæ mentis aura: Tumida frons: Tumidi oculi: Tumidum os, &c. Ore tumenti, nempè ſuperbo.

FATVM.

A fando, quo ſignificatur voluntas, iuſſio, decretumq; Dei de re, quam ipſius voluntas gubernat, cui etiam Ethnici ipſum Dei ſubiectum eſſe volebant: quod ineuitabile appellat *Virgilius*; quo omnia fieri *Stoici* dixerunt; quodq; ſic à *Chryſippo* definitur: Fatum eſt ſempiterna quædam, & indeclinabilis rerum ſeries, catenaq; voluens ſemetipſam, ac implicans per æternos conſequentiæ ordines, ex quibus acta, connexaq; eſt. Fatum (vt inquit luculente *Seneca*) ſi Deum dixeris, non mentieris, cùm enim nihil aliud ſit, quàm ſeries implexa cauſſarum, illa eſt prima omnium cauſſa, ex qua cęteræ pendent. Vndè ait *D. Auguſtinus:* non eſſe de verbi controuerſia elaborandum, quandoquidem ipſe ordo cauſſarum, Dei ſummi tribuitur voluntati, quam Ethnici Philoſophi fatum vocant. Interdum fatum pro morte vſurpant, quæ ineluctabilis eſt. V. *Mors*.

Iuro ego fatorum nulli reuocabile carmen. *Prop.* 4. *eleg.* 7.

eleg.7. Fatalis ſtamen neceſſitatis. *Syneſ.* Longa tibi poſt hæc fato meliore dabuntur. *Iuuen.ſat.* 14. Lanificum penſum. *Lycophr.* Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege. *Manil.* Vertigo fortunæ: At mihi fatorum leges, æuiq́; futuri Euentura pater poſſe videre dedit. *Tib.3.eleg.4.* Dira ſororum penſa. *Stat.3. Theb.* V. *Parca*. Lex fatalis. *Ouid.10.met.* Sed vos, quos fata ſequuntur. *Cat.*

Fatis agimur, cedite fatis. *Sen.in Oedip.* Non ſollicitæ poſſunt curæ Mutare rati ſtamina fuſi. Quicquid patimur mortale genus, Quicquid facimus venit ex alto, Seruatq́; ſuæ decreta colus Lacheſis, Dura reuoluta manu. *Ibidem.* Omnia certo tramite vadunt Ratus ordo prece non vlla mobilis. *Ibidem.* Multi ad fatum venere ſuum, dum fata timent. *Ibidem.*

Numen. *Virg.11.Æn.* Augurium: Auſpicium. V. *Augurium*. Fatorum numen. *Virg.eclog.4.* Fatorum arcana. *Idem 1.Æn.* Numinis imperium. *Sen.in Oedip.* Sidus: Viuere non certo ſidere certus eris. *Prop.1.6.* Fatalia damna. *Ouid.1.triſt.7.* Fati ſtamina nigra mei. *Idem 5.4.*

Fatorum ſeries. *Luc.1.* Fatorum lex, leges. *Sen. in Agam.* Fatorum limes. *Luc.2.Pharſ.* Fatorum ordines. *Manil.1.* Fatorumq́; vices. *Ibidem.* Fatis agitatus iniquis: Sunt qui ſidereis tribuunt hæc omnia fatis: Fatorum ludus: Varioq́; exercita ludo fatorum gens. *Stat.5.Theb.* Sic fata mihi, nigræq́; ſororum Iurauere colus. *Ibidem.* Manet hæc ab origine mundi Fixa dies bello, populiq́; in prœlia nati: Fatorum monitus, mentemq́; ſupremi Iuſſus abire patris, &c. *Ibidem.*

FAVCES. V. *Gula*.

FAVILLA.

Ignis. V. *ſuo loco, vbi multa.* Ardentes volant per nubila ſumma fauillæ: Ignis ſemina: Scintilla: Scintillula: At primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. *Virg.1.Æn.*

Epith. Feruens, calens, leuis, tenuis, ardens, ignea, vaga, flammans, volitans, cana, volucris, ignita, rubens, parua, clara, rubens.

FAVNA.

Deæ cuiuſdam nomen, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eiuſdem ſacris arcebantur, vt vel in ædem eius inſpexiſſe capitale eſſet. Cauſſam affert *Macrobius lib.1.ſat.cap.12.quem adi.*

Tellus, & Terra, teſte *Varrone*, quę & Fatua dicebatur; & hoc indè ſumptum, quòd infantes non priùs vocem edunt, quàm eam attigerint.

Bona Dea, cuius meminit *Cic.* vitio dans Clodio, qui muliebri habitu in eiuſdem Deæ templum fuerat ingreſſus, vt vim inferret nobiliſſimæ Romanæ. V. *Bona Dea.*

FAVONIVS. V. *Zephyrus*.

FAVNVS.

Deus ruſticorum: Fauni (plures enim credebantur) à fando dicti, teſte *Varrone*, Latinorum Dei fuerunt, ita vt Faunus & Fauna ſint in his verſibus. quos vocant Saturnios, quos in ſilueſtribus locis traditum eſt ſolitos fari. Vel ſic dicti à Fauno Pici filio, cuius meminit *Virg. in 7. Æn.* Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica: Maricam enim Liris fluminis nympham, quæ Minturnenſium litus colebat, vxorem habuit, ex qua peperit Latinum Regem, ex qua Lauinia, quæ nupſit Æneæ. *Porphyrion* autem ait: Faunum exiſtimatum inferum, ac peſtilentem Deũ fuiſſe. Sed de Fauno hæc *Lactantius*: Ante Pompilium Faunus in Latio Saturno auo nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter Deos honorauit, & ſororem ſuam Faunam, eamdemq́; coniugem ſacrauit, quam C. Baſſus fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris. Romæ in Inſula Tiberina ædem habuit Faunus, in quo colebatur, vndè *Ouid...faſt.* Idibus agreſtis fumant altaria Fauni. Habuit etiam Romæ poſt Romulum templum in monte Cœlio circulari forma, multis in ambitu columnis adornatum. *Pomponius* autem *Lætus* hæc de Fauno: Antiquiſſimus omnium regum in Latio fuit, qui Aboriginibus imperauit, homines more ferarum viuentes in mitiorem vitam redegit, lucos ſacrauit, locis & vrbibus nomina dedit, ædificia erexit, templa ædificauit, quæ ideò à Fauno Fana dicuntur: quòd Pontifices ſacrificando illi fantur. Habuit prętereà vxorem, quæ quia contra morem, decusq́; regium clam vini ollam ebibiſſet, & ebria facta eſſet, virgis myrteis à viro vſq; ad mortem cęſa eſt. Poſteà, cùm eum peniteret facti, & vxoris deſiderium ferre non poſſet, diuinum illi nomen detulit, fanumq́; ſacrauit, in quo virgas myrteas eſſe non licebat, neque vinum offerre; ſed tantùm in eius ſacris vini amphora ponebatur obuoluta, & exhauſta; *ex Lactant.* apud *Gyrald.ſynt.4.* Regnauit autem in Italia Faunus ante Æneam circiter annos C L. teſte *Euſebio.* Demùm hoc ferè omnes veteres ſentiunt: à Fauno in Latio cultus Deorum inſtitutos fuiſſe, cui & Faunalia fuerunt dicata ſacra Nouis Decembribus, cui agna, vel hœdo litabatur, & vino. Lege *Hor. odam 18. lib.3.*

Pici filius, Saturni nepos. *Suid. & Lycophr. interpr.* *Virg.* Martis pronepos, dicitur *Halicarnaſſ.* Genius indiges Romanorum; *eidem*. Nympharum fugientum amator. *Hor.3.18.* Fatidicus Deus Latij; nam fuit aſtronomus.

Fauni verò numero multitudinis dicuntur.

Dij ruris. *Ouid.1.faſt. & Tib.2.eleg.1.* Dij cultores

Digitized by Google

res Lyceį. *Ouid. vt ſup.* nempè Panos aſſeclæ, qui in Arcadia potiſſimùm colebatur: vbi Lyceus mons: Numina ſilueſtria. *Idem 2. faſt.* Numina Fauni. *Claud.* Dij nemorum. *Ouid. 3. faſt.* Dij ſumus agreſtes, & qui dominamur in altis Montibus. *Idem.* Dij ſilueſtres. *Idem.* Siluarum numina. *Idem 6. met.* Numen agreſte, ruſticorum: Montanum numen. *Ibidem.* Ruſtica numina. *Idem 1. met.* Numina iutis. *Idem 2. met.* Turba licens, ideſt licentioſa, procax. *Sen. in Hipp.* Faunorum ſcilicet: Nocturnaq; furta licentum Cornipedum. *Stat. 4. Theb.* Faunos enim ſimiles Satyris faciunt Poetę: Terrarum numina. *Ouid. 7. met.*

Pinigerum caput Fauni. *Ouid. 3. faſt.* quòd pinu ſe coronabat tanquam Panis cultor: quòd autem Faunus aurum, argentum, ferrumq; inuenit Latij populi illum diuitiarum datorem Deum nuncuparunt, teſte *Suida*: cui & oraculum in Albunea ſilua fuit erectum. Euandrum accepit hoſpitio, illiq; agros, & montem conceſſit. Lege *Iuſtin.* Diuus Laurens *Virgilio* dicitur. Cuius etiam tempore (vt *Plutarchus* ait) Hercules ab Hiſpania cum Geryonis bobus in Italia venit; & ab illo ſuſceptus fuit hoſpitio; qui vt Mercurio natus (veluti ipſe pręferebat) patri hoſpites immolare aſſueuerat. Sed ab Hercule interemptus fuiſſe dicitur ob illam inhumanitatem.

Epith. Quæ Pani dantur, & Satyris.

FAVOR.

Qui etiam tamquam Deus cultus fuit, cuius mater Forma, Fortuna quem aluit; cuius pater Caſus, animiq; Dotes fratres fuere: ab Apelle depictus fuit. Lege *Gyrald. ſynt. 1.*

Aura popularis: Gratia: Studium: Fauoris gloria. *Sen. in Thyeſt.* Auxilium. *V. ſuo loco.* Munus: Quot mihi Cæſareo facti ſunt munere ciues. *Mart. 3. 94.*

FAVTOR.

Fauens: Quiſquis es ò faueas: Pręſentes diui, nempè fauentes: Pręſentia numina, ideſt fauentia: Blandiens: Pronus. *Sen. in Hipp.* Quibus facili Deus annuet aure. *Prop. 1. 1.* Fautrix, de fœmina. *Ouid. 3. met.* Adiutor: Adiutrix: Cultor, & antiſtes doctorum ſanctè virorum. *Idem 3. triſt. 14.* Vatum ſtudioſe nouorum. *Ibidem.* Hoc tibi tutori ſarcina maior erit. *Ibidem.* Turba fauentium. *Hor. 3. 24.*

FAVVS.

Apum opus, & labor; in quo & mel fouent, & ſobolem; & faui dicuntur earum cellulæ operis apiarij fundamenta. Lege *Virg. 4. Georg.* luculentiſſimè fauos deſcribentem.

Mel, lis, contentum pro continente: Examen, is, eſt propriè apum multitudo: Apum labor, ſiue apium. *Boet.* Mella expreſſa fauis. *Mant.* Munus apum: Dulcia dona faui: Fauorum crates. *Virg. 4. Georg.*

Ceræ: Et in ceris aurea mella ſuis. *Ouid. 4. faſt.* Cana mella ſeruat cum ſuis ceris, nempè fauis. *Mart. 3.* Domus apum, fig. V. *Alueare, ſup. & Mel.* Prima fauis ponunt fundamina, deindè tenaces Suſpendunt ceras. *Virg. 4 Georg.* Cellas diſtendunt dulci nectare. *Idem.* Loculamentum dicitur ipſe fauus, nempè cellulæ ſexangulæ apum operis fundamentum.

FAX, &
FACES.

Quarum varius fuit vſus: conficiebatur ex pinu, item è ſpina alba, & tęda. Hæ in nuptijs adhibebantur, vel in honorem Cereris, vt *Feſtus* tradit, vel quando, vbi contenebraſſet, in mariti domum ſponſa deducebatur. Quinque tantùm faces in nuptijs adhibebantur, vel pro numero partus naturali, vel in honorem quinque Deorum, qui Nuptijs pręeſſe credebantur, Iouis adulti, Iunonis adultæ, Veneris, Suadelæ, Lucinæ. Pręferebantur à pueris patrimis, & matrimis apud Romanos; à ſponſæ matre apud Græcos. Hæ faces ſæpè à poetis tędæ, vel faces iugales, faces legitimæ, tędæ geniales, & feſtæ appellabantur. Siquando autem accidebat, vt aliquid diſſidij inter virum, & vxorem naſceretur id credebant, non iuſtis, ſed iniquis facibus peractum matrimonium; vndè *Sen. in Theb.* Non te duxit, in thalamos parens Comitata primos, nec ſua feſtas manu Ornauit ædes, nec ſua lętas faces Vitta reuinxit, &c. hæ autem virides plerumque erant, quæ infelices credebantur propter fumum; vndè *Ouid. in Ibin.* Iamq; receſſuræ viridi de ſtipite factas Admorunt oculis vſq; ſub ora faces: Toris nefandis flebili iunxit face. *Sen. in Octau.* & fig. intelliguntur triſtes nuptiæ.

Flamma iugens Tędarum: Flamma facis: Funalia. *Virg. 1. Æn.* Lampas ardens. *Idem 11 Æn.* fig. Tędæ ardentes. *Ibidem.* Tęda: Tędarum ignes: Lumina fumea tędis. *Idem 6. Æn.* Tędarum lumina: Nocturnum lumen. *Idem.* Ignes nocturni. *Idem.* Pinea tęda: Lucet via longo Ordine flammarum. *Idem 11. Æn.* Flammiferę pinus. *Ouid.* Ignis rogalis. *Stat. 1. Theb.* quòd ad rogum adhiberentur faces.

Faculæ: Cerei. V. *Cera.* Aurea fila facis; ideſt radij. *Anger.* Et petit infeſtis aurea tecta rogis. *Idem.* Neu propè fulgenti lumine ferte face. *Tib. 1. eleg. 2.* Solemnis ignis. *Sen. in Med.* ob ſacrificia: Proloqui Hymenęum pudet, tędaſq; noſtras. *Idem in Theb.* in ſacris quoque quinque fuerunt adhibitæ faces è teda arbore de Larium genere, è qua ſuccus pice liquidior: Pronubam thalamo feram vt ipſa pinum. *Idem in Med.* alij legunt ſpinum; ſed è pinu fiebant: Multifidam iam tem-

pus

Digitized by Google

pus erat ſuccendere pinum. *Ibidem.* Flammiferæ pinus: Vaſtam rogo flagrantem corripiat trabem. *Idem in Herc. fur.*

Epith. Fumida, flammifera, radians, ardens, ignea, ſplendida, feruida, micans, flagrans, nocturna, fulgens, rutila, micans accenſo igne, lucens, fumans, flammans, viridis, flebilis, roſea, coruſcæ, multifidæ, auidæ.

FEBRIS.

Tamquam Dea à Romanis culta fuit, ne noceret, de qua ſic ſcribit *Val. Max.* febrim ad minus nocendum templis colebant, quorum vnum adhuc in Palatio, alterum in Arce Marianorum, tertium in ſumma parte Vici longi, in eaq; remedia, quæ corporibus ægrotorum innexa fuerant, deferebantur. Ceterùm febris à feruore *Celſo* dicitur, calor ſcilicet natiuus in igneum conuerſus: aut immoderatus calor preter naturam in corde exiſtens. Variè denominatur, vt tertiana, quartana, intermittens, &c. vt *infrà:* harum aliæ protinus incipiunt à calore (vt inquit *Celſus 3.*) aliæ à frigore, aliæ ab horrore, frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgeſcunt; Horrorem, vbi totum corpus intremit. Huius ſpecies.

Febris intermittens, nempè putrida, quæ viciſſim & repetit, & ſoluitur, conſiſtitq; in venis minoribus, corporiſq; habitu, cuius tres ſunt ſpecies: Quotidiana, tertiana, quartana, quæ vocantur etiam Grece περίοδικὰ νοσήματα, quod ſatis certis circuitibus recurrant reduces.

Quartana febris, quam Saturni filiam nominauit antiquitas: dicitur autem, quòd quarto recurrat die. Quarta dies: Quid macies ægri veteris, quem tempore longo Torret quarta dies. *Iuuen. ſat. 9.* Quadrini circuitus febris. *Plin.*

Diaria febris: Ephemera: Vnius diei febris, cordis ſpiritu incalefacto, non autem humoribus.

Febris continua, ſiue continuata, cuius vnica eſt à principio ad finem acceſſio in plures dies extracta: ſiue in qua febris nunquam intermittit, eiuſque materia in maioribus vaſis continetur: Febris continens, in ſanguine conſiſtens.

Cauſus, Græcum nomen, febris ardens, febris continua tertio quoque die exacerbatior cum maximo incendio, & intolerabili ſiti quaſi continua tertiana, vulgò *Terzana doppia.* Febris colliquans, ardentiſſima, quę cum pinguedine carnes, & ſolidam ſubſtantiam calore liquatam per aluum effundit.

Febris Typhodes, ex ardentium genere, eſt febris ſymptomatica è iecinoris eryſipelate nata, aut renum, quæ etiam Græca voce χρυμώδης vocatur: Lipyria febris. *Actuar.* in qua externa friget, interna vruntur. *Aetius* è ventriculi eryſipelate eam accendi adnotat. Perniciosi incendium ignis; *ex Anthol. 2.* Epiala febris; pituitoſa è vitreo, & acido phlegmate ortum habens, in qua eodem tempore calor, friguſq; in quauis corporis particula ſentitur.

Hectica febris; calor preter naturam in ſolidis partibus accenſus, qui ſuam in cordis ſubſtantia ſedem fixit: hanc prodnnt oculi fugientes, corporis ſqualor, collapſus temporum, ventris extenuatio, & à cibo caloris augmentum, *Etica febre.* Maraſmus, tertius hecticæ gradus, vbi aſſumpta carnoſa ſubſtantia, calor febrilis obſeſſo corpore primigenium humidum (nempè radicalē) depaſcitur manifeſtè; alio nomine marcor, ſiue febris hectica cum marcore.

Paroxyſmus: Acceſſio. *Celſ.* Exacerbatio, ſiue excandeſcentia: quòd tunc morbus ab humore exagitatus velut excandeſcit, eſtq; febris recurſus, *Acceſſion della febre.* V. *Morbus, & morborum genera.*

Saliunt tentato pollice venæ. *Ouid. 10. met.* Calor febrilis: Ardor depaſcens artus corporis: Febris ardor, calor, ignis, flammæ: Hemitritæus, nempè ſemitertiana febris: Vti Tongilius malè dicitur Hemitritæo. *Mart. epig. 40. lib. 2.* Et venas vrit anhela ſitis. *Pont.* Flammeus vapor. *Sen. in Oedip.* Æſtus: Et veniunt æſtus, & nox immenſa videtur. *Ouid. triſt. 4. eleg. 3.* Feſſaq; iactati corporis oſſa dolent. *Ibidem.* Arida conuellit feruens precordia febris, Et Phlegetontæo me coquit igne focus: Aret, & exuſto tabeſcit lingua palato, Siccaq; compreſſis faucibus ora tacent. Lues: Vreret implicitum cùm ſcelerata lues. *Mart. 5. 102.*

Epith. Flagrans, anhela, ardens, rapida, calida, auida, occulta, recurrens, interuallata, moleſta, maligna, dira, grauis, iners, tremula, noxia, violenta, lethęa, arida, feruens, recidiua, edax, lethifera, valida, inſana.

V. *Ægrotus: Morbidus.*

FEBRVARIVS.

Vltimus menſis ex antiquorum ordine, cùm à Martio inciperetur annus, qui omni intercalationi ob eandem cauſſam deputatus fuit à Romanis Græcos imitantibus, qui & vltimo anni ſui menſi ſuperfluos interſerebant dies, qui mos etiā hodie à nobis retinetur, qui diem intercalarem quarto quoque anno illi addimus. Menſis legationibus exterarum gentium audiendis totus attributus, teſte *Cicerone;* qui nomen habuit à Februo Deo Luſtrationum, nam eo menſe luſtrari ciuitatem, & Dijs Manibus iuſta ſolui neceſſe erat; quæ februa defunctorum piamina appellabantur, perq; duodecim huius menſis dies celebrabantur; quibus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis, ſacrificijſq; circa ſepulcra accenſis facibus, cereiſque intentus erat, teſte *Feſto:* dies habuit ab vltima

Numæ conſtitutione viginti octo, fuitq; in tutela Neptuni, cuius dies feſti apud veteres hi erant.

Calendæ Februarij, nefaſtus dies in Calendario eorum: in ijs tamen calendis feſtum erat dedicationis templi Iunonis ſoſpitæ, de quo ſic *Ouid. 2. faſt.* Principio menſis Phrygiæ contermina matri Soſpita delubris dicitur aucta nouis. Item feſtum luci Aſyli, de quo *Ibidem Ouid.* Tunc quoque vicini lucus celebratur Aſyli, Qua petit æquoreas aduena Tybris aquas. Eodemq; die rem diuinam faciebant in æde Veſtæ, & Iouis Tonantis, & in Capitolio bidens Ioui mactabatur. *Ouid. ibid.*

Tertio Non. erat Senatus legitimus.

Nonis Februarij: Gneus Octauius Auguſtus pater patriæ fuit appellatus.

Idibus Februarij, Ioui Idulis ouis (nam omnibus Idibus Ioui mactabatur ouis, quæ ideò idulis dicebatur, vt *in Ianuario* adnotabitur) & in ijs etiam Fauni erant feriæ, vt *Ouid.* Idibus agreſtis fumant altaria Fauni, Hic vbi diſcretas Inſula rumpit aquas. Idem dies ater, ſiue religioſus erat ob cędem Fabiorum, de qua re *ſup. & Vide Liuium*, & in hoc die etiam notatur Senatus legitimus *in veteri Calendario*.

Decimo quinto Calendas Martij: Lupercalia celebrabantur, de quibus V. *Lupercalia*.

Decimo tertio Cal. Mart. Quirinalia erant, nempè feſta in Romuli (qui Quirinus dictus fuit) honorem celebrata. Eodem die etiam feriæ ſtultorum erant ob hanc cauſſam, quod cùm quiſq; in ſua curia Fornacalibus, quæ indictiuæ feriæ erant, feriaretur, & ſacra faceret, ſtulta populi pars, quæ ſua Curia eſſet ignorans, rem diuinam Fornacalibus omiſſam Quirinalibus faciebat, teſte *Feſto*.

XI. Kal. Mart. Chariſtia hoc in die celebrabantur: de quibus V. *ſuo loco*.

IX. Kal. Mart. erant Feralia, quæ tamen ab *Ouid.* ad XIII. Kal. Mart. referuntur, quod per duodecim dies agebantur. V. *Exequiarum dies, & feſta Gentilium.* Ipſis etiam Feralibus Deæ mutæ ſacrificium fieri *Ouid.* docet *in 2. faſt.*

Proximo à Feralibus die Chariſtia ab amicis celebrabantur, teſte *Ouidio*. V. *ſup.*

Octauo Kal. Mart. Terminalia; nam Termino Deo ſacrificabant, quod in eius tutela fines agrorum eſſe putabant. V. *infra. & Ouid. 2. faſt.*

VI. Kal. Mart. erat Regifugium, nempè celebrabatur dies, quo Rex Tarquinius è Roma fugit: ſic *Ouid.* Nunc mihi dicenda eſt Regis fuga traxit ab illa Sextus ab extremo nomina menſe dies.

III. Kal. Mart. erant Equiria; nempè equorum curſus in Campo Martio.

Pridie Cal. Mart. Tarquinij Tyranni pręlio à Romanis ſuperati fuerunt, & comitialis dies, vt *alij*.

Synonyma.

Menſis Lupercorum: Glacialis: Brumalis: Februa tempora: Qui ſequitur Ianum: Februus menſis, dies, &c. Reliquis quoque menſibus impar: Febris habens nomen, & lenta febre timendus: Vltimus anni veteris. *Ouid. 2. faſt.*

FECIALIS.

Feciales, ſiue Fœciales; Sacerdotes dicebantur, qui fidei publicæ inter populos præerant; nam per hos fiebat, vt inſtum conciperetur bellum, & vt fœdere (à quo faciendo ſic dicebantur) fides pacis conſtitueretur. Hos inſtituit Numa; & à populo lege Domitia (quæ à collegijs ad illum ius creandi transtulerat) creabantur in comitijs Tributorum.

Armorum arbiter. *Ouid. 5. faſt.* Pręſides finibus. *Catull. in epith. Iulia.* Iudex belli ſacer.

FELIS, is.

Domeſticum animal, muribus inimicum, fœminis familiare: cuius oculos ſicut Lunam immutari aliqui tradunt, nempè pupillam augeri, & minui iuxtà Lunæ curſum: odoramentorum olfactu furere dicuntur.

Catus: Muribus hoſtis: Hoſpes, diſce nouum mortis genus, improba felis Dum trahitur digitum mordet & intereo; *ex Lap. ſepul.* ad horum ſimilitudinem ſunt Cercopitheci; ſed naturæ diuerſitate diſſimillimi. V. *Ferarum nomina.* Ichneumon. V. *Ibidem.* Conſors canum peſſima felis. *Ariſt.*

FELICITAS.

Quæ tamquàm Dea & ipſa etiam à veteribus culta. Cuius ſimulacrum apud Fundos ex Senatus conſulto publicatum fuit, vt inquit *Suetonius in Tib.* Cui ſero poſt tot Romanos principes Lucullus ædem conſtituit, vt inquit *D. Auguſtinus*.

Fortuna: Sors proſpera: Beatitas: Beatitudo: Secunda ſors, fors: Auſpicium felix. Hinc

FELIX.

O ter, quaterq; proſpero fato dati. *Sen. in Hipp.* Cui fata fauent: Curſus cui dat fortuna ſecundos. *Virg. 3. Æn.* Fortuna dulci ebrius. *Hor. 2, 16.* Auſpicio felix. *Ouid. 1. faſt.* Venit poſt multas vna ſerena dies. *Tib. 3.* Dexter: Proſper: Proſperus: Secundus: Auſpicio pacis candidus annus erat: Felices ter, & amplius. *Hor. 1. 13.* Fortuna ſemper omnis intra me ſtetit. *Sen. in Med.* Felix vtraq; lux, diesq; nobis ſignandi Melioribus lapillis. *Mart. 9. 53.*

Fortunatus, fortunatiſſimus: Beatus, beatior, beatiſſimus: O nimium felix: Terq; quaterq; beatus. Quem promiſſa manet cęleſtis portio regni: Per-

pe-

Digitized by Google

petuæ quem manent præmia vitæ: Vltima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicię; beatus Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet. Viuite felices, quibus eſt fortuna peracta. *Virg.*

Feliciter: Fortunatè: Alite dextro vento ſecundo, ſecundis ſucceſſibus, omine lęto, auſpicio fauſto, felici, lęto curſu, Dijs auſpicibus. V. *Augurium bonum: Fortuna bona.*

FENESTRA.

Foramen: Ac mille foramina tectis Addit. *Ouid.* 12. *met.* Specula: A ſpecula natam iuſſit abire ſuam. *Pont.* Feneſtra lignea: Feneſtra vitrea: Vitrea multifido ſine vi ſpecularia telo, &c. *Virg.* Clathri, vel Clathra. *Colum.* Cancelli ferramenta, lignaq; reticulato textu, quibus feneſtræ muniuntur, ſepiunturq; à furibus: Clathrata. *Plaut. Mil. Glor.* Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat. *Ouid.*

FEMVR.

Inguen, nis: Inguina: Femen, nis. *Plaut. in Mil. Glor.* Candens, & ſine labe femur: Inſuitur femori patrio Bacchus. *Ouid.* 3. *met.* Drauci, orum. *Mart.* 1. 197. Pudenda. V. *ſuo loco.*

Coxa, & Coxendix, pars inferior femoris, vulgò *Coſcia.*

Epith. Laſciuum, tenerum, molle, tumidum, candens, tenellum.

FEMORALIA. V. *Bracha.*

FERA.

Silnaq; montanas occulit alta feras: Bellua, vel belua: Pecudes: Beſtia. V. *ſuis locis.* Genus omne ferarum. *Virg.* 3. *Georg.* Ora ferarum. *Idem* 4. *Georg.* Monſtra ferarum. *Idem* 6. *Æn.* Agmen ferarum: Fera agmina: Caſtra ferina: Genus aſſuetum ſiluis: Turba ferarum: Terga ferina. *Ouid.* 3. *eleg.* 9. &c. Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum. *Virg.*

Epith. Sęuę, immanes, feroces, hirſutæ, ſoliuagæ, vagæ, errantes, indomitæ, minaces, furentes contra tela: Paſſim per opaca vagantes luſtra, peragrantes deuia luſtra.

Hic ferarum nomina ſubijcienda cenſuimus, primumq; feras ad venationem aptas enumerabimus; vt facilis fiat inquiſitio.

Cretræ ceruæ; Getuli Leones; Hircanę tigres; Marſi apri; Veloces damæ; Villoſi biſontes; Latis cornibus feri vri; Lepores timidi. V. *Venatio.*

Feræ noctu cum fœtibus paſcuntur, vndè *Sen. in Hipp.* Qua comitatæ Gregibus paruis nocturna petunt Pabula fœtæ. Dicitur autem Quadrupes; omnis fera, quæ quatuor conſtet pedibus, ſed potiſſimùm equo per antonomaſiam tribuitur vocabulum.

Ferarum nomina.

Agnus: Aper. V. *ſuis locis.* Alce, ſunt qui Tragelaphum eſſe exiſtimant deſcribitur ab *Alciato in primo emblemate.* Aries: Aſinus: Bos. V. *ſuis locis.*

Bubalus; medius inter boues cicures, & ſilueſtres.

Camelus, Bellua Battriana, & Arabica; inter biſulca maxima paſcens inter armenta: Camelus Dromas, ſiue Dromedarius à curſu, ſeu veloc rate ſic appellata fera. Lege *Geſnerum.* Camelopardalis animal ex camelo, & panthera, quam Græci pardalim vocant, compoſitum: Collo ſimilis equo; pedibus, & cruribus boui, camelo capite, colore maculoſo, ceu panthera maculis albis rutilum colorem diſtinguentibus. Dictatoris Cęſaris Circenſibus primùm viſa Romæ bellua. *Dion. Plin. Solin. &c.* Diuerſum confuſa genus panthera camelo. *Horat.* Canis: Capra: Ceruus. V. *ſuis locis.* Catoblepas, feræ genus eſt ſolis Æthiopibus cognitum, ſolo viſu hominum interficiens. *Plin. lib.* 8. *cap.* 21. quam Catoblepoo *Ælianus* appellat *lib.* 7. *cap.* 1.

Cercopithecus, p. p. *Mart.* 13. ſimiæ genus caudatum, vulgò *Gattomammone.* Horum olim ſumma fuit apud Ægyptios veneratio, vtpotè ex quibus non tàm Lunæ, Soliſq; defectus agnoſcebatur, ſed etiam ex ipſius lotio quando futurum æquinoctium, dum non adhuc menſes ſuo nomine ſignarentur, demonſtrabatur. V. *Æquinoctium.* Horum verò ſumma copia eſt in Braſilia regione, & in America.

Cuniculus, ſic dictus, quòd ſub terra cuniculos agere ſoleat, vbi lateat in agris: Lepuſculus, vocatur etiam, quòd leporum genus eſſe cenſeatur: Dama. V. *ſuo loco.*

Equus. V. *ſuo loco.* Echinus terreſtris, qui Erinaceus, ſiue Herinacius, Herix, & Hericius, cuniculi magnitudine, ſed ſpecie porcina aculeis vallatus quemadmodùm hiſtrix eſt; qui ſibi ſentiens inſidias parari conuoluitur in formam pilæ nequid comprehendi præter aculeos poſſit, *Riccio.* Elephas, ſiue elephantus: Felis. V. *ſuis locis.*

Fiber: Caſtor, animal, quod & ex aquis, & in terra victum quæritat, horrendi morſus, quod arbores iuxtà flumina dentibus vt ferro cędit: dicunt ſibi teſtes cuellere, cùm à venatoribus vrgetur, quòd indè Caſtoreum accipiant; ſed recentiores negant; non enim ſibi euellit, ſed illi euelluntur capto à venatoribus.

Glis, à gliſcendo dictus, quòd ſomno pinguior redditur: Somniculoſi glires. *Mart.* 3.

Hinnulus. V. *Ceruus.* Hircus: Hœdus. V. *ſuis locis.* Hiſtrix, cis; quòd inſtar Erinacei ſpinis hirſutum eſt animal ſpecie porci bimeſtris: caput habet leporino ſimile, aures humanis, pedes vrſinis: Porcum ſpinum, vel ſpinoſum vulgò dicitur.

Hyena, animal corpore non minore quàm lupus, iuba qua equus, colore etiam lupi propè, ſed hirſutior, & iuba per totum dorſum prędita; huma-

nam vocem imitans, qua etiam paſtores decipit, & deuorat. V. *Ælianum*, & *Plin. lib.* 8. *cap.* 3.

Ibex: Rupicrapæ alterum genus, Rota Varroni (vt creditur) quam vocem ſunt qui in Platycerota commutatunt.

Ichneumon, muris Indici nomine dicitur, qui in ſerpentes inuehitur, vndè etiam ab Ægyptijs quondam cultus vt Deus. V. *Pierij Hieroglyph.* Cum muribus etiam acres eit pugnas: Ægyptius eſt autem, quod ea in regione tàm familiaris eſt, vt à plebe imperita mus Pharaonis appelletur. Meminit huius *Mart. lib.* 7. Iuuencus. Vide *Bos*.

Lamia, dicta quaſi lania, quia fœtus ſuos crudeliter laniat; beſtia eſt Libyca, ſeu vera, ſeu fabuloſa muliebri facie, inferioribus partibus ſerpentinis. Lamiæ ſpectrum: de hac *in ſacris Threnis* fit mentio: Lamiæ nudauerunt mammas ſuas. De Lamijs V. *ſuo loco, vb. multa.* Leo: Lepus: Lupus: Lynx. V. *ſuis locis.*

artes. V. *inf. Muſtela.* Meles, is: Taſſus, vel Taxus vulgò, medium inter ſuem, & vrſum animal: Mulus: Mus. V. *ſuis locis.*

Muſtela, cuius variæ ſpecies, ſeu genera, cùm ſit domeſtica, & ſilueſtris: Viuerra, vulgò *Donnola.* V. *Galanthis:* Furo, quæ cicuratur facillimè, qua noſtri vtuntur ad hirundines, paſſeresq; è foraminibus parietum, ſiue tectorum, vbi nidificant, extrahendos: Furunculus, paullò amplior muſtela, Ictis Græco nomine: Martes; eſt de muſtelarum genere, quæ vulgò *Martora, ò Faina* dicitur, pugnax, & ferox bellua in galinas, mures, aueſq;. Muſtela Sobelia, vel Zobella, Ictis Scythica, muſtela Scythica, Martes Scythica: Genus eſt muſtelarum omnium pulcherrimum, & nobiliſſimum: Sarmaticus mus dicitur à nonnullis, cuius pellis aptiſſima eſt ad regiam, nobilemve meloten contegendam: Muſtela alpina, alba, vulgò *Armellino*, cuius munditiès adhuc emblematis celebratur; pelles verò ad eamdem meloten, ſiue qua Canonici vtuntur in Baſilicis aptæ.

Onager. V. *Aſinus.* Ouis. V. *ſuo loco.*

Panthera: Porcus: Pardus. V. *ſuis locis.*

Rhinoceros, ntis, bellua eſt bubalo noſtro perquàm ſimilis, cornu in nare habens, vndè illi nomen, elephanto infenſiſſimus hoſtis, aduerſus quem aſtutè pugnat, & tandem conficit, ſed aliquando cum damno ſuo; dum enim cornu, quo ventrem elephanto transfodit, vult extrahere ab ipſo cadente opprimitur. Rhinocerotem Pompeius Magnus in ſpectaculis primus oſtendit. *Plin.* & *Solin.* naſum Rhinocerontis habes; *ex Mart.*

Sciurus, p.p. ſic dictum animal à cauda, qua ſupra dorſum reflexa ſe tegit, & inumbra: Simia. V. *ſuo loco.* Sorex. V. *Mus*, Sus. V. *Porcus*.

Talpa, è murium genere ſubterraneum animal, à quibus ſuffoſſum in Theſſalia oppidum author eſt *Varro.* & *Plin.* Oculis capti. *Virg.* Cęci mures: Tigris: Taurus. V. *ſuis locis.*

Verres. V. *Porcus.* Veruex; eſt caſtratus aries; vndè caro veruecina: Vacca: Vrſus: Vulpes. V. *ſuis locis.*

Vnicornis: Monoceros apud Græcos, Aſinus Indicus à nonnullis, quem *Plin.* ceruino capite eſſe ſcribit, pedibus elephanti; qui cauda capro, reliquo corpore equo non diſſimilis vnicum media in fronte cornu gerit cubitorum duorum longitudine, & amplius etiam, ſi vitam longiorem ducant.

Et hæc ſint ſatis de feris, lege *Plin. Geſner.* & *alios de animantibus tractantes.*

Venatorum verò ritus fuit, ferarum captarum capita, cornua (ſi quæ habuiſſent) pedesq; Dianæ dicare; in arboribus ſuſpendere, ſiue affigere, vt eorum eſſet memoria, honosq; Deæ, cuius auxilio ſe venationem feciſſe credebant; hinc *Virg.* 9. *Æn.* Dona tuli, ſiqua ipſe meis venatibus auxi, Suſpendive tholo, &c. & *Prop.* 2. *eleg.* 19. Incipiam captare feras, & reddere pinu Cornua, &c.

Eo quoque hominum ſedulitas peruenit, vt feras cicures reddere potuerint; vndè pardos maculoſos iuga mollia trahere; tigres flagra pati; ceruos frenis; vrſos lupatis; apros capiſtris regi; biſontes eſſeda trahere, elephantes ſaltare vidit, & admirata eſt vetuſtas, vt *Mart. epig.* 105. *lib.* 1. deſcribit eleganter: Picta quod iuga delicata collo, &c.

FERETRVM.

A ferendo dictum, vt capulus à capiendo torus dicitur, ſiue lectus, quo efferuntur è domibus cadauera; olim papyro farciebatur, vt inquit *Mart. lib.* 8. 44. Supraq; pluteum te iacentem, vel ſaxum, Fartus papyro dum tibi torus creſcit; vel farre Tuſco, vt inquit *Scaliger:* tum nobili exornabatur culcitra, in quo deindè defuncti corpus locatum Sandapilarij efferebant. Aliter deſcribitur à *Virgilio* 11. *Æn.* qui militarem modum apud veteres vſurpatum inſinuat ſic. Arbuteis texunt virgis, & vimine querno, Extructoſq; toros obtentu frondis inumbrant: Hic iuuenem agreſti ſublimen in ſtramine ponunt, &c.

Torus. *Mart.* Torus papyro fartus, 8.44. Pluteus. *Idem:* ſed vſurpatur pro ſcamno, in quo lotum defuncti cadauer in aula domus exponitur, donec efferatur. Dici etiam poteſt Pluteus funereus honoris cauſſa erectus, cùm quis Principum defunctis in publico templo exponitur adeuntibus ad illi ſuprema facienda. V. *Cænotaphium:* & in hac ſignificatione torus. *Tacitus.*

San-

Digitized by Google

Sandapila. *Mart.* 2. 81. vndè Sandapilarij, qui humandis cadaueribus vacant. V. *Libitina*. Capulus, & capulum; vndè capularis ſenex, qui eſt decrepitus, proximuſq; feretro: Arca. *Lucan. & Hor.* pro capulo, quo ſcilicet plebeium vulgus efferebatur.

Sponda Orciniana: Orciniana qui feruntur in ſponda. *Mart.* 10. 5. Vrna feralis. *Tacit.* Libitina, fig. *Hor. & Mart.* 8. 43. V. *ſuo loco*. Damnatus flammæ torus, & puerile feretrum Texitur, ima virent agreſti ſtramine cultu Proxima gramineis operoſior acra ferris. *Stat.* 6. *Theb.* qui *Virg.* imitatur 11. *Æn. vt ſup.*

Lectus. *Suet. & Prop.* Si pignit portas vltra procedere, at illud Iuſſiſſes lectum lentius ire meum: Lectus funebris. *Val. Max.* Lectica. *Appian.* Lectus Stygius. *Horat.*

FERIÆ.

Dicebatur tempus, quo negotijs forenſibus, & iuri dicundo ſuperſedebant. Ocioſus dies dicitur *Ciceroni*. Erant autem feriæ vel publicæ, vel priuatæ: Hæ erant familiarum propriæ, vt Claudiæ familiæ. vel Æmiliæ, & huiuſmodi, quæ ex vſu domeſticę celebritatis ab illis celebrabantur, in quibus, ſi natalitiæ erant, Genio ſacrificabant; ſi funebres, Manibus: & de his ferijs familiarum proprijs, ſiue ſacris priuatis fuit *lex in* 12. *Tab.* his concepta verbis: Sacra priuata perpetuò manento. Publicæ verò indicebantur, & proclamabantur ſingulis menſibus à rege ſacrorum, & à prętore, his verbis, vt refert *Arnobius* 2. *aduerſus gentes:* Lauatio Deûm matris eſt hodie: Ionis epulum cras eſt: Æſculapij geritur, celebraturq; vindemia: Lectiſternium Cereris erit idibus proximis. Quæ verò feriæ Compitalia dicebantur à prętore more maiorum ſolemnioribus verbis concipiebantur, vt *Gellius lib.* 10. *cap.* 24. *& Macrobius lib.* 1. *ſatur. cap.* 4. teſtantur. Publicarum verò feriarum quatuor genera, aut enim erant ſtatiuæ, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ, de quibus hæc breuiter.

Feriæ ſtatiuæ, nempè anniuerſariæ, ſtatæ. *Macrob.* quæ ſtatos habebant dies, menſeſq; quotannis concurrentes, nempè Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, Quirinalia, Feralia; de quibus V. *inferius, Feſta Gentilium*, &c. Nos autem Chriſti fideles appellare poſſumus Anniuerſarias, ſtatiaſve ferias Chriſti Natalia, Epiphaniæ, & huiuſmodi; quæ ab initio ſtatuiæ fuerunt ab Eccleſia.

Feriæ Conceptiuæ. *Macrob.* quæ quotannis à magiſtratibus concipiebantur in dies certos, incertoſq;, cuiuſmodi nobis eſt Paſchatis feſtum, & cętera, quæ Mobilia nuncupantur; & hæ olim Latinæ, Sementinæ. V. *Funis oſcilla*. Paganalia, Compitalia erant, de quibus V. *inf.*

Feriæ imperatiuæ. *Macrob.* quas Magiſtratus pro arbitrio indicit, ob victoriæ nuncium, aut Principis ſalutem, &c. quemadmodùm in Summi Pontificis inauguratione fit Romæ; & in alijs regionibus ſecundùm earum inſtituta.

Feriæ Nundinæ erant plerumque ruſticorum, paganorumve, vulgò *Fiera*, vbi multa venalia exponuntur, & cuiq; libitum accedere, vel ære oppreſſo.

Latinæ porrò feriæ dictæ ſunt à Latinis populis, quibus ex Albano monte carnem petere ius fuit cum Romanis, teſte *Varrone*. Mos autem erat, vt Conſul Latinas indiceret, Iouiq; Latiali ſolemne ſacrum in monte faceret; vndè olim Flaminius Conſul ne Latinarum feriarum mora, & alijs Conſularibus impedimentis retineretur in Vrbe, ſimulato itinere priuatus clam in prouinciam abijt, quod quidem, vt inquit *Liuius*, iram infeſtis Senatoribus mouit. In Latinarum ferijs quadrigę certabant in Capitolio, victorq; abſynthium bibebat. V. *Abſynthium*. Templum autem Ioui Latiali in Albano condidit Tarquinius Superbus, inſtituitq; primus nundinas Latinas illic quotannis celebrari à populis Latinis, qui fuerunt numero ſeptem, & quadraginta ex totidem vrbibus eo tempore in Latio recenſitis. Quilibet particeps ſacrorum ferebat alius agnum, alius lac, alius caſeum, immolato autem tauro communiter ab omnibus, quęlibet ciuitas conſtitutam accipiebat carnis portionem.

Feriæ Eſuriales, *Plaut.* more ſuo vocantur dies, in quibus ieiunia peragebantur; quos nos profeſtos appellamus, Sanctorumq; vigilias: Feriæ pręcidaneæ dicuntur etiam ipſi dies vigiliarum, qui ſolemnes ferias ſolent pręcedere.

Quid porrò in ferijs fieri debebat docet *Cic. lib.* 2. *de legib.* Vide etiam quid adnotat *Macrobius lib.* 1. *ſatur. cap.* 16. In ferijs quoque licebat viduis iterum nubere, non autem virginibus, quod ferijs vim alicui ferre piaculum fuit olim, ideòque nuptiæ vitabantur, quod vis virginibus fieri videretur. De ſingulis autem ferijs, ſcilicet de Cerealibus, Baccbanalibus, &c. V. *ſuis locis: & inf. Feſta Gentilium.*

Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt circa forum. *Plaut. in Caſin.* nempè forenſes lites ceſſant, hodie *Non ſi tien ragione*. Synonyma eadem ſunt cum feſto. V. *Dies Feſtus, & inferius.*

FERONIA.

Dea pleriſque in locis Italiæ olim culta, ſed in primis propè Terracinam, cui etiam fons ſacer, qui Feroniæ dicebatur, & nunc veſtigia viſuntur: fortaſsè non diſſimili de cauſſa Narniæ fons eſt in colliculo, qui imminet vrbi propè arcem, qui Feroniæ nuncupatur, valdè ſalubris aquæ. Verùm Feronia à pleriſq; credita Iuno, de qua *ſuo loco*

loco dicetur. Eſt etiam vrbs Feroniæ, quæ ſub monte Soractis collocatur à *Strabone lib. 5.* vbi Deam Feroniam miro finitimi dignabantur honore, templumq; erat mirificum ſacri genus; nam qui eius numine afflabantur nudis pedibus prunas, & copioſum inambulabant ſub hac Dea nulla læſione cinerem, quo ingens mortalium multitudo confluere ſolebat ad celebritatem, quæ quotannis ibi agebatur, eodem *Strabone* teſte. Apud Circeios, & Rutulos Feronia colebatur ſub Iunonis virginis titulo in celebri templo, quod Annibal diuitijs, & donarijs ſpoliaſſe dicitur à *Liuio*, cùm ad illud vſque tempus intactum fuiſſet. Fuit Feronia Dea Libertorum, cuius in templo raſo capite pileum accipiebant, vt ait *Seruius lib. 8. Æn.* meminitq; *Plautus in Amphitr.* Apud Capenates illa quoque colebatur, vbi lucus inſignis; necnon apud Sabinos, quam illi Antophoron, Polyſtephanon, ſeu Perſephonen vocabant, teſte *Dionyſ. Halicarnaſſ.*

Et viridi gaudens Feronia luco. *Virg. 7. Æn.* Hic lucus cùm ſubito arſiſſet incendio, & ob id diuæ ſimulacrum aliò vellent transferre incolæ, repentè eum euiruiſſe produnt, atq; ideò additum epithetum viridi.

De fonte apud Narniam meminit quidam *Ianus Pannonius elegia 1. lib. 1.* Sacri fontis aue mater Feronia, cuius Felix Pæonias Narnia potat aquas; quem reprehendit *Gyraldus*, ſed immeritò quidem; ſi enim Feroniæ fons propè Terracinam, cur etiam alter non propè Narniam? & *Horatius* ſi meminit fontis, qui apud Terracinam erat, non ei contigit fontem, qui apud dictam eſt vrbem meminiſſe; præſertim cùm (ſicut *ſuperiùs* obſeruauimus) non vno in loco Feronia colebatur: & veterum traditio magni ſemper eſt ponderis; & cùm mons ille, vndè fons ſcatet *Ferogna* dicatur illi populo non aliundè tractum, quàm à Feronia, quod illic Soractis inſtat olim colere tur, aſſeuerandum eſt.

Ora, manuſq; tua Feronia lympha. *Hor. 2. ſerm.* Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco, Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas. *Sil. 13. Pun.*

FEROX. V. *Crudelis.*

O ſcopulis, vndaq; ferocior: Scordalus. *Sen. Petron. Arb. & Suet.* pro feroce, & nimium audace ſumitur.

FERRARIA.

Vrbs inſignis in Romandiolæ tractu, cui nomen datum creditur à Ferrarida, quæ trans Padum erat, colonis in hanc ciuitatem indè tranſlatis anno 425. Theodoſij Imperatoris decreto; quo ſanè tempore vicus fuit abſq; muris, à Smaragdo tamen Hexarcho circa annum 595. foſſa, mœnibuſq; ſeptus, paulatimq; ita auctus, vt tandem in nobiliſſimam ciuitatem commutatus fuerit vetere Præſulatu à Vitaliano Pontifice Maximo eò circa annum 658. traducto, alijſq; duodecim pagis finitimis illi ſubiectis à Coſtante II. Imperatore, qui multa fuit illi priuilegia largitus. Adſidet ripæ Padi amnis, quo qua Ortum, Auſtrumq; reſpicit adluitur: cælum ibi craſſius ob ſitum paluſtrem, plateas habet rectas, longas, amplas. Ædificijs ſupra modum ornata, præſertim cùm ſub Eſtenſium dominatu erat. Maximum eſt vrbis fanum, arx illi duplex, populo frequens, rebuſq; ad vitam neceſſarijs apprimè abundans, in qua Academiam Fridericus II. Imperator inſtituit. V. *Coſmographos.*

Iamq; vrbem ingreſſo cui ferrum nomen, & omen Præbet, quamq; Padus tumido præterfluit amne: Ferraria mœnia. Ab *Ortelio* hæc olim dicta putatur Forum Alieni; *ex Tacit.* ſiue Allieni; alij tamen aliter ſentiunt.

FERRVM.

Pro quovis inſtrumento à poetis ſumitur, quo illa fiunt: primi ferri inuentores, & æris fuerunt, teſte *Plinio*. Idæi dactyli, qui ex Creta in Cyprum nauigarunt, & indè in Rhodum, vbi primùm ferrariam artem exercuerunt: ſed ſi ſtandum fabulis poetarum Vulcanus ferrum cudere, & formare docuit; & Cyclopes.

Ferri rigor. *Virg. 1. Georg.* Robora ferri. *Idem 7. Æn.* Vis ferri. *Claud. 2. de rapt.* Pondera ferri. *Ouid. 3. eleg. 7.* Ferri ſemina. *Idem 1. triſt. 7.* Ferri maſſa: Ferri ſcoria, ſiue ſtercus, ſpuma ſcilicet ferri, quæ à fabris ferrarijs è ferro cocto elicitur: Ferrugo, eſt ferri rubigo: Ferrum viuum. *Plin.* quod in magnete extritum ferrum attrahit, retinetq; ac catenat, quodammodò immigrante in proxima quæq; eadem vi: Stricturæ. V. *Chalybs.* Ferri laudes lege apud *Rutil. Numat. lib. 1. itin.*

Æs: Chalybs. V. *ſuis locis.* Non animos æris flammis ſuccumbere cernis. *Virg.* nempè cùm ex fornacibus liquatur: Sæuum metallum. *Mart. 4. 55.* quòd illo fiant arma. Durum. *Herc. Strozz.*

Epith. Rigidum, validum, ſæuum, graue, ſolidum, vulnificum, &c. & ferè ſumitur pro enſe, & pro armis. V. *ſuis locis.*

Taberna ferraria, officina, in qua ferrum cuditur, & ad varios aptatur vſus: Officina ferraria: Fornax: Domus ignea: Dum tonat adflicta ſemper domus ignea maſſa; ſic etiam dici poteſt: Domus Vulcania, ab ipſo inuentore: & in hac inſtrumenta.

Incus, dis. *Incude*: Acmotheta, lignum, in quo formatur incus: Lima, inſtrumentum fabrile, quo ferrum, aliudve atterendo politur: Forceps, & forcipes, quo ignitum ex fornacibus extrahitur.

Fol-

Follis, pręſertim ſi additur fabrilis, vulgò *Manticæ:* Acrophyſſium, Græca vox, idem quod ſpiramentum follis.

Loca inſigniora, vbi quondam ferrum effoſſum apud veteres,ſiue etiam effoditur.

Ilua inſula .V. *ſuo loco.* Bilbilis in Hiſpania. *V. Hiſpania.* Sæuo Bilbilin optimam metallo. *Mart.* 4.55. Platea; & Plateam ferro ſuo ſonantem. *Ibidem*. Chalybes, pop. apud quos ferri puriora viſcera: Norici,pop. apud quos etiam ferrifodinæ inſigniores: Aeni fluuij, necnon Danubij accolæ. Brixia, apud quam vrbem etiam nobilis ferrariorum ars, &c. Lege *Officinam Textoris*.

FERREVS.

Æreus: Ahenus: Aheneus:E ferro:Ære grauis:Ferratus. *Claud.* 1.*de rapt.*

FERVLA. V. *Flagellum.*

FERTILIS.

Terra fetax. *Ouid.* 1.*faſt.* Ad ſegetes ingenioſus ager. *Idem* 4.*faſt.* Abundans:Copioſus. *V. ſuis locis.* Pingue ſolum:Vber. *Virg.* Vbere dulce ſolum:Terra vbere lęta:Arua beata. *Hor.epod.* 16. ideſt fertilia;ſic *Mart.* 1.55. rus beatum,appellat fertile:Rura opima. *Boet.* 3. terra,tellus opima, humus: Diuitijs tellus luxurioſa ſuis: Frugifer: Frugiferi campi, agri, &c. Terra potens vbere glebæ:Semina data multo cum fęnore reddens: Arua colonis reſpondentia: Lętis flauens ariſtis ager,tellus ferens meſſes opimas:Omnia liberius nullo poſcente ferebat Terra, &c. Fœcundus. V. *ſuo loco*. At ſi non fuerit tellus fœcunda frequens herbis, & fertilis vbere campus. *Virg.* Denſas miratur meſſor ariſtas: Aſpice curuatos pomorum pondere ramos, Vt ſua quod peperit vix ferat arbor onus:Hinc

FERTILITAS.

Vbertas:Fœcunditas. V. *ſuo loco*. Benigno cornu opulenta copia. *Hor.* 1.17. Fertilitatis honor. *Ouid.* 2.*met.* Fertilitatis opus. *Idem* 2.*triſt.* Terræ lętitia, riſus, abundantia: Telluris copia: Pinguedo terræ. Fœcundæ telluris gratia.

FERVOR, &
FERVENS.

Animi ardor. *Ouid.* 1. *eleg.* 10. Feruor ſanguinis: Æſtus: — natura ſuiſmet Ægrotat morbis, nimios obſeſſa per æſtus, &c. Flammiferi radij: Exultant æſtu latices, furit intus aquæ vis Fumidus,atque altè ſpumis exuberat amnis. *Virg.* Ardor. *Idem* 9.*Æn.* Feruens feruore. *Idem* 11. *Æn.*

Ardens; feruidus ;ebulliens;vehemens calore,æſtu, &c.

Epith. Calidus, igneus, ſiccus, rapidus, vehemens, &c.

FERVS.

Ferinus: Vita feris ſimilis nullos agitata per vſus. *Ouid.* 2. *faſt.* Inciuilis: Non ciuilis: Barbarus. V. *ſuo loco:* & *Crudelis*. Feritas. V. *Crudelitas*.

FESSVS.

Fatigatus: Laſſus: Et ſtudio venandi laſſus,& æſtu. *Ouid.* 3. *met.* Impatiens viæ. *Idem* 6.*met.* Laſſata membra. *Ibidem*. Feſſi artus corporis arte. *Hor. ſecul. car.* Fractus membra labore. *Idem ſat.* 1. Defeſſus:Defatigatus:Defeſſus labore,ſatietate.

FESTINVS.

Velox: Feſtinans: Ocyor euro,aura:Celer:Celerior: Accelerans gradum: Subitus: Adproperans,properans: Currens:Volucer: Pernix:Perniciſſimus: Qui curſibus auras Prouocat,&c. Pedibus celer, & pernicibus alis: Mox ſeſe ad littora pręceps Contulit: Fugit illa per vndas Ocyor, & iaculo, & ventos æquante ſagitta:Exſuperatq; moras,& pontes tranſilit altos: Ille ictum venientem à vertice velox Pręuidit, celeriq; elapſus corpore ceſſit: Illa noto citius,volucriq; ſagitta Ad terram fugit.

Feſtinanter,velociter, ocyùs, extemplo,mox,continuò, quamprimùm, dicto citius, repentè,ſubitò, properè, ilicet, improuisò, confeſtim,iam, haud mora:Iubet ocyùs omnes Attolli malos. Ocyùs aduertunt proras.

FESTVM.

Dies feſtus; & feſta dies: Feſtiuus dies: Commenta ſacra frequentant. *Ouid.* 4.*met.* Vndique iactato flore tegente vias: In feſtis enim antiqui frondes ſpargebant,poſtes ornabant, multasq; lucernas accendere ſoliti fuere; vt *infra*. *Idem* 4. *triſt.* 7. Tempus feſtum. *Claud.* 1.*de rapt.* Solemnis pompa. *Virg.* 3.*Georg.* & *Ouid.* 4.*Pont.* 9. Annua ſacra. *Catull.* Feſtæ calendæ. *Tib.* 3. *eleg.*

Sacer dies Dianæ. *Hor.* 2.12. Feſtiſq; fremunt vlulatibus agri. *Ouid.* 2. *met.* Immunes operum dies;*ex eod.* 4.*met.* Lęta dies adeſt. *Sen. in Herc. fur.* Bonus dies. *Ouid.* 1.*faſt.* Nec te peregrina morentur Sabbata Nec. *Idem* 1. *de remed.* nam quod ab Hebræis celebrabantur, peregrina vocat. V. *Sabbatum*. Dies fauſtus:Faſti:Dies faſti. Lux feſta. *Hor.* 4.*od.* 6. Lux celeberrima:Lętus dies. *Virg.* 1.*Æn.* Alma dies. *Mart.* 4.

Lux ſacra. *Hor.* 4.*od.* 15. Luce ſacra requieſcat humus.&c. *Tib.* 1.1. Ocia qui ſemper priſca de lege ferebat Dies. *Iuuen.* Dies celebranda ſacris. *Mart.* 3. Obſeruanda dies. *Iuuen.ſat.* 6. Proſpera lux. *Ouid.* 1.*met.* Solemnis dies. *Hor.* 4.*od.* 11. Iure ſolemnis mihi, ſanctiorq; Pene natalis, &c. Sacra ſolemnis: Annua ſoluamus noſtris ſolemnia muſis;*ex Prop.* 3.*eleg.* 8. Dies ſanctus, ſolemnior;

nior. *Horat.* Forum quando eſt litibus orbum. *Idem* 4. *od.*2.

Feriæ. *Idem* 4.5. V. *ſupra,vbi de illis prolixius egimus*. Feſtæ dapes. *Hor.epod.*9. Feſtæ menſæ. *Tib.*2.5. Tempus ſacrum. *Hor.carm.ſec. Ouid.* 2.*faſt.* Salue feſta dies, meliorq; reuertere ſemper: Sacra die peragenda ſacra: Nos delubra Deûm miſeri, quibus vltimus eſſet Ille dies feſta velamus fronde per vrbem. *Virg.*2.*Æn.* Feſtum celebrare ſacerdos iuſſerat.

Feſta Chriſtianorum.

Dies Dominicus.

V. *ſup. Dies.*

Natalis Domini.

Chriſti natalis: Cunabula, incunabula: Chriſti natalia: Lux feſtiua Deo infanti: Cùm Chriſtus naſcitur antro Concelebrant turbæ: Sacra Deo nox infanti: Natalitius Chriſti dies.

Epiphaniæ.

Regum feſta Magorum: Ad præſepe diei quando perduxit ab orbe Eoo cum ſtella magos,&c. Feſta regalia Magorum: Regalia: Lychnoceæ,Græca vox, nempè dies luminibus refulgens; ita poteſt vocari, cùm *D. Greg. Nazianzenus* hunc diem feſtum Sancta lumina nuncupet. Theophania, nempè Dei apparitio; *ex Græco vocabulo*.

Purificatio B. Virg.

Februa ſacra. Luminum lux feſta. Accenſus manibus cùm cereus hæret, Et læti cantu templorum tecta ſubimus. Luſtratio. Lychnocaia.

Quadrageſima.

Cineralia; ob cinerem ſacrum, quem capitibus imponimus ex antiquiſſima conſuetudine: Cinerales dies: Cineralia tempora: Feriæ eſuriales; *ex Plaut.* nempè ieiuniorum.

Paſchæ.

Paſchalia, feſta Paſchalia: Paſchatis annua feſta: Feſti dies Paſchæ: Feſta dies toto celebrabilis æuo, Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet: Sacra dies, qua deuicta iam morte redemptos Chriſtus ab infeſto carcere duxit auos.

Aſcenſionis.

Qua Deus exurgens cælos reſerauit, & illos Scandere permiſit,&c. Quo Chriſtus ſcandidit aſtra: Lychnocæa; à luminibus, quibus per multos annos viſus eſt Oliuarum collis nocturno tempore effulgere; quod indè Chriſtus in aſtra aſcenderat. Hinc in more Chriſtiano eſt, vt profeſti diei nocte ante Aſcenſionem à fidelibus lampades, & lychni accendantur. Quod etiam conſueuit fieri,in prophanis ferijs, V. *inferius. Feſta Gentilium*.

Pentecoſtes.

Pentecoſtalia: Pneumatis alma dies: Quotquot ſacrati dicuntur pneumate Soles. Cecidit cùm flamma per auras In linguæ formam,docuitq;, &c.

Alia feſta.

His etiam addimus ex veteribus vſurpata vocabula; quibus ſacra, & eiuſmodi epitheta addere licebit.

Oſchophoria:Ramalia:Palmaria:Verbenalia,à palmarum ramis,quos Chriſto obuiam prætulerunt Hebræorum pueri.

Soteria:Paraſceues dies: Funeralia ſacra: Funera ſacra; quo tempore Chriſtum pro nobis cruci affixum recolimus.

Feralia;*ex Ouid.* nempè mortuorum commemoratio. V. *inf. Feſta Gentilium de Feralibus.*

Pandicularis dies, quo olim omnibus Diuis communiter ſacrum fiebat;cuius vicem nunc obtinet Feſtum omnium Sanctorum Kal. Nouembris à nobis celebratum.

Robigalia: Ambarualia, apud nos Rogationum dies. V. *ſuo loco,& Ambaruale.*

Aſſumptio Virginis: Parthenialia, quod Virginalia interpretamur: Parthenij dies: Virginei dies: Cùm Virgo aſcendit Olympum, natiq; petit ſolium, &c. ſiq; huiuſmodi faſtos ſacros vis legere, adi in carminibus *Io: Baptiſtam Mantuanum Carmelitam*: & Elogia *Maſculi Ieſuitæ*, ſoluto ſermone, omnis quidem eruditionis plena.

Pithogenia: Martinalia (teſte *Probo*) feſtum, quo relinebant plena muſto dolia, vti hodie in D. Martini diebus paſſim obſeruari videmus. Hæc autem nomina à priſcis excerpſimus, quæ quidem non immeritò aptari poſſunt Chriſtianorum ferijs.

Feſta Gentilium, ſiue

Ethnicorum.

Illud in primis obſeruandum apud antiquos à vera fide aberrantes varios fuiſſe dies cultos in Deorum honorem,à quibus illos denominauere,ſiue ab effectu, vt *inferius*. Præterea in feſtis poſtes ornabant floribus, frondibus, lauri ramis, lucernis,focoq; vt *Sen.in Thyeſt.* Ornetur altum culmen, & lauro fores Lætæ vireſcant, dignus aduentu tuo Splendeſcat ignis: & *inferius act.*5. Aperta multa tecta collucent face. In quo Ethnici videntur imitari Hebræos,qui Sabbatis non tàm in ſynagogis, quàm domibus lychnuchos plurimos ſolent adhuc inflammare. Verùm quia hæc eadem feſta quibus diebus celebrarentur præſertim ab antiquis Romanis ſingulis ferè menſibus adnotatur,hic tantùm breuiùs explicabuntur.

Palilia,vel Parilia;Palis Deæ ſolemnitas: dies vrbis Romæ natalis fuit duodecimo Cal. Maij. V. *Pales*.

Matralia, Matris Matutæ Iunio menſe peragebantur, in quibus liba ruſticana ſumebantur; nec ad

Digitized by Google

ea ſacra ancillis accedere licebat:Matronalia verò Kal. Martij agebantur.

Meditrinalia, Deæ Meditrinæ,quæ medendo pręerat, ſacrata.

Megaleſia;Magnæ matri Nonis Aprilis agebantur, quòd ipſa accerſita ex libris Sibyllinis ab Attalo Rege Pergami propè murum Megaleſion, in templum eidem Romæ poſitum. V. *Cybele*.

Opalia,Deæ Opi menſe Decembri.

Angeronalia; quæ Angeroniæ, ſiue tacitæ Deæ ſilentij duodecimo Calend. Ianuarij fiebant.

Quinquatruus,& Quinquatria,Mineruæ dies, XV. Kal.Aprilis. V. *ſuo loco*. Minuſculæ,ſeu Munuſculæ à muneribus Idus Iulij.

Cerealia .V. *ſuo loco*.

Populifugia, menſe Iunio à Romanis celebrabantur,quòd memores eſſent fugę populi poſt Gallorum deceſſum; è ſubito rumore, Ficuliates, ac Fidenates aduentare in eius exitium. V. *Macrobium*.

Fornacalia. XII.Cal.Mart. à Fornace Dea ſic dicti, quibus far in fornacibus torrebatur; vndè *Ouid. 6. faſt*. Et Fornacali ſunt ſua ſacra Deæ .V. *eundem 2. faſt*.

Hilaria, lętitiæ celebritas octauo Calend. Aprilis, à quodam transfertur ad ſolemniorem diem inter Bacchanalia,vulgò *Giouedì graſſo,Berlingaccio*, quaſi dies ſacratus luxui, & hilaritati.

Lemuria; ſacra ſedandis Lemuribus Remi menſe Maio celebrata .V. *Lemures*.

Quirinalia, quæ & feriæ Quirini dictæ, XII. Cal. Maij. V. *ſuo loco*.

Regifugium, VI.Cal. Aprilis; ſacrum verò VI.Cal. Iulij, & etiam menſe Februario Vide *ſupra* quid obſeruatum, & de Quirinalibus; varia enim reperiuntur Calendaria.

Terminalia, menſe Februario.

Liberalia,quæ & Bacchanalia,& Dionyſia .V. *ſup.* diuerſo tamen celebrabantur tempore Liberalia à Bacchanalibus; nam Liberalibus togæ pueris dabantur,nempe XVI.Cal. Aprilis,vt *Ouid.in 3. faſt.* docet: Bacchanalia verò ſingulis menſibus, quæ tamen ſublata,vt *ſuo loco* oſtendimus.

Equiria,ab equorum curſu,Martio ſcilicet,& Aprili,fortaſsè alio quoq; menſe.

Compitalia,quę in compitis agebantur;vndè Compitalitij ludi inter Ferias conceptiuas.

Conſualia; Conſo Deo celebrata, quòd cùm feriæ publicę ei Deo in Circo ad aram eius à Sacerdotibus fierent,& ludi;virgines Sabinæ raptæ fuere XVII. Cal.Septemb.

Saturnalia. V. *ſuo loco*.

Furinalia, ſeu Furnalia; Deæ Furinæ feſta VI.Cal. Septemb. Vulcanalia,menſe Sextili: Vertumnalia,menſe Octobri:Apollinares ludi .V. *Ludi*.

Caprotinæ; Nonæ Quinctilis dictæ,quòd eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificabant: & ſub caprificio faciebant ipſius arboris lac offerentes, quin & è caprificio virgam adhibebant.

Laurentinalia,X.Cal.Ianuarij celebrabantur .V. *December*. Laurentalia. *Ouid. 3. faſt.* Faunalia; Nonis Decemb. Fauni feſtum: Mercatorum dies feſtus Idib. Martij: Seruorum dies feſtus Idibus Sextilis.

Agonalia; ariete agebantur V. Idus Ianuar. Numa Pompilio authore: dicebantur & Agonia, & diuerſis menſibus celebrabantur: Carmentalia, XVIII.Cal.Febr. fiebant. V. *Carmenta*.

Robigalia.VII.Cal. Maij,vel VI. oue, & cane fiebat Deo Robigo:Floralia. V. *Flora*. Fordicidia,ſiue Fordicalia; quòd in ijs bos forda, nempè pręgnans vacca immolabatur XVII. Calendas Maij.

Lupercalia,Romanorum celebritas XV.Cal.Mart. V. *ſuo loco*. Lucaria feſta dicebantur,quæ in luco fiebant à Romanis,qui lucus permagnus erat inter viam Salariam,& Tiberim,quod victi à Gallis fugientes è pręlio, ibi ſeſe occultarunt.

Fontanalia, fontium ſacra (teſte *Varrone*) vndè & Romæ fontanalis porta, ita dicta, quòd eo die in fontes coronas iaciebant, puteosq; coronabant: & hæc fiebant iuxtà *Maffeianorum Calendarium* IV. Idus Octob.

Tubiluſtria, & Luſtria; celebritas apud Romanos, qua tubæ ſacrorum in atrio Saturio expiabantur menſe Martio,in quo ſacro agna immolabatur, teſte *Feſto*, vel XIII.Cal. Iulij peragebantur ſacra, teſte *Ouidio 6*. Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt Luſtrantur puræ, quas fecit ille, tubæ.

Armiluſtria, ſiue Armiluſtrum, in quibus Ancylia per vrbem deferebantur. V. *Clypeus*. Aquilicia quoque ſacra: cùm in magna ſiccitate aqua eſſet euocanda,quam Ioui immolabant, teſte *Tertulliano*.

Vinalia duplicia fuere;altera vinis deguſtandis IX. Calend.Martij,vel Maij:Cùm vina pura eſſe putabantur,quo die Ioui nouum vinum libare mos fuit,quod ex dolio hauriebatur in vaſe:altera Vinalia fuere, in quibus flamen dialis vindemiam auſpicabatur, maturis vuis vinum legere,& vindemiam fieri iubebat, quibus diebus agnam immolabat,interq; cęſa,& porrecta vinum legebat, quo tempore ex fano Veneris vinum vetus affatim effundebatur. Fuerunt & ruſtica Vinalia XII.Cal. Septemb. vel XIV. quo die ædes Veneri dicata fuit, & horti eius tutelæ aſſignati, necnon olitores feriati. *Varro 1. de re ruſt.*

Septimontium feſtum Romanis fuit,cùm ſeptimus collis vrbi fuiſſet additus, in cuius celebritate in ſeptem locis, nempè in Palatio, Suburra, Ve-

Digitized by Google

lia, Fagitali, ſiue Fagutali, Cælio, Oppio, & Ceſpio ſacrum fiebat, quo die per vrbem vehiculis ferri criminoſum habitum fuit; *in Suet.* Septimontialis dies appellatur, in quo Domitianus epulum Senatui, equitiq; panarijs, plebei ſportellis cum obſonio diſtributis dedit.

Maiuma celebritas apud antiquos, quæ Maio menſe fiebat, quam exiſtimant nonnulli eamdem eſſe, quæ Maij menſis initio apud nos fit, ſiquis arborem ſmigmate inolitam aſcendat, vndè quæ in vertice ſunt munera ſibi auferat, quod vulgò *Piantar il Maggio*, alijsve in locis poſtibus, feneſtriſq; ramos virentes affigunt in Veris honorem.

Chariſtia. V. *ſuo loco*.

Feralia: Feriæ erant apud Romanos Dijs Manibus ſacratæ, ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. *Ouid. 2. faſt.* Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia lucem Victima placandis Manibus illa fuit: & ſequitur: Eſt honor & tumulis animas placare paternas, Paruaq; in extructas munera ferre pyras: & hæc agebantur 18. Febr. quando etiam Quirinalia, & Fornacalia: Patris genio ſolemnia dona. *Ibidem.* Nouendiales. *Hor. epod.* 17. per nouem dies celebrabant ferias dies parentales. *Ouid. 2. faſt.* Poſteà præteriti tumulis redduntur honores. *Ibidem.* Habent alias mœſta ſepulcra faces. *Ibidem.* Vltima placandis Manibus illa dies. *Ibidem:* vbi narrantur ritus hiſce ſacris adhibitis. Hic autem mos prophanus, cùm adhuc ſeruaretur Carthagine, alijsq; locis adiacentibus; ſæpiùs deplorabatur *D. Auguſtin.* quem & abolere enixè quoq; contendit.

Græcorum Feſta aliquot, &
Exterorum.

Hecatombe; celebre Græcorum feſtum, quando centum aræ ceſpititiæ ſtruebantur, & centum ſues, vel centum oues, vel centum boues ab Imperatoribus, alijsve potentatibus Ioui Hecatombæo mactabantur. Deſcribitur ſacrificium à *Iulio Capitolino*. Alij dicunt non centum animalium capita in quodam loco, ſed eodem die à centum Peloponneſi vrbibus ſacrificatum numerum huiuſmodi: & in his feſtis etiam certamina adhibebantur, in quibus victori æneum ſcutum contribuebatur. Lege *Cæl. Rhodig. lib. 21 cap. 14.*

Buphonia, & Dijpolia, Athenienſium peculiare feſtum, cùm Ioui Poleo bouem quis mactabat, qui indè Buphonos dicebatur. V. *Ælianum* 8. *varia hiſt.*

Pandia, feſta Ioui ſacrata: Miloſphagiæ; in quibus oues iugulabantur: Hyſteria ſacra, quæ ſue fiebant in Veneris honorem.

Anthiſteria; quæ menſe Anthiſterione, nempè Nouembri celebrabantur, in quibus (vt à Latinis in Saturnalibus) ſerui conuiuijs liberalibus excipiebantur, & hæc Pythoegiæ, ſiue Pythoegia etiam dicta.

Antheſphoria; in Proſerpinæ honorem, cùm legendis floribus intenta à Plutone rapta fuit, cui etiam ſacra Theogamia, quæ etiam Pherephattia nuncupari aſſerit *Rhodig. lib. 26 cap. 20.*

Gamelia, ſolemnitas nuptialis, & menſis Gamelion, in quo Iuno Gamelia culta, menſis ſcilicet Ianuarius fuit appellatus.

Anacalypteria; dies, quo primum retegebatur noua nupta, & munera tum ipſi data, non his diſſimilia, quæ Repotia à noſtris dicta ſunt Romanis, ſiue Xenia, de quibus liber hoc titulo apud *Martialem*.

Elaphebolia, menſe Februario Athenienſibus celebrata feſta, in quibus cerui Dianæ Elephebolíæ mactabantur; vndè & menſis Februarius Elaphebolion nuncupatus.

Theoxenia; celebritas omnibus ſimul Deis exhibita, *in Pindaricis Hymnis*. Aloa, p. prod. feſta ruſticorum apud Athenas: Apaturia apud eoſdem Athenienſes: Emplocia, apud eoſdem, in qua celebritate mulieres plexis capillis procedere ſolebant.

Cotyttia; à Dea Cotytto nuncupata, quam Proſerpinam nonnulli putant; quòd ea ſacra myſterijs Proſerpinæ, Cererisq; ſatis conuenire viderentur; vndè *Iuuen.* Talia ſecreta coluerunt Orgia tæda Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto: & *Horat. in Canidiam.* Inultus vt tu riſeris Cotyttia.

Pammilia, in Oſiris honorem: Anacia, in Caſtoris, Polluciſq; gratiam.

Diabateria; cùm in aliquo fluminis tranſitu Imperatores exercitus ſacra faciebant, vt *Plut. in Lucullo:* ſacrificauit (inquit) Euphrati Diabateria, nempè ſacra pro tranſitu.

Nephalia, ſacra, quæ ſine vino celebrabantur, & hæc *Suidas* ait apud Athenienſes exhibita fuiſſe Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Veneri, Vraniæ, & Nymphis, etiamq; Cereri, & Proſerpinæ, aræq; omnium Deorum; & pro vino aquam mulſam libabant.

Helenophoria, apud Athenienſes, in quo myſteria agebantur, ſic à ciſtis appellata, quæ vimine contextæ adhibebantur: hæc fortaſsè intelligit *Ouid. 2. met.* cùm inquit: Illa forte die caſtæ demore puellæ Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces Pura coronatis portabant ſacra caniſtris, &c. in honorem Mineruæ.

Oſchophoria; in quibus pueri ingenui pubeſcentes eligebantur, qui ramos, ac palmites cum ſuis racemis ferrent in templum Mineruæ Sciriados: nos verò huiuſmodi feſtum traducimus in diem palmarum, vt *ſupra* adnotatum eſt.

Pya-

Digitized by Google

Pyanepſia apud Athenienſes ; à Pyanis fabis nuncupata dicata Apollini:quæ Panopſia à cęteris Gręcis dicebantur , & quæ menſe Octobri fiebant . Nexiteria, cùm primitiæ offerebantur: Boedromia , apud Athenienſes , ſimilis excurſioni cuidam,quæ fiebat menſe Auguſto .

Munychia, ſacra Dianæ, quæ in menſe Munychione,ſcilicet Martio,fiebant .

Thargelia feſtus dies apud Athenienſes Apollini,& Dianæ ſacer, à quo menſis Aprilis denominatus fuit,in quo pręter frugum primitias duos homines immolabant , vnum pro maribus , alterum pro fœminis,quos Pharmacos,ideſt medicos indigetabant , & ſaginatos in cuſtodia publica aſſeruabant;aliter ſentit *Cœl.Rhodig.lib.17. cap.3.* quem adibis .

Scira ; peculiaris Athenienſium celebritas , in qua vmbracula,& ſcęnæ fiebant ad Hebræorum ſcenophęgiæ imitatione vltimo eorum menſe , ſcilicet Maio,qui Scirophorion nuncupatus fuit .

Oeniſteria , quaſi Vinalia ; celebritas fuit , quam Athenis pubeſcentes ephebi peragebant , antequàm lanuginem,comamve attonderent,Herculi quadam vini menſura illata,& propinato conuenientibus:Theocnia,in Bacchi honorem:Trieterica, in eiuſdem gratiam .

Encęnia , feſtum dedicationis apud Hebræos , & alios .

Lampadum dies; quo ad lampada fiebat Vulcano , quod illas excogitaſſet, Mineruæ artium inuentrici , & Prometheo primo variarum artium inter homines propagatori . Forſitan hæc eſt illa Vulcani fax,cuius meminit *Herodot. lib.8.*

Aſcolia , feſta apud Atticos , quibus inter vtres ſaltantes bacchabantur . vndè & nomen ſumpſere meminit *Virgilius 3. Georg.* Vnctos ſaliere per vtres .

Neſtea ; apud Græcos , in qua ſeruabant ieiunium ſolemne.V.*Ælian.5.de var.hiſt.* ad Hebręorum imitationem .

Hiacynthia ; in Laconia celebrabantur in Apollinis honorem ob Hiacynthum puerum ab eo amatum,vndè *Ouid.*Annua pręlata redeunt Hiacynthia pompa .

Theophania , apud Delphos , quæ apud nos verti poteſt: Apparitio diuina, ſiue Epiphania, de qua V. *paullò ſuperiùs* .

Magophonia ; feſtum ſolemniſſimum olim apud Perſas , quando ſub ſeptem Perſis imperium vſurpatum à Magis detrahere nitentibus,omnes Magi fuere interempti : Vndè eo die in poſterum celebrato, nulli Magorum (qui à cæde ſuperfuerant , & quibus viuere permiſſum fuerat) in lucem prodire fas erat . Lege *Herodotum lib.3.*

Diamaſtigoſis,ſolemnitas apud Lacedæmonios, de qua hæc *Tertullianus in Apolog.* Nam hodie apud Lacedæmonios ſolemnitas maxima eſt Diamaſtigoſis,ideſt flagellatio, in quo ſacro ante aram nobiles quoq; adoleſcentes affliguntur , adſtantibus parentibus, & propinquis, & vti perſeuerent adhortantibus,hæc ille:meminit *Cicero* huius inſtituti .

Panathenea ; apud Athenienſes feſta Mineruæ ab Erichtonio Vulcani,eiuſdemq́; filio inſtituta, ſiue potiùs à Themiſtocle . Lege *Cœl.Rhodig.lib.12. cap.1.* ſed hic apud Magneſiam : in qua ſolemnitate neque ſenes , neque ignobiles , neque viri certabant,ſed pueri tantùm,quorum victori ex olea corona pręmium dabatur .

Lychnocęa;luminum feſtum appellari poteſt,quando ad publici gaudij indicium lumina hinc , & indè in compitis de feneſtris ſuſpenduntur ; vel cerea ſuccenduntur intorticia . Hinc *Suet. in Caſ* adſcenditq́; Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra, atq; ſiniſtra lychnuchos geſtantibus . Lege *Caſaubonum :* & hæc ſufficiant de feſtis .

FESTONES ,

Barbata dictio .

Nempè frondes feſtiuæ , quibus templorum valuas exornamus in feſtis;ad priſcorum imitationem ; vt *ſuperiùs* adnotauimus . V. *Feſta Gentilium* .

Et tegat ornatas longa corona fores . *Ouid.4.faſt.* Feſtæ frondes . *Virg.2.Æn.* Lęta nec vt feſti velentur limina templi . *Bemb.* Sertaq́; dependant tectis . *Ouid.4.met* Altaq́; velantur fortaſsè palatia ſertis . *Idem 4.triſt.2.* Fumida cingatur florentibus ara coronis . *Idem 3. triſt 13.* Et velet trepidos nexa corona focos . *Idem 5.triſt.6.*

Saxaq́; roratis erubuiſſe roſis. *Idem 2.Pont.1.* nempè roſarum ſparſione ; nam frondes non tantùm è templorum valuis ſuſpendebantur ; ſed illis etiam inſpergebantur pauimenta,viæq́; De rure corona Spicea, quæ templi pendeat ante fores . *Tib.1.eleg.1.* Ornetur altum culmen , & lauro fores vireſcant . *Sen. in Thyeſt.* Encarpa,ſunt autem quæ inſculpuntur in zophoris .

FEX . V. *Fax.*

FICVS , Arbor .

Quam inueniſſe Bacchum nonnulli Græcorum exiſtimarent;atrā Pontifices infelicem putabant;felicem verò albam (quænam autem ſint ligna felicia,& quæ infelicia docet *Macrob.*) Lege *Dioſcoridem de ficu:& Plin.* Hæc autem cùm amariſſima ſit,fructus gignit dulciſſimos . Lege *Plutarch.in problem.* Sed ad noſtra .

Ficus,us; & ficus,i, g.f. fructus etiam: Ficorum verò eſus gratus,& vtilis, nam hæ augent vires iuuenum,ſenibus meliorem valetudinem faciunt , minusq́; rugarum , corpus, & vires adiuuant, &

Digitized by Google

icciredò athletæ olim hoc cibo veſcebantur:Ficus paſſæ, *Fichi ſecchi*. Carica eſt ſpecies fici Syriæ familiaris: Caricarum maſſa: Quid vult palma ſibi,rugoſaq; Carica dixi. *Ouid.*1.*faſt.* Groſſus, eſt ficus nondùm matura: Ficus prçcox, *Fico di S.Gio.*

Ficulneus: Ficulnum: Ficulnus,truncus ficulnus,arbor ficulnea:Lignum ficulnum:Caprificus,ſilueſtris ficus: Ficetum; in quo ficus plurimæ ſunt conſitæ: Nil niſi ficetum nunc Labienus habet. *Mart.* Ficaria; idem ſignificat apud *Palladium lib.*4.

Cottana,orum;ficus exiguæ,ſed ſuauiſſimę,& apud Calabros frequentiſſimæ ſunt. *Iuuen.ſat.*3.*Plin.* 14.5. Lege *Cæl.Rhodiginum*, varia ficuum nomina ex Gręcis referentem *lib.*18.*cap.*9. Ficus ſerotina.

Epith. Bifera,laticoma,cerula baccis,fęcunda,ſerotina,& duricoria. *Macrob.* vulgò *Brugiotto:*matura,mariſca,Liuiana,Pompeia. *Plin.* cerina, à cereo colore,calliſtruthia,&c.

FICTILIA, ium.

Dicuntur quæ ex terra ficta ſunt vaſa: Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem. *Auſon.* Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus, tunc illa time cùm pocula ſumes Gemmata. *Iuuen.ſat.*10.Teſtæ Samiæ: At tibi lęta trahant Samiæ conuiuia teſtæ, Fictaq; Cumana lubrica terra rota. *Tib.* 2.6. Creta.V.*ſuo loco.* Adſiris,Diui,ne vos è paupere menſa, Dona nec è puris ſpernite fictilibus.

Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis Pocula, de facili compoſuitq; luto. *Tib.*1.1. Fictilibus libant ſympullis;*ex Plin.* Vaſa terrea:Argillam, atque rotam citiùs properate. *Iuuen.*

Vetus Romanorum mos; in fictilibus apponere Laribus cęnas ſuper menſas ligneas,& in delicijs quondam habita illa fuiſſe;hinc:Lautus erat priſcis Porſena fictilibus. *Mart.*

Fictiles etiam Deos ipſos faciebant; vndè *Prop.*4. *eleg.*1. Fictilibus creuere Deis hæc aurea templa: & *Iuuen.ſat.*11. Fictilis, & nullo violatus Iupiter auro.

Epith. Pura.

FIDELIS.

Caput fidele. *Prop.* Fidus:Pectus certum. *Virg.*9. *Æn.* Certus homo. *Idem* 1.*Æn.* Certa Dei ſacro eſt huius in ore fides. *Ouid.*2. *de art.* Fido pectore arcana occulam. *Sen.in Hipp.* Pectora fida:Conſtanteſq; fide: Hinc

FIDELITAS.

Fidelis labor. *Sen. in Oedip.* Fidelis amor: Fides: Vnum fides,virtuſq; conſortem addidit.*Ibidem.* V. *Fides.* Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ. *Mart.* 9.15.

FIDENS.

Confidens: Siqua eſt fiducia menti. *Virg.*11.*Æn.* Fretus aliquo. *Idem* 4.*Æn.* Fidens animi,atque in vtrumque paratus. *Idem* 2. *Æn.* Confiſus. *Ouid.*4.*faſt.* Fiſus: Afflictis confidit rebus: Formoſe puer nimium ne crede colori.*Virg.eclog.*2. Omnis ſpes Danaum, & cœpri fiducia belli Palladis auxilijs ſemper ſtetit. *Idem* 2.*Æn.* Ne dubites, adſitq; tuæ fiducia formæ.

FIDES Dea.

A Romanis culta,cui ædes in Capitolio fuit, quam conſecrauit Attilius Calatinus (teſte *Cicerone* 2. *de nat. Deor.*) Aliam videtur ædem habuiſſe in Palatio, quam conſecraſſe Æneam refert ex Agathocle,*Sext. Pomponius: Dionyſ.* verò *Halicar de Numa:* Primus,inquit,ipſe omnium templum Fidei publicæ erexit,ſtatuitq; illi è ſumptu publico ſacrificia. V. *Liuium.* Sine cęde verò,& ſanguine ipſi Fidei velati Flamines albo panno ſacra faciebant, quin illuc curru arcuato manu ad digitos inuoluta deferebantur illa ſacra ſolemni pompa:Fides enim fingebatur duabus iunctis manibus; cuius templum à *Sil. Poeta lib.*2. *Punicorum* deſcribitur. Huic autem ſacrificabatur manu albo panno inuoluta; vt oſtenderetur fidem debere eſſe ſecretam: hinc *Hor.* Et albo rara Fides colitur velata panno. Lege *Seruium*.

Ad limina ſanctæ contendit Fidei, ſacrataq; pectora tentat Arcanis Dea lęta,&c. *Sil.Ital.* Ante Iouem generata, decus diuumq; hominumq; Qua ſine non tellus pacem,non æquora norunt: Iuſtitiæ cōſors,Tacitumq; in pectore Numen. *Idem.* Iuſtitiæ comes;*ex Seneca:* Tunc illa virgo numinis magni Dea Iuſtitia cęlo miſſa cum ſancta Fides Terras regebat mitis,&c. *in Octau.* Cana Fides.*Virg.* à candore,ſiue quòd etiam in canis hominibus reperiri ſoleat.

Epith. Sancta, cana, rara, intemerata, incorrupta, &c. V. *inferiùs.*

Fides Chriſtiana.

Iam pia relligio Cęlo caput extulit alto. *Vida in Hymn.* Sanctæ mentis ſignaculum: Haud falſi numinis index: Chriſtiadum cultus; Pietas: Sincera fides tot iam celebrata per annos:Intemeratæ fidei vinculum, catena, ſignum,character, pignus.

FIDES.

Fiducia: Hæc quoque adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ Certa ſatis:Nullaq; fiducia capto. *Virg.* 2.*Æn.* Seruabo pactam tempus in omne fidem: Rectus amor. pietas, intemerata fides: Credulitas:Spes animi credula. *Hor.*4.1. Iuſtitiæ ſoror incorrupta. *Idem* 1.24. Fidei pignora certa. *Pont.* Veritas. *Horat.* Fidei pignus. *Ouid.*6. *met.*

Epi-

Epith. Sancta, intemerata, pura, ſacra, ſacrata, impolluta, conſtans, honeſta, inconcuſſa, ſtabilis, recta, glorioſa, pia, rara, tenax, ſolida, Theſea; illam, quam Pirithoo ſeruauit, pacta, incorrupta.

Credulus: Qui credit: Credulus animus: Credula mens: Credula corda: Credulus error, &c.

FIDES, dis.

Siue fides, ium, numero multitudinis, chordæ, quibus vtimur ad ſonitum: Chordæ. V. *ſuo loco*. Vocales chordæ. *Tib. 2. eleg. 5.* Fila docta mouentur *Sen. in Agam.* Perſonat aurata caſta Thalia fide.

Fidicen, qui fidibus canit: Fidicina. *Ter.* fœmina, quæ pulſat fides: Fidicinius ludus. *Plaut. Scuola di ſonare.* Plectrum, inſtrumentum, quo pulſantur fides.

Epith. Reſona, vocalis, canora, harmonica, tinnula, dulcis, aurata, Threicia, ſollicitudinibus pectora mœſta leuans, allieiens animos, permulcens pectora, tollens curas, mulcens, reficiens, recreans pectora mœſta ſono, blanda, reddens dulces pollice tacta ſonos, Cyllenęa.

Fidicula, diminut. eſt nomen quoque ſideris, quæ Lyra alias dicitur. V. *Lyra*. Eſt quoque inſtrumentum pœnale. V. *Pœnarum genera*.

FIGVLVS.

Alter humum, de qua finguntur pocula monſtrat, Quæq; docet liquido teſta ſit aperta mero. *Ouid. 2. de art.* Plaſtes. *Plin.* Fictor. *Cic.* qui ſigilla, & ſimulacra argillacea fingit: Format humum manibus, ſigna facitq; luto: Argillæ fabricator, confictor: Et craſſo figuli polita cęlo Septenaria Syntheſis Sagunti. *Mart. 4. 46.* ex argilla Saguntina, quæ olim clara: Hiſpanæ luteum rotæ toreuma. *Ibidem:* inſtrumentum eſt rota figuli.

FIGVRA.

Specimen: Species: Imago: Exemplar: Figmentum: Simulacrum: Vaſtarumq; videt trepidus ſimulacra ferarum. *Ouid. 2. met.*

Epith. Tenuis.

FILIVS.

Natus: Gnatus: Satus: Reddebant veteri pignora rata ſui. *Ouid. 2. faſt.* Proles: Nunc mea proles Imperio, & belli rebus matura, &c. *Val. Flacc. 1. Arg.* Soboles: Progenies: Patris progenies, effigies, figura: Generatus: Genitus: Filiolus, diminut. Puer: Helleniſmus. *Hor. 1. od. 12.* Dicam Alciden, pueroſq; Ledæ; nempè filios Ledæ Caſtora, Pollucemq;. Corpora natorum. *Virg. 6. Æn.*

Fœtus: Quod fœtibus aucta duobus. *Ouid. ad Liuiam*; nempè filijs duobus: Liberi, orum: vtriuſq; ſexus filij: Si quis mihi paruulus aula Luderet. *Virg. 4. Æn. & Claud. 1. de rapt.* Te felix natorum turba coronat Genus. *Virg. 12. Æn.* Patris ſanguis, imago: Firma adiumenta parentis: Curarum, & ſenij dulce leuamen: Spes firma parentis: Socij pignora chara tori: Filius huic fato Diuûm proleſq; virilis Nulla fuit.

Partus: Et in partus mater acerba ſuos. *Ouid. 2. faſt.* Figulo ſum genitore ſatus: Sate ſanguine Diuûm Hortamur fari quo ſanguine cretus. *Virg. 2. Æn.* cuius filius: Nate meæ vires, mea magna potentia nate. *Idem 1. Æn.*

Epith. Blandus, ſuauis, dulcis, vterinus, charus, dilectus.

FILIA.

Nata proles, ſoboles: Nata, gnata: Iam matura viro iam plenis nubilis annis, &c. V. *Virgo: Puella*. Vnicum afflictæ domus ſolamen. *Sen. in Med.* Filiola, diminut. Stirpis iugum. *Idem in Hipp.* Stirpis ſpes: vt dixit *Virgilius* ſpem gregis, *ecloga 1.* Stirps: Tuæ ſtirpis nefas. *Sen. in Hipp.* Matris onus. *Ouid. 4. met.* Sanguis meus. *Idem 5. met. & Stat. 3. Theb.* Noſtro proles edita partu. *Ibidem.* Turba nouella. *Tib. 2. 2.* Noſtræ paruulam ſtirpem domus. *Sen. in Troad.*

Epith. Verecunda, venuſta, intemerata, pudica.

FILVM.

Stamen: Stamina: Licium: Fili ſtamen: Fuſus, figur. V. *ſuo loco*. Pręgnans ſtamine fuſus. *Iuuen. 2.* Durum opus: Aſſiduo durum pollice nebat opus. *Ouid. in opuſc.* Tereti deducit ſtamina filo.

Epith. Subtile, tenue, prętenue, gracile, teres, leue, textile, nodoſum.

FIMBRIA.

Extremitas veſtis: Lacinia. *Cic.* Sinus: Limbus. *Virg.* Ora, æ: Quam plurima circum Purpura Męandro duplici Melibœa cucurrit. *Idem.* Et circum textum croceo velamen acantho. *Idem.* Inſtita: Ora veſtis, faſcia, quæ matronali veſti ſubaſſuitur; inſtitæ tamen dicuntur ſegmenta, & limbi, ſiue aſſuantur veſtibus, ſiue non, vt *Scribonius Largus* ſcripſit: & *Cuiacius* obſeruauit *lib. 12. cap. 24.*

FIMVS, i.

Stercus, oris: Fimus bouis: Letamen: Fimus equi, ouillus, capræ, aſini: Succerda, ſuis eſt fimus. Limus. *Virg. 4. Georg.* Cœnum graue. *Ibidem.* Immundus puluis. *Ibidem.* Cœnum immundum: Ventris proluuies. *Idem 3. Æn.* Fœdiſſima proluuies: Colluuies. *Luc. 4. Pharſ.* Lutum graue. *Iuuen.* Immundus cinis. *Virg. Georg.* Immunda arena. Dicitur abiecto vilior eſſe fimo.

Fimetum. *Plin.* Sterquilinium: Stabulum: Latrina, figur. ſunt loca ad res huiuſcemodi conſeruanda.

Merda. *Mart. 3. 17.* Excrementum alui: Fęx alui, ventris, &c. Ventris onus. *Idem 1. 37.* Alui pondus,

Digitized by Google

dus;fimus alui,&c. Aluus. *Celſ.* fig. ſumi poteſt continens pro contento.

Epith. Pinguis, immundus, vdus, bibulus, liquidus, tenax, abiectus, putris, vilis, ſpretus, fimus.

Epith. Fœdum,tetrum,olidum,immundum,fętens, nigrum ſtercus.

FINIS.

Terminus: Coronis,dis,operis cuiuſque abſolutio, vndè coronidem imponere: Si nimius videor,ſeraq; coronide longus Eſſe liber legito pauca, libellus ero. *Mart.lib.*10.*ep.*1. Exitus acta probat. *Ouid.epiſt.*2. Modus. *Luc.*1.*Pharſ.* & *Ouid.*2. *faſt.*556. Optatus ille portus ærumnis adeſt. *Sen. in Agam.* Pierides cœptis addite ſumma meis. *Ouid.*6.*faſt.* Suprema: Fatorum curſus. *Iuuen.*

Meta:Hæc ſpatijs vltima meta meis. *Prop.*4.2. At ſimul ad metas venit finita voluptas. *Ouid.*2. *de rem.* Operis faſtigia ſummi:Et iam finis erat: Impoſuit rebus finemq; modumq;: Hoc opus exegi feſſæ date ſerta carinæ Contigimus portum, quo mihi curſus erat: Finis, g.f. Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori? *Propert.* 1. *eleg.*16.

Finis vitæ.

Terminus æui:Ventum ad ſupremum eſt. *Virg.*12. *Æn.* Vitæ mihi terminus actæ:Supremum vitæ: Vitæ meta:Hora vltima. *Ouid. in Ibin.* Atq; vbi mortalis luxu venerit vltima vitæ. *Pictor.*V.*Dies mortis.ſup.*

FINES, vulgò *Confini.*

Finitimi agri. *Virg.*11. *Æn.* Finitimi campi:Propinquos Lyciæ. *Ouid.*4. *met.* Imperij margo. *Idem* 2. *triſt.* Humus vicina. *Idem* 5.*triſt.*10. Hoſtis equo pollens, longeq; volante ſagitta Vicinam latè depopulatur humum:Vicini aggeres;vt alio modo loquitur *Gallus cum Propertio:* Miles ab Etruſcis ſaucius aggeribus,nam *Propertius* erat à Meuania oppido Etruriæ contermino. *Prop.*1.21. Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo Me genuit terris fertilis vberibus. *Idem* 22.

FINES.

Cùm ad Oceanum peruenitur, ſiue in Hiſpaniam, ſiue te in Britanniam conferas, & Hydruntem, vel aliò.

Extremi populi,loca. *Ouid.*3.*triſt.*5. Ignotæ oræ. *Ibidem.*Et ſiqua extremis tellus ſe ſubtrahit oris. *Prop.*2.8.Vltima terra. *Idem* 3.3.Qua maris extremis tellus includitur vndis. *Tib.*4.1.

FISCELLA.

Fiſcina, p.breui. *Mart.* Caniſtrum. V. *ſuo loco, vbi plura.* Ciſta: Ciſtula: Vimine lento contexta: Vas vimineum, per quod defluit ſerum, dum caſeus exprimitur.

Eſt etiam fiſcella,qua boum,iumentorumq; ora capiſtrantur, ne tenera germina precerpant.

FISTVLA.

Calamus. *Virg.* Nec te pęniteat calamo triuiſſe labellum: Auena.*Idem.*Arundo tenuis. *Idem* 6.*ecl.* Iunctiſq; canendo vincere arundinibus. *Ouid.*1. *met.* Cicuta; quòd fiſtulam ex illa ſibi compingant paſtores,ſiue bubulci. *Virg.*5.*eclog.* Fiſtula ſeptem compacta cicutis. *Idem eclog.*7. Stipula. *Idem.* Solamenq; mali fiſtula: Iunctis pice cantat auenis. *Ouid.*5.*triſt.*11. Paſtoralia murmura. *Claud.ep.* Arundineum carmen. *Ouid.*4. *triſt.*1. Canna. *Virg.* Buxus;qua etiam fit fiſtula: Tibia. V. *ſuo loco.*

Epith. Ruſtica, dulcis, caua,canora,blanda,ſeptifo-ris, arguta, garrula, ſilueſtris, ſacra, ouans fiſtula.

Epith. Tritoniaca, diſſimilis,cerata,tenuis arundo, cera compacta.

Epith. Iners,canorus, hians,agreſtis,argutus,leuis, arundineus calamus.

FLABRVM.

Ventus, fig. *Seruius* cenſet numero multitudinis efferendum flabra, vt dixit *in Georg. Virg.* Ergò non hiems illam non flabra, nec ignes Conuellunt, &c.

Flabellum; quo fit ventilatio æſtiuo tempore, & hæc plerumque è pennis inter ſe colligatis conficiebantur: qui mos à Phrygijs ad Græcos, & hinc ad Romanos eueſtus effecit, vt non tàm per ſe,ſed etiam per ſeruos incedentes preſertim fœminæ ventilarentur. Vis tamen intercà tenues arceſſere ventos, quos faciant noſtra mota flabella manu. *Ouid.*3.*eleg.*2. Et modo pauonis caudæ flabella ſuperbæ. *Prop.*2.*eleg.*24. (vbi obſerua communem ſyllabam in prima)hęc etiam modò è vimine, è ſtipulis,ex membranulis depictis,è charta conficiuntur.

Muſcarium. *Mart.* Muſcarium pauoninum; è pauonis pennis confectum, & hæc flabella elegantiorum erant virorum, quibus vel cubantes à ſeruis ventilabantur, vt de *Octau.Suet.cap.*82. Ac ſæpè in periſtylio ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat: *Ventaglio* hodie dicitur: Aura, figur. Muſcarium ſetaceum. V. *Scopa.*

FLAGELLVM.

Flagrum:Flagris cæſus. V. *Verberatus.* Verber:Laceratus verbere. *Ouid.*2.*faſt.* Verberum vis. *Sen. in Hipp.* Lupatum:Et duris parere lupatis. *Virg.* Ictus,fig. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra. *Idem* 5.*Æn.* Scutica:Scuticæ habenæ:Crederis infelix ſcuticę tremefactus habenis Ante pedes dominæ pertimuiſſe minas. *Ouid. epiſt* 9.

Vir-

Digitized by Google

Virga: Virgarum ictus, ſonitus, ſtrepitus: Lorum. V. *Habena.* Corrigia: Secta pellis: Secta quod pelle Luperci Omne ſolum luſtrant. *Ouid. 1. faſt.* Stimuli: Vrget enim ſtimulis auriga cruentis. *Stat. 3. Theb.* Fuſtes; vt fuſtibus cæſus, *Baſtonato*.

Ferula, virgultum quoddam ſiccum, quo vapulabant pueri, cùm citra vulnus maiorem inferat dolorem, quàm duriora virgulta, quod *Ariſtoteles* ait fieri, quòd manus non tàm dolet cùm cęditur, quàm cùm cędit; ferula autem melius & cędit, & cęditur à manu, dupliciq; repercuſſu augetur dolor: Verberibus iuſſas prębuit ille manus. *Ouid. 1. de art.* — tradisq; magiſtris, Vt ſubeant teneræ verbera ſæua manus. *Idem 1. eleg. 13.* Sceptra magiſtri: Sceptra pędagogorum. *Mart.* Maſtix, cis, p.p. Gręcum.

Plumbatæ flagri genus extortis funiculis, in quorum ſummitatibus glandes plumbeæ impactæ erant: Grando plumbea: Ictus plumbei. *Prud.* Plumboq; ceruix verberata extuberet: & harum fit ſæpè mentio *in Martyrum geſtis*.

Scorpiones dictæ ſunt virgæ nodoſæ, & aculeis extantibus hamatæ, quę ſæpè cęſorum lateribus inhęrebant, ac membris; quę ab illis dilaniabantur; & horum fit pariter mentio *in ijſdem Martyrum geſtis*. Sic tibi de Furijs ſcindat latus vna flagello. Continuò ſontes vltrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultans, &c. *Virg. 6. Æn.*

Epith. Tortum, contortum, ſæuum, crudele, cruentum, crudum, intortum, nodoſum, ſpinoſum, acerbum, vipereum, ſanguineum, exagitatum, crepitans, durum.

Sunt etiam flagella ſummæ arborum partes, quibus flante vento, inuicem rami flagellantur: Summa arborum dicuntur *Virgilio*.

FLAMEN, &
FLAMINES.

Sic dicti Sacerdotes Romanorum à filo, quaſi Filamines (teſte *Varrone*) quòd licio in capite velati erant ſemper, caputq; cinctum habebant filo. Horum ſinguli cognomina habebãt ab illo pręſertim Deo, cui ſacra faciebant. Alij dicunt, ſic nuncupatos ab infulis, quas capite gerebant, quæ olim flamæ dicebantur, quæ feſtigiatæ ad coni ſimilitudinem erant, ſummitatq; coni apex dicebatur. V. *Ioſephum Scaligerum in coniectaneis in Varr.* Hi primùm fuere creati à Romulo ſecundùm *Plutarchum*; at à *Liuio, ac Dionyſio* Romanarum rerum acerrimo inueſtigatore Numæ tribuitur illorum inſtitutio; qui tres tantùm flamines inſtituiſſe videtur, Dialem, Martialem, Quirinalem, atque inſigni veſte, & curuli regia ſella adornauiſſe, vt refert *Liuius*, Dialem quaſi maiorem, vtpotè qui Iouis erat Sacerdos. Proceſſu temporis duodecim additi fuere; ſed hæc inter primos, & hos differentia, vt illi ex Patricijs crearentur; alij duodecim ex plebeijs, qui minores appellabantur, vt illi maiores. Perpetuum illis erat Sacerdotium, niſi aliquo caſu illo abire coacti fuiſſent, nempè, ſi exta parùm curioſè admota fuiſſent aris Deorum; ſi apex è capite prolapſus, vt Sulpitio accidiſſe legitur; ſi vxorem amiſiſſet, & alias ob cauſſas. Eorum cęremonias lege apud *Gellium lib. 10. cap. 15.* & apud *Roſinum*.

Flamen Dialis, nempè Iouis, cui lictore, & regia ſella curruli vti permiſſum erat, numquam autem magiſtratum petere, ac capere: cuius plurimæ cęremoniæ, quas obſeruare cogebatur, niſi flaminio abire voluiſſet, leguntur apud ipſum *Gellium loc. cit.* Lege *Ouid. 2. faſt.*

Flamen Martialis, nempè qui Martis ſacra facere debebat proximus Diali; vel poſt Quirinalem.

Flamen Quirinalis à Numa in Quirini ſcilicet Romuli gratiam vrbis conditoris creatus.

Alij verò, vt Volcanalis; Volcano, nempè Vulcano ex plebe flamen: Volturnalis: Volturno vel Deo, vel flumini dicatus, vt ei ſacra faceret: Palatualis in Deæ Palateæ honorem, in cuius tutela Palatium erat, *Sexto Pomp.* teſte: Furinalis; Deæ Furinæ inſtitutus; vndè Furinales feriæ: Floralis, Deę Floræ Sacerdos: Falacer, Falacri Diuo inſtitutus, vt ait *Varro*. Pomonalis, Deæ Pomonæ: Carmentalis, qui Carmentæ matris Euandri ſacra curaret: Virbialis, Virbio ſcilicet Hippolyto inſtitutus flamen: Laurentialis, Accæ Laurentiæ: Lauinalis, qui Lauinij, ſiue Lauiniæ ſacra faciebat: Lucularis, qui luci curam haberet. De reliquis lege *Roſinum, &c.*

FLAMMA.

Cuius viſio, & eruptio lęta plerumque portendebat olim auguria, vt alibi è nobis obſeruatum: Vndè apud *Suet. in Tib. cap. 6.* Digrediens indè itinere nocturno diſcrimen vitæ adijt flamma repentè è ſiluis vndique exorta, adeòq; omnem comitatum circumplexa, vt Liuiæ pars veſtis, & capilli amburerentur. *Idemq; Suet. cap. 14. ibid.* aliud quid ſimile refert. Apud *Appianum* inter ſigna futuræ Seleuci potentiæ magnum ignis fulgorem effulſiſſe legimus: & *Virg.* Aſpice corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua; dum ferre moror citus ipſe bonum ſit, &c. vbi *Seruius:* hoc vxori Ciceronis dicitur contigiſſe, cùm poſt peractum ſacrificium libare vellet, in cinere viſa eſt flamma, quæ flamma eodem anno maritum Conſulem futurum oſtendit, ſicut *Cicero* in ſuo teſtatur poemate. Simillimum oſtentum Octauio in Liberi patris luco de filio conſulenti contigiſſe narrat *D. Auguſtinus cap. 93.* Lege *Schild. Comm.*

Digitized by Google

*Comm. in Suet. ſub cap.*14.*Tib.*

Æſtus:Exuperant flammæ,furit æſtus ad auras,&c. Focus:Ignis. V. *ſuis locis*. Ignis vertex,coma. *Sen. in Oedip. v.*307. Rectusq; (ignis) purum verticem cęlo tulit, Et ſummam in auras fuſus explicuit comam. *Ibidem*. Pyramis etiam, & conus flammæ dicitur hic ignis vertex. Ardor.

Flamma è regia puppi reliquæ claſſi anchoras legendi,& viæ ſignum erat olim,vt teſtatur *Sen.in Agam.* Signum recurſus regia vt fulſit rate, Et clara lentum remigem emouit tuba: nunc tormenti ænei bombo claſſi datur itionis ſignum. Flammam autem è turribus maritimis efferre noſtro tempore, ſignum eſt hoſtiles aduentare triremes.

Flamma quando ſacrificia auidè abſumebat lętiſſimum fuiſſe ſignum iudicarunt veteres, vndè id percontatur Tireſias *in Oedipo Sen,v.*307.

Epith. Crepitans, acris, ignea, feruida,rubens,rutilans,torrida,furens,populatrix,ſtridula.

FLANDRIA.

Belgij regio (vndè recens totum ipſum Belgium nomen accepit *Fiandra*) temperato quidem aëre,lętisq; paſcuis,necnon fertili agro, quà potiſſimùm Oceano, & Galliæ vicinus eſt. Incolæ multo ſunt ingenio prędiri;& aliquot in artibus excellentiſſimi euadunt, in texendis aulęis, & in ære incidendis imagunculis. In hac verò inſigniores

Vrbes.

Gandauum,vulgò *Guanto:* conditum à Iulio Cęſare quum in Morinis ageret, quatuor fluminibus irrigatur Scaldi, Liſa, Liuia, & Mœta;Caroli V. patria.

Brugæ, à ponte iuxtà Oldenburgum, & Ardenburgum ſic appellatam exiſtimant,vrbs quidem reliquarum amœniſſima, templisq; inſignis.

Ypra,à riuulo Ypra pręterlabente dicta,cuius vrbis fundus plumbeus eſſe dicitur propter magnam tuborum è plumbo vim, quibus aqua variè per vrbem corriuatur.

Sluſa,quæ portum habet inſignem: Ooſtenda, vrbs maritima:Neoportus,item ad Oceanum ſita.

Dunchercha,quæ ſi portum habet breuem, vt referunt,mari tamen vicino,& prętereuntibus maximè infeſta eſt: Inſula, ſic dicta, quòd ſtagnis ſit, necnon cincta paludibus: Duacum, ad Scarpam fluuium,vbi olim Catuaces:Tornacum: Orchianum:Lannoyum: Aloſtum,ad Teneram fluuium ſita,opulenta ſiquidem in Flandria imperiali, & comitatus titulo inſignis.

Oppida verò alia in regione inſigniora recenſentur.

Axella, Cortracum, Aldernarda, Hulſta,Teneramunda, Birfletum, Grauelinga, Burburgum, Dammum, Dixmunda, Furna, Ardenburgum; Ninoua, Bergæ, Gerardimo ntium, Caſtellum, Donza, &c.

Fluuij.

Scaldis: Tabuda dicitur *Ptolem.* oritur in Veromanduis propè Abatiam, vt vocant, D.Martini; curſum autem eius *Ortelius* diligentiſſimè in ſuo Theſauro Geographico deſcribit: Liſa; Tenera; Liuia; Ypra; Aa; Scarpa; Rupela, aliaq; minora apud *Ger. Mercat.*

Niepenſis ſilua: Nonnenſis, cęterarum in Flandria ſiluarum celebriores:Hinc

Populi.

Morini, olim Flandri, Gandauenſes,Yprenſes,Belgij, Belgica gens nomen genericum. V. *Belgium*.

FLATVS.

Continuo maris horriſono vada concita flatu: Rapidusq; incendia flatus Ventilat,&c. Ventorum flatus. V. *Venti*. Anima;quam agimus:Halitus. V. *ſuo loco*. Spiritus:Flamen:Flamina:Flabrum: Flabra. V. *ſuo loco*. Afflatus:Inflatus. *Cic.* Perflatus. *Plin.*

Epith. Violentus,rapidus,ſtridens,aërius,nimboſus, horriſonus.

FLETVS, us.

Luctus, us: Plangor: Planctus. *Stat.* Lacrymæ. V. *ſuo loco, vbi plura*. Lacrymarum fluuius manat ex oculis: Gemitus, us: Murmur illętabile. *Virg.*12.*Æn.* Clamor mœſtus. *Idem* 11. Flebilis. *Sen.in Troad.* Vox lacrymoſa. *Virg.*11. Vox flebilis. *Sen.in Hipp.* Suſpiria:Vox mœſta: Voces exponere mœſtas. *Virg.*2.*Æn.* Miſer tumultus. *Ibidem.* Humor:Ex oculis fluit humor acerbus:Vlulatus:Eiulatio. *Hor.epod.*10. Et illa non virilis eiulatio. Verba lugubria. *Ouid. in Ibin.*

Flumen: Ex vtroque repens lumine flumen abit. Aqua: Illius ex oculis multa cadebat aqua: Ros: Heu quoties pręſaga mala violauit oborto Rore genas:Gutta: Labitur ex oculis tunc quoq; gutta meis:Singultus,us: Singultibus ilia pulſat:Flebilis angor. *Anger.* Vox. *Sen.in Hipp.* Mugitus luctiſonus. *Ouid.*1.*met.* Vociferatio. *Sen.in Hipp.* Flebilis queſtus, querimonia, fremitus. *Idem ibidem*.

Epith. Triſtis,mœſtus,miſerandus,luctiſonus,acerbus, miſer, amarus, rorans, tener,tepens,tremulus, humens, inanis.

FLEXVS, us.

Flexus vocis,vulgò *Paſſaggio, ò trillo*, in re muſica; ſic vocem flectere: Flexio:Inflexio:Flexura:Curuamen: Curuatura. *Ouid.*2.*met.* Motus corporis,membrorum,&c.

FLORA.

Dea, de qua variè ſcribitur ab antiquis; nonnulli vo-

volunt hanc Accam fuiſſe quamdam Taruntiam,ſiue Taruntiam cognominatam,quæ Herculis precato benè nupſit,à quo facta hęres,ipſa quoq; dum vita decederet Pop.Romanum hęredem ſuorum bonorum inſtituit, hac tamen conditione, vt ei quotannis natalem celebrarent in campo, qui ab illa eidem fuerat donatus, ludis editis. Verùm cùm Senatui flagitioſum videretur ſcorto (ſcortum enim fuerat) ſacra facere, illam Deam finxere, Floramq́; nominarunt,campumq́; Floræ. V. *Campus Floræ:* Ludosq́; inſtituerunt,qui indè Florales dicti ſunt; necnon ſacra Floralia; Flamenq́; additus, qui Floralis fuit appellatus. V. *Flamen,Ouidius* verò *in* 4.*faſt.* Floram ait fuiſſe non ignobilem nympham, quæ Chloris alio nomine vocitabatur, eamq́; Zephyro nuptam quaſi dotis loco id accepiſſe muneris à marito, vt haberet omnium florum poteſtatem. Ludi verò Florales IV. Kal.Maij celebrabantur: Agebantur autem à meretricibus veſte exutis omni cum verborum licentia,motuumq́; obſcęnitate; quorum ſpectandi gratia Theatrum ingreſſo Catone,populus,vt minùs nudarentur,poſtulare erubuit; cuius rei cauſſam cùm ex Fauonio latus ſuum tegente Cato cognouiſſet, diſceſſit è theatro. *Val. Max.*2.*lib.*10.*cap.* & *Sen.epiſt.*97. Extat epigramma *Mart.lib.*1. Noſſes iocoſæ dulce cùm ſacrum Floræ,&c. Habuit Flora templum, & Circum, quæ in ſexta vrbis regione collocantur à *P. Victore:* nempè in Quirinali; & hinc videtur diuerſus eſſe Campus Floræ à Circo, ac templo,& forſitan diuerſa Romanis numina, vt *ſuperius in hiſt.*

Chloris, dos, Græca vox. *Catull.* Mater ades florum. *Ouid.*5.*faſt.* Zephyritis,dos. *Pont.* Dea florum:Inq́; ſinus florum Dea veſte reducta Texit,&c. *Angerian.* Floribus arua coronans: Arbitrium tu Dea floris habe, &c. *Ouid.*5.*faſt.* Chloris eram Nymphe campi felicis, vbi audis, Rem fortunatis ante fuiſſe viris. *Ibidem.* Quæ vernas afflat ab ore roſas. *Ibidem.*

Epith. Pulchra, lepida, dulcis, iocoſa,iucunda,verna,ſuauis,candida,ruſtica,vultu pulcherrima,viridi reſidens in gram ne,vernos carpens flores, &c.Vxor Zephyri;*ex hiſt.*

Floralia; quæ inſtituta fuerunt anno V.C. 516. ex oraculo Sibyllæ, vt omnia benè floreſcerent, celebrabantur, vt diximus, IV.Kal. Maij: Sacrum Floræ. *Mart.*1.*epig.* Commonuere Patres,vt ſi benè floreat annus Numinibus noſtris annua feſta forent. *Ouid.*5. *faſt.* Ludi Florales:Ludi iocoſi:Ludis celebrate iocoſis. *Ibidem.* Lege *Alex. ab Alex.*6. *Gen.dier.cap.*8.

FLORENTIA.

Etruriæ caput,& metropolis,cuius laudes alibi attigimus in quadam deſcriptione:Nomen id habere putatur vel à flore, cui ob felicitatem, florentemq́; fortunam ſimilis eſt,vel ob florida, excellentiaq́; incolarum ingenia, vel denique, quòd ab Roma deducta eſſet colonia totius vrbis florentiſſima. Ambitum habet ſex millium,ęquali penè loco iacet ad Arnum, quo interſecatur, quatuor eximijs coniuncta pontibus, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata plateis, collibus cincta Theatri inſtar ab oriente, & ſeptentrione; qua verò occidens eſt pulcram habet planiciem. Templo inſignitur admirabili cum turri è marmore adiacente ſanè ſiderea, cuius neſcis vel ſtructuræ pulcritudinem, vel architecturæ artem admirari. Lege *Politianum epiſt. lib.* 1. *epiſt.*2.

Totius Italiæ flos:Vrbs florentiſſima factis, Nomine tum pariter:Flora:Ciuis,Flora,tuus, &c. Syllanaq; Tuſcis Vrbs diuiſa vadis. *Mant.* quòd à Syllanis militibus credat conditam:Vrbs Tuſca, antonomaſticôs, vt enim Vrbs Latia ſubintelligitur Roma, ſic Florentia; *ex Ouid.*3.*met.*

Parua fluentiſonis aggeſta Fluentia ripis Mollia de nitido nomina flore capit; olim enim dicunt nuncupatam Fluentiam, ſiue quòd indè flueret Arnus, ſiue quòd ad eam non tàm è Fęſulanis collibus, ſed Apenninis etiam conflueret multitudo quaſi ad Arni portum: Fęſula regnabat; verùm meliora ſequutus Martius antiquas detulit amnis opes. Diuitias heræ, Mercurius diſcrimina linguæ, Mercurius varias ire redire vias. *Ioſeph.Scalig.in epig.*

Florentini:Arnicolæ fluentes:Fluentini. *Plin.*

Epith. Martia,potens armis.

FLOS, &
FLORES.

Pratorum ſpoliatur honos. *Claud.*1. Inclyta gramina veris. *Idem* 2. Coryciæ comæ. *Stat.lib.*5. *ſilu.*1. Cynareia germina; nempè Cynaræ flos. *Ibidem.* Germen odorum; vel germen odoratum: Florea germina: Gemma ſoli: Gemmula prati: Veris opes. *Angerian.* Munera veris habes. *Idem.* Tum pingunt varijs,decorantq; coloribus herbas:Florea ſerta caput cingant. *Mart.* 8.77. Ver breue: Cùm breue Cecropiæ ver populantur apes. *Idem* 9.13. ideſt flores vernos,& veris honores: Pratorum gemmæ, ſidera,ſtellæ. Tantus veris honos. *Idem* 6.8. Tenerorum germina florum. *Polit.* Veris honos. *Pont.* & *Mart.* V. *inſ.* Flores amaraci. *Catull.* V. *Amaracus.*

Epith. Niueus, mollis, ſuauis,blandus,rutilus,odoratus,candidulus,fulgidus,halans,pulcher,coruſcus, beneolens, vernalis, purpureus, croceus, apricus, vernus, varius, generoſus, gemmans in gramine, vernans, dans lumina pratis, mulcens ter-

terram ſuaui odore, lętus, latè diffundens odorem.

Floſculus, diminut. Odoræ gratia Floræ. *Mart.* 6.8. Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.

Florum nomina.

Amaracus: Amaranthus. V. *ſuis locis*. Adonidis flos, *Anemone*, in quem Adon extinctus conuerſus fuiſſe dicitur. V. *Adonis*: flos ſiquidem inodorus, vndè quibuſdam dicitur venti herba.

Bellis, ſiue Bellius flos. *Plin.* vox Græcanica, vulgò conſolida minor, herba margarita, quòd hibernis frigoribus indomitus quaſi per vim rediuiuus im auras erumpat, *Fior di Primauera*. Bugloſſi flos, *Fior di borana*.

Caltha. *Virg.* officinis verò Calendula, nonnullis verrucaria: violæ luteæ proxima concolori amplitudine vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem. *Plin.* Calthæ luteolus flos. *Bemb.*

Helitropium: Lilium. V. *ſuis locis*. Pęonia, flos purpureus orbiculatus: Liguſtrum: Hyacinthus. V. *ſuis locis*.

Lilium conuallium ſuauiſſimi quidem odoris flos, qui Florentinis dicitur *Mughetto*.

Narciſſus: Roſa: Vaccinia. V. *ſuis locis*. V. *Herbarum genera*: nam ex herbis flores: Arborum flores. V. *Arborum genera*.

Gelſominum, vt vulgus appellat, cuius duplex genus Hiſpanum, & Italum.

FLVCTVS.

Pręruptus aquæ mons. *Virg.* 1. *Æn.* Magnaq; ſurgunt æquora. *Idem* 3. Ingens pontus. *Idem* 1. *Æn.* Montes aquarum: Me miſerum quanti montes voluuntur aquarum. *Ouid.* 1. *triſt.* 2. Graues aquæ: Ipſa graues ſpargant ora loquentis aquæ. *Ibidem.* Vnda: Dumq; loquor vultus obruit vnda meos. *Ibidem.* Tempeſtas. V. *ſuo loco.* Fremitus marinus. *Virg.* 2. *Georg.* Opprimet hanc animam fluctus. *Ouid.* 1. *triſt.* 2. Ingens motus aquarum. *Virg.* 4. *Georg.* Vnda torrens. *Idem* 2. *Georg.* Æquor indignatum magnis ſtridoribus. *Ibidem.* Furit æſtus arenis. *Idem* 1. *Æn.* Ranci lictoris ictus. *Val. Flacc.* 1. *Arg.* ab illiſione aquæ raucum ſonum reddentis ad lictus.

Immenſa licentia Ponti. *Ouid.* 1. *met.* Vaſta voragine gurges. *Virg.* 6. *Æn.* Fragor maris, pelagi, Ponti, &c. *Idem* 7. Pontus ſpumens. *Idem* 11. Fit ſonitus ſpumante ſalo. *Ibidem.* Spumea ſaxa fremunt. *Ibidem.* Interruptus gurges. *Tib.* 4. Iræ violenti gurgitis. *Luc.* 10. Æſtus creſcens. *Virg.* 10. *Æn.* Pelagi minæ. Volumen: Decimoq; volumine Pontum Expulit in terra. *Sil. It.* 14. Tumids verbera ſæua maris. *Pont.*

Vndarum globus. *Sen. in Hipp.* Monte nec inferior vnda. *Ouid.* 1. *triſt.* 3. Impetus vndæ. *Ibidem.* Moles ciecti maris. *Sil. It.* 14. Inq; modum cumuli concaua ſurgit aqua. *Ouid.* 1. *triſt.* 10. Quod facerem verſus inter fera murmura Ponti. *Ibidem.* Maris pars: Sæpè maris pars intus erat. *Ibidem.* Pelagi inſidiæ. *Ibidem.* Ventorum validis ferueſcit fluctibus vnda.

Epith. Tumidus, ſpumans, tumens, ſurdus, trux, ſonorus, vaſtus, rapidus, tremulus, ęquoreus, vagus, ſonans, humens, reſonans immenſo murmure: ſpumoſa pulſans littora, reſonantia littora pulſans, ſe ſinuoſo vortice voluens: Vaſtos voluunt ad littora fluctus.

Fluctus decumanus dicitur, qui reliquos magnitudine ſuperat; nam fluctus decimus maximus fieri ſcribit *Feſtus Pomp.* vndè naufragium indicabatur. Hinc *Val. Flacc.* 2. *Argon.* Decimæ cecidit tumor arduus vndæ. V. *noſtra miſcellanea.* Vaſtius inſurgens decimę ruit impetus vndæ. *Ouid.* 11. *met.* Decimum volumen: Decimoq; volumine Pontum Expulit in terras. *Sil. It.* 14.

FLVMEN, nis.

Notæ ſignificationis vocabulum: ſed quòd à cæcis veteribus Dij crederentur, variè pingebantur, dicebanturq; fluuiorum Dij. Sicuti Nilus in forma, qua *Philoſtratus*, & *alij* ſcripſerunt: Tiberis cum lupa, & Romulo, Remoq; ; ſed apponamus *Æliani* teſtimonium *ex lib* 2. *de varia hiſt.* Fluuiorumq; naturam (inquit) illorumq; fluxus cernimus, nonnullis tamen eorum, quos ipſi honorant, quorumq; ſtatuas effingunt, informes fecere, alij bobus ſimiles eſſe voluerunt. Stymphalij Eraſinum, & Metopen; Lacedæmonij, Eurotam; Sycionij, & Phliaſij, Aſopum; Argiui, Cephiſſum. Pſophilij verò Erymanthum, Alphęum Herçeuſes, & Chertoneſij, qui à Gnido profecti ſunt viris aſſimilarunt. Athenienſes Cephiſum ſub virili ſpecie honorant, cornua tamen pręferentem. In Sicilia Syracuſani Anapum viro aſſimilarunt. Cyanen verò fontem muliebri decorarunt imagine. Ægeſtæi Torpaca, Crimiſſum, & Telmiſſum virili forma honorant. Agrigentini eiuſdem nominis fluuium formoſo puero aſſimulantes ſacra faciunt, ijdemque puerilem ſtatuam ex ebore ſculptam Delphis ſacrarunt, fluuij nomine inferiùs ſculpto. Hactenùs *ille*.

Fluuius: Fluuiales vndæ. *Virg.* 9. *Æn.* Fluentum: Fluenta: Fluuium vadum. *Prop.* 2. 7. Torrens. V. *ſuo loco.* Amnis: Elatis cornibus amnes. *Val. Flacc.* quòd in cornua ſe diuidunt: Stagnum, licèt aqua nou currens, & quaſi iacens propriè ſit ſtagnum: Ingens riuus: Fons, nam à fontibus fluuij: Dulces vndæ. *Virg.* 2. *Georg.* figur. Fluminis vndæ: Aquarum viæ. *Ouid.* 1. *met.* Fontes irrigui.

rigui, *Virgilius* 4. *Georg.*

Decliuis curſus aquarum. *Hor.* Magnus decurſus aquarum. *Lucret.* 1. Vadum, & vada. V. *ſuo loco.* Inuenio ſine vortice aquas ſine murmure euntes, *Ouid.* 5. *met.* Celeres lapſus aquarum: Fluminea vada. *Luc.* 8. *Pharſ.* Flumineus gurges. *Mart.* 4.66. Liquor. *Bemb.* Fluminea aqua. *Ouid.* 2. *faſt.* Fluminaq; errantes latè ſinuantia flexus. Summis cognati nubibus amnes. *Stat.* 1. *Theb.* Vitreæ ſedes Deorum; *ex Sann. ecl.* 4.

Epith. Præceps, prociduum, curuatum, exundans, ductile, rapidum, vagum, properans, ſinuoſum. tumidum, flexum, turbidum.

Epith. Riguus, vitreus, cęruleus, citus, circumfluus, amœnus, currens, ſpumoſus, irriguus, fumidus, garrulus vndanti aqua, ſpumeus amnis.

Hic ſubieciſſem de more fluuiorum nomina, verùm, quoniam expreſsè ſingulis in regionibus nominantur, ne ſit ſuperuacanea nomenclatura illuc cupidum reijcimus lectorem; & ſi fortaſsè aliquis ibidem defuerit, condonabit authori benignus lector, quando non omnia poſſumus omnes. *Ouid.* 7. *met.* in Phaëtontis fab. multos enumerat fluuios, quem poterit adire. *H. Iunius in ſuo nomenclatore: Ortelius in ſuo Theſ. Geographico.* Sed tandem V. *Regiones: & inibi titulum Fluuij.*

Coniunctio, ſiue confluentia alicuius fluminis deſcribitur ſic à *Val. Flacc.* 1. *Arg.* Segnior Apidani vim vbi ſentit Enipeus; ideſt vbi Apidanus influit Enipeo.

FLVXVS, &
Refluxus maris.

Multi ſeruare recurſus Languentis pelagi, nec fracta remurmurat vnda: Sed mare moſſenſum creſcenti allabitur æſtu. *Virg.* 10. *Æn.* Vtq; per alternos vnda labente recurſus Subtrahitur preſſo mollis arena pede. *Ouid. in Ibin.* Et mare per certas it, remeatq; vias. *Pictor.* Oceani mare refluum. *Ouid.* 7. *met.* Cęruleis Oceanus fretis Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat. *Sen. in Troad.* 2. *ch.* Non ſic Libycis ſyrtibus æquor Furit alternos voluere fluctus. *Idem in Agam.* 1. *ch.* Mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis. V. *Refluxus.* Nouerat atq; vnà pelagi, Lunæq; labores. *Sil. It.* 14.

FOCVS.

Locus omnis, in quo fouetur ignis; ſumitur tamen pro igne, ſiue pro ara, in qua ignis poſitus victimas abſumebat.

Sanctæ flammæ. *Ouid.* 6. *met. &* 6 *faſt.* Ardenti ſubdere ligna foco: Ara. V. *ſuo loco.* Flammigeris addere ligna focis: Ignis. V. *ſuo loco.* Indè foco tepidum cinerem dimouit, & ignes Suſcitat heſternos. *Virg. in opuſc.* Imponit ligna foco.

Foculus, diminut. Focarius, dicitur in naui coquus. *Pollux:* vel qui foci curam habet.

FODINÆ.

Dicuntur loca, vbi metalla fodiuntur.

Venæ auri: Aurea vena: Riuus argenti, æris, auri, &c. Æris metallum, ſic auri metallum: Caua metalla: Inda cauis aurum mittit formica metallis. *Prop.* 3. 12. V. *inf.* Formica: Semen argenti: Argenti ſeminaria puri: Auri flaui ſeminaria: Inſula inexhauſtis chalybum (ſic auri, æris) generoſa metallis. *Virg.*

Auri, argenti caueæ: Viſcera terræ pretioſa: Aſperiora telluris, & æris Viſcera. *Virg.* Abditę terris lamnæ (pro laminæ) dixit *Hor.* 2. *od.* 2. Cæſæ montis medullæ. *Catull.*

Aurifodina: Aurarium metallum. *Plin.* Auraria. *Tacit.* Argentifodina, ſiue argentarium metallum; *ex eodem Plinio.* Fodina æraria, vbi æs foditur; nitraria, vbi nitrum; ſulphuraria, vbi ſulphur excoquitur; cotoria, vbi cotes fodiuntur, &c.

Fodinæ olim inſignes ferri erant in Ilua, in Noricis, in Biturigibus, Sardis, &c. vt eſt apud *Rutil. Numat.* 1. *itin.* Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis, Qua nihil vberius Norica gleba tulit: Non Biturix largo potior ſtrictura camino, Nec quæ Sardonio ceſpite maſſa fluit. Plus confert populis ferri fœcunda creatrix, Quam Tarteſſiaci glarea fulua Tagi.

FOECVNDITAS.

Quæ tamquam Dea cum reliquis etiam à veteribus culta fuit, vndè *Tacit. Ann.* 15. refert: Fœcunditati ob natam Neroni filiam templum decretum fuiſſe. Dictamum, ſiue Dictamnum herbam fœcunditati inſigniter prodeſſe nonnulli ex veteribus exiſtimarunt, vndè Ilithyjæ Dianæ ſacra erat, cuiq; ex illa corollæ texebantur, vt ait *Euphorion.* Et Romæ parentes olim liberorum natorum nomina in acta referebant, vt indè commoda reciperent fœcundi; orbi verò liberis pœnas, & damna.

Vbertas, fertilitas. V. *ſuo loco.* Hinc

FOECVNDVS.

Lęta Deûm partu centum complexa nepotes. *Virg.* 6. *Æn.* Felix prole virûm. *Ibidem.* Ferax, opimus: Pinguis; vber, ris: Vberior, vberrimus: Fętus, pro fœcundo, dixit *Ouid.* 7. *met.* Fertilis. V. *ſuo loco.*

FOEDVS, eris.

Nempè pactio, ſiue pactum, fidesve: dictum putat *Seruius* à porco fœdè, & crudeliter cęſo: In fœdere enim, quando icebatur, feriebatur, ſiue percutiebatur, Fecialis, ſiue Sacerdos porcum ſilice feriens dicebat: Iupiter, ſic populum, qui fœdus non ſeruarit, ferito, vt ego hunc porcum ferio, tantoq; magis ferito, quanto magis potens, pol-

lenſq; eſt. Hic iciendi fœderis erat ritus. Aliquando pro porco, porca fœdus firmabatur. V. *Liuium lib.*1. qui prolixe iciendi fœderis cęremonias explicat in hiſtoria Tulli Hoſtilij. *Polybius* autem cùm fœdus commemorat inter Romanos, & Carthaginenſes ictum, per Iouem lapidem illos iuraſſe refert, cuius iuramenti hæc cæremonia. Fecialis ſumpto in manibus lapide, poſtquàm de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dicebat: Si rectè, ac ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iuſiurandum facio, Dij mihi cuncta felicia pręſtent: ſin aliter aut ago, aut cogito, cęteris omnibus ſaluis in proprijs patrijs, in proprijs legibus, in proprijs laribus, in proprijs templis, in proprijs ſepulcris, ſolus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet; nec plura locutus, manu lapidem deijciebat; *ex Polybio lib.*3. apud quem ſicut apud *Liuium lib.*38. leges fœderum reperies.

Fœderis monimenta. *Virg.* Lex: Fœderis leges. *Idem* 11. *Æn.* Firmatæ pacis leges. *Claud.* Dextræ datæ. *Virg.* 10. *Æn.* Iuratusq; lapis: Pactum. *Stat.* 1. *Theb.* Pacti fides ſpernitur. *Sen in Theb.* Fides fœderis. *Ibidem.* Pactio, onis: — & inexorabile pactum Legis Agenoreæ. *Stat.* 1. *Theb.* Iuſiurandum. *Eurip.* Dextræ collatio. *Idem.* Vinculum concordiæ: Lex certa. *Ouid.* 5. *met.* Conſenſus, & conuentio: Conditio: Legis conditio: Facis inuiolabile pignus: Socio fœdere iuncta manus.

Epith. Stabile, dulce, ſuaue, amicum, firmum, concors, ſociale, iugale, perpetuum, legitimum, ſocium, coniuratum, compoſitum.

FOEMINA.

Sunt qui ſcribunt femina.

Mulier: Virago, nis, *Donna forte, c'hà del maſchile.* Matrona: Nympha: Mater: Virgo: Puella, de quibus vocibus, V. *ſuis locis.* Muliercula, diminut. Fœmella, diminut. Fœmineum genus. *Virg.* 9. *Æn.* Agmina fœminea. *Idem* 11. Vulgus fœmineum. *Sil. It.* 14. Fœminei cœtus: Turmæ fœmineæ. *Sen. in Agam.* Fœmineus tumultus. *Stat.* 2. *Theb.* Proles fœminea. *Idem* 1. *Theb.* Ignaua iuuentus.

Vulgus inermum. *Virg.* 12. *Æn.* Grex imbellis, pro fœminis ſumitur *Sil. It.* 14. Vulgus inerme. *Ouid.* 3. *de art.* Nurus: Atque inter Latias gloria prima nurus. *Mart.* 4.75. nurus dixit, nempè matronas: Varium, & mutabile ſemper Fœmina; veluti Luna, cui vota concipiebant amantes fœminæ, vt homines Soli; *ex Sen. in Hipp.* 403. Alumna: Amica.

Epith. Callida, verſuta, fallax, imbellis, iniqua, inconſtans, mobilis, prodiga, inſidioſa, garrula, vaga, bilinguis, mutabilis, candida, culta, lęta, bella, labilis, pręceps, vana, ardens, varia, multiuola.

Fœminæ autem laudatiſſimæ, & pulcherrimę olim eſſe perhibebantur in Chalcide Euboeæ, *Heſiod.* & *Theophr. author.* In Tenedo formoſiſſima naſci *Nymphodorus* prodidit: *Nicias* iuxtà Alphęum, vbi Cereri Eleuſinæ templum erat. formoſarum mulierum certamen fieri ſcriptum reliquit *Theophraſt.* apud Eleos: *Homeri Interpres* apud Lesbos in templo Iunonis.

Fœminarum qualitates.

Fœmina me laqueis cępit iniqua ſuis: Notumq; furens quid fœmina poſſit: dum enim fœmina eſt irata, ſi placanda eſt, taceat vir, vt *Prop.* 2. *eleg.* 18. Frangitur in tacito fœmina ſæpè viro.

Fœmina vbi pudicitię laxauit habenas nullum amplius tenet modum, teſte *eodem* 3.18. Vos vbi contempti rupiſtis fręna pudoris Neſcitis captæ mentis habere modum, &c. quę ſequuntur in *eadem eleg.* quæ eſt ſecundùm alios, 17.

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen Ah pereat. *Tib.* 3. *eleg.* 4. & *Prop.* Nulla diù fœmina pondus habet; & *alibi.* Sed vobis facile eſt verba & componere fraudes, Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus. Ab *Horatio* autem dicitur: Aura fallax: Neſcius homo auræ fallacis: Mobilior ventis fœmina. *Calphurn.*

Cum fœminis iratis nec pugnandum, nec velitandum eſt, vt *Prop.* 1. *eleg.* 10. Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ; nam fœminarum iræ acres ſunt, teſte *Seneca Philoſoph.* & *Horat. in ſat.* Vindicta nemo magis gaudet, quàm fœmina; vndè monet *Ouid.* Cęde repugnanti, cedendo victor abibis; Nam quando contemnitur illa Non meminit iuſtas ponere lęſa minas; *ex Prop.* Arbor pulchra, metaph. *Manander.*

Pigra luctandi ſtudio, certamen in vmbra Molle pati docta, & gaudens ſplendeſcere oliuo. *Sil. It.* 14. quòd ad luctam libidinis ſint aptæ: Gubernaculum familiæ dicitur *Manandro:* & malum delectabile, *eidem.* Deſcribitur fœmina ab *Heſiodo in ſua Pandora.*

FOENVM.

Temporibus certas deſectas alligat herbas. *Ouid.* 1. *de remed.* Herba, tàm pro viridi, quàm pro arida. *Idem* 6. *met.* Gramen: Gramina: Graminis herba. *Virg. eclog.* 4. Viride ſolum. *Augur.*

Fœnilia; locus, vbi reponitur: Fœniſeca, qui ſecat, & fœniſex: Fœniſecium; fœni meſſis: Fœni meta, aceruus, ſiue cumulus fœni, pyramis: Fœni ſtriga. *Varr.* ordo demeſſi fœni, itavt ſtratum falce in paſcuis iacet, *Mucchi di fieno.*

Fœnum ſubſecare. *Varr.* Falce demetere, furcillis verſare. *Idem.* Raſtellis eradere. *Idem:* in fęnicij cumulum addere, vel in pyramides extruere. Hinc pratum ſicilire (*Plin.* & *Varr.*) eſt falcibus conſectari quæ fœniſecæ pręterierunt.

Epi-

Digitized by Google

Epith. Serotinum, mocidum, durum.

FOENVS, &

FOENERATOR.

Vſura, à fœtu dictum, quaſi fœtura pecuniæ parientis.

Fœnoris ars: Et quicumque ſuas per ſcelus auget opes. *Ouid.2.faſt.* Auidum lucrum; *ex Lucan.* Poſiti nummi in fœnore. *Hor.1 ſat.2.* Mercedes fœnoris. *Ibidem:* nempè quæ portio accipitur.

Epith. Auidum, grande, ingens, copioſum, fœcundum, occultum, exitiale bonis, depaſcens publica commoda, cumulatum.

Vſura: Vſuræ commoda, lucra, &c. Comes auaritiæ: Ars Iudæorum; huic enim vacant potiſſimùm: Cui lucrum maritus. Huc ſpectant

Vſura vnciaria, ſiue centeſima. *Cic.* Fœnus vnciarium. *Tacit. à 12. per* 100. Vſura ſemiſſis, *Scæuol. à 6. per* 100. Quincunx vſura. *Idem: à 5. per* 100.

Epith. Vorax, dulcis, ſuauis. Hinc

FOENERATOR.

Diuitias iniuſto fœnore quærens: Quæſtibus illicitis impiger auget opes: Lucrum faciens poſitis in fœnore nummis: Auarus. V. *ſuo loco, vbi plura.* Lucris inhians; *ex Hom.1.Iliad.* Captans lucra.

Epith. Auarus, auidus, cupidus, iniuſtus, impius, ſua commoda quærens, ſua commoda ſpectans.

FOETOR.

Ater odor. *Virg.12.Æn.* Putor: Nidor, eſt autem odor aſſæ carnis, & huiuſmodi: Hircinus odor; olent enim hirci: Quicquid olet grauius. *Mart.* Ructus grauis; *ex eodem.* Grauis odor: Pædor. *Sen.in Oedip.* Naſis timendus odor. *Mart.6.64.* Talis ſeſe halitus atris Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat. *Virg.6.Æn.* Malus odor.

Fœtens: Putens: Malè olens.

FOETVS, us.

Omnium generaliter non animalium ſolùm, ſed rerum quoq; dicitur.

Parſq; tui latitat corpore clauſa meo. *Ouid. epiſt.* 7. Viſceribus creſcens excuteretur onus. *Idem epiſt.*11. Onus ventris grauidi. *Idem 2.eleg.*13. Dum labefactat onus grauidi temeraria ventris In dubio vitæ laſſa Corinna iacet: Onus vteri. *Ouid.* 10.*met.* Labores vteri. *Claud.* Partus: Pignora ventris. *Stat.* Pondera ventris: Vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri. *Ouid.6.met.* Vteri pondera. *Prop.*4.1. Et facerent vteri pondera lenta moram: Hoſpes in Aonios iecit ſata ferrea ſulcos, Vndè noui fœtus, & formidata colonis Arua ſuis. *Stat.3. Theb.* de Cadmo loquitur: Sic quoque mutatis requieſcunt fœtibus arua, *Virg. Georg.* Fœtus abortiuus. V. *Abortus.*

FOLIVM.

Agreſtes calathos folijs agreſtibus implet: Frondes teneræ. *Virg.3.Æn.* V. *Frondes.* Luxuria foliorum. *Idem* 1.*Georg.* Comæ: Siluis decuſſit honorem. *Idem 2.Georg.* Foliorum vmbra. *Idem.* Non mihi falx nimias Saturni deputat vmbras. *Ouid. de nuce.*

Epith. Opaca, verna, tenera, agreſtia, leuia, virentia, tremula, mobilia, caduca, mollia.

Folium, figur. Chartæ. Pagina. Cortex. V. *Charta.*

FOLLES.

Quibus vtuntur fabri ad ignem accendendum, vndè fabrilis follis: Auacharſidis inuentum.

Ventoſis follibus auras Accipiunt, redduntq; vteres ventorum pleni: Ventorum receptacula: Spiramenta, vnde ſpiritus efflat. Aerophyſſium, Græcè.

Epith. Æolij, taurini, ventoſi, caui.

Follis pilæ ludus. V. *Ludorum genera.* Folle decet pueros ludere, folle ſenes. *Mart.* Folliculus. *Suet.* haud abſimilis pilæ Hiſpanicæ. V. *ibidem.* De ſuperiore folle V. *Ferrum.*

FOMES.

Nutrimentum: Ignis alimentum: Ignis cibus: Eſca; ſic etiam vulgò.

FONS, tis.

Quos olim tamquam Deos venerata eſt antiquitas, nam indè plerumque Flumina, quibus tota irrigatur, ac fœcundatur terra; ex his alios credebant augurales, in quibus varia conijcere ſolebant exploraudi futurorum cauſſa. Exemplum huiuſce rei habes apud *Suet.in Tib.cap.*14. apud *Pauſan.in Laconicis* de aqua Inus dicta. Aliud genus hydatoſmantiæ fuit, cuius meminit *Sozomenus lib.5. cap.*19. fuere item genera alia huiuſmodi fontium diuinantium, quorum *Geographi* meminerunt, & *Hiſtorici.* Alij fuerunt fontes medicinales, alij prodigioſi; de quibus multi multa ſcripſere, nos breuitati ſtudentes, ad alia properabimus.

Vena perennis aquæ. *Ouid.3.faſt.* Caput amnis. *Virg.4.Georg.* Amnis, fig. Eſt nitidus, vitroq; magis perlucidus amnis Fons ſacer: hunc multi numen habere putant. *Ouid.epiſt.*21. Vndæ fontis dulces. *Virg.2.Georg.* Gaudia fontis Da ſecura tui, &c. *Mart.*6.46. Caput aquæ ſacræ lene. *Hor.1.od.*1. Lympha, fig. Vndè loquaces lymphæ diſſiliunt tuæ. *Idem.* Flumen, fig. Inuentaq; flumina monſtrant. *Virg.6.Æn.* Nympha, fig. Nympha mei Stellæ, quæ fonte domeſtica puro Laberis, &c. *Mart.*6.47.

Riuus: Saliens riuus aquæ. *Ouid.2.faſt.* Humor, fig. Gramen erat circa, quod proximus humor alebat. *Idem 3.met.* Fontis aqua. *Prop.* Fontana

na aqua: Oraq; fontana feruida pulſat aqua. *Ouid.3. de art.* Spiracula fontis. *Val. Flacc.3.* Vndæ fontanæ. *Ouid.4.faſt.* Fontanus liquor, latex, humor, &c. Vnda ſaliens: Et multam ſaliens incitat vnda ſitim. *Idem 2. de rem.* Murmur aquæ cadentis; *ex eod.3.faſt.* Scatens riuulus. *Augurell.* Caput ſonorum vitreæ lymphæ. Vel ad ſcatentis pariter lymphæ caput. *Idem.*

Grata domus nymphis. *Prop.2.10.* nam in fontibus habitare credebantur, vndè etiam ipſa figuratè ſumitur, *vt ſup.* Potaq; Pollucis nympha ſalubris equo. *Idem 3.20.* Fontis lympha: Scaturigo, caput, &c. pro fonte. *Ouid.3.met.*

Epith. Gelidus, irriguus, liquidus, mundus, amœnus, montanus, ſonans, riguus, largiſſuus, raucus, lympidus, inuitans murmure ſomnos, releuans iucundo frigore fauces, fugiens ſonoro murmure, voluens riuum per prata humentia, muſcoſus, perlucidus, ſiue pellucidus, ſacer, argenteus.

Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis: deſcript.

Fontium aliquot nomina.

Qui celebrati fuere à poetis, ſacriq; habiti, vt paſſim colligitur ex hiſtorijs; apud quos ſicuti apud flumina, olim celebrare conſueuerunt, vt teſtatur *Pauſanias in Atticis* de fonte quodam apud Oropios: & *Plin.Iun. epiſt.2.* de Clitumno. V. *Suet. in Auguſt. cap.57.* quorum nullus vacare numine credebatur propter perennem, æternamq; ſcaturiginem; vndè & filij Deorum dicti fluuij è fontibus manantes, quos hominum forma ſculpebant etiam, *vt ſup.* innuimus. V. *Flumen.*

Acidalion, fons in Orchomeno oppido Bœotiæ Veneri ſacer, vndè etiam illa dicitur Acidalia. V. *Venus:* in hoc fonte ſe Gratię lauare dicuntur; vndè & ipſe Sorores Acidaliæ paſſim à poetis appellantur: dicitur etiam fons Acidalia.

Aponus, fons in agro Patauino calidis ſcatens aquis ad inueteratorum morborum curationem vtiliſſimis; vndè *Lucan. lib.6.* Colle ſedens Aponus terris, vbi fluoifer exit, Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui. Dictus Aponus, quòd citrà dolorem morbis medeatur. Hunc luculentis quoq; verſibus celebrat *Claudian.* Fons Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi, &c. eum locum, in quo erat fons Theodoticus Rex (*vt Caſſiodorus* tradit) ob celebritatem mœnibus cinxit. V. *Patauium.*

Aganippe. V. *ſuo loco.* Callirrhoe, ſiue etiam Calirhoe, fons in agro Attico nouem habens fiſtulas, vndè *ἐννεάκρουνος* dictus fuit: Et quos Callirhoe nouies errantibus vndis Implicat. *Stat. 12.Theb.* Cluſini fontes. V. *Cluſium in Etruria.* Cyane. V. *ſuo loco.* Cyanee, in Phrygia.

Dirce: Arethuſa: Feronia. V. *ſuis locis.* Ægeria: Byblis, fons propè Miletum in Aſia. V. *ſuis locis.* Gargaphiæ fons, apud quem Actæon in ceruum commutatus fuit, vt fabulatur *Ouid.* V. *Actæon:* in Bœotia eſt: Amymone. V. *ſuo loco.* Mnemoſine fons. V. *Muſa.*

Ior, & Dan, fontes in Paleſtina. V. *Iordanis.* Iuturna. V. *ſuo loco.* Langia. V. *Archemorus.* Nicaſtus fons Coæ inſulæ: Orge, quæ & Sulga fons in Gallia Narbonenſi: Solis fons, *Philoſtrato, & Melæ* apud Ammonis templum in Libya: Timauus. V. *ſuo loco.* Tungrorum fons à *Plinio* celebratus: Salmacis. V. *ſuo loco.*

Æthiopiæ fontem violam redolentem meminit *Herodotus,* quo loti accolæ, efficiebantur perindè atque oleo inuncti, vndè vitam viuebant longiſſimam, *lib.3.* de reliquis lege *Plinium, & Coſmographos.*

FORAMEN, nis.

Exiguum templi tecta foramen habent. *Ouid.2. faſt.* Anguſtus aditus. *Virg.4.Georg.* Os, fig. Hiatus: Qua breuis occultum inus ſibi fecit iter. *Ouid.2.faſt.* Foramentum: Rima. V. *ſuo loco.* Maculæ dicuntur foramina retis.

Epith. Rotundum, palmare.

FORCEPS, cipis.

Inſtrumentum fabrorum: Verſantq; tenaci forcipe ferrum. *Virg.* Forfex, etiam: Biſulcum inſtrumentum: Ferrum verſabant forcipe adunca: Ferrum bidens, dentatum.

Inſtrumentum tonſorum: Ferrum, fig. Vagos ferro reſecare capillos. *Mart.*

Forcipes vncinati, apud *Vitruuium,* ſunt anſæ, quibus pondus pendulum mordicus prehenditur.

Forceps eſt etiam, quo prunas, aut ferrum candens prehendimus apud focum.

Epith. Curua, adunca, denticulata, habilis, dentata, tenax, biſulca, bidens, vnciuata, &c.

Forcipula: Forpex; qua pilos incidimus, condemusq;.

Eſt etiam forfex. *Celſ. lib.7.* Odontagra, nempè forcipicula euellendis dentibus comparata: Dentarpaga, dicitur *Varroni.* V. *Dentiſcalpium, in dictione, Dens.*

FORES.

Poſtes: Et emori procumbunt cardine poſtes. *Virg. 2.Æn.* Valua: Valuæ: Ianua, fig. V. *ſuo loco.* Robora poſtis. *Ouid.5.met.* Oſtium. V. *ſuo loco.* Sera, figur. nam propriè ſera eſt, qua fores clauditnus: Clauſit & æterna ciuica bella ſera. *Ouid. 5.Pont.5.* Difficiles moto cardine pande fores: Ne quis liminis obſeret tabellam. *Catull. lyr.33. ſiue 32.*

Epith. Validæ, obſeratæ, querulæ, geminæ, rigidæ, ſurdæ, timoſæ, apertæ, difficiles, ro-

Digitized by Google

roboreæ, fagineæ, &c.

FORMA,
vulgò *Sbozzo*.

Ichnographia. *Vitr.* Exemplar. *Idem:*eſt autem forma iacens areæ efformatio, & ſuperficiaria deſcriptio, futuri operis ſpecimen exhibens, quam dicunt, *Modello,Diſegno.*

Orthographia:*Vitr.* Erecta frontis imago. *Idem:*eſt ſecunda ſpecies diſpoſitionis, qua non iacens, vt ichnographia, ſed erecta in frontem in deſignando opere deſcriptio apparatur.

Sciographia, vel ſcenographia. *Idem:* eſt vniuerſi tecti, quod ſcenam vocant, formatio: veluti cum ligneis, & aſſerculis futuri operis forma repræſentatur ab architecto.

FORMA.
V. *Pulchritudo Formoſus.*

FORMIÆ.

Vrbs Campaniæ Vlyſſis tempore Leſtrigonum ſedes, & iccircò efferiſſima, nam paſcebantur humanis carnibus, vndè Antropophagi dicebantur, vt ſcribit *Plin.7.lib.cap.* quamvis Thucydides fabuloſos putet, Regem habuerunt ante Troiana tempora Lamum, vt *Silius* refert, tum Antiphatam (de quo *Ouid.*14. *met.*) ad quem cùm tres viros miſiſſet Vlyſſes legationis cauſſa, vix duo fuga ſe in tutam receperunt, alio occiſo, paſtoq; cùmq; initum eſſet bellum inter populum, Vlyſſiſq; claſſem vix nauis, quę Vlyſſem, Machareum, paucoſq; vehebat ſaluata eſt. Verùm indè expulſi Leſtrigones extrema Italiæ loca Siciliam verſùs coluerunt; Vel vt alij, primi poſt Cyclopes in Sicilia habitarunt. Tum Formiæ mitiori colono fuerunt cultæ, vndè Formianus ſinus, tractus, ſaltusq; in delicijs fuit Romanis, nunc verò veſtigia tantùm, paruumq; oppidum extare dicunt, & vulgò *Mola di Gaeta* nuncupari.

Littuſq; cruenti Antiphatæ. *Stat.1.ſilu.3.* Antiphatæ regnum: Antiphatæ domus. *Ouid.15.met.* Formianum agrum: Formiano ſaltu non falſo mentula diues. *Catull.epig* 115. ſic enim legendum putat *Ioſephus Scaliger in Comment.* non Firmano ſaltu: Rura, quæ Liris quieta mordet aqua taciturnus amnis. *Hor.lib.1.od.3.* Formiani colles:Neque Formiani pocula colles. *Idem* 1.20. Vrbes Læſtrigonis: Nec tu contuleris vrbes Leſtrigonis vmquam Gentibus obliqua quas obit Iſter aqua. *Ouid.4. Pont.10.* Autore ab illo ducis originem, Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, & innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lirin Latè Tyrannus. *Horat.3.17.* nempè à Lamo antiquiſſimo Leſtrigonum rege.

Fundiq; & regnata Lamo Caieta, domuſq; Antiphatæ compreſſa freto. *Silius Ital.*

Leſtrigonius, idem, quod Formianus: Nec Leſtrigonia Bacchus in amphora Languescit mihi, nempè Formianus Bacchus, ſiue vinum in amphora: Indè Lami veterem Leſtrigonis, inquit, in vrbem Venimus; Antiphates terra regnabat in illa. *Ouid.14.met. V. Leſtrigones.* Regnatam duro quondam Læſtrigone terram. *Sil.It.14.* Hormiæ, olim dicta vrbs. Littoris Formiani deſcriptionem pulcram habes apud *Mart. lib.10. epig.30.*

FORMICA.

Prouida beſtia. *Mant.* Beſtiola: It nigrum campis agmen, prędamq; per herbas, &c. *Virg.4. Æn.* Granifero ſolitum quæ vehit ore cibum. *Ouid. 1.de art.* Tenuis fera. *Mart.6.15.* Exemplar magni laboris: Mutum animal: Inſectum nigrum, mutum, laborioſum: Parcum genus: Patiens laborum: Quæſiti tenax. *Ouid.* Solibus obreptos hiemi formica labores Diſtulit, & breuibus condidit ante canis. *Ruf.Auien.*

Epith. Sedula, parua, leuis, repens, prudens, breuis, granifera, frugilega, ſolers, patiens laborum, amans labores, ſtudioſa laborum. parnula, metuens inopi ſenectæ, condens in brumam noua farra, nigra.

Formicæ ab aliquo loco expelluntur, ſi origani, ac ſulphuris puluiſculo os cauernæ aſpergatur, vt inquit *Cœl.Rhodig. lib.24. cap.23.* prudentem naturam habent, vt inquit *Ælianus*; vtpotè quæ ingruentem famem futuram agnoſcant: Exercitus terræ. *Anthol.1.*

Paruula nam exemplo eſt magnì formica laboris Ore trahit quodcumq; poteſt, atque addit aceruo, Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri: deſcript. Ac veluti ingentem formicę farris aceruum, Cùm populant hiemis memores. *Virg.4.Æn.* Vt redit, itq; frequens longum formica per agmen. *Ouid.1.de art.*

Formicæ Indicę: Hæ ſunt canibus minores, maiores vulpibus, quæ auram egerunt è terræ cauernis: erutum Indi furantur ternos ſinguli camelos ingentes; & cùm æſtus fuerit torrentiſſimus formicæ propter vaporem ſub terra conduntur, tunc illi culeos implent arena auracea: at formicæ odore ſollicitatæ è cuniculis pronolant, crebròq; raptores lacerant, quamvis illi auxilio camelorum effugiant; *ex Plinio.& Herodoto lib.3.* canit *Propertius:* India cauis aurum mittit formicea metallis, Et venit è Rubro concha Erycina ſalo, 3.12. Verùm hæc hiſtoria fabuloſa reputatur ab eruditis; nam qui in India commorati ſunt aliquandiù, quiq; indè venerunt, ſe numquam huiuſmodi formicas vidiſſe, neq; aliquem de illis huiuſmodi narrantem audiſſe teſtantur; vndè ſiquis ex antiquis id dixit, hyperbolicòs, ſiue fabuloſè dixiſſe, cenſendus eſt.

Digitized by Google

FORMIDO.

Quæ tamquàm Dea colebatur à Lacedæmonibus, teſte *Plutarcho*, & cum leonino capite pingebatur (vt in ſcuto Agamemnonis inquit *Pauſanias*. V. *Clypeus*.) cuius ſacellum conſtruxerant Ephori propè triclinium, quo ipſi tribunal habebant, vt eſſent cęteris maiori formidini.

Pars ingentem formidine turpi Scandit equum. *Virg.2.Æn.* Timor: V. *ſuo loco, vbi multa.* Formidatio: Reformidatio: Formidoloſus: Metuens, timens, formidabilis, horribilis.

Epith. Exanguis, tetra, turpis, pauida, gelida, horrida, ſæua, ſegnis, męſta, ſubita, atra, miſera.

FORMA. &
FORMOSVS.

Pulcritudo. V. *ſuo loco, vbi multa.* Forma bonum fragile, vt inquit *Sen. in Hipp.* Anceps forma bonum mortalibus: Exigui donum breue temporis; Et velox celeri pede labitur: hæc formoſis ipſis plus nocuit, vt *Ibidem inferiùs* canit: Raris forma viris (ſęcula proſpice) Impunita fuit: te melior Deus: Tutum pręterear, formaq; nobilis Deformis ſenij limina tranſeat, *verſ.*817.

Modici temporis tyrannis; ſic appellabatur à *Socrate* forma: Alienum bonum. *Bion.* Naturæ priuilegiũm. *Plato.* Naturę donum. *Ariſt.* Regnum ſolitarium forma dicebatur *Carneadi*. Tacita deceptio. *Theophr.*

Pulcher. V. *ſuo loco.* Pario marmore purior, candidior. *Hor.*1.19. Inſignis facie. *Virg.9.Æn.* Forma pulcherrimus: Inſignis forma. *Idem 5. Æn.* Pulcher ante omnes forma. *Ibidem.* Forma egregius. *Ouid.5.met.* Pręſtans, laudatus, diuitior. *Idem 6.met.* Quo pulerior alter: Decus egregium formæ. *Virg.7.Æn.* Forma cùm vinceret omnes: Pręſtanti corpore nympha: Tantum egregio decus enitet ore. *Idem 4. Æn.* Membra decora. *Ibidem.* Pectus decorum. *Ibidem.* Non illo quicquam formoſius vlla priorum Ætas, humanum nec videt illud opus. *Tib.* 3.4. *quam lege.*

Decorus: Ora pulcra, decora: Candidior niue. *Mart.* Clarus decore. *Ouid.*12.*met.* Decorus vultu. *Stat.* Eximius ſpecie. *Sil.*17. Facie ſpectabilis. *Ouid. 4.faſt.* Specioſus: Rara tibi facies. *Idem 13.met.* Facie pręſtans. *Idem 3.faſt.* Nec facies impar nobilitate fuit. *Idem 4.faſt.* Aureus, ideſt pulcher: At Venus aurea contra Pauca refert. *Virg.*10.*Æn.* Pręſignis facie. *Ouid.6.faſt.* Roſeus: Ceruicem roſeam. *Hor.*1.13.

Roſa, pro pulcritudine: Collige virgo roſam, dum flos nouus, & noua pubes, Et memor eſto æuum ſic properare tuum. *Virg. in opuſc.* Formæ nitor vt rapidus, vt velox, vt vernalium florum mutabilitate fugacior. *Boet. lib.3. de Conſol.* Candor erat qualem pręfert Latonia Luna. Et color in niueo corpore purpureus, Vt cùm contexũnt amaranthis alba puellæ Lilia, & autumno candida mala rubent. *Tib. deſcript.3.el.4.* Fulgentes oculi radiantia ſidera vincunt, Et formoſa decens occupat ora rubor. *Conſtant. Landus:* Formoſis leuitas ſemper amica fuit. *Prop.*2.17.

De formoſis, & formoſitate multa *in elegijs Propertius*. Formoſus fuit Nireus, qui Charopei filius omnium Græcorum, qui ad Troiam nauigarant, ſpecioſiſſimus fuit pręter Achillem: Nirea non facieş, non vis exemit Achillem: Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa raptus ab Ida: v. ſapph. *Hor.* Tam mala Therſiten prohibebat forma latere, Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat. *Ouid. de Therſite.* V. *ſuo loco.* Specioſi olim fuere Alcibiades, Phaon: Scipio apud Romanos: Ganymedes, Narciſſus, Hyacinthus, Adonis, Eurialus, Antinous Adriani Cæſaris amaſius, & alij.

FORNAX.

Fornacis ignis: Ignis. V. *ſuo loco.* Fornacis flamma: Calcaria fornax, æraria, ferraria, vitraria: Caminus, Græca vox. *Virg.* Ruptis flammam exſpirare caminis: Vulnificuſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Epith. Caua, vaſta, curua, ardens, occulta, abrupta, picea, profunda, quæ longo incanduit æſtu, ſulphurea, callida, terrena.

Fornax, quæ tamquam Dea exiſtimata fuit ab antiquis, quoniam ante tritici vſum, farra fornacibus torrebantur, vndè Dea Fornax conſtituta, vt *Feſtus, & Lactantius: & Ouid. in faſtis lib.*2. Facta Dea eſt Fornax lęti fornace coloni Orant, vt vires temperet illa ſuas: Curio legitimis tum Fornacalia verbis Maximus indicit nec ſtata ſacra facit: *libro* tamen 6. *faſt.* Fornacalem Deam appellat: Et Fornacali ſunt ſua ſacra Deæ. Hinc

Fornacalia erant feſta non ſtata, ſed indictiua; quæ fiebant Deæ Fornaci, cùm far in fornaculis torrebatur. *Plinius* autem *lib.*18. *cap.*2. Numa (inquit) inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, & far torrere, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id vno modo conſecutum ſtatuendo non eſſe purum ad rem diuinam, niſi toſtum. Is & Fornacalia inſtituit farris torrendi ferias, &c. hæc *ille:* & hæ feriæ menſe Februario potiſſimùm indicebantur. V. *ſupra.*

FORNIX.

Teſtudo; nam ad teſtudinis domus formam effingitur concameratio. *Virg.* Arcus. *Ouid.* V. *ſuo loco.* Camerata domus: Fornicis antra. *Mant.* arcus. *Idem.* A pluuio vendicat imbre tholus. *Ouid.6.faſt.*

Tholus autem propriè eſt teſtudinis vmbilicus in

me-

Digitized by Google

medio tecto, & nunc vulgò *Cuppola:* ſiue pileus fornicis, *Cappelletto della cuppola*. Connexa tholi. Conuexa. Curuatus ſinus. *Sen. in Oedip.*

Differre tamen aliquid dicunt Grammatici inter fornicem, teſtudinemq;. Siquidem teſtudo conſtare videtur duobus arcubus ſeſe decuſſantibus, aut crucis in modum ſeſe interſecantibus: fornix verò in arcus ſimilitudinem incurua eſt, & oblonga; vndè & arcus dicitur, ab his diuerſum eſt: Hemiſphęrium. *Vitr.* quòd ad ſphæræ ſimilitudinem orbiculatum eſt, vulgò *Cuppola*.

Erat etiam fornix (vt ait *Iuuenalis*) Ganea, ſiue Ganeum. *Ter.* Proſtibulum, lupanar. *Quinct.* Luſtrum. *Cic.* quòd minimè luſtrum, vel ad ferarum ſimilitudinem, quæ in luſtris habitant; pręſepe etiam. *Cic.* ſub qua fornice proſtitutæ fœminæ ſui copiam procis aduentantibus faciebant, pręfixo in tabellulis turpitudinis pretio: & ad hæc loca (vt in *Martyrum geſtis* habemus) trahebantur Chriſtianæ virgines ad ſtuprum. Erant autem plerumque hæc fornicata cubicula ſub Circis, Theatriſq; in populi luxum, vndè verbum fornicari deductum, & fornicatio: Lenonum pueri quodcumque in fornice nati. *Iuuen. ſat. 3.* V. *Lupanar*.

FORTVNA Dea.

Quam colebant antiqui ferè omnes, ac in Cęlo collocabant, vt *Iuuenalis* ait. Definitur variè à *Philoſophis*, quorum ſententias breuitatis cauſſa pręterimus: Ex Parcis vna creditur à *Pauſania*, ſed illis fortior: & Oceani filia ab *Homero*. Hanc Bupalus quidam, qui templa conſtruere, & animalia optimè effingere nouerat, ſculpſit Smyrnæis ſic: fœminea forma ſtatuam Polum capite ſuſtinentem, manuq; Amaltheæ cornu geſtantem effinxit, vndè ab *Pindaro* Phoropolos vocitata fuit. Apud Ægeram vrbem fuit Fortunæ ſimulacrum ferentis ſimiliter Cornucopiæ, iuxtà quam Cupido erat alatus. Eiuſdem à *Lactantio*, ſimulacrum effingitur cum Cornucopiæ, & gubernaculo. Eamdem, vt *Euſebius* ſcribit, in pila ſedentem veteres effingebant, addebantq; alas. Sed *Thebanus Cebes* in tabula illam effinxit cæcam, ſuperq; lapide quodam rotundo cōſiſtentem. *Pittacus* vt illam exprimeret variam apud Mytileneos, *Æliano* teſte, ſcalam extruxit ad vſum quidem nullum idoneam: cęteras Fortunæ picturas omittimus: conſule *Gyraldum in ſyntag. 16.* hanc addam, quæ communis eſt noſtro tempore: Maris vndas velificans fingitur; vel inſiſtens rotæ volubili. Fuere qui eamdem duplici facie formauere nigra altera, altera alba; bonam, malamq; ſignificantes; vndè bona Fortuna Romæ in Capitolio culta fuit, mala in Exquilijs. Ipſa quoque Pręneſtē templum habuit illuſtre, cuius pauimentum lithoſtrotis ſtrauit L. Sylla, teſte *Plin. lib. 36. cap. 21.* V. *Praneſte*. Vndè certa edebantur oracula, vbi ſub duarum ſororum effigie, hoc eſt bonæ, malæq; Fortunæ colebatur, vt *infra*. Item Romæ fuit equeſtris Fortunæ ædes à Fuluio Flacco poſita, cùm ipſe Celtiberos in Hiſpania fudiſſet, detractis fręnis equis, vt maiore vi, atque impetu in hoſtes incurriſſent equites Romani, vota Fortunæ equeſtri æde, Iouiq; ludis. V. *Liuium*. Et hæc ædes iuxtà theatrum fuit: ſicut alia in ripa Tiberina Fortunæ forti dicata; & alia Fortunæ paruæ, ſiue breui, alia Virgini Fortunæ, templum aliud primigenię, aliud obſequenti ad Capenam portam; necnon alia Priuatæ, Viſcatæ, Publicæ, Virili, Beneſperanti, Dubiæ in Auentino monte, Mammoſæ in 12. reg. Barbatæ, Muliebri. Quibus ferè omnibus Seruius Tullius Rex principium dedit, quòd à Fortuna (vt ipſe credebat) è ſeruo in regnum fuiſſet euectus. Ædem Fortunæ in aurea domo ſtruxiſſe Neronem principem ex puro, candido, ac lucido lapide, adeò vt etiam occluſis foribus intus lux incluſa videretur, author eſt *Plinius cap. 22. lib. 36.* (qui lapis Phengites appellabatur) & quòd Seia Fortuna diceretur appellatione. Apud Antium templum Fortunæ fuit opulentiſſimum donis illi dicatis; vndè *Horat. 1. od. 35.* O Diua gratum quæ Regis Antium Pręſens vel imo tollere de gradu, &c. Lege totam. V. *Latium*. Æquoris domina. *Ibidem*. Pręneſtinum numen: Pręneſtinæ ſorores (V. *ſup. in hiſt.*) Et Pręneſtinæ poterant migrare ſorores. *Stat. 1. ſilu. 3.* V. *Praneſte*. Fortuna Pręneſtina: Vidit Fortuna colonos Pręneſtina ſuos. *Luc. 2. Pharſ.* Pręneſtina Dea, antonomaſt. Et Pręneſtinæ mœnia ſacra Deæ. *Ouid.*

Tu, quæ Tarpeio coleris vicina Tonanti Votorum vindex ſemper fortuna meorum, &c. — ſed te Nos facimus, Fortuna, Deam, cęloq; locamus. *Iuuen.* Nortia: — Nortia Tuſco Fauiſſet, &c. *Idem 10. ſat.* quòd apud Sutrium in Etruria huiuſmodi nomine Fortuna coleretur. Sæpè denuò, nunc poſitus in nouacula Fortunæ. *Sophocl.* nam cum nouacula etiam pingebatur (hęc enim vel radit faciem, & pulchram facit, vel recidit, & deformat) pilæ inſiſtens, alata pedibus, occipitio calua, & fronte capillata.

Diſcite nunc quare Fortunæ tura virili Detis eò gelida qui locus humet aqua. *Ouid. 4. faſt.* Quam citò venerunt Fortunæ fortis honores Poſt ſeptem luces Iunius actus erit. *Idem 6. faſt.* Regna Deæ metuas dubio pendentis in orbe, Cuius agit celerem ventus, & vnda rotam. *Bemb.* Dea cęca. *Mart. 4. 51.* Aurea fortuna. V. *inf. Imago*. Dea fortis: Ite, Deam lęti fortem celebrate Quirites.

rites In Tiberis ripa munera regis habet. *Ibidem.* Aurea Fortunæ reduci ſi templa priores Ob reditum vouere ducum, non dignius vnquam Hæc Dea pro meritis, &c. *Claud.*

Nemeſis Rhamnuſia: Adraſtia: Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te eſt vehemens Dea Lędere hanc caueto. *Catull.* Sed Dea, quæ nimijs obſtat Rhamnuſia votis Ingemuit, flexitq́; rotam. *Claud.* ſumitur tamen Nemeſis pro iuſtitia pariter: Adraſtea autem dicta, quòd ſacratam illi condiderit aram ad fluminis Æſapi gelidas vndas Adraſtus, *Antimacho* poeta teſte, quem *Strabo* ſequitur. Rhamnuſis: Memoremq́; Rhamnuſidis iram. *Ouid.* 14. *met.*

Epith. Aurea, Pręneſtina, Nortia, equeſtris, breuis, parua, propria, priuata, Virgo, maſcula, cęca, vltronea, Seia, publica, viſcata, virilis, fortis, primigenia, muliebris, Antiana, obſequens, mammoſa, conſeruatrix: Hinc

Fortuna Bona.

Maioribus auſpicijs: Et veniet votis mollior aura tuis. *Ouid* 3. *Pont.* 3. Euntibus ordine fatis: Zephyris felicibus: Augurijs Diuûm. V. *Augurium bonum, vbi multa.* Fortunæ lumina: Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina vulgus. *Ouid.* 1. *triſt.* 8. Fortuna ignorat dexteriore frui: Fortunæ dona ſecundæ: Non tu fortunæ, ſed veneranda rota eſt. *H. Balbus.* Fortunæ munera: Applaudentibus alis.

Fortunæ vultus benignus. *Beroald.* Te quoniam fortuna tibi nunc blandula ridet. *Pictor.* Melior fortuna. *Hor.* 1. *od.* 7. Fortunæ ſigna ſecundæ. *Catull. epith.* Belli ſecundos reddidit exitus. *Hor.* 4. 14. Fauſtis ſucceſſibus vti: Ridet vultu fortuna ſereno: Secundis ventis, ſecundo flatu, alite dextro, auſpicio lęto frui, Ducere placido candida vela ſalo.

Fortuna mala.

Fortunæ facies inuidioſa: Et cecinit mœſtum deuia carmen auis: Siniſtris augurijs. V. *Augurium malum.* Triſtes iræ Rhamnuſidis. *Ouid.* 14. *met.* Fortunæ procella. *Apul.* Et cæcis cæca triumphat equis. *Ouid. ad Liuiam.* Fortunæ vulneror ictu. *Idem* 2. *Pont.* Pectora ſerie longa calcata malorum. *Ibidem.* Te fata impia tangunt. *Virg.* 4. *Æn.* Hora ſiniſtra. *Ouid. epiſt.* 20. Sors ſiniſtra: Non rota fortunæ, non ſidere fata maligno. *H. Balbus.* Improba vis fortunæ. *Idem.* Vulnera fortunæ: Rimam faciente fortuna. *Ouid.* 2. *triſt.* Fortunæ telis confixus iniquis. *Idem* 2. *Pont.* 7. Quæ ſolet eſſe bonis durior, æqua malis: Fortunæ acerbæ ſpecies. *Idem* 3. *Pont.* 9. Fortunæ fluctus. *Catull. epig.* vel

Fortuna ambigua.

Sors, vel ſors: Arbitrium fortunæ. *Herc. Strozz.* Imperium fortunæ. *Sen.* Quanti caſus humana rotant! Minus in paruis fortuna furit. *Idem in Hipp.* Leuis Dea. *Idem in Octau.* Inſtabilis fortunæ fauor: Aura: Alea fortunæ: Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat: Sortis variæ rota: Qualiſcumq́; anceps varios rotet alea amantes. Quæ certam neſcit habere domum: Inſtabilis ſortis leue iter. *H. Balb.*

Hæc Dea non ſtabili quàm ſit leuis orbe fatetur, Quæ ſummum dubio ſub pede ſemper habet. *Ouid.* 4. *Pont.* 3. Fortunæ forma. *Idem* 3. *triſt.* 8. Humanæ ſortis vices: Humanæq́; memor ſortis, Quæ tollit eoſdem, Et premit incertas ipſe verere vices. *Ibidem eleg.* 11. Conditio ſortis. *Ibidem eleg.* 14. Nec metuis dubio fortunæ ſtantis in orbe Numen & exoſæ verba ſuperba Deæ: Fortunæ ſtrepitus: Externis virtus incomitata bonis. *Ouid.* 2. *Pont.* 3. Stans in orbe Dea: Te fieri comitem ſtantis in orbe Deæ. *Ibidem.*

Epith. Inconſtans, perfida, anceps, cæca, ſuperba, triſtis, acerba, dura, ſæua, noxia, vaga, fallax, fragilis, velox, varians, mutabilis, illudens, caduca, inſidioſa, bifrons, mendax, volubilis, incerta, fugacior vndis, certo loco ſtare neſcia, gubernans, omnipotens, rapax.

FORTVNATÆ Inſulæ.

Dicebantur olim, quæ nunc Canariæ à canum multitudine, quę ſex à *Plinio* commemorantur: Ombrio, Iunonia maior, minor, Capraria, Niuaria, Canaria. *Ptol.* verò varie eoſdem denominat: Aproſitum, Heram, vel Autolalam, Pluitaliam, Caſperias, Canariam, Centuriam, omneſq; rectà ferè in ſeptentrionem linea diſponit. *Cadamuſtus* decem enumerat, ſeptem cultas, tres deſertas: nomina cultarum ſunt Fractæ lanceę, magnę fortis, Grancanariæ, Teneriffæ, Gomeræ, Palmæ, Ferro. Dictæ Fortunatæ, quòd ibi ſemper ver arrideat; & quicquid de Elyſijs poetæ fabulati ſunt, hiſce inſulis conuenire dicunt. V. *Virg.* 6. *Æn.* de fortunatis locis multa diſſerentem.

Arua beata: Petamus arua, diuites & inſulas Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vſq; vinea. *Hor. epod.* 16. & reliquum. V. *Elyſium:* ſin autem ſine fabulis explicanda ſunt Synon.

Canaria littora: Oceanitides inſulæ: Tellus beata.

FORTITVDO. V. *Robur.*

FORTIS. V. *Generoſus.*

FORVM.

Fora duorum generum fuere Romę; & nunc etiam potiſſimùm in vrbibus magnis vel ſunt Ciuilia, vel Venalia; quorum in vrbe decemſeptem veteres recenſebant. Ciuilia, de quibus *inferiùs*, vbi res, & lites agebantur; Venalia, in quibus mercimoniæ vendebantur; & hæc

Forum ſuarium, vbi ſues; Piſcatorium, vbi piſces; Boarium, vbi boues macelli gratia; Olitorium,

vbi

vbi olera exponebantur venum.

Forum nundinarium, vbi nundinæ, & panegyris celebrabatur, vulgò *Mercato*.

Forum piſcarium; Piſcaria. *Vlp.* Macellum cetariorum. *Varr.* Pomarium forum, vbi poma: Forum cupedinis. *Idem:* vbi cupediç, lautioresq́; cibi venduntur.

Forum promercale: Scrutarium; vbi veſtimenta, aut res vſu tritæ venum exponuntur: Forum vinarium. *Varr. de re ruſt.* vbi vina venalia comportata venundantur, & hæc hodie *Magazino di vino.*

Platea: Mercatus, ſiue mercatum: Atrium: Area; eſt etiam Platea area ædificij. V. *ſuo loco*. Area, quç poſito de boue nomen habet. *Ouid. 6. faſt.* Arua boaria. *Prop. 4. eleg. 9.*

Fòra verò Ciuilia, quæ Romæ fuerunt celeberrima hæc ſunt:

Forum Romanum.

Quod antiquiſſimum fuit, incipiebat à Capitolij radicibus, vbi nunc Septimij arcus, & portendebatur in longitudinem vſque ad Titi arcum, in latitudinem à Palatini radicibus ad Viam ſacram vſque, & Saturni ædem, templumq́; pacis. Forum autem exornabatur ab ædilibus, prçſertim cùm thenſæ ducerentur; vndè *Liuius* referens triumphum Papyrij Curſoris, qui accidit anno V. C. 443. ob copiam captiuorum armorum opus fuit, vt aurata ſcuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur ab ædilibus. In reliquis autem Forum prç cæteris ornatiſſimum erat ob ædificia, tabernasq́; ibidem per pilas diſtinctas, quæ circum erat: & hoc Cæſar Dictator totum intexit, viamq́; ſacram ab domo ſua ad cliuum vſque Capitolinum, quod munere ipſo gladiatorio admirabilius viſum fuit, teſte *Plinio*.

Latinum forum. Latium. Palladium forum, ab æde Palladis: Comitium. *Plaut. in Milit.* quem lege.

Forum Cæſaris.

Quod ipſe addidit cùm primum multitudini cauſſas agenti non ſufficeret, pro quo extruendo ſolum emit millies ducenties ſeſtertium, & in quo paſſus eſt ſibi ſtatuam loricatam poni, Iuliamq́; Baſilicam ædificauit, & vndè Iulium forum nuncupatum, vbi Veneris ſtatua poſita fuit. Habuit hoc forum in circuitu tabernas, quemadmodum Romanum: Poſt aliquot annos reſtituit Domitianus, & Palladium vocitauit, teſte *Martiale.*

Forum Auguſti.

Quod adiecit Octauius Auguſtus, conſpicuum fuit templo Martis Vltoris, & Coloſſo Auguſti. Lege *Suetonium in Aug.* De his tribus foris hæc *Martialis.* Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo, Atque erit in triplici par mihi nemo foro: Auguſtum forum. *Ouid. 4. Pont. 5.* Martium forum, à ſtatua Martis Vltoris.

Forum Neruæ.

Huius fundamenta iecit Domitianus, ſed morte prçuentus, deſtitit, quod exædificauit Nerua. exornauitq́;, & Tranſitorium fuit appellatum, quòd indè in tria fora pateret tranſitus. Vide *Lampridium in Seuero*. Pertinuit ad montem vſque Quirinalem, parte eius aliqua complanata; in qua columna ænea fuit ingentis magnitudinis tecta ex laminis aurichalci intrinſecus ambiguo lumine: circùm forum ſtatuæ, & columnæ Neruæ res geſtas continentes.

Forum Traiani.

Quod ex manubijs diſtractorum ſpoliorum refectis ædificauit, in quo columna, quæ nunc quoq; viſitur, eius res geſtas exactiſſimè exprimit. Extructum id fuit mira induſtria ab Apollodoro. V. *Marlianum lib. 3. cap. 13.* elegantiſſimè illud deſcribentem: Forum Vlpium quondam dictum, in quo egregiorum virorum ponebantur ſtatuç: duæ verò fuerunt inſignes, ex electro vna Auguſti Cæſaris; altera ex ebore Nicomedis Bithyniæ Regis, teſte *Pauſania 5. Eliac.* vbi prç cçteris veterum etiam Claudiano erecta fuit ſtatua, & Auſonio, cuius meminit *Sidon. Apollin.* Plauſores, cui fulgidam Quirites, Et carus popularitate princeps Traiano ſtatuam foro locarunt: v. phaleuc. Quod legimur medio, conſpicimurq́; foro; *Auſonius* de ſe. Item Claudiani ſtatua: in hoc foro demum M. Antoninus proponi edictum mandauit, quo Chriſtianos pœnarum crudelitate exemit, eoſq; vocari in ius propter religionem prohibuit, delatorem verò ipſorum cremari viuum prçcepit.

Prçter hæc inſigniora fora erant etiam in vrbe: Forum Salluſtij, in monte Quirinali, vbi nunc Diuç Suſanæ templum: Forum Exquilinum, &c. V. *Panuinium, & Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 12. Geni al. dier.*

Sunt prçtereà oppida plurima, quæ à Foris fuerunt denominata: vt Forum Appij. *Hor.* Latij oppidum, nunc tantùm diuerſorium, cuius meminit *Suet.* & hodie *Caſe nuoue:* haud procul à Setia, & Priuerno: Forum Bibalorum, oppid. in Hiſpania: Forum Caſſij, Tuſciç Medit. oppid. *Vetralla.* Forum Celiæ, marit. Etruriæ oppid. *Forcella.* Forum Claudij, medit. oppid. Tuſciæ, *Tolfa:* item aliud apud Alpes: Forum Cornelij, Gall. togatæ oppidum Boiorum in Æmilia, *Imola*. Forum Decij, in Sabinis: Forum Druguntiorum. *Ptol.* opp. Lombardiæ Tranſpadanæ; ſcribitur etiam Druguntorum, *Crema.* Forum Egurorum in Hiſp. *Medina del rio ſeco.* Auguſta Emerita. Forum Fuluij. *Plin.* Galliæ Ciſalpinæ oppid. Valentium, nunc *Valenza*. Forum Gallorum:

Boiorum oppidum in Flaminia, *Caſtel franco*.

Forum Heduorum, quod & Auguſtodunum, opp. in Burgundia, *Audun*. Forum Iulij, *Friuli*. Forum Iulium, Carnorum colonia metropolis regionis: Fori Iulij: Caſtrum Iulenſe, *Vdina*. Forum Iulij Octauianorum. *Plin.* Natale Auguſti, Cæſaris. *Strab.* Forum Libetiorum, vel Lebuoni: Inſubrum oppidum, hodie *Lauezzo*. Forum Licinij, Gall. Ciſalp. opp. in Inſubribus, *Pieue d'incino*: vel potiùs *Barlaſſina*. V. *Gallia Ciſalpina*. Forum Limicorum, in Hiſpania oppidum, *Lima*.

Forum Liuij, Boiorum in Flaminia, *Forli*. Forum Pompilij, Flaminiæ opp. *Forlimpopoli*. Forum Seguſianorum, Gall. opp. *Breſſe*. Forum Sempronij, Senonum opp. in Piceno, ſiue Vmbria, *Foſſumbruno*. Forum Tiberij, Heluet. opp. *Zurich*. Forum Truentinorum, Boiorum in Flaminia, *Brentinoro*. Forum Varronis, in Lomb. *Vareſe*. Forum Vibij, Villacum opp. in foro Iulij, ſiue Carinthia: Forum Voconij, Gall. Narbon. *Ciamberì*. Forum Vulcani. *Strab.* Campi Phlegręi locus Campanię Cumis propinquus, ſed Puteolis propinquior, *Solfataia*. Campus Cumęus. *Diod. lib.* 4. de cæteris conſule *Coſmographos, & Theſ. Geograph. Ortelij: & in opere*. V. *Prouinciarum titulos*.

FOSSA.

Fouea: Vallum: Scrobs: Scrobicula: Hiatus terrę: Foramen telluris: Pars in pręcipites foſſas vrgente ruina Voluitur: Quam multa madidæ cęlantur arundine foſſæ: Flectere nixus iter foueam eſt delapſus in imam: Catus enim metuit foueam lupus, Accipiterq́; ſuſpectos laqueos. *Hor. epiſt.* Tellus cauata: Nouies tellure cauata. *Stat.* 4. *Theb.*

Epith. Pręrupta, pręceps, patula.

Foſſor. V. *Agricola*.

FRÆNVM.

Philcrum equinum; *ex Græca phraſi*. Aurum domitor irarum. *Pind.* Maxillam equorum ſtringens ferrum: Lupatum, fig. *Hor.* Capiſtrum: Capiſtrum ferratum. *Virg.* 3 *Georg.* Lupi, orum; dicuntur fręni latera ſimul annexa: Et placido duros accipit ore lupos. *Ouid.* 4. *triſt.* 5. Habenæ. V. *ſuo loco*. Spumantia morſu Vincula, &c. *Stat.* 4. *Theb.* Chamus, Hebraica vox: In chamo, & fręno maxillas eorum conſtringe: Os equi fręnatum. *Hor.* Conſtrictæ maxillæ, numero etiam multitudinis fręni dicuntur.

Fręni vſum prius à Bellorophonte repertum aiunt; nam *Pindarus* illum inuectum Pegaſo fręnum aureum dono à Pallade per ſomnium accepiſſe commemorat; vndè poſteà fręnandorum equorum vſus ad poſteros emanauit: Vtq; huius rei memoria extaret, inquiunt, Corinthios in ſuis nummis Pegaſi figuram cudiſſe fręnati. *Virgilius* autem: Fręna Lapitharum inuentum tradit illo, *Georg.* Fręna Palæthronij Lapithæ, gyroſq́; dedere Impoſitis dorſo, atque equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Epith. Tortum, aduncum, flexile, ignidu*ctum, pictum, lentum, ſonans, ſpumans.

FRAGILIS.

Caducus. *Hor.* Fluxus: Debilis: Quod frangi poteſt: Fractus: Confractus: Perfractus: Eliſus: Ruptus: Minutus: Comminutus. V. *Debilis: Debilitas*. Vitreus, vt vitrea fama, fragilis, & popularis. *Hor.* 3. *ſat.* 3.

FRAGOR.

Strepitus: Terrificum tellus dedit icta fragorem. Murmura Ponti: Crepitus, eſt propriè ventoſi corporis ſtrepitus: Vaſto fragore maior humano ſonus. *Sen. in Oedip.*

Epith. Triſtis, horrendus, vehemens, reſultans, moleſtus, reſonans, triſtificus, terriſonus, ingens, magnus.

Armorum fragor.

Iterum, atque iterum fragor intonat ingens, Enſeſque, clypeiq́; ſonant, &c. *Virg.* 2. *Æn.* Reſonant crebris tinnitibus arma: Armis crepitantibus ingens exoritur fragor: Flictus armorum tonat, ideſt conflictus.

S. FRANCISCVS.

Plures fuerunt hoc nomine celebres, tres tamen Eccleſia vt Cęli ciues veneratur, Franciſcum Aſſiſij natum, Franciſcum Calabrum de Paula vocitatum, & Franciſcum Xauerium Indorum, & Iaponenſium Apoſtolum. De primo nunc agemus, qui à prima ætate mercaturam cum patre exercuit; ſed quod cum illo pietas in pauperes ab incunabulis creuerat, cùm paterna bona largiſſimè tribueret egentibus, ab illo exhęredatus nouam vitæ rationem in ſumma paupertate cœpit inſtituere. Socios adhibuit quoſdam, & ab Innocentio III. regula confirmata poſt mirabilem illam viſionem, qua illum Lateranenſem Baſilicam collabentem eius humeris ſuſtinere Romanus vidit Antiſtes: multa pro Eccleſiæ dilatatione aggreſſus eſt, qui multis extructis ſuæ familiæ domicilijs, ſe in ſolitudinem montis Aluerni contulit, vbi Crucifixi imaginem accepit manibus, pedibus, laterìq; veſtigijs clauorum impreſſus, tandemq́; plenus operum, ac miraculorum gratia inſignis occubuit; & Aſſiſij ſepultus.

Lauernicola. *Mant.* Aluernicola: Minorum pater. *Idem.* Stigmatibus Chriſti decoratus: Iam mihi Franciſci tunicam, chordamq́; parate, Iam teneant nudos lignea vincla pedes. *Pont.* Aluernæ habitator eremi. Chriſto ſimilis, qui vulne-

Digitized by Google

ra quinque Accepit, &c.

FRATER.

Germanus: Gemelli: Sobrinus: Patruelis: Fraternus animus: Fraterni artus: Fraternus ſanguis. *Catull.* ſic fraternus amor, &c. Geminiq; ſub vbere nati. *Virg.6. Æn.* Vterini fratres; qui tantùm matre ex vna nati: Fratrum quoque gratia rara eſt. *Ouid.ex Heſiod.* Fraterculus, diminut. Stant gemini fratres fœcundæ gloria matris: Fratrem ne deſere frater: Progenies ſeptem numero, ſeptenaq; tela Coniiciunt. *Virg.* Fratrum cohors. At fratres animoſa phalanx. *Idem.* Fraternaq; pectora iungens. *Val.Flacc.1.*

Epith. Fidus, conſtans, charus, vnanimis.

FRATERNITAS.

Fraternus amor. *Ouid.3.met.* Fraterna fides. *Ibidem.* Coniunctio fraterna: Fraternum dulce ſodalitium. *Catull.* Fratris & fas, & fides, iusq; omne pereat. *Sen.in Thyeſt.*

FRATRICIDIVM.

Fratris homicidium: Fraterna cædes. *Virg.4. Æn.* Nex fraterna: Mortis fraternæ feruidus ira. *Idem 9. Æn.* Fraternum funus. *Ouid.2.Pont.8.* Caini aſſecla.

FRAVS.

Fraudis veſtigia. *Virg.4.Georg.* Crimina fraudis. *Ouid.3.de art.* Ingenium fraudis. *Stat.2.Theb.* Fraudis malæ fel. *Bemb.* Diræ inuiſa ſpectacula fraudis: Aſtus. V. *ſuo loco.* Turpis ars: Et Gabios turpi fecerat arte ſuos. *Ouid.2. faſt.* Fraudis libido. *Pont.* Ambages. *Virg.6. Æn.* Fraudis, & ſceleris viæ. *Sen.in Thyeſt.2.* Fallacia: Argolicæ artes; *ex Virg.*

Technæ, artificium eludendi, & fallendi, vndè dixit *Terent. in Heaut.* Falli te ſinas technis per ſeruulum: Ars Sinonis. *Virg.2. Æn.* Dolus: Eſt Deus occultos qui vetat eſſe dolos: Subdolus hæret amor. *Pictor.* Artes Auernæ. *Maſcul.* ſic artes Auernales: Graia ars. *Corn.Gall.* Succubui fateor Graiæ cùm neſcius artis Succubui Tuſca ſimplicitate ſenex, *eleg.vlt.* Protinus Argiuas admouit turpiter artes. *Ibidem.* Vana ſpe luſit amantem.

Stratagema, tis, Græcum; nempè militares inſidiæ: Furta paro belli conuexo in tramite ſiluæ: vulgò *Imboſcata.* Inſidiæ: Strophę, arum, pro fraudibus dixit *Mart.3.7.* à Gręca phraſi, Tergiuerſatione Latinè dicta: Nihil ſtropharum, &c. principium ſcazontis verſ.

Epith. Tacitus, ſceleſtus, fictus, fallax, callidus, illaqueans, turpis, occultus dolus.

Epith. Occulta, maligna, ſcelerata, ingenioſa, doloſa, malè dira, cauta, hoſtilis, inuiſa, latens fraus.

FRAXINVS.

Arbor adeò inimica ſerpentibus, vt ne matutinas

quidem, occidentesve vmbras, quamlibet ſpacioſas eius ſerpens attingat, ac ſi frondibus eius claudatur, & igne: in ignem potiùs, quàm in fraxinum fugiat. *Plin.lib.16.cap.13.*

Fraxinus in ſiluis pulcherrima, pinus in hortis: Haſta fraxinea; nam ex fraxino optimæ fiunt haſtę, quam huiuſmodi adhibuiſſe Achillem reſtatur *Homerus.* Sudes fraxineæ: Fraxineæ trabes. *Virg. 6. Æn.*

Haſtis vtilis arbor; neque tantùm haſtis, ſed ad plurima; & quæ naſcitur in Ida Troadis in tantum citro ſimilis eſt, vt ablato cortice, vel eminentes materiarios fallat: Obedientiſſima quocumque in opere fraxinus, eademq; corylo haſtis melior, cornu leuior, ſorbo lentior; quæ verò in Gallia naſcitur, etiam ad currus flexibilis; *ex Plin.*

Epith. Procera, ſtridula, pręcelſa, odioſa, inuiſa colubris, ingens, alta, vtilis haſtis.

FREMITVS.

Clamore frementi concitus: Strepitus: Clamoſus, turbidus, ſonans, ſonorus, minax: Strepitus dant cornua raucos: — fremitu reſonant fac cunctã ſonoro: Vox fremens: Quo fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.

Epith. Horrificus, ſonorus.

FRETVM.

Propriè enim fretum eſt anguſtia maris, quùm aquæ arctantur à duplici littore; ipſæq; currunt tamquam euripum, vt fretum Gaditanum. V. *Gades.* Mamertinum, ideſt fretum Siculum, ſiue Meſſanum: Fretum Megellanicum, in America propè terram incognitam: Helleſpontus, anguſtiæ maris inter Abydon, & Seſton: Fretum Abydenum. V. *Mare Abydenum:* potiſſimùm ſumitur pro mari. V. *Mare.*

Et freta deſtituent nudos in littore piſces. *Virg.1. ecl.* Calcauitq; freti terga rigentia. *Sen. in Herc. fur.*

Epith. Eadem cum mari communia.

FRIGVS.

Gelu, fig. V. *ſuo loco.* Bruma gelu horrida. V. *ſuo loco.* Frigus Boreæ. V. *Boreas.* Hiems. *Mart.2. 46.* Hiems dura. *Virg.* V. *ſuo loco.* Frigoris minæ. *Ouid. 4. faſt.* Frigoris aſperitas. *Ibidem.* Pruina. V. *Gelu.* Arctoæ niues. *Sen. in Oedip.*

Helice, fig. pro gelu, frigore, & huiuſmodi, quæ ſub bruma pati ſolemus eleganti ſynecdoche expoſuit *Mart.4 3.* cùm dixit: Sidus hyperborei ſolitus laſſare Bootæ, Et madidis Helicen diſſimulare comis; nempè ſuſtinere frigus, imbres, niuesq; boreales, quæ ſub ipſa Helice, nempè ſub Arcto generantur. Intrat penetrabile frigus in artus, &c.

Epith. Glaciale, hiemale, concretum, contractum, brumale, acerbum, acre, durum, rigidum, gelidum,

dum, ignauum, pigrum, triſte, lethale, pallidum, penetrabile, animoſum, crudum, ſæuum, ſcelera- tum, iners.

Frigus æſtiuum: Æſtiuæ vmbræ. *Mart.* 1. 13. Æſti- uas prçſtabat porticus vmbras.

Frigus opacum, amabile.

FRIGIDVS.

Gelidus: Brumalis: Borealis: Gelu horridus: Ar- ctous: Septentrionalis: Frigus, pro frigido. *Mart.* 4. 64.

FRONDES.

Arboris vmbra. *Catull.* Comæ arborum: Frondis honores. *Ouid.* 1. *met.* Nemorum comæ. *Hor.* 1. *od.* 21. Vos lçtam fluuijs, & nemorum comæ: & *Ouid.* 3. *faſt.* Decus nemorum. *Sen. in Med.* In- clinat varias pondere nigra comas. *Mart.* 1. 77. Arbor erat patulis luxurioſa, ſiue ambitioſa co- mis: Arboris tegmen: Patulo ſe tegmine veſtit Arbor, &c. Vmbra: Luxuria foliorum exuberat vmbra. Siluis decor, vel ſiluarum. *Sen. in Oedip.*

Siluis honor. *Terent. Varr.* Folium: Folia. V. *ſup.* Crines: Crinibus in cçlum ſurget felicibus arbor: Viduatur crinibus arbor: Capilli: Arbor deciduis viduata capillis.

Epith. Tenues, patulæ, vmbroſæ, comantes, tremu- læ, deciduæ, virentes, denſæ, arboreæ, vernantes, virides, caducæ.

FRONS, tis.

Frontis honos. *Mant.* Decus egregium formç frons nubila, matutina. *Mart.* Obducta cùm quis do- lore afflictatur: Frons relicina. *Apul.* Refugo capillo nuda. *Nebriſſenſis* recilinam ſcriben- dum oſtendit, caluamq; exponit, quod quidem non arridet: Frons erugata. *Plin.* ſine rugis ex- plicata, exporrecta. *Ter.* Frons rugoſa. *Mart.* Corrugata, caperata. *Plaut.* contracta, ſtriata. *Apul.* Frontis rugæ, vndè metopoſcopia aliqui- bus elicitur.

Epith. Patula, tenera, decora, honeſta, nitida, pura, punicea, obſcçna, leuis, lçta, venuſta, eximia, lu- cida.

FRVCTVS.

Arborei fœtus: Maturi fœtus. *Ouid. de nuce.* Arbo- ris, arbore fœtus: Proles arborea: Agreſtis gaza. *Virg.* 5. *Æn.* Ramorum diuitiæ: Arboris munera, dona: Pomonæ fœtus. *Augur.* Hinc calathos re- plet, fruticis Pomona beati Fœtibus: Arboris di- uitiæ; *ex Sen.* Arbor opes fundit: Plantarum opes. Diuitias omne nemus demittit ſuas. *Sen. in Thyeſt.* 1. *ch.*

Poma. V. *ſuo loco, vbi plura.* Menſa ſecunda; nam ferè fructus apponuntur. V. *Bellaria.* Totus in arduum Autumnus rapitur, ideſt pomorũ copia, quia tunc poma exuberãt. *Sen. in Thyeſt.* 1. *ch.* ſic Autumnales opes, diuitiç, autumni dona, munera.

Fructuum nomina.

Malum. V. *Malus.* Pirum. V. *ſuo loco.* Armenia- cum: Armenium: Prçcox. V. *Malus.*

Ceraſum. V. *Arborum genera.* Ceraſum Actium. Mileſium. *Ath.* Ceraſum Apronianum, quod maximè rubet. *Plin.* Ceraſum Duracinum.

Prunum. V. *ſuo loco.* Cornum, *Corniolo.* Caſtanea. V. *ſuo loco.*

Morum. V. *Morus.* Nux. V. *ſuo loco.* Fragum, ſecundùm *Seruium*, ſunt fraga mora, quæ in herbis naſcuntur, in delicijs nunc habita: Mollia fraga leges: Humi naſcentia, montana. *Ouid.*

Sorbum, *Sorba.* Meſpilum, *Neſpola.* Zizyphum, Se- ricum, *Offic.* à Græco vocabulo apud *Galenum*. Iuiubç, *Giuggiola.* Myxa, Myxaria. *Aetius.*

Ficus. V. *ſuo loco.* Dactylus, palmula, caryotis, *Dat- toli.* Palmæ fructus: Vua. V. *ſuo loco.* Fun- gus: Terræ tumor: vt Tuber etiam. V. *ſuis locis.* Boletum. V. *Ciborum genera, & Fungus.*

Oliua. V. *ſuo loco.* Capparis: Inturis, Græca vox: Cu- cumis: Intortus cucumis, prçgnanſq; cucurbita ſerpit: Pepo, onis, *Melone.*

FRVGES.

Meſſes: Incendit veſtitos meſſibus agros. *Ouid.* 4. *faſt.* Et feret, & culta prçmia tollet humo. *Ibi- dem.* Alimenta mitia. *Ouid.* 5. *met.* Seges, ſe- getes: Far. V. *ſuo loco.* Maturæ ariſtæ, flauæ, in- uentæ. *Claud.* Cultricumq; ſinus lçtis prouen- tibus implet. *Bemb.* Munera terræ. *Hor.* 2. 14. Legumina. V. *Legumen.* Spolia triticea. *Pont.* Frumentum. V. *inferiùs.* Auena; ſterilis, vana, iners, infelix lolium, & ſteriles dominantur aue- næ. *Virg.* Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux. *Idem.* Primitiæ frugum.

Epith. Grauidæ, cereales, ſpiceæ, lçtæ, teneræ, herbi- dæ, nitidæ, bonæ, flauæ.

FRVMENTVM.

Frumenti herba. *Virg.* 1. *Georg.* Frumenti aceruus. *Idem in opuſc. Moret.* Frumenta in viridi ſtipula lactentia ſurgunt.

Triticum: Triticea meſſis. *Ouid.* 5. *met.* Triticei fœ- tus. *Idem* 1. *faſt.*

Epith. Putum, flaueſcens, æſtiuum, lactens.

Fruges. V. *ſup.* Frugum mitia dona: Fruges Cereris. *Ouid.* 6. *faſt.* Frugum aceruі. *Tib.* 1. *eleg.* 1. Gra- uidæ fruges. *Virg.* 2. *Georg.* Frugum munus. *Ouid.* 5. *met.* Segetes, ſunt fruges cereales non- dum meſſæ: Luxuries ſegetum. *Virg.* 1. *Georg.*

Meſſis: Fructus meſſis. *Tib.* 1. *eleg.* 5. Quicquid Li- bycis terit feruens area meſſibus. *Sen. in Thyeſt.* *&* *Hor.* 1. *od.* 1. Libycæ areæ, fig. Pinguia pabu- la terræ: Spes anni. *Virg.* 1. *Georg.* Prouentus. *Ibidem.* Semen, tis, & ſemen, nis.

Ariſta, figur. pars ſpicæ: & frequentiſſimè pro ipſo tritico ſumitur. *Virg.* 1. *eclog.* fig. pro annis meſ- ſium.

Ce-

Digitized by Google

Ceres; vtpotè quæ tritici vſum reperiſſe dicatur: Solida Ceres: Quodcumque eſt ſolidæ Cereris caua machina frangat. *Ouid.6.faſt.* Cereris opes. *Idem 1.faſt.* Cereris fœtus: Dona Cereris. *Idem 5.met.* Munus: Cereales culmi. *Virg.3.Georg.* Semen Cereale. *Ouid.* Dona Cerealia. *Idem 6.faſt.* Munera. *Idem.* Cerealis herba. *Idem 4.faſt.* Cereales fructus.

Spica; quæ continet granum, glumam, & ariſtam. V. *inf.* fig. Impoſuitq; ſuæ ſpicea ſerta comæ. *Ouid.4.faſt.* Et coma lactenti ſpicea fruge tumet. *Prop.4.eleg.2.* Terrarum alimenta meliora. *Ouid.* Mutauit glandes vtiliore cibo. *Idem 4.faſt.*

Frumenti partes.

Culmus; eſt frumenti calamus, qui etiam ſtipula dicitur è nonnullis, ſed hoc diſcrimen *Seruius* ponit, vt culmus ſit calamus, ſtipula verò folium, quo veſtitur calamus.

Vagina. *Cic.* Stipulæ exordium; herba, in qua deliteſcit culmus cum ariſta priuſquàm exoriatur. *Varro.*

Spica; id, quod culmus extulit: Spica mutila, quę caret ariſta, dicitur etiam mutica.

Granum, in ſpica.

Ariſta, ſpicæ pars, quaſi cornu, & acus exilis, ac longa è gluma exiſtens.

Gluma. *Varr.* folliculus grani, ſeu inuolucrum ſeminum in frugibus, vtriculus dicitur *Plinio.*

Acus, aceris: Purgamentum frumenti, quod paleam appellant, ſed acus à *Plinio* dicitur, cùm per ſe ſpica pinſitur; palea verò vbi cum ſtipula teritur in area: Adoreum ſemen. *Colum.* pro frumento, ſed propriè farris eſt. V. *Far.*

FRVTEX.

Arbuſta ſunt frutices, inter quæ adſcribitur quoque

Goſſipion, è ſuperiore parte Ægypti ad nos etiam allatum, & alicubi in Italia naſcens, vulgò *Bombage Cottone.* Goſſipina lina: Xylon, etiam dicitur à Græcis goſſipium; vnde Xylina vellera. *Plin.19. cap.1.*

FRVSTVM.

Cuiuſque rei particula.

Fragmentum: Pars in fruſta ſecant. *Virg.1.Æn.* Fruſta eſculenta: Minutal. V. *Ciborum genera.* Fruſtum panis, *Pezzo di pane.* Segmentum, ſegmen. *Plin.* Fruſtulum, diminut. Mica, *Briciola.* Mica ſalis. *Catull.* Grumus ſalis. *Plin.* Salis fruſtulum, ſeu granum. *Granello di ſale.*

FVGA.

Effugium. *Virg.2.Æn.* Fugiens curſus. Cita fugienda pedum vis. *Anger.* Fugæ labor. *Ouid.1.met.* & 5. Fugæ curſus: Curſus fugax.

Epith. Celer, pernix, præceps, vaga, furtiua, cita, trepida, turpis, iners, volucris, ſollicita, triſtis, præpropera, præcipitans: Quid turpes iam mente fugas, quid Gallica rura Reſpicitis. Hinc

FVGAX.

Labilis: Præceps: Excurrens: Decurrens: Fugiens: Effugiens: Aufugiens: Ruens in terga. *Sil.Ital.10.* Pulſus: Fuſus: Palans: Palantes milites dicuntur cùm fugiunt hac, & illac vagantes: Pede ſeruidus. *Virg.* Petens pedibus ſalutem; *ex Ouid.* Feſſa labore fugæ. *Ouid.5.met.*

Fugitiuus: Exul. V. *in ſua ſignificatione ſupra.* Profugus, profuga: Perfuga. *Cæſ.1.B.G.* Transfuga: Abſcondens, cęlans ſe. V. *Abſconditus.* Prata fuga carpit: Haud mora, conuerſiſq; fugax aufertur habenis, Quadrupedemq; citum ferrato calce fatigat. *Virg.* Medioſq; fugam tenuiſſe per hoſtes: Hi fugiunt, penituſq; datis referuntur habenis: Hunc infamis amor verſis dare terga carinis Iuſſit & externo quærere in orbe fugam: Diffugiunt Tyrij quocumque agit error, &c.

FVCINVS LACVS.

V. *Lacuum nomina.*

FVCVS.

Variæ ſignificationis vocabulum, vel ſunt fuci, qui veris apibus in opere, & fœtu adiumento eſſe dicuntur; verùm iiſdem moleſti, quòd ſint ignaui. Vel eſt vnguentum, quo vitia faciei mulieres illinunt, & de hoc nunc loquemur.

Nigrum medicamen. *Mart.3.* Venenum compoſitum. *Ouid.1. de remed.* Sandyx. *Auſon.* Purpuriſſa, ſiue purpuriſſum. *Plin.* quod ex murice fieri ſolet purpuræ, vulgò *Roſſetto.* Ceruſſa. V. *ſuo loco, vbi multa.* Pharij ſtercora piſcis. *Beroald.* Succus ſplendens: Quid ſucco ſplendente genas ornaſſe, quid vngues Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

An ſi cæruleo quondam ſua tempora fucco Tinxerit idcircò Cęrula forma bona eſt? Quid fuco ſplendente comas ornare iuuabit: An ſi cæruleo quædam ſua tempora fuco Tinxerit: Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco: Non mendaci reſplendens gloria fuco.

Epith. Mendax, vanus, fallax, ſplendens, roſeus, cæruleus. Hinc

FVCATVS.

Facies ſaturo fucata colore. *Virg.4.Georg.* Comptus. *Luc.* Facies operoſa cultu. *Ouid.1. eleg.* Non ceruſſatis incedit candida buccis, Nec fucata genas. *Beroal.* Non oculos ſtibio finit, aut fuligine pingit. *Idem.* Externo formam corrumpere luxu. *Idem.* Facies picta. *Prop.2.5.* Fuco ſplendenti ornare comas: Compoſitis ſua cùm linit ora venenis. *Ouid.1.de remed.* Nullo circumlita fuco: Hirſutas excoluiſſe genas: Compoſita eſt alijs fucandi cura coloris.

Spe propiore tori mater ſolertior ornat Adueniente proco, veſteſq; & cingula comit Sæpè manu, viri-

Digitized by Google

viridiq; anguſtat iaſpide pectus, Subſtringitq; comam gemmis, & colla monili Circuit, & baccis onerat candentibus aures,&c. deſcript.

FVCVS. V. *Inſectum.*

FVLGOR. V. *Splendor.*

FVLGVR, ris.

Ignes coruſci. *Virg.* Fulgor: Vibratus ab æthere fulgor cum ſonitu,&c. Ignea rima micans: Crebris micat ignibus æther. *Idem.* Fulminis ignes. Luminibus flammæ arrectis: Rumpunt aërias fulgura crebra plagas: Ruproq; polo micat igneus æther: Fulmen; eſt autem quod ex fulgure venit, ſiue potiùs fulguris cauſſa.

Ingeminans abruptis nubibus ignis. *Virg.* 3. *Æn.* Cæci in nubibus ignes. *Idem* 4. *Æn.* Tonitru coruſcum. *Idem* 8. *Æn.* Subita face rumpitur aër. *Stat.* 1. *Theb.* Rutilæ per nubila flammæ. *Ouid.* 3. *faſt.* Quam celeri micuerunt nubila flamma. *Idem* 1. *triſt.* 2. Fulgetra,æ. *Mantuan.* & fulgetrum, i: Tela ſecunda vocant ſuperi. *Ouid.* 3. *met.* prima enim ſunt fulmina, quibus loca percutiuntur.

Epith. Rapidum, micans,ardens,flagrans,ſubitum, rutilum, igniferum, triſte,clarum,iaculabile,vibrans, excuſſum nubibus atris, coruſcum, calidum,terrificum,tremulum,nictans.

FVLICA, &

FVLIX, cis.

Auis marina,vel ſtagnenſis,paullò columba maior, anate tamen minor, Græcis κάρος; eſt etiam fluuialis, quæ cùm in littore ludunt tempeſtatem preſertim matutino tempore preſagiunt, vt ait *Virg.* 1. *Georg.*

Cùmq; marinæ in ſicco ludunt fulicæ, notaſq; paludes,&c. Mergorum genus: Mergus niger. *Alb. Magnus.* Fulica leuis: Vdæ per ſcopulos paſſim fulicæ, perq; antra repoſtæ Triſtia flebilibus complebant ſaxa querelis: Pullus aquæ; quoniam in aqua penè viuunt: Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti Nunciat horribiles clamans inſtare procellas. *Cic.* 1. *de diuinat.* Paſcuntur volucres querulæ vndique, & vndique nigræ Merſantur fulicæ.

Epith. Vagæ, marinæ,paluſtres,paruæ,querulæ,nigræ,tempeſtatis aues diuinæ.

FVLMEN.

Quod veteres à Vulcano, ſocijſq; Cyclopibus fabricari credebant ſub Ætna monte, trifidum pingebatur, ſiue triſulcum propter ignes trium ſuperiorum ſiderum ad terram deciduos, quorum ſummus ex nimio Saturni humore infuſcat, ἀργῆς, imus ex ardore Martis cremat, diſſipatq; ψολόεις; medius è clara Iouis ſubtilitate penetrat, etiam illeſis operimentis, καταιβάτης. Ioui rursùs tres datæ ſunt manubiæ, minores, quæ moneant, maiores, quæ duodecim Deorum conſilio miſſæ diſcutiant: maximæ, quas Iupiter eorumdem nutu iaculatus accendit, diſperdit, imiſumma commutat. Quod deſcribitur à *Virgilio lib.* 8. *Æn.* Fulmen erat (inquit) toto genitor, quæ plurima cęlo Deijcit in terras, pars imperfecta manebat Tres imbris torti radios, tres nubis aquoſæ Addiderant, rutili tres ignis, & alitis Auſtri: pro Auſtro nonnulli interpretantur Autumnum, per rutilum ignem Æſtatem, per nubem aquoſam Ver, per imbrem tortum Hiemem. Demùm fulmen, quod in corpore frigido nubium generatur Iouis inſigne creditum fuit, & hoc rubrum, cùm alia fulmina fingerentur, vel alba, vel nigra; quæ cęteris Dijs concedebantur, vt Palladi refert *Virg.* 1. *Æn.* à Ioue conceſſum, quo Aiacem Oileum interemit. Fulmina fortuitò accidere creduntur; alia tamen ſecundùm Dei voluntatem iaci: vtcumq; eſt terrori ſunt maximo.

Tolle fulminibus ſocer Nurum ſceleſtam (Deianira loquitur *in Herc. Oetao Senec.*) nec leui telo manus Armetur illud fulmen exiliat polo, Quo ni fuiſſet genitus Alcides tibi, Hydram cremaſſes, &c. Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem. *Virg.* 1. *Æn.* Ignis coruſcus Iouis. *Hor.* 1.34. Fulminis afflauit ventis, & contigit igni. *Ibidem:* nempè fulmine monitorio: Telum flagrans Iouis. *Ouid.* 4. *triſt.* 8. Tela Typhœa; nempè quibus Typhœum interemit: Flamma trifida. *Idem* 2. *met.* Ignis Iouis tergeminus. *Stat.* 1.1. Vibrans coruſca fulmen Ætnæum manu Sator Deorum. *Sen. in Hipp.*

Tela triſulca Iouis. *Ouid.* 2. *eleg.* 5. Cyclopea tela. *Claud.* 1. *de rapt.* Tela rapit manibus fabricata Cyclopum. *Idem* 2. *de rapt.* Ignis nubifer. *Ouid.* 4. *Pont.* 8. Sic affectantes cęleſtia regna Gigantes Ad Styga nubifero vindicis igne datos: Flammæ Iouis. *Virg.* 6. *Æn.* Ater turbo. *Idem* 10. Fulmineus turbo. *T. Veſp. Strozz.* Iouis arma. *Ouid.* 1. *triſt.* 1. Fulminis ictus, *Idem ad Lin.* Ignis. *Idem de nuce.* Flammifera petijt cùm tria templa manu. *Ibidem.* Hinc miſſis abrumpitur ignibus æther. *Idem* 2. *faſt.*

Ignea moles Sæua Dei mandata ferens, cęlumq; triſulca Territat omne coma. *Stat.* 3. *Theb.* Nubes, pro fulmine: Armauitq; in nube manum, volat ignea moles,&c. & *Virg.* Sic precor Ætherij vindicis igne cadas. *Ouid. in Ibin.* Fulminis alæ: Fulminis ira. *Prop.* 2. *el.* 13. Non aliter ſtupui, quàm qui Iouis ignibus ictus. *Ouid.* 1. *triſt.* 3. Cęleſtis flamma ſalictis incubuit numquam. *Idem* 4. *faſt.* Ignis triſulcus. *Stat.* 7. *Theb.* Ignis nubifer. *Ouid.*

Fulmineus ignis. *Stat.* 5. *ſilu.* 1. & *Ouid.* 2. *Pont.* 2. Fulgur, pro fulmine: Triſti de cęlo fulgure tacta; niſi dicamus ignis fulgure, ſeu ſplendore ta-

cta,

 cta, vulgò *Allampata*. Rubens dextera Iouis:Et rubente dextera ſacras iaculatus arces terruit vrbem. *Hor.1.2.* Vindices flammæ Iouis è ruptis nubibus. *Sen. in Med.* Teli torti vis metuenda. *Ibidem.* Viuacis flammæ fulgura. *Ibidem.* Fax triſulca. *Idem in Hipp.* Teluui Iouis altiſoni. *Ibidem.*

Ignea tela Iouis. *Sen.in Oedip.* Iouis inſigne, vel inſignia. *Ouid.3.met.* Ignes Phaëtontei; quibus Phaëton deiectus in Eridanum. *Idem 4.met.* Ignes eliſi nubibus. *Idem 6. met.* Fulmineus ictus. *Hor.3.16.* Me pete triſulco flammeam telo facem per pectus hoc tranſmitte. *Sen. in Thyeſt.5.* Quæq; in Adimantum Phileſia regna tenentem A Ioue venerunt, te quoq; tela petant. *Ouid. in Ibin.*

Iam iam minaces ire per cęlum faces Specta, &c. *Sen. in Herc. Oet.* Ingenti flammantem nubila ſulco Direxit per inane facem. *Val.Flacc.1.* Sed ne precor igne ſuperno Æſtuet. *Stat.2.ſiluar.* Horrorem incutiunt Imperio irati fulmina miſſa Iouis:Quater indè coruſcum Contorſit dextra fulmen, qua tota reluxit Męonidum tellus: Inq; Iouis dextra miſſile fulmen erat: At pater omnipotens denſa inter nubila telum Contorſit.

Epith. Horrendum, clarum, ineuitabile, infeſtum, vmbratum, coruſcum, rutilans, terrificum, crudele, ſæuum, ſulphureum, concutiens celſas è vertice turres, igniferum.

FVMVS.

Caligo cæca: Inuoluitq; domum caligine cæca. *Virg.8.Æn.* Vmbra fumi:Nubes atræ picea caligine. *Idem 2.Georg.* Nubes fumans piceo turbine. *Idem 3.Æn.* Fuligo, nis. *Idem 2.Georg.* eſt fumi effectus: Spacioſa volumina fumi. *Luc.3.* Nebula atræ caliginis. *Sil.It.14.* Nebulæ, quas exigit ignis. *Ouid.5.triſt.6.* Ipſos penates nube deformi obſidet. *Sen. in Thyeſt.4.* Volat vapor ater ad auras. *Virg.7.Æn.* Erigitur fumus ad ſidera: Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris. Per multa foramina fumus Euolat: Extinguere fumum: Reſpiciunt atram in nimbo volitare fauillam: Et ingenti ſimul exundante vapore. Ad cęlum victor nitentia culmina lambit. *Sil. It.14.*

Epith. Niger, ater, ſordidus, ſublimis, nubinagus, triſtis, grauis, inanis, moleſtus, turbidus, tenebroſus, calens, pinguis, ad æthera tendens, inimicus ocellis, teter, bacchans, ingens.

FVNDA.

Habena balearis. *Luc.3.Pharſ.* Verber fundæ. *Idem 1.Pharſ.* Habena teres. *Virg.11. Æn.* Stupea verbera balearis fundæ. *Idem 10.Æn.* Scutalei. *Liu.* Corium fundæ, cui lapis excutiendus imponitur: Balearis, Balearica, à loco, vbi plurimum in funda torquenda ſeſe incolæ exercebant. V. *Baleares inſula.* Hiſpanæ certamina diſcere fundæ: Acta manu caua tempora quaſſat funda leuis: Stridentem fundam poſitis Mezentius armis, Ipſe ter adducta circum caput egit habena. *Virg.* Teretes pars vertere fundas, Aſſueti, varioque diem pręcingere gyro: Funda per inane voluta Aërias plumbum iaculatur in auras. *V. Lipſium de plumbo per fundas eiaculato.*

Epith. Aëria, flexa, leuis, Balearica, Hiſpana, torta, lata.

Funditores dicebantur qui funda primi potiſſimùm dimicabant, necnon fundibularij: Balearis tortor habenæ. *Luc.3.Pharſ.* Balearicus auctor habenæ. *Stat.1 Achill.*

FVNDI, orum.

Vrbs in Campania inter Terracinam, & Caietam, quæ grauiſſimo cęlo penè excidit, nunc deſertum videtur oppidum ob ſtagnantes maris aquas, vndè graueſcit aër, morbiq; coaleſcunt: antiquitatis tamen veſtigia, & nobilitatis viſuntur adhuc: Via nobilitata Appia: Fundanum ſolum. *Ouid.2.Pont.11.* Fundanus lacus:Fundana palus.

Fundanus ager. *Plin.* Fundana vina laudat, generoſaq; vocat: verùm locus de peſtilenti, craſſoq; aëre conqueritur: propè Fundos Cęcubum locus vitifer, & vino generoſus:hinc Cęcuba Fundanis generoſa coquuntur ahenis. *Mart.13.*

FVNDAMENTVM.

Fundamina. *Ouid.4.faſt.* Maſſa ſolida; *ex eodem.* Stereobata. *Vitruu.* Baſis ædificij:Solum. *Virg.* Area. *Varr.* ſupra qua erigitur ædificium:Prima fauis ponunt fundamina. *Virg.4.Georg.* Fundamenta locant.

FVNGVS.

Boletus. *Mart.* Solus boletos Cęciliane, voras, *epig. 21.lib.1.* Boletum, qualem Claudius edit, edas; qui boletos edit veneno infectos, & perijt, ſic etiam *Iuuen.ſat.5.* Boletus domino, ſed qualem Claudius edit; boleti enim ſunt ex optimis, qui ſunt eſui.

Terræ excrementa:Pluuiale ſoli tuber: Irritamenta gulæ fungi:Fungi pratenſes:Pratenſibus optima, Fungis Natura eſt. *Horat.2.ſer.4.* Pluuiales fungi. *Ouid.* Suilli fungi venenis accommodatiſſimi; quorum eſu aliquando familiæ interierunt, & tota conuiuia. Inter quæ illud memorabile Annei ſereni Neronis vigilum pręfecti, tribunorum, ac centurionum.

FVNIS.

Rudens, tis: Rudentes funes nauium: Stupea vincula. *Virg.2. Æn.* Vincula lini. *Ouid.2. de art.* Vincula linea; *ex Hom.1.Iliad.* Tortum linum. *Ouid.3.faſt.* Retinacula, orum. *Virg.4.Æn.* Reſtis. *Ter. & Mart.5.63.* Licium:Licia circundo. *Virg.ecl.8.* *Spago.*

Funis ductarius, qui per orbiculos trochleæ pertrahitur: Canapinus funis: Spira, inuolutus funium circulus, auctore *Seruio*. Tortus, funis è loris contortus, qui toro, ideſt lecto ſubſternebatur. *Herodot.* Verùm vox Græca habetur, *τόνος*. Chamulci. *Marcell.* machinæ tractoriæ, quibus in littus trahuntur naues, Græcum nomen *ex Polluce*.

Funis anchorarius. Prymneſium (quamvis *Feſtus* interpretetur pro tonſilla, ſiue palo, de quo religatur nauis) Anchorale. *Liu. & Plin.* Retinaculum. *Virg.* eſt funis, de quo ſtat nauis: Remulcus; funis, quo religata maior nauis, minorem ſequitur trahentem remis actam; vndè remulco trahere apud *Polybium*, hodie *Rimurchiare*.

Tranſenna, funis extentus: Eſt etiam tranſenna textum illud è funibus ſupra foros nauium, ſupra quod itur: Nodus, fig. Catena. V. *ſuo loco*.

Oſcilla; funes, quibus ſuſpenſis Athenienſes fœminæ ſe iactabant ludi cauſſa, idq; factum Apollinis conſulto, quod Virgines Athenienſes plurimæ ſuſpendio ſibi mortem conſciſcebant; quod Erigone poſt mortem Icari patris erat precata, vt eodem letho, quo ipſa perierat, Athenienſium filiæ afficerentur, niſi Icari mortem perſecuti fuiſſent. Conſultus autem Apollo reſpondit, vt frugum ſacrificio prius Icari manibus ſatisfieret, tum vt deinceps iiſdem funibus ſuſpenſis, tabula tamen interpoſita hinc, & indè iactarentur ludi gratia; quod factum Oſcilla dicta ſunt illa ſacra. Hunc ritum ab Atticis Itali ſumpſerunt in Latini Regis honorem, & celebrabatur Ferijs ſementinis, vt tradunt *Probus, & Feſtus*. V. *Ludorum genera, Oſcillum*.

Reſtiarius, eſt qui reſtes, ſiue funes componit, qui etiam Funarius: Reſtio, nis. *Suet.* qui vendit funes.

FVNVS.

Mortuorum erat apparatus. qui multa continebat: Locus enim, quo efferebatur ad comburendum cadauer, vſtrina dicebatur: cadaueris crematio, buſtum; operis extructio, ſepulcrum; inſcriptio, monumentum; ſtrues lignorum, rogus; ignis inflammatus, pyra. In funere autem faciendo varij fuere mores tum apud Græcos, tum apud Romanos, diuersè.q; ſi parentum, ſiq; amicorum eſſet funus. In horum funeribus, vt luctum teſtarentur, & exequias honorarent defunctorum, faciem tegebant, coma ſibi abſciſſa, & auulſa, ſiue detonſa in ſqualorem, vt eſſet ſcilicet ſpoliata natura ſuperfluo hoc ornatu. Prætereà in funebri pompa apud Romanos imagines ſuorum maiorum ſolebant adhiberi, vndè canit *Horat. in epod.* — eſto beata funus, atque imagines Ducant triumphales tuum. Necnon tubæ mæſtum recinentes, quibus qui canebant Siticines nominabantur: tum cadauer in eburneo lecto aulæis, & periſtromatis pro defuncti qualitate ornato ſolebant collocare. Adhibebantur lances odoriferæ, quibus aromata in defuncti honorem cremarentur, vel in fœtorem eliminandum. Dum adhuc cadauer erat in domo, vel in campum elatum præſentes, qui aderant defuncti animam rogabant vbi eſſet, aut quid ſimile: tum cremato cadauere ter magna voce clamabant: Vale, vt conijci poteſt ex *Virgilij, Propertijq;* carminibus. Funeris tamen ordo hic: vbi animam exhalare cœpiſſet ægrotus, qui proximiores erant ſpiritum eius ore excipiebant, morienti claudebant oculos (præter filios, quibus nod licebat oculos genitorum occludere) poſt hæc defuncti corpus per interualla conclamabatur; à propinquis, & affinibus calida abluebatur aqua, vnguentisq; perungebatur; quiq; huiuſmodi peragebant miniſterium pollinctores dicebantur, teſte *Nonio*. Ablutum, vnctumq; corpus candida, vel alba induebant veſte, vt *Iuuenalis* teſtatur *ſat.* 3. nempè toga, vt docet *Lipſius*, qua vſi fuerant viui. Indè in veſtibulo ædium collocabatur ad ipſam ianuam pedibus in publicum verſis coronis, alijſq; muneribus honorificis affectum. Interim cupreſſi, vt ait *Sext. Pomp.* mortuorum domibus apponebantur: tum ea, quæ ad funera requirebantur, apparabant, quæ in Libitinæ templo aſſeruabant Libitinarij, qui funera curabant; & pyram ſi cremandus defunctus foret (nonnulli enim propter paupertatem huiuſmodi carebant honore) lignis, alijſq; rebus pro hominis conditione ſtruebant. Vbi ita ſeptem diebus domi ſeruatum cadauer fuiſſet, die octauo euocabatur populus ad funus per præconem his verbis: Exequias L. Titio L. filio, quibus eſt commodum ire: iam tempus eſt: ollus ex ædibus effertur. Poſtquam conueniſſet populus lecto conſtrato purpura, aut linteis ſplendentibus, in eoq; defuncti corpore collocato, poſt vltimam conclamationem, tibicine præcedente, qui næniam funebrem, laudes defuncti, & facta recenſentem, Phrygio modulo caneret; funus, funeriſq; pompa procedebat. Deferendi verò feretrum propinquioribus virilis ſexus dabatur munus, niſi tenuioris eſſent fortunæ; tunc enim à veſpilloaibus deferebatur. Dum autem efferebatur funus, inſignia honorum, quos geſſiſſet, vt faſces, ſecures, lictores, arma, militaria dona, aliaq; præferebantur: præcedentibus etiam ſeruis manumiſſis pileatis, albave lana capitibus velatis. Sequebantur funus liberi, propinqui, affines, alijq; amici lugentium habitu capillo demiſſo, veſteq; pulla, filij quidem velatis, filiæ verò nudatis capitibus, paſſiſq; crinibus incedebant. Adhibebantur etiam præficæ, nempè mulieres ad lamen-

mentandum mortuum conductæ, quæ darent cęteris modum plangendi; quæ priores propinquos, amicosq́; ſequebantur. Sin autem defunctus illuſtris eſſet, primùm deferebatur in forum, vbi oratio funebris illi recitabatur. Vide *Polyb. lib.6.* His peractis funus procedebat donec ad locum veniretur, vbi vel ſepeliendus, vel cremandus erat. Et hæ potiſſimùm Romanorum cęremoniæ in efferendo funere: Quid poſteà fieret, vbi cadauer erat comburendum. V. *Rogus: Exequiæ.*

Munera ſuprema. *Virg.11.Æn.* Dona feralia pompa. *Stat.4.ſilu.8.* Funeris pompa. *Ouid.6.faſt.* Funeris ara. *Idem in Ibin.* Funebria ſacra. *Idem 4. triſt.4.* Et dare plebeio corpus inane rogo. *Idem in Ibin.* Abſtulit atra dies,& funere merſit acerbo. *Virg.* Inq́; pyram tecum cariſſima corpora mittas. *Ouid. in Ibin.* Longus ad manes properatur ordo agminis mœſti, ſeriesq́; triſtis hæret. *Sen. in Oedip.1.chor.* Sepulcri honores. *Hor.2.20.*

Epith. Flebile, triſte, atrum, ſæuum, iniquum, dirum,lugubre,cruentum,acerbum,crudele,lacrymoſum,mœſtum.

Exequiæ. V. *ſuo loco,vbi multa.* Quæ ſi Imperatorum priſcorum erant, dum efferebatur in forum, ſiue in campum cadauer, ſiue ſimulacrum defuncti, ordine pręibant Magiſtratus, & Senatus poſitis dignitatibus inſignibus: ſequebantur equites habitu lugubri, deindè milites cum armis,ſed verſis;poſtremò populus per tribus. Verùm illud pręire ſignificat poſt corpus elatum, ponè quod ſequebantur affines, tum magiſtratus,*vt ſup.* Porrò domi curabatur funus per plures dies, ibi fiebat protheſis (vt inquit *Caſaubonus*) & mortuus ſeptem diebus in veſtibulo poſitus plangebatur,*vt ſup.*

FVR, ris.

Latro. V. *ſuo loco.* Prędator:Graſſator:Populator. *Ouid.ad Liuiam.* Rapax: Vncæ manus. *Virg.3. Æn.* Spoliator templi; *ex eodem.* Ex rapto viuentes. *Mart.* Aſſueti viuere rapto. *Virg.7.Æn.* Auidum genus: Tu fures auidum genus, &c. Coerces. *Bemb.* Nocte ſilente alienas opes furripiens maleſida cohors: Nocturni procul hinc diſcedite fures: Callidus effracta nummos fur auferet arca.

Abactor. *Paul.* Abigens. *Vlpian.* qui pecora furtim à paſcuis, ſtabulisve abigit: Depeculator. *Cic.* qui publicum aliquid furto tollit: Directarij. *Vlpian.* dicuntur quaſi nocturni fures:& errones etiam dicuntur: Dormitator, quod interdiù dormiat, vt noctu ad furandum euigilet.

Conflator figurati æris. *Theodoſ.* qui æs mentitur, & nummos conflat, *Monetario* dicitur hodie: Monetæ adulterator,Paracharacta,*Theod.* Græca vox: Manticularius. *Feſt.* Zonarius ſector. *Plaut.* dicitur, qui in conferta turba marſupijs manum inijcit,quod aut ſecat, aut inanit: Crumeniſeca.

Lauernio,nisi à Lauerna Dea,cuius tutelæ permittebant ſe fures Trium litterarum homo; fur enim tot litteris conſtat. *Plaut.* Effractor. *Digeſt.* Qui fores vi effringit rapiendi cauſſa: Mango. *Fab.* Plagiarius. *Caliſt.* qui liberum hominem, vel puerum emit,rapitve;ac vendit:ſic etiam dicitur qui libros vendit à ſe emptos, vt iocatur *Mart. 1. epig.53. vel 18.* ad Quinctianum: Et cùm ſe dominum vocabit ille dicas eſſe meos, &c. Impones plagiario pudorem.

Prędonum manus. *Sen.in Oedip.* Barbara pars lęua eſt auidæ ſubſtructa rapinæ. *Ouid.1.triſt.10.* Gens aſſueta rapinis. *Idem.* Prędonum turba. *Hor.1.ſat.2.* Furaces manus. *Mart.8.* Piceata manus. V. *Latro.*

Epith. Nocturnus, tacitus,peruigil,trepidus,rapax, crudelis, vagans, triſurcifer, nocte vagans, captans aliena,inſidians aliorum opibus.

Alter Sciron. V. *Sciron.* Procruſtes alter. V. *ſuo loco:* fuerunt enim publici graſſatores:Alter Phorbas; & hic cum Phlegyjs totam Peloponneſum latrocinijs infeſtam reddidit,quem Apollo prętereuntes lucta ſuperantem interfecit. *Hom. Interpres, & Philoſtratus:* profanum vocat *Ouidius:* quod neque ſacris parceret. Autolyci manus piceata. *Mart.8.*... fuit autem Autolycus Mercurij filius ex Chione, auus paternus Sinonis, maternus verò Vlyſſis, qui vicinorum armenta à paſcuis abacta tàm vafrè interpolabat, vt non rarò iiſdem dominis propria venderet iumenta. Verùm cùm Siſyphus greges ſuos in dies minui, Autolyci verò augeri animaduerteret, ſuſpicatus furtum,pecudum ſuarum vngulis notas inuſſit, qua ratione & ipſius furta detexit, & amiſſum pecus recepit. *Hygin fab.poet.201.*

Cercyon graſſator inſignis apud Eleuſinem Atticæ ciuitatem,tanto corporis robore, vt validiſſimas arbores incuruaret, quibus viatores alligatos diſcerpebat: & hic à Theſeo eodem ſupplicij genere multatus fuit, vndè *Ouid.7.met.* Cercyones lethum vidit Cerealis Eleuſis:Atticus graſſator: Coryneta latro, & graſſator,Vulcani filius, qui iuxtà Epidaurum claua (quę Coryna dicebatur) prętereuntes interficiebat: Periphatus propriè nomine dicebatur,& hic àTheſeo etiam fuit interfectus. *Suid.* V.*Epidaurus.*

FVRIÆ.

Quas Græci Erynnies, & Eumenides dixerunt; Plutonis miniſtræ finguntur,quę ad ſolium eius, limenq́; excubant, metumq́; mentibus mortalium acuunt;bella, cęteraq́; mala inferunt,& ſtimulis agitant, vndè *Cic.1. de legibus:* Agitant, in-

Digitized by Google

inquit, & inſectantur impios Furiæ non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ: hæc *ille*, & ſimile *pro Roſcio Amerino*. Sed libeat *Diuum Iſidorum* de Furijs hæc dicentem audire: Aiunt & tres Furias antiqui, fœminas crinitas ſerpentibus, propter tres affectus, qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, & interdum cogunt, ita delinquere, vt nec ad famam, nec ad periculum ſui reſpectum habere permittant: Ira, quæ vindictam cupit: Cupiditas, quæ deſiderat opes: Libido, quæ appetit voluptates, quæ ideò Furiæ appellantur, quod ſtimulis ſuis mentem feriant, & quietam eſſe non ſinant; hactenus *ille*. Finguntur filiæ Cęli ab *Heſiodo* ridiculo ſanè modo genitæ ex eius pudendorum ſanguinis guttis, ab alijs, Noctis, & Herebi, ſiue Acherontis, ſiue magni Iouis terreſtris, & Perſephones, vt canit *Orphæus in Hymno:* quarum habitudo hæc eſſe dicitur. Colorem fuſcum, crines anguibus implicitos habent, tunicas ad talos demiſſas, cingulo pectus incinctæ, manu baculos, faſcesve è taxo venenata arbore, ſerpentesq; geſtant. Tres ſorores eſſe dicuntur Alecto, Tiſiphone, Megæra: addunt quartam quidam, quæ Lyſſa dicitur ab *Euripide*, nempè rabies. Harum mentio fit ſæpius à poetis, à quibus in tragedijs potiſſimùm introducuntur flagellis, & igne, necnon ſtimulis hominum mentes exagitantes. *Ouid. in Ibin. & Sen.*

Diræ: Vltrices diræ. *Virg. 4. Æn.* Canes infernæ. *Hor. 1. ſerm.* Viderit infernas errare canes: & *Virg. 6. Æn.* Viſæq; canes vlulare per vmbras Aduentante Dea, &c. Stygiæ canes. *Lucan.* Stygiaſq; canes in luce ſuperna reſtituunt: Feri Hecates canes. *Tib. 1. 2.* Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.

Sorores Tartareæ. *Stat. 5. Theb.* Stygiæ. *Idem 10.* Anguicomæ ſorores. *Idem 12.* Nocte genitæ ſorores. *Ouid. 4. met.* Infernæ. *Claud. 2. in Ruf.* Serpentigeræ: Diræ ſorores. *Virg. 7. Æn.* Turba ſororum face tartarea. *Sen. in Oedip.* Sorores graue, & implacabile numen. *Ouid. 4. met.* Vipereæ Stygia de valle ſorores. *Idem 6.* Et ſtetit in armis omne vipereum genus Fratrum: fratres vocat angues, in quos capillos conuerſos habent. *Sen. in Oedip.*

Erinnys. V. *ſuo loco.* Eumenides: & hæ quaſi placabiles, & benignæ apud Athenienſes fanum habebant ſolemnibus ſacrificijs celebratum, quemadmodùm & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur, vt ait *Cic. 3. de nat. Deor.* & tunc primùm ſic appellari cœpiſſe tradunt, quum Oreſtæ nigram ouem illis mactanti ſeſe mites, & placabiles exhibuere: Eumenidum agmina: Angues. *Pont. & Hor. 2. 13.* Eumenidum turba ſeuera. *Prop. 4. eleg. vlt.*

Palæſtinæ Deæ. *Ouid. 4. faſt.* Et modò tolle faces remoue modò verbera clamat Sæpè Palæſtinas iurat adeſſe Deas. Lege *Gyrald.* hoc in loco quid ſentiat: Peſtes infernæ. *Virg. 12. Æn.* Harpyjæ, etiam furiarum genus creditæ ſunt. *Idem 6. Æn. & V. ſuo loco.* Obſcęnæ volucres. *Idem 12. Æn.* Obſcęnæ volucres alarum verbera noſco; cum alis enim veſpertilionum inſtar pingebantur.

Acherontigenæ laruæ. *Mant.* à patre, vt ſentit etiam *Stat. 4. Theb.* Virgines Acheronte ſatæ. *Stat. Ibidem.* Plutonides vmbræ. *Mant.* Famulæ Iunonis Auernæ: Inuiſum numen. *Virg. 7. Æn.* Tremendi horrendæ famulæ tyranni: Vltrices ſceleris Deæ. *Sen. in Med.* Agmen horrendum anguibus. *Idem in Herc. fur.* Famulæ Ditis. *Ibidem.* Agmen infernum: Aut cui cruentas agmen infernum faces intentat. *Idem in Med.*

Furiarumq; atra fatigat Concilia, &c. *Stat. 4. Theb.* Turba Furiarum impotens. *Sen. in Med.* Furiale malum. *Idem in Thyeſt.* Furiarum verbera. *Stat. 3. Theb.* Quaſq; ferunt torto vittatis angue capillis Carceris obſcuras ante ſedere fores. *Ouid. in Ibin.* Dira Furiarum cohors. *Sen. in Thyeſt.* Iam mihi crudeles Furiæ candentia vincla Intulerant, &c.

Plutonis, ac Proſerpinæ filiæ. *Orph.*

Epith. Diræ, tragicæ, ſeueræ, feræ, horrificæ, horriferæ, inſanæ, ſanguinolentæ, ſæuæ, Stygiæ, truces, tartareæ, horrendæ, vipereæ, immanes, rebelles, noctigenæ, nefandæ, atros plectentes crinibus angues.

Furiarum nomina.

Alecto.

Alecto ſtetit in medio, vulguſq; tacere Iuſſit, & obſtantes in tergum reppulit angues, Perq; humeros errare dedit. *Claud.* Luctificam Alecto dirarum à ſede ſororum, Inferniſq; ciet tenebris, cui triſtia bella, Iræq; inſidiæq; & crimina noxia cordi Odit, & ipſe pater Pluton odere ſorores Tartareæ monſtrum. *Virg.*

Cocytia virgo. *Virg. 7. Æn.* quaſi Cocyti domina: Sata Nocte. *Idem:* cęteris etiam commune ſynon. Nympha paludis Stygiæ. *Ouid. 2. faſt.* Furiarum maxima. *Virg. & Val. Flacc. 1.* Inuidiæ quondam ſtimulis incanduit atrox Alecto: Crudelis diua ſeueros Aduertit vultus. *Stat. 1. Theb.* Gorgoneis Alecto infecta venenis: Tàm ſęuę facies, tot pullulat atra colubri Protinus hinc fuſcis triſtis Dea tollitur alis.

Epith. Luctifica, atra, furibunda, triſtis, impia, atrox, bella mouens, impia bellorum mater.

Tiſiphone.

Nec mora Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem Induitur pallam, tortoq; incingitur angue, Egredi-

tur-

Digitized by Google

turq; domo Luctus comitatur euntem, Et Pauor,& Terror,trepidoq; Inſania vultu. *Ouid.* 3. *met.* Tiſiphone canos vt erat turbata capillos Mouit,& obſtantes reiecit ab ore colubros. *Ibidem.* Megeræ ſoror germana:Continuo ſontes vltrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultans, toruoſq; ſiniſtra Intentans angues vocat agmina ſæua ſororum. *Virg.6.Æn.* Lege *Stat.* 4. *Theb. v.*486. Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues:Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta Veſtibulum inſomnis ſeruat, noctesque, dieſq;.

Homicidarum arbitra; ipſa enim homicidas dicitur punire. Lege *Gyrald.ſynt.*6. Tartarei regina Barathri; ſic eam vocat *Stat.*1. *Theb.* Quatiens grandiſona anguineum flagellum.

Epith. Pallida, vltrix, impexa, improba, cruenta, torua.

Megæra.

Improba mox ſurgit triſti de ſede Megera:Viperea ſtimulis accenſa Megeræ. *Mant.* Quas & tartaream nox intempeſta Megeram Vno, eodemq; tulit partu:Auxit diſcordes odioſa Megera furores:Inferna Megera Aëra per nigrum tranſuecta redibat ab armis: Ingens anguis excuſſo ſonat tortus flagello, Quem trabe infeſta perit Megera. *Sen in Med.* Quid me flagrante dira perſequeris face Megera? *Idem in Herc.Oet.* Stygijs lactata Megeræ Vberibus. *Mant.* Tiſiphones ſoror; Alecto germana cruentis Anguibus armatam dextram quatit,&c.

FVRNVS.

Clibanus:Textus,ſiue textum; dicunt autem huiuſmodi diſcrimen eſſe inter furnum, & clibanum, ſiue textum; vt clibanus ex ære, vel ferro factus moueri poſſit;& huc, & illuc transferri; neq; panis tantum, ſed quidvis coqui.

Præfurnium. *Cat.* Propnigeum. *Vitr.* os eſt furni, in quo ignis ingeritur: Caminus, eſt fumi receptaculum: Focus, fig. Aut humilem grato calfacit igne focum. *Ouid.4.faſt.* qui etiam de teſto meminit 2.*faſt.* Turbo:Clibanus. *Budæus*:eſt illa meta fumaria,in qua vi ignis eliquatur aqua, flores, & huiuſmodi, *Campana da ſtillare, ouero ſtillatoio.*

FVROR.

Barbarus attonita ſæuit in vrbe furor: Impetus: Violenti ſigna furoris:Effera vis animi. *Virg.*10. *Æn.* Mens dira. *Idem 2.Æn.* Ardor:Violentia: Furiæ. *Idem 3.Georg.* Rabies:Inſania. *Idem* 1. *Æn.* Inſanus curſus. *Ouid.*3. *met.* Vis acrior: Anima viperea. *Virg.7.Æn.* Ignis,metaph. Dementia:Veſania: Delirium:Erynnis.

Epith. Furibundus, præceps,ſceleratus,miſerandus, dirus, amens, mœſtus, impius,violentus,noxius, exitialis, ſanguineus, pernicioſus, Mauortius, Martius, hoſtilis,diſcors,arma miniſtrans,in clades, ſæuaq; bella trahens, pronus in arma.

Furor Poeticus.

Apollineo percitus oeſtro. *Stat.* Pierius calor.*Idem 5.ſilu.*3. Laurigerum œſtrum. *Ibidem.* Cum laurigero fortior œſtro: Cęleſtis intus excitat vates vigor: Aut qui ſororum concitus ſacris nouem Phœbi furore ducitur. *Augurell.* Auet latente mens furore percita. *Idem.* Numen ineſt illis, Pierideſq; fauent. *Ouid.3 de art.* Spiritus Graiæ Camœnæ. *Hor.*2.16. Entheus,ideſt furore permotus: Quæ ſimul æthereos animo conceperat ignes:Credebat pleno carmina vera Dei. *Ouid.* 1.*faſt.*

An ſupero me miſſus Apolline Complet ſpiritus, &c. *Stat.4.Theb.* Pierio mens plena furore:Diuino concita motu. *Ouid.6.met.* Ergo ſi remanent ignes tibi pectoris ijdem. *Idem 3.triſt.*7. ideſt poeſeos deſiderium: Impetus ille ſacer, qui vatum pectora nutrit. *Idem 4. Pont.*2. Percuſſit thyrſo laudis ſpes meum cor. *Lucret.* pro furore poetico: Si Cumeæ mihi conſcia vatis ſtat caſta cortina domo. *Val. Flacc.Arg.*1.

FVRIOSVS.

Furens:Ardens:Furibundus:Rabioſus. V. *ſuo loco.* Fremens:Indignans. *Virg.*12.*Æn.* Implacabilis. *Ibidem.* Turbidus. *Ibidem.* Impatiens moræ: Furijs agitatus. *Ibidem.* Furijs ardens. *Idem 3. Georg.* Mens furiata. *Idem 2. Æn.* Cæcus furore. *Ibidem.* Incenſus furijs. *Idem 4.Æn.* Accenſus furore. *Ouid.2.met.* Mens furijs effera? *Virg.8.Æn.* Actus furijs,accenſus furijs. *Idem.* Actus furore. *Idem 7. Æn.*

Mens lymphata. *Catull. & Hor.*1.37. Furore percitus. *Sen.in Thyeſt.* Deiectus mente. *Idem in Herc.fur.* Malè ſanus. *Idem.* Amens formidine. *Virg.12.Æn.* Temerarius: Cruentus:Sęuus:Vultus furoris. *Sen.in Med.* Vultus citatus ira. *Ibidem.* Indomitos geſtans in corde furores:Concepit furiata mente furores:Errore laborat mentis: Furijs incenſa per vrbem Bacchatur: Fremit horridus ore cruento.

FVRTVM.

Furti crimen:Latrocinium:Rapina:Raptum,& pręda,fig.Spolia:Exuuiæ:Pręda,ad militare furtum pertinet: Prędæ ſors: Et prędę ducere ſortem. *Virg.9.Æn.* Raptum: Viuitur ex rapto. *Ouid.* 1.*met.* Inſidiæ hominum. *Idem 1.triſt.*10. Nam ſimul inſidijs hominum, pelagiq; labore, vulgò *Aſſaſſinamenti:* & latinè apud oratores dicitur: Graſſatio: Graſſationes: & Piratica latrocinia: Manifeſtæ ſigna rapinæ. *Prop.*4.7. Non habet euentus ſordida pręda bonos: Neque hanc abſcondere furto ſperaui:Armati terram exercent, ſemperq; recentes Conuectare iuuat prędas, & viuere rapto. *Ouid.* Templa vel arcano de-

mens

menſ ſpoliauerat auro.
Fœdum lucrum. *Mart.8.48.* Si te prȩda iuuat, fœdiq; inſania lucri, Quo poſſis melius fallere ſume togam.
Epith. Panidum, nocturnum, turpe, iniquum, lacrymabile, infandum, nefaſtum.

FVRCA.

Quam vetuſtiſſimi Gabalum appellabant. vndè apud *Varronem* legitur: In gabalum ſuffigere; ſed in hac ſignificatione V. *Patibulum*. Hic furcam intelligimus minorem, & agreſtem.
Furcula, diminut. Bicornes perticæ: Pali bicornes: Bidens, ſed in alia ſignificatione. V. *Ligo*.
Amis, ſiue ames, tis: — aut amite lȩui Rara tendit retia turdis edacibus dolos. *Hor. epod.2.* Pertica aucupalis: Biſurcum. V. *Ruſtica inſtrumenta*.
Cerui, orum. *Virg.2.eclog.* — habitare caſas, & figere ceruos; nempè furcas, quibus ſuſtentantur caſæ, tuguria, & huiuſmodi.

FVSVS, i.

Et fuſum, g.n.
Fuſorum mollia penſa: Penſum, & penſa, orum: Carpentes penſa puellæ: Stamina, figur. Stamina pollice torquent, verſant, triplici pollice nectit opus. *Ouid.*
Filum, figur. Deductum pollice filum. *Ouid.4.met.* Seu digitis ſubigebat opus: — & appoſito pollice verſat opus. *Tib.2.eleg.1.* Fœmineus labor, *Ibidem*. Hinc penſa coluſq; fuſus, & appoſito, &c. *Ibidem*.
Ars fœminea: Lȩuia verſato ducentem ſtamina fuſo. *Ouid.4.met.* Fuſis deuoluere mollia penſa. Plenas exonerare colos. Quæ vellera notis Nulla trahunt digitis, nec fuſa ſequentia ducunt.
Qualus; vbi reponuntur fuſa. V. *ſuo loco*: & caniſtrum: Vertex: Vt Peluſiaco fulget ſtamine vertex. *Stat.3.ſilu.* Verticillus. *Plin.* Verticulum, quod appenditur fuſo: Colus, vndè appenditur ſtamen, ſiue linum, ſiue ſtupa, quæ neri poſſit; penſum autem eſt pars lini ſuper fuſos euoluenda: Nos humiles, famulæq; tuæ data penſa trahemus, Et minuent plenas ſtamina noſtra colos. Penelope melius, melius torquetis Arachnȩ. Æternumq; manus carpebat ritè laborem.
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis Formabat digitis, tum prono in pollice torquens Libratum tereti verſabat turbine fuſum, Atque ita decerpens æquabat ſemper opus nens: deſcript.
Craſſaq; robuſto deducis pollice fila, Æquaq; formoſæ penſa rependis heræ. *Ouid. in epiſt.* Deianiræ: Mollis haſta, dicitur fuſus *Stat.1.Achill.* Molleſq; tulit Tirynthius haſtas; nempè fuſum verſauit apud Omphalem Lydiorum reginam depoſita claua, leoniſq; ſpolio.

G

GABII, orum.

Vrbs Latij viginti ferè milliarijs ab vrbe diſtans; quam mediam inter Prȩneſte, vrbemq; Romam ſtatuit *Strabo.* & *App.lib.5.* & hanc à Galacto, & Bio fratribus Siculis quibuſdam conditam fuiſſe aliqui narrant: fraude autem Sexti Tarquinij Superbi filij in Romanorum ditionem redacta, vt tradit *Liu.1. ab vrb. Virgilius* autem huius vrbis originem ad reges refert Albanorum, quibus enumeratis ſic ſubdit: Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemq; Fidenam, Hi collatinas imponent montibus arces, *lib.6.Æn.* Huius incolæ aliquando, cùm ſacris operarentur, bellum ſubitò aduentare nunciatur, qui accincti togis ſuis ab agris ad bella profecti ſunt, adeptiq; victoriam, morem illum veſtiendi in ſacrificijs ſeruarunt; qui & ad Romanos profectus fuit: vndè *Virg.7.Æn.* Ipſe Quirinali trabea, cinctuq; Gabino Inſignis reſerat ſtridentia limina Conſul. Demùm à Romanis oppreſſis decus defuit, & vita. Hæc autem vrbs hodie variè putatur eſſe vel *Gallicano, ò Zagaruolo, ò la Colonna.* V. *Ortelium.* Iunonis ibi templum inſigne, vndè Iuno Gabina; ab Vrbe ad hanc vrbem ducebat. V. *Roma*.
Arua Gabinæ Iunonis. *Virg.7.Æn.* Nec iuxtà Iunonis tecta Gabinȩ. *Sil. Ital.12.* Gabinenſis ager. *Plin.* Vrbs Gabina. *Ouid.2.faſt.* Robore freta Gabino. *Claud.*
Gabini populi. *Plin.*

GABRIEL Angelus.

Ex ijs ſeptem vnus, qui coram Deo, & agno proximè adſtant, cuius miniſterio nunciatum noſtram ſalutem aduentare, quiq; ad Virginem miſſus ſublimis myſterij nuncius fuit electus.
Salutis humanæ nuncius: Cȩli iuuenum pulcherrime prȩpes: Sequeſter humanæ ſalutis: Virgineus cuſtos: Virginei nuncius partus: Fidus ſupremi conſilij Miniſter: Aliger occultam redeat paranymphus in ædem. *Mant.* Paranymphus aliger: Qui lilia dextra Prȩgeſtat: Lilia cana manu geſtans Paranymphus, &c. Huius deſcriptionem habes apud *Sanazarium lib.1. de part. Virg.* & apud *Vidam*.
Epith. Venuſtus, candidus, roſeus, pulcher.

GADES, ium.

E Inſula, vel potiùs, teſte *Plin. lib.4. cap.22.* inſulæ ſunt duæ vltra finem Bȩticæ prouinciæ, & in ex-

extremo noſtri orbis versùs occidentem extrà freti anguſtias, quibus Africa ab Europa dirimitur. Harum maior Erythia *Pomponio* dicitur à Tyrijs, qui Erythreum mare aliquando incoluerunt, vndè *Lucanus* Gades Tyrias appellat. Huic adiacet altera inſula minor, & ipſa Gadis, ſiue Gadira appellata vnius tantùm ſtadij euripo interlabente ab altera dirempta; in qua tanta eſt pabuli lętitia, vt pecudum ibi paſcentium lac ſerum non efficiat, neque ex eo caſeus fieri poſſit, niſi multa admiſta aqua. Ad fretum ſunt Herculeum, vnde nuncupatur Gaditanum, de quo *paullò inferiùs:* & Inſ. hodie *Cadiz:* portum habet inter cęteros Hiſpaniæ celebriorem.

Gadera, ſiue Gadira apud Græcos. *Ptolem.* & *Apollod.* apud quam (vt ſcribit *Ælianus de varia hiſt.*) duæ erant aræ, altera anno, altera menſi, vt longiori, & breuiori tempori dicatæ. Pręterea templum Senectuti, quod maximè ætatem vtpotè magiſtram rerum venerarentur. Alterum item Morti, vt communi quieti, & portui miſeriarum poſt exantlatos labores. Sed & Paupertati, & Fortunæ ſacra etiam conſtituere templa, vt per hæc altera placaretur, altera fortuna ſcilicet remedium paupertati obueniret. Hæc ex illa, *Volaterrano* referente. Templum quoq; in ea Herculis notiſſimum, vtpotè quod & conditoribus, & ætate, & religione, & opibus illuſtre, vt tradit *Mela lib.3.* multaq; in eo videbantur Græcorum monumenta, ſi *Philoſtrato in vita Apollonij lib.5.* credimus; cuius etiam meminit *Suet. in Cæſ.* qui cùm Gades veniſſet animaduerſa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit. Huic etiam Annibal antequàm alpes tranſcenderet profectionem vouit; & Lucullus decimas rerum ſuarum dedit. In hoc templo *Strabo* fontem eſſe dicit contraria maris natura, cùm enim illud augeſcit, hic decreſcit; & contra. Pręterea in eo templo Pygmalionis auream fuiſſe oliuam nonnulli aſſerunt; & hoc facile à Tyrijs, vndè Gaditani originem ſuam referunt, euenerit; qui illuc cum Philiſthene conditore, qui Phœnicis filius fuit frater Beli patris Didonis, ac Pygmalionis, profecti fuerant; necnon alia prę́ſertim Athenienſium ornamenta ibi videbantur.

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſque Auroram, & Gangem pauci dignoſcere poſſunt Vera bona. *Iuuen ſat.10.* Gadium fines: Gaditana rura; *ex Mart.* Vltima occidentis inſula. *Catull.lyr.27.* nondum enim Canariæ repertæ: Soliſq; cubilia Gades. *Stat.3.ſilu.*

Gadir, vrbs in inſula inſignis, quæ anteà Cotynuſa, & Tarteſſos dicebatur. *Ruf. Auien. in deſcript. orb.* Gadir prima fretum ſolida ſupereminet arce, Attollitq; caput geminis inſerta columnis. Hæc Cotynuſa priùs fuerat ſub nomine priſco, Tarteſſumq; dehinc Tyrij dixere coloni. Dicta Iulia Gaditana Auguſta; ipſa quoque vrbs. *Plin.*

Aphrodiſias. *Steph.* Bętis inſula; ad fluuij enim Bętis oſtium eſt: Obnoxia Mauris Paſcua Geryonis liquidis, &c. *Calph.* Geryonis regna: Vbi magna ſoli pinguedo (*vt ſup.*) adeò vt paſcentes in ea inſula pecudes niſi ſubindè ſanguinem emittas, intra triginta dies pinguedine ſuffocari dicantur: hinc poetis facta eſt occaſio fabulandi de armentis Geryonis. V. *Geryon.*

Gaditanus portus: Gaditani populi: Fretum Gēditanum, hodie *Stretto di Gibilterra.* Gaditanæ puellæ, olim laſciuæ. *Mart.* V. *Meretrix.*

GALANTHIS.

Alcmęnæ Herculis matris miniſtra, quæ cùm parienti adeſſet, partuſq; dolore laboranti, vidit Lucinam, quam ipſa pręgnans inuocarat Alcmęna ſibi propitiam genu preſſam ad eius ianuam partus dito carmine ſuſtinentem, quam vt deluderet edocuit iam dominam peperiſſe, votoq; poſitam. Diſcedente Lucina, riſit Galanthis; vndè rata Dea ſe à famula deriſam, illam in muſtellam transfigurauit. Fabulam habes apud *Ouid.9.met.*

Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis Flaua comas aderat faciendis ſtrenua iuſſis Officijs dilecta ſuis. *Ibidem.*

Muſtela. V. *Ferarum nomina.*

GALATHEA.

Nerei, & Doridis filia, quæ Acidis Fauni filij amore capta, Polyphemum Cyclopem eam amantem fugiebat; quæ cùm aliquando in amaſij ſui complexibus iaceret à Polyphemo riuali deprehenſa vix illius fugit iram, Acide magno lapide, quem ille ad ambos perimendos iecerat, obruto. V. *Acis.* Ipſa verò filium habuit Illyrium, à quo Illyria pars Dalmatiæ nuncupata fuiſſe dicitur.

Cui pater eſt Nereus, quam cęrula Doris enixa eſt, &c. *Ouid.13.met.* vbi fabulam exſequitur: Cyclopis amorem fugiens nympha; *ex eodem.* Acidis in gremio reſidens. *Ibidem.* Quam Polyphemus amabat: Candidior folio niuei Galathea liguſtri, &c. *Ouid. vt ſup.* vbi nymphæ laudes perſequitur explicare. Candida Nereis. *Idem.*

Apud *Virg. ecl.1.* ſub ficto Galatheæ nomine amica quædam intelligitur: & hæc Nerine ab *eodem* dicitur patronymicòs.

GALATIA.

Minoris Aſiæ regio, quæ & Gallogręcia dicta eſt, & nomen vtrumque accepit à Gallis, à quibus maximo numero occupata aliquando ſub Duce fuit Brennone poſt incenſam Romā illuc tranſgreſſis: in quo quidem vehementer ambigo. Anteà

teà Phryges tenuere, & Paphlagones, vndè nomen Paphlagoniæ in parte eiuſdem Galatiæ manſit. Includitur autem Galatia à ſeptentrione Pontico mari, ab ortu Cāppadocia, à meridie Pamphylia, ab occaſu Aſia minori, & Ponto, Bithyniaq;. Huius regionis Boream versùs eſt Paphlagonia, de qua paullò poſt; meridiem versùs Iſauria, vbi vrbs Iſaura, & Piſidiæ pars; altera enim pars in Pamphylia, de qua V. *ſuo loco*. Primariæ in hac Galatia

Vrbes.

Ancyra, quam fortiſſimus ille Clemens non tàm Epiſcopali dignitate, quam prolixo ſanè martyrio decorauit: & hæc adeò in Auguſtum fuit relligioſa, vt adhuc viuenti templum extruxerit, illiq; diuinos exhibuerit honores; quo viuenti adularentur Imperatori. Hinc Ancyrani ab eodem tàm viuo, quàm à Senatu poſt illum defunctum multa impertarunt: in hac porrò habitarunt ex Gallorum nationibus Tectoſagæ, vt innuit *Cluuerius*.

Teuthrania: quæ etiam Thymena dicitur *Ptol.* Sinope, vrbs Mithridatis & cunis, & ſepulcro nobilitata; hæc autem in Paphlagoniæ regione collocatur ad Pontum Euxinum. *Ptol. Strab. & Plin.* teſtibus: hinc Mariſona epitheto dicitur à *Dionyſio*: ex hac nati ſunt Diogenes, Diphilus, Timotheus, Patron.

Amiſus. *Ptol.* Aminſus eadem *Strab.* opp. Henetorum vrbs, vndè Heneta vrbs dicta à *Zenodoto*: Henetus à *Solino*: victo autem Mithridate Pompeiopolim vocatam fuiſſe *Plinius* author eſt.

Aboni mœnia. *Ptol.* opp. Galatiæ. V. *Ortelium in Theſ. Geogr.*

In Galatia ex caprarum villis tenuioribus vndulatos pannos contexi dicunt, quos nos *Ciambellotti à onde* vocitamus. Ad huius prouinciæ populos extat epiſtola D. Pauli Galatas nuncupatos.

Paphlagonia eſt eiuſdem Galatiæ pars ad ſeptentrionem vergens; ſic dicta à Paphlagone Phinei filio, vt author eſt *Stephanus*, quam cum gente ſibi ſubditā incoluit; & in hac etiam Heneti, qui patria aliquando pulſi, & Rege Pylemene ad Troiam amiſſo Antenorem in Italiam ſecuti ſunt, & litteræ vnius immutatione Veneti poſteà dicti. V. *Venetia.*

Peſſinus, untis; vrbs Paphlagoniæ. *Ptol. Liu.* Piſinnus dicitur *Memnoni*. Huius mentio etiam ſępè *in Hiſt. ſacra*: eſt etiam altera in Phrygia. V. *Phrygia, & Cybeles.*

Cimolis. *Strab.* ſiue Cinolis *Arriano* vrbs Paphlagoniæ, vulgò *Quinoti* dicitur apud *G. Mercat.* Anticimolis etiam in hoc tractu eſſe dicitur. *Strab.* Trallis vrbs Phrygiæ in Lydia, ſed Paphlagonum colonia, quæ Chora Græcè dicitur ab *Agathia*. Seſamus vrbs. V. *Amaſtris*: in Ponto prouincia.

Iſauria. V. *ſuo loco.*

Montes.

Cytorus. *Plin. & Sol.* quem *Catullus* buxiferum appellat. V. *ſuo loco*: & ibi oppidum à Cytoro Phryxi filio conditum fuit; ſcribitur etiam Cythorus, vnde Cythoriacus. *Ouid. 6. met.* Olgaſis; ſiue Olgaſſus. *Strab.* Olyſſas. *Ptol.* mons Galatiæ: Didymus etiam, qui per Phrygiam quoque excurrit, vbi Cybeles ſummè colebatur. V. *Cybele.* Cęlenorum tumulus. *Phil. Cluuer.*

Fluuij.

Parthenius, qui in Pontum Euxinum influit, cuius meminit *Ouid. 4. de Pont.* ita dictum vult *Callimachus*; quòd in eo ſeſe Diana lauerit: & hic Seſamum vrbem circumfluit.

Synonyma.

Hunc Galatia vigens auſa eſt inceſſere bello. *Stat. 1. ſilu.* vbi penultimam producit: Mithridatis regnum: Galatię opp. campi: Hinc

Populi.

Galatæ: Paphlagones: Heneti: Chalybes: Troemi: Proſerliminitæ: Byceni: Orondici: Gallogręci: Tectoſagæ: Toliſtobogij: Voturi, & Ambiani ex Gallia oriundi.

GALATIA.

Siue Galecia, vel Gallæcia, vulgò *Galitia*, eſt Hiſpāniæ regio, quæ quòd in ſe D. Iacobi maioris Apoſtoli contineat oſſa, celebratior eſt, quam quòd aurifodinis antiquitùs afflueret, vt teſtatur *Plinius*. In hac regiuncula

Brigantia, Ducatus titulo inſignis, quæ nunc ad Portugalliam dicitur pertinere, hodie *Bracanza*. Brigantium in ea oppidum: ſic forſitan dictum à Brigantia, quæ hodie *Compoſtella*.

Vrbes

In Gallęcia primariæ ſunt:

Flauium Brigantium. *Ptol.* vrbs Callaicorum, nam Callaici ijdem ſunt, qui & Gallæci: Brigantia dicitur *Oroſio*, qui apud illam Pharum altiſſimam extare tradit, maritima eſt enim vrbs, & ad oceanum occidentalem ſita: & hic corpus D. Iacobi religioſiſſimè colitur, peruetери totius orbis Chriſtiani peregrinatione frequentiſſima, hodie *Compoſtella*.

Iria Flauia. *Ptol.* Flauium interamnium à nonnullis, *S. Maria in finibus terra*, hodie *Padron*.

Aquæ calidæ, ſiue Thermæ calidæ. *Ptol.* Orenſium à recentioribus: Ribadæum: Pons vetus: Lucus Auguſti; ſiue Turris Auguſti. *Pomp.* Aræ Sextianæ. *Plin.* quæ & Aræ Seſtij; quamvis in alia Hiſpaniæ regione hæc vrbs à nonnullis recenſeatur. De reliquis lege *Coſmographos*.

GALBANVM.

Succus eſt plantæ ferulaceæ in Syria naſcentis turis effigiem præbens, & odorem grauem. *Dioſcor. lib.3.*

Galbanei odores. *Virg.4.Georg.* Galbaneus nidor. *Idem 3.* Stragonitis. *Plin.12.25.*

Eſt etiam veſtimenti genus. V. *Veſtis.*

GALEA.

Quarum olim variæ formæ, & è quarum vertice potiſſimùm eleuabantur emblemata, quæ pro familiæ ſymbolis, ſeu impreſijs, vt appellant, à viris illuſtribus aſſumebantur. Apud *Stat. 4. Theb. v.168.* legitur Capaneus in Caſſide eminentem habuiſſe hydram ex auro, & argento ſculptam: Squallet, ait, triplici ramoſa corona Hydra recens obitu, pars anguibus aſpera viuis Argento cęlata micat, pars arte reperta Conditur,& fuluo moriens igneſcit in auro,&c. quamuis *Lactantius* in eo loco pro corona ſumat clypei orbem;in quo eſſet inſculpta hydra. Verùm prima non diſplicet interpretatio, cui etiam ſubdo,quod inferiùs *idem Stat.* de Laconibus refert in idem bellum profectis Chlamys horrida pendet, & cono Ledęus apex: vbi *Idem Lactantius* interpretatur pileum ex olore;ſed ipſe aliud ſentirem; vel formas eſſe galeis ſuperimpoſitas, vel potiùs pinnam olorinam, quam quiſque ſuis galeis pro inſigni impoſuerant; vt nunc moris eſt ſtruthionum pinnis caſſides ornare:& criſta dicitur,vt *inferiùs*. Solebant etiam pro galeis vſurpare rictus leoninos,vrſinos,tigrinos,lupinos, & huiuſmodi;nam è feris detracta pelle,parte capitis ferarum,ſuum obtegebant milites, vt ex illorum rictu eorum vultus appareret ferocior:hinc *Stat.4.Theb.* Ille Lycaoniæ rictu caput aſperat vrſæ: & id frequens in veterum monumentis, lapidibusq; cernitur. Sed ad

Synonyma.

Capitum tuta tegmina. *Ouid.2. met.* Cui triplici crinita iuba galea alta chimęram Suſtinet Ætneos efflantem faucibus ignem: Ferratus apex. *Claud.2.de rapt.* Corona, fig. *Virg.5.Æn.* Arma capitis:Galeæ iubar. *Stat.3.Theb.* Nitor galeæ radiantis ab auro:Æs cauum:Virgineumq; cauo protegit ære caput. *Prop.3.12.*

Caſſis,dis:Caſſidis à mento malefidæ vincula rupit. *Sil.It.14.* — ærato caſſis munimine clauſerat ora. *Ibidem.* Caſſidis apex:Exit in auras Caſſidis altus apex, &c. Cudo,nis. *Idem Sil.* vtitur pro galea ex ferarum tergore; qui etiam ritus apud gentem Hibernam durare noſtro tempore dicitur. Ære caput fulgens, criſtaq; hirſutus equina. *Virg.10.Æn.* Apex,fig. Ardet apex capiti, criſtiſq; à vertice flamma. *Ibidem.* Capitiq; micantem Imponit galeã: Proripiunt tecti ſcutis,& caſſide ahena armati: Ferrea munimẽta capitis.

Epith. Crinita, comans, nitens, decora, caua,ærea, fulgens, radians, coruſca, trux, horrida,victrix, rigens, inſignis, conifera, pennicoma,terribilis, micans, vomens flammas galea.

Epith. Aurea,fulua,criſtata,auricoma,minax,Martia, ferrea, ahena, caua,ærata,hirſuta iubis ſidereis caſſis.

Conus, eſt curuatura in apice galeæ, cui criſtæ ſuperimponuntur,dicitur etiam galeæ apex. *Virg.* Et conum inſignis galeæ, criſtaſq; comantes. *3. Æn.* Stant caſſide coni. *Stat.3.Theb.* Amplexuq; truces deducere conos. *Idem 4.Theb.*

Apex, eſt pars caſſidis ſuprema: Vertex etiam dicitur: Cuius olorinæ ſurgunt de vertice pennæ. *Virg.10.Æn.*

Criſta, in qua pennæ ponuntur, *Pennacchio dell'elmo*. *Virg.10.Æn.* Pennæ olorinæ. *Ibidem.* Afræ pennæ ab aue Afra, nempè ſtruthione, quem ſic nominat *Horatius*, è cuius cauda, reliquiſq; corporis pennis vario colore imbutis pulcræ conficiuntur criſtæ:Cornua criſtæ. *Virg.12. Æn.* Attollam excelſo tumefactus vertice criſtas: Admotæ niteant aliena in caſſide criſtæ. *Stat.3. Theb.*

Criſtarum inuentum Caribus attribuit *Caſaubonus* à Romanis, & Gręcis æquè probatum. Vetuſtiorum Græcorum galeæ non pinnis, ſed equinis ſetis fiebant horridæ. Romani,teſte *Polybio*, pinnas tres adhibuere pręlongas colore purpureo,vel nigro;vndè *Virg.* Cui triplici crinita iuba, &c. *vt ſup.*

Epith. Coruſca, comans, rutila, picturata,micans, vndans, tumefacta criſta.

GALENVS.

Medicus nobiliſſimus Pergamenus, clarus eſſe cœpit Traiani temporibus, natus patre architecto ciuitatis eruditiſſimo. Adoleſcens in dialecticis, & elementis philoſophiæ, quòd ingenio valeret feliciſſimè profecit: & mox ad medicinę ſtudium adiecit animum. Pręceptores audiuit ea ætate pręſtantes Satyronem, & Pelopem. Profectus deindè fuit Alexandriam; vbi tum hominum erat doctiſſimorum frequentia,quorum iudicia,& ſtudia explorauit. Romam venit, ibiq; multa ſcripſit annos natus quatuor, & triginta. Indè verò diſcedens anno ſeptimo, & trigeſimo in Aſiam redijt; vndè non multo poſt litteris Impp. Veri,& Antonini reuocatus eſt. Indè poſt interitum Antonini,qui in Marcomannico bello perijt, in patriam redijt, ibiq; conſenuit; ac cùm corpore,& valetudine eſſet imbecilliore (vt ipſe de ſe teſtatur) diligentiam tamen in victu, & temperantia eam adhibuit, vt ſatur nunquam de menſa diſcederet; vndè vitam in extremam vſq; ſenectutem produxit.

Pręcepta Galeni, Pergameus medicus. Alter Ma-

Digitized by Google

Machaon Pergami ſatus.

GALERVS.

Et Galerum, g.n. rotundus pileus, à viatoribus olim preſertim vſurpatus:& cum hoc Mercurius tamquàm expeditus à Ioue miniſter pingebatur vtrinque duabus affixis alulis. Sed nigrum flauo caput abſcondente galero. *Iuuen.ſat.*6. V.*inferiùs Galericulum*.

Petaſus,eſt etiam iter facientibus aptus galerus, vndè Petaſati, qui vtuntur petaſo.

Pileus,& pileum:Cæſis pilea ſuta de lacernis. *Stat.* 4.*ſilu.*9. nam pilea fiebant ex attritis lacernis, quæ in Saturnalibus mittebantur: hinc *Mart.*14. Si poſſem totas cuperem miſiſſe lacernas, Nunc tantùm capiti munera mitto tuo. Erat autem pileus ſeruorum potiſſimùm, quo manumiſſi vtebantur. Moris enim erat apud Romanos, vt ſerui, qui per manumiſſionem liberi fiebant, raderent caput,& ita pileum caperent; vndè illud *Plautinum:* Dij faxint, vt hodie raſo capite caluus capiam pileum. Hinc ſerui ad pileum vocati dicebantur manumiſſi;nam libertatis inſigne pileum tunc erat; vndè poſt interfectum I.Cæſarem quidam pileum in haſta pretulerunt, tamquàm libertatis ſignum:vt *Suet.* refert,& *Liu.*24. de ſeruis ad pileum vocatis teſtatur.

Pilei vmbraculum. *Apul.* Tegmen capitis. *Virg.*7. *Æn.* Tegimen capillis. *Ouid.*1.*met.*

Tiaras, g.m. Phrygius tiaras, nempè quo Aſiatici cum Turcis communiter vtuntur: Apex. *Liu.* Galerus acuminatus: Pileus in coni faſtigium aſſurgens: Tiaras autem capitis ornamentum fuit prius apud Perſides fœminas, poſteà ad Reges, tum ad Sacerdotes, qui etiam in ſacrorum noſtrorum vſu conuerſus Epiſcoporum ferè eſt inſigne,vulgò *Mitra*. Cydaris,ſiue cidaris pro ipſo etiam ſumitur tiara:alij verò cidarin interpretantur lamellam auream, ipſi tiaræ ſuperimpoſitam dignitatis ſymbolum. Infula: & infula ſacra, pro ipſa mitra ſumitur:Tiaram deſcribit *D.Hieronymus ad Fabiolam* ſcribens: Nec adhuc implere tiaram. *Stat.*8.*Theb.* Sacer galerus: Vittarum honos; quia ex infula vittæ pendent. *Idem* 2.*Theb.* Mitra;& hęc olim ornamentum capitis fœminarum; idem ferè cum cydari. *Sen.in Oedip.*

Epith. Purpureus, Phrygius,viridis, gemmis barbara,barbaricus,Lunata,Achæmenia,Eoa,rubra,ſacer tiaras, qui etiam f.g. vſurpatur.

Cudo. *Sil.* pileum coriaceum,ſiue pellitum:Vmbella. *Iuuen.* Vmbraculum. *Mart.* capitis operculum ad defendendum Solem,ſiue arcendum imbrem comparatum.

Galericulum, pellis, cui crines humani apponuntur ad caluitiem cęlaudam; ſic autem aptata capiti, vt cutis vera, non coma videatur adſcititia. Ijs olim vſi & viri,& fœminæ: hinc *Tertullianus de cultu fœm.* Affigitis pretereà neſcio quas enormitates ſutilium, atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis,& operculum verticis,nunc in ceruicem retro ſuggeſtum: hæc *ille:* meminit etiam *Suet. in Oth.* & hoc galerum etiam nuncupabant, vt *Iuuen.ſat.*6. *& Auienus:* Nam mox deiecto nituit frons nuda galero Diſcolor appoſita quæ fuit ante coma; necnon *Sen. de C.Caſ.* emendicatos capillos nuncupat: & *Mart. lib.*14.44. Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos Hac poteris madidas condere pelle comas: hodie ſumi poteſt pro coriaceo pileolo, qui capiti ſuperimponi poteſt, ad frigus eliminandum, *Berettino*.

Spira. *Iuuen.* funiculus contortus, aut conuolutus,qui galerum, aut pileum ſub mento obſtringit.

Alia capitis indumenta.

Capitium. *Vlp.* muliebre capitis tegmen: Calantica. *Idem*: ſed in humeros demiſſum: Calyptra fœminis conueniens tegmen:Caliendrum. *Hor. Arnob. Tert.* capitis fœminarum operimentum, quod appoſititiam comam exponunt *Lambinus, & alij*. Plaga grande capitis tegumen linteum, cuiuſmodi vtuntur moniales, & fœminæ Venetæ ex albo ſerico: Plagula,diminut. minus velamen: Flammeum. *Lucan.* luteum tegmen,quo nouæ olim nuptæ velabantur:Vitta. V.*ſuo loco.* Reticulum capillare,quo ſibi comas adſtringunt fœminæ, *Cuffia fatta à rete*.

GALILÆA.

Palęſtinæ prouincia ſita inter montem Libanum,& Samariam: hæc autem in ſuperiorem diuiditur, & inferiorem: Superior Galilęa gentium aliter dicta Tyro eſt,ac Phœnicibus contermina: Inferior ſita ad mare, ſiue ſtagnum Tibertadis, vel Genezareth.

Superioris autem Galilææ regiunculæ,& oppida.

Pars Tribus Aſer: Baca oppidulum, quo à Tyrijs olim diſtinguebatur prouincia: Cades vrbs, licèt Tyriorum, Galilææ tamen contermina: Gabala, quam Herodes Aſcalonita reſtaurauit: Giſcala, cuius ſæpè meminit *Ioſeph* 2. *de bell. Iud.* 25. *&* 26.

Terra Chabul, ſiue Cabul, & hæc Chabalon, Chabelon, Chabulonq; dicta *Ioſepho* eſt prouinciola Galilææ, cuius viginti vrbes à Salomone Regi Iran datæ fuerunt. Eleutherus fluuius partem Galilææ ſuperioris alluit, cuius arena ad vitrum conficiendum optima cenſetur.

Pars, ſiue tota Tribus Nephtalim: Amerytha vicus *Ioſeph. in vita ſua.* Arbellis,ſiue Arbella:Arbellis tellus, ager, &c. Berothi, ſiue Berotha vrbs, niſi hæc eadem ſit, quæ Berytos, ſiue Perytus

Li-

Libano monti ſubiecta.

Capharnaum; Capernaum Græci vocitant glorioſum,& præclari nominis emporium,atque ex decem primarijs vrbibus,vndè Decapolis regio nominata, vna adeò florens, vt totius Galilææ metropolis fuerit habita;quam ſæpiùs præſentia ſua Chriſtus decorauit; immò ipſa ex alijs prima fuit, quæ lucem Euangelicam vidit exortam ſecundùm *Iſaia prophetiam cap.* 7. V. *Adrichomium.*

Decapolis regio,in qua decem vrbes alijs erant celebriores.

Cæſarea Philippi,ſic dicta à Philippo Herodis I. filio in honorem Cæſaris ad radices Libani ædificata; & hæc Leſer quondam, deinde Dan, aliquando etiam Lachis vocata fuit. V. *Ortelij Theſaurum Geographicum*. Neronia etiam dicta. *Ioſeph.* Maggedan,& Dalmanutha ab *Euangeliſtis,Poſtello* teſte.

Cędes Nephtalim, ſiue Cedes, & Cædeſa. *Ioſeph.* Sephet: Corozaim: Capharnaum, de quo V. *ſupra.* Bethſaida,quæ etiam Iulia iuxtà lacum Genezareth. *Ioſeph. & D. D. Marcus, & Matth.* hæc autem inferiori Galilçæ adſcribitur.Iotapata, & hæc in eadem regione locatur, & Sytis à recentioribus appellatur: Tiberiades, de qua *paullò inf.* Bethſan,quę Scythopolis dicta:Nephthalim, ſiue Nephtali inſignis in Galilæa ſuperiore vrbs,à tota tribu nomine deſumpto;cui reliqua, quæ aſſignabantur oppida in hac ſuperiore Galilæa numerabantur.

Inferioris autem Galilææ, quæ circa Tiberiadem, & ſtagnum Genezareth in tribubus Zabulon, & Iſachar poſita eſt, hæc ſunt oppida.

Aſamon mons celſus, & cauernoſus cum vico: Berſabe,ſiue Berſabęe vrbs,quæ terminus erat ſuperioris Galilææ,& inferioris initium. Bethleem, diuerſum oppidum à Bethleem Iudæ. Bethſaida, clara ciuitas ſita ad viam, quæ e Syria in Ægyptum ducit in angulo maris Galilææ, vbi ſe mare ab Aquilone flectit contra Auſtrum. Hæc patria SS.Apoſtolorum Petri,Andreæ,& Philippi: Vrbs Petri, & Andreæ, *in Euang.* Bethulia. V. *ſuo loco.* Cana,ſiue Chana Galilææ ciuitas:Patria SS.Apoſtolorum Simonis,& Iudę;& Nathanaël, quem Chriſtus commendauit: Chapharath: Iapha, opp. Iotapata vna Decapoleos regionis: Magdalum,caſtrum Marię Marthæ,Lazariq; ſororis,quæ deindè Magdalena cognominata.

Nazareth, Nazarethum; flos interpretatur pulcra, ac florens Galilçæ ciuitas monti inſidet,quę duabus leucis à monte Thabor diſtat, & iter trium dierum ab Ieruſalem. Hic beatiſſima Virgo candens flos virginum nata,& educata:hîc Chriſtus infantiam peregit ſuam, vndè Nazaręus, Nazarenus,& à prouincia Galilæus cognominatus fuit, vndè poſteà illorum ædes diuinitùs ab Angelis in Illyrium primùm,deindè in Picenum tranſlatum apud Lauretum ſumma veneratione colitur.

Saffa, vel Safra ciuitas in monte ſita à Nazareth tribus milliaribus diſtans patria Zebedei Alphei Iacobi,atque Ioannis Apoſtolorum:Diocæſarea. *D.Hieron. & Egeſipp.* quæ Sephoris, olim Saphorine, & Saphora apud *Ioſephum*, vrbs opulentiſſima Galilçæ, vbi nonnulli putant natos fuiſſe Ioachim, & Annam Beatiſſimæ Virginis genitores.

Tiberias, dis, ſic dicta ab Herode Tetrarcha in honorem Tiberij Cæſaris, quæ olim Cenereth, & Ceneroth diecbatur, ad lacum ſita, qui Tiberiadis indè nuncupatus,inſignis quidem vrbs,& Decapoleos regionis vrbs primaria: Zabulon validiſſima ciuitas.

Mare Galilææ,ſcilicet lacus,qui Cenereth,& Genezareth, & Tiberiadis etiam dicitur ab adiacentibus locis,nunc mare Tabariæ, ſiue lacus appellari dicitur, vt notat *Niger*, piſcoſus, & potabilis eſt, vtpotè qui arenoſo littore vndique circumagatur, in quem Iordanis influit, & vndè exit, quem oppida,& vrbes plurimæ circundant,nempè Capharnaum,Tiberias, Bethſaida, Bethuſan, Gadara,Tarichea,Chorozaim,& alia.

Naim, Naimum, ſiue Nain, decora, & pulcra ciuitas, quam torrens Ciſſon alluit; ſita eſt in latere Aquilonari montis Hermon minoris, celebris miraculo, cùm iuuenem defunctum Chriſtus ad vitam reuocauit Tarichea, ſiue Tarichee, quam *Suet. in Tito* Tarrachiam appellat vrbs munitiſſima ſub monte ſita in littore maris Galilçæ. V. *Ioſeph.lib.*3.*bell.Iud.*16.17.

Tabor mons. V. *ſuo loco.* Hermon mons inſignis, & minor Hermon, qui Hermonium quoque dicitur:Gelboe montes,apud quos Saul cum Ionatha occidit.

Ciſon, ſiue Ciſſon, torrens, qui ex Taboris radicibus ſcaturiens in mare Galilææ ſe exonerat: Iordanis. V. *ſuo loco.* Vallis Iezraël,quæ & planities Galilææ olim dicta: Campus magnus, qui & campus Mageddo, & campus Eſdrelon, ſæpiùs *in ſacris paginis* memoratus, Planities Galilææ olim dicta,nunc campus Sabæ à caſtro,quod illi imminet.

Alia denique fuere oppida Galilææ vtriuſque, prçſertim cùm quadringenta *Ioſephus* enumeret, quibus vicos etiam addit adeò populoſos, vt ſupra quindecim colonorum millia in minimo eius vico recenſerentur, *ipſo* teſte. Itaque ſi plura deſideras vel priſcos,vel recentes conſule *Coſmographos.*

GALLIA.

Quam ſi lato modo ſecundùm veteres diuidimus, vel

vel eſt Tranſalpina, vel Ciſalpina; de hac *inferiùs*;nunc de illa,quæ etiam Galliç dicuntur numero multitudinis; & has in tres populorum regiones luculenti ſcriptores diuiſerunt in Belgicam,Celticam,& Aquitanicam, quæ Aremorica ante dicta eſt;has autem Auguſtus quadrifariam diuiſit, addita Lugdunenſi prouincia. Vaſtiſſima quidem regio,quæ ab oriente Rheno amne, Alpium parte, & Varo flumine; à meridie mari interno, Pyrençiſq; iugis; ab occidente Oceano Gallico; à ſeptentrione Oceano Britannico includitur. Vlterior Gallia, ad differentiam alterius, quæ citerior, & hæc etiam dicta Comata; cum Braccata Narbonenſis, & Togata eſſet,quæ Ciſalpina, de qua *inferiùs*. Terra ſiquidem felix prępinguibus glebis, & commoda prouentibus fructuarijs; cuius laudes habebis apud peculiares Galliæ deſcriptores; nomen adepta videtur ab incolis Gallis Berecynthiæ Sacerdotibus. Duplex igitur hìc erit diuiſio in Braccaram,quæ interno imminet mari; & in Comatam, quæ ad Oceanum, Germanoſq; ſpectat.

Gallia Bracchata,ſiue Brachata, quæ etiam Narbonenſis amne Varo, Alpiumq; iugis ab Italia diſcernitur; ab Hiſpania Pyrenço monte, à reliqua verò Gallia flumine Garumna Gebenza monte, ac Rhodano amne; in qua

Prouinciæ.

Linguadocum, Sabaudia, Delphinatus, Prouincia.
In Linguadoco

Vrbes.

Cabellio;quæ Cabelliorum Colonia, hodie *Canailon*: & inibi Gabali populi: Cabilonenſis portus haud procul à Maſſilia:Rhutani. *Ptol.* Rhuteni. *Caſ.* Ruteni. *Plin.* vrbs, hodie *Rodes*. Heluij. *Caſ.* Albi. Orontio eſt. Helui *Plinio* dicuntur; & recentiore vocabulo Albigenſes; qui apud Cemmenum montem à *Caſare* locantur.

Toloſa: Tectoſagum Colonia. *Plin. & Ptol.* Toloſanum etiam; vndè pop. Toloſani, & Toloſates,& Tectoſages:Vrbs Palladia. *Mart. & Sid.* vel quòd ibi Palladem colerent;ſiue quòd Palladijs deditì eſſent ſtudijs: Nemauſus,ſiue Nemauſum à fonte ſic dicto nomen habens: Nemauſus Colonia:Arecomici pop. qui etiam Volcę à nonnullis appellantur.

In Sabaudia Vrbes:

Vienna Allobrogum vrbs ad Rhodanum; metropolis dicitur *Strab.* Biennus. *Steph.* Geneua, vrbs Allobrogum ad Lacum Lemanum. V. *Lacus Lemanus.* V.*Allobroges.* Centroues pop.quorum Axima vrbs.& Tarantaſia.

In Delfinatu Vrbes:

Valentia vrbs, in qua olim Segalauni populi habitarunt: Dea, ſiue Deas caſtrum apud *Greg.Turonenſ.lib.3.Hiſt.* Vrbs Vocontiorum, ſiue Bocontiorum: Dea Vocontiorum dicitur *Antonin.* Caturigomagus,vrbs, in qua Caturiges Alpium incolæ, quorum *Plinius*, *Caſar*, *& alij* meminerunt.

In Prouincia,vulgò *Prouenza*:

Auenio,vrbs inſignis, & Romani Pontificis incolatu quondam celebris: Gauarum colonia dicitur *Ptolem.* quòd inibi pop. Gauares locentur:Aquæ Sextię,hodie *Aix*:Sextilia dicitur *Plutarcho* Colonia Iulia Aquæ Sextiæ Legio XXV. in Lapidibus: Aquæ Sextiæ colonia. *Ptol* ſic dicta ob aquarum calidarum balnea: dicta autem fuit Iulia Auguſta,quòd in eam Cęſar coloniam duxerit, eò Legio XXV. veteranis militibus deductis.

Aliæ verò, quæ in Gallia Narbonenſi attribuuntur primariæ

Vrbes:

Narbo Martius cunctarum metropolis. V. *ſuo loco.* Arelas,ſiue Arelatus. *Auſon.* Arelate. *Caſ.* Arelatæ. *Strab.* Arelaton Salyorum colonia, & Sextanorum, vt docet *Plinius*, ita dicta à legione ſexta,cui hic ſua fuerunt ſtatiua: Gallula Roma dicitur ab *Auſonio*. Colonia Iulia pia Arelate Theline: Aralata, & Arelate Mamiliaria.

Maſſilia. V. *ſuo loco.* Acuſiorum colonia, quæ recentiore vocabulo dicta fuit Gratianopolis à *D. Auguſt.* Grannopolis à *D. Sid. Apoll. lib. 3. ad Plac.* in hac recenſentur Acuſij,ſiue Egnſij populi:Ciuitas Gratianopolitana. *D.Iſid.* vulgò *Granoble*.

Auguſta Tricaſtinorum. *Plin.* Neomagus fortè. *Ptol.* Vrbs Tricaſtina. *D.Sid.lib.6.ad Patient.* Tricaſtini pop. *Ptol.* Vapingum, ſiue Vapinquum. *Antonin.* Vaſio Vocontiorum. *Mela.* Forum Vocontium. *Cic.* Vaſio. *Plin.* Forum Voconij;apud alios:Vaſiorum ciuitas. *Ptol.* Vaſſionenſe oppidum. *D.Sid.Apoll.5.epiſt. & 7.* hodie *Vaiſon.* Arauſio. *Ptol. & D.Sid.* Secundanorum Arauſio. *Plin.* hodie *Oranges.* Bliterræ: Septumanorum vrbs, & colonia. *Plin.* Bętita dicitur *Ptol.* Biltera. *Strab.* Bętarrus *Steph.* hodie *Beſiers.*

Dinia, in Ebroduntijs à *Plinio* ponitur, in Sentijs à *Ptol.* Dinienſis ciuitas: Sanitium Veſdantiorum opp. *Ptol.* in Alpibus maritimis: Vintium Nerufiorum opp. in Alpibus, quæ Ventia *Dioni* dicitur: Apta Iulia Vulgientium opp. in Gallia Narbonenſi: Auia Iulia dicitur a quibus: Aptenſi Epiſcopatus memoratur *in Aureli anenſi Conc.*

Telo Martius Gall. Narb. portus, hodie *Porto di Tolon.* Taruſcon. *Ptol.* Taraſcon. *Strab.* vbi corpus D.Marthæ virginis Saluatoris hoſpitæ dicunt humatum,hodie Taraſcon: Olbia. *Ptol. & Mela*;opp.Antipolis Deciatiorum vrbs. *Ptol.* Co-

Colonia Antipolitanna. *Numm.*

Campus lapideus Galliæ Narbon. campus fabulam habens ſibi annexam: centenùm enim ferè ſtadiorum diametrum habet lapidibus, qui ſinguli manum impleant, pleniſſimus, ſub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur vbertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſaliſque vis magna: vniuerſa circumadiacens ora ventis expoſita eſt, quibus vel ipſa ſaxa volui traduntur, homines ex curribus excuti, & vi ventorum armis, veſtibusq; nudari. Huius rei originem ex fabula deducunt, quam alibi narrauimus. V. *Gigantum nomina.* Herculem ſcilicet, cum Albione, & Bergione gigantibus pugnantem, cùm tela ſibi defeciſſent paterno Iouis implorato auxilio, ſtatim imbre lapideo adiutum, quo illi periere. *Strab. lib.*4. Eſt autem hic campus inter Maſſiliam, & Rhodani oſtia: Campi lapidei, ſiue ſaxoſi. *Plin.* Campi Lapidarij. *Solin.* Littus Lapideum. *Mela.* Lamones campi à nonnullis. V. *Ortelium.*

Fluuij.

Rhodanus. V. *ſuo loco.* Ledum, & Ledus fluuius ad montem Peſſulum excurrens, & Narbonenſem Gall. præterfluens: Atax, & Atagus. *Ptol.* non longè à Maſſilia, & Rhodani oſtijs diſtans: Narbo fluuius dicitur *Polyb. lib.*3. Arar. *Ptol.* Araris *Virgilio* dicitur: Scoras à *Polyb.* Druentius. *Ptol.* Druentia. *Plin. Caſſiodorus, & Strabo.*

Gallia Comata in tres olim partes diuiſa fuit in Aquitaniam, Celticam, & Belgicam; quarum limites cùm ſint diuerſi, cupidus *Coſmographos* adeat.

Aquitania. V. *ſuo loco.*

Celtica populos olim habuit celeberrimos, quorum Oſiſmij. V. *Lugdunum, & Lugdunenſis tractus.* In hac

Andegauenſis Ducatus, cuius pop. à *Caſ.* Andes dicuntur, in qua vrbs Andegauum: Andus *Lucan.* 1. dicitur: Andecaui. *Tacit.* Andegaui. *Plin.* & Andegauenſes pop. dicuntur: Andegauum, vrbs, quæ Iuliomagus. *Ptol.* hodie *Angiers* dicitur: Andicauarum etiam: Ondiceouatum vrbs: Andegauenſis ciuitas. *Diacon. in Longob.*

Ambiana, ſiue Ambianenſis prouincia, quæ vulgò *Piccardia*, celebris eſt in hac Ambianum; quæ Samorabrina dicitur *Ptol.* ſed *Ortelius* duas facit inter ſe diuerſas vrbes ex *Antonin.* ad Somonam amnem ſita eſt, hodie *Amiens:* Samarobriga, ſiue Samarobrina. *Anton. Caſ. & Ptol. Cic.* quoq; meminit *lib.*7. *epiſt.* Sed hęc potiùs Galliæ Belgicæ tribuitur, quàm Celticæ. V. *inferiùs.*

Tricaſſium vrbs ad Sequanam. *Anton.* Trecas etiam. *Sigibert.* Augusta Trecarum: Tricaſſæ. *Ammian.* Trecaſſa. *Bed.* Tricaſis Legio XXII. *Anton.* Auguſtomana, ſiue Auguſtobana Trecaſium ſedes Epiſcopalis eſt, vulgò *Troia.* Pagus Tricaſſinus, *in Martyrolog.* Vallenſe territorium: Vaſſęum ad Boloiſam fluu. Fanum S. Deſiderij: Ianiuilla, opp. familiæ Guiſiæ: Virriacum vrbs: Camp. Auguſtodunum, Heduorum caput. V. *Hedui:* vbi de vtraque Burgundia agitur.

Francia, in qua continentur:

Pariſium. V. *Lutetia.* Fanum S. Dionyſij amœnum, elegansq; oppid. in quo templum inſigne, Gallorumq; Regum ſepulcrum: Mons martyrum: Poſſiacum, opp. non ignobile, arx cuius Regibus quondam in delicijs: Fanum S. Germani, in quo arx ad filios regios educandos deſtinata: Momorantium, opp.

Valeſius Ducatus, ab opp. Valleſio, ſiue à vallibus amęniſſimis ita dictus: Sedunum dicebatur apud veteres Valeſium: & Seduni pop. diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem: Valeſia, ſiue Valleſia ſuperior, Veragri dicitur *Cæſari*; Valleſia inferior, in qua Sedunum.

Bellouacum, ſiue Belouocorum ciuitas; vndè Bellouacenſis comitatus: Fanum S. Columbæ apud Senones: Melodunum. *Caſ.* Senonum opp. in inſula Sequanæ fluminis poſitum: Meliodunenſe caſtrum dicitur *D. Greg. Turon. lib.* 10. Milidunum etiam: hinc Melodunenſis comitatus: Rupisfortis, &c. Agendicum. *Caſ.* Agedicum. *Ptol.* Agredicum. *Anton.* Celtarum opp. in quo olim Senones, nunc Sens ad Icaunam riuulum conſtituitur, Archiepiſcopatu clara.

Pictonum regio, quæ ad Aquitaniam Galliam ſpectare dicitur: in hac vrbes:

Auguſtoritum. *Anton.* ſiue Auguſtoricum, vulgò *Poitiers.* Pictaua vrbs. *Greg. Turon.* Verùm duplicem eſſe vrbem Auguſtoritum, & Auguſtoricum aſſerunt nonnulli. Lege *Geograph. Theſ. Ortel.* Metropolis Pictauorum: Vrbs Pictonica per antonomaſ. quæ quidem poſt Luteriam ampliſſima eſt in reliqua Gallia D. Hilarij Epiſcopatu, necnon incolatu D. Martini celeberrima, quam Clarius maxima parte ambit: Academiam habet, quam inſtituit Carolus VII. Francorum Rex.

Gallia Belgica non Belgium intelligitur, de quo V. *ſuo loco:* ſed quæ propè Belgium Belgarum ferè moribus vtebatur: & in hac

Morini pop. V. *Belgium.* Geſſoriacum: & portus Geſſoriacus, qui anteà Itius, & poſtmodùm Bononia, hodie *Boulogne.* Portus Geſſoriacenſis. *Geſorigia in Paneg. Max. Legio XXVI. Anton.* Nauale Morinorum dicitur *Ptolem.* Fanum S. Audomari, *Santomer:* ſunt qui hanc vrbem Icium portum eſſe à veteribus dictam exiſtimāt: alterum Morinorum nauale: Britannicus portus Morinorum; & hunc eſſe quod vulgò *Cales*, vel Ca-

Caleſium dicunt,atiqui autumant,opp. ſiquidem natura, & arte muniſſimum Galliæ clauis è conſpectu Angliæ:Teroana Morinorum .V.*Belgium*. Atdreſium oppid. Guineſium opp. vndè Guinenſis comitatus.

Ambiani. V.*ſup.* in Belgica enim Gallia collocantur, quamvis eos nos in Celtica enumerauerimus:Samarobriga.V. *Ibidem*. Carmiliaca. *Antonin.* opp. quod Corbiam vulgato nomine vocitari recentes exſtimant, vndè Corbienſis comitatus.

Veromandui:Veromanduorum comitatus,vbi Noiomagus. *Anton.* inter Sueſſones,& Ambianos: Legio XVIII. *Idem.* Nouiodunum. *Cæſ.* Augusta Veromanduorum,hodie Fanum S.Quintini, *Sanquintin*: & hæc etiam Samarobrina creditur nonnullis.

Sueſſones:Auguſta Veſſonum. *Ptol.* vel potiùs Auguſta Sueſſonum. *Anton.* Sueſſonum vrbs.*Soiſons* hodie: Sueſſonum ciuitas: Laudunum, & Laudunenſis ager: Tartenorum ager. cuius vrbs Fera egregiè munita, ſituq́; commodiſſima ad Oyſam, Seruamq́; confluentes: Tiraſchenſium Ducatus, in quo primaria vrbs Guiſa recenti vocabulo ſic dicta à Guiſorum familia, arce ſuperbiens penè inexpugnabili; propugnaculum contra Leucebutgenſes.

Bellouaci huc reponendi ex Celtica in Belgicam. V. *ſuperiùs*. Cæſaromagus,vrbs primaria Bellouacorum,ſiue Belluacorum. *Anton. & Ptol.*

Siluanectæ, quorum vrbs Auguſtomagus. *Anton.* Remi, quorum Duroecortorum, ſiue Durocottorum *Ptol.* Duricortora. *Strab.* Durocortum Remorum. *Cæſ.* Archiepiſcopatus titulo in tota Gallia celeberrima,hodie *Reims*.

Treviri. V. *ſuo loco*. Mediomatrices. V. *Lotharingia*.

Lingones, vndè Lingonenſis Ducatus,vbi vrbs primaria Andomatunum; Andomatunon Lingonum:Andematunum. *Anton.* Lingonum vrbs. *Tacit.* Vrbs Lingonica. *D.Greg.Turon.* vulgò *Langres*: Lingonenſis ager: Indomiti longis armantur Lingones armis:Lingonij:Lingonię gentes, acies, pugnaces, audaces, &c. Cathelauni, quorum vrbs Cathelaunum, ſiue Catalaunum, hodie *Chalons in Champaigne*: Epiſcopalis ciuitas ad Matronam amnem plani ſitus,excelſis decorata turribus pyramidum inſtar exſurgentibus:Chatelauni campi,vbi Attila cæſus fuit: ſunt enim campi, qui Prouinciæ nomen Campaniæ tribuunt; vbi etiam Tetricus (*Eutropio* teſte) ab Aureliano Imperatore ſuperatus fuit:& Catalaunici dicuntur etiam campi: Lignium, vndè Lignienſis comitatus.

Mottenſis comitatus, vbi adhuc Galbæ caſtrorum reliquiæ viſuntur: Brienſium tractus: Caſtellum Theodorici: Iatinum. *Ptol.* Meldarum vrbs, ſiue ciuitas ad Matronam fluuium: Prouinſium, opp.

Santones; qui in Aquitania Gallia recenſendi ſunt: quorum vrbs inſignis Santonum vrbs, hodie *Rocella*: quam Iuniores Latini Rupellam nuncupant, & hanc rebellantem, & hęreticorum fretam auxilio p.jſſimus Gallorum Rex Ludouicus XIII. obſedit, & admirabili obſidione illam ad deditionem coegit ſuperioribus annis: Santonum promontorium. *Ptol.* Santonis ciuitas:Santonicus oceanus. *Tib.1.eleg.7.*

Verùm ſiquis plura deſiderat, conſulat *Ortelium*, *Mercatorem*, *& alios recentiores Coſmographos*. Igitur totius Galliæ vrbes primariæ ſunt:

Lutetia Pariſiorum;Maſſilia;Narbona;Lugdunum; Pictauium; Burdigala; Neomagus; Iuliomagus; Aurelia; Rhotomagus; Remi; Rupella; & aliæ multę ſuperiùs recenſitæ.

Fluuij.

De quibus & veteres, & recentiores; clariores ſunt:

Garumna. *Cæſ.* V.*ſuo loco*. Rhodanus. V.*ſuo loco*. Sequana. *Ptol.Cæſ.* Sequanus dicitur *Strab.* Secoanos. *Steph.* oritur in Ducatu Burgundiæ,Pariſios prętetlabitur,Rhotomagum perſecat;& in oceanum influit,hodie *Senna*. Rhenus. V.*ſuo loco*: qui tamen ad Germaniam ſpectat.

Matrona, qui Lugdunenſem à Belgica diuidit, hodie *Marne*. Araris. V. *ſup.* in Narbonenſi Gallia:Ligeris,Eduos à Biturigibus diuidens, & Celtas ab Aquitanis,hodie *Loire*. Moſa,qui ex monte Vogeſo ſcatens Galliam Belgicam, & ipſum Belgium pętetfluit; & in Hollandia enm Oceano commiſcetur: Moſella,ſeu Moſula:& Obrincus apud veteres Galliæ Belgicæ fluuius: Moſellæ meminit *Tacitus*. Sed de Galliæ ceteris fluminibus audi *Auſon.Idyll.5.*

Non tibi ſe Liger antefert,non Axona pręceps Matrona non Gallis, Belgisq́; interſita fines Santonico refluus non ipſe Carantonus æſtu Amnis, & auriferum poſtponet Gallia Tarnem,Inſarumq́; ruens per ſaxa rotantia latè In mare purpureum dominæ tamen ante Moſellæ Numine adorato Tarbellius ibit Aternus, &c.

Montes.

Pyrenæi,qui etiam ad Hiſpaniam pertinent,quibus ab illa Galliæ diſterminantur, Gebenna, qui etiam Cemmenus, ſunt montes plurimi, qui Aruernos ab Heluijs excludunt, *Cæſare* teſte. Alpes, quibus Galliæ ſeparantur ab Italia. V. *ſuo loco*. Iura,mons Gall.Narb.Galliarum terminus, hodie *Monte S.Claud.* Setius, mons in eadem Gall.Narbon.

Vogeſus, in finibus Lingonum, vndè Moſa oritur.

Vo-

Digitized by Google

Vocetus dicitur *Tacito*. Separat Burgundos à Lotharingis: nec tantùm Moſa, ſed etiam Moſella ex eodem Vogeſo dicitur oriri.

Populi.

Qui numerantur à *Caſ. in lib. de bello Gallico:* & *Luc. 1. Pharſ. v. 419.* — tunc rura Nemeſis Qui tenet. & ripas Aturi, qua littore curuo Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor, &c. Aruerni: Aruernią; auſi Latio ſe fingere fratres. *Ibidem:* & horum oppida ad montem Gebennam, ſiue Gebennarum, vt idem appellat: Et cana pendentes rupe Gebennas: Aquitani. V. *ſuo loco.* Franci, orum. *Claud. in Eutrop.* Santones: Gaudetą; amoto Santonus hoſte. *Ibidem.* Axones: — longisą; leues Axones in armis. *Ibidem.* Neruij: — nimiumą; rebellis Neruius. *Ibidem.* Ambiani; inter quos, & Belgas, iam dicti Neruij ſunt, quos non ſine ſummo diſcrimine Cæſar ſuperauit: Vangiones, Batauią; duces. *Luc. vt ſup.* Pictones immunes ſubigunt ſua rura, &c. *Ibidem.* Lingones. V. *ſup.*

Celtes: Carnutes; Carnuti, & Carnutenſes: Turonenſes: Turones. V. *ſuo loco.* Andegauenſes: Bituriges: Et Biturix, longisą; leues Axones in armis. *Luc. 1. Pharſ.* Accuſij: Aduatiei; qui nunc Hannonij, & in Belgio: Æſlui: Attrebates, hodie *Arteſij*. V. *Belgium*. Agenates: Ageſinates. *Plin.* pop. Aquit.

Allobroges. V. *ſuo loco.* Aulerci Gall. Lugdunen. Brannouices: Sicambri: Cadurci: Cenomani: Eburones, ſiue Leodienſes. V. *Belgium*. Gaballi, Gall. Narbonen. pop. Lemouices: Nictiobriges, quorum opp. Monſpeſſulus, hodie *Mompolier*. Burgundi. V. *Hedui.* Morini: Teruanenſes: Sebuſiani, vel Sabaudienſes. V. *Allobroges.* Seguſiani. V. *Hedui.*

Lexobij, & Lexouij: Petrocorij, Gall. Aquitan. Tectoſages: Toloſates, Gall. Narbon. Vaſcones: Nauarrienſes, Aquit. Gall. & ſiqui ſunt alij, quos habebis apud *Coſmographos*.

Synonyma.

Tàm ad regionem, quàm ad populos promiſcuè ſpectantia.

Arua Gallica. *Luc. 2. Pharſ.* & *Ouid. 4. Pont. 16.* Gallorum arua. *Rutil.* Gallica rura, regna, tecta, humus, terra, &c. *Ouid.* Gallicus orbis: Quos Rhodanus velox ambit, &c. Quosą; rigat retrò pernicior vnda Garumnæ. *Claud. in Ruf.* Qua montibus ardua ſummis Gens habitat caua pendentes rupe Gebennas; Aruernos ſcilicet. *Luc. 1. Pharſ.* Qui vada liquerunt Iſaræ, qui gurgite ductus, &c. *Ibidem*; nempè Narbonenſes.

Feroces Gallorum populi: Gallicus miles. *Prop.* Gallica turba, gens, &c. Rhodani gentes: Quią; colunt Rhodanum: Rhodani potor. *Hor. 2. 20.* &c.

Epith. Ferox, armipotens, diues, fertilis, fortis, fæcunda, flaua, frugum altrix, vinią; ferax, fęcunda virorum, animoſa, &c. Gallia.

Epith. Bellicoſi, acres, fortes, truces, feroces, rebelles, ardentes, comati Galli.

GALLIA Ciſalpina.

Nam (vt *ſuperiùs* diximus) olim in Tranſalpinam diuidebant, & Ciſalpinam Galliam; de illa *ſuperiùs* actum; modò de hac; quam etiam duplicem faciunt Tranſpadanam, & Ciſpadanam, nempè quæ trans Padum eſt vſque ad Alpes; Ciſpadana, quæ cis Padum eſt ad Rubiconem amnem, qui vetus fuit cunctarum Galliarum terminus: Gallia igitur Ciſalpina, Italia ſubalpina dicitur *Plin. lib. 16. cap. 11.* Gallia Italica. *App.* Gallia citerior. *Idem.* Gallia vetus. *Auſon.* ideſt primùm reperta à Romanis; quæ verò Tranſpadana eſt has habet prouincias:

Pedemontium. V. *Italia*. Inſubriam, Liguriam, Cottiam, Salaſſiam, Lepontiam, & alias, vndè populi, de quibus inf.

In Inſubria fuere populi:

Libici, quorum caput fuit Vercellæ, hodie *Vercelli*; quam *D. Hier.* ſcribit eam ſuo tempore ſemidirutam raro fuiſſe habitatore.

Lęui, quorum Ticinum vrbs inſignis à fluu. Ticino ſic dicta, quæ etiam Papia, & hodie *Pauia*, vrbs ſiquidem academia nobilis, & memorabilis Gallorum ſtrage, & Caroli V. Imp. victoria inclyta: Flauia Papia dicitur etiam: Nouaria in eodem tractu; quæ Aria Libya, & Leonina fuit etiam dicta.

Inſubres, quorum caput Mediolanum. V. *ſuo loco.* Laus Pompeia, nunc *Lodi:* quæ Laus noua dicta *Ciceroni* creditur *Ortelio:* verùm veterem Laudem Pompeiam deſtructam fuiſſe; & eius loco aliam tribus milliaribus diſtantem à Friderico Barbaroſſa ædificatam aiunt: Forum Diuguntorum, nunc *Crema*. Moguntiacum, ſiue Modicia, nunc *Monza*.

Orobij, quorum vrbes Comum. V. *ſuo loco.* Forum Licinij, vulgò *Barlaſſina*.

Cęnomani, qui ad Veneriam vſque tractum incoluerunt, quorum vrbes: Brixia. V. *ſuo loco.* Bergomum, Pergamum appellat *P. Diaconus*. Cremona: Mantua. V. *ſuis locis.*

Liguria. V. *ſuo loco.* His iungebantur Taurini inter Padi lęuam ripam, Alpium radices, & Orgum fluuium: Caput gentis olim Auguſta Taurinorum, nunc vulgò *Torino:* Tauratia dicitur *Appiano in Annibalicis*. Colonia Taurinorum; *ex Plinio*. His finitimi erant:

Cottij, & Ideonni, vndè Alpes Cottiæ. V. *Alpes:* quorum caput Seguſio, ſiue Seguſium, nunc *Suſa:* & haud procul Pinarolium arx munitiſſima. His continuabantur

Sa-

Salaſſij in valle, quam Duria amnis mediam ſecat. Horum caput Auguſta prętoria, nunc Oſta: quæ etiam Colonia Auguſta prętoria: Vrbs Salaſſiorum. Lege *Ortelium*. Salaſſis contermini erant.

Lepontij, qui circa lacum Verbanum commorantur, horum caput Oſcela ad Toſam amnem, nunc *Domo d'oſcla*. Lepontios ſequebantur

Euganei inter Larium, ſiue Comenſem lacum, & Atheſim fluuium. Horum oppida fuere Anaunia, ſiue Anonium: Sarraca, & Vannia, ad Ollium fluuium. Dein Clauenna, quæ nunc *Val di Chiauenna*. Telium in Valle tellina; quas valles incoluerunt populi Saruneres. Alij verò Euganeorum populi fuere:

Vennones ad ortus Atheſis amnis: Camuni, nunc *Val Camonica* ad Ollium fluuium: Triumplini, ſiue Trumplini, nunc *Val Troppia* ad Melam amnem ſupra Euganeos Alpes verſus fuere.

Rheti. V. *ſuo loco*. Rhętis ab ortu Solis proximi fuere Veneti. V. *ſuo loco*: poſt Euganeos, & Venetos ſeptentrionem verſùs.

Carni populi ſunt; quorum vrbs primaria Aquileia. V. *ſuo loco*. Forum Iulij, *Friuli*. Iulium Carnicum, nunc *Zuglio*, in ruinis inter Filauemptum fluuium, & Alpes: Vedinum, ſiue potiùs Vtinum; & Vtina, hodie *Vdene*. V. *Italia*: & propè hos

Taurisci pop. quorum caput Noreia. *Plin.* vbi, vt *Strabo* ſcribit, auri lauacra, & ferri ſectuꝛæ ſunt; & apud quod Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit, hodie *Goritia*: & hinc Norici dicti fuiſſe ab aliquibus putantur: Tergeſte, & Tergeſtum. *Ptol.* Carnorum vrbs: Tergeſtra dicta *Stephano*. Tegeſtreorum vrbs. *Diod.* hodie *Trieſte*. Hic fluuius Timauus, de quo V. *ſuo loco*.

Hiſtri, vndè Hiſtria regiuncula, ceu peninſula inter Formionem, & Arſiam amnes in mare procurrit: huius vrbs primaria Pola à Colchis Iaſonem, & Medeam perſequentibus olim condita: ſed mihi fabula videtur: Parentium opp. vulgò *Parenzo*. Ægida, hodie *Capo d'Iſtria*. Neſactium, ad Arſiam fluuium, nunc *Caſtel nuouo*. Palma noua, munimentum, & arx celeberrima Venetorum.

Fluuij.

Plurimi Tranſpadanam irrigant regionem Abdua, in Larium lacum influens: Anaxus Carnorum fluuius: Arſia, Hiſtriæ fluu. Atheſis, è Tridentinis Alpibus naſcens, vulgò *L'adice*. Athiſo, vulgò *Toſa*. Duria riparia, Salaſſorum fluuius: Lamber: Liquentia, vulgò *Liuenza*. Medoacus maior, *La Brenta*: Medoacus minor, *Bacchilone*. Melo, ſiue Melas apud Brixiam. *Catull.* Mincius, qui Mantuam pręterlabitur: Natiſo, in Foro Iulij: Ollius, in Padum defluens: Romatinus, Carnorum fluuius: Sontius item Carnorum fluu. Varanius item fluuius Carnorum; de alijs conſule *Coſmographos*.

In Ciſpadana verò hæ prouinciæ recenſentur.

Æmilia, ſiue Flaminia. V. *Romandiola*. Gallia Senonum: Gallia togata.

In Gallia togata vrbes celebres:

Parma. V. *ſuo loco*. Brixellum: Regium Lepidi: Regium Lepidium; ſunt qui ſcribunt Rhegium: Forum Lepidi. *Feſtus*: hodie *Reggio di Lombardia*. Mutina. V. *ſuo loco*. Olim verò qui cis Padum fuerunt populi:

Ananes, quorum vrbs Placentia. V. *Parma*.

Boij, quorum caput Bononia. V. *ſuo loco*: tum

Flaminij. V. *Romandiola*: tum Senones. V. *Picenum*: & in quibuſque prouincijs recenſentur vrbes, & fluuij, & ſiquid aliud memorabile. V. *Italia*.

Synonyma.

Ex iiſdem locis tibi compones: vt Felſinei agri; Mutinæ campi; Inſubria tellus, & huiuſmodi; quum apud veteres exempla eorum non ſuppetierint.

Gallia Romanę nomina dicta togæ. *Mart. 3. epig. 1.* Corneli referas me licet eſſe foro. *Mart. 3. 4.* V. *Forum*.

Populi.

Mediolanenſes; Inſubres; Cęnomani; Bergomates; Brixiani; Veneti; Euganei; Flaminij; Æmilij; Boij; Ligures; Parmenſes; Placentini, &c.

GALLI Sacerdotes.

Cybeles ſemiuiri nuncupati; quorum caput fuiſſe referunt Atyn. V. *Atys*: ſic autem dicti à Gallo Phrygiæ fluuio, qui ſeſe in Sangarium exonerat, teſte *Strabone lib. 10*. Galli autem fluminis tàm admiranda eſt natura, vt parcè potus, & cerebrum purget, & inſaniam tollat: contra verò largiùs hauſtus, lymphatos agat, vt ait *Plin. lib. 31. cap. 2.* & *Ouid. 4. faſt.* Inter, ait, viridem Cybelon, altaſq; Celęnas Amnis it inſana nomine Gallus aqua. Hinc ergò nomen acceperunt Galli Sacerdotes, quòd abundantiùs fluminis ebibentes aquam in furorem verſi, in ſe ipſos quandoque cultris vel emiſſo ſanguine bacchabantur. Hinc *Lucan. 1. Pharſ.* — crinemq; rotantes Sanguineum populis vlularum triſtia Galli, &c.

Venit in exemplum furor hic, molleſq; miniſtri Cędunt iactatis vilia membra comis: Molles viri: Non ſi molles imitata viros Triſtis laceret brachia tecum. *Sen. in Agam.* Quæ turritæ turba parenti pectore rauco concita Buxum ferit, Vt Phrygium lugeat Atyn. *Ibidem*. Sacro feriam brachia cultro. *Sen. in Med.* nam in ſacris Cybeles, & Bellonæ Sacerdotes cultris ſibi lacertos, humeros, pectuſq; ſauciabant. Ci-

nœ-

Digitized by Google

nœdus , V. *ſuo loco* .

Druydæ .V.*ſuo loco*. Gallæ rapidæ;dicuntur autem Gallæ , vt *Palladius* ioterpretatur , quòd euirati magis fœminæ videbantur , quàm homines .

Horum Sacerdotum antiſtites Archigalli nominabantur, vt in antiquis lapidum elogijs . Horum prçter veteres, meminit *Tertullianus, & D.Auguſt.*2. *de Ciuit.* multa de Gallorum cæremonijs refert . V. *Almo:* meminit etiam *Dionyſ. Halic. lib.*2. *& alij*.Gallantes. *Varro:*gallare enim erat furere .

GALLICINIVM .

Tertiom noctis tempus à priſcis habitum,cùm galli cantant,quorum prçpoſteri,aut veſpertini cantus optimi euentus ſigna eſſe crediti ſunt : gallinarum verò cantus numquaoı auditi, oiſi quando dirum aliquid immineret . Gallus appingebatur Marti ob militum vigılantiam , vel propter Alectryonis fabulam Martis ſatellitis io eam auem conuerſi, vt in eius nominis feſtiuo libello *Lucianus* ſcribit ; *& Auſonius poeta, vt infra* . V. *Gallus* . Tribuebatur etiam Mercurio , quod litterati , & negotiatores vigilaturi ſunt, nec totam ſomno conſumpturi noctem : cuius ei linguam ſacrabant .

Maxima pars noctis . *Ouid.epiſt.*18. V.*Nox,& Noctis partes* . Iam cecinit mediam volucris Titania noctem . *Mantuan.* Ter clara inſtantis Eoi Signa canit ſerus , deprehenſo Marte , ſatelles . *Auſon.* Quod tamen ad galli cantum facit ille ſecundi Proximus , &c. *Iuuen.* ſic enim cantus primi galli , ſecundi , ac tertij dicitur primum gallicinium,&c. Gallorum cantus,voces .

GALLINA .

Mater criſtata. *Mant*. Glocitans,ſiue glociens auis: Aues cohortis ; ſunt enim aues domeſticæ , quæ paſſim à fœminis aluntur ; vel propter oua , vel propter pullos; io cohorte,ſiue alibi: Abſtulerat multas illa cohortis aues . *Ouid.*4. *faſt.* Turba ſordidæ cortis,pro cohortis dixit *Mart.lib.*3.58. Raucæ cortis aues . *Idem* 7.*epig*. . . Mittimus ergo tibi paruæ munuſcula cortis . *Idem* 9. 55. ideſt gallinas, ſiue gallinarum pullos, ſiue oua . Cicur , & manſueta auis . *Anthol.* Ales,quæ in ædibus conuiua eſt hominum.*Oppian.* Pullorum fidiſſima cuſtos;mœſtiſſima mater,&c.

Criſtati fœmina galli: Coniux criſtati fœta mariti: Quæ fœtus ſuos vocat ſingultu , aliſq; applaudentıbus: Vocibus intereà crebrum ſingultat acutis Parturiens coniux, quæ ſcilicet oua ſubindè Tollit anus,ſignatq; dies,vigilemq; lucernam Conſulit,& Lunæ creſcentis tempora ſeruat, &c. deſcript. Vt primùm gallina glocit:Quanto gallına domeſticus ales Nutrit amore ſuos fœtus laſciua tenellos .

Epith. Criſtata,tenera,glociens,tegens alarum tegmine pullos .

Gallinarum genera .

Gallinæ Numidicæ, à Numidia , quæ io Africa eſt, grandes,variæ,gibberæ, & quas à Grçcis Meleagrides appelları nonnulli cenſent . Hæ nouiſſimæ in triclinium ganearum introierunt è culina propter faſtidium hominum , vçnerunt propter penuriam magno , authore *Varr.* *Columela* verò ait : Africana eſt, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi ſimilis,niſi quòd rutilam galeam,& criſtam capite gerit:quæ vtraque ſunt in Meleagride cçrulea ; de his etiam *Plinius:* vndè videntur valdè eſſe inter ſe diuerſæ, quamvis de genere ſint gallinarum . V. *Meleagrides* : & hæ dicuntur : Numidica guttata . *Mart.*3.58. quæ in plumis nigrantes rhombos habet , & in ijs aſperſas albas guttulas : Gallina Africana . *Colum.* Afra auis . *Hor.* Numidica Afra : Libyes aues : Nec Libye mittit , nec tibi Phaſis aues . *Mart.*3.76. Gallina Numidica . *Petron.* Quas vdo Numidæ legunt ſub auſtro. *Stat.* 1 *ſilu.* Meleagrides . V. *ſuo loco;* & hæ ab aliquibus Penelopes dicuntur aues ; quòd illam educauerint : à parentıbus enim abiecta,dicta fuit Arnœa, nempè repudiata ipſa Penelope vxor Vlyſſis : Oenides aues, quòd Meleager (vndè ipſæ dictæ ſunt Meleagrides) Oenei fuit filius . *Ouid. ad Liuiam* .

Gallina Indica , quam aliqui cum Meleagridibus confundunt; ſed quidem diuerſa eſt : quum hæc potiùs Peruana ſit appellanda , quòd à Peruana Americæ regione non multis abhinc annis traducta fuerit : Pauo Indicus , mas eſt gallus eiuſdem gallinæ, qui etiam Gallopauus dici poteſt ; videtur enim imitare velle pauonem , licèt caudam tàm pulcram minus habeat .

Gallina Pharaonis , ſiue potius Pharaonis aues à plurimis cenſentur Memnonides . V. *Memnon.* Gallına Adriana; *ex Ariſt.* paruo corpore quotidie parit; feracula dicta: Gallına pumila : Pumilio gallina . *Colum.* Gallina modica . *Varr. Feſt.* Decumana,quæ proceris eſt ad pectus cruribus .

Gallina veterana . *Colum.* matrix incubans , effœta; quæ iam peperit , & fouerit oua : Gallina iuuenca . *Plin.* Nouella . *Colum.* Pullaſtra . *Varr.* V. *Pullus.*

Rhodiæ gallinæ,quę olim Romanis in pretio:Rhodias ſuperbı fœminas perimunt gallı . *Mart.* 3. 58. Gallınæ pericarphiſmus dıcitur *Plutarcho* , cum quando gallinæ ouo edito religione quadam ſeſe excutiunt,& circumactæ purificant;aut feſtuca aliqua ſeſe luſtrant,ac oua; quod *ex Ariſtot.* repetit *Plinius* . Ruſticula auis,quæ & perdix; ruſtica maior, & ruſticula ſiluatica . Ruſticula

cula minor, quæ & gallinago. *Mart.* 13.

GALLVS.

De quo *ſupra* aliquid *in Gallicinio* diximus; lucis author dicitur à *Propertio*, quòd venientem diem cantu nunciet. Hunc excitandis ad opera mortalibus, rumpendoq; ſomno natura genuit, vt luculenter tradit *Plin. lib.* 10. nam ſuo cantu Solis curſum ad nos properantem prænunciat; de quo cantu ita ſcribit *D. Ambroſius* 5. *Hexam.* Galli cantus, inquiens, ſuauis in noctibus,& vtilis, qui quaſi bonus cohabitator & dormientem excitat, & ſollicitum admonet, & viantem ſolatur; proceſſum noctis canora ſignificatione proteſtans. Hoc ipſe lucifer excitatus exoritur, cęlumq; illuminat: hæc *ille*. Creditur autem id accidere ex quadam calidiſſima natura, quam ſymphaticos habet cum igneo planeta. Huius cantu dicunt exterrefactum leonem viriliter effugere. Criſtam habet Martialem; vndè Marti ſacrum voluerunt, ſed non ſolùm Marti, ſed etiā Mineruæ; quando in hoc ſymbolum eius galeæ inſidebat gallus, vt inquit *Pauſanias*, eiuſdem referens ſimulacrum in Eleorum arce poſitum. Æſculapio olim mactabatur tamquam Phœbi filio; Phœbus enim, nempè Sol gallum amat: quod Latonę matri dilectus fuit, vt inquit *Ælianus*, quòd ei parturienti affuerit, & quòd etiam nunc parientibus adſit, eiſq; faciles partus efficiat. Quòd autem Galli Mineruæ ſacri eſſent, idcircò ab Athenienſibus gallorum ſpectaculum edi cœptum fuit gladiatorum more poſt Perſas ſuperatos, authore Themiſtocle; quod alibi quoque vſurpatum, vt Pergami, ficut refert *Plinius*: & Romæ apud Seueri filios, qui (vt *Herodianus* ſcribit) diffidere ſoliti fuere puerili primum certamine edendis coturnicum pugnis, ac gallinaceorum conflictibus: qui vt in certamine eſſent acriores allio paſcebantur. In hanc autem quendam Alectryonem conuerſum Poetæ fabulantur. Fabellam *Lucianus* commemorat, cuius hæc ſumma. Alectryon iuuenis quidam vſque adeò Marti familiaris eſt factus, vt non tàm eius amorum cum Venere conſcius, quam comeſſationis particeps fuerit. Excubabat igitur ad eius fores Alectryo, ſiquando accidiſſet, vt Mars cum Venere cubaret, ne Sol ſi aduentaſset, rem Vulcano Veneris marito renunciaſſet. Conſopitum aliquando iuuenem Sol adueniens non tàm excitauit, quàm Martem cum amaſia cubantem deprehendit: de qua re certior factus Vulcanus inuiſibili retis vinculo quondam iterum deprehenſos alligauit; & in Deorum conſpectum attulit. V. *Vulcanus: Mars: Venus.* At Mars emiſſus è vinculis iuuenem Alectryonem in gallum conuertit, pœnaq; multauit; vt aduenientem Solem vigil excubitor prænunciaret. Lege *Cæl. Rhodig. lib.* 16. *cap.* 13. *vbi perbella de gallo*: qui ſi euiretur Capus dicitur, & gallus caſtratus, vulgò *Cappone*.

Auroram gallus vocat applaudentibus alis. *Hor. ſerm.*... Gallinaceus: Pullus Martis. *Ariſtop.* ob pugnacitatem: Martis ſatelles, miniſter, excubitor, &c. Prænuncius ales lucis. *Ouid.* 1. *faſt.* Volucris Titania. *Mant.* Excubitorq; diem cantu prędixerat ales. *Virg. in Moret.* Gallinæ maritus. *Iuuen. ſat.* 3. Ales: Iuq; ſuum miſeros excitat ales opus. *Ouid.* 1. *eleg.* 6. Somniaq; excuſſit nuncia lucis auis. *T. Veſp. Strozz.* per ſyllepſ. cùm ſolus gallus, qui mas eſt, lucem venturam nunciet: Qui tepidum vigili prouocat ore diem. *Ouid.* 1. *faſt.* Criſtatus ales. *Ibidem.* Matutinus ales. *Prop.* 2. *eleg.* 16. Lucis, & authores non dare carmen aues. *Idem* 4. *eleg.* 3.

Perſicus ales. *Ariſtoph.* quòd Gallus Perſarum gentibus imperaſſe ab illo dicatur: hinc in haſta primæ aciei gallus aureus pręgeſtabatur; vndè etiā auis Medica à Medis dicta eadem fortaſsè ratione, cùm Perſæ & Medi ſint inter ſe finitimi. Lege *Cæl. Rhod. lib.* 16. *cap.* 13. Inſtantis quod ſigna canens det gallus Eoi, Et reuocet famulas ad noua penſa manus. *Alciat.* Terrorq; leonibus ales, &c. Stat ceruix ardua qualem Marmaricis prefert metuenda leonibus ales: Ter clara inſtantis Eoi Signa canit ſerus depreſſo Marte ſatelles. *Auſon.* V. *ſup. in hiſt.* Lege *Ouid.* 14. *met.*

Criſtata volucris, à criſtæ magnitudine; quæ olim fuit in delicijs Heliogabalo; qui, vt *Spartianus* ait, ex Apicij æmulatione comedit ſæpiùs camelorum calcanea, criſtas gallinaceis demptas viuentibus, pauonum linguas, & luſciniarum: —criſtatarumq; volucrum Induperatores laterum, qui ſidera pulſu Explaudunt, vigiliq; citant Titana canore, Et regnum ſibi Marte parant, quippè obuia roſtris Roſtra ferunt, crebriſq; acuunt aſſultibus iras: Igneſcunt animis, & calcem calce repulſant Infeſto, aduerſumq; affligunt pectore pectus, &c. *deſcript.*

Volucris, antonomaſt. Exactam noctem primi ſenſere volucres, Et lętum cecinere diem, alarumq; dedere Plauſibus aſſiduis, & acuta voce fauorem: *deſcript.*

Epith. Excubitor, vigil, criſtatus, Titanius.

Gallinago, nis: Ruſticula. *Mart. & Plin.* Scolopax. *Nemeſ. Olym.* Ruſtica perdix. *Mart.* —pręda eſt facilis & amœna ſcolopax Corpore non Paphijs auibus maiore videbis, &c. *Olymp.* qui eius naturam adamuſſim deſcribit apud *H. Iunium*.

Gallinago minor: Ruſticula minor: quæ ad ſtagnorum crepidines frequens eſt: & in delicijs habetur.

GAL-

GALLVS Poeta.
V. Cornelius Gallus.

GANEA.

Et ganeum. *Ter. & Don.* locus infamis plerumque, vbi lupæ ſeſe proſtituebant, necnon loca, in quibus homines vino, epulis, Veneri, deſidiæq́; operam dabant.

Proſtibulum: Lupanar. V. *ſuo loco, & ibi plura.* Taberna etiam: Luſtra apud veteres dicta; tunc apud recentiores ganea, quæ ſic vocabant loca voluptaria, in quibus lętæ vitæ homines ventri, & libidini vacabant *γανος* enim (vt inquit *Caſaubonus*) lętitiam, & gaudium vocabant Gręci, hinc fortaſsè vox Hiſpanica *Gana*, ideſt *voglia, ò guſto.*

GANEO, nis.

Cui vitæ modulus eſt culina hoc loco accipimus, quamvis etiam ſumatur à *Cic.* pro ſcortatore, & qui lupas popularis libidinis nundinas frequentat.

Popino, nis. *Hor. & Suet.* Barathro, nis; qui in gulæ barathrum abſumit patrimonium: Gurges, & vorago, fig. Lurco, nis: Decoctor. *Cic.* Nepos. *Hor.* antonomaſticὸs, nam nepotes ferè patruorum hæreditates plerumque in ganeis, lupanaribusq́; dilapidant: Aſotus. *Idem Hor.* Euerſor. *Caius iuriſc.* patrimonij euerſores, *Spregatore del patrimonio.*

Ebrioſus: Bibax: Bibulus: Biberius. *Suet.* quo ficto nomine Tiberium eius ætatis Quirites vocitabant: Potor; qui multum bibit.

Vagus: Erro, nis: Qui huc, & illuc excurrit otioſam vitam degens: Epicureus: Voluptarius homo. *Cic.* Epicuri de grege porcus. *Hor.* Phęax. *Idem:* à Phęacum voluptuoſa vita.

Aſymbolus, qui inuitatus libenter accumbit alienis vt ſe paſcat laboribus: Gratis conuiua recumbis. *Mart.* 3.30. Commeſſator. *Idem* 4. *epig.* 5. In ſellariolis vagus popinis. *Idem* 5. *epig.* 71. Sellariæ accubator: Sellariolorum frequens; *ex Mart. & Suet.*

GANGES.

Indiæ fluuius maximus omnium, qui regionem illam vniuerſam penè circuit, centum aliquibus in locis ſtadiorum latitudine, & in ſeptem ora diſperſus Indicum ingreditur oceanum. Hic vndè naſcatur adhuc incertum, itavt cum Nilo incertum habeat ortum, vndè ex Paradiſo terreſtri nonnulli illum fluere exiſtimarunt ſub nomine Phiſon, ſic *Ioſeph. D. Hier. & Euſeb.* Sunt qui dicunt illum in Hęmodo Indię monte concipi vno, eodemq́; cum Indo alueo: Alij in Scythicis montibus naſci, in quem decem, & nouem alij influunt amnes, quorum plurimi ingentes, nauigijsq́; apti perhibentur. Huius altitudo triginta ſtadiorum dicitur eſſe, quod mihi ſanè hyperbolicum videtur. V. *inferiùs.* Hic deiectus per ſcopuloſa, & abrupta, vbi primùm mollem planitiem contingit in quodam lacu hoſpitatur, vndè lenis fluit, regionemq́; Indicam permeat. Nomen accepit à Gange Indi, & Calaurię Nymphæ filio. Nutrire dicitur ſicut Nilus crocodillos, delphines, anguillas quoque ad tricenos pedes longas, teſte *Plinio.* Aurum inuehitur, *eodem authore,* fluminum ramentis, vt in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, & Aſiæ Pactolo; certa verò eius altitudo, vbi vadoſiſſimus eſt, centenorum eſſe pedum. quod ſanè credibilius eſt, quàm quod *ſuperiùs:* pro ipſa demum ſumitur India, vt pro Africa, ſiue Ægypto Nilus, pro Germania Rhenus, & alij pro ſuis quibuſlibet regionibus.

Decolor extremo qua cingitur India Gange. *Ouid.* 4. *met.* Indorum maximus amnis, antonomaſt. Littora Gangis: Qui eſt Indis aurifer amnis: Aurati flumina Gangis: Eoa aurea ripa. *Prop.* 4. *eleg.* 5. Qua colitur Ganges toto qui ſolus in orbe Oſtia naſcenti contraria ſoluere Phœbo Audet. & aduerſum fluctus impellit in Eurum, &c. nempè ab Indis: hi enim colunt Iouem pluuium, Gangem fluuium, & indigetes Genios. V. *India.*

Lymniace, filia Gangis (ſiuè Gangetis, ſic etiam in genit.) vt fabulantur; eſt autem verè palus, in quam influere dicunt Gangem, vndè pro ipſo fluuio ſumitur ab *Ouid.* 5. *met.*

Chliarum, ſiue Chliarus olim dictus Ganges, vt author eſt *Plut. in lib. de fluuijs.* Gangeticus ſinus, hodie *Golfo di Bengala,* qui quidem totius oceani in India maximus eſt, in quo ſunt vrbes plurimæ, & inſignes. V. *India.* Gangeticus enim ſumitur frequentiſſimè pro Indicus.

Gangaridæ, pop. inter Aſſyrios, & Indos, vt inquit *Q. Curtius,* iuxtà Gangem, quorum meminit *Virg.* 3. *Georg.* Apud Gangem frequentiſſimæ ſunt tigres, vndè Gangetica dicitur *Ouid.* 6. *met. & Sen. in Med.*

Epith. Rapidus, pulcher, corniger, cęruleus, aurifer, gemmifer, immenſus, torrens, arenoſus, Eous, altus, extremus, tepidus, lato ſpatians flumine.

GANYMEDES.

Trois Dardanorum regis fuit filius, qui admiranda pulcritudine Iouem in ſui amorem pellexit, à quo in aquilam mutato raptus fuit, ac ſibi menſę miniſter adhibitus, remota Hebe Iunonis filia. Alij dicunt Iouis iuſſu per aquilæ miniſterium in cęlum fuiſſe tranſlatum. *Euſebius* verò Ganymedem à Tantalo raptum fuiſſe narrat, indèq́; ortum bellum inter Troem, & Tantalum. Forſitan huiuſmodi raptus fuit in cauſſa, vt poſt multos annos Paris Priami filius Helenam Menelai vxorem, qui ex Tantali erat ſtirpe, rape-

ret, vt par pro pari redderet. Demùm Ganymedem raptum per aquilam fabulantur poetæ; eſſe aquarium, vndecimum nempè in Zodiaco ſignum. V. *Aquarius.*

Dilectus Ioui puer. *Virg. in opuſc.* Iliades, qui pocula miſcet. *Ouid.* 10. *met.* Pincerna Iouis: Rex ſuperum Phrygij quondam Ganymedis amore Arſit. *Ibidem.* Puer regius Idæ. *Virg.* 5. *Æn.* nam in Ida monte raptum dicunt, dum venationi daret operam: Puer Idęus. *Ouid.* 2. & 4. *faſt.* Phryx puer facie ſpectabilis; *ex Mart.* 9.37.

Iliacus puer. *Ouid.* 3. *triſt.* Pinifera multum felicior Ida illa licet ſæpe placeat ſibi nube rapinę: Nempè dedit ſuperis illum, quem turbida ſemper Iuno videt, refugitq́; manum, nectarq́; recuſat. *Stat.* 4. *ſilu.* 4. Dardanius miniſter miſcens. *Mant.* Tros puer. *Pont.* antonomaſt. Quem prępes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. *Virg.* Qui pocula temperat Tonanti. *Mart.* 9.12. Ganymedęæ comæ. *Idem* 9.17. pro ipſo Ganymede: Ætherias aquila puerum portante per auras Illęſum timidis vnguibus hęſit onus. *Mart.* 1.7. Hinc Phrygius fuluis venator tollitur alis: Gargara deſidunt ſurgenti, & Troia recedit, &c. *Stat.* 1. *Theb.*

Dardanius Phrygia raptus ab arce puer. *Beroald.* Puer Idæus Iouis miniſter. *Idem.* Iliacus cinœdus. *Mart.* 2.43. Iliacus miniſter Deorum, Iouis. *Idem Mart.* 3.38. Inuiſus puer Iunoni: Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores. *Virg.* 1. *Æn.* Aquoſa raptus ab Ida puer; *ex Horat.* 3. *od.* 20. Idæis tendentem retia ſiluis Armiger in cęlum rapuit Iouis Ignibus olli ardet apex, ardent humeri, &c.

Epith. Humidus, vdus, humens, fluuialis, nimbifer, frigidus, horridus, triſtis, gelidus, frigens, radians, Phrygius, &c. quę ad Aquarium ſignum, in quod ipſe conuerſus fingitur attinere videntur.

GARAMANTES.

Africæ pop. qui matrimoniorum exortes paſſim cum fœminis degunt, teſte *Plinio*: egenum, vagumq́; genus hominum aiunt. Pſyllis finitimi ſunt, & ſic à Garamante Apollinis filio cognominari, qui ibi Garamam oppidum ex ſuo nomine condidit.

Iſmarus aut Rhodope, aut extremi Garamantes. *Virg.* 8. *ecl.* ſiue illud inops nouit Garamas. *Sen. in Hipp.* Garamantica ſigna. *Sil. It.* 12. nempè Africana.

Garamantis, dis, fœminæ nomen. ſeu potiùs Garamantis Libyæ Regis filiæ, quam Iupiter Ammon ad Bagradam fluuium compreſſit, & Iarbam ex ea genuit, vt innuit *Seruius in illud Virg.* 4. *Æn.* Hic Ammone ſatus rapta Garamantide nympha, &c.

GARGANVS.

Mons in Apulia Daunia, qui templo ibidem ſub crypta S. Michaeli Archangelo dicato celebris admodùm eſt, nomenq́; recens accipit. *Monte S. Angelo.* Ad cuius radices Sipontum eſt, vulgò *Manfredonia*, quam vrbem cùm cepiſſet Othomanus ſuperioribus annis, non diu gauiſus eſt impunis. Mons autem trecentis ſtadijs in mare Adriaticum procurrit, ſub quo olim Diomedes vrbem condidit, quam Argyrohippium nominauit, poſteri verò Argyrippam. V. *Apulia.*

Querceta Gargani. *Hor.* 2.9. Nemus Garganum. *Idem epiſt.* Gargani Agri. *Virg.* 11. *Æn.* Gargani ſaltus, rupes, culmina, cacumina, vertex: Iapyx, à regione Iapygia. V. *Apulia.*

GARRVLVS.

GARRVLITAS.

Loquax. V. *ſuo loco.* Dicax, cis: Garrula lingua. *Tib.* 4. Multiloquus: Iterans voces: Nugax: Varias meditans voces: Qui varijs ſermonibus aures implet: Fallens ſermonibus horas: Loquacitas. V. *ſuo loco.* Loquacis murmura linguę: Suſurrus, us: Vox lingulaca eſt nobis, nam numquam tacet. *Plaut. Caſin.* 2. lingulaca autem piſcis eſt, ad linguæ ſimilitudinem.

GARVMNA.

Inſignis in Gallia fluuius, qui Galliam Celticam ab Aquitanica ſeparat. Oritur ex Pyrenæis haud procul oppido, quod vulgò *Guadalup*; qui perluſtratis cum alijs regionibus, tum Toloſa, & Burdigala mari ſe miſcet Aquitanico duarum ferè Leucarum oſtio, quod intrantibus occurrunt ſcopuli, quibus ab Aſellis cognomen, Pharum, vel prçaltam ſuſtinens turrim. Excipit nauigeros fluuios Tarnim, Egercium Oldum ab Aruernatibus, & montanis Cadurcis, Doranium, alioſque.

Æquoreæ te commendabo Garumnæ. *Auſon.* Quosq́; rigat retrò pernicior vnda Garumnæ. *Claud.* 2. *in Ruf.* Garyna. *Ptolem.* Fluenta Garumnæ: Garumni accolæ fluminis: Cæſar & à Rhodano veniens, rapidoq́; Garumna: Teſtis Arar, Rhodanusq́; celer, magnusq́; Garumna: Garonna. *Front.*

Epith. Vndans, rapidus, celer, re fluus, veliuolus, defluus, magnus.

GAVDIVM.

Lętitia: Carmina lętitiæ. *Ouid.* 5. *triſt.* 1. Dulcedo: Iocus. V. *ſuo loco.* Lętitiæ ſigna: Vultus hilares. *Ouid.* 5. *triſt.* 1. Lętitiæ voces: Frons blanda. *Sen. in Oedip.* Plauſus. *Hor.* 1. *od.* 20. Vt à cunctis hilari pietate colantur. *Ouid.* 2. *Pont.* 1. Voluptas. V. *ſuo loco.* Placido ſpectabilis ore. *Idem* 2. *de Pont.* 2. Oblectamentum.

Epith. Suaue, dulce, feſtiuum, lętum, blandum, vagum, luxurioſum, falſum, nouum, fugitinum,

candidum, pium, exhilarans animos.
Epith. Ingens lętitia.

GAVDENS.

Lętus dulcedine. *Virg.4.Georg.* Lętus: Exultans: Lętitia geſtiens: Ouans: Ouantes: Lętus fragor ęthera pulſat. *Luc.6.Pharſ.* Lętitia, plauſuq́; fremens. *Virg.8.Æn.* Lętans: Hilaris: Lętificus vultus. *Bemb.* Suffuſus, perfuſus gaudio: Qui fronte ſerena eſt: Lęta mente gaudia captans: Lętitiæ ſentiens dulces ſub pectore motus: Lętos animos ad ſidera tolleus: Exultans animis: Vultum pulſo mœrore ſerenans: Lętitia voces ad ſidera iactans: Lętos diffuudit vultus: Carpens gaudia mente.

Induit & faciles gaudenti pectore vultus: Lętitia perfundit mentem: Seuſitq́; alacres in pectore motus: Affectas tacita dulcedine mentes Implet. Lęto teſtatur qui gaudia plauſu: Tollens plauſus: Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus: Exultatq́; & vix animo ſua gaudia differt: Certatim iugenti celebrant noua gaudia plauſu: Ergo alacris ſiluas, & cętera rura voluptas, Panaq́; Paſtoresq́; tenet, Dryadesq́; puellas: Iam nube repulſa Triſtitiæ lętos hilarabunt gaudia vultus: Oppletur lętanti regia cœtu: Ingeminant plauſum Tyrij.

GAVRVS Mons.
V. *Campania*.

GEBENNA Mons.
V. *Gallia*.

GEDEON.

Iſraëlitarum Iudex filius Ioas Ephręi ex tribu Manaſſe, qui aram, lucumq́; Baal deſtruxit, cui apud quercum Angelus Domini apparuit, Spirituq́; fortitudinis repleuit, victoriamq́; illi ex Madianitis referendam prędixit, in cuius ſignum vellus in area poſitum roſcidum inuentum mane fuit, cùm rore cętera careret humus. Poſtero autem die viciſſim ſiccum repertum fuit vellus cum quę vicina eſſet humus rore maderet. Demùm cum trecentis tantùm militibus clangentibus tuba ad lagenarum fragorem, ſic Deo iubente, victoriam ipſe retulit inſiguem, centum viginti millibus Madianitarum interfectis, ſuorum verò nemine lęſo. Cùm verò perſequeretur reliquias hoſtium cum principibus Zebee, & Salmana, à Socoth, Phanuelq́; paſſus iniuriam; victis hoſtibus, de deluſorijs vindictam ſumpſit, eùmq́; quadraginta prefuiſſet annos Iſraëli moritur, relictis ſeptuaginta filijs, vno notho Abimelecho Sichimita: & in Ephra patria ſepultus fuit. V. *Indic. lib.cap.6. &c.*

Ioas filius: Ioides: Ephręus Iudex: Qui Madianitas percuſſit lumine, nulla Arma adhibens, ſed cum clangore tubarum: Ieroboal, dictus etiam. *Indic. cap.6.* Ezrites, ex familia Ezri.

GELONI.

Scythiæ ſunt populi, Getæ, & Tartari hodie, olim autem ſic dicti à Gelouo Herculis filio, Scythiam incoluere. V. *Scythia.*

Refugo pallentes Sole Gelonos. *Stat.2.Theb.* Eoaſque domos Arabus, pictosq́; Gelonos. *Virg.2. Georg.* qui etiam acres nominat, & diſperſos. *Sen. in Oedip. ch.2.* Ille diſperſos domuit Gelonos. Dicuntur autem picti, vt inquit *Seruius*, quòd ſibi faciem depingebant, vt terribiliores in prelio viderentur. Patientiſſimi inediæ populi, qui fame vrgente, emiſſo ſanguine ex equo, quo vehuntur, cum lacte commixto, inediam leuant. Tum vt feritatem prę ſeferant hoſtibus capitis pellem detrahunt, qua equos inſternunt; capitis verò pellem hoſtilem tamquàm galeam induunt.

GELV.

Lubrica teſta: Lubricaq́; immotas teſta premebat aquas. *Ouid.3.triſt.10.* Glacies: Vis, & vires gelu. V. *Frigus.* Frigus concretum. *Sil.It.10.* Vis frigoris. *Augurell.* Pruina: Vnda frigore concreta: Terra geln concreta. *Claud.* Iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu: Omnia brumali diriguere gelu: Geluq́; flumina conſtiterint acuto: Concreto riguit vincta repente gelu: Horrida ſæuo Quæ premis arua gelu: Rigido compacta gelu per inania grando Stabant iam flumina crudo Incruſtata gelu: Tellus ſub ſterili languet aduſta gelu: Hiems dum ſæua rigenti ſtringeret arua.

Glacies adſtricta ventis. *Ouid.1. met.* Cana pruina concreta frigore: Frigidus imber. *Virg.3.Georg.* Terraq́; marmoreo eſt candida facta gelu. *Ouid.3.triſt.10.* Nix perpetua: Indurat Boreas, perpetuamq́; facit; ideſt niuem. *Ibidem.*

Epith. Adſtrictum, gelidum, concretum, canens, acutum, brumale, ſæuum, marmoreum, durum, acre, crudum, iners, glaciale, canum, ſæuum, rigidum.

Glacies pendens.

Stiria. *Virg.* eſt gutta gelu concreta de tecto pendula, & guttatim augeſcens; ad cuius ſimilitudinem iocosè dixit *Mart.* Pendebit ſtiria naſo. Huius periphraſis eſt ille verſus eiuſdem *Mart. 4.18.* Decidit hiberno pregranis vnda gelu: & *infra*: Tabuit in calido vulnere mucro tener: non ſecus ac ferri videtur mucronem habere ſtiria, cùm de tectis eſt pendula, quæ ſi decidat, ad perpendiculum hominem transfodere poteſt.

Gutta gelu concreta: Et nitet inducto candida barba gelu. *Ouid.3.triſt.10.* Ipſe vides certè glacie conſiſtere Pontum, Ipſe vides rigido ſtantia vina gelu. *Idem 4.Pont.7.* Sępè ſonant moti glacie pendente capilli. *Idem 3.triſt.10.*

Epi-

Digitized by Google

Epith. Aſpera, frigida, ſolida, futilis, iners, lucida, fragilis.

GELASCENS, ſiue GELANS.

Incruſtata gelu flumina. *Mant.* Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. *Virg.Georg.* Lubrica cruſta: Glacies; *ex eod.* Lubrica teſta, *vt ſup.* Aquæ concretę frigore. *Mart.*4. Indurata niue arua: Indurata gelu tellus. *Ouid.6.met.* Duratus collis concreto frigore. *Idem 3.triſt. el.*10. Vt cuncti concreſcant frigore riui. *Ibidem.* Cęruleos ventis latices durantibus, Iſter congelat. *Ibidem.* Obſeſſus glacie gurges. *Ibidem,& plura de his.*

Africus in glaciem frigore nectit aquas. *Prop.*4.3. Incluſæ gelu vndæ. *Ouid.3.triſt.*10.Vbi frigore conſtitit Iſter Dura meant celeri terga per amnis equo. *Idem* 1. *Pont.*3. Horrida ſæuo Quæ premis arua gelu, ſtrictosq; in ſedibus amnes. *Val.Flacc.*1. Et coit adſtrictis barbarus Iſter aquis. *Ouid.3.Pont.*3. Cùm triſtis hiems etiam nunc frigore ſaxa Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum: Cùm totis iam bruma rigeret Imbribus, & ſolidis hęrerent flumina lymphis: Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes: Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris: Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ, Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. *Virg.* Quaq; rates ierant, pedibus nunc itur, & vndas Frigore concretas vngula pulſat equi: Incluſæq; gelu ſtabunt, & marmore puppes, Nec poterit rigidas ſcandere remus aquas: Vidimus in glacie piſces hęrere ligatos.

GEMITVS.

Gemitus lacrymabilis imo auditur tumulo. *Virg.* 3.*Æn.* Duros gemitus ſub corde premebat: Gemitus ingerit vſque graues: Męſtuſq; per omnes It gemitus: Ingentem gemitum tunſis ad ſidera rollunt Pectoribus. *Idem.* Lamentum: Fœmineus vlulatus: Fletus. V. *ſuo loco,vbi multa.*

Epith. Flebilis, grauis, atrox, lacrymabilis, mœſtus, durus, ingens, altus.

GEMINI.

Tertium Zodiaci ſignum, quod nautis pręſtare felicem nauigationem credidit vetuſtas, vt *Horat.* cecinit: Gratum Tyndaridæ ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt æquoribus rates: Pollux,& Caſtor crediti ſunt hoc ſignum. Fabulam prolixè narrat *Diodorus Siculus* 5. cur hi duo Gemini ſint habiti,& nauigantibus fauere crediti: nos illam attigimus *ſupra in dictione Caſtor*, quo lectorem reijcimus. Sunt qui credant exhalationem eſſe potiùs, quàm ſtellam, quum hi duo refulgent nauigantibus,ex motu quodam interfulgentem, quæ in antennis,velis, aut foris gemina apparens reſidentis tempeſtatis indicium eſt, Nautæ corpus ſanctum: Hiſpani *Santelmum* vocant, & neſcio cuius Diui referunt hiſtoriam. Demùm Gemini ſunt illa duo lucentia ſidera poſt Tauri ſignum, quæ vt pictores exprimant, puellos duos pingunt brachijs inter ſe connexos, vultuq; inuicem ſe aſpicientes. Geminorum autem ſidus nauigationi prodeſſe innuit *Sen.in Herc.fur.* Non illic geminum Tyndaridi genus Succurrunt tumidis ſidera nauibus: & *Mart.*16.*in Amph.* Gratum nautis ſidus fulgere Laconum. Optabantur igitur Gemini à nautis, vt etiam innuit *Propert.*1.*eleg.*17.Cernere,& optatos quærere Tyndaridas; & inuocabantur in tempeſtatibus, & naufragijs,vt ſcribit *Ariſtophanis Interpres.* De Geminorum apparitione hæc *Seneca Phil.* In magna,inquit, tempeſtate apparent quaſi ſtellæ velo inſidentes, adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant Caſtoris, & Pollucis numine. Lege *Plin. Pauſan. Diodorum Sic. & alios.*

Sidera Ledæ. *Ouid.*2. *eleg.*11. Tum generoſa voces fœcundæ ſidera Ledæ, Et felix dicas quem ſua terra tenet: Tyndaridæ,quòd Caſtor Tyndari filius,& Pollux eiuſdem filius crederetur,cùm Iouis eſſet: Genus Ledæ. *Mart.*7.23. Caſtor,& Pollux. *Ouid.epiſt.*8. Caſtori Amyclæo,& Amycleo Polluci Reddita Mopſopia Tyndaris vrbe ſoror: Fratres gemelli. *Ibidem.* Tyndarei fratres. *Val.Flacc.*1. Pollucis,& Caſtoris auxilium. *Catull.* Ledæ proles gemina: Fratres Tyndaridæ. *Ouid.*5.*faſt.* Ledæi Dei. *Idem* 1.*faſt.* Bina gemellorum quærebam ſigna Deorum. *Idem* 5. *faſt.* Vtile ſollicitæ ſidus vtrumq; rati.

Lumenq; innoxia fundit Purpureum miſeris olim implorabile nautis. *Val.Flacc.*1. Dei gemelli, gemini. *Ouid.*5.*faſt.* Adijce Ledęos concordia ſidera fratres. *Idem ad Liuiam.* Sidera Lacones. *Pamphil.* Ledæi Lacones. *Mart.* Oebalij fratres. *Polit.* Oebalidæ gemini. *Stat.*5.*Theb.* ſic dicti ab Oebalia Laconię regiuncula,vt etiam Amyclæi ab Amyclis notiſſimo Laconiæ oppido; & Therapnæi, à Therapne vico Laconiæ; vndè *Idem Stat.*4.*ſilu.*8. Cùm iam damnata ſororis Igne Therapnæi fugerunt carbaſa fratres: Anaces,& Epheſtij dicti,teſte *Theodoreto.* Pileati fratres. *Cat.* quia tamquam Lacones pugnabant pileo muniti: Ledęum aſtrum. *Mart.*8. Arcadium. *Val. Flacc.*1. Geminus Pollux. *Hor.*3. *od.*29. Cygnigeni fratres: Lædæ ſoboles: Germaniq; pares: Lampas Tyndaridum. Nonnulli pro Caſtore, & Polluce in Geminorum ſignum reponunt Iaſonem,& Triptolemum: Alij Zethum,& Amphion: ſed plurium opinio eſt fuiſſe Caſtora, Pollucemq;.

GEMMA.

Genericum nomen lapidum precioſorum.

Gem-

Digitized by Google

Gemmas,& lapides aurum,& inutile Summi materiam mali Mittamus. *Hor.3.24.* Lapilli:Aures onerata lapillis. *Stat.* Lucentes, Libyci,Indi,niuei,nitidi,Eoi:Quos legit è viridi decolor Indus aqua. *Ouid.3.de art.* Concha:Bacca maris:Conchea bacca maris, ideſt Vnio. V. *infra in gemmarum nominibus*. Tenues conchas,pictoſq; lapillos Pontus habet.

Quæ legitur rubris gemma ſub æquoribus. *Prop.1.14.* Poſitæq; ex ordine gemmæ Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo. *Ouid.2.met.* Eoi lapilli. *Prop.1.15.* Nec minus Eois pectus variare lapillis, Vt formoſa nouo quæ parat ire viro: Monile,& monilia;ex varijs enim gemmis conſtant auro intextis;& Torques. V. *ſuis locis.* Mox vbi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo. *Prop.*

Spolia rubri maris. *Luc.10.Pharſ.* Lapis rubris aduectus ab vndis. *Sil.It.12.* Munera rubri ponti. *Idem 14.* Dona maris Indi. *Sen. in Hipp.* Pelagi dona rubentis. *Idem in Herc.Oet.* Lapis Eoa lectus in vnda. *Idem.* Lapilli Erythrei. *Mart.9.* Indici:Lapilli littoris Indici. *Idem 10.* Indus lapis. *Claud.in conſ.* Gemmarum ignes radiantes lucibus. *Manil.6.* Induito collo lapides Oriente petitos. *Ouid.de nuce.* Gemmeus fulgor. *Augur.* Gemmarum nitor. *Sen.in Med.* Extremo lapides Oriente petiti. *Ouid.7.met.* Theſauri diuitis Indiæ. *Hor.3.14.* Diuitiæ lapidis perlucidi. *Catull.* Lapillus pretioſus. *Curt.* Peregrinus. Peregrini lapides. *Oui.l. de nuce.*

Epith. Nobilis, inſignis, lucida, fulgens, ignea, ardens,multicolor,fulgida,radioſa,rutilans,honeſta, nitido fulgore coruſcans.

Gemmarum nomina.

Achates verſicoloribus venis diſtincta, hodie *Agata*;quæ venæ aliquando flumina, ſiluas, & arbores repręſentant: Achatem inſignem habuit Pyrrhus Epirotarum Rex, in qua nouem Muſæ, & Apollo citharam tenens ſpectabatur. Lege *Plin. lib.37.cap.1.* & 10. Ab Acathe cognomine Siciliæ flunio,vt teſtatur cum *Theophraſto Plinius*.

Adamas. V. *ſuo loco:*& adde:Clari lapides. *Hor.4. od.13.* Niuei lapilli,ſeu potiùs cęrulei;*ex Prop.4.* Candidi. *Boet.3.* Candentes lapilli,gemmæ.

Aëtites, p.prod. *Plin.* lapillus, qui in aquilarum nidis reperiri ſolet,vel à colore anis ſic dicta gemma, vel à virtute, qua citra illius pręſentiam parere aquila negatur, ſunt qui lapidem hunc Gagaten dicant, teſte eodem *Plinio*, cùm ſint diuerſi.

Amethyſtus;violacei gemma coloris,nomen habet à vini colore, quem priuſquam deguſtet in violam deſinit, vt *Plinij* verbis dicat. Optima eſt orientalis,vel Indica: ſunt etiam & Miſnicæ hoc tempore. *Ariſtoteles* author eſt: Amethyſtum vmbilico admotum vini vaporem primùm ad ſe trahere, deindè eum diſcutere, proindèq; à crapula, & ebrietate ferentem vindicare: ſed reprehenditur à *Plutarcho*,& ab ipſa experientia:Purpureus lapis. *Ouid.* Purpurea gemma; *ex eodem*.

Bacca. *Virg.* Baccæ candor:Margarita. *Cic.* Vnio. *Plin.* Indicus lapis:Erythręus lapis. *Lucian.* Erythreus lapillus. *Stat.* quòd à rubro mari peteretur,nunc verò à Philippinis inſulis Molucis,alijſve Indiæ regionibus; necnon à ſinu Perſico, vbi ingens baccarum copia:Bacca conchea. *Virg.in Cul.* Candidi lapilli,ſiue niuei, figur. non enim ſunt, ſed ita videntur eſſe: Concharum fœtus: Concha Inda. *Prop.1.8.* Rubentis maris grana. *Tertull.lib. de reſurrect.* vocantur margaritæ, vnioneſq; Roſcida concha: Rores concreti; ros enim in conchis concretus eſt vnio.

Vnio exaluminatus. *Plin.* Qui colore pellucidus, & pręſtans eſt: videtur autem exaluminatum dixiſſe, qui triſtitiam illam exuerit aluminis: Indica gemma. *Prop.2.22.* Cylindrus. *Iuuen.* Elenchus. *Plin.* margarita oblonga, ouali figura Tympanum. *Idem:* margarita hinc rotunda, indè plana. De alijs V. *Plin.*

Beryllus. *Plin.Solin.* quem cum ſmaragdo naturæ communem putant,colore ſurdo, qui figuræ ſexangulæ repercuſſu excitatur ab artificum ingenijs. *Triphyodorus* cęruleum illi colorem dat. *Marbodeus* quoque violacei coloris, aut cærulei in genere Beryllorum excellere oſtendit illo verſu:Eximios violæ ſimiles,lymphæve marinæ: Et ſolitum digito Beryllon adederat ignis. *Prop.4.7.* Gemma eſt, inquit *Beroald.* in India originem habens; probatiſſimi ſunt qui viriditatem puri maris imitantur.

Chryſoberini, ex beryllorum genere, quorum fulgor exit in aureum colorem:Cylineri,quòd Indi beryllos in Cylindros formant, teſte *Beroaldo*, qui etiam dicit,ſic interpretandum *Iuuenalis* locum:— donauit arcana cylindros;nempè de huiuſmodi faſtigiata longitudine; quæ hodie dicitur, *à punta di diamante*.

Carbunculus. *Plin.* à ſimilitudine prunarum nomen ſortitus, tametſi ignes non ſentiat, vndè à quibuſdam Apyrotus dicitur:Carbunculus Amethyſtizon: Pyropus: Pyropi flamma: Ignes Sidonij,rubriq; maris. *Claud. in conſ.4.Hon.* in ipſo enim ferè littore Erythręo reperiri dicitur. Carbunculi genera tria ſiunt:Indicus,Garamanticus, quem etiã Carchedonium vocant propter opulentiam Carthaginis;& Alabandicus in Orthoſia cautè naſcens: Carchedonius mali punici colorem æmulatur: Carchedonius ignis lapideus. *Petr.Arbit.* Phœbęis certantia lumina flammis. Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes. *Manilius*.

nilius. Gemmæ ardentes. *D.Hieronym.ad Demetriadem*. Purpureus lapis. *Lucan*.10. Verùm potiùs ad amethyſton pertinet ſynonymon, qui violacei gemma coloris eſt, vt *ſuperiùs* diximus; non enim purpura propriè ad ignem,ſed ad violam colore accedit:Ignea gemma. *Sil.It*.8. Carbunculus candidus, qui extremo viſu nubilum quid præfert.

Chryſolitus. *Plin*. Aureo colore tranſlucens, non malè à *Propertio* flaui coloris propterea dictus; quem hodie gemmarum mangones hyacinthũ falsò nominant; ab Æthiopia ferè ad nos tranſmittitur:Aureo colore tranſlucentes gemmæ; *ex Plin*. Aurea gemma:Quosve dedit flauo lumine chryſolitos. *Prop*.2.*el*.16. Per iuga chryſoliti,poſitæq; ex ordine gemmæ. *Ouid*.2.*met*. Flauo lumine lapis,gemma.

Cyanus. *Plin*. Colore cæruleo gemma: Cyanus mas; qui ſaturo magis cęli colore eſt: Cyanæus lapis: Colore cęrulei lapis eſt in aurarijs, ærarijſque metallis inuentu, quem gemmarij Lapis lazalo appellant:Armenius lapis.

Hyacinthus. *Plin*. alius eſt ab eo, quem noſtra ſecula nominant; nam dilutiore etiam fulgore violacei coloris ab amethyſto vincitur: Hyacinthi cęrula. *Claudian*.

Iaſpis,quæ viret, & ſæpè tranſlucet gemma à pluribus locis ad nos allata; quæ ab India ſmaragdo ſimilis eſt, quæ à Cypro, colore glauco, & pingui; quam Perſæ afferunt ſimilis eſt aëri, vndè aërizuſa vocatur, Eranus, ſiue Eranos, vulgò *Turchina*:quę à Thermodoonte fertur cęrulea; & Scythica inter cæruleas omnes optima: Phrygia iaſpis purpurea eſt; at Cappadox ex purpureo cærulea, & non refulgens: Thracia Indicæ ſimi is eſſe perhibetur, Chalcidica, quæ turbida eſt: præfertur tamen alijs generibus. Inuenitur etiam apud Sardos, quæ violas imitatur. *Galenus* iaſpidem medicinæ vtilem Chloron iaſpin, hoc eſt viridem, cognominat. Eſt etiam genus aliud iaſpidis, quod Gramatias ab aliquibus dicitur, quæ tranſuerſa linea alba præcingitur.

Multa ſinus,& colla virens ornabat iaſpis:Illi ſtellatus iaſpide fulua,&c.*Virg*. Virides lapilli. *Boet*.3. effulgens,virens,teres,&c.

Lychnis. *Plin*. vel lychnites: Gemma, cuius lucis vigor flagrantia lucernarum excitatur cocci rubore ſuffuſus.

Onychium. *Theophraſt*. lapillus è fuſco, & albo compoſitis conſtans ad octypas ſcalpturas quæſitus vitandis periculis valere creditus: Onychis Arabica *Plinio* dicta: Arabium limen, nempè ex onyche factum: Illa neque Arabium meruit tranſcendere limen. *Prop*.1.15. nempè limen ex ipſa onychi factum,vt hodie ſolent ex marmore fieri limina, Lege *Plinium lib*.36. qui gemmam hanc nigram eſſe ait candida zona præcinctam.

Onyx, cis, quod candorem præferat vnguis humanæ, vndè illi nomen eſt & vas ex alabaſtro. V. *Myrrha*. Chalcedonius, ex genere onychiorum.

Sardonyx: Mixtum habet è ſarda, & onyche nomen: Arabicam ſardonychen excellere teſtatur *Plinius*, candore circuli in ipſis vmbonibus nitente,ac nigerrimi coloris ſubſtrato; nam Armenica pallidam præfert zonam.

Sardius. *Plin*. Qui impenſius nigret mas eſt,qui rubet magis, ſarda eſt, & fœmina *Theophraſto* habita.

Sapphirus, lapis cærulei coloris à Cyano non multum differens, vndè Cyanum ſapphirum vocat *Dionyſius Afer*,quamvis ad viride declinet:Duaſque ſimiles fluctibus maris gemmas. *Mart*.4. niſi ſmaragdos intelligat:Syrtites lapis. *Marbodaus*, quod circa Syrtes Libycis permixtus arenis fluctibus expulſus feruente freto reperitur.

Smaragdus. *Plin*. Virore oculos ſatians gemma, vndè ab *Horatio*, viridis lapis vocatur, quem ex iaſpide fieri arbitratur *Theophraſtus*: nullius coloris aſpectus eſt illo iucundior:Viridis gemma: Virides lapilli. *Boet*.3. Lux ſmaragdi. *Lucret*.4. Viridesq; ſmaragdi ſcintillæ.

Epith. Clarus, radians, viridis, florens, perſpicuus, viridans,vireſcens,oculos recreans.

Grandes viridi cum luce ſmaragdi auro includuntur:Inq; loco tunicæ pulcra ſmaragdus erat crebro maculas diſtincta ſmaragdo:O quantum eſt auri pereat,potiùſq; ſmaragdi,Quàm ſlet ob noſtras vlla puella vias. *Tib*.1.*eleg*.1. Smaragdi interuentu amores conciliantur inter amatores, eoq; non dato diſſolui creduntur. Duodecim eſſe genera ſmaragdi referuntur à *Dioſcoride*, & *Plin*. Viridesq; ſmaragdis Loricas. *Claud*.

Topazius,quem aureum de ſe iubar effundere ſcribit *Euſtathius*: & hic denſioribus tenebris magis eluceſcere dicitur.

Pyropus,idem ac Carbunculus apud authores communiter. V.*ſuo loco ſup*. & adde:Ardor ſtellans pyropi. *H.Strozz*. Flammaq; imitante pyropo. *Ouid*.2.*met*. Martia gemma; quòd accenſam Martis ſtellam igneo fulgore imitatur:Picta nec inducto fulgebat flamma pyropo. *Prop*.4.11. Cedet Erythrćis eruta gemma vadis. *Mart*.8. V. *ſuperiùs,Carbunculus*. Igniuomæ gemmæ:Ignis pyropi:Stella,ſidus pyropi,&c.

Epith. Radians, fulgens, præfulgens, coruſcus, micans, fulgidus, lucidus, igniuomus, flammiuomus, Martius.

Murrha,ſiue myrrha gemma, ex qua fiebant pocula, quæ in Pompeij triumpho Romam primùm fuit aduecta, teſte *Plinio*. Primuſq; Pompeius

ſex pocula murrhina (ſcribitur etiam myrrhina) ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit; quæ protinus ad hominum vſum tranſiere; vndè *Martialis in Candidum epig.*26. *lib.*3. (Lege *eumdem lib.*14.113.) Aurea ſolus habes, myrrhina ſolus habes. V. *Plinium lib.* 37. *cap.* 2. *Iuuen. ſat.*6. *Ioſephus Scalig.* ad verſum illum *Prop. lib.*4. *eleg.* 5. Murrheaq; in Parthis pocula cocta focis; aſſerit murrhina pocula ex ſignino cocto apud Sinas facta eſſe, quæ nobis *Porcellana* vocantur. Lege notas *Farnabij in Mart.*

Succinum. V. *Electrum*: & lege *Plin. lib.* 37. *cap.*4.

Chryſtallus:Corallia. V. *ſuis locis.*

Morion. *Mart.* ſiue murrion apud *Plinium loco citato:* idem cum myrrha. V. *ſup.*

Opalus, ſiue opalum; quem India ſolùm gignit, teſte *Plinio*, de quo hæc ſubdit: Atque ideò eis preciosiſſimam gloriam compoſitores gemmarum, & maximè inenarrabilem difficultatem dederunt: eſt enim in ijs carbunculi tenuior ignis, eſt amethyſti fulgens purpura; eſt ſmaragdi virens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia: hæc *ille cap.*7. *lib.*37. Pederos, tis. *Idem:* ob eximiam gratiam.

Sardonyx, gemma eſt in ſumma ſui parte vnguis humani candorem; inferiorem autem ſardæ ruborem referens; vndè mixtum habet è ſarda, & onyche nomen. Arabicam ſardonychem excellere teſtatur *Plinius*, candore circuli in ipſis vmbonibus nitente, ac nigerrimi coloris ſubſtrato: nam Armenica pallidam præfert zonam. Polycratis Samij felicitas celebratur, qui ſardonycem in ponto amiſſum, ſiue deiectum, recepit in piſce, qui illum deglutierat, quiq; illi dono fuit oblatus; *ex Plin. lib.*37. *cap.*1. *vbi alia multa de gemmis.*

Alabaſtrites lapis, quem aliqui onychen appellant: & hic inter marmora. V. *Marmor mixtum.* Electrum. V. *ſuo loco.*

Galacites, eſt lapis lactei coloris, cuius ſi puluerem ſparſeris ſuper dorſum caprarum, ſuis fœtibus hæ lac copioſius præbebunt; ſi in potu nutricibus dederis, lac mammis adaugebit. *Io: Baptiſta Porta.*

Mundus muliebris, eſt apparatus tum veſtium, tum gemmarum, quibus ſeſe fœminæ cooperiunt, qui alia voce ſyntheſis dicitur, de qua *Mart. lib.*14. 141. *& alibi:* Sic tua compoſitis perlucent præla lacernis, Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus.

GENÆ.

Occupat & teneras purpura grata genas. *Ouid.* Genarum purpura: Oſtrum: Murex, &c. nempè rubor in genis ſignum optimum. V. *Erubeſcentia.* Mala: Duræ crepitant ſub vulnere malæ: Maxilla, eſt interior pars genarum.

Epith. Teneræ, molles, purpureæ, lepidæ, venuſtæ, decoræ, conſpicuæ, ambroſiæ, nitidæ, rutilæ, candentes, niueæ.

GENEALOGIA.

Indicatio originis: Geneſis, natiuitas, generatio, & ſidus natalitium: Nota mathematicis geneſis tua. *Iuuen. ſat.*14. dicitur etiam Genethliacus, nempè horoſcopus ex ſitu, & conſenſu ſiderum in natiuitatis hora, quem vitæ curſum, finemq; prędicere nonnulli autumant. V. *Horoſcopus.* Primuſq; dies dedit extremum. *Sen. in Oedip.* Genealogia, eſt ſeries auorum: Generis recenſio. V. *ſupra in dict. Cognatus: Cognatio.* Et gentis cunabula noſtræ. *Virg.*3. *Æn.*

GENERATIO, & GENVS.

Non hæc ille Deus, tantæq; propaginis author. *Ouid.*3. *faſt.* Generandi gloria: Domus: Genus: Gentilitas: Hæc generis princeps. *Idem* 1. *faſt.* Stirps: Soboles: Progenies: Propago, ginis: Tantæque propaginis author. *Idem* 3. *faſt.* Sanguis: Gens: Origo: Series: Natio: Familia: Sanguinis ordo: Gentilis ſanguis: Principium: Ortus: Exortus: Primordia gentis noſtræ. *Idem* 5. *met.* Generis primordia, gradus: At genus immortale manet, multoſq; per annos Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum: Naſcetur pulcra Troianus origine Cæſar: Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. *Virg.* Multa viri virtus animo, multuſq; recurſat Gentis honos: Ab Ioue principium generis: Qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferant. *Idem* 7. *Æn.*

GENIVS.

Vt *Diuus Auguſtinus lib.*7. *ex Varronis* ſententia ait, Deus eſſe credebatur, qui vim haberet omnium rerum gignendarum: quo modo *Cebes Thebanus* Philoſophus in tabula ſuum poſuiſſe ſenem Dæmona, ideſt Genium in primi circuitus porta; ſed & alio modo dicebatur: Genium cuiuſque naturæ Deum eſſe. *Seruius* ita tradit, Genium numen eſſe, quod nobis naſcentibus datur. Huic res ſacra fiebat mero, ac floribus, vt ex teſtimonijs infra ponendis patebit; porco etiã bimeſtri, quod rarò, niſi in ſolemnioribus; nam ſinguli ſuo Genio die natali ſacrificantes manum à cæde, ac ſanguine abſtinebant, ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, alijs demere viderentur; vndè merum fundebant. Nonnulli binos Genios omnibus nobis appoſitos eſſe dixerunt; quos *Tertull. in Apologet.* dæmonas appellat. Sunt autem qui referant Genium bonum, Geniumq; malum ſingulis attributos: vndè conijcimus ſecundùm Sanctorum Patrum opinionem nobis natis Cuſtodem Angelum, & Cacodæmona aſſignari: & ſicut veteres Genio bono natali die ſa-

Digitized by Google

era operabantur, à nobis etiam Cuſtodi Angelo in noſtro natali die eleemoſynis litandum, ac miſſarum celebratione. Sed libeat de malo Genio fabulam narrare ex *Pauſania:* Euthymus quidam athleta, cùm apud ciuitatem Temeſſanam in Italiam rediJſſet, & puella eſſet expoſita ſacrificanda heroi vni ex Vlyſſis ſocijs, ſe is in templum dnei iuſſit, ibi virginem conſpicatus, primò miſericordia commotus, deindè etiam amore incenſus, petijt ab ea fidem, num, ſi ab eo ſeruata eſſet, in eius manum conueniſſet. quæ cùm libenter fidem dediſſet, Euthymus captis armis cum Genio congreſſus, quem laceſſiuerat, illum victum membris, & agro expulit, qui ſublatus hominum cœtu, in mare demerſus fuit: vndè ciuitate fœdiſſima calamitate liberata, illuſtres fuerunt Euthymi cum erepta virgine nuptiæ. Multa alia ipſe narrat de Euthymo, quem adi. V. *Gyrald.* Pingebatur Genius ſub ſerpentis imagine. vt patet ex illo *Virgilij* loco: Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis Eſſe putem, 3. *Æn.* interdum puerili, vel iuuenili forma, interdum etiam ſenis: qui coronabatur platani folijs, vtpotè genialis arboris.

Ipſe ſuos adſit Genius viſurus honores: Cui decorent, ſanctas florea ſerta comas: Illius è puro deſtillent tempora nardo, Atque ſatur libo ſit, madeatq; mero. *Tib.* 2.2. Funde merum Genio. *Perſ.* Floribus, & vino Genium memorem breuis horæ. *Hor. epiſt.* Huic filia vna eſt, ea mihi quotidie rure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat. *Plaut. in Aulul.* Cras Genium mero curabis, & porco bimeſtri. *Hor. ad Lamiam.* Cuſtos, obſeruator Genius: Dæmones, & Lares. *Apuleius.* At tu natalis quoniam Deus omnia ſentis, Annue quid refert, clamve, palamve roget. *Tib.* 4.5. Perq; tuos oculos, per Geniumq; rogo. *Ibidem.* Magne Geni cape tura libens, totiſq; faueto. *Ibidem.*

Quid te per Genium, dextramq; Deoſq; penates Obſecro, & obteſtor. *Hor.* Exuitur, Geniumq; meum proſtratus adorat. *Prop.* 4. Genium autem venerantes frontem tangebant, vt *Seruius* ait *in* 3. *Æn.* Genius etiam voluptatis Deus habitus, vndè genialis dies, voluptuoſus: Genialis conſitor vuæ; de Baccho. *Ouid.* 4. *met.* Quiſq; ſuos patimur manes. *Virg.* ... vbi *Seruius* de Genijs bono, maloq; interpretatur. Romæ ædiculam habuit Genius in regione 14. & Genij Larium aliam habuerunt in regione 6. aliam Genij Sangi in regione 7. Dij coniugales, tuq; genialis tori Lucina cuſtos: Genialis torus dicebatur qui in Genij honorem in nuptijs nouæ nuptæ ſternebaur, viri Genio implorato.

GENV.

Genua Miſericordiæ conſignauit antiquitas, quòd ea ſupplices attingerent, ad hæc manus tenderent, hæc vt aras adorarent, vt inquit *Plinius:* vndè *Ouid.* 9. *met.* Dicentem, genibuſq; manus adhibere parantem Corripit Alcides: Genuale, dicitur genuum ornamentum: Poplitibus ſuberant picto genualia limbo. *Idem* 10. *met.* Flexo genu iam totus ad terram ruit. *Sen. in Herc. fur.* Quem genu nixo tremuere gentes; ideſt genuflexi. *Idem in Thyeſt.* 3.

Epith. Flexum, curuum, incuruum, ſuccidaum, durum, rigidum.

Genuum iunctura: Qua crus eſſe incipit, & qua Mollia nodoſus facit internodia poples: Ægra labant genua feſſa fame: Vade, & prociduo dic bona verba genu: Fuluis genua inclinarat arenis: Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentem ducunt ad naues: Sed tarda trementi Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis: Poples tremulus, nodoſus, incuruus, ſinuatus: Tremulo medios abrumpit poplite gyros: Sinuato poplite Chriſtum Implorant: Æternum numen venerantur poplite curuo: Tento poplite proni. *Val. Flacc.* 1. meminit etiam *Virg.* 12. *Æn.*

GENEROSVS.

Magnanimus Imperterritus. *Virg.* 10. *Æn.* Impauidus. *Ibidem.* Acerrimus armis. *Idem* 9. *Æn.* Intrepidus, inuictus: Pręſtans animi. *Idem* 12. *Æn.* Virtute ſiquis erit magnæ ſubnixus robore mentis. *Mart.* 1.40. Viuida rebus pectora. *Stat.* 3. *Theb.* Magnanimùm ſiquis tibi ſanguis auorum. *Ibidem.* Sanguis dixit pro animi generoſitate.

Fortis: Robuſtus: Robore pręſtans: Gens Herculea. *Ouid.* 2. *faſt.* Semina Herculeæ generis: Animus robuſtior. *Stat.* 5. *ſilu.* 2. Infragilis animus. *Ouid. ad Liu.* Inconcuſſus animus: Fortia corda: Neſcia vinci pectora: Caput inſuperabile bello. *Idem* 1. *met.* Inexpugnabile. *Stat.* Viribus inuictus. *Virg.* 6. *Æn.* Nullis violabilis animis. *Stat.* 2. *Theb.* Fidens animi, atque in vtrumque paratus. *Virg.* 2. *Æn.*

Viribus inſignis: Durus bello, audax, acer: Valido qui eſt robore: Viribus prędtus, potens, valens: Quam forti pectore, & armis: Vos ò quibus integer æui Sanguis (ait) ſolidæq; ſuo ſtant robore vires. *Virg.* Dat ſenior lectos iuuenes fortiſſima corda: Gens dura, & aſpera cultu debellanda tibi eſt: Plenis victor fortiſſimus annis: Sic feruidus ibat Annibal, &c. V. *Bellator.*

GENVA.

Vrbs Liguriæ caput florentiſſima, quæ fronte meridiem, Cirnumq; ſpectat inſulam, ampliſſimè circa littus conſurgens dorſo ſeptentrioni obuerſo, leniter in planiciem velut ad quieſcendum deſcendens, montium iuxta radicibus, non tamen tota montoſa, nec viciſſim tota plana, quę ſi pri-

Digitized by Google

ſi primùm mœnibus circumdabatur ad ſex milliaria, nunc nouis fabricatis muris, ac montibus incluſis aliquot, tredecim vel amplius milliarium continet ambitum, vndè inexpugnabilis facta cenſetur. Inſignem habet portum ad Auſtrum, & Africum patentem, ſed quòd malè fidus illo eſſet nauibus, altera ſuperinducta mole noſtris temporibus etiam ventis fiet, ac maris tempeſtatibus impenetrabilis ſtatio. Genuam laudat *Scaliger* quodam epigrammate.

Ditis opes Aſiæ, & claros orientis honores, Quantaq; ab Euxino tunditur ora ſalo: Piſanas acies, Tuſcæ decora inclyta pubis, Et traxi ad Ligures Gallica ſigna manus: Subiectis domitas tenui ceruicibus Alpes, Et tremuit noſtras Africa terra trabes:& reliqua.

Ianua dicitur etiam: Genoa. *Steph.* Vrbs Ligurum ditiſſima, potens: Ligurum caput: Genuæ regna potentes: Liguſtica vrbs, antonomaſticôs: Vndè Genuenſes: Ligures: Ligurum populi: Ligurum vrbs celeberrima.

GEOMETRIA, & GEOMETRA.

Ars Syracuſia, quòd Archimedes Syracuſius artem illam mirum in modum exercuerit, & adauxerit: Menſor maris, terræ, numeroq; carentis arenæ. *Hor. 1. od. 28.*

Euclidis elementa, ars: Euclidis præcepta, ſtudium: Et radio polum, terraſq; deſcriberis iacentes, cuncta capax animo reſorbes. *Maſcul. 1. od. 10.* Longa interualla profundi lenibunt: Geometriæ ſtudium lenibit animum meum.

Mercurium inueniſſe geometriam ſcribunt nonnulli. V. *Mathematica: Aſtrologus.*

GERMANIA.

In Europa eſt regio, quæ magnam ſanè illius partem amplectitur, quæ multa in ſe continet regna, prouincias, vrbeſq; celeberrimas, multiſq; dominata Principibus, diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem. Inferior Germania Belgium, de quo *ſuo loco:* ſuperior, de qua modò dicemus: quæ etiam dicitur magna *Ptolomæo:* Romani imperij ſedes, quę eò ſub Gregorio X. anno Domini 1273. translata à Conſtantinopoli fuit; inſtituriq; Electores, & à Carolo IV. confirmati. Alemānia vocata fuit ſub inclinati imperij tempora;& Teuthonia à quodam Teuthone Duce, ſiue Thuiſtone, quemadmodùm vocat *Tacitus*. Eius terminos Vide apud *Coſmographos*, cùm varij recenſeantur. Huius

Prouinciæ.

Heluetia, Alſatia, Sueuia, Vvirtenbergenſis Ducatus, Bauaria, Franconia, ſiue Francia orientalis, Palatinatus Rheni, Boemia, Morauia, Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola Tirolis: & præter has etiam hæ à nonnullis ibidem adſcribuntur: Friſia orientalis, Veſtphalia, Colonienſis Diœceſis, Cliuenſis Ducatus, Iuliacenſis, Leodienſis Diœceſis, Vvaldenſis comitatus, Haſſia, Pomerania, Turingia, &c. de quibus *inferiùs*.

Præter ciuitates vel imperio, vel peculiaribus dominis ſubiectas octogintaquatuor numerantur liberæ, quarum nobiliores:

Colonia Agrippina, Vvirtemberga, Lubeca, Luneburgum, Francofurtum, Amburgum, Lipſia, Spira, Brema, Argentina, Friburgum, Auguſta Vindelicorum, Tubinga, Heidelberga, Ratisbona, Vienna, Praga, Buda, &c.

Regiones autem, ſiue prouinciæ non alijs tractatæ locis, ſunt:

Friſia orientalis, quam olim Chauci tenuere, quos duplices commemorant *Plin. & Ptolemæus* maiores, & minores: Maiores, qui Bremenſem Epiſcopatum incolunt: Minores ſunt Embdani, & Oldemburgenſes. De Chaucorum populis lege *Plinium lib. 16. cap. 1.* Embda vrbs primaria, & emporium celeberrimum ad Amiſis fluminis oſtium, portus opportunitate nobile: Aurichum, vrbs altera nobiliſſima ob receſſus, ob nemora, ob ſiluas: Eſenſes pagi: Ieuerenſes.

Flumina.

Amiſis, Viſurgis, Iada; & alia: Oldenburgum caput comitatus alterius in eadem Friſia. Populi, qui hanc partem olim incolnere putantur fuiſſe Ambrones, qui cum Cimbris in Italiam profecti à C. Mario cæſi ſunt: Alani Saxones partem quoq; huius prouinciæ inhabitarunt.

Veſtphalia prouincia ab ortu habet Viſurgim amnem, ad meridiem Haſſiæ montes, quos *Ptolemæus* Obnobios vocat, ad occidentem Rhenus eſt, ad ſeptentrionem Friſiam, Hollandiam, & alias prouincias reſpicit. Sedes hic olim habuerunt Teutones, Buſacteri, Bructeri dicuntur. Chamaui: Angriuarij: Longobardi: Dulgumnij: Angili: Cauci, & Cheruſci.

Vrbes.

Brema, olim Phabiranum. *Ptol.* ad Viſurgim fluuium perelegans: Stadium, ſiue Stada vrbs. Sub Bremenſi Archiepiſcopatu, ad Zuingam fluuium ſita in meridionali Albis ripa: Buxtheuda, oppidum.

Flumina in Epiſcopatu Bremenſi:

Viſurgis, Albis, Eſta, Zuinga.

Monaſterium, vrbs Vveſtphalię metropolis Mediolanium dicitur *Ptolemæo*. Suſatum, vrbs Vveſtphaliæ opulentiſſima: Oſnabrugum, ſiue Oſſenbrugum, Haſa fluuio irrigatur: Minda, vrbs amęniſſima ad Viſurgin fluuium ſita: Amſpergum comitatu inſignita vrbs ad Ruram fluuium eſt poſita: Vvarburgum Vveſtphalię oppidum aquis irrigatum Dimulæ fluuij: Tremonia, oppidum in meditullio prouinciæ, quæ olim Tromania di-

cebatur: Hemordia, vrbs: Eſſendia, oppidum imperiale in Vveſtphalia: Duſſeldorpium, à Duſelo amne cognominatum.

Marchiæ comitatus in Vveſtphalia inſignis, ſub quo pręter Suſatum, Tremoniam, eſt etiam Vverdena in Vveſtphaliæ aditu ad Ruram fluuium: Huma, & Hamone oppida.

Colonienſis Diœceſis. V. *ſupra Colonia Agrippina:* ſub qua Noueſium, ſiue Noueſum: Nueſium dicitur *Ptolemao*. *Marliano* verò Nuſſia inſigne Colonienſium oppidum: Andernacum, quod Auternacum vocat *Ammianus:* propè Rhenum: Bonna ſita vrbs in planicie amœna, vbi montes Rhenenſes Rhenum includunt: Soncina non ignobile oppidum. Vveſtphaliæ

Flumina.

Pręter Viſurgim, eſt Amiſis, Glaa, Heth, Haſia, Honta, Sala, Lippia, Stouera, Aa, Vidrus, aliaq; minora: Rhenus etiam, cui contermina eſt Colonienſi diœceſi: Comitatus Muercenſis, ab oppido Muerſio nuncupatum.

Cliuenſis Ducatus; ſub quo Cliuia prouinciæ caput, oppidum celebre, & vetuſtate ſumma non procul à Rheni ripa, tribus cliuoſis collibus pendulum, à Iulio Cæſare bello Gallico conditum (vt aiunt) veluti propugnaculum: Xantum, ſiue Santeu oppidum in ſiniſtra Rheni ripa olim Traiana Colonia, ſiue vetera, dicta: Burichum oppidulum è regione Vveſaliæ vrbis ſitum: Calcaria, oppidum in inſula Rheni, & Belgica Batauia: Griethuſium in principio agri Batauorum iuxtà Lobecum vetuſtam arcem: Vveſalia vrbs perelegans non procul à Rheno: Vetera, vel vetera caſtra Cliuiæ Ducatus, oppid. Duisburgum, Teutoburgumve ad ripam olim fluminis Rheni inter Ruram, & Angram amnes: Embrica, vrbs.

Iuliacenſis Ducatus, ſub quo

Vrbes.

Iuliacum inſignis ad Ruram fluuium ſita. *Antoninus*. Marcodurum: Monaſterium Eyphalcę oppidum amœnum inter montium valles haud procul ab Erruati fluuij fontibus: Berchemum: Caſtrum, & alia: Quadi populi antiqui coluerunt potiſſimùm hanc regionem: Aquenſis vrbs, ſiue Aquæ Grani, & Aquiſgranum recentioribus: Vetera *Ptolemao* dicitur, in qua Legio XXX. Vlpia, ſed apud *Antoninum* 20. trigeſima verò vicinis locis alijs deſignatur. Dicitur etiam Grani palatium: Thermę Grani; & Aquæ Palatium. Sæpiùs etiam Aquæ ſimpliciter ab illius ſeculi ſcriptoribus nuncupatur, vrbs nobiliſſima, & libera Caroli Magni primi Germanorum Imperatoris aula, ac ſepulcro inſignis. Mos erat olim Imperatores hìc inaugurare ſub corona ferrea in templo pendente.

Fluuij.

Rhenus, de quo *ſuo loco*. Rura, alter penè Męanderi Nerſa: Lupia: Angra: Duſelium, alijq; minores.

Leodienſis Diœceſis, ſub qua Leodicum, ſiue Leodium metropolis nonnullis Auguſta Eburonum, quòd Ambiorix Eburonum Rex per inſidias cum incolis obruit Cottam, & Sabinum interfecta Legione vna Romanorum cum quinque cohortibus, vt *Cæſar lib. 5. de bell. Gall.* in eo loco, vndè prima cepit vrbs auſpicia: deſcribitur elegantiſſimè à *Gerardo*. Huyum opp. Bolionium, oppidulum, à quo nomen habuiſſe dicunt Gothefridum Lotharingiæ Dux, qui anno 1016. in concilio generali celebrato Claremontij in Aruernis vnà cum fratribus Balduino, & Euſtatio ſacram militiam ſuſcepit aduersùs infideles pro Palæſthina recuperanda, quod exequutus fuit, vndè meritò Italicis Taſſi carminibus commendatur: Francimontium; Tungri, vrbs haud procul à Traiecto Moſæ conſtituta, vrbs omnium Brabantię ciuitatum antiquiſſima, ſita ad fluuium Iecher, è Tungris Germaniæ populis nomen habens. V. *Belgium*. Hoium, à riuulo in Moſam ibidem pręceps influente: Vrbs S. Trudouis: Centronum, vt quidam arbitrantur ſedes, quorum frequens meminit Cæſar.

Flumina.

Legia, ſiue Legio: Moſa: Vtes: Veſes: Ambluarus: Iechel: Hoy: Veſera, & alia minora, limpidiſſimis cuncta lymphis lucentibus.

Vvaldenſis comitatus, ſub quo Vvaldeccia vrbs primaria, arce pędita, quam Edera fluuius alluit: Aſtinchauſa, & Dudinchauſa oppida: Landauia: Mengerhuſa: Rodenum vrbs cum arcibus: Vvetterburgum arx inter Tuuiſtam, & Ahram fluuios ſita: Vvildunga, vrbs fodinis aureis, æreis, & ferreis inſignis: Saxemberga: Fruſtemberga, oppida: Eiſenburgum arx: Eilhuſia arx ſitu ſpectabilis: Corbachia vrbs auri fodinis celebris apud *Albertum Magnum*. Neuburga, arx, & oppidum.

Fluuij.

Edera, qui Tagi Hiſpaniæ, Hebri Thraciæ, Pactoli Aſiæ æmulus aureas quoque vehit arenas, qui recepto Sualma in Fuldam ſupra Caſſellam, atque indè in Viſurgim ſe exonerat: Dimila: Tuuiſta: Vrba: Ahra: Iter, amnes pellucidi.

Lotharingia. V. *ſuo loco*. Auſtraſia. V. *ſuo loco*.

Palatinatus Rheni, regio ſic dicta à Rheni proximitate, vel aliundè, quod modò inueſtigare non licet. Sedes hic olim Intuergorum, Nemetum, & Vangionum: Intuergi Germanię populi, qui conſtituuntur apud Heydelbergam, quę regio etiam Capellatium, & Pallas vocata fuit ex *Ammiani* teſtimonio: Nemetes. *Ptol.* & alij Germaniæ ad

Rhe-

Digitized by Google

Rhenum populi finitimi Metenſibus; Argentinenſibus,& Vormacienſibus, quorum vrbs Spira nunc dicitur: Auguſta Nemetum olim: Vangiones. *Ptol & Luc.* 1. *Pharſ.* Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis Vangiones, Batauiq; truces, &c. Germaniæ populi ſunt ad Rhenum, quorum vrbs dicitur à nonnullis Vvormatium.

Vrbes.

Heydelberga: Palatini regia ſita eſt ad Nicrum, ſiue Neccarum fluuium in faucibus montium celebris: Alzæa: Neoſtadium: Moſbacum vrbes: Bretta oppidum ad Salzam fluuium: Ladeburgum, à Neccaro fluuio penè irrigatum, propè quod ipſe Neccarus in Rhenum influit.

Flumina.

Rhenus, de quo *ſuo loco.* Neccarus, ſiue Nicer apud veteres: Tuberus, Taxtus, minora.

Eſt etiam in Palatinatu Vvirtembergenſis Ducatus nomen habens ab Atce Vvirtemberga.

Vrbes.

Tubinga ad Neccarum ſita: Stutgardia, vrbs haud procul à Neccaro fluuio, quam extruxiſſe: Vvandalos dicunt: Reurlinga, ad Neccarum ſita: Vracum oppidum ad Amerum fluuium: Nirringum: Greininga: Marbachum: Vvilipergium ad Nagolta fluuium aliaq; minora oppida.

Flumina.

Brentius amnis, qui numquam etiam gelidiſſima hieme congelatur;& hic Danubio miſcetur: Nicer, ſiue Neccarus, qui fluminibus receptis Nagolta, Entio, Remiſo Cochero, Iaguſta, in Rhenum properat.

Alſatia Regia, quæ in inferiorem diuiditur,& ſuperiorem;& à Tribocis olim poſſeſſa.

Inferioris Vrbes:

Argentina recentioribus: Argentoratum *Marcell.* in qua *Ptolemaus* Legionem octauam Sebaſten collocat: Argentaria etiam: Straſburgum nonnullis: Tabernæ, de quibus *Auſon.* Riguaſq; perenni fonte Tabernas: Munimentum ſcilicet Romanorum ad prohibendas Alemannorum in Galliam incurſiones, quod dirutum ab Alemannis Iulianus Apoſtata reſtituit: Hagenoa, vrbs à Friderico Barbaroſſa muro clauſa: Vviſemburgum, ad Vogeſi montis radices, de quo *Luc.* 1. *Pharſ.* Caſtraq; quę Vogeſi curuam ſuper ardua ripam Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis; quod oppidum Lutra amni interluitur: Haſla oppidum ad Bruſchum fluuium.

Flumina.

Chintzgus, Rhenus, Illa, Bruſchus, Lauter, ſiue Lutra,& alia minora.

Snperioris Alſatiæ Vrbes.

Einsheimum, metropolis: Rubeacum, vel Ruſacum antiquiſſimum Alſatię oppidum à Romanis conditum: Colmaria ex veteris Argentuariæ ruinis extructa Ciuitas imperialis: Seleſtadium, paludibus abundans oppidum: Sungouia prouinciola Alſatiæ, ex qua Moſella oritur inſignis fluuius: Briſgoia item regiuncula, ſiue Briſgouia: huius metropolis Briſacum vrbs notiſſima noſtri temporis à Gallis ſurrepta Germanis longa obſidione. *Antoninus* montem Briſacum appellat: Friburgum oppidum ſitu quidem amœniſſimum.

Saxonia, de qua V. *ſuo loco.*

Haſſia in Germania titulo Landgrauiatus decorata regio, quam olim Cattos, ſiue Chattas, incoluiſſe notum eſt; Heſſi quoque dicti ſunt. V. *Tacitum* de Cattis. Primariæ ſunt

Vrbes.

Marpurgum, quam Amaſiam *Ptolemaus* vocat, & Amiſiam; hanc Lona fluuius inſignis pręterfluit: Caſſula; Stereontium creditur eſſe *Ptolemao:* quam Fulda, Ana,& Truſula fluuij irrigant, fœcundantq;: Francoburgum ad fluuium Ederam ſitum oppidum perelegans, quod Theodoricus Gallorum Rex extruxit, auxitq; Carolus magnus: Eſchuuega colli impoſita Vverræ fluuij aquis irrigata: Friſlaria pręſtans Haſſiæ oppidum; vbi veræ,& perpetuę pacis doctrina Sancti Bonifacij auſpicijs toti Haſſiæ, Thuringiæ, Franconiæ,& Friſiæ innotuit, Egræ fluuij propinquitate,& ſitu admodùm amœno pręſtat.

Flumina.

Viſurgis, qui è Turingico nemore profluit, & in mare Germanicum influit: Lupia, qui in Vveſtphaliam tranſit: Adrana, ſiue Aderna,& Ædera, ſiue Eder dictus Cattorum fluuius: Rhenus.

Franconia Germaniæ regio, quæ etiam Francia orientalis dicitur, in qua

Vrbes.

Herbipolis, quæ etiam Vvirceburgum, ſiue Erebipolis,& Marcopolis; Artaunum verò à *Ptolemao* Franconiæ caput, vrbs luculenta, in qua D. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus Epiſcopatum erexit; quam Mœnus pręterfluit: Chirzinga, Briſtadium, Gralingiacum, Chronacum, Oxenfordia, Caroloſtadium, opp. Bamberga vrbs etiam primaria: Granionarium dicta *Ptolemao,* ſiue alijs: Francofurtum, ſiue Francofordia ad Mœnum fluuium; Helenopolis olim dicta, celebris ob Cæſarum electionem, qui ibi primò inaugurari ſolent in Romanorum Reges: Moguntia, ſiue Moguntiacum, quam Neomagum *Ptolem.* vocat *lib.* 2. *cap.* 8. *tab.* 3. vt nonnulli volunt; ex primis Germaniæ vrbibus vna, quam Rhenus adluit, quam ædes ampliſſimę exornant; quam denique Bonifacius Martyr, eiuſdemq; vrbis Archiepiſcopus, alijq; pręſules decorarunt, qui in pręſentiarum ſunt Electores, & Cancellarij pro Germania: Mons regius: Schu-

ucin-

Digitized by Google

ueinfordia: Fridberga Imperij vrbs.

Fluuij.

Moenus, & Sala.

Bauaria. V. *Norici*.

Brandenburgicus Marchionatus, quem olim Vvandali inhabitarunt, in quo vrbes ſunt: Brenneburgum, quaſi vrbs Brenni, vndè quidam: A Duce quæ Brenno condita nomen habet, infra: Tangeramonda ad Albim fluuium, quo Angra, vel Tonagta aquam ſuam euomit, ſita: Stendalium, ciuitas primaria: Soltuedelum: Senohuſium, forſitan à Senonibus, qui hanc regionem coluerunt cum Sueuis, Angriuatijs, & Teutonibus, diuerſo tamen tempore: Brandeburgum, ſiue Brenneburgum, de quo *paullò ſuperius*, vrbs ſatis celebris ad Hauelam fluuium, quod nomen prouinciæ toti tribuit: Rathenauium ad Hauelam: Spondauium ad Sueuum fluuium poſita: Colonia, & Berlinum oppida à Sueuo fluuio ſeparata: Francofurtum vrbs inſignis ad Oderam, ſiue Viadrum amnem piſcium copia abundantem: Bernauium: Cellinum, aliaq; multa oppida.

Flumina.

Odera, ſiue Viadrus, Sueuus, Albis, Hauela, Vvarta, aliaq; minora.

Pomerauia regio, ſedes olim Vvandalorum, cuius

Vrbes.

Stetinum, ad Oderam amnem: Gripſuualdum: Iulinum, Vuandalorum quondam emporium: Stralſundia, oppidum ſplendidum in littore maris Balthici, nam littoralis ſanè prouincia eſt Pomerania. Neugardia, Lemburga, Bengradum, Colberga, Caminum, Collinum, Sunda vrbes littorales.

Boemia. V. *ſuo loco*. Morauia. V. *Marcomanni*. Auſtria. V. *Pannonia ſuperior*, & V. *Auſtria*.

Salisburgenſis Epiſcopatus, in quo Salisburgum metropolis, quæ ad Noricos ſpectat: Iuuauia, vel Iuuauia, vel Iuuauium à Cæſare conditum oppidum; Caſtrum Iuuenſe dicitur etiam.

Fluuij.

Anaſſus, qui alijs fluuijs adauctus in ſeptentrionem tendit ad mare Balthicum: Traunus, ex lacubus oriundus: Mura, vulgò *Mur*: Drauus, quem *Plinius* ex Noricis fluere tradit *lib. 3. cap. 25.*

Carinthia, vel Carnithia, quam Carni populi olim poſſederunt Germaniæ prouincia, ſub qua cenſentur

Vrbes:

Carniola: Petouio. V. *Ortelium*. Santouicus vrbs ad Lanam fluuium: Villacum oppidum domibus in fronte coloribus, hiſtorijsq; magnificè depictis exornatum, eſt ad Drauum fluuium: Elagenfurtum, vrbs, Claudia antiquitùs nuncupata: Nauportum, in Carniola: Friſachum: Segeſte Carnorum vrbs. *Plin.* ab alijs in Croatia locatur: Vvolſpergum.

Amnes.

Drauus præcipuus eſt, qui per Styriam, ac Pannoniam in Danubium fertur, qui multos alios abſorbet fluuios Sauum, Lauandam, Glanam, alioſque.

Tirolis Comitatus nomen habens ab arce munitiſſima, quæ magnam in Alpibus in Germania Noricorum, & in Italia Rhetię partem obtinet.

Vrbes.

Ænipons, vulgò *Iſpruch*, comitum quondam nunc Auſtriæ Archiducum ſedes: Tridentum Concilio Occumenico clara. Bolzanum mercatu celebre oppidum: Brixia Epiſcopatu inſignis ciuitas.

Sueuia, quæ ad ſupremam Danubij partem conſtituitur; in hac

Vrbes:

Auguſta Vindelicorum emporium opulentiſſimum vrbs in primis ſplendida, & magnifica: Vlma munitiſſima & ipſa quoque ciuitas ædificiorum ſplendore celeberrima: Nordlingum: Lindauum, & alia nobiliora oppida.

Thuringia, quæ Landgrauiatus titulo decoratur, regio eſt, quæ inter Salam, Viſurgimq; amnes protenditur; in hac

Vrbes:

Erfordia regionis caput ingens quidem vrbs, & quaſi compendium totius prouinciæ, Academia quondam clara: Vinaria principum ſedes. V. *Saxonia*; nam ad eam prouinciam potiſſimùm ſpectat.

Stiria, quæ in ſuperiorem, atque inferiorem diuiditur; in hac extrema

Vrbes:

Gręcia, vulgò *Gräts*, admodùm magnifica Auſtriacorum Archiducum ſedes: Racheſpurgum: Petauium; Marpurgum; Chermendum, & Caniſia duo munitiſſima contra Turcarum irruptiones propugnacula.

In ſuperiori autem Stiria vrbs primaria eſt Muripons.

Sileſia ampla, ac diues regio, in qua primariæ

Vrbes:

Vratiſlauia ampliſſima quidem, & inter Germaniæ primarias vrbes recenſita: Glogouia cognomine maior, & ipſa, vrbs quidem celeberrima vel ob noſtri temporis bella, quibus alternatim affecta eſt. Verùm de Germaniæ partibus quæ iam diximus ſufficiant, nunc ad

Synonyma.

Quorum pleraque ad aliquam ipſius Germaniæ partem ſpectabunt, ſed à poetis pro tota ipſa regione vſurpantur.

Ca-

Caſtella Norica. *Virg.3.Georg.* Rhenus,fig. fluuius pro ipſa Germania:Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas. *Ouid.1.faſt.* nempè debellata fuerat Germania:Et pallida Rheni frigora. *Stat. 4.ſilu.8.* V. *Rhenus*. Germanus orbis. *Ouid.l. ad Liu.* Rhetia. fig. pro ipſa Germania vſurpatur à *Claud.* Hercyniæ ſiluæ:Hercyuij ſaltus,luci. *Sen.in Med.* Bellax Ripheo Germania proxima cęlo: Frigida quod cautis horret Germania campis.

Albis fluuius, figur. pro ipſa Germania: hic autem Sueuos à Cheruſcis diuidit: illum Sennonum, atque Hermundurorum fines pręterfluere teſtatur *Velleius*; & in Hermunduris oriri ſcribit *Tacitus*; alij ex Hercynia inter Boemos, qui demum multas vrbes claras pręterlapſus tandem inter Chaucos minores,& Cimbros Ocea..o immiſcetur Albim Perſę,Rhenumq́; bibunt. *Sen.in Med.* Hinc

Populi.

Germani: Teutones, ſiue Teuthones: Alemanni. Gens Arctoa. *Mart.5.69.* quòd ſub ipſa Arcto viuant:Teutonicus furor. *Luc.1.Pharſ.* Cheruſci,qui Albim incolunt:Et ingentes Albim liquere Cheruſci: Quæq́; colunt duri Borealia Teutones arua:Sueui. *Caſ.* Lucis Sueui nobiles Hercynijs. *Sen.in Med.* Saxones. V.*Saxonia.* Cati, ſiue Catti,vel Cathi. *Mart.7.29.* Chadeni:Vvndelici. *Hor.4.od.4.* Norici,Tauriſci,Carni. *Plin.* Sæui gens aſpera Rheni. *Pamphil.* Ditior accola Rheni. *Picus Mirand.* Teutonici quæ colit arua ſoli Gens.

Cimbri: Holſatij: Seleſuicenſes,hi pop. ſeptentrionales Saxonici maris peninſulam incolunt, quæ ab ipſis Cimbrica Cherroneſus dicitur.V.*Dania.* Hi anno ab vrbe condita 640. vnà cum vxoribus,& liberis Narbonenſem prouinciam ingreſſi à C.Mario ad internecionem fuerunt deleti:Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis Cimbrica tempeſtas, &c.

Angruarij, Buſactores, Chamaui in Vveſtphalia. Breuni in Bauaria: Cauci maiores, & minores: Charitini in Vvirtembergenſi: Condruſi in Leodienſi:Gugerni in Iuliacenſi ditione:Liriburi,qui hodie Sileſij,Quadi,Marcomanni,Sebuſi,Pharodini. *Ptol.* Megaloburgenſes:Vangiones in Sueuia,Vbij in Colonienſi ditione, &c.

Epith. Horrida, fera, dira,rebellatrix,bellicoſa,ferox,audax, perfida,frigida,diues,effera,pugnax, atrox, fortis Germania.

Epith. Bellaces,inuicti,truces,cęrulei,flaui,bellicoſi, feroces Germani.

GERMEN.

Planta. V.*ſuo loco*. Stips:Ceſpes:Caulis:Gemma, vulgò *Occhio della pianta,ò'l germoglio*. Stirps: Nec genus vndè nouæ ſtirpis reuocetur habebit. *Virg.4.Georg.* Stirpis genus. *Ibidem*.

Epith. Turgens, molle,micans,floriferu m,mbroſium,odorum,&c.

GERYON, nis.

Et Geryone,es, Hiſpaniæ rex trigeſimus dictus,fuit tricorpor, qui ſedem potiſſimùm habuit in Gadibus. V. *Gades*: cuius boues pinguiſſimas abſtulit Hercules, & per Italiam agens ad Euandrum peruenit, quas à Caco ſurreptas repetijt; demumq́; in Bęotiam adduxit. Alij dicunt Geryonem ipſum non triplicis naturæ fuiſſe, ſed tres fratres tantæ concordiæ, vt vno animo omnes regere prouinciam viderentur; qui cùm armenta ſua ſapi ab Hercule vidiſſent, bello repetierunt, vt ſcribit *Iuſtinus in vltimo*. *Diodorus* etiam addit Geryones Chriſauri filios fuiſſe, cui à diuitijs nomen indiderunt.

Amphitryoniades qua tempeſtate iuuencos Egerat à ſtabulis ò Erythrea tuis. *Prop.4.10.* Geminoſque fratres pectore ab vno Tria monſtra natos ſtipite incuſſo fregit inſultans, duxitq́; ad ortus Heſperium pecus Geryonis ſpolium triformis. *Sen.in Agam.* Forma tricorporis vmbræ. *Virg. 6.Æn.* Forma triplex paſtoris Iberi. *Ouid.9. met.* Pecoris poſſeſſor Iberi. *Stat.4.ſilu.6.* Tergeminus vir. *Ouid.4.triſt.6.* Pugna triplex paſtoris Iberi. *Mart.5.66.* Inter remotos gentis Heſperiæ greges Paſtor triformis littoris Tarteſſi peremptus Acta eſt pręda ab occaſu vltimo. *Sen.in Herc.fur.* Robora vel triplici corpore Geryonis.

Epith. Ferus, tergeminus, triformis, tricorpor, triplex,Iberus,ferox ore,minax,&c.

GETÆ.

Populi ſunt Scythiæ Europeæ. & Thraciæ, natura, & moribus truces: qui ad Pontum in Orientem vergunt, & forſitan qui nunc *Coſacchi* dicuntur Turcis infenſiſſimi,vel *Tartari*,quorum vita vaga eſt,vndè *Sen.in Hipp.* Non vagus campis Geta, Nec inhoſpitalis, &c. propriè tamen ſunt Tranſiluani, ſiue Daci, vt inquit *D.Hieron.* V. *Dacia.* & ibi multa ad Getas ſpectantia. *Iuſtus* quoque *Lipſ.lib.1.Hiſt. & Corn.Tacitus.& Appianus* idem ſentiunt,illos eſſe Dacos.

Geticæ turmæ. *Claud.1.in Ruf.* Geticæ cateruæ. *Idem 2.in Ruf.* Quaſq́; petit Getici littoris intret aquas. *Ouid.1.triſt.8.* Geticæ domus. *Stat. 4.ſilu.8.* Getica arua. *Ouid.1. Pont.10.* loca. *Idem 11.* Sarmatæ. V. *ſuo loco*. Sauromatæ cingunt fera gens,Beſſiq́; Getæq́;. *Ouid.3. triſt.10.* Sarmaticus: Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boues. *Ibidem.* Nam procul à Geticis finibus arbor abeſt. *Idem eleg.12.* Iazyges,p.breui,populi Getarum. *Idem 1.Pont.3.* Braccataq; turba Getarum. *Idem 4.triſt.5.* Barbariam,rigidos effugiamq; Getas. *Idem 5.1.* Gens Getica. *Ibidem 8.* Hu-

Digitized by Google

Humus. *Idem 3.Pont.2.* Getes,æ,ſingul.num. Non adimat ſtricto ſqualidus enſe Getes. *Idem 1.Pont.3.* Quaq; Hebrus,Tanaiſq; Getas rigat, atque Maginos. *Tib.4.1.*

Epith. Rigidi, hiberni,pharetrati,infeſti,aſtuti,ſtolidi, duri,Marticolæ,inhumani,hirſuti,truces,feri,feroces,indomiti,ſęui,fortes,belligeri,intonſi, barbarici.

GIGAS, &
GIGANTES.

Ita nuncupati ingentis ſtaturæ homines, immanes porrò, crudeleſq; de quibus fit mentio in ſacris litteris,& apud hiſtoricos;*inferiùs* autem eorum nomina recenſebimus. Hi dicuntur bellum Ioui intuliſſe,vt de regno illum expellerent, Titani, & Terræ filij dicti ſunt, vel ex Titanorum à Ioue interfectorum ſanguine, & Terra nati: qui parentes ſuos vlturi, illi bellum inferre conati ſunt. Quamobrem montes montibus imponentes Tiphœo duce tantùm non modò Ioui,ſed cęteris Dijs metum fecerunt, vt eos in Ægyptum vſque fugere coegerint, vbi varias induere formas:Nam Iupiter in arietem,Apollo in coruum, Bacchus in captam, in felem Diana, in vaccam Iuno, Venus in piſcem, Mercurius verò in ibidem conuerſi ſunt. Viribus tamen reſumptis,& nouo Heroum aduentante auxilio, ſcilicet Hercule, necnon Sileno, qui aſello vectus acceſſit, cuius ruditu aliquantum illos exterritos fuiſſe fabulantur, Iupiter illos omnes fulminibus interemit, detruſitq; ad inferos, vt *Virg. in 6. Æn.* Hic genus antiquum terræ Titania pubes Fulmine deiecti, &c. Tiphœum verò (cuius erat maior metus) ſub Ætna damnauit, vt moles illum premeret,ne iterum in bella reſurgeret;alij dicunt pro Typhœo Enceladum, vt *ſuperiùs* diximus *in Encelado:* Terram autem Gigantum ſanguine madefactam in homines haud parentibus diſſimiles conuerſam fuiſſe fabulatur *Ouidius 1.met.* Alij verò fabulam in hiſtoriam conuertunt, aiuntq; à Saturno Titanum fratrem regno expulſum fuiſſe,ſed mortuo eius filij paterni regni recuperandi cauſſa contra Iouem bella mouerunt primùm in Theſſalia propè Oſſan, & Pelion montes excelſiſſimos; tum in Phlegręis campis propè Cumam, vbi ab Hercule tandem Iouis filio ſuperati ſunt. De hoc vltimo bello lege *Diodorum:* In campo Cumæo tradunt fuiſſe homines admodùm fortes, gigantes appellatos, qui cognito Herculis aduentu, copijs inſtructis omnes ei obuiam profecti ſunt,acriq; commiſſa pugna, ferunt Dijs adiutoribus Herculem plures ex gigantibus interfeciſſe, eamq; regionem ad id genus hominibus repurgaſſe. Campus ille dictus eſt Phlegręus à colle, qui olim plurimum ignis euomebat, quem Veſuuium ſcriptores appellant. Hactenus ille. Quoniam verò valdè procul eſt Veſuuius à campo Cumæo fortaſſis *Diodorus* ſenſit paruum illum Veſuuium, qui non procul à Baijs, Puteoliſq; ingentem ſulphuris copiam adhuc ſuppeditant, vulgò *Solfataia*;nam collem appellant,cùm verè collis ſit,& adhuc ignem euomat.

Genus antiquum Terræ. *Virg.6.Æn.* Titania pubes. *Ibidem:* à Titano patre: Pręſtans ingenti corpore. *Ouid.* Qui toto vertice ſupra eſt. *Virg. 9.Æn.* Terrigenæ populi,fratres. *Ouid.epiſt.12.* Membra gigantea. *Idem 5.met.* Cyclopes vaſti. *Virg.3.Æn.* Hi primi Siciliæ locos habitarunt, & Gigantes dicti, ex quibus inſignis Polyphemus, de quo *ſuo loco*. Ætnæi fratres. *Ibidem.* Hoſtes Phlegræi. *Sen.* Turba Briareia. *Claud.3.de rapt.* Gigantum acies. *Ibidem.* Phlegrçæ exuuiæ. *Ibidem.* Propago contemptrix ſuperum. *Ouid.*

Iuuenes Telluris: Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero Hylæum, domitoſq; Herculea manu Telluris iuuenes. *Hor.2.12.* De Centauris intelligit, qui etiam ipſi in gigantum numero fuerunt recenſiti,vel quòd Tellurem communem etiam illis genitricem haberent. V. *Centauri.* Cohors impia. *Idem Hor.* Cohors gigantum:Tu quum Parentis regna per arduum Cohors gigantum ſcanderet impia Rhœcum retorſiſti leonis vnguibus,horribiliq; mala. *Idem 2.19.* de Baccho loquitur: Immania corpora. *Virg.6.Æn.* monſtra. *Val.Flacc.2.* Terrigenæ feri. *Ouid.7.met.* Immanis Titanum turma. *Hor.3.od.4.* Titanes. *Prop.* Immania monſtra gigantum Terrigenum. *Val.Flacc.2.* Terra feros partus immania monſtra gigantes Edidit. *Ouid.5.faſt. & Val. Flacc.2.v.18. & ſequen.*

Terræ omnipotentis alumni. *Virg.6.Æn.* Terrigenas imitata viros. *Claud.* Anguipedes; quia pinguntur pedes ſerpentinos habere: Anguipedum quiſque. *Ouid.1.met.* Titanum pernicioſa manus. *Pont.* Moles corporis immanis. *Sen.* Qui montibus ſtabāt pares gigantes. *Idem in Thyeſt.* Coniurati cęlum reſcindere fratres: Immania monſtra gigantes Tentauere humeris monti ſuperaddere montem Peruius vt fieret congeſtis molibus æther: Affectaſſe ferunt cęleſtia regna gigantes:Hæc eadem (tellus) ſęnos vtero variante gigantes Protulit, infandas mundo per ſecula peſtes: Iapeti poſt bella, truces Phlegræq; labores. *Val.Flacc.1.* Giganteum bellum,ab ipſis gigantibus aduerſùs Iouem, reliquoſq; Deos comparatum. *Ouid.2.de triſt.*

Epith. Sęui, magnanimi, rabidi,feri,furentes,audaces,tumidi,ſuperbi,cęlo capita alta ferentes, magni, ſerpentipedes.

Terra feros partus immania monſtra gigantes Edidit

dit auſuros in Iouis ire domum Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues, Atque ait in magnos arma mouere Deos Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant, Et bello magnum ſollicitare Iouem Fulmina de cęli iaculatus Iupiter arce Vertit in authores pondera vaſta ſuos. *Ouid.* Qui neque iuſtitiam agnoſcunt,neque iura verentur, &c.

Gigantum aliquorum nomina.

Carnaim, ſiue Raphaim Gigantes in *Sacra Geneſi* nominantur, qui Aſtaroth vrbem trans fluenta Iordanis Arabiæ conterminam coluerunt, vndè & Terra gigantum appellatur; quos Rex Aelamitarum Chodorlahomor interfecit. (*cap.*14.) Multo poſt tempore in eadem vrbe tamquàm in regia ſua regnauit

Og potentiſſimus Rex Baſan, qui Moyſis tempore ex huius vrbis gigantum ſtirpe ſuperſtes erat, cuius lectus ferreus erat nouem longitudinis cubitorum,quatuor verò latitudinis:qui tandem ab Hebræis victus, & occiſus fuit, ipſius regno tribui Manaſſe dimidiæ in ſortem dato, Leuitisq;.

Goliath, ſiue Golias Philiſthæus gigas prodigioſæ ſtaturæ,qui cum ſuo populo in pugnam egreſſus aduersùs Hebræos ſtans in valle Terebinthi, inter vtramq; aciem ſuis confiſus armis, viribusq; ſuperbè prouocauit Iſraëlitas ad ſingulare certamen, quod cùm omnes ex Hebræis formidarent,Dauid adoleſcentulus Deo fretus,licèt inermis, ictu lapidis funda circumiacti proſtrauit, eiusq; gladio caput abſciſſum ad Saulem in Tentorium detulit. V. 1.*Reg.*18.

Philiſthæus gigas. *Polit.* Monſtrum Philiſthęum. Gigas Solymæ,qui verbere fundæ Stratus humi. *Mant.*

Albion, &
Bergion.

Gigantes fuerunt, & filij Neptuni in Herculis gratiam à Ioue interfecti. Nam cùm Hercules Rhodani oſtia tranſiret, ei obuiam facti hi duo fratres tranſitum eius impedire conati ſunt. Sed cum illis ab Hercule arrepta pugna,cùm ſibi tela deficerent, Iouem patrem in auxilium vocauit, qui lapideum imbrem demittens, inimicos eius interfecit. *Pomp.Mel. & Diod.Sic.* V. *Gallia ſub tit. Campus lapideus*.

Ægæon.

Cęli,& Terræ filius,vt ſcribit *Heſiodus*;ſiue Terræ, Pontiq; filius, vt ait *Eumelus in Titanomachia*: qui in mari habitauit, ac indè Titanibus opem tuliſſe fertur contra Iouem. Centum brachia fuiſſe illi fingunt poetæ, vndè Ægæona, & Briareum eumdem eſſe teſtatur *Homerus* 1. *Iliade*: ſed Briareum à Dijs, Ægæona ab hominibus dici. Hic ex Euboea fugiens in Phrygiam venit, vbi mortuus eſſe traditur. Alij dicunt à Neptuno deuictum,& in mare demerſum fuiſſe.

Balenarumq; prementem Ægæona ſuis immaniã terga lacertis. *Ouid.*2. *met.* Inter Deos marinos habitus fuit: Anguſtam centeni Ægæonis vmbram. *Stat.*4. *Theb.*

Athos gigas,qui ſub monte Atho à Ioue fuit fulmine deiectus,cui nomen dedit. V. *Athos in Macedonia*.

Briareus. V. *ſuo loco*.

Gyges.

Briarei frater,quem truci vultu vocat *Sen. in Herc. Oet.* Non truei vultu Gyges Pindo cadauer obruit toto meum: Gyas dicitur ab *Horatio lib.* 2.*od.*17. niſi typi ſit error, & pro Gyge Gyas ſit ſcriptus:Nec ſi reſurgat eentimanus Gyas. Sunt autem qui Gygen, Briareum, Ægeonaq; vnum faciant, at vario nomine nuncupatum. Centimanumq; Gygen,ſemibouemq; virum. *Ouid.* 4. *triſt.*

Enceladus. V. *ſuo loco*.

Othos, &
Ephialtes.

Neptuni filij ex Ephimedia, ſiue Iphimedia Aloei vxore, vndè Aloidæ nuncupantur à *Virgilio lib.* 6.*Æn.* gemelli fuerunt, qui nono ætatis ſuæ anno vlnas nouem longi,totidem cubitos lati fuiſſe traduntur. Hi ſe Dijs bellum illaturos minari cœperunt, vndè primùm Oſſan Olympo aggreſſi ſunt ſuperimponere, indè ambobus Pelion tertium montem accumulare, vt per eos facilis illis eſſet ad cęlum adſcenſus,ſed Apollo ſagittis vtrumque confixit priuſquam ad pubertatem perueniſſent, atque in imum tartarum detruſos vidiſſe Sibyllam cum Ænea *in* 6. ſcribit *Virg.* Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora, qui manibus magnum reſcindere cęlum Aggreſſi,ſuperiſq; Iouem detrudere regnis. Impius hanc prolem ſuperis immiſit Aloeus. *Luc.*Tu viſus Enipeus Gignis Aloidas. *Ouid.*6. *met.*nam Neptunus in fluuium Enipeum conuerſus Ephimediam Aloei vxorem compreſſit. Ab Ephialte gigante Ephialtæ dicti ſunt Incubi, vt quidam exiſtimãt:Iam Theſſalica,Pelion,Oſſa Premet & Pindo congeſtus Athos Nemus ætherij; inſeret aſtris. *Sen.in Herc.Oet.* Montium tergemina moles. *Idem in Thyeſt.* nam ipſi cœperunt Pelion, & Oſſan Olympo ſuperimponere: Ne quis gigas Theſſalica iaculetur iuga, Et fiat Othrys pondus Encelado leue. *Idem in Oet. Herc.* Nec enim temeraria virtus illa magis Summæ gelidum quæ Pelion Oſſæ, &c. *Stat.*3. *ſilu.*

Typhœus. V. *ſuo loco*.

Oromedon, & Cęus.

Gigantes in Phlegræis campis pugnantes,de quibus

*Prop.*3.7. Te duce vel Iouis armà canam,cęloq; minacem Cæum, & Phlegræis Oromedonta iugis:Hoſtes Phlegræi. *Sen. in Thyeſt.*4.

Porphyrion, Rhœcus, & Pholoes.

Gigantes Tiphœi ſocij, de quibus ſic *Horatius lib.* 3.*od.*4. Magnum illa terrorem intulerat Ioui fidens Iuuentus horrida brachijs,fratreſq; tendentes opaco Pelion impoſuiſſe Olympo: Sed quid Tiphœus, & validus Mimas, aut quid minaci Porphyrion ſtatu, Quid Rhœtus, euulſiſq; truncis Enceladus iaculator audax contra ſonantem Palladis ægida poſſent ruentes? &c. Vires omne nefas animo mouentes. *Ibidem*. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos;à Pallene Macedoniæ vrbe,vbi bellum dicunt inceptum à Gigantibus contra Iouem. *Stat.*4.*ſilu.* Iniecta monſtris terra dolet ſuis, Mœretq; partus fulmine luridum Miſſos ad orcum. *Hor.*3.4. Vnus vt è ſiluis Pholoes habitator opacæ. *Stat.*3.*Theb.* qui in montem conuerſus apud Theſſaliam;cùm deuicti à Ioue fuerunt gigantes.

GLACIES. V. *Gelu*.

GLADIVS.

Ferrum:Ferro reſecare capillos. *Mart.* Enſis:Lingua prius enſe reſecta. *Ouid.in Ibin.* V. *ſuo loco, vbi multa*. Nouacula, *Raſoio*. Gladius anceps. *Lucill.* Gladiolus,diminut. qui & ſcalpellum;ſcriptorius cultellus:Graphiarius gladiolus: Scalprum librarium. *Suet.* Gladius ferè pro enſe ſumitur: Gemmantem gladium vagina extraxit eburna; eſt autem vagina gladij theca: Mucro. V. *ſuo loco.* Gladij acies.

Seceſpita erat culter ferreus oblongus manubrio rotundo,eburneo,ſolido vincto ad capulum auro,argentoq; fixum clauis æneis ex ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificeſq; ad ſacrificia vtebantur. *Feſt.* Lege *Suet. in Tiber.*

Epith. Immanis. hoſticus, impius, mortifer, immitis, gemmeus, vibrans, gemmans, acutus, minax.

GLADIATORES.

Dicti ſunt quidam athletæ, qui pręſertim in ludis funebribus Dis Manibus proprio ſanguine gladiorum vi parentabant emiſſo. Hi primùm ab Achille, vt refert *Homerus* apud Patrocli inferias dati ſunt, quos enim captiuos habebat Teucros apud amici tumulum interfecit: & hic mos à reliquis nationibus vſurpatus, quem cùm fœdum crudelitatis eſſet ſpectaculum cernerēt, ipſiſmet captiuis commiſerunt, vt inter ſe digladiarentur,quorum victi libertate potiſſimùm donabantur. Nudis erat certandum gladio vno, vel altero ſiue breui parmula armatis. Nec tantùm in funere,ſed in alijs ludis adhibiti fuere,feſtiſq; vndè munus gladiatorium appellabatur. Quod dare non potuerunt ſub Tiberio ob S.C. niſi qui quadraginta millia in cenſu haberent; nam multi ob hanc profuſionem ad inopiam redigebantur, quandoquidem & emptis opus erat & educatis. Producti quoq; in arenam alij cadebant, alij petente populo, manumittebantur. Gladiatorum quoque magiſtri non ſine magno precio,qui eos edocerent, conducebantur,& hos laniſtas appellabant. Rudiarij autem gladiatorum genus dicebantur, qui rude donati fuerant; & hi non vltra depugnabant, niſi pretio, aut ſponte inducti. Verùm è gladiatoribus conditione ſeruis donati rude non libertatem accipiebant, ſed vacationem dumtaxat à pugna, vt inquit *Lipſius.* Tandem à Theodotico Gothorum Rege eorum vniuerſus vſus ſublatus fuit. Certaminis initio poſtquàm inter ſe rudibus (rudes enim erant baculi gladiatorij) decertaſſent, ferro nudi,vt diximus,digladiabantur vſque ad necem feſſis, aut victis alia gladiatorum manus ſubſtituebatur. Nero Senatores, & equites in his ludis adhibuit: Domitianus verò fœminas; vt hinc veterum inſania, & feritas dignoſcatur.

Pugiles; qui pugione pugnabant veluti gladiatores; & hi à Græcis Monomachi dicuntur, qui manus cum hoſtibus conſerturi, certas olim lineas,& cancellos & ſpectatoribus,& ſibi circumſcribebant; vndè *Sen. in Herc. Oet.* in orbe mecum veniat. V. *Luctator*. Viri ſanguinei; *ex Sen. in Troad.* Athletæ: Non prodeſt animam tradere funeri. *Ibidem.* Palęſtrites:Laniſtæ,eorum magiſtri, qui diſcipulos ſuæ artis in aliorum iugulos animant:vtitur pro gladiatore *Prudent.* quamvis minus aptè.

Retiarius, ex gladiatoribus dicebatur in arena depugnantibus, quod rete ſub ſcuto geſtaret, quo aduerſarium ſuum inuolueret, quem Mirmillonem,& Gallum appellabant à Gallicæ armaturæ genere. *Mart. epiſt.*2.*lib.* Beſtiarius. *Sen.Ter.* Arenarius. *Firmic.* qui contra beſtias pugnaret: Rudiarius. *Suet.* qui rudi contactus à laniſta liberabatur ab operis arena.

Munerarius erat qui ludos gladiatorios exhibebat populo,meminit *Suet. & Quintil.*

Chromius inter duellatores reponi poteſt, qui Argiuus cum trecentis alijs ſuæ regionis pugnauit ob Thyreorum agrum cum trecentis itidem Lacedæmonijs, in qua pugna ipſe ſolus è ſuis cum Alcenore incolumis euaſit. Lege *Herodot.lib.*1. Hinc

Gladiatoria ars.

Quam vulgò *Seherma*, *ò ſcrima* nuncupamus, de qua *Suet.in Caſ.* Tyrones,inquit,neque in ludo, neque per laniſtas; ſed in domibus per equites Ro-

Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat, precibus enitens (quod epiſtolis eius oſtenditur) vt diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſiq; dictata exercentibus daret. Pręcepta verò laniſtarum commemorantur ab *Hirtio lib. de bell. Afr.*

Pugna gladiatoria: Digladiantes manus: Studium armatæ palęſtræ: Ludus Æmilius. *Hor. in art.* ab Æmilio Lepido authore dictus. Spectaculum gladiatorium: Arenæ ſtudium: Palęſtra gladiatoria.

GLANS, dis.

Victus Chaonius. *Claud. 2. de rapt.* à Chaonia prouincia, in qua quercuum nemora. V. *Quercus*. Chaonius cibus, fructus, &c. Chaoniæ liba: Chaonij coni; nam in coni ſimilitudinem glandes formantur à natura: Cibus quernus: Sed quercus tecta, cibumq; dedit. *Ouid. 2. de art.* Querna alimenta: Iuglans, fig. Roboris, ilicis, æſculi fœtus, & quercus.

Epith. Caduca, hiberna, Chaonia, Dodonæa, querna.

GLAVCVS.

Deus marinus caſu effectus, nam cùm eſſet piſcator animaduertit piſces è ſcopulis tactu cuiuſdam herbæ in mare reſilire; quam cùm ipſe quoque guſtaſſet in mare exilijt; ac in Deum marinum conuerſus Scyllam vehementer amauit, qua vt potiretur repugnante: Prodigioſa petit (vt ait *Ouid. 13. met.*) Titanidos atria Circes; vt aliquo herbarum medicamine illam ad ſe alliceret. Sed cùm Circes eius amore capta conaretur illum ab amore Scyllæ diuellere; cùm valdè conſtantem in primo amore cerneret, Scyllam in monſtrum marinum conuertit, ipſe verò caſum flens amatæ virginis fugit à Circeis rectis. Fabulam prolixè narrat *Ouid. 13. met. & 14. initio*. Polybi filius fuit, & Anthedone Bœotiæ vrbe natus, de quo *Pauſanias lib. 9.* Sed *Palaphatus in lib. incredib.* fabulæ huius allegoriam explicat: Glaucum Anthedonium vrinatorem fuiſſe, qui aliquando natans per aliquot dies delituit, & propterea ab hominibus Deus factus extimatus. *Philoſtratus* Glaucum ſic depingit: Liquidi ſunt Glauco barbæ cirri, cęruleus aſpectus, comarum circinni graues, in humeros diffluentes, denſa, & arcuata ſupercilia inuicem ſe contingentia, ita vt vnum eſſe videantur; brachia habet natantia, pectora habet inſperſa herbis marinis, fuco ſcilicet, & alga; venter reſtrictus, reliquo corpore piſcis, cauda ad lumbos reflexa: quem circumuolant alcyones: diuinandi artis peritus, à quo Apollinem illam didiciſſe refert *Nicander*.

Anthedonius piſcator. *Auſon.* Sic Anthedonius Bœotia per freta Glaucus Gramina guſtatu poſtquàm exitialia Circes Expertus captas moribundis piſcibus herbas Sumpſit Carpathium ſubijt nouus accola pontum. *Idem in Moſella.* Ille hamis, & rete potens ſcrutator operti Nereos, &c. *Ibidem*. Carpſit & Euboica vitax Anthedone gramen Nondum vulgatum mutato corpore Glauci. *Ouid. 7. met.* Neptuni ex Naide nympha filius, vt nonnulli ex Græcis referunt. Varia narrantur de Glauco, lege *Athenæum, Pauſaniam, Palæphatum, &c.*

Ecce fretum ſcindens alti nouus incola Ponti Nuper in Euboica verſis Anthedone membris Glaucus adeſt. *Ouid. lib. 13. met.* Anthedonius marinus Deus: Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum. *Idem 14. met.*

Glaucorum aliorum nomina pete à communibus Lexicis.

GLORIA.

Tu ſola animos, mentemq; peruris gloria. *Val. Flacc. 1. Arg.*

Suprema ſors: Honos: Fama, V. *ſuis locis.* Nomen: Nullo vmquam delebilis æuo: Perpetuum manſura per æuum: Hortatrix gloria lethi: Si nulla accendit tantarum gloria rerum: Ille ſub hæc non laudis amor, nec gloria ceſſit: In tenui labor, ac tenuis non gloria Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus: Haud ignarus eram quantum noua gloria in armis, Et prędulce decus primo certamine poſſet, Claraq; erit ſcriptis gloria veſtra meis.

Epith. Nobilis, ardua, inuidioſa, inclyta, dulcis, perfuſa fuco.

GORGON.

Dicta fuit à poetis Meduſa: ſed tres fuerunt ſorores, ſiue quatuor, vt *ex hiſtoria ſequenti.* Phorcus Thoſeæ nymphæ, ac Neptuni filius Corſicæ, & Sardiniæ Rex (vt *Varro* ſcribit) cùm ab Atlante prælio nauali commiſſo victus, & in mari ſubmerſus fuiſſet, Neptuni patris beneficio Deus marinus eſt effectus, qui ex Ceto coniuge tres ſuſtulit filias eximia pulcritudine Euryalam, Sthenyon, & Meduſam; addunt nonnulli Scyllam. Hæ (vt *Pomponius* ſcribit) Gorgadas inſulas Æthiopici maris tenuerunt; vnde ipſæ Gorgones deinceps appellatæ ſunt, ſiue Gorgonides. Harum natu maxima fuit Meduſa, quæ cùm quadam die ſola vagaretur in littore, à Neptuno adamata, inq; Palladis templo, in quod confugerat, vitiata eſt. Indignata Pallas cùm patruo nocere non poſſet, crines Meduſæ, quibus illi maximè placuerat, in angues conuertit; effecitq; vt quoſcumque aſpexiſſet, in lapidem illicò mutarentur. Hanc Perſeus ope Palladis, à qua ſcutum chryſtallinum; & Mercurij, à quo talaria, & falcatum enſem acceperat, interemit, amputatumq; caput horribile, Ægidi affixit, qua pluri-

ma præclarè geſſiſſe narratur. V. *Perſeus*: guttę verò ſanguinis è Meduſæ capite in Libyę terram decidentes in ſerpentes conuerſæ ſunt. Verùm non tantùm Meduſa anguicomos crines habere dicitur, ſed ſorores etiam, quibus vnicus oculus, quo per vices vſæ; alæ, æreiq; vngues tribuuntur. Has *Seruius* eximia, pariq; pulcritudine virgines fuiſſe tradit, quarum adſpectu adoleſcentes obſtupeſcebant, vndè fabulæ data fuit occaſio, homines ex eorum aſpectu in ſaxa verti ſolitos. Lege *eiuſdem Com. in 6. Æn.* ſub illo verſu: Gorgones, &c. Hiſtorici verò tradunt Gorgonas inſulas eſſe in Æthiopia, in quas quondam penetrauit Hanno Pœnorum imperator, prodiditq; hirta fœminarum corpora viros pernicitate ſuperaſſe, duarumq; Gorgonum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit ſpectatas vſque ad Carthaginem captam, vndè conijci poteſt has Perſeum debellaſſe, cùm illarum eſſet regina Meduſa; poſtremò ab Hercule penitùs deletas fuiſſe.

Ægis, dos; ſumitur ipſe clypeus, in quo affixa Gorgon. *Virg.* Gorgonis anguiferæ pectus operta comis. *Prop. 2. 2.* V. *Ægis*. Gorgonis ora. *Claud. 2. de rapt.* Crinita colubris Mater equi volucris; ex eius enim ſanguine Pegaſum natum fabulati ſunt poetæ: Quas permiſto felle Meduſæ Tacitum iuſſi ſeruare malum. *Sen. in Med.* Meduſæi monſtri torua guttura: Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu. *Ibid. 25.* Vultus Gorgonis anguicomæ. *Strozz.* Caput Gorgonis. *Pamph.* Meduſæ vultus: Crudelia lumina monſtri ſerpentigeri. *Idem.* Gorgoneum caput. *Ouid. 4. met.* Ora Meduſæ. *Ibidem.* Gorgoneus crinis. *Ibidem.* Caput denſum angue. *Idem 3. eleg. 5.*

Stridentia colla Gorgonis. *Claud. 2. de rapt.* Viperum referens ſpolium memorabile monſtri. *Ouid. 4. met.* Lumina monſtri colubriferi. *Idem 5.* Os Meduſæum. *Ibidem.* Gorgoneiſq; premens aſſibilat hydris. *Claud. 2.* Tu non vipereo defenſus crine Meduſæ. *Idem in Ruf.* Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant. *Ouid. 3. de art.* Ora crinita draconibus. *Idem 4. met.* Saxificæ videas infelix ora Meduſæ. *Idem in Ibin.* Caput anguiferum. *Idem 4. met.* Gorgoneæ vires. *Idem 5.* Saxifici vultus Meduſæ. *Ibidem.*

Phorcinidos ora; à Meduſa, quæ Phorcinis à patre Phorco dicitur, & Phorcis; vndè apud *Prop. 3. 20.* Phorcidos ora: & apud *Luc. 9. Pharſ.* Gorgoneus furor. *Sen. in Agam. 3.* Aureus anguicomam præfecto Gorgona collo Ales habet. *Stat. 1. Theb.* Toruæ Palladis angues. *Idem 2. Theb.* Gorgoneum caput intelligit, quod ab ipſa obtruncatum fuiſſe nonnulli referunt. Lege *Diod. Heſiod. Palephatum: & Pindari, & Lycophronis interpretes:* fabulam percurrit *Ouid.*

Epith. Sęua, anguifera, Phorcys, anguicomà, horrenda, torua, ſaxifica Meduſa.

GOTHI.

Sunt populi in tractu ſeptentrionali Europæ Danis, & Noruegis contermini, qui olim ſæpiùs ſub Alarico, Totila, alijſq; Regibus Italiam armis ſubegerunt, Romamq; ipſam totius orbis caput, vrbemq; omnium principem (à cuius ciuibus ipſi anteà fuerunt ſubacti) deuaſtarunt, diuitijſq; ſpoliarunt incendio ædificijs abſumptis: tum ſuam in totum orbem inuexerunt barbariem; vndè optima litteratura, & Latinæ linguæ politia ſublata, barbaricam linguam induxerunt ſuam; quæ Gothica lingua diù permanſit in Italia, & adhuc ſcripturæ, characterumq; veſtigia in lapidibus Gothicè exarata cernuntur. Gothi igitur à Gothia prouincia Suediæ, ſiue Sueciæ parte dicti, quæ etiam Guthia dicta fuit. V. *Sueci*.

Hic poſſem victos, indè referre Gothos. *Auſon. de Gothia.* Lege *Gerard. Mercat.* Gothicæ turmæ, acies, gentes, manus, &c. Gothica caſtra.

GRÆCIA.

Europę nobiliſſima regio, totiuſq; eruditionis fons, & mater. Incolis Hellas dicebatur, forſitan ab Helle Athamantis filia, varios habuit terminos, varijſq; fuit regibus dominata; propriè tamen illa eſt Græcia, quę ab Iſthmo Theſſaliam vſque extenditur, & ab Epiro amne diſpeſcitur ad orientem mari Ægæo alluitur, Mediterraneo verò ſcilicet Ionio, & Adriatico ad occidentem: Verùm quotquot Græco ſermone loquebantur ad Græcos ſpectare dicebant. Magnam Græciam vocarunt veteres regionem illam, quæ è conſpectu Epiri in vltimo Italiæ tractu quondam fuit habitata Salentinis, Brutijs, Calabriſq; modò verò Calabriæ nomine indigetatur: ſed de hac alibi: hic tantùm de vera Græcia loquimur, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio, & bellica laude diù floruit. Libera primùm, ſed dum imperium in ſocios affectat ſerua; quam Cyrus, poſteà Xerſes, alijq; Perſarum Reges vexarunt: illam ſubiecere Macedones: tum Perſeo vltimo Macedonum Rege deuicto Romani; nunc verò in miſeram ſeruitutem redacta eſt à Turcarum Tyranno: inſulas habuit adiacentes Corcyram, Cephaloniam, Zacynthum, Cretam, aliaſq; minores; quæ nunc varijs dominis parent. Vrbes inclytas habuit Athenas, Lacedæmona, Delphos, Argos, Mycenas, Corinthum, aliaſque plurimas, quarum pleræque vt fluxa eſt mortalium rerum conditio proſtratæ, dirutæq; iacent: fluuios inſignes duos ſupra triginta recenſet, de quibus *inferiùs, vel in ſuis locis*: Vtq; varijs in locis

locis alluitur mari;ſic Ionium,Creticum, Carpathium, Ægæum, Macedonium, Myrtoum, Icarium,&c. montes plurimos, inſignesq; vel fabuloſo, ac celeberrimo Parnaſſo. In Græcia præſertim Athenis mercatus olim fuit bonarum artium, & diſciplinarum: quare à *Diodoro Siculo* Communis ſchola generis humani dicitur;à *Cicerone*, nobiliſſimum orbis terrarum Gymnaſium cognominatur; vndè poetæ plurimi, Philoſophi penè innumeri; ſanctiſſimi demùm præſules, viriq; omni doctrina præditi extitere: ſed ad rem noſtram veniamus.

Regiones in Græcia, ſiue quæ Græcis fabulis inſeruiere ſunt:

Epirus: Ætolia: Achaia: Acarnanes. & Acarnania: Phocis:Locris:Meſſenia:Laconia:Bęotia:Euboea: Peloponneſus:Magneſia:Megaris:Theſſalia:Macedonia. V. *ſuis locis.*

Flumina inſignia, V. *in ſuis quibuſque prouincijs.*

Montes celebratiores, V. *in ijſdem prouincijs.*

Synonyma.

Achæa oppida. *Stat.2.Theb.* Vrbes Argolicæ. *Virg. 3.Æn.* Vrbes Graiæ. *Ibidem.* Inacha tecta. *Stat. 3.Theb.* Inacha pro Inachia: Vrbes Inachiæ. *Virg.11.Æn.* quas Inachus fluuius præterlabitur: Regna Neoptolemi. *Ibidem.* Graiugenæ domus. *Catull.Argon.* Graiugenum. *Idem.* Pelaſgiades vrbes. *Ouid.epiſt.9.* Mœnia Pelopeia. *Virg.2.Æn.* Peloponneſum intelligit. V. *ſuo loco, Peloponneſus.* Achcia:Achaia. *Ouid.4.met.* V. *ſupra.* Achaides vrbes. *Idem 5.met.* Myrmidonum,Dolopumve ſuperbæ ſedes *Virg.2.* Vt repetant Graias per freta longa domos. *Ouid.5.faſt.* Graia per arua. *Idem in Ibin.* Hellas,dis. V. *ſupra in Hiſt.* Fines Attici. *Hor.1.od.3.* V. *Attica.* Danaus orbis. *Fauſt.* Pelaſga tellus. *Sen. in Med.* Graia tellus. *Idem in Hipp.* Vrbes Pelaſgæ. *Ouid.7.met.*

Quæ vocat ſedes habitanda captas Theſſali montes, & opaca Tempe An viros tellus dare militares aptior Phthie, Meliorq; fœtu fortis armenti Lapidoſa Trachyn: An maris vaſti domitrix Iolcos? *Sen. in Troad. ch.3.* vbi plurima Gręciæ loca coſmographicè depingit,quem adire poteris.

Hinc populi varij.

Gręci: Plebs Pelaſga. *Stat.2.Theb.* Achiui: Gens Achiua:Pubis Achiuæ agmina. *Sen. & Homer.* Achaica manus,caſtra. *Virg.2.Æn.* Argiua Phalanx. *Ibidem.* Argiuæ robora pubis. *Catull.* Argiua caſtra. *Virg.11.Æn.* Argolici:Argolica gens. *Idem 2.Æn.* Arma Argolica. *Ouid.2.triſt.* Inacha pubes. *Stat.1.Theb.* Inachij:Inachidæ. *Idem 4.Theb.* ab Inacho fluuio: Danai: Gens Danaum:Danaidæ,arum. *Sen.in Troad.3.ch.* à Danao Rege.

Graij: Graiùm populi: Graiugenę: Graiæ acies; *Virg.2.Æn.* gentes. *Ouid.4.met.* Graia manus victorum. *Hor.epod.10.* Myrmidones:Dolopes: Pelaſgi:Pubes Pelaſga:Mycenęi:Mycenęæ rates. *Prop.2.17.* Dorica caſtra. *Virg. Prop.* Claſſis. *Sen.* Ionij:Locri,ad Parnaſſum montem:Bœotij: Thebani. V. *ſuis locis.* Agamemnoniæ phalanges. *Virg.8.Æn.* Argolicæ cateruæ. *Sen.in Theb.* Dardani:Elymiotæ:Spartani. V. *Lacedæmones.* Attici. V. *Athenæ.* Corinthij. V. *Corinthus.* Arcadij. V. *Arcadia:* & ſic de cęteris, quarum notiſſimæ in hoc volumine deſcribuntur: Argiuas generatus inter vrbes. *Mart.4.55.* Nec tener Argolica miſſus de gente miniſter. *Idem 4.66.*

GRAMEN.

Herba. V. *ſuo loco.* Graminis herba:Gramineæ ſegetes, ſtipulæ: Terræ germina: Gramineus ceſpes. *Ouid.5.triſt.5.* Gramineæ herbæ.

Epith. Lętum,viridans,viride,molle,frondens,vernans, tenerum, tenellum, fœcundum,virens,florens,florigerum:Et longè herboſo veſtiti gramine campi.

GRAMMATICA.

Artes Palæmonis. *Iuuen. ſat.6.* nam inſignis fuit hic grammaticus ſuo tempore: Ars Palæmonia. *Fauſt.* Ars Priſciana,Diomedea,Guarina,Aluarica: Pręcepta Sanctij, eloquentiſſimi in Hiſpania Rhetoris,qui grammaticam edocendi faciliorem reperit modum, quem ſequutus Groſippius,alijque:Mercurij bilinguis opus, à *Gaſparo Scioppio* coagmentatum:Puerum rudimenta Latina: Linguæ Latiæ cunabula:Linguæ indumenta Latinæ: Latiæ primordia linguæ.

GRANDO.

Vortus imber. *Virg.8.Æn.* cùm de fulminis agit compoſitione:Imber frigidus: Grandinis procella, tempeſtas: Imber lapidoſus: Nimbi multa grandine mixti. *Idem 1.Æn.* Grandinis horror: Crimen grandinis. *Ouid.de nuce,quem lege.* Lapidoſæ grandinis ictus: Et gelatæ grandinis iræ: Et lapidum duras hiemes, nimboq; minacem. *Claud. in Eutrop.*

Epith. Dira, crepitans, brumalis, æſtiua, concreta, immitis,ſaxea,horrida,niuoſa,glacialis,ſæua,reſonans, ſonans, duris inuiſa colonis,quatiens ſiluas, volitans ab aëre, proſternens ſegetes, tectis crepitans.

GRASSATOR.

Prędo tortus:Raptor ſerus. *Claud.* Siluarum tremor. *Mart.5.* de Caco dixit:Quiq; viatores ſpoliat,cęditq;. V. *Fur, & Latro.*

GRATIA.

Grates dignas ſoluere: Pręmia debita:Debita dona: Munera grata: Vices reddere: Laudem ferre Deo, *Sil.It.16.* Aſpice diuinas humano in corpore

pore dotes. *Pont.* Et Latio reddita vota Deo. *Ouid.3.triſt.*12. Lepos, & lepor. V. *ſuo loco.* Feſtiuitas. Suauis placido comitatur gratia vultu.

Epith. Dulcis, ſuauis, elegans, decens, dia, concors, grata, blanda, aurea, triplex.

Gratiarum actio.

Grates perſoluere dignas, meritas depromere: Perſoluant grates dignas, & prçmia reddant Debita: Reddere vicem meritis: Officium rependere, ſiue officijs precium rependere: Bene apud memorem veteris ſtat gratia facti: Huic igitur meritas grates vbicumque licebit Pro tàm manſueto pectore ſemper agam. *Ouid.* Meritiſne hæc gratia tantis redditur: Quas dicere grates, quaſve referre paras: Grateſq; ſupremas perferat: Dignaſque rependere grates Diſcat: Pro meritis illi rex ſuperum grates exſoluat opimas, &c.

GRATIÆ.

Quæ Charites Græcè nuncupantur, de quibus egimus *ſupra*. V. *Charites*. Hæ virgines eſſe dicuntur, & in Acidalio Orchomeni fonte lauari: nempè quod pura beneficia eſſe, nullamq; retributionis ſpem habere, vel quod nihil turpe rogare oporteat.

GRATITVDO.

Iuſtius ingenium debet eſſe feris. *Pont.* ideſt gratius: Memor alicuius. *Sen. in Med.* Memor animus: Gratus animus, mens, amor: Pectora grata: gratum ſtudium, officium.

GRAVIDVS, &
GRAVIDA.

Venter grauidus fœtu: Matris onus grauidæ: Vterus ſurgens. *Stat.1.Achill.* Coniux plena partu. *Luc.1.Pharſ.* Venter tumidus pondere. *Ouid.3.faſt.* Puella laborans vtero. *Hor.* Grauis, vel grauior pignore ventris; *ex Mart.*2. Exuitur tunicas, vteri manifeſta tumore Proditur indicio ponderis ipſa ſui. *Ouid.2.faſt.* Pondera ventris. *Idem epiſt.*11. Membra grauabat onus. *Ibidem.* Grauis fœtra. *Virg.1.eclog.*

Prçgnans: Vterum ferens: Fert vterum grauem. *Sen. in Agam.* Vrgent maturi pondera ventris: Tumidus eſt pergrato pondere venter: Aluus pondere turget: Ferre grauem maturo pondere ventrem: Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem. *Virg.* Onus: Oneriſq; oblita, &c. *Stat.2.Theb.* nempè oblita ſe grauidam eſſe. Grauidamq; dolet de ſemine magni Eſſe Iouis Semelen. *Ouid...met.* Iamq; tumeſcebant vitiati pondera ventris, Ægraq; furtiuum. *Idem epiſt.*11.

Iam grauidus iuſto pondere venter erat: Felix ô fçmina ſalue Felicem geſtans vteri ſinuamine fœtum: Stupet innuba tenſos Virgo ſinus, gaudetq; ſuum paritura parentem: Virginei ſtupuere ſinus, innuptaq; mater Arcano ſtupuit compleri viſcera partu Auctorem paritura ſuum. *Sanazar.* Surgentemq; vterum, atque ægros in pondere menſes Occuluit plenis donec ſtata tempora metis Attulit, & partus index Lucina reſoluit.

GRAVISCÆ. V. *Etruria*.

GRAVIS, &
GRAVITAS.

Nempè vultus compoſitio, cùm quod ætatem decet prçſefert homo. Huius autem grauitatis, ac in vultu ſeueritudinis exemplum olim dedere Curij, Camilli, Quinctij, Numæ, Anci, Catones, Fabricij; qui aliquando figuratè vſurpantur pro ipſa grauitate; vndè *Mart.*9.28. Curios, Camillos, Quinctios, Numas, Ancos: Et quicquid vſquã legimus piloſorum Loqueris, ſonaſq; grandibus minax verbis, Et cum theatro, ſeculoq; rixaris: *& inf. epig.*29. Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem, Soluere qui Curios, Fabricioſq; graues: Democritos, Zenonas, inexplicitoſq; Platonas, Quicquid & hirſutis ſquallet imaginibus. *Idem 9.epig.*48. graues quippè Philoſophos nominat, Stoicoſq;.

Seuera Catonis frons. *Mart.* Triſte ſupercilium. *Idem* 12. Cenſura. V. *ſuo loco.* Et perſonati faſtus, & regula morum. *Mart.* Seria, nempè res graues, & ſerij argumenti: Seria cùm poſſim, quod delectantia malim. *Idem* 5.17. Tetricus vultus, nimium ſeuerus: Vultu, & veſte ſeuerus. *Iuuen.* Tetricitas: Graue, & immutabile ſanctis Pondus adeſt verbis. *Stat.1.Theb.* Superat grauitate Catonem: Super iſta mouet plenus grauitate ſeuera vultus: Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mœſtum, Nec fluitum, lçta ſed tetricitate decorum Poſſumus: Ingenitæ ſtat nobilitatis in illo Pulcher honos, &c. Conſtantiæ ſoror: Sis grauior Curio, Fabricioq; licet.

In tenero grauitas ore ſenilis erat: Rigidi nam plena pudoris Elucet grauitas faſtu iucunda remoto: Lçta viro grauitas, & mentis amabile pondus, Et ſine triſtitia virtus, non ille rigoris Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat: Maieſtas: Quç maieſtas iuuenilibus annis: Spectate ſenem iuuenilibus annis: Verendum ſuſtinere onus: Sçueritas: Paullùm ſepoſita ſeueritate. *Mart.*4.14. v. phaleuc. Nec torua lege fronte, ſed remiſſa. *Ibidem.*

Grãuis: Non leue: Magni ponderis: Inter quæ rari Laurentem ponderis aprum Miſimus. *Mart.* 9.49.

S. GREGORIVS.

Cognomento Magnus, Romanus, non tàm nobilitate, quàm ſupremi faſtigij dignitate clarus, cui doctrinæ, & ſanctimoniæ laudes addidit emeritas: Gordiani Senatoris filius fuit, qui ab adoleſcen-

ſcentia philoſophiæ operam dedit, reliquiſq; artibus: adultus pretorio functus eſt officio: ſed cùm pietati eſſet addictus vix data opportunitate Monachis multa conſtruxit ædificia, cum quibus etiam ſe mundi ſpretis delicijs, coniunxit; Abbas deindè factus: tum Eccleſiæ Cardinalis, à Pelagio Summo Pontifice Conſtantinopolim legationis cauſſa ad Tiberium Imperatorem miſſus fuit, quo munere prçclariſſimè geſto, Romam reuerſus Pelagio mortuo, in eius locum, quamvis vehementer renueret, ſuffectus eſt omni aſſenſu, lçtitiaq; in qua dignitate quot pietatis opera, quot ſanctimoniæ exempla, quot ad Romanam Eccleſiam nouos fœtus Anglicana conuerſione adiunxerit, ipſa adhuc tanti viri monimenta teſtantur, quæ ne hìc obſcurentur, ad illos, qui vitam ipſius explicarunt, reijcimus. Qui denique multis compoſitis libris, quibus ditauit Eccleſiam, multiſq; editis miraculis decimo tertio ſui Pontificatus anno quarto Idus Martij cunctis flentibus, qui patrem illum, qui doctorem agnoſcebant, deceſſit à vita, ſepultuſq; in Baſilica S. Petri, queni etiam Grçci peculiari feſto venerantur.

Gordiani filius: Cuſtodis, vigiliſq; patris ſortitus ab alto Nomen: Anglicus pater, doctor, Apoſtolus: Sub puræ ſpecie, cui viſus adeſſe columbæ Spiritus, atque ori cçleſtia dicere verba: Pauperibus largitor opum ſanctiſſimus Vrbi Gregorij nomen cui dedit ipſa parens.

GREMIVM.

Te capiet gremio protinus ille ſuo: Sinus: Calido me tege quæſo ſinu. V. *Sinus*. Pectus. V. *ſuo loco*.

Epith. Dulce, prçdulce, amœnum.

GREX, &
GREGES.

Pecudes: Perſultant pecudes, paſſimq; vagantur Per campos: Pecora: Armenta; ſunt greges maiorum quadrupedum. V. *ſupra, ſuo loco*. Magnus grex, ideſt armentum. *Tib*. Pecuaria. *Perſius, & Cornific. & Virg*. Grex armentorum: Pecudum genus.

Oues: Capræ: Capellæ: Cerui: Equi, equæ: Equarum armenta. V. *ſuis locis*.

Epith. Laniger, errans, immundus, laſciuus, corniger, petulcus, edax, hirſutus, herbiuagus, lanatus, celer: Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas, Lanatiq; greges clauſo ſtabulantur ouili.

Epith. Fœcundæ, auidæ, mutæ, lanigeræ pecudes.

GRVES.

Inter aues non minimum habentes locum, immò propter prudentiæ, & vigilantiæ ſymbolum corporis proceritate addita, inter maiores adnumerantur, cum Pygmeis (dicitur, quod nonnullis fabuloſum adſtruitur) bellum gerunt, illoſq; fugant, vndè cùm ab Eoo ad nos remeant, inducias (inquit *Plinius lib. 10. cap. 23.*) habent gens Pygmæorum earum abſceſſu. Altæ, ſublimeſq; volant ad proſpiciendum; Aquilas pertimeſcunt, vndè cùm loca, vbi illæ nidificant ſint tranſitura, ne perſtrepant ore, lapillum in eodem geſtant, donec periculum euadant: ducem, quam ſequantur, eligunt: In extremo agmine, quod ad litteram Græcam, Y, formant, vt Palamedes Grçcus obſeruauit, vndè aues Palamedis dictæ fuerunt, per vices qui acclament diſpoſitos habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede ſuſtinentes. Cçteræ dormiunt capite ſubter alam condito alternis pedibus inſiſtentes. Pontum tranſuolaturç ſe ſaburra ſtabiliunt ore contenta, lapilloſq; vnguibus arripiunt; medio tamen mari traiecto, lapillum proijciunt, & cùm continentem appulerint, arenam euomunt, auram tepidiorem amant, vndè frigida loca fugiunt. Hæ Veſpaſiani tempore in delicijs habebantur, cùm anteà ciconiæ deſiderarentur: noſtra verò memoria vix eſt qui illas agnoſcat, nedum illis veſcatur propter auis raritatem.

Strymoniæ volucres; *ex Virg*. quòd apud Strymonem amnem Thraciæ multæ reperiantur: Rhodopes grues, & hiberna dicitur *Statio 4. ſiluar. 6*. quòd Rhodopem montem in Thracia colant propè Strymona: Biſtoniæ aues. *Luc. 8*. Naupliadæ volucres. *Polit*. quòd à Palamede Nauplij filio fuerunt obſeruatæ: Palamedis aues. *Mart. 13*. Palamedea auis: Thracum volucres. *Iuuen. ſat. 13*. antonomaſt. Nec quæ Pygmæo ſanguine gaudet auis. *Ouid. 6. faſt*. propter bellum inter eos, *vt ſupra*. Vipio, quoddam gruis genus, teſte *Plinio*.

Pygmæa matris: Altera Pygmææ fatum miſerabile matris. Hæc quòd ſe Iunone pulcriorem iactaret, ab illa in gruem conuerſa fuit: quæ ſuiſmet populis bellum indicit. *Ouid. 6. met*. Lege *Athenæum, vbi fabula*. Grus ordine longo Cum clamore volat, protectaq; femina campis Eſurit. Strymoniæ cinxere grues longo ordine cçlum: Non aliter quàm ſi grus inter nubila clamans Iuncta volet, penniſq; ſecet ſtridentibus auras. Strymonius grex. *Mart. 9. 30*.

Epith. Aëria, Threicia, querula, ſæua, Strymonia, cum ſonitu tranantes æquora.

GVBERNACVLVM.

Clauus; eſt in naui gubernaculum, vndè metaphora: Clauum tenere, eſt nauis temonem ducere. Habenæ nauis. *Ouid. 3. faſt*. Moderatio: Moderamen. *Idem 2. met*. Regimen. *Idem 3*. Miniſterium artis. *Ibidem*. Subit ipſe, meumq; Explet opus. *Ibidem*. Imperij ſigna. *Idem 2. de triſt*.

triſt. Vrbis,gubernatio regni,&c. Pondus rerum. *Ibidem*.

GVBERNATOR.

Pręſes:Iudex:Arbiter: Pręror: Capiatq; aliquis moderamina : Hominum contentus habenis: Vndarum,terræq; potens. *Stat.1.Theb.* Rector:Moderator:Qui elauum tenet vrbis:Gubernatrix,de fœmina.

Gubernator nauis.

Magiſter. *Ouid.1.de art.* Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis Vtitur. *Idem 3.faſt.* Et ſumma rector de puppe morautem:Cuſtos puppis. *Virg.6.Æn.* Domitor,frenator puppis:Manus regentis iter nauis. *Ouid.1.faſt.* Ipſe ſedens, clanumq; regit,veliſq; miniſtrat. *Virg.10.Æn.* Rector ratis. *Sen. in Hipp.* Addidiei regimen dextra moderaute carinæ Flectere. *Ouid.3.met.* Pręſcius imbres Carbaſa deducit rector. *Idem 6. met.* Qui regit arte ratem. *Idem 1.triſt.3.* Auriga ratis. *Ibidem.* Ars tua Tiphy iacet; ideſt nauclaria ars,cuius Tiphyn inuentorem ſeribunt in Argo naui. *Idem 4. triſt.3.* Magiſter nauis. *Hor.3.6.* Duces nauium. *Idem 3.16.* Domitor freti. *Sen. in Med.* Nauarchus. *Mant.* nauis ſcilicet pręfectus, *Padrone della naue*.

GVLA.

Fauces:Guttur: Liſæ,arum;venæ maiores gutturis: Vocis iter. *Ouid.2.met.* Iugulum; pars, in qua infigitur gladius ad iugulandum:Iugulus:Animę via:Pręfocent animæ Gnoſſia mella viam. *Idem in Ibin.* Reſpiramen animæ. *Idem 12.met.* Iter animæ. *Ibidem.* Collum,pars gulæ poſterior: Cibi canalis: Liquidæ canalis animæ: Clauicula, & iugulus. *Celſ.* compages colli cum trunco.

Metaphoricòs deducitur ad vitium, vndè guloſus, qui ventri eſt deditus.

Gula vitium.

Votaq; laſciuæ ſomniculoſa gulæ. *Mant.* Prodiga rerum Luxuries numquam paruo contenta paratu. *Luc.4.* Ingluuies:Ventris ingluuies.Luxus ventris: Crapula: Commeſſatio:Grauitas capitis è vino nata eſt crapula : Numquam cibi ſaturata voluptas : Fœdiſſima ventris proluuies. Eluuies:Ciborum ingluuies:Intemperantia:Inſaturata ciborum fames : Et numquam ſobrius ardor. *Stat.* Venter improbus. *Sen.in Thyeſt.3.*

Epith. Vorax, ardens, impatiens,rabida,immenſa. ventricola, garrula, lenta, ſalax, petulans, improuida, turpis, immemor, impatiens, indocilis.

Harpyjs gula digna rapacibus. *Hor.2.ſat.2.* Lupinus venter,ardor:Impatiens famis:Eſcarum infinita vorago:Addet opes,æreſq; gulis ardentibus ignes : Ambitioſa fames: Compotatio, potus nimius intemperatus:Ebrietas. V. *ſuo loco.* Crapula morbus,qui à *Tertulliano* Elucus dicitur.

GVLOSVS.

Inſaturabilis ore:Indulgens dapibus. *Claud.* Paraſitus. V. *ſuo loco.* Bacchanalia viuens. *Iuuen. ſat.2.* Animal propter conuiuia natum. *Ibidem.* Helluo : Quiq; colit vitam Sardanapaliacam. *Mant.* Aſſecla Vitelli,quem voracem hominem fuiſſe dicunt hiſtorici: Abdomini ſeruit ſuo:Lurco: Nimis expletus epulis,vel nimijs expleri cupidus epulis:Dans fręna gulæ: Lurco omnia vorans: Plurima diſperdens multo quæſita labore : Dedita turba gulæ, corda, pectora : Dilapidans patrias helluo turpis opes : Ingluuiem dapibus, vinoq; replens:Epulo: Qui nimijs indulget epulis,dapibus.

GVRGES.

Vorago:Gurgitis ira. *Luc.10.Pharſ.* Gurgitis vnda:Freti ſpumantis hiatus:Vorticoſi fluctus:Curuos ſinuatus in arcus:Sinuati gurgitis orbes:Turbidus hic cœno,vaſtaq; voragine gurges. *Virg. 6.Æn.*

Epith. Altus,profundus,turbidus,pręruptus,raucus, fluctiuagus.

GVTTA.

Tum crines, ardentiaq; ora cruentis Roribus,& tetra morientum aſpergine manant. *Stat.2.Theb.* nempè ſanguineis guttis:Humor,ros,pluuia. V. *ſuis locis.* Liquidæq; fluunt per inania guttæ: Prociduis tellus guttis,& ſanguine fœda.

Epith. Humida,vda,frigida,turgens, irrigua, decidua, vaga, nitida. lucida, procidua, exigua, albens.

GVTTVR.

Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuo. *Ouid.in Ibin.* Iugulus, & iugulum, gutturis pars inferior:Animæ canalis. *Plin.* Canna pulmonis:Vocis iter. *Ouid.* Aſpera Arteria. V. *Gula,ſup.*

Epith. Patulum, canorum, hians, vdum, nitidum, blandiſonum.

GYMNASIVM.

Gymnaſia ſunt ſcholæ, vbi palæſtra,ſaltationes,geſticulationes, cęteriq; ludi gymnici exercentur: quos primus in Arcadia Lycaon inſtituiſſe traditur à *Plinio.* Primi verò Lacedæmonij, teſte *Thucydide,* corpora in gymnaſio nudauerunt,& peruuxerunt oleo; nam duplicia gymnaſia fuere corporis ſcilicet,& animi. Communis omnium gymnaſiorum Deus fuit Mercurius tàm eorum, quæ ſunt animi, quàm eorum, quæ corporis. Minerua autem ſingularis,& propria erat gymnaſij, quod inſtituebatur ad cultum animi tantùm,& ad diſputationes, commemorationeſque de philoſophiæ ſtudijs;vndè *Cic.* ſcribit Hermathena ſeſe in Academia villæ Tuſculanæ poſuiſſe,ideſt in vna baſi ſignum commune Mercurio, & Mineruæ. Gymnaſia delectationis, & exercitationis cauſſa primi Græci inſtituerunt, vt docet

cet *Cic. in 2. de orat.* poſteà philoſophi illa te- nere cœperunt, & in illis diſputare. Docet autem *Vitruuius in 5.* quomodo palęſtræ ſint exædificandæ, & quæ in palęſtris loca ſint conſtituenda.

Schola, vel ab otio honeſto, & voluptate dicta, ſiue à frequentatione, quòd frequentanda ſit, vndè ſcholaſticus: Palæſtra. V. *ſuo loco, vbi multa.* Litteraria palæſtra: Palladia palæſtra: Muſęum. V. *ſuo loco.* Lycæum Ariſtotelis ſchola. V. *Lycæus.* Academia. V. *ſuo loco.* Palladi dicata pomaria: Doctæ Palladis ædes: Gymnas. V. *Palæſtra:* pro lucta dixit *Stat. 2. ſilu.* V. *Ibidem.* Exercitij locus: Ludus: Ludus litterarius, Palladius: Dicatus ſtudijs locus: Muſis ſacræ ædes, tecta: Exedra, locus diſputantium. Hinc gymnaſticus, gymnica tecta.

Ludi gymnicisquamvis alio modo vſurparentur ab antiquis: Gymnaſticus.

Gymnaſiarchus: Gymnaſiarcha, qui gymnaſio pręeſt.

Gymnoſophiſtæ, philoſophi quidam apud Indos. V. *Plin.*

Progymnaſma, idem, quod pręludium, pręexercitatio, cùm quis ſe ante pugnam exercitio pręparat.

GYNÆCEVM.

Contubernium mulierum; domus, vbi fœminę conueniunt vel ad opus, vel ad garrulitatem.

Fœmineæ cathedræ. *Mart. 3.* Fœminei lares, penates. Fœmineus cœtus, locus mulierculis ſeparatus, in quo textrinæ, lanificioq; dabant operam.

GYRVS.

Orbis. *Virg. 2. Æn.* Spiræ. *Ibidem.* Volumen, *Ibidem.* Nodi. *Prop. 1.* Corona, figuratè. *Virg. 12. Æn.* Turbo: Hanc lucem celeri turbine parca neat. *Ouid. ad Liuiam.* Globus: Globulus: pondus teuolubile. *Idem in Ibin.* Rotatio: Rota: Rotatus, us: Tortus longi. *Virg. 5. Æn.* Fatorum curſus. *Iuuen.* Flexus fluuij. *Sen. in Med.* Curuamen: Inficere ingenti longum curuamine cęlum. *Ouid. 6. met.* Gyrorum, vel gyri ſeries.

Gyrus cęleſtium orbium.

Accipiant, cęliq; vias, & ſidera monſtrant. *Virg. 2. Georg.* Curſus labentum ſiderum. *Maſcul.* Orbita cęli ſiderum. *Idem.* Sideraq; alta trahit, celeriq; volumine torquet. *Ouid. 2. met.* Siderei curſus. *Manil. 1.* Ætherei curſus. *Ibidem.* V. *Cælum.*

H

HABENÆ, arum.

Fręnum: Fręna, orum; & fręni, orum. *Tib. 1.* Capiſtrum: Lupatum: Vudantia lora. *Virg. 5. Æn.* Et proni dant lora volat vi feruidus axis. *Ibidem.* Frenorum habenæ. *Luc. 7. Pharſ.* metaphoricè ſumuntur pro clauo nauis, vt *Sen. in Med.* Palluit audax Tiphys, & omnes Labente manu miſit habenas. V. *Gubernaculum.* Eſt etiam habena, num. ſing. Ipſe ter adducta circum caput egit habena. *Virg. 7. Æn.* Moderamen equorum: Lora manu corripit acri: Manibuſq; effundit habenas: Immittit habenas: lectit equum habenis; ſuppreſſit habenas: Permittit, concedit habenas: Manibus molitur habenas.

Epith. Validæ, teretes, effuſæ, vagæ, ſtrictæ, anguſtæ, citæ, faciles, rapidæ, vndantes, lentæ, laxæ.

HABITVS, us.

Facilitas: Forma: Eſt etiam corporis habitus. V. *Veſtes.* Mens aſſueta labori; nempè quæ habitum, ſiue aſſuefactionem ad laborem fecit: Cultus. *Stat. 1. Theb.*

HÆMVS.

Mons altiſſimus in Thracia, in quo Orpheus Oeagrij fluuij filius dicitur à Mænadibus fuiſſe diſcerptus, à quo etiam Oeagrius fuit appellatus. Et nondum Oeagrius Hæmus: (ſunt qui ſcribant ſine aſpiratione) *Ouid. 2. met.* hinc Æmonia regio ab hoc monte denominata dicitur, vt nonnullis placet.

Saltus Hæmi. *Pont.* Hæmi iuga: Gelidæ valles Hæmi: Oeagrius mons, vertex. *Ouid.* Agathyrſi, populi Hæmum incolentes: Hæmi rupes. *Luc. 1. Pharſ.* Orphei mons; ibi enim fuit diſcerptus, vt *ſuperiùs* dictum: Venit ab Orphęo cultor Rhodopeius Hæmo. *Mart.* At vbi in riuos niuibus ſolutis Sole iam forti, medioq; vere Tabuit Hæmus. *Sen. in Med.* Quondam Getico durior Hęmo. *Idem in Herc. Oet.*

HÆMON.

Iuuenis quidam Thebanus, qui Antigonem Polynicis ſororem, & Etheoclis deperibat. Hęc dum Polynicem fratrem defunctum furtim noctu ſepelire molitur adiuuante Argia ipſius Polynicis vxore, fuit deprehenſa à cuſtodibus Creontis, qui edicto vetuerat cadauera Græcorum ſepeliri, pœnamq; mortis pręuaricatori deſtinarat: Iuſſu itaque Creontis iugulatur Antigone; ad cuius tumulum Hæmon perfoſſo pectore gladio ſuperſtes eſſe noluit puellæ, in cuius pectore, vt

Digitized by Google

inquit *Plato*, viuit animus amatoris, nec ſine Antigona domum reperere voluit.
Quid non Antigones tumulo Bœotius Hęmon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus? Et ſua cùm
miſeræ permiſcuit oſſa puellæ, Qua ſine Thebanam noluit ire domum. *Prop.2.eleg.8.*

HALÆSVS.

Agamemnonis filius notus ex Briſeide. à qua illum ſuſcepit, cùm Achilli ablata fuiſſet. Alij verò legitimum aiunt ex Clytæmneſtra, cum qua conſenſit in patris necem. Vndè ex patria pulſus in Italiam venit, & Faliſcis dedit originem, vt canit *Ouid.4.faſt.* qui deindè Turno fauit contra Troianos: Hinc *Virg.10.Æn.*

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis Iungit Halæſus equos. &c. Atrides. *Ouid.*

HALITVS, us.

Flatus. V.*ſuo loco.* Aura flatus. *Ouid.1.faſt.* Anima. *Ibidem.* Vitalis aura: Spiritus: Spiritus oris. *Virg.4.Georg.* Spiramen, nis: Spiramenta, orum. *Idem 1.Georg.* Anhelitus. *Hor.1.od.15.* Reſpiramen. *Ouid.2.met.* Vitales viæ: Leuis aura. *Virg.3.Georg.* Hauſtusq́; tutos Ætheris puri dabit. *Sen.* Afflatus. *Ouid.3.met.* Efflatus: Oris anhelitus. *Idem 4.met. & 9.* Spiramenta animæ. *Virg.9.Æn.* Anhelatus, us. *Ouid.7.met.*

Epith. Creber, languidus, fatigatus, flammeus, extremus, niger, grauis, noxius.

Halitus malus.

Immunda anima. *Bemb.* Ora graueolentia. *Idem.* Quicquid olet grauius miſtum diapaſmate virus, Atque duplex animæ longius exit odor. *Mart.1.88.*

Grauis anima, ſpiritus, halitus: Vaſtos quatit æger anhelitus artus. Scribit *Ariſtoteles* incuruorum hominum halitus eſſe grauiores, fœdioresq́;.

Epith. Grauis, æger, aridus, noxius.

HAMADRYADES.

Sunt nymphæ, quas cum arboribus creſcere, & decreſcere referunt *Probus, & Seruius*. Siluarum Deæ à priſcis habitæ, vt Dryades. Has Melias etiam vocant Græci. Æneas, vt eſt apud *Virg.* cùm ſanguinem ex arbore, cuius ipſe ramos euulſerat, ſtillantem vidiſſet, nympharum pacem petijt, veritus ne earum aliquam in arbore læſiſſet. Hæ dicuntur etiam Naiades, vt *Ouid.* Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis Illa perit, fatum Naiados arbor erat. V.*Nymphæ.*

Agreſtes nymphæ. *Virg.3.Æn.* Ruricolę nymphæ: Silueſtres Deę: Nemorum nymphæ. *Ouid.1.faſt.* Hamadryas, dis, num.ſing. *Prop.* Hamadryadum turba ſororum. *Idem 2.22.*

HAMMON.

Celebre in Libya templum Ioui dicatum ex hoc, quod à poetis narratur. Liber, ſiue Bacchus cùm ex India veniens in deſerta, extremaq́; Libyæ parte teneretur, ſitiq́; totus laboraret exercitus, dicitur rogaſſe Iouem, vt ſe patrem probaret; vnus ex arena ſubito aries apparuit, quo duce Liber aquam inuenit; qui fons Iouis Hammonis dictus fuit, vt *Iuuen.* — quicquid Dixerit aſtrologus credant à fonte relatum Hammonis. Tum Bacchus Iouem rogauit, vt arietem in aſtra transferre dignaretur. In eo autem loco, in quo aqua fluxit templum conſtituit, quod Iouis Hammonis dictum eſt. Simulacrum autem eius adiectis cornibus arietinis confictum eſt, de quo templo dari dicebantur oracula.

Licet aridus Hammon Inuideat, Lyciæq́; parent contendere ſortes *Stat.3.Theb.* Hammonię ſortes: Hammonius aries: Libycus aries: Libycum oraculum, &c.

HANNO.

Dux Carthaginenſis, qui primus leonem manſuefieri docuit, vndè & à ciuibus damnatus exilio, timentibus eum omnia auſurum, qui tantum potuiſſet immanitatem domare. Sed tamen priuatis opibus potens regni fuit affectator; rationibus autem ſuis, & inſidijs fruſtratus crudeliſſimo à Carthaginenſibus cum ſocijs ſupplicio affectus fuit, teſte *Trogo*. Fuit etiam alter Hanno Barchinæ factionis, cuius meminit *Liuius 1. & vlt.lib. Belli Pun.*

Leonum domitor: Libycus ductor Hanno.

HÆRES, dis.

Succeſſor in ius, & bona defuncti: Superſtes: Succeſſor, qui capit hæreditatem: Cohæres, qui ſimul cum altero hæreditatem cernit, capitq́;. Exhæres autem dicitur, qui hæreditate priuatur: Vultur, metaph. pulcherr. Cuius vulturis hoc erit cadauer. *Mart.6.62.* nempè cuius hæredis?

HÆRESIS.

Opinio à vera, Catholicaq́; religione aberrans, nec non à vera doctrina, quam tenendam Romana proponit Eccleſia.

Caluini phantaſmata: Dogmata falſa Lutheri: Sacrataq́; ſoluere iura, & nomen violare Noua ſub religione. *Vida.* Ecolampadis ignea chimęra: Auguſtana impietas: Ille nouos ritus, noua ſacra per vrbes Inſtituit, priſcaſq́; audet reſcindere leges: Leges abolere parentum Antiquas cupit. atque nouos inducere ritus: Nouos fingit ſimulato numine ritus: Sacrata reſoluere iura: Vtruſq́; rectum eſt hæretici ſenſus: Sic callida vulpes Hęreſis eſt, flammas vitij quę ſpargit in agros: Chriſti relligione ſatos: Hæreſis recti ſpecie quietem publicam turbans: Caluini ſecta: Lutheri factio: Anabaptiſtarum doctrina, lex, dogma, &c. Peruerſum dogma.

HÆRETICVS.

Inſtructus dogmate falſo: Huſſiadæ: Lutherani: Caluiniſtæ: Anabaptiſtæ Vgonottæ: Sacramentarij, &c.

&c. Superbæ arces ingenij leuioris. *Maſcul.*

Arius, ſiue Arrius. Hic Presbyter fuit Alexandrinus peruerſus quidem, & irrequietus; qui Meletij Nicopolitani, qui ab fide errauerat, & ob id à D. Petro Alexandrino Patriarcha anathemate fuerat ab Eccleſia proſciſſus, ſecutus partes, impiam linguam in Chriſti diuinitatem profudit, ſed ab ipſius Petri ſucceſsoribus Theona, & Alexandro ab Eccleſiæ ſinu reiectus, perſecutionem Chriſtianis ipſe eum ſequacibus talẽ mouit, qualem uumquam Diocletianus, ſiue Nero. Tandem perfidiæ luit ſuæ digniſſimas pœnas. Dum enim aliquando armata militum manu comitatus ad templum contendit inter eundum, dum naturæ vult parere, ſimul cum fęcibus ſpurciſſimam indè emiſit animam, in quem ſic expirantem aliquando epigrammatis luſi.

Manes, tis: Perſa fuit genere hæreticus, dæmoniacus, & inſanus, quemadmodùm nomen ipſum teſtatur, fuit temporibus Aureliani, & Probi Impp. ſub anno Chriſti 271. Author fuit inſani dogmatis de Deo bono, & malo. Viuus excoriatus fuit arundine à rege Perſarum, cùm filio eius graui, & deſperato morbo laboranti incautamentis fretus liberationem promiſiſſet, ſed is inter manus ipſius fuiſſet extinctus. *D. Epiph.* hinc Manichei ſectatores eius dicti.

Photinus, hæreticus, qui Chriſtum hominem tantùm eſſe aſſerebat. Carpocrates ex Alexandria vnà cum Epiphane filio Gnoſticorum author. Marcion Ponticus, aduersùs quem Bardeſane Meſopotamius, ac Rhodus Aſianus apologeticos ſcripſere libros. Tatianus Syrus Encratitarum author hæreticorum. Montanus Phrygius Cataphrygum author, qui totam penè Africam conſpurcarunt. Sabellius, vndè Sabelliani; Nouatus, vndè Nouatiani; Donatus, vndè Donatiſtæ, & alij ſub priſcis ſeculis, qui Eccleſiam Dei plurimùm diuexarunt. Sed de his conſule qui contra hæreſes ſcripſere volumina.

Martinus Lutherus; Andrea Carloſtadius; Vldericus Zuinglius; Ioannes Encolampadius; Ioannes Caluinus; Theodorus Beza reliqui, quorum vita, dogmata, libriq; meritò à Catholica damnantur Eccleſia, & de his hactenus.

HALCYON. V. *Alcyone.*

Excludens in littore pullos auis, volucris: Cui pelagi ſors eſt notiſſima: At miſera in ſcopulis, ſoloq; in littore queſtus Halcyone ingeminat, voceſq; effundit inanes, Multa querens exoſa diem, nomenq; mariti Seruat auis Ceyca vocans, Ceyca requirens (Ah miſerum) rapidas repetens Ceyca per vndas. *Ouid. 11. met.* Mœſtæ Halcyones lugubre dabant per littora carmen: Fluctiuagam ſic ſæpè domum, madidoſq; penates: Halcyone deſerta gemit. *Stat. 9. Theb.* Cùm diua mulier alites oſtendit occinentes. *Catull. lyr. 25.* ſic exponit *Parthenius*. Perq; dies placidos hiberno tempore ſeptem Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis. Tum via tuta maris ventos cuſtodit, & arcet Æolus egreſſu, pręſtatq; nepotibus æquor. *Ouid. 11. met.* vbi Æolus non pater, ſed auus dicitur: Æolides aues. *Ibidem.* Ceyx. V. *ſuo loco.*

HAMVS.

Quo ſemel eſt lęſus fallacis piſcis ab hamo. Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. *Ouid. 2. de Pont. 7.* Arundo tremula; quia ſuſpenditur hamus ab arundine, *Idem 8. met.* fig. Æra recurua. *Idem 6. faſt.* Tremula dum captat arundine piſces: Calamus leuis. *Sen.* Inclinat lentæ conuexa cacumina virgæ. *Auſon.* Vncos cęlare cibis. *Manil.* Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus. *Mart. 4. 56.* Callida ſic ſtultas decipit eſca feras. *Ibidem.* Nunc piſcem ducitis hamo.

Linea, figur. de qua dependet hamus: Tremulave captum linea trahit piſcem: Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum. *Ouid. in met.* vbi linum pro linea: Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces Cùm tenues hamos abdidit ante cibus. *Tib. 2. el. 6.* Qui calamo fallit piſces, linoq; madente Tractat leues hamos, &c.

HARPALICE.

Lycurgi Thracum regis filia, quæ cùm patrem ſuum iam ſeuem ab hoſtibus captum audiſſet, confeſtim contracta non exigua Thracum manu, hoſtes illum abducentes inſecuta, magna cum illorum ſtrage patrem viuum recepit, vt notauit *Seruius* in illud 1. *Æn.*

Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, Volucremq; fuga pręuertitur Hebrum: Lycurgis, dis; à patre: Lycurgo genita: Getarum victrix.

HARPOCRATES.

Silentij Deus apud Ægyptios, cuius numinis ſimulacrum digito labijs admoto figuratum indicabat ſilentium; imberbis, nuduſq; pingebatur, qui dextræ indice digito os aſſignabat, ſiniſtra verò deorſum extenta ſuſtinebat Cornucopiæ ſurſum ad aurem pertingens frugibus refertum (vepotè cui Auguſto menſe legumina afferebant, lentes, cęterorumq; primitias) inter quas pinea nux eminebat. Hunc ex Iſide natum vnà cum Helromeno, imbecillumq; membris poſt Oſiridis interitum, author eſt *Plutarchus*, non autem puerum: ſed quod puerili pręeſſet, inornatæque orationi; natum quoque aſſerit circa ſolſtitium hibernum, & brumam. Perſeam quoque, nempè perſicam arborem illi dicauit Ægyptus, quod eius arboris frondes linguæ, fructus autem cordi ſit quam ſimillimus. V. *Silentium, vbi multa.* Meminit huius D. *Epiphanius lib. 3. contra hære-*

ſes eius facta, quæ apud Ægyptios adhuc fiebant irridens. Catonis tempore fuit quidam mutus denominatus Harpocrates ab illo Ægyptio. Huius quoque imagine in annulis ſignatorijs antiquos vſos fuiſſe ſcribit *Plinius:* à nonnullis idem cum Mercurio fit: qui in ſacrificijs Iſidis, ac Serapidis adhibebatur, quod ſilentium preſtandum eſſe dicerent.

Pharius Harpocrates. *Alciat.* Et ſeſe Pharium vertat in Harpocratem: Patruum reddidit Harpocratem. *Catull. epig.75.* nempè mutum efficit. V. *Silentium.* Quiq; premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadet. *Ouid.9.met.* Puer piceus. *Apul.* à coloribus Ægyptiorum, quibus Harpocratem pingebant. *Martian.Capell.*

Lucio Piſone, & Gabinio Conſulibus ſcribit *Tertullianus*, Harpocratem, Serapidem, & Iſidem Italia eliminatos fuiſſe, *in Apologet.* Sigaleon Ægyptius. *Auſon.* Erat autem Sigaleon, ſiue Sigalion ſimulacrum apud Ægyptios in ſacris Iſidis, & Serapidis, quod digito labijs impreſſo ſilentium imperare videbatur.

HARPYIÆ.

Ab antiquis velut furiæ, ſiue mala extimeſcenda creditæ: tres fuerunt, Aello, Ocypete, & Celeno; quartam nonnulli addunt Thyellam; alij duas tantùm faciunt. Quas Iridis ſorores fabulantur Thaumantis filias, & Electræ Oceani; ſiue Neptuni, Terræq; filias, ſiue Ponti, Terræq; vt vult *Seruius:* Aues facit *Virgilius* rapaciſſimas. Alij Harpyjas Iouis canes dictas volunt, quas cùm Zetus, & Calais Boreę filij inſequerentur ad Plotas vſque inſulas, Iris eis apparuit, monuitq; vt canes Iouis inſequi deſiſterent. Sunt qui dicant has Phinei filias fuiſſe, Geraſiam ſcilicet, & Harpyjam, quæ cibaria ex ore ſenis rapaciſſimè rapiebant. V. *Phineus, vbi de illo hiſtoria.* Duas inſulas tenuerunt in Magno Ionio poſtquàm eò à Boreæ filijs fuerunt inſectatæ, contra Cypariſſum Peloponneſi promontorium, ſiue in Ægæo poſitas Ionio conterminas, quæ Strophades dictæ ſunt. Horum ſimulacrum memini me in Ludouiſianis hortis affabrè factum Romæ vidiſſe, nempè auem virgineo vultu, coruiniſq; vnguibus. Furię etiam exiſtimatę ſunt, vndè apud *Virgilium* Celeno: Vobis Furiarum ego maxima pando; de his V. *Virg.lib.3.Æn.Cæl.Rhodig.lib.29.cap.27.* & *Apollon. lib.1.Arg.*

Aues obſcęnæ. *Ouid.6.eleg.lib.2.* Obſcęnæ volucres. *Virg.3.Æn.* Tartareę volucres. *Val.Flacc.4.* Phineæ volucres. *Ouid.6.faſt.* Virginei volucrum vultus. *Claud.* Non fas ò nati Boreæ vos enſibus alti Harpyjas vrgere canes Iouis. *Apoll.2.Arg.* Fœda auium monſtra: Vobis Acheloides vndę Pluma, pedeſq; auium, cùm virginis ora geratis. *Ouid.5.met.* Phineę aues. *Sen.in Thyeſt.1.ch.* Immundæ Phinei volucres. *Mant.* Virgineæ volucres. *Ouid.7.met.* Phineas auis. *Sen. in Herc.fur.* Reliquit iſtas inuio plumas ſpecu Harpyja dum Zetem fugit. *Idem in Med.* Strophaduimq; receptos Portubus infidis exterruit ales Aello. *Ouid.13.met.* vna ex Harpyjs.

Plotarum dominæ; nam inſulæ, quæ deindè Strophades appellatæ ſunt, anteà Plotæ dicebantur, vbi illæ regnabant: Horrifico lapſu de montibus adſunt Harpyjæ, Et magnis quatiunt clangoribus alas, Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fędant Immundo, &c. *Virg.3.Æn.* Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluuies, vncęq; manus, & pallida ſemper Ora fame. *Ibidem.* Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla Peſtis, & ira Deum Stygijs ſeſe extulit vndis. *Ibidem.* Turba ſonans prędam pedibus circumuolat vncis Polluit ore dapes. *Ibidem.* Ex vltima Harpyjarum, quam Podargen vocat *Homerus*; à Zephyro compreſſa, duos Achillis equos, nempè Balium, & Xantum genitos fuiſſe *idem Homerus* fabulatur.

Epith. Diræ, rapaces, tartareæ, truces, auidæ, infeſtę, immundæ.

HARVSPEX. V. *Augur.*

HASTA.

Haſtile, haſtilia; propriè autem eſt ſcapus haſtæ. Longa abies. *Virg.11 Æn.* Haſtilia ſpargens manu. *Ibidem.* Cuſpis longa. *Idem 12.Æn.* Lancea. *Plin.* Miſſile, miſſilia, propriè ad tela referuntur, quæ manu iaciebantur: Haſta pura. *Virg.* ferro non munita: Haſta prępilata. *Plin.* ferream habens cuſpidem: Amentata *Cic.* quæ amento excuſſa vibrabatur: Velitaris, ſiue leuis, quæ eminus etiam iaculi vice emitti poſſit. *Liu.*

Robur prefixum acuto ferro. *Virg.10.Æn.* Haſtile prefixum ferro. *Idem 11.Æn.* Armata ferro cornus. *Sen.in Hipp.* quæ iaculis, & haſtilibus vtilis planta videtur eſſe: Telum ingens arboreum. *Virg.10.Æn.* Arma ſublimia. *Idem 11.Æn.* Ferrea telorum ſeges. *Idem 3.Æn.* Ferrea ſilua. *Stat.4.Theb.* Haſtilis virga: Pineus ſtipes. *Virg.3. Æn.* Haſtæ fatalia robora longæ. *Idem 9. Æn.* Cupreſſus, figur. vſurpanit *Stat.4. Theb.* Haſta æratæ cuſpidis. *Ouid.5.met.*

Sagitta. V. *ſuo loco, vbi multa.*

Telum: Telorum ſeges ferrea. *Virg.12.Æn.* Stridula cornus. *Ibidem*; nempè emiſſum iaculum, ſiue ſagitta: Ferreus imber. *Idem.* Telorum tempeſtas. *Idem.* Lęuato lucida ferro Spicula: Miſſile ferrum. *Ibidem.* Immanis ſilua. *Idem 10.Æn.* Nubes belli. *Idem.* Iaculum: Atque vt es excuſſo iaculum torquere lacerto, Collaq; velocis flectere doctus equi. *Ouid.2.Pont.9.* Audax iaculis. *Stat.2. Theb.*

Te-

Telorum genera:

Verutum. *Caſ.* Veruina. *Plaut.* telum breue,& anguſtum:Aclis,dis: — teretes ſunt aclides illis. *Virg.* 8. *Æn.* teli genus, quod amento longè iaci poteſt,itavt peracto vulnere reuocari poſſit:Tragula eiuſdem generis eſt apud *Caſ.* 1. *de bell. Gall.* Coricus: — corieiq; leues humeris. *Virg.* non autem Cotiſci, vt quidam author obſeruauit: Venabulum, venatorium telum: Venabula cornea iacta. *Pont.* Veru,vulgò *Spiedo*. Trytus, teli genus apud Heluetios,cuius meminit *Caſ.* 1. *de bell. Gall.*

Epith. Vulnificum, ſæuum, nocens, cruentum, noxium,fatiferum,non reuocabile,iaculabile,miſſile, exitiale, Martium, Typhœum, acutum, infeſtum, penetrabile, roboreum, arboreum, fatale, ſtridulum,volatile,tricuſpis,Arcadium,ſtrictum, exitiabile,tremens,tremulum,&c.

Haſtarum partes.

Cuſpis,& hęc fig. pro haſta. *Virg.* 10. *Æn.* Scapus, nempè totius haſtæ ab imo ad caput meditullium, quod haſtile dicitur, ideſt nuda haſta: Amentum. *Plin.* lorum mediæ haſtæ obuinctum,quo iacitur:Theca haſtarum,vbi collocantur:Sparus. *Virg.* pedis inſtar recuruum telum. Securis Romana:Amazonia ſecuris. *Hor.* quam Vindelicos ſemper geſtare dicit: Bipennis: Quiris, tis, haſta Sabina, vndè Quirites dicti ſunt illam geſtantes.

Haſtarum genera.

Phalarica: Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo. *Virg.* 9. *Æn.* Dicta autem (teſte *Seruio*) à Phalis,nempè à turribus, vndè illis pugnabatur. Lege *eumdem in eodem loco*. Geſum, ſiue Gæſum, telum,aut haſta propria Gallorum, vt Pilum Romanorum, Sariſſa Macedonum, Framea Germanorum. *Prop.* 4. 11.

Pilum, & frequentius num. multitud. Pila manu, ſæuoſq; gerunt in bella dolones. *Virg.* 7. *Æn.* vndè primipilus, & primipili dicebantur qui erant in acie primi pila gerentes in hoſtes: & Primum pilum dicebatur prima centuria in exercitu Romano; meminit *Caſ.* 5. *de bell. Gall.*

Epith. Catapultarium, circumſtantia, muralia,minantia, ſęua pila.

Haſta Achillis, quæ Pelias dicta fuit, quòd è Pelio monte fuerat reciſa: Peliaca cuſpis:Totaq; Peliacæ ſternebat cuſpidis ictu Agmina,&c. *Ouid.* 12. *met.*

Epith. Longa, rigida, grauis, immitis, intorta, vibrans, bellica, Martia,acuta,valida,ſęua,infeſta, vibrans,minax,cruenta,&c.

HEBE, es.

Iunonis, Iouiſq; filia, cuius ortus hæc pręmittitur fabula, Cùm grande conuiuium Apollo in domo patris Iouis Iunoni nouercæ paraſſet, ipſaq; auidè lactucas agreſtes ediſſet, factum eſt, vt indè grauida ex viro fieret, cum eò vſque ſterilis fuiſſet,peperitq; Heben, quæ quia formoſa erat, pocillatrix ab Ioue ſuſcepta eſt,iuuentutiſq; Dea dicta. Cùm verò quondam in Deorum conuiuio pocula miniſtraret,& fortè cecidiſſet ſublatis veſtibus, Deis pudenda oſtendit, quare indignatus Iupiter eam ab officio amouit. Ganymede eius loco ſubſtituto. Cum tempore Hercules in Cœlum tranſlatus accepit illam vxorem; quā cùm ipſe nequiret accipere, quod Iunoni filius non eſſet, ferunt Iouem Iunoni perſuaſiſſe, vt Herculem ſe fingeret genuiſſe, matriſq; ergà eum deinceps beneuolentiam oſtenderet. Cùm igitur Iuno lectum aſcendiſſet ſumptum iuxtà corpus Herculem per veſtes inferiùs in terram demiſit verum partum imitata, ſicut etiam apud barbaros in filiorum adoptione fuit obſeruatum:& ſic poſt hunc partum Hebe illi nupſit,quę pubertatis,& adoleſcentiæ Dea eſt; quæq; etiam Iuuenta Dea fuit appellata, à qua Iunius menſis dictus eſt, vt nonnullis placet; vndè cùm Ioui Romani ædem in Capitolio poneret, illi cedere Terminus, & Iuuenta noluerunt, vndè ſimul cum ipſo ibidem templa habuerunt.

Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe. *Ouid.* 9. *met.* Iunonis filia: Herculis vxor. *Idem* 6. *faſt.* Pluribus vt cęli tereretur Ianua Diuis Hebe nec longa virginitate foret. *Catull.* Deus Alcides poſſidet Heben.*Sen.in Herc.Oet.* Iupiter his monitis priuignæ dona,nuruſq; Pręcipit. *Ouid.* dicta autem Iouis priuigna,quod non Iouis,ſed Iunonis tantùm credita filia à nonnullis fuit, & Herculis filij vxor:Ganymeda. *Pauſan.* fortaſsè ob officium, quod deinceps pręſtitit ipſe Ganymedes.

HEBRÆI.

Sic Iſraëlitæ appellati ab vrbe primaria Hebrone in Iudæ montanis,vel ab Hebero Sales filio,Phalegi autem patre, à quo etiam linguam acceperunt: quorum hiſtorias ſacræ paginæ narrant, paſſim dicuntur ab Authoribus, ſed non ita eſſe *Georgius Amira in ſuis præludijs ad grammaticam Chaldaam* diſertiſſimè oſtendit, aſſeritq; potiùs à dictione Heber, qua ſignificatur tranſitus, illos fuiſſe denominatos; nempè cùm Abraham cum familia ſua in Chaldęam pertranſijt ex Meſopotamia, & ſic Hebræi dicti, quaſi tranſeuntes. Quod quidem vel à tranſitu ab Ægypto in promiſſionis terram id nominis accepiſſe,ſi diceretur, non videretur abſurdum; ſed dictum authorem adito.

Iudæi,à Iuda ex Patriarchis: Iſacidæ, ab Iſaco: Domus inclyta Iudæ. *Vid.* Beniamidum genus:Rubenitæ,à tribu Ruben;Rubene creati:Manaſſęi,à

Ma-

Manaſſe : Iſraëlitæ , ab Iſraële : Iudea propago : Iſraëlitarum cumulatæ gloria gentis . *Vid. Iuuenc.* Gens Hebræorum . *Prud.* Hebræo de ſanguine natus:Iſacidum genus.*Vida.*Tribus deducta Manaſſe: & Manaſſæo generati ſanguine, ſemine ciues .

Verpi,orum,dicuntur à *Catullo*, nempè circumciſi, quibus pellis virilis membri deſecta eſt, ſic Apellæ apud *Hor.* Recutiti , apud *Mart.* Recutitæ gentes ; *ex eod.*7. Sed quæ de Solymis venit peruſtis Damnatam modo mentulam tributis. *Idem* 5.74. ideſt circumciſi, & circumſecti, teſte *Farnabio.* Circumciſa propago : Gens obſcœna , quę genitale caput propudioſa metit:Radix ſtultitiæ,cui frigida ſabbata cordi: Sed cor frigidius religione ſua eſt . *Rutil.*1. *itin.* Sabbatarius . *Mart.*4.*epig.*4. Qui ſabbata ſeruat .

HEBRVS.

Thraciæ fluuius ex Pindo deriuans , cuius accolæ quondam bellicoſiſſimi fuere , vndè *Tib.*4.1. Quaq; Hebrus, Tanaiſq; Getas rigat,atque Maginos . Cicones etiam populi apud Hebrum fuiſſe dicuntur, qui caput Orphei per ipſos interempti in eumdem proiecerunt,vndè canit *Virg.* 4.*Georg.* Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus Volueret, Eurydicen vox ipſa, &c. quamvis in Hæmo eiuſdem Thraciæ monte id factum canat *Ouidius* . V. *Hæmus* . Vtcumque eſt in Prouincia eadem ſunt ambo ; & hic iuxtà Adrianopolim in monte Rhodope naſci à nonnullis dicitur,cuius arena vehit aurum:dictus autem eſt Oeagrius ab Oeagro Orphei patre , ac prouinciæ rege .

Hebri flumina . *Virg.*12 *Æn.* Hebri aquę . *Claud. in Ruf.*1. Hebri ripæ . *Stat.*3.*ſilu.* Cicones,pop. accolæ fluuij: Ciconum mons: Terrificis vndantem cornibus Hebrum:Errabatq; vagis turbidus Hebrus aquis:Nitidus qua confluit Hebrus:Non ſpumifer altius Hebrus Gradiuo ſpumante rubet:Ad vada tenditur Hebri .

Epith. Vagus,rapidus,volucer,ſpumans,vndans,gelidus, turbidus,Thracius, impiger, nitidus,Rhodopeius .

HECATE.

Filia fuit Perſei Solis filij (vt ſcribit *Dionyſius Mileſius*) nam Sol duos habuit filios Perſeum,& Æętam. quorum poſtremus Calchis circa Męotiden paludem imperauit, Perſeus verò in Taurica regione regnauit , qui cùm grandior natu eſſet , vxorem duxit vnam ex incolis nymphis , ex qua Hecatem filiam ſuſcepit,quæ cùm virgo eſſet,& venatrix , prima dicitur peſtiferas herbarum radices inueniſſe , peritiſſimaq; & venenorum , & eorum , quæ homini opitulantur fuiſſe , propriumq; patrem veneno necaſſe . A patruo verò Æęta in Colchos acceſſita vxor eſt ducta,ex qua Medeam ſuſcepit , & Circen ; nonnulli addunt Chalciopem . Alij dicunt Hecaten Iouis fuiſſe filiam , Cererisq; eamdemq; eſſe cum Proſerpina. V. *ſuo loco* . *Muſæus* ſcribit illam Aſterię,Iouiſq; filiam . A pleriſque item eædem exiſtimatæ Hecate , Diana , & Luna . *Heſiodus in Theogonia*,Hecaten ait non eſſe Proſerpinam;ſed aliā Aſteries Latonę ſororis filiam,& Perſei vxorem: vel ipſius Perſei filiam ex Aſteria ; alij alia dicunt, quæ omittuntur . Singulis menſibus locupletes Hecatæ ſacrificabant (quæ triformis dicitur , vt *inferiùs*) paneſq; & alia in triuijs ponebant , quæ mox ab inopibus , & egenis raperentur, & hæc Hecates cœna dicebatur . Hæc Dea veneficijs prępoſita,luctu, & mœroribus gaudere dicebatur , vndè & illi tetra , & horrida ſacra impendebantur, humanæ ſcilicet hoſtiæ, cuique humano ſanguine litabatur . Huic Deæ canes antiqui tribuebant , ſcilicet furias , vt nonnulli exiſtimant,vel quòd ipſa canino fingebatur ore. Vrbem habuit Zeranthum cum antro in Samothracia,ſiue Thracia;multiſq; in locis colebatur triplici capite, dextro ſcilicet equino , canino ſiniſtro , medio verò agreſtem hominem pręferente , vndè *Claud.*

Ecce procul ternis Hecate variata figuris . Idem ſentit *Virg. & Ouid.* quod triplicem haberet poteſtatem,ſiue quòd in cęlo Luna,in terris Diana, apud inferos Proſerpina eſſet : & pro illis ponitur Per triplices vultus iuro . *Ouid.epiſt.*12. Ora vides Hecates in tres vertentia partes . *Idem* 1. *faſt.* Triplex Diana . *Ibidem.* Proſerpina .V. *ſuo loco.* Triformis diua . *Sil.It.*1.Tergemina hera . *Val. Flacc.*1.*v.*782. Hecate triformis . *Sen. in Hipp.* Triformis Dea . *Ouid.*7.*met* . Perſeis,dos. *Idem* 6. *& Sen. in Med.* Voce vocans Hecaten , cęloq; , Ereboq; potentem : Nocturnis Hecate triuijs vlulata per vrbes:Triuia. V. *Diana.* *Æętæ* genitrix pulcherrima Circes . *Ouid.*4.*met* .

Epith. Tergemina, triceps, Phœbęa, triformis,nocturna .

HECATOMBE.

Dicebatur ſacrificium centum boum , quod fiebat ab Imperatoribus,in maxima Iouis ſolemnitate, ſiue in victoria de hoſtibus relata, ſiue in triumpho;ab Argis dum Iunonis ſacra celebrabantur , hecatombe fiebat ſacrificium;vndè à Gręcis mos huius ſacri deriuauit ad alios . De hoc ſacrificio hæc *Iulius Capitolinus:* Centum aræ vno loco conſtruuntur ceſpititiæ ad eas centum ſues , centum oues mactabantur ; indè ſi imperatoris ſacrificium fieret centum leones (vel oues) centum aquilæ, & cętera huiuſmodi animalia feriebantur, quod quidem etiam Græci quondā feciſſe dicuntur cùm peſtilentia laborarent, & à mul-

ris

Digitized by Google

tis imperatoribus id celebratum conſtat: hęc *illa*. Sed & Pythagoran pro inuento theoremate geometrico hecatomben feciſſe ferunt. Igitur fuit hoc ſacrum interdum centum boum, interdum ouium, caprarum, & ſuum; ſiue centum capitum animalium. Hinc Iupiter Hecatombæus appellatus, primusq; menſis apud Græcos Hecatombæus dictus ſiue à Ioue: vt etiam Apollo Hecatombæus, & Hecatombæa celebritas.

Centena niuei colla ſubmittunt boues. *Sen. in Hipp.* Nosq; ſacras Chryſæ centum ſtatuamus ad aras Mactandos de more boues, &c. *Hom. 1. Iliad.* Centumtaurilia; vnico verbo Græcè expreſſit *Ibidem Hom.* Vota Ioui Minos taurorum ſanguine centum Soluit. *Ouid. 8. met.*

HECTOR.

Priami ex Hecuba filius, Andromache vir, pater Aſtyanactis, omniumq; Teucrorum fortiſſimus, quo accedente ad pugnam Græcorum turmæ penitùs vſque ad naues fugabantur; quas etiam illato igne cremare cœpit, multasq; incendit: verùm in prælium Patroclus deſcendiſſet Achillis indutus armis, eum Achillem ratus Hector in certamen cum illo venit, quem occidit, exuitq;: at cùm in vrbem ſpolia inferre vellet hoſtilia; audiens verum Achillem amici morte commotum arma ſumpſiſſe in Teucros, quamvis à prima pugna laſſus, in alterum diem bellum differre noluit, ſed acriter cum illo cœpit contendere, à quo tamen ſuperatus, interemptus fuit, Achilliſque curru, vel bigis ter circa mœnia Troiæ raptatus, ter circum Patrocli tumulum, ſiue ad naues vſque, quas incenderat. Scribit *Hom. Iliad. 22.* Hectoris cadauer ab Achille alligatum fuiſſe currui vtriuſque pedis neruis perforatis à calcaneo vſque ad talum, & immiſſo loro bubalo, caput in terram pendebat, & equis procurrentibus flaua illius cæſaries per puluerem trahebatur: quod nocte petente Priamo patre pretio fuit de Achille redemptum, ac tumulatum honorificè: è cuius occaſu, vrbis pariter venit; quæ expugnata à Græcis, paulò poſt incenſaq; fuit.

Fortem illum Æmonijs Hectora traxit equis. *Prop. 2. eleg. 8.* Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. *Virg. 1. Æn.* Priamides armipotens. *Polit.* Laceram qui circum mœnia Troiæ Priamiden cæſo ſolatia traxit amico. *Stat. 4. ſilu. 4.* Hoc fuit Andromache cum vir religatus ad axes Terruit admiſſos ſanguinolentus equos. *Ouid. ad Liu.* Vel qui quæ fuerat tutatus mœnia ſæpè Corpore luſtrauit non diuturna ſuo. *Idem in Ibin.* Andromachæ coniux: Charior ex natis Hecubæ.

Columen patriæ mora fatorum; in fatis enim erat, niſi Hector ſublatus Troiam numquam caſuram. *Sen. in Troad.* Tu præſidium Phrygibus feſſis, Tu murus eras, humerisq; tuis Stetit illa decem fulta per annos. *Ibidem.* Multa in Hectoris laudem, *1. chor.* Tractus ab equis Hector: Troiæ defenſor: Danaum metus: Lux Dardaniæ: Spes fidiſſima Teucrum: Hector Achilleo transfixus concidit Hector: Quem victor vita ſpoliauit Achilles: Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles. *Virg. 1. Æn.* Qualis in Danaos furens Vera ex Achille ſpolia ſimulato tulit. *Sen. in Troad.* nempè cùm Patroclum, qui ſe fingebat Achillem, interfecit.

Epith. Acer, inclytus, fortis, magnus, ferus, ferox, flebilis, ſplendidus, atrox, armipotens, ſanguinens, belliger, Mauortius, Priameius, Troicus.

HECVBA.

Ciſſæi Thraciæ Regis filia, Priami vxor, cui plurimos filios, & filias genuit Poetarum carminibus celebres: Hæc cùm Paridem vtero gereret, ſomniauit ſe facem parituram, qua omnis Troia cōcremaretur, quo inſomnio territus Priamus quicquid illa peperiſſet iuſſit exponi; ſed infanti filio mater pepercit, & paſtoribus clam alendum tradidit, ſed in vrbis exitium, vt ex hiſtoria Paridis dignoſcitur. Capta tandem Troia, Priamoque apud aram Iouis Hercæi perempto, ipſa quoque captiua cum nutu Andromache, filiaq; Caſſandra in Græciam fuit abducta ab Vlyſſe, cui in ſortem contigerat, quæ citò ab illo vt vetula dimiſſa ad Thracas fugit, vbi in canem conuerſam fabulantur, quod rabidis conuicijs omnes impetens lapidibus fuit obruta. V. *Seneca Troadem, in qua multa de Hecuba, Andromacha, & Caſſandra.*

Ciſſeis, dos. *Virg. 7. Æn.* Priameia coniux. *Ouid. 13. met.* Phrygios ſilex. *Stat. 5. ſilu. 3.* Nam aliquorum opinio eſt, Hecubam ob viri, filiorumq; interitum doloris impatientia in ſilicem conuerſam fuiſſe, cuius rei meminit *Plin.* Coniux Priami. *Mart. 2. 41.* Paridis genitrix: Helenæ ſocrus: Mater Hectoris: Paridis, Troili, Caſſandræ, Polyxenæ, cęterorumq; Priami filiorum, quos quinquaginta fuiſſe dicunt, ſed decem*, & ſeptem tantùm, ſiue duos ſupra viginti ex Hecuba. *Sen. in Troad. 4.*

Epith. Miſera, infelix, capta, captiua, Priameia, fœcunda: Quæ quondam latratu terruit auras: Quę viſa eſt ingentem reddere ventre facem.

Eius in canem conuerſionem narrat *Ouidius 13. met.* cauſſamq; diuersè nonnulli comminiſcuntur, ſcilicet cùm Polyxenæ corpus ad littus lotura acceſſiſſet Polydori natu minimi ex ſuis filijs à Polymeſtore Thraciæ Rege per auaritiam interempti cadauer ibi conſpicatam, vlciſci tantum ſcelus decreuiſſe: vndè acceſſitum ad ſe Polymeſtora ſub ſpecie indicandi theſauri vnà cum alijs

cap-

captiuis mulieribus excęcauit:quare cùm Thraces ipſam lapidibus inſectarentur, io illos latrare cœpit, in canem Deorum voluntate conuerſa.

Proles Dymantis. *Homer. & Ouid.* 11. *met.* Dymantis filia: Ergo alijs Dymantia latraſſe flebile viſum eſt. *Idem* 13. *met.*

HEDERA.

Frutex plurium generum, nam hedèra alba, nigra felix, arborea reperitur. Hæc Baccho fuit dicata, cui vim ineſſe dicunt, quæ mentes in furorem agat, ac ſine vino ebrietatem inducat, vt in *Problematis Plutarchus* ait, vndè tàm ipſe, quàm eius Sacerdotes hedera coronabantur, quo ad libidinem, furoremq; promptiores redderentur: Flumini autem Diali apud Romanos illam tangere interdicebatur, quod in furorem verti, illi quammaximè dedeceret. Contra tamen ſunt qui opinantur, hederam Baccho ſacram, quia contra ebrietatem facere putatur, qua de cauſſa in conuiuijs illa caput cingebant, ne fierēt ebrij: niſi dicamus hanc ineſſe vim Corymbis hederæ fructui, qui ob inſitam frigiditatem vapori reſiſtit, & vini potentiam ſiſtit. Quòd Baccho ſit ſacra alias commenti ſunt cauſſas, vel quòd Ciſſus puer, qui in eius comitatu erat, dum cum Satyro ſaltabat humi lethaliter lapſus ab eo in hederam transformatus fuerit; vel quòd Nyſiades Nymphę puerum nouerca quęrente ad occidendum, hanc frondem cunis circumpoſuiſſe ferantur. Hac etiam olim poetæ coronabantur, vndè canit *Ouid.* 3. *de art.*

Nunc hederæ ſine honore iacent, operataq; doctis Cura vigil muſis, nomen incertis habet: Sic hedera ſemper tempora vincta feras. *Tib.* 3.6. Hedera tenax: Hedera candida; quæ arbores necat, omnemq; ſuccum auferendo tanta ſe craſſitudine auget, vt ipſa fiat arbor. V. *Plin.* Sequax hedera. *Virg.* à ſequendo: Arctius atque hedera procera adſtringitur ilex Lentis adhęrens brachijs. *Hor. epod.* 15. Hederæ brachia. *Pollio ad Galliam.* Atque hanc ſine tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros. *Virg. ecl.* 8.

Hederam *Alciatus* eleganter deſcribit in emblematis ſic: Haudquaquam areſcens hedera eſt arbuſcula Ciſſo, Quæ puero Bacchum dona dediſſe ferunt, &c. dicitur autem Baccho ſacra; vt Larus auis Mercurio; Picea arbor Vulcano; Trigla, & Męnis piſces Dianæ; Citharus Apollini; Mercurio Boax; Aphija, quæ & Aphritis Veneri; quadrupedum verò lupus Apollini, & Marti; Lepus Amoribus; Draco Mineruæ, vt aſſerit *Euſtathius.*

Bacchica ſerta. *Ouid.* 1. *triſt.* 6. Inſignia Bacchi. *Idem* 6. *met.* Pampinea in ſertis ornatus fronde corymbis: nam pampinea etiam corona cinctus incedebat Bacchus: Corymbus fructus hederæ: Doctarum pręmia frontium. *Hor.* 1. 1. nam poetæ illis coronabantur, vt diximus: Gratiſſima Baccho planta: Hederarum frondes. *Ouid.* 6. *met.* Hederave mollem baccifera religare frontem. *Sen. in Oedip.*

Epith. Errans, ſerpens, virens, viuax, bicolor, ſequax, Bacchica, grata.

HEDVI.

Populi ſunt vulgò dicti Burgundiones, nempè qui in Burgundia ſunt, quorum prouincia in inferiorem diuiditur, & ſuperiorem. Inferior eſt Burgundiæ Ducatus, quam cùm Sequani, Hedui, cum Nuithonibus tenerent Burgundiones Germaniæ populi ex Vvandalico ſanguine procreati ab Alemannis ex ditione ſua expulſi, aggreſſi, priſcis incolis deturbatis, ipſi poſſederunt, nomenq; dederunt. Huius Ducatus metropolis:

Diuio: Diuionum *S. Greg. Turon.* Diuionis conditor, ſiue reſtaurator habetur Aurelianus imperator, vrbs quidem pulcherrima ad Suzionem, & Oſcaram fluuios vtrinque muros adluentes ſita.

Auguſtodunum, ab Auguſto nomen habens, quod ipſe in Cæſaris bello ibidem facto dirutum reſtaurauit, ad Arrouſium fluuium ſita eſt; Sanctiq; Germani Epiſcopatu celebris, nunc verò plurimum de priſtina gloria amiſit.

Caballinum, ſiue Caballionum Heduorum vrbs inſignis ad dexteram Araris ripam agro vbertimo, ſaluberrimoq; cęlo ornata: Tinurtium, oppidum ab Arari vndique cinctum: Cuyſellum, opp. Secuſianorum, Secuſiumq; *Ammiano* dictum; ſitum ad radices Iuræ montis.

Belna, oppidum, in cuius agro Ciſtertium, vndè Ciſtertienſes, cuius Archimandritam agnoſcunt ſupra mille octoginta virorum Cœnobia, ac totidem propè Monialium eiuſdem inſtituti: Semurium, opp. Nuithonium, vndè Nuithones populi gladiorum opificio celebres: Aballon. *Anton.* vbi Legio XVI. Sidolucum. *Idem:* vbi Legio XVIII. Flauia Heduorum. Tronoderum. *Antonin.*

Ad Burgundiæ Ducatum pertinent Niuernium, *Ducato di Niuers*. Nouiodunum metropolis. *Caſ.* Deciſæ. *Anton.* & Decetia: Clamecyum: Donzyum: Corbignium: Fanum D. Leonardi: Antiſſiodorum. *Anton.* vbi locat Legionem XXII. Antoſſidorum. *Ammian.* Matiſcona, æ: Matiſco, is: Matiſconenſe caſtrum, vbi Legio X. ponitur Maſtico: Machaon villa. *Paul. Diacon.* Matiſſana. *D. Greg. Turon.* *Maſcon* vulgò, ad Ararim iacet, quem ponte inſigni traijcit.

Flu-

Flumina.

Suzion: Oſcata,ſiue Oſcarum:Araris:Icauna:Liger, is: Elauer,eris.

Burgundia ſuperior ſequitur, quæ comitatus dicitur, cuius

Vrbes pcimariæ.

Dola, ad Dubim fluuium ſita, qui in duo hìc brachia ſcinditur, putant quidam *Ptolomæo lib.2. cap.9.* eſſe Didaction vrbem Sequanorum; clara obſidione Gallorum in Hiſpanos pugnantium anno 1638. vndè etiam ſublata oppuguatio: Veſoutio,nis;vrbs imperialis olim dicta:Chryſopolis, quam Dabis fluuius magna ex parte interſecat.

Nozerethum, olim à nucibus Nucillum.

Salinæ, ampliſſimum oppidum toto terrarum orbe celebris ab ſalſis fontibus denominata, vndè ſal igne denſatur, inq; finitimas regiones aſportatur.

Pręter alios lacus vnum habet Burgundia mirandum, cui ab Voraginibus nomeu,vbi mirum naturæ ludentis opus viſitur: ſupet enim aqua ſit limus, qui adeò dureſcit, vt continens videatur, ſuper quo tamen equites, curruſq; ſecurè non ambulant, ſed ſoli pedites. Is cęlo pluuioſo, ac nebuloſo non emergit, niſi ſerenitas ſit futura, tunc per foramina breui tempore auctus totam columbanam planiciem rigat.

Flumina.

Dubis. *Ptolem.* Alduabis. *Cæſ.* ſiue Alduaſdubis,qui ex Iura monte oritur, perq; Pontium lacum lapſus poſt multas ambages, receptoſq; fluuios propè Virdunum Arari commiſcetur: Lougnonius: Danus: Lupus, fluuij Burgundiæ ſuperioris pręter Ararim. Hinc

Populi:

Hedui:Sequani.

HELENA.

Tyndari filia ex Leda,ſiue Iouis ex Leda,quam ipſe ſub cycni formam compreſſit, ſoror Caſtoris, Pollucis, & Clytęmneſtræ, tàm inſigui forma mulier, vt nulla pręter illam eo tempore eſſet; quę Menelao Agamemnonis fratri Mycenis nupſit, cui Hermionem peperit: verùm à Menelao hoſpitio receptus Paris Priami filius, eius cõiugis amore captus, abſente viro, illam in ſui amorem ita pellexit (ob eam enim ſibi à Venere promiſſam Lacedęmona nauigarat,vbi regnabat Menelaus) vt fugam perſuaſerit: Eam igitur in Troiam adductam duxit vxorem, ad quam repetendam totius Græciæ populi in Troianorum excidium conuenere, vndè ait *Diuus Hieronymus:* propter vnius mulierculæ raptum Europæ, atque Aſiæ decennalia bella confligunt: & *Prop.* 2.3. Olim mirabar,quòd tanti ad Pergama belli Europæ, atque Aſiæ cauſſa puella fuit. Poſt Pariden interfectum Deiphobo alteri Priami filio nupſit. Verùm capta Troia eadem nocte,vt beneficio marito veteri Menelao reconciliaretur, ſubtracto ferro, quod in incertum rei euentum capiti vir fortiſſimus Deiphobus ſuppoſuerat, illum huic in thalamum intromiſſo clam trucidandum obiecit,quem Menelaus dormientem crudeliſſimè trucidans deformauit: tunc euerſa Troia cęteris reuertentibus, ipſa quoque cum viro nauigauit, ſed tempeſtate in Ægyptum delata fuit, & indè Lacedæmona repetijt; antequam autem viro Menelao nupſiſſet, adhuc virguncula à Theſeo quoque rapta fuit, ſed citra iniuriam à fratribus recuperata eſt. Illam *Iſocrates* elegantiſſimo panegyrico celebrauit. Illam Zeuxis ſimulacro effinxit abſentem, quam vt exprimeret virgines quinque pulchertimas nudas fuit contemplatus,vt quod pulctius in aliqua eſſet,in ſuo poſſet effingere ſimulacro,quod Agrigentinis traditum narrat *Plinius*;Crotoniatis verò *Cicero in 1. Rhet.* alij dicunt non ſimulacrum,ſed tabulam fuiſſe pictam. De Helenæ ortu narratur fabula à *Gyraldo*. quam breuitatis cauſſa omitto. Helenæ tribuitur ſidus nimboſum. fratribuſq; contrarium, vndè canit *Statius lib.3.ſilu.2.* Proferte benigna ſidera,& antennæ gemino conſiſtite cornu Oebalij fratres, vobis Pontuſq; Poluſq; Luceat, Iliacæ longè nimboſa ſororis Aſtra fugate precor: Iliacam vocat. quòd apud Ilium fuerit, ſiue euertrix Ilij.

Tyndaris,dos, quòd Tnydaris putata filia, cũ Iouis eſſet. *Virg.2. Æn.* Adultera Lacęna. *Hor.3.3.* Cycno generata Lacęna: Marita Therapnęa. *Ouid.2. de rem.* Oebalis, dos, nympha. *Idem epiſt.15.* Hanc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem, Quæ tribui ſola te mihi dante poteſt. *Ibidem.* Lege *totam*. Turpis adultera,de qua Inter amatorem pugna,virumq; fuit. *Idem 2. de triſt.* Pellex Oebalia. *Idem 2. de remed.*

Peregrina mulier, quæ vertit Ilion. *Horat.3.3.* Raptaq; ſit Phrygio Graia puella viro. *Ouid.1. de art.* Non aliter cęco nocturni turbine corì Sit peritura ratis cum iam damnata ſororis Igne Therannæi fugerunt carbaſa fratres. *Stat.8. Theb.* Filia pulcræ Ledæ. *Ouid.epiſt.15.* Rure Therapnęo nata puella. *Ibidem.* Troiæ populatrix; dicunt enim, cùm Græci iam deſperarent Troię euerſionem;& iccircò in patriam reditum pararent,ipſam è turri elata face in ſignum,illos reuocaſſe ad perdendam Troiam.

Helene,es,Græco modo:Adultera.Et Paris eſt illic, & adultera nobile crimen, Et comes,&c. *Ouid. 2.eleg.* Spartæ alumna formoſa;*ex Sen. in Octau.* qui ait formam Spartæ iacet alumnæ, licet & Phrygius pręmia paſtor: Tyndaridos vultus. *Ibidem*, Paridis pręda: Lacęna, antonomaſt.

Digitized by Google

Idem in Agam. Cauſſa bellorum fui, tantæq́; Teucris cladis. *Idem in Troad.* ipſa loquirur.

Epith. Adultera, obſcęna, turpis, ſuperba, Ledęa, blanda, grata, Iliaca, infeſta, perfida, mœcha, facie inſignis, auricoma, Ioue digna viro.

HELENE, Inſ.

Inter Sunium, & Cęam Sporadum inſulas, quæ antea Macris dicebatur, teſte *Steph.* dicta autem Helene ab Helena, quòd ibi primùm à Paride corrupta fuerit adulterio, cùm à Mycenis in Troiam illam abduceret. In hac Helenium herba ex Helenæ lacrymis nata frequentiſſima eſt.

Macris: Helenæ inſula quæ cognouit amores.

HELENVS.

Priami filius, & vates, qui vnà cum Palladio à Diomede, & Vlyſſe captus, in Græciam deindè exportatus fuit; qui Andromachen, quæ antea Hectoris fratris fuerat vxor, tum captiua à Pyrrho in patriam abducta illius libidinem paſſa, Moloſſum illi, ſiue Amphialum genuerat, duxit vxorem, potitus parte Pyrrhi imperio, quam ille à fratre Chaone Chaoniam nuncupauit, ad quem Æneas deuectus fuit, teſte *Virgilio 3. Æn.* cùm vrbem ſibi pro euerſa patria quæreret.

Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes. *Virg. 3. Æn.* Rapta cum Pallade captus. *Ouid. 13. met.* Prętereà ſiqua eſt Heleno prudentia vati: Troiugena interpres Diuûm, qui numina Phębi Sentis. *Virg.*

Epith. Troiugena, Dârdanius, Troianus, vates.

HELLEBORVS.

Quæ & helleborum herba, quæ veratrum dicitur: in Oeta monte, vt ſcribit *Plinius* naſcens plurima: cuius genera plura narrantur ab *eodem lib. 25. cap. 5.*

Veratrum album: Helleborus albus: Veratrum nigrum: Melampodium, à quodam Melampode paſtore repertum, qui cùm capras quaſdam ægras illo veſcentes, purgatas illicò fuiſſe animaduertiſſet, Prœti filias hac radice ab inſania liberauit, vndè in prouerbijs eſt: indiget helleboro qui ſtultitiam olet: Prœtium, ob Prœti filias illa radice liberatas. *Hippoc.*

Helleborus candidus in Oeta naſcitur optimus: niger vbique venit, ſed in Helicone melior.

HELLE. V. *infra.*

HELIADES.

Patronymicum eſt, idemq́; ſonat, quod Solis filiæ; fuerunt autem ſorores quatuor Phaëtontis, ſiue tres, quarum hæc nomina Phaëtuſa, Lampetia, Phœbe: Hæ antequam in populos, ſiue in alnos conuerterentur Solis boues, quæ in Sicilia ſtabulabantur, curabant; à quibus vt abſtineret admonitus fuit à Circe Vlyſſes in reditu, ſi patriam vellet repetere incolumis. Vlyſſes ſocios iurare cōegit ſe boues Solis, oueſq́; nequaquam violaturos; atqui annona deficiente iuriſiurandi obliti, clam Vlyſſe, boues aliquot interfecerunt, & verubus trementia viſcera fixa aſſarunt. Queſta eſt hac de iniuria Lampetie apud Vlyſſem, in quem diſcedentem à Trinacria Iupiter, orante Sole fœdam, procelloſamq́; tempeſtatem immiſit, qua per nouem dies, vt ſcribit *Homerus*, ille fuit afflictus cum ſocijs. Poſt caſum verò Phaëtontis germani cùm per quatuor menſes aſſiduè fleuiſſent, tandem Iouis miſeratione in populos, ſiue in alnos, vt fabulatur *Apollonius*, conuerſæ fuerunt. V. *Ouid. 2. met.*

Phaëtontiades; nempè Phaëtontis ſorores, quarum lacrymę in electra, & ſuccina conuerſa ſunt: Clymeneiæ. *Ouid.* quòd filię Clymenes eſſent: Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem Cortice velauit populus ora nouo. *Idem 1. Pont. 2.* Populeæ ſorores. *Val. Flacc. 5.* Roſcida frondoſæ reuocant electra ſorores. *Claud.* Clymeneides. *Ouid. ad Liu.* Virides ſorores. *Stat.* Phaëtontides. *Pont.* Phaëtontis ſorores. *Mant.* O quondam gratæ pulcro candore puellæ, Quæ Phaëtontei colitis vada conſcia caſus. *Areoſt.* Lampeties Ithacis verubus mugiſſe iuuencos, Pauerat hos Phœbo filia Lampetiæ. *Prop. 3. 11.* Phaëtontia turba.

HELICE.

V. *ſupra Calyſto, & Vrſa ſidus.*

Arctos Lycaonis. *Virg. 1. Georg.* Lycaonis vrſa. *Ouid. 6. faſt.* Sidera Parrhaſidos; *ex Lucano.* Vrſa Parrhaſia. *Mart. 4.* V. *Arctos.* Hinc Arctos alta parte glacialis poli Sublime claſſes ſidus Argolicas agit. *Sen. in Herc.* Maior, minorq́; ſentiunt nodos feræ, Maior Pelaſgis, apta Sidonijs minor. *Idem in Med.*

HELICON.

Mons in Bœotia ſinui Criſſæo incumbens, muſis ſacer, & hinc celeberrimus apud poetas, qui niſi conſcenſo Helicone quicquam effutire non audent. Virgineum appellat *Ouid. 2. & 5. met.* Virgineuſq́; Helicon, &c. ob iam dictam cauſſam, vbi primi Otus, & Ephialtes muſis ſacra fecere, eumq́; montem illis ſacrum eſſe voluere; dictus eſt autem Helicon ab Helicone, qui ibi cum Cytherone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur; vterque tamen montibus duobus nomen dedere: in Phocide enim ſunt Helicon, Cytheron, & Parnaſſus, & inuicem altitudine æmulantur, & loci bonitate. Sunt qui Heliconem fluuium faciunt, qui per ſeptuaginta ſtadia lapſus ſub terram, indè erumpat, montiq́; nomen faciat; idq́; factum in Orphæi necem, ne in illo mulieres Ciconum homicidę ſe poſſent abluere.

Meluſſus, dicitur à *Nicandri interprete.* Heliconis oræ.

Digitized by Google

oræ. *Hor.1.od.12.* ex hoc monte fontem aiunt manare, quem Pegaſus Neptuni, & Meduſæ filius volare ſolitus, ibi tamen conſiſtens, vngulæ percuſſione fecit, & Hippocrene dictus. V. *Aganippe.* Mons ſororum. *Prop.3.1.* ad Parnaſſum quoque referri poteſt: Heliconis vmbra. *Ibidem eleg.2.* Heliconius collis. *Catull.* Heliconis regnum. *Claud.* Heliconis, dis, ſilua. *Stat.* Cyrrha. V. *ſuo loco.*

HELIOTROPIVM, ſiue HELITROPIVM.

Dicitur herba, in quam Clytien fuiſſe conuerſam fabulatur *Ouidius 4. met.* Clytie enim cùm Solem vehemẽter amaret, illum Eurynomes amore teneri perſenſit, quamobrem deſpecta, & ab amatore ſuo deſerta, nouem dies ſine vllo cibo, ac potu exegit, aliarum nympharum impatiens; vndè cœpit contabeſcere; quare Deorum miſeratione in herbam heliotropium conuerſa fingitur, quę nunc quoq; priſtini amoris memor, continuè ad Solem folia vertit, ipſumq́; in curſu ſequi videtur.

Clytie. *Ouid.4. met.* Quæ ſpectat euntis Ora Dei, vultusq; ſuos nunc flectit ad illum. *Ibidem.* Vertitur ad Solem. *Ibidem.*

Eſt autem Heliotropium maius, & minus: Heliotropium maius *Dioſcoridi* dicitur, & *Plinio.* Scorpiurus, à ſcorpionis caudę ſimilitudine: Herba ſolaris. *Celſ.* Verrucaria nonnullis, ſiue herba cancri, aduersùs carcinomata.

HELLAS. V. *Græcia.*

HELLE, es.

Nepheles filia, & Athamantis, ſoror Phryxi, quos cùm nouerca Ino perſequeretur, ambo illius iram, patrisq; effugientes, inſania quoque à Libero patre Iuus immiſſa, per nemora errabant; quibus Nepheles apparens arietem aureo vellere inſignitum dedit, quem conſcenderunt: longiſſimoq; itinere ad illas Abydi fauces peruenerunt; quas cùm tranſire parant, vix in mare ingreſſis Helle maris vndis, fluctibusq; exterrita ex ariete in pontum decidit, cui nomen dedit, *vt infra*: Phryxus autem, qui è matre in Colchos ire iuſſus fuerat, illumq́; arietem immolare; omnia fuit genitricis pręcepta executus, vt *ſuo loco* dicetur.

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen Aurea quam molli tergore vexit ouis. *Prop.2.eleg.26.* Nephelaias, dis. *Luc.9.Pharſ.* Nepheleis, dos. *Ouid.11. met.* Soror Phryxea. *Idem 4.faſt.* Phryxi. *Idem epiſt.18. & Mart.8.51.* Fœmina cum de ſe nomina fecit aquæ. *Ouid.3.faſt.* Germana Phryxi. *Idem 3. de art.* Athamantis, dos. *Prop.1.20.*

Queſtus eſt Hellen cecidiſſe Phryxus Cum gregis ductor radiante villo Aureo fratrem ſimul, & ſororem Suſtulit tergo, medioq; iactum Fecit in Ponto. *Sen. in Troad.* Nereis, dos. *Stat.1.Achill.* nam Dea maris facta: Magni numen maris excitat Helle. *Val.Flacc.1.Arg.* ob eamdem cauſſam: Virgo Cretheia. *Idem lib.1.* quod Crethei Æoli filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuerat, Alcimedontem, & Amythaonem, neptis erat: Aries pręceps ibit in vndas, Per quas pauidam vexerat Hellen. *Sen. in Thyeſt.* V. *Athamas: Phryxus.* Hinc

HELLESPONTVS.

Ab Helle dictus, quæ in eum incidit, vt ſuperiùs explicatum, eſtq́; pars Ægæi maris, in cuius faucibus Abydus à latere Aſiatico oppoſita eſt Sexto à latere Europæo, & latitudo eſt ſeptem ſtadiorum; quam latitudinem facta nauibus via coniunxit Xerſes, vt ſuas innumerabiles copias ſtatim traijceret, vndè canit *Propertius 2.eleg.1.* Xerſis & imperio bina coiſſe vada, nempè vtraq; littora coierunt, imperante Xerſe.

Feruent coeuntia Phryxi littora. *Stat.1.Achill.* Anguſtum æquor. *Ibidem.* Qua condita Ponto Fluctibus inuitis iam Nereis imperat Helle. *Ibidem.* Et iam pręteritis labentem Athamantidos vndis Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem. *Prop.1.20.* nempè Helles, quæ Athamantis filia: Mœſtum pelagus gementis Helles. *Stat.4 ſilu.2.* Seſtiaci ſinus. *Idem 1. ſilu.3.* Mare Helleſpontiacum. *Ouid.epiſt.17.* Virginis æquor. *Ibidem.* Longa ſtagna Phryxeæ ſororis. *Idem 4. faſt.* nam longitudo illius ſinus quadringentorum eſt circiter ſtadiorum, latitudo verò ſeptem, vt *ſuperiùs.* Aquæ Helleſpontiacæ. *Idem 1.triſt.9.* Quaq́; per anguſtas malè vectæ virginis vndas. *Ibidem.* Sed procul ammoti Phryxi qua ſemita iungi, Europamq́; Aſiamq́; vetat. *Stat.1.Achill.*

Mare Helles. *Ouid.1.triſt.9.* Abydena aqua. *Idem in Ibin.* Æquor Phryxæum. *Stat.6.Theb.* Helleſpontiaca ora. *Catull.epig.* Abydus, vrbs ad Helleſpontum. V. *ſuo loco.* Helles Athamantidos vrbes. *Prop.3.20.* nempè quæ ad littus iacent Helleſponti: Maria Phryxęa. *Sen. in Agam.3.* Hinc qua relinquit nomen Ionij maris fauces Abydi Seſtos oppoſitæ premit, *Idem in Theb.* nam antequàm Helle illi nomen daret Ionij maris pars dicebatur: Longus in anguſtum qua clauditur Helleſpontus. *Ouid.13.met.* An freta vicinas inter currentia turres. *Horat.1.epiſt.3.*

HELVETII.

Populi ſunt, qui ſemper acerrimi, & bellicoſi fuerunt Gallis finitimi, Germanis, Italisq́; ab *Eutropio* Quadi aliquando dicuntur. Horum regio Heluetia dicitur, quæ inter montem Iuram, Lacum Lemanum, Italiam, & Rhenum ſita eſt, cuius quatuor partes recenſentur, nempè

Zurichgouia, in qua

Digitized by Google

Vrbes:

Tigurum;vndè Tigurinus pagus. *Caſ.* Thuregum à nonnullis,vulgò *Zurich*,vetuſtiſſima vrbs loco amœno ſita ad exitum lacus magni, qui Tigurinus dicitur: Chyburgum, comitatus: Groeningenſis prefectura,&c. Vitodurum oppidum:Steina oppidum:Tugium oppidum,cum regiuncula eiuſdem nominis Tigurinis parent:Lacus Tuginus ab vrbe,qui meridiem versùs ad Artenſe oppidum extenditur;eius cultores Tugini:*Straboni* verò *lib.*7. Toygeni dicuntur,qui cum Tigurinis, & Cimbris inito fœdere, Romanis ſe oppoſuere. V. *Plut. in vita Mercurij, & Eutropium lib.*5. Montanum:Vallis Egeria,ſiue Aquę regię: Bara:Pagus.

Baſilienſis regio ſupputatur in Heluetijs, in qua Raurici *Ptolem.* ſiue Rauraci *Caſ.* inſederunt olim, nunc Sungouia dicta vrbs primaria: Baſilea,omnibus quidem digna laudibus,niſi Catholicę eſſet inimica Religioni;ad Rhenum ſita eſt, qua alluitur,mediamq; perſecat: Valemburgum oppidum:Homburgum oppidum,aliaq;.

Vviſlisburgergouia, in qua

Aucticum primarium oppidum,à quo pagus Auenticus dicitur *Caſari:* nunc autem Berna vrbs primaria,vndè Bernates populi dicuntur;apud Arolam fluuium: Lauſanna ciuitas Epiſcopalis: Haſelia vallis: Vnderſea, opp. Simmia vallis ſuperior,& inferior:Minnidunum:Nouidunum: Friburgum oppidum, vndè Friburgenſes ſitum in Vchtlandia ad Sanam fluuium.

Argouia, quæ pars fuit regni Tranſiurenſis, quod quicquid à Iura monte ad alpes vſq; excurrebat, comprehendebat in hac vrbs primaria

Lucerna ſita ad fluuium Ruſam, qui effluit ex lacu amplo, per quem ad tres pagos nauigatur. Lacus vrbi eſt commodus, quod hac iter fit ad Italiam per Alpes Lepontias, quem S. Gothardi montem hodie nuncupant. Enrlibuchia vallis: Berona:Ebicona:Horba: Pagi Vriorum, Vraniorum,ſiue Vranię. Horum incolas tempore Iulij Cæſaris appellarunt Romani Tauriſcos, & nomen Vri,quo hodie nuncupantur, putatur originem duxiſſe ab Vranis, quos veteres Tauriſcos dixere: Suitiorum pagus, ab oppido Suicia dictus, vndè vernacula dictio *Suitzeri*, promanaſſe videtur:Inferior Siluania, quæ vulgò *Vnderwaldia* dicitur: Glarona vallis, & regio iuxtà Limagum fluuium ſita, Alpibus ex tribus partibus cincta finitima Rhetis,Vris, & Suitijs.

Turgea,ſiue Turgouia,in qua

Pagus Aquenſis, ab aquis calidis: Badenſis pagus: Rheguſti:Sarunetum,opp. Luganum: Mendreſium, & alia oppida: Geneua cum lacu Lemano inter Heluetios numeratur: Valeſia, in qua tres populi adſcribuntur:Viberi,Seduni Valeſij ſuperiores: Veragri Valeſij inferiores.

Sed in Helueria magna lacuum copia, & ingentium eſt.ſunt autem:

Lacus Lucerinus, ab vrbe Lucerna,vndè Lucernates populi:Tigurinus lacus,de quo *ſuperiùs*. Riuarius lacus: Neoburgenſis lacus: Acronius lacus omnium maximus (pręter Lemanum,de quo V. *ſuo loco.*) quem *Solinus,& Plinius* Brigantinum, *Ammianus* verò Brigantium vocat ab oppidulo vetuſtiſſimo Brigantio, & accolæ Rhœti appellantur *eidem*.

Flumina.

Rhenus,cuius cataractę ab *Ammiano* deſcribuntur *lib*... Rhodanus, qui Galliam deindè Narbonenſem perſecat:Adua,ſiue Addua,qui ex Adualla monte in Rheticis alpibus naſcitur ex aduerſa Rheni parte, qui indè etiam naſci dicitur *Strab.* Ticinus: Limagus,qui apud Glaronenſes oritur, ac in media ipſorum regione Serniphium fluuium recipit, alioſq; in Tigurinum lacum ingreſſus ad eius oſtia Tigurum diuidit vrbem, mox Aquas delabitur, & paullò poſt Vrſæ, ſiue Ruſæ, & Areolæ miſcetur: Bryſa fluuius ex Iura monte: Langarus: Sara,ſiue Sana: Taurus,vulgò *Dur*:Arola,in Rhenum deuoluitur.

Montes.

Rhetici in orbe celeberrimi, vtpotè quod Heluetia in Alpibus, montibuſq; vndique ſit poſita: Summæ Alpes,nunc D.Gothardi: Peninæ Alpes:Cottiæ Alpes apud Salaſſos, & Mons Siluius eſt: Montes S. Bernardi: Graiæ Alpes apud Lepontios:Adulas mons apud Miſaucos:Iuliæ Alpes,in Engadinorum regione ſunt:& hę Permurna:Valarius,& Brantius montes apud Vendones: Rhetico,nis, mons in Rhucantijs: Iutaſſius mons Lemano lacui imminet: Abnobæ montes in Tulingorum finibus ſunt.

Silua Brigantina celebris eſt.

Populi in Heluetia.

Rhœti:Quadi,apud *Eutropium*. Bernates,Lucernates, Lucerini, Tugurini: Vindelici, Boij populi Heluetijs finitimi: Terra fœderatorum; nam ſunt inuicem fœdere coniuncti: Fœdere iunctæ Heluetiæ gentes: Qui per omne tempus dextras obarmant Amazonia ſecuri. *Hor.4.od.4.* Vri, Siluani,Suitenſes populi: Seduni,Sedunenſes populi.

Synonyma.

Heluetici pagi: Regna Heluetica, ora, montes, Alpes Rhetorum:Rhetica arma. *Ouid.2.triſt.* Helueticæ domus,pagi Heluetici.

HEMISPHÆRIVM.

Dimidia ſphæra hoc eſt,Cęli dimidium,nempè totum illud Cęli conuexum,quod noſtris cerni poteſt oculis vtrinque: Ortus erat ſummo tantummodò margine Phœbus. *Ouid.3.faſt.* Cęli margo.

Digitized by Google

go, crepido, extremitas noſtris patens oculis.

HERACLÆA.

Vrbs eſt & ad Taurum montem in Cilicia: alia in Lydia, quæ cęterarum nobiliſſima, & Pontica cognominata, quòd ad Pontum ſit Euxinum, vndè Dionyſius Philoſophus Zenonis diſcipulus à *Cicerone* Heraeleotes appellatur; & apud quam lapis, qui indè Heraclius dicitur, ſiue Lydius lapis, quæ etiam coticula *Plinio* indigetatur. Eſt alia in Bithynia; necnon magnæ Gręciæ in finibus Italię, quam Herculeam vrbem appellat *Ouidius* 15. *met.* & Heracleopolis dicta, nunc Herculanum. Eſt etiam alia vltra Caſpios montes non procul ab Oaxe amne, qui Margianam, & Sogdianam irrigat, ab Alexandro magno condita, quam euerſam Antiochus reſtituit, appellauitq; Achaidam. Eſt item alia in Thracia apud Propontidem, quæ anteà Perinthus dicebatur, Heraclea dicta ab Heraclo Principe Conſtantinopolitano, in qua olim fuit illud celeberrimum amphitheatrum marmoreum, ex vno lapide exciſum, quod inter ſeptem orbis miracula numerabatur.

Perinthia mœnia: Perinthus. *Mant.* Vbi maxima gentis Heraclidarum ſteterant naualia quondam: Pontica Heraclea, vbi magnam aconiti copiam naſci fabulantur, ex oris Cerberi ſpuma ſcilicet illinc ab Hercule detracti: Heraclea, eſt etiam opp. in Sicilia: ſed de his lege *Theatr. Geograph. Ortelij.*

HERBA.

Gramen: Terræ gramina: Olus, quicquid herbarum eſcu lentum eſt: Quas habet hortus opes. *Mart.* 10. Seges auenæ. *Virg.* 1. *Georg.* Pratorum teneræ comæ. *Sen. in Med.* Siluæ natiuæ opes. *Idem in Hipp.* Silua agreſtis, *Ortaglia*. *Ouid.* 7. *met.* Mollia pabula. *Ibidem.*

Epith. Suauis, mollis, viridis, tenera, florens, gemmans, odorata, opaca, lęta, agreſtis, Cerealis, vda, decidua, medica, florida.

Herbæ ſuo tempore lectæ, maximè autem lucente Luna plus efficaciæ habere creduntur, nam ex illa virtutem illis venire autumant, prꝗſertim dum plena eſt. Hinc veneficæ eo tempore ſecant herbas ad veneficia condenda. Falcibus & meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ: & *Sen. in Med.* Illius alta nocte ſucciſus frutex, at huius Vngue ſecta cantato ſeges, &c. Venenatæ herbæ plerumque naſcuntur copioſè, vel in terris æſtu torridis, ſiue in frigore rigidis. Nunc autem herbarum nomina exhibebimus, admonentes lectorem, vt ſiquid amplius ex illis quærit, *Dioſcoridem* conſulat *Matthioli Senenſis commentarijs* illuſtratum; at prius

Herbarum partes.

Caulis, ſtipes herbę, vndè folia, frondesq; ſeu ramuſculi emicant: Scapus. *Plin.* caulis rectus in columnæ modum, thyrſus etiam dicitur: Geniculum. *Plin.* Articulus. *Cic.* Nodus quidam herbarum in caule: Internodium. *Colum.* interuallum inter bina genicula: Sinus, alarum cauum, cauus anfractus caulis, vndè ramuli exiliunt, exoriunturq;: Cymæ. *Plin.* Cymata. *Col.* à Græco Κυματα, colliculi delicatiores, tenuioresq; ſcaporum quaſi nouelli partus: Radix, imæ partes: Vmbella, muſcarium. *Plin.* à ſimilitudine muſcarij, quo muſcæ fugantur, vocatur faſtigium pluribus, longioribusq; pediculis in orbem circumactum, quale in fœniculaceo caule, *Mappa di finocchio*.

Flos, floſculus: Calyx. *Plin.* folliculus, ſiue inuolucrum floris prinſquam dehiſcat, pręcipuè roſæ, *Bottone.* Apex: Stamen. *Plin.* quod veluti filamentum è calycis ſinu proſilit: Nympha, inuolucrum, ſeu calyx floris modicè dehiſcens, ſeſeq; aperiens: Pappus. *Idem:* eſt lanugo è floribus veteraſcentibus decidua, & volatica. V. *inf. ſub herba Cardus*.

Panicula. *Plin.* lanoſa qualis arundinum: Phoba etiam dicitur *eidem*, quaſi iuba arundinacea: Capillamentum. *Plin.* folium anguſtum in capilli modum, quale eſt croci fibræ. *Idem.* Capillamenta. *Colum.* minutiſſimæ, & extremæ radiculæ.

Bulbus; radix rotunda, tunicata, vt Liliorum, Narciſſorum, & huiuſmodi: Semen, tis: Pericarpium, folliculus. *Colum.* Siliqua. *Virg.* theca, & inuolucrum ſeminis quodcumque: Loculamentum, camera quædam ſecluſa, & diſtincta in ſeminum vaſculis, vti videre eſt in capitulis papauerum: Theca. *Ariſt.* Neruus; quod pręlongum filamentum, & continuum folia perreptat, vt in plantagine.

Crene, inciſura in extrema ora folij, vt in vrticis, & huiuſmodi: Aſparagus, primum germem herbarum, quod eſt edendo: Caput allij, eſt caput cum nucleis ſuis: Allij coma; at nucleus eſt, *Spigo d'aglio*: ſpicam appellat *Columela*. Seruia. *Plin.* ſertum è floribus, paſtillus è floribus fartus,

Herbarum nomina.

Abrotanus, quem Romani Abſynthium Ponticum appellant, duplex eſt, mas, & fœmina; & hæc in arborem excreſcit albicantibus folijs, & inciſuris minimis. *Dioſcor. Plin.* Abſynthium, ſiue Abſinthium. V. *ſuo loco.* Abſynthium Seriphium, vel marinum, vulgò lumbricorum ſemen.

Epith. Tetrum, amarum, canum, triſte Abſynthium.

Acanthus: Aconitum. V. *ſuis locis.*

Adiantum: Cincinnalis herba: Terræ ſupercilium: Capillus Veneris. *Apul.* Capillaris herba, ad capillorum ſimilitudinem: Ruta muraria, quòd in

pa-

parietinis creſcat, eſt ſpecies Adianti.

Agroſtis. V. *Gramen:* idem enim eſt.

Alcea: Biſmalua ſilueſtris: Herba Simeonis.

Althęa: Hibiſcus. *Virg.* Hedorumq́; gregem viridi compellere hibiſco, *eclog.* 2. Biſmalua: Maluauiſcus *Officin.* dicitur.

Alga, V. *Vlua.*

Aloe, Tragoceros Græcè etiam dicta, à ſimilitudine cornuum hirciuorum: Amphibion etiam quod & terræ matri adhærens, & indè exempta, deq́; trabibus ſuſpenſa in aëre, vitam tamen tuetur diutiſſimè.

Alſine: Anſerina alijs dicitur, quòd anſeribus ad pabulum expetatur.

Allium. V. *ſuo loco.*

Anagallis, dis. Corchorus. *Plin.* Morſus gallinæ. *Officin.* Huius ſpecies eſt purpureo flore corallia *Æginetæ* dicta (vt opinor) quòd corallium flos colore mentiatur.

Anethum, quod manditur nota eſt herba, vt ait *Dioſcorides.* Quo recenti, atq; roſcido olim in conuiuijs coronabantur ad conciliandum ſomnum, vt videtur *Galeno.* Narciſſum, & florem iungit beneolentis anethi. *Virg. eclog.* 2.

Aopecurus, p. p. *Plin.* Vulpicauda, ad ſimilitudinem caudæ vulpis.

Amaracus: Amaranthus. V. *ſuis locis.*

Anchuſa: Bugloſſum: Lingua bouis vulgò, quatuor huius referuntur genera: Onoclea: Onocheros: Alcibiadon. *Dioſcor.* Pſeudanchuſa. *Plin.*

Anemone: Flos Adonidis; natum enim fabulatur *Nicander* ex interfecti Adonidis cruore: Flos quidem inodorus, vndè quibuſdam venti herba dicitur: Phęnes, apud Lacones. V. *Adonis.*

Ambuleia. *Hor.* vel Ambugia: Cichorium, vel intybus erratica: Aphace. *Theophr. lib.* 7 *cap.* 11. vulgò dicitur: Dens leonis: Roſtrum porcinum, ſiue caputium Monachi, & dens caninus.

Apiaſtrum: Cirrago, quòd citrum malum redoleat: Meliſſophyllum. *Plin.* Melitęna. Gręcum: Amellum, vulgò *Cedronella.*

Anthriſcum. *Plin.* Enthuſicum, *Theophr.* Chęrephyllum. *Colum.* vt nonnulli putant.

Amomum, apud Aſſyrios naſcens; ſed apud nos nonnulli interpretantur Piper hortenſe. V. *Aromata.* Aniſum.

Aparine: Aſpergula *Officinis.* Philiſtion. *Hippocr.* quòd lacinijs veſtium adhętere ſoleat aſperitate ſua: Antirrhinum: Antirrhizon: Anagallis, ſilueſtris.

Apium, *Petroſemolo.* Apium paluſtre, ſiue Paludapium, quod in vdoſis naſcitur locis: Herba leonis. *Pind.* Apium grande, ſiue Hipposelinum, equapium, Oluſatrum, Petroſelinum Alexandrinum vulgare leuiſticum. *Matthiol.*

Ampeloptaſſum: Vineale porrum, ſiue ſilueſtre.

Argemone: Inguinaria. *Plin.* vulgò: Agrimonia ſilueſtris: Anſerina, ſiue Argentina, Potentilla huius eſt ſpecies.

Ariſtolochia longa: Ariſtolochia ſarmentitia: Clematites dicitur *Dioſcor.* Ariſtologia longa, *Officinis.* Herba ſaracenica nonnullis: Ariſtolochia rotunda: Terræ malum.

Artemiſia, ab Artemiſia Mauſoli vxore adoptata: Artemiſia tenuifollia.

Arum: Serpentaria minor *Officin.* Pes vituli: Barba Aron: Arundo. V. *ſuo loco.* Aſarum, p. breui. Baccar, & Baccaris. *Dion.* Vulgago. *Macrob.* Nardus ruſtica.

Aſparagus. V. *ſuo loco.* Aſphodelus, p. breui. Haſtula regia: Albucum. *Plin.* Affodillus. *Officin.* Aſplenum: Ceterach, vulgò *Officinis* dictum.

Aſter Atticus: Inguinalis herba: Aſyla. *Plin.* Ferus oculus vulgò: Anagallidis ſpecies, in colore tamen diſſidens: Atriplex: Atriplexum: Aureum olus: Attractylis hirſuta: Carduus benedictus, *Officin.* Auricula muris.

Ballote, p. prod. Græcum: Cantherinum marrubium: Marrubium nigrum, *Officin.* Vlceraria: Marrubiaſtrum: Praſſium fœtidum.

Bellis. *Plin.* à Græco: Ballis, ſiue Biallis: Bellins flos vulgò: Conſolida minor: Herba margarita, quæ hibernis frigoribus indomita rediuiua quaſi vi in auras prima erumpat, *Fior di Primauera.*

Beta, notæ ſignificationis olus: Betonica Pauli, vulgò Vetonica dicta, ſiue Vettonica à Vettonibus Hiſpaniæ populis ſic dicta: Altilis, ſiue Coronaria: Betonica ſuperba, & Serratula: Blitum: Botrys: Ambroſia nonnullis, teſte *Plinio.* Quercula.

Braſſica: Braſſica ſatiua, *Cauolo* vulgò, cuius ſpecies plurimæ: Braſſica Apiana. *Plin.* Sabellica. *Idem:* criſpa. *Idem.* Braſſica capitata, Tritiana: Imperialis Crambe Cephalotis, *Cauolo capuccio.* Braſſica marina, vulgò ſolidanella, *Offic.* Braſſica lacuturria. *Plin.* Lapſana, braſſicæ ſilueſtris genus, de qua ſic *Plin.* Olus triumphorum Diui Iulij carminibus, iociſq́; celebratum; nam ex ea herba pane confecto, eius milites Dyrrhachij obſeſſos victitaſſe per aliquos dies fama eſt. Lege *Suet. in Caſ.* Braſſica Pompeiana. *Plin.* Cypria, quòd ab illa inſula potiſſimùm diſſeminata ſit, *Cauolo fiore.* Braſſica Cumana, lęuis, rubra.

Britannica. *Plin.* Cochlearia: Batauis herba peculiaris aduersùs ſtomacacen, & ſcelotyrben: Bryonia: Vitis alba, Ampeloleuce: Colubrina. Huius bacca vua Taminia indigetatur à *Scribonio.* Ophioſtaphyli *Dioſc.* quòd in ea ſtabulentur angues: Brionia nigra: Vitis nigra Coriarijs in vſu ad depſenda, piliſq; ſpolianda coria.

Bugloſſum. *Officin.* Borago. Corrago Lucanis olim dicta, quòd cordis affectibus opituletur.

Apu-

Apuleius : *Baragine*. Botomum.

Bulbus eſculentus,illum credo,qui ſub Heliotropio ſilueſtri (vt appellant) multiplex naſcitur, quem tuber herbaceum quondam dixi in quadam epiſtola, quòd tubera imitentur; alij interpretantur pro *Scalogni*; ſed diuerſa ſunt hæc à primis, imò viridia tubera à nonnullis appellantur.

Calamintha:Mentaſtrum. *Apul.* & *Plin.Offic.* calamentum dicitur, cuius tres ſpecies : Calamentum montanum : Pulegium agreſte : Nepeta, & nepita *Officinis*.

Caltha. *Virg.* viola autumnalis, colore luteo,*Officinis* Calendula,verrucaria nonnullis:Mollia luteo'a pingit vaccinia caltha. *Virg.eclog.*2. cuius flos Solem ſequi dicitur,vt Heliotropium.

Cantabrica: Aquilegia nonnullis: Canabis,ſiue cannabis, quæ ad funes texendos valdè eſt idonea.

Carex, cis. *Plin.* iunci genus acuti, & duriſſimi ſimile ſparto,vndè Carectum. *Virg.* dicitur locus Caricibus plenus : Tu poſt carecta latebas,*eclog.* 3. Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta. *Idem* 3.*Georg.*

Capſicum:Siliquaſtrum. *Plin.* Piper Indicum:Carduus altilis : Cinara: Strobilus, vulgò *Carcioffo*. Cardui fructus,ſiue caput: Cardui ſcapus,cui caput inſiſtit:Pappus,i,dicitur Cardui flos volatilis, vndè *Lucret.* Nec plumas auium, papposq; volantes. *Plinius* verò interpretatur lanuginem herbarum quarumcumq; volaticam, vt eſt Helxines herbæ,ſeu ex fructibus arboris congrygiæ: Lanugo decidua.

Caſſuta: Angina, vel podagra lini: Cuſcuta *Officin.* Linangina, ex *Theophraſt.*

Centaurium maius, ſic dicta à Chirone centauro, vndè Grȩcis Chironium; quòd illa is curatus fuit: Centaurea. Lege *Plin. Dioſcor. &c.* Centaurium minus:Fel terrȩ febribuga,propter amaritudinem ſummam.

Centunculus: Gnaphalium. *Scribon.* quaſi herba Tomentitia, vndè Italis Pharmacopæis Cotonaria dicta.

Cepa : Cepe, *Cipolla*. Cepȩa, nonnullis Anagallis aquatica : Becabunga : Chamȩdrys : Triſſago : Quercula,Serratula:Chamȩpitys:Aiuga,vel abiga *Plinio* dicta:Tus terrȩ. *Idem*. Cucurbitularis, *Officinis* verò Iua Arthetica.vel muſcata.

Chamæleo albus, *Carlina Officinis*. Chamæleum p. prod. Anthemis : Leucanthemis item Grȩcè, *Camomilla*. Chryſanthemum, Chamȩmelum luteum.

Chelidonium maius:Hirundinaria.*Celidonia.* Chelidonium minus: Apium hȩmorrhoidarum *Officin.* Scrofularia minor, ficaria: Chondrilla.ſiue Condrilla. *Plin.* ſpecies ſilueſtris indiuiæ, ſimiliſq; ambubeiæ. V. *ſup. Ambubeia.*

Cicuta, Græcis Conion : Viridis, gelida: Clematis Daphnoides. *Dioſcor.* Vincapervinca. *Plin.* qui etiam Chamȩdaphnen eandem Græcis vocari ait;alijs Peruinca ſcribitur.

Conuoluolus. *Plin.* vitealis, quòd vitem imitetur in aſcendendo, *Officinis* verò volubilis media; liliaſtrum nonnullis, cuius flos apud nos nuncupatur *Campanella*. Colchicum, *Officinis* autem Hermodactylus: Bulbus agreſtis nonnullis.

Conſiligo,is. *Plin.* Pulmonaria. *Veget.* Hellebori nigri ſpecies: Hierocles: Veratrum adulterinum nonnulli : Pomelea, *Officin.* Cnicus : Hortenſis crocus:Crocus Saracenus,*Officin.* Cartamus.

Colocynthis: Cucurbita ſiluatica: Sicyonia *Æginet.* *Coloquintida.*

Cornopus : Herba ſtella : Crithmum : Crithamus. *Dioſcor.* Creta marina:Baticula.

Cucurbita,*Zucca.* Ventricoſa,cameraria cucurpita. *Plin.* eſt quȩ cameras vmbra operiat etiam;nonnullis perticalis dicitur; & ad hanc pertinet Cucurbita anguina. *Plin.* oblonga.

Cucumis,cucumer,cucumis ſatiuus: Cucumis aſininus, erraticus, ſilueſtris, anguinos : Cuminum ſatiuum : Cuminum ſilueſtre. conſolida regalis vulgò: Cyanus: Baptiſocula: Blancolus, flos Zachariæ *Officin.*

Cyclaminus. Orbicularis, tuber, vel rapum terræ : Artanita, panis porcinus, rapum porcinum,*Officin.* Cynanthemis,p.breu.Cotyla,vel cotula fœtida *Officin.* Cynogloſſa : Cyperus, iuncus quadratus. *Celſ.* Iuncus anguloſus. *Plin.* & triangulus. Cyperus Babylonius. Vulgaris galanga.

Daphnoides. *Dioſcor.* Pelaſgon. *Plin.* Peplion. *Dioſcor.* Laureola, *Officin.* cuius guſtatu accenditur os,& guttur: Daucus:Oreoſelinum,Hiſpanis *Biſnaga,* qua dentes repurgant: Dictamnum: Diptamnus. V. *ſuo loco*.

Dipaſcus: Labrum, vel lauacrum Veneris: Carduus fullonum:Carduus. *Virg.* Virga paſtoris: Dracunculus : Serpentaria maior: Dracunculus hortenſis,ſiue dracunculus acetariorum, vulgò *Dragoncella.*

Echium,Alcibiacum:Viperina, nonnullis ſerpentaria, quòd polleat aduerſùm virus viperinum, ſiue quòd ſemen ferat viperinis capitibus ſimile.

Elaphoboſcum,herba eſt ferulacea,teſte *Plinio*; cuius eſu contra ſerpentum venena muniri dicuntur cerui, vndè nomen accepit.

Equiſelis : Equiſetum : Salix equina: Hippuris. p.p. *Coda di cauallo* vulgò: Erigeron: Senecio, vulgò *Cruciata*. Eruca. V. *ſuo loco.* Eryngium:Capitulum Martis,centum capita,*Officin.* Iringis:Eryſimum : Irio : Euphraſia : Ocularia, quòd oculis eius aqua proſit.

Fi-

Filix, ſic dicta, quaſi minus felix aruis antiphraſticè, cuius duo genera nec florem habent, nec ſemen: Pteris dicitur Græcis: Beliehron. *Theocr.* alij legunt Blachnon. Alterum genus eſt Thelypteris, ſiue Nymphęa pteris: vtriuſque radice fines pingueſcunt. Lege *Dioſcor.* Inuiſa aratris. *Virg.* propter radicum obliquitatem.

Fœniculum, aptum eſui, vulgò *Finocchio*. Fœnum. V. *ſuo loco.*

Fumus terræ. Fumaria, quòd iniunctus oculis delacrymationem pariat, vt fumus, vulgò *Fumoterra.*

Fungus, cuius ſpecies eſt Boletus. V. *ſuo loco.* Galium; quòd vim coaguli habeat in cogendo lacte: Herba lactea, qua ferè veſcuntur lepores: Gentiana; ita ab inuentore Gentio Illyriorum rege dicta: Aloe gallica. *Apul.* ab inſigni amarore: Geranium: Vehinaſtrum: Gruinaria nonnullis: Roſtrum ciconiæ, acus paſtoris: Geum. *Plin.* Cariophyllata vulgò dicta ab odorata cariophyllorum ad modum radice: Gingidium, idem cum *Biſnaga* Hiſpanis dicta: Gitago: Pſeudomelanthium: Gladiolus. *Apul.* Genitalia, ſegetalis, quòd inter ſegetes creſcat.

Granum Gnidium fructus Thymeleæ, quam *Arabes, & officina* Mezereon nuncupant, vulgò montanum piper, quod guſtatum linguam accendat.

Granum tinctorium, vel infectorium: Halicacabus: Veſicaria. *Plin.* Alchechengi, *Officin.* Solanum veſicarium: Cuius radicem olim qui bibebant ecſtaſin indè concipere videbantur, & numine repleri.

Hedera terreſtris, pluuiatica: Corona terræ: Chamęciſſos. *Plin.* Hedypnois. *Idem.* Intybus ſilueſtris, quæ folij eſt latioris: Helenium, quod ex Helenæ lacrymis extitiſſe putatur. Inula Terminalium: Enula campana *Officinis*. V. *Helene inſula.*

Heliotropium, ſiue helitropium. V. *ſuo loco.*

Helxine: Ciſſampelos. *Gal.* Helxine, perdicium muralium; vel muralis herba. *Celſ.* Vrceolaris. *Apul.* vitrearia, parietaria. *Aurel. Vict.* Parthenion *Celſ. Galen.* vulgò *Parietaria.*

Hemerocallis. *Dioſcor.* *Giglio ſeluatico.*

Hemionitis, dis; ſiue hemionium herba eſt dracunculi folio lunato radicibus cohęrens multis, iiſq; tenuibus, quæ alio nomine dicitur Splenion, ſiue Splenium, & *Officin.* Lingua ceruina; cuius eſu homines ſterileſcere rerum naturalium ſcriptores autumant, eo quòd ipſa neque ſemen, neque caulem gignat, ſed tantùm in petroſis locis enaſcatur: Hephimeron. V. *Colchicum.*

Hieracium: Accipitrina. *Apul.* V. *Accipiter:* & hæc lactuca ſiluatica.

Horminium ſatiuum: Saluia Romana: Geminalis agreſtis: Galli centrum: Gallitricum *Officin.*

Hyacinthus. V. *ſuo loco.*

Hydropiper, Perſicariæ illud genus eſt aquaticum, quod ſine maculis vocitamus piper aquaticum: Hyoſcyamus: Altercum. *Scribon.* Apollinaris: Fabulum: Iouis faba: Faba ſuilla: Herba calicularis. *Apul.* Faba lupina Symphoniaca. *Idem.* Mania, à Græco vocabulo Hemmanes.

Hypericum: Perforata dicitur *Officinis* à foraminibus, quibus pertuſa videntur folia, vndè oleum Hypericonium apud *Officin.* Hyſſopus.

Iberis: Lepidium: Naſturcium ſilueſtre.

Intybus: Intubum: Seris, Gręca dictio: Intubus ſatiuus, vel hortenſis: Intubum ſatiuum, latifolium, *Endiuia*. Intubum, vel cichorium ſilueſtre. V. *Ambubeia.* Inturis: Capparis.

Iris: Thaumaſtos: Vrania Græcè, ab admiranda cęleſtis arcus mille coloris imitatione: Aſtragalitis. *Galen.* Radix Illyrica. *Dioſcor.* Iris lutea: Pſeudoacorus.

Iſatis: Glaſtum. *Plin.* Iuncus: Scirpus. V. *ſuo loco.*

Lactuca. V. *ſuo loco.*

Lagopus. *Dioſcor.* Pes leporis: Herba leporina ab alijs dicta, ſiue trifolium humile.

Lappa, quod ſtrumas aboleat, illaq; eſt, quæ veſtibus ex panno adhęret pediculorum modo: Xanthion Græci vocant. Sunt qui Phaſganion, qui Antitheſion, qui Caſchanon, qui Choera deolathron vocant, & Aparinen. Naſcitur pinguibus locis, & ſiccatis æſtate paludibus, deſcribitur à *Plin. & Dioſcor.* quos adi: Tenax dicitur *Virg.* quod tenaci contactu veſtibus hęreat.

Lapathum: Rumex ſatiuus; cuius genera eſſe quatuor referunt: Oxylapàthon: Hortenſis rumex: Hippolapathum. *Galen.* Rhabarbarum monachorum: Oxalis quartum lapathi genus. *Plin. Dioſcor.* Rumex acutus: Prata amans. *Hor.*

Lauandula: Hirculus nonnullis: Saliunca. *Plin.* Spica: Spica nardi. Verùm de ſpica nardi, V. *Nardus.*

Laſer Gallicum: Laſerpitium Gallicum; eſt Laſerpitium Cyrenaicum, quòd ibi optimum abundanter enaſcatur, vndè Cyrenæ Laſerpitiferæ dicuntur à *Catullo.* Naſcitur quoque in Syria, Armenia, & Media. Maſpeton caulem eius vocant ferulæ ſimilem, folia habet apij, ſemen verò latum & quaſi foliaceum: Silphius dicitur etiam caulis, radix magydaris, folium Maſpete. *Theoph. Dioſcor. Plin. & Ariſtoph. interpres.*

Lathyris: Cataputia minor. *Offic.*

Laurus Alexandrina, Idæa; quòd inibi plurima enaſcatur: Hippoglottion *Plin.* ſiue Hypoglottion. *Dioſcor.* Daphnitis. *Plin.* vel potiùs Danae.

Lenticula paluſtris.

Libanotis: Fęniculus porcinus, nomen habet ab

odo-

odore tureo,quod Libanotis ſonat:Libanotis coronaria : Roſmarinus, vndè *Hor.3.od.23.* Rore marino Deos coronantem : Coronarium. *Dioſcor.* Salutaris herba;nam ſine flores,ſiue ſuccus ex illa extractus valdè medicinalis eſt : Lichen: Hepatica *Offic.* Lilium. V.*ſuo loco.*

Limonium:Beta ſilueſtris. *Plin.* Terræ tintinnabulum : Pyrola *Offic.* paluſtribus in locis copioſè naſcens:Linum. V.*ſuo loco.*

Lithoſpermon:Milium Solis. *Offic.* Cauda pecorina nonnullis: Lotus ſatiua, vulgò Trifolium odoratum.

Lupus ſalictarius:Lupulus *Offic.* vulgò *Lupoli.*

Lychnis coronaria:Iouis flos nonnullis: Roſa Græca. *Plin.* ſiue canina:Lychnis ſilueſtris:Digitalis herba vulgò : Campanula ſilueſtris : Lyſimachium:Lytron. *Dioſc.* Salicaria.

Malua,cuius duplex eſt genus hortenſis,quæ etiam maior dicitur, & ſilueſtris: Moloche, ſiue Malache è Græcis dicitur. *Colum. & Athen.* teſtibus. Circumaguntur tota die ad Solem maluæ folia, ſi *Columella*, ac *Theophraſto* credimus. Herba maluæ:Caulis maluaceus. *Plin.*

Epith. Leuis, ſalubris corpori (nam aptiſſima cenſetur ad eiectionem aluij viridis.

Marrubium: Praſſium: Linoſtrophon Græcè.

Malobathrum,inter arbores recenſendum,ſiue frutices, de quo plura apud *Dioſcoridem*. V. *Aromata*. Fertilius in Ægypto, laudatius in Indiæ paludibus:Syrium dicitur *Hor.* per epitheton.

Mandragoras: Antimilon, p.p. à fructu malo ſimili:Circęa à veneficij amatorij ſuſpicione : Medicea. *Varr.* Trifolij genus pecori pabulum:Melanthium:Nigilla. *Offic.* Nigella Romana:Melilotus,p.p. Sertula campana. *Plin.* Corona regia; pratellum.

Mentha,quæ etiam Mynthe. V.*ſuo loco.* Cocyti filia fuiſſe fingitur,quam cùm Perſephone deprehendiſſet cum Plutone, in herbam ſui nominis commutauit. Fabulam narrat *Ouid.10. met.* Idioſmos, ab odoris ſuauitate dicta quoque fuit à Græcis:Menthaſtrum.

Mercurialis:Mercorella.

Meum;Anethum ſilueſtre,vel tortuoſum.

Moly herba eſt *Homeri* carmine celeberrima, de qua ſic ſcribit *Plin. lib.25. cap.4.* Laudatiſſima herbarum eſt (*Homero* teſte) quam à Dijs vocari putat Moly; & inuentionem eius Mercurio aſſignat,contraq; ſumma veneficia demonſtrat, naſci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, ſpecie illa Homerica, radice rotunda,nigraq; magnitudine cepæ folio ſcillę, effodi autem difficulter poteſt, &c..

Muſcus marinus.

Myrrhis vulgò Cicutaria, quòd foliorum hirſutie cicutam repręſentet.

Narciſſus:Bulbus vomitorius, à fabuloſo Narciſſo. V.*ſuo loco.* Narciſſus luteus; pſeudonarciſſus: Nardus. V.*ſuo loco.*

Naſturtium,à narium tormento. *Plin.* Cardamum Græcè dicitur.

Nymphæa: Claua Herculis *Offic.* Heraclion dicitur Græcis: Nenuphas.cuius flos peculiari nomine à *Dioſcoride* dicitur Blepharon.

Ocimum,quam nos baſilicum nuncupamus: Herba baſilica; meminit *Perſius* : Dum ne deterius ſapiat panucea Baucis, Cum bene diſcincto cantauerit ocima vernæ.

Ophiogloſſon:Lingua ſerpentina:Lingua, & lingulaca. *Plin.* Lancea Chriſti.

Orchis: Cyniſorchis : Priapiſcus. *Apul.* Satyrion: Origanum:Origanum Hiſpanicum: Heracleoticum;nonnullis Cunila.

Orobanche, quæ latinè ſcandulaca eſſe videtur à ſcandendo, quod vt ſcandula alia aliam ſuperſcandit, ita hæc frumenta ſcandendo obſtrangulat:Eruangina.

Oxalis:Rumex,*Offic.* Acetoſa oxalis minuta,vulgò *Acetoſa.* Oxys:Trifolium acetoſum;panis cuculi,& alleluya.

Pęonia caſta. *Dioſcor.* Aglaophotis. *Apul.* Ephialtia. *Aetius*, quòd ephialtem, ſiue incubum curet.

Papauer ſatiuum : Phalçon. *Heſychius.* V. *ſuo loco.*

Parthenium:Solis oculus, Latinis *Officin.* Matricaria, amaracus, vulgò *Madrigaria.* Parthenium mas, ſcilicet Athanaſia, & Tanacetum nonnullis.

Paſtinaca; cara radix; Philtron Græcè, & Staphylinos,p.p. Paſtinacæ radices,quibus vtuntur cineralibus diebus pro paſtillis caſearijs ieiunia ſeruantes:Paſtinaca erratica.

Pentaphyllum: Quinque folium: Peplus: Eſula rotunda *Offic.*

Pepon: Melopepon,à mali ſpecie: Acerrapepon,pepones illi oblongi poſſent appellari, vinatici ſcilicet, quos copioſè Acerræ in Campania producunt. Spermatias, dicitur *Polluci* etiam Pepon.

Periclymenus : Caprifolium : Siluæ mater. *Scrib.* Volucrum maius:Lilium inter ſpinas:Matriſiluæ: Perſonacea: Perſonata: Arcium, Græcè. Lappa maior: Bardiana: Petaſites,à pręgrandi ad petaſi modum folio:Peucedanum:Stataria herba:Pinaſtellum,fœniculus porcinus vulgò.

Phu. *Dioſcor.* vulgò Valeriana:Nardus ruſtica:Martinella genicularis : Herba benedicta : Phyllitis: Lingua ceruina: Scolopendria: Piperitis: Coſtus hortenſis: Plantago maior : Eptápleuros. *Plin.* Plantago minor:Arnogloſſa: Lanceola quinqueneruia:Polypodium:Filicula:Polygonatum:Sigil-

lum Salomonis. Polygonum. Proſerpinaca. Seminalis. Centinodia vulgò Corrigiola: Sanguinaria.

Porrum:Capitatum:Aricinum:Porrum ſectile. *Iuuen.* Sectiuum. *Colum.* Tarentinum. V. *Matthiolum.* Schœnopraſſum:Portulaca,quòd porculas foliorum ſimilitudine imitetur:Potamogeton,p.p. Fontinalis:Folio betæ: Pſyllium: Pulicaris herba.

Ptarmica, ſternumentaria: Pyrethrum ſilueſtre,Tanacetum aquaticum:Pulegium: Pyrethrum:Saliuaris radix,*Pilatro.*

Ranunculus:Strumea à medendo Strumę:Sardonia herba: Scelerata. *Apul.* Ranunculus eſt etiam Polyanthemon *Plinio* dictum.

Raphanis: Radicula: Hiſpanica cœna; nam plerumque Hiſpani veſcuntur illo contenti, *Ramanello.*

Rapum. V. *Rapa.*

Rhecomo: Rhacoma. *Plin.* Rhà: Rheon: Rhaponticum. *Idem.* Rhabarbarum, vulgò *Reobarbaro.*

Ricinus. *Plin.* Cerua,vel palma Chriſti:Cataputia maior:Regium granum.

Rubia:Erythrodanum: Tinctorum rubia.

Sabina herba duorum eſt generum; altera amaraci folio ſimilis; altera cupreſſo vtilis in ſuffitijs ad turis modum;vndè *Propertius* 4.3. Et crepat ad veteres herba Sabina focos: Partus emortuos appoſita extrahit illinitor igni ſacro, & carbunculis,authore *Plin. lib.*24. Hanc adhiberi ſolitam in ſacrificijs à veteribus, teſtis eſt *Ouidius:* Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis: & *Idem alibi:* Vre mares oleas,tędamq; herbasq; Sabinas.

Saluia:Elelisphacus,ſiue eleliſphacon. *Q.Ser.* Herba ſalutaris: Saluiatum: Succus ſaluiæ: Saliunca, de qua lege *Plin.* Humilis per epitheton dicitur *Virgilio.*

Satureia:Thymbra: Improba nec proſunt iam ſatureia tibi. *Mart.*3.74. Cunila. *Colum.* Satiua,& hortenſis putatur ſatureia,quæ menſe Februario ſeri ſolet,origano æmula dicitur:Herbæ nocentes dicuntur *Ouidio.* Thymbra autem eſt ſilueſtris ſatureia.

Scandix:Trapopogona. *Plin.* Scilla:Schinos. *Plut.* Scolopendrium:Calcifraga. *Scribon.* Scordium: Trixago, vel Triſſago paluſtris.

Sedum maius;Vitalis. *Apul.* Iouis caulis:Sempervivum: Hypogeſſon, quod in ſuggrundis ferè naſcatur:Seſuuium. *Opilius;* quod in tegulis domuum ſeri ſolebat ob vim ſedandorum fulminum: Barba Iouis dicitur *Offic.* Sedum minus. Cauda muris.Erithales à Gręcis:Sedum tertium: Illecebra: Portulaca ſilueſtris: Telephium: Aizoum minus *Offic.* dicitur, quòd ſemper vireat.

Hanc herbam fuiſſe putant,quę Glauco in mortalitatem dederit marino Deo. In inſulis fortunatis naſcitur à Saturno ſata,qua Solis equi veſcuntur, teſte *Plinio.* Lege *Dioſcor. Lycophr. interpr. & Athenæum.* Viuax gramen. *Ouid.*

Serpillum:Sinapis. V. *ſuis locis.*

Siſer, carotarum genus apud *Plin.* ſubalbidum: Siſymbrium: Balſamita: Mentha criſpa: Siſymbrium aquaticum:Naſturtium aquaticum: Sium herbæ genus.

Smilax lęuis:Volubilis:Campanula:Funis arborum: Scandulaca *Feſt.Pomp.* Coniugulum. *Cat.* Smilax aſpera: Hedera ciliſſa. *Theoph.* Volubilis pungens,vel acuta:Smyrnium:Solanum: Strychnis; Vua lupina,ſiue vulpis: Solatrum: Morella. Solanum lethale: Mandragoras dicitur *Theophraſto.*

Sonchus; Cicerbita;Lactucella;Taraxacon;Lactula Leporina. *Apul.* Palatium leporis;Sparganium; gladiolus paluſtris; Sphacelus. *Theoph.* Saluia agreſtis;Ambroſiana; Sphondilium:Rutinalis latinè:Branca vrſina ſecundùm *Matthiolum.* Spina alba;Spina regia;Carduus Beatæ Mariæ: Staphis Agria: Vua ſilueſtris; Pituitaria;Pedicularia *Scrib.* Herba pedicularis. *Colum.*

Stationes. *Dioſcor.* Vulgare millefolium; Supercilium Veneris:Symphonia:Gromphęna;Symphytum; Inula ruſtica; Confirma maior; Solidago; Conſolida maior;Alus Gallicus.

Tages. *Apul.* Flos Indicus; Tunetanus flos; Artemiſia monocbonos alijs; Tarchon; Draco hortenſis;Teutlomalache,vulgò Spinachium;& *Spinaci* communiter; Thalictrum; Sophia. *Offic.* Thlaſpi;Naſturtium tectorium;Thlaſpi alterum raphanus maior.

Thymus. V. *ſuo loco.* Tithymallus;Lactuca marina dicitur *Celſo.* Tragacantha;Trichomanes;Fidicula capillaris; Polytrichon;Trifolium pratenſe; Trifolium acutum. *Col.* Odoratum bituminoſum.

Tuſſilago;Populago;Vngula caballina;Farfara;Filius ante patrem, eò quòd flos prętuertat foliorum prouentum; Typha; Sceptrum morionis; Veratrum. V. *Helleborus loco ſuo.*

Verbaſcum; Lucumbra; Lucernalis herba; Candela regia; Candelaria; Tapſus barbatus; Verbaſculum; Articularis; Herba paralyſis; Primula veris.

Verbena. V. *ſuo loco.* Sacra olim herba,& luſtrales ramuli, qui vel religionis ergo adhibebantur, vel ad ornatum aris circumdabantur; vndè *Prop.*4.*el.*3. Flore ſacella tego, verbenis compita velo, apud *Manandrum* Myrtus, olea, & laurus pro verbena vſurpantur.

Verbenaca;Ciacinnalis;Sagmen;Viburnum. *Virg.* Frutex lentus,flexuq; inuictus. Lege *Matthiolū,* qui

qui herbam deſcribit; Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. *Virg.1.eclog.*

Viola. V. *ſuo loco.* Vmbilicus Veneris: Acetabulum; herba coxendicum. *Plin.* Scatuncellus: Cotyledon etiam dicitur à Græcis: Vrtica.

Xyris: Iris agreſtis: Spatula fœtida. De reliquis lege commentaria *eruditiſſimi Matthioli in Dioſcoridem.*

HERCVLES.

Plures hoc nomine fuerunt, ſed omnium eſt celeberrimus, heros laudatiſſimus in Græcia, qui vixit paullò ante Saulis in populo Iſraëlitico regnum, & ante bellum Troianum. Filius Iouis ex Alcmena, ſiue Alcumena Amphitryonis vxore, in cuius conceptu multa fabulati ſunt poetæ. V. *Senecam in Hercule fur. & Oeteo, & Plautum in Amphitryone.* Thebis natus eſt, cuius partum Iuno remorata fuit, vt ſcribit *Ouidius lib.9. met.* & innuit *Sen. in Herc. fur.* Fabulam Vide *ſup. in Euryſtheo.* Infans in cunis geminos angues à Iunone ad illum perdendum immiſſos eliſit; adultus ab Euryſtheo, ſub cuius erat imperio multa fuit iuſſus exequi, Iunone illum inſtigante, vt Herculem peſſundaret, Deianiram Oenei Calydoniæ Regis filiam accepit vxorem, riuali Acheloo deuicto. V. *Achelous, & Deianira.* Tum Neſſum Centaurum, cui ſponſam Eueno fluuio tranſuehendam commiſerat ſagittis confecit: paullò poſt, ita Euryſtheo iubente, in Libyā profectus Buſirim Neptuni filium in Ægypto tyrannidem exercentem; hoſpiteſq; ſuos immolantem aris impoſitum iugulauit; Antæum Gigantem ibidem lucta vicit, ſuffocauitq; Atlantis loco cęlum humeris ſuſtinuiſſe dictus eſt, tum aurea poma horti Heſperidum, dracone eius cuſtode vigili perempto, abſtulit, Geryones regno, vita, armentiſq; priuauit, quæ cùm abduxiſſet, indè in Italiam diuertenti ad Euandrum, à Caco fuerunt nonnullæ vaccarum ſublatæ, ſed illo occiſo (V. *ſup. Cacus.*) ad cęteras reduxit, & in patriam fuit reuerſus. Antequàm ex Hiſpania reuerteretur columnas terræ finibus impoſuit in ſui memoriam Calpen, Abylamq;. In patriam reuerſus Taurum, quem Paſiphae amauit è Creta in Peloponneſum adduxit ad Euryſtheum. Ad Troianam expugnationem profectus, Laomedontis tempore illum interfecit, ſagittis vrbem cepit, quam Priamo cum regno reſtituit. Inde reuerſus in Peloponneſum, Eurytum Augeæ Regis ducem iuxtà Cleonas interemit, aduerſus quem ab Augea Rege moto bello, ipſum occidit, atque vrbe vi capta Phileo Augeæ Regis filio regnum tradidit, qui à parente fuerat expulſus, quod Herculi dandum pręmium cenſuiſſet. Stymphalides aues in Arcadia partim ſagittis, partim maximo tabulæ æreæ ſonitu expulit. Ceruam Menaliam aëripedem curſu perſecutam cepit. Amazonas vnà cum Theſeo Thermodoontem fluuium adcolentes debellauit, aureumq; cingulum Hippolytæ Amazonum Reginæ ad Euryſtheum attulit. Centauros Theſſaliæ populos domuit. Aprum Arcadiam totam deuaſtantem viuum ad Euryſtheum ipſum adduxit. Hydram Lernęam occidit. Diomedem Thraciæ Regem, qui hoſpites ſuos equis paſcendos apponebat e medio ſubſtulit, equis abductis, ac Euryſtheo oblatis. Nemeæum leonem eximium ſuffocauit, eiuſq; ſpolium tamquàm inſigne ſibi humeris deinceps induit. Eius opera gigantes potiſſimùm victi, ad inferorum loca deſcendit, vbi Theſeum penè victum à Cerbero liberauit, eumq; eduxit cum ligato cane. Megaram aliam duxit vxorem, quam furens vnà cum filijs ex illa ſuſceptis enecuit, ſed in ſe reuerſus caſum ingemuit. Multos filios habuit ex pluribus fœminis. Omphale Lydorum Reginæ fuit ancilla, quod exprobrauit illi vxor Deianira, penſa enim deduxit ex colo vnà cum cęteris femellis. Iolen Euryti filiam, & Theſpij filias compreſſit. Hylan adamauit. Cum Argonautis in Colchicam expeditionem profectus fuit. Demùm cùm zelotypiæ cauſſa ad illum ab amore aliarum fœminarum abſtrahendum Deianira veſtem miſiſſet à Neſſo acceptam veneno imbutam per Lycham (neſcia enim erat vxor Neſſei doli) cùm induiſſet Hercules rabidus effectus in Oetam montem aſcendit, vndè Lycha eiaculato, & in ſaxum conuerſo, ibiq; aram, ſiue pyram conſcendit, in qua combuſtus obijt. At Deorum miſeratione in Cęlum tranſlatus eſſe dicitur, vbi Heben duxit vxorem, vt *ſuperiùs in Hebe* diximus, numerumq; imparem Deorum communium æquauit. Hæc autem omnia vni Herculi attribuuntur, quæ alij fecerunt Hercules, de quibus non eſt modò diſſerendum; neque ordinem in eius rebus geſtis enarrandis tenuimus, cùm diuersè ab alijs tum ob tempus, tum ob ætatem referantur. Hic autem tamquàm Deus habitus aras quoque habuit, quas nonnulli lauro ſpargi, cùm eidem ſacra erant facienda, & coronari ſolitas fuiſſe referunt: At *Virgilius* populo, vndè ait: Herculea bicolor cum populus vmbra, Velauitq; comas; folijſq; innexa pependit, &c. Templā quoque, & ædes habuit, vt *infra* patebit.

Alcides, æ; ab Alcæo auo paterno, nam Alcæus pater Amphitryonis, & hic cùm putaretur Herculis genitor, ille eius auus dicebatur. *Mart.5.66.* quem lege. Amphitryoniades; à putatiuo patre: Theſpiadum pater; Theſpij enim filias quinquaginta, vna nocte compreſſit, è quibus totidem ſuſcepit filios, qui Theſpiadæ dicti ſunt.

 Buſi-

Digitized by Google

Buſiridis interfector, qui quòd hoſpites ſuos ad aram mactaret, eodem ſupplicio damnauit: Tyrinthius. *Virg.7.Æn.* Tyrinthius heros, ab oppido Tyrinthio, in quo educatus à matertera. Alcmena matre creatus. *Ouid.9.met.* Oetęus, quòd in monte Oeta ſepultus fuerit. *Idem 5.& 6.faſt.* Herculea ceruix. *Claud.*

Alcmena genitus. *Sen.in Herc.fur.* Domitor orbis. *Idem.* Graium decus. *Idem.* Amphitryonius. *Mant.* Vaſtator Nemeæ. *Stat.4.6.* Clauiger Heros. *Ouid.1.faſt.* Clauiger hoſpes. *Idem 4.faſt.* Nectar adhuc torua lętus Iunone bibet Oetæis emiſſus in aſtra fauillis; in Cęlum enim raptus Iunone non probante, quæ demùm illum in filium adoptiuum accepit, filiamq; illi Heben conceſſit vxorem: Dedit improba ſæpè oſcula barbato Deianira viro. *Bemb.* Herculeus labor. *Hor.1.od.3.* Natus Alcmena. *Sen. in Hipp.*

Oetæus Deus. *Prop.3.1.* nam inde in cęlum tranſlatus factus fuit Deus: Oetæi Dei numen. *Ibidem.* Thebanus Deus. *Idem 3.16.* quòd Thebis, vbi natus potiſſimùm coleretur: Herculeum numen. *Idem 4.7.* Tergo qui ſubſtulit orbem. *Ibidem 9.* Herculeæ fortia facta clauæ. *Ibidem.* Alcmenæ natus. *Sen. in Herc.fur.* Herculeum lacertum, collum, pro ipſius viribus: Cui grauis in Siculo puluere fuſus Eryx. *Mart.5.66.* nam Erycem Veneris filium ceſtuum certamine deuicit: Placidi conuiua Molorchi. *Idem 9.44.* narrant enim, cùm ipſe ad Hydram extirpandam iuiſſet, nocte ad ruſticum quemdam nomine Molorchum diuertiſſe. V. *Molorchus.*

Cui ſibila ſerpens Poneret, & ſæuæ vellent ſæuire nouercæ. *Stat.2.ſilu.1.* Hercules Surrentinus; eſt carmen ita inſcriptum apud *eumdem 3.ſilu. 1.* quòd Surrenti coleretur quodā templo, quod collapſum Pollius reſtituit, idq; factum in eius memoriam, quòd cùm Campaniam peragraret, vt Geryonis armenta traduceret, viam inter Miſenum, & Puteolos iniecto aggere in mari quinque ſtadiorum muniuit; vbi etiam cum Gigantibus illa loca colentibus congreſſus eos deuicit; vndè ibi primùm coli cœpit, vbi etiam ipſe paſſim per Campaniam ſacella in Deorum honorem erexerat. Lege carmen illud.

Omphales ancilla hirſuta; narrant enim cùm Hercules Epiclum interfeciſſet, in morbum incidiſſe, vndè leuari non poterat niſi purgata cęde; ſuaſu tamen Deiphobi Hippolyti filij ſe vendidit, pecuniamq; filijs Epiclis tradendam curauit; quo facto conualuit, Omphaleſq; ſeruus fuit factus: Sic Phryges attoniti quamquam Nemeæa viderent Arma, Cleonæuſq; acies impelleret arcus. *Stat.3.ſilu.2.*

Vir Deianiræ: Qui tumidæ ſuperarit iuſſa nouercæ Amphitryoniades. *Stat.1.Achill.* Fœcundus Alcides; vtpotè qui ſeptuaginta liberos reliquiſſe dicatur, vndè cingulum Herculaneo nodo vinctum ſoluebatur à viro in ipſo nuptæ ingreſſu, partus felicitatem augurante, quæ Herculi fuerat: Stabuli fugauit turpis Augiæ labor; dicunt enim Herculem Augiæ Regis Elidis bubile, in quo tria millia boum ſtabulaſſent, nec per triginta fuiſſet annos vnquam expurgatum, immiſſo Peneo, ſiue Alpheo purgaſſe. *Sen.in Herc. fur.*

Cynoſarges Hercules. V. *Gyrald.ſyntag.10.* Buraicus Hercules, ab vrbe Bura in Achaia, vbi ſpecus, & fluuius eodem nomine extitere, quo in loco tabella, & talis vaticinia dabantur; Nam qui Deum conſulebant primum effuſis precibus ante aram, quatuor talos, qui multi erant apud Deum, ſuper menſam iaciebant, in ſingulis autem talis, figuræ notatæ erant, in tabella verò figurarum interpretationes inueniebantur, idq; vaticinij erat.

Ara illi maxima Romæ dicata propè forum boarium fuit, de qua V. *Dionyſ.lib.1.* Fuit etiam in foro boario eiuſdem Herculis ſacellum, quo neque canibus, neque muſcis erat ingreſſus, vt obſeruat *Caſaubonus.* Eiuſdem cubantis ſimulacrum ibidem in regione 14. fuit; in qua etiam eidem templum cum inſcriptione Herculi defenſori; in quo, vt in Iouis propugnatoris milites honeſta miſſione miſſi, & gladiatores emeriti arma, clypeoſq; ſuſpendebant. Herculis magni ædes fuit in Circo, ſiue propè Circum Flaminiū. Alteram habuit in Circo maximo. Herculis triumphalis ſimulacrum fuit in foro boario poſitum, quod iis diebus, quibus Romæ triumphus agebatur, triumphali habitu induebatur; alias denique habebat ædes, de quibus non eſt modò diſſerendum.

Epith. Impiger, laborifer, magnanimus, ferox, trux, inuictus, indomitus, thyrſigena, cęlifer, clauiger, eximius, victor, domitor ferarum. Quem non mille feræ, non Sthenelcius heros. Lege *epigramma Auſonij*, ſiue *Virgilij* de duodecim eius laboribus: Prima Cleonæi tolerata ærumna laboris, &c.

Iuuenis Tyrinthius. *Ouid.2.faſt.* Tyrinthæ immanis alumnus. *Stat.4.Theb.* Hercules Muſagetes; nempè comes, duxq; Muſarum. Huic Herculi Muſarum ædes excitata fuit in Circo Flaminio à Fuluio Nobiliore ex pecunia cenſoria (teſte *Eumenio Rhetore*) qui primus ſigna nouem, hoc eſt omnium Camœnarum ex Ambracienſi oppido tranſlata ſub tutela fortiſſimi numinis conſecrauit, & in eodem templo repoſuit.

HERI.

Heſterna luce. *Mart.1.69.* Heſterno die. *Catull.*

He-

Heſterno Sole:Heſterna nocte. *Prop.*2.21. He-
re pro heri (vt veſpere,& veſperi) dixit *Martia-
lis* 4. & 1. ſæpiùs:Qui here tantùm biberis. *Ter.*
Res hodie minor eſt here quàm fuit. *Perſ.* Heri
veſperi, heſterno veſpere.

HERCYNIA.

Germaniæ ſilua maxima,quam ſic dictam nonnul-
li volunt,quòd ſeptum ſignificat:hæc enim Ger-
maniam totam valli inſtar ferè circundat, va-
riaſq; ſortitur appellationes à locis, per quæ
meat,ſiue quæ attingit;ingentior tamen eſt pro-
pè Bohemiam, & Saxoniam. Initium eius à fi-
nibus Galliæ deducunt,vbi Bacenis eſt, ſeu nigra
ſilua. Siluoſa, & montoſa eſt circa Saxoniam,
piciferis arboribus abundans, huius meminit
Cæſar.

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ. *Claud.*
Hercynium nemus: Vmbra Hercynia: Silua
Thuringica,Bohemica,Saxonica.

HERMAPHRODITVS.

Mercurij,Veneriſq; filius, (homo ſcilicet ambigui
ſexus) fuit formoſiſſimus, qui cùm in fontem
Salmacidis Nymphæ ingreſſus eſſet, ita à Nym-
pha fuit colligatus, vt ex duobus corporibus
vnum fieret, vtrumq; habens ſexum, vndè hanc
fonti naturam eſſe enarrant, vt ſiquis ingredia-
tur,effœminetur in aquis. Lege *Ouid.4.met.* V.
Salmacis.

Mercurio puer,& diua Cythereide natus. *Ouid.*4.
met. Quem Naiades Idæis nutriuere ſub antris.
Ibidem. Atlantiades,pronepos ſcilicet Atlantis,
nam filius Mercurij,qui nepos fuit Atlantis. *Ibi-
dem.*

Salmacidi dilectus puer;*ex eodem.* Semiuir. *Auſon.*
V. *Eunuchus:* quamvis diuerſus ſit ab Eunucho
Hermaphroditus:Semimaris. *Ouid.4.met.* Nec
fœmina dici,nec puer. *Ibidem.* Natus biformis.
Ibidem. Fœmineam in ſpeciem conuerſus ma-
ſculus. *Auſon.* ipſe verò dicerem:Fœmineam in
ſpeciem commixtus maſculus:Ambiguo vir cor-
pore. *Idem.* Mercurio genitore ſatus,genitrice
Cythera. *Idem in epig.*

Androgyni dicuntur etiam hermaphroditi,nempè
homines vtrumq; ſexum habentes.

HERMES.

Idem,quod Mercurius, & declinatur Hermes,Her-
mis, vel Hermetis; ſumitur pro indice viarum.
V. *Alciatum.*

Seu vetus in triuio florea ferta lapis. *Tib.1.eleg.1.*
Et quicumque ſacer qualis vbique lapis. *Proper-
tius.*

Sumitur etiam pro ſimulacro,& Herma,æ,declina-
tur,de quo ſic *Macrobius:* Pleràq; ait ſimulacra
Mercurij quadrato ſtatu figurantur ſolo capite
inſignita,& virilibus arrectis;noſtro autem tem-
pore antiqua ſimulacra in viridarijs quorum-
dam principum viſuntur quadrata vmbilico te-
nus,ad quæ quadrat illud *Iuuenalis:* Nil niſi Ce-
cropidæ, truncoq; ſimillimus Hermæ.

HERMIONE.

Duæ fuerunt cæteris clariores hoc nomine; altera
Iouis, Electræq; Atlantidos filia, quam Cadmus
duxit vxorem, ex qua plures ſuſcepit filios Se-
melen,Agauen,Autonoen,Ino,& Podorum: plu-
rimos autem nepotes:Bacchum ex Semele,& Io-
ue; Penteum ex Agaue, & Echione; Actæona ex
Autonoe, & Ariſtæo, Learchum, & Melicertam
ex Ino, & Athamante. Quod tamen Monile
Vulcani, quod infectum fecerat in adulterij vl-
tionem, geſſit tàm illa, quàm cæteræ, nempè
Agaue, Iocaſta, Semele, Argia, & Eriphyle,
multas ærumnas paſſæ fuerunt. Demùm ipſa
in dracenam conuerſa, vt in draconem Cad-
mus.

Altera Menelai,& Helenæ filia,quę Oreſti deſpon-
ſa à Pyrrho fuit rapta; verùm ab ipſo Oreſte re-
petita, Pyrrho interfecto.

Coniux Cadmi: Veneris progenies. *Stat.3.Theb.*
Diuæ Veneris quod filia longum Reptat,& Illy-
ricas eiectat virus in herbas: quòd apud vrbem
Ænchilias in Illyrio in dracones eum Cadmo
conuerſa ſit. *Idem ibidem.* Cythereia proles.
Idem 4. Theb. Cuius verſæ in ſibila dira quere-
læ;*ex eod.*

Coniux Oreſtis: Helenes filia. *Ouid.epiſt.*8. quam
lege:Menelao nata parente:Tali nubat Hermio-
ne modo. *Sen.in Troad.* Dic mihi quid ſimile eſt
Thais, & Hermione? *Mart.* 3. Lege *Stat.3.
Theb. v.*265.

HERMVS.

Fluuius Lydiæ ad Myſiæ initium, qui aureas arenas
habere dicitur ex monte Dindymene ſacro in
Sardianum agrum defertur, vt meminit *Strabo*.
Smyrnæum quoque agrum pręterfluit.

Debuit & flauis Hermus tranſcurrere ripis,Et limo
ſplendente Tagus. *Stat.1.ſilu.*4. Hermi aquæ
metalliferæ. *Strozæ.* Lydius amnis aurifer:Her-
mi fontes. *Stat.4.Theb.* Auro turbidus Hermus.
Virg.

HERO.

Puella quædam Seſtia Leandri amoribus celebris,
qui cùm eſſet Abydenus, & eam miſerè deperi-
ret per Helleſpontum noctu ad illam natare
conſueuit: ſed quondam maris tempeſtate inter-
cluſus iam ſeptem pręteritis diebus ad amicam
ſcripſit epiſtolam, quæ eſt 17. in *Ouidio:* verùm
tempeſtate minus ceſſante,fluctibus ſe commiſit,
in quibus ſubmerſus fuit, quem illa adeò fleuit,
vt doloris impatientia è turri in mare ſe pręcipi-
tem dederit.

Seſtias,dis. *Stat.6.Theb.* Seſtia puella. *Ouid.epiſt.*
17. Leandri Amica;*ex eod.* In qua nil niſi Lean-
dri

Digitized by Google

dri nomen in ore fuit, *epiſt.18.* apud *eumdem*. Dicar Abydeno Seſta puella viro. *Ibidem.*

HERNICI, orum.

Sunt populi, qui ſupra Præneſte loca illa Campaniam verſùs incolunt, quorum oppida eſſe dicuntur Pitulum:Anagnia:Sora.

Et roſcida riuis Hernica ſaxa colunt, quos diues Anagnia paſcit. *Virg.7.Æn.* Quos Amaſene pater (fluuius eſt Hernicos præterfluens) dicti autem fuere Hernici ab Hernico Pelaſgo duce eorum,qui illa loca coluere: Nunc frondoſa ſuper Hernica. *Stat.4.ſilu.5.* Anagnini pop. Sorani populi: Hernica terra. *Ouid.3.faſt.* ſunt qui Hernicos dictos putent à ſaxoſis locis, quæ incolebant; nam ſaxa Herniæ dicebantur à Sabinis.

HERODES.

Cuius nominis multi fuere,ſed tres præcipuè nominantur, de quorum primo agemus; nempè de Aſcalonita,ſub quo Chriſtus natus eſt: Hic Aſcalone Idumæorum vrbe natus, primum ab Antipatro Galilææ præfecturam obtinuit:ſed Iudæam inuadente Antigono Ariſtoboli filio Parthis auxiliarijs;in eorum manus deuenit Herodes, quas dolo effugiens aſpera licèt hieme Romam abijt, & Auguſto Cæſari, Senatuiq; clades ſuas expoſuit, à quibus primus Iudæorum Rex conſtituitur, acceptiſq; militibus auxiliarijs ad debellandum Antigonum, reuerſus in patriam anno tertio armorum vi Hieroſolyma capta regnauit tyrannicè triginta, & vnum annos. Hircani filiam accepit vxorem,ex qua filios ſuſcepit duos: quos deindè ambitionis cauſa cum ſocero,eiuſq; propinquis necauit:alteramq; duxit ex tribu Iudæ, ex qua filium ſuſcepit Archelaum. Verùm cùm audiſſet ex illa tribu Chriſtum Domini naſciturum, cuius virtute ſe liberandum ab hoſtibus Iſraeliticus populus credebat, id extimeſcẽs; cùm paullò poſt diuinum infantem ſub Bethlemitica rupe natum à Magis perſenſiſſet, illumq; in templo Simeonis Prophetæ laudibus celebratum;excandeſcens non tàm ira,quàm ambitione, miſſis ſatellitibus ad Chriſtum perdendum, infantes omnes Bethlemi, & finitimorum pagorum à bimatu, & infra iuſſit occidi; necnon ipſam vxorem, filiumq; ex illa tribu de medio ſuſtulit, quo audito Auguſtus in eum iocatus; ſatius eſſe dixit Herodis porcum, quàm filium eſſe. Qui tandem morbo intercutis aquæ correptus, & ſcatentibus toto corpore vermibus miſerè interijt, relictis ex alijs vxoribus quatuor filijs; quorum ſecundus Herodes Antipa fuit,qui Ioannem Baptiſtam Præcurſorem Domini iuſſit interfici,quod illum de adulterio coarguerat, necnon Chriſtum Dominum alba veſte deluſit: Petrum in vincula coniecit, Iacobum interfecit.

Vide reliqua apud Ioſephum Hebræum, ſacroſq; codices.

Rex Idumæus. *Mant.* Idumæus Tyrannus. *Idem.* Vulpes Idumæa. *Idem.* Contemptor Diuûm, Cui lendes tabo lurida membra terent: Rex fuit Herodes Iudea in gente cruentus: Ferus arbiter aulæ Æſtuat Hebrææ.

Epith. Impius,inſanus,cæcus,tyrannus,cruentus,ferus,trux.

HEROSTRATVS.

Siue Eroſtratus Epheſius homo ignauus fuit,& ſceleſtus, qui vt aliquod ſibi nomen apud poſteros compararet,celeberrimum Dianæ Epheſinæ templum incendit, neque alia de cauſſa id ſe feciſſe confeſſus eſt, niſi pro nominis immortalitate. Quod quidem videtur aſſecutus; nam quamvis ab Epheſijs vetitum,ne eius memoria vllo pacto vel in ſcriptis,vel in nominibus exiſteret, tamen adhuc ſcitur ille fuiſſe templi Epheſini incendiarius.

HEROS, is.

Is dicitur,qui excellenti,& diuina quaſi virtute præditus eſt: olim verò dicebatur vel qui patrem Deum,matremq; mortalem;vel viciſſim qui matrem Deam,patremq; mortalem habuiſſet.

Semideum turba. *Stat.1.Theb.* Natus Deo, vel Dea: Cognati ſuperis,ſummis;*ex eodem.* Semideumq; genus. *Ouid. in Ibin.* Deum genus. *Catull.* Proles Deum. *Sen.in Med.* Miſti Deis. *Idem in Hipp.* Nati Deum. *Virg.10.Æn.* Illuſtres animæ heroum. *Hom. Iliad.1.* Deorum ſanguis. *Hor.4.2.*

Epith. Nobilis, illuſtris,magnanimus,egregius,celeberrimus,fortis,armis inuictus,multis viribus, virtutum nomine clarus: Viribus inuictus: Proceres populi:Defunctaq; corpora vita Magnanimum Heroum: Heroum quondam fortiſſime: Regnorum apices;*ex Hor.3.21.*

Heroides fœminæ,quæ etiam Heroinæ dictæ ſunt, nempè eodem modo genitæ,quo homines. De Heroibus lege *D.Aug. Martian.Cap. Platonem, cæteroſq;.*

HERVS.

Dominus:Poſſeſſor:Qui nomen herile tenet. *Ouid. 10.met.* Domini ſeruitium, imperium: Herile imperium: Hera: Domina.

HESIODVS.

Sacerdos fuit templi Muſarum in Helicone, ad cuius radices Aſcra pagus ipſius patria, vndè Aſcræus cognominatus, ſcripſit poemata multa, Homeroq; poſterior centum fuit annis. Hic in Locris interfectus fuit ab adoleſcentibus quibuſdam,cadauerq; in mare proiectum, quod illum ſuſpicarentur vel cum ſorore rem habere, vel familiarem quemdam ſuum id facientem ab ipſo conſcio minimè redargui: verùm ad littus cùm

eùm illius corpus à Delphinorum grege fuiſſet delatum rei nouitas, necnon canis quidam, qui detexit interfectores in cauſſa fuerunt, vt ipſi in mare demerſi fuerint, ædibus ipſorum prius ſuccenſis. Narratur hiſtoria à *Plutarcho in conuiuio ſeptem ſapientum*. Sunt autem qui dicant Homero coætaneum fuiſſe, eumq; medio illo genere dicendi ſuperaſſe, vndè tripos ab ipſo in Helicone poſitus fuit cum hoc epigrammate: Heſiodus donum dedit hoc ſpectabile Muſis Diuinum cantu cum Chalcide vicit Homerum.

Senex Aſcræus. *Virg.3.Georg.* Præceptor ar andi, de agricultura enim primus ſcripſit, quem in *Georgicis* imitatur *Virgilius*. *Ouid.6.faſt.* Dij, at Picymedæ filius: Cymeus fuit, ſed quum adhuc iuuenis eſſet in Aſcram Bœotiæ vicum à parentibus delatus fuit. Eius interfecti oſſa ex Naupacto in Orchomeniam ex Pythiæ oraculo tranſlata fuere: Agricolæ ſenis muſa. *Idem 4. Pont.14.* Vates Heliconius. *Polit.* Primus doctor aratri: Aſcræus vates poeta. *Prop.2.24.* Aſcræus magiſter ruris: Nondum etiam Aſcræos norunt mea carmina fontes. *Idem 2.10.* Aſcræumq; cano Romana per oppida carmen. *Virg... Georg.* Aſcræ vates. *Ouid.4. Pont.14.* Aſcræum nemus. *Prop.2.eleg.10.*

Sunt qui Heſiodum alio modo peremptum referant. V. *Gyrald.*

HESIONE.

Laomedontis filia Priami ſoror, quam expoſitam ex quadam communi lege marinæ belluæ deuorandam, Hercules illac tranſiens hac conditione liberauit, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos ille habere dicebatur, præmij loco dediſſet: ſed cùm promiſſis ſtare nollet Laomedon, ad illum Hercules Oielæum miſit, ac Telamonem, ad id petendum, quod virtuti ſuæ debebatur: quos Rex ambos detruſit in carcerem: verùm eum Priamus adoleſcens perſuaderet patri, vt promiſſa ſeruaret, iſq; nollet, gladios attulit ad Telamonem, ſociumq; quibus ipſi effracto carcere cæſiſq; cuſtodibus Herculi omnia narrarunt, qui bellum Laomedonti mouit: quo interfecto, regnum Priamo conceſſit, Heſionemq; Telamoni, quod primus Troiana mœnia conſcenderat adiudicauit, ex qua natus Aiax, qui Telamonius à patre fuit dictus. V. *ſupra*, *Aiax*.

Qui fratrem redemit precio, alio enim modo narratur hiſtoria. V. *Laomedon: Priamus*. Laomedontias, dis, à patre: Laomedontis, dis: Aiacis mater, parens, genitrix: Telamonis coniux: Dilecta Priami, nempè Dardanij ſoror. *Sen. in Herc. Oet.*

HESPERIA.

Duplex eſt, vltima ab *Horatio* pro Hiſpania, quæ etiam vlterior dicta; prima, ſiue citerior pro Italia, & Heſperia dicta, vt ſcribit *Macrobius* ab Heſpero ſtella: ſed V. *ſuis locis vtramq;*. Sunt qui dicunt huius nominis fuiſſe Nympham Cebreni fluminis filiam ab Æſaco Priami filio adamatam; ſed ab alijs Eperie dicitur. V. *Æſacus*. Hinc

HESPERIDES.

Dictæ ſunt tres Atlantis filiæ, ſiue neptes Heſperi ſcilicet fratris genitæ, quarum nomina Ægle, Erethuſa, Heſperethuſa ſunt, à quibus amœniſſimi cuſtodiebanlur horti, vbi aurea poma naſcebantur; quæ à dracone quoque Ladon dicebatur Typhonis, & Echidnæ filio ſeruabantur: quæ & ſurrepta ab Hercule, & draconem pariter interfectum, fabulantur poetæ, & aurea illa poma ad Euryſtheum allata. *Plinius, & Solinus* tradunt Hortos Heſperidum cinctos fuiſſe flexuoſo maris meatu, qui viſentibus procul draconis præbebat effigiem, vndè iter factum ad fabulæ mendacium. *M. Varro* aurea mala Heſperidum capras, & oues interpretatur, cuius hæc ſunt verba. Vt in Libya ad Heſperidas vndè aurea mala, ideſt ſecundùm antiquam conſuetudinem capras, & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit: ea enim Græci ſua voce appellarunt mala: Hæc *ille 2. lib. de re ruſt.* Idem tradit *Diodorus 5.*

Sorores Afiæ: Heſperidum chorus. *Prop.3.20.* Poſt hæc adortus nemoris opulenti domos Aurifera vigilis ſpolia ſerpentis tulit. *Sen. in Herc. fur.* Flebile germen Heſperidum. *Stat.1. Theb.* Et tibi ab Heſperio mala dracone ferat. *Prop.2.24.* Pomaq; ab inſomni non cuſtodita dracone. *Ouid.9. met.* Tum canit Heſperidum miratam mala puellam. *Virg. eclog.6.*

HESPERVS.

Eſt Veneris ſtella veſpertinum tempus ferens, qui etiam pro occiduo cœlo ſumitur. Venus autem ſtella, vt docet *Cicero* Phoſphoros Græcè dicitur Latinè lucifer quum antegreditur Solem, quum autem ſubſequitur Heſperus, V. *Lucifer*. *Diodorus* autem narrat, Heſperum Atlantis filium fuiſſe, ſiue fratrem, Iapeti verò filium, qui cùm Atlantis montis cacumen aſcendiſſet, vt ſiderum curſus propiùs obſeruaret, ſubito ventorum turbine proraptus fuit. A populis verò, quibus ob excellentem iuſtitiam, & humanitatem iucundiſſimus erat, cœlo receptus fuiſſe, & in ſidus illud Solem veſpere ſubſequens conuerſus creditus eſt, teſte *Diodoro*. Equum habere dicitur, quâ fuſcus per epith. *Ouid.*

Quantumq; alios premit Heſperus ignes. *Stat.2. ſilu.* quod omnium ſiderum errantium præter Solem, & Lunam maximum eſſe videatur: Noctifer: Nimirùm Oetæo ſe oſtendit noctifer imbre.

bre. *Catull.carm.nupt.* Nuncius noctis. *Sen. in Hipp.* Primas referens tenebras. *Idem.*

Veſper,i:Veſpera,æ. *Stat.5.Theb.* Veſperugo,ginis:Veneris ſidus. V. *Venus ſidus.* Heſpere quis cęlo fertur crudelior ignis? *Catull.carm.nupt.* nam nefas erat illo exoriente è matris complexu nuptam rapere:Et tu,quæ gemini pręmia temporis Tardè ſtella redis ſemper amantibus. *Sen. in Med.* Retulitq; pedem Alternis nomen ſtella quæ mutat, ſeq; mutata eſt heſperum dici. *Idem in Agam.*

Lucifer. V. *ſuo loco*, *vbi multa.* Modo lotus vndis Heſperus.*Idem in Hipp.* Amoris ſtella. *Torq. Taſſ.*

Heſperi periphraſes temporis.

Sol vbi montium Mutaret vmbras, & iuga demeret Bobus fatigatis amicum Tempus agens abeunte curru. *Hor.3.od.6.* Sol cadens. *Virg.3. Georg.* Phœbus cadens. *Sen. in Med.* Fugiens. *Ouid.4.faſt.* Dies decedens. *Virg.* Sera crepuſcula. *Claud.* V. *Crepuſculum.* Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbræ. *Virg.1.ecl.* ideſt adueſperaſcit,*Si ſit ſera.* Dies labens. *Virg.11. Æn.* Phœbus labens. *Lucan.5.Pharſ.* Subductus Sol terris. *Sil.It.5.* Premiturq; dubius nocte vicina dies. *Sen. in Thyeſt.* Dux noctis:Interea cęlum,& ruit oceano nox. *Virg.2.Æn.*

Candidus oceano nitidum caput abdiderat Sol, Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox. *Ouid. 15.met.* Phœbus tingit equos Oceano dies cęlo concedens. *Virg.10.Æn.* Iam labor exiguus Phœbo reſtabat. *Ouid.6.met.* V. *Occidens.* Vltima pars lucis. *Idem epiſt.14.* Nox erat incipiens. *Idem epiſt.17.* Noctis amicior hora. *Idem epiſt.18.* Lux peracta. *Idem epiſt.20.* Phœbus Demere purpureis eum iuga vellet equis. *Ibidem.* Confinia noctis. *Idem 4.met.* Phębus equis in Ibero flumine merſis. *Idem 7.met.* Horæ feræ. *Boëtius.* Horæ feræ nuncius. *Sen.in Thyeſt.* Phœbus ibat in vndas: Vergens dies in noctem. *Idem.* Pręceps dies. *Ouid.1.faſt.* In noctem lux prona. *Idem.* Pronus erat Titan,inclinatoq; tepebat:Heſperium temone fretum. *Idem 11.met.* Idalium iubar. *Claud.* nempè ſidus Veneris: Lux Veneris. *Idem.* Dilectus Veneri naſcitur. *Idem.*

Dies moriens. *Manil.* Occiduus dies. *Ouid.4.met.* Nuncius noctis. *Sen.in Hipp.* Iam labor exiguus Phœbo reſtabat, equiq; Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi. *Ouid.6.met.* Noctifer. *Catull.* Heſperium iubar. *L. Caluus.* Heſperi ortus. *Sen.in Oedip.* Iam laſſa Titan colla releuabat iugo In altra iam lux prona, iam pręceps dies,&c. *Idem in Agam.v.456.* Prona dies. *Stat. 2.Theb.* &c.

Veſperi,& veſpere aduerb. poſita: Herineſperi:Pridieueſperi: Veſpero ſurgente. *Hor.2. 9.*

Epith. Rubens, frigidus, piger, ſerus, noctifer, rutilans, vmbrifer, occiduus, ruber, auricomus.

HEXAMETRI.

Sex pedum verſus dicuntur, quales cecinit Græcus Homerus, Latinus Virgilius, cæteriq; poetæ Epici.

Epicus verſus:Heroicus:Heroici res erat iſta pedis. *Ouid.2.faſt.* Heroici numeri: Quis labor Aonios ſeno pede, &c. *Stat.5.ſilu.3.* Heroi tenores. *Idem.* Graues numeri. *Ouid.1.eleg.1.* Seni pedes: Senoſq; pedes æquare. *Stat.5.ſilu.3.* Herous verſus: Heroum carmen. *Ouid.4.triſt.9.* Æqui numeri. *Idem 4. Pont.16.* Carminis herois opus. *Prop.3.2.* Abdita quæ ſenis facta canit pedibus. *Tib.2.5.* Perpetuo carmine celebrare. *Hor.1.od.7.*

HIATVS, us.

Terra dehiſcens. *Virg.8.Æn.* Immane barathrum. *Ibidem.* Atra vorago. *Idem 9. Æn.* Gurges. V. *ſuo loco.* Ne pateat, latoq; ſolum retegatur hiatu. *Ouid.5.met.* Icta viam tellus in tartara fecit. *Ibidem:* nempè ſeſe aperuit:Crater,figur. Medio cratere recepit. *Ibidem.* Ingens ſpecus ſciſſæ telluris. *Sen.in Troad.* Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus: Telluris fractæ iter ad ſuperos peruium:Grandis fouea.

Diſceſſio terræ. *Cic.* Voratrina terræ. *Ammian.* Terræ labes.

Epith. Cauus, patulus,vaſtus,ingens.

HIBERNA.

Loca dicuntur, vbi milites hiemali tempore hibernant.

Hiberni receſſus. *Mart.5.68.* In hibernis eſſe,collocare,&c. Hiberna ſtatio:Hibernaculum,& hibernacula dicuntur apud *Liuium.* Statio hiberna:Caſtra hiberna.

HIBERNIA.

Inſula non procul ab Anglia ad occidentem diſtans. quam ab Hibero duce Hiſpano, qui primus magna hominum coacta multitudine, eam occupauit, dictam volunt. Inſula aëre quidem ſaluberrimo inſignita, ſed quæ ad maturanda ſemina iniquum habeat cęlum, vt inquit *Mela.* Ouibus fœcundiſſima,vtpotè quæ paſcuis abundet vliginoſis: hæc autem dicitur

Iuerna,& Ierna *Ariſtot.* Iuuernia. *Iuuen. & Mel.* Iris *Diodoro Siculo.* Vernia,& Bernia *Euſtathio.* In hac quatuor

Regiones.

Langinia,ſiue Lagenia:Mononia:Connacia,& Hultonia.

In Lagenia

Vrbes, ſiue oppida.

Fingalia: Offalia:Offitia,& Ormundia:Fanum,ſiue Cel-

Cella Canici: Rheba. *Ptol.* Menapia ad oſtium Modonæ fluuij. *Idem.* Lechlinia:Childaria vrbs Epiſcopalis: Dublinium,& Dublinia totius inſulæ metropolis,ad amnem Liſiuum.

In Connacia

Vrbes:

Galluuaia: Turriformis Epiſcopalis ſedes, & mercatorum frequentia celebris:Claria:Arran inſulę paruulæ,quæ fortunatæ creduntur ab incolis fęminis.

Vltonia,ſiue Hultonia,in qua

Vrbes:

Lecale cum promontorio celebri,qui ad ortum extenditur: Iſanium dicitur *Ptolemæo*. Dunum vrbs, quæ olim floruit, nunc ſedes Epiſcopalis. Arde, oppid. in hac regione *Ptolemai* tempore habitarunt Voluntij, Darni, Robogdij, & Erdini.

Momonia, in qua

Vrbes:

Limiricum, quæ diuiſo nobilis fluuij Sinei alueo circumfuſa eſt, quem fluuium Daurona vocat *Ptolemæus*. Concagia vrbs Epiſcopalis: Vvaterfordia: Deſmonia.

Mediterranea verò totius inſulæ pars per ſe regionem efficit peculiarem, quæ media dicitur, in qua

Vrbes:

Laberus,apud *Ptol.* Pontana:Armacum vrbs,ſuper quam ſtagnum eſſe dicunt haud amplum, in quod ſi haſtam defixam aliquot menſes relinquas,pars ea,quæ luto inhęſit ferrea, quæ aquæ immerſa ſaxea, extans lignea remaneat.

Flumina.

Auenliſius, ſiue Liſius Dublinium perfluens, *vt ſupra.* Boandus per Mediam:Banna per Vltoniam: Linnus, & Moaddus per Connaciam: Synnenus, fluuius cæterorum maximus in Hibernia.

Hebrides inſulæ. V. *Inſularum nomina.* Littora Iuuernæ promouimus, & modò captas Orcadas — *Iuuen.ſat.*2. alia ſynonyma tibi loca ſuppeditabunt ad aliorum imitationem.

HIEMS.

Hibernum ſidus. *Virg.*4.*Æn.* Frigidus annus. *Idem* 6.*Æn.* Brumæ intractabilis imbres. *Idem* 1.*Georg.* Bruma. V. *ſup.* Pruina:Tempus erat vitrea cum primum terra pruina Spargitur, &c.

Epith. Cana, gelida, canens, ſtricta, triſtis, algens, candens, Borealis, glacialis, candida, concreta, matutina,brumalis,rigua.

Hiberni Soles. *Virg.*2.*Georg.* Annus hibernus. *Hor. epod.*2. Hibernæ noctes. *Virg.*8.*Æn.* Brumales horæ. *Ouid.*4. *met.* Brumale tempus. *Idem* 3. *eleg.*5. Frigus. *Virg.*8.*Æn.* Hiemis niues. *Idem eclog.* Nimbi hiemales. *Ouid.*9.*met.* Sidera brumæ. *Stat.*4.*ſilu.*1. & *Mart.*9.13. Hiberni menſes:Hibernæ minæ. *Ouid.*4.*faſt.* Lux brumalis. *Idem* 1.*triſt.*10. Frigida tempora. *Sen.in Thyeſt.* Brumalia tempora: Iupiter horridus auſtris. *Virg.*6.*Æn.*

Hibernæ tempora brumæ. *Tib.*4.*Prop.*1.8. & *Mart.*8.71. Venti brumales. *Luc.*4. Hibernum tempus. *Pictor.* Frigus. V. *ſup.* Frigus boreæ penetrabile. *Virg.*1.*Georg.* Hiberno puluere, idest hiberna ſerenitate, cùm ſerenæ ſunt hiemes. *Ibidem.* Saturni tempus. *Mart.*2. uam ſub hoc ſidere tempus brumale frigidius eſt ſolito: Menſes Decembri. *Idem.* Immitis & ingruit aër. *Pont.* Hiberni fluctus. *Ouid.*1.*triſt.*10.

Epith. Triſtis, dura, aſpera, glacialis, frigens,acris, triſtis,informis,improba,pigra,frigida,ſęua,ventoſa, atrox, imbrifera, Æolia, turbida, cana, ſegnis, gelida, borealis, nimboſa,rigidis aquilonibus horrens: Glacialibus aſpera ventis: Contriſtans rura gelu, frigore cęlum.

HIERICVNS, tis.

V. *Iudea.*

HIEROGLYPHICA.

Dicta ſunt Ægyptiorum monumenta, quibus pro literis ad animi ſenſus exprimendos, vſi ſunt, vt nunc in aliquibus obeliſcis Romæ viſuntur, quibus etiam Romani ſuorum numinum maieſtatem velabant,ne augusta eorum myſteria in vulgus manaret. *Horus quidam libellum* huiuſce rei ſcripſit.

Ægypti ſigna. *Claud.*1.*in Ruf.* Numen quid portet Anubis. *Bemb.* Characteres Afri,Libyci,Ægyptij: Phario monſtrant monumenta in marmore ſculpta.

Pierius Valerianus plurimis libris hieroglyphica elegantiſſimè, & eruditiſſimè quidem explicauit:Arcana Ægyptia,Pharia:Populi ſecreta Peluſi:Sacræ notæ Ægyptiorum, literæ.

S. HIERONYMVS.

Doctor maximus ab Eccleſia nuncupatus Euſebij filius fuit, & Stridone in Dalmatia natus, qui Romæ adoleſcens baptizatus, à Donato liberalibus diſciplinis inſtructus,varias mundi partes diſcendi ſtudio ductus peragrauit. Demùm apud Bethlemi ſacra Chriſti cunabula inuiſenda profectus, haud facile eſt diuinum illius ingenium in ſacris Bibliorum codicibus explicandis, enarrare. Id teſtentur innumeræ non tàm aliorum Patrum, quàm Auguſtini, Damaſiq; Romani Pontificis epiſtolæ ad illum ſcriptæ,quibus quæſtiones difficillimas interrogabant hominem doctiſſimum, qui ſtudio ſacrarum literarum monaſticam quoque vitam adiunxerat. Hereſes multas vnus ipſe ita profligauit,vt vix exortę veluti fumus euanuerint. Vetus teſtamentum ex Hebræo conuertit, nouum iuſſu Damaſi Grę-

cæ fidei reddidit, magna etiam ex parte enodauit. Demùm plurimis ingenij ſui monumentis poſt ſe relictis cùm ad ſummam ſenectutem perueniſſet Bethlemi obdormiuit in Domino; corpus verò Romam delatum in Baſilica D.Mariæ ad præſepe tumulatum fuit.

Stridone ſatus. *Mant.* Trilinguis Stridonius author, ob tres linguas, quas mirabiliter callebat, Græcam, Hebraicam, & Chaldæam. Bethlemi præclari nominis hoſpes: Hebræo ſimul, & Graio, Latioq; venuſtus Eloquio morum exemplum, mundiq; magiſter. *Idem*. Stridonius Doctor, præceptor: Dalmaticus præceptor Eccleſiæ: Paulæ magiſter: Hieronymus.

HIEROSOLYMA.

Quæ etiam Ieruſalem ſcribitur, ciuitas Dei electa in totius orbis, nedum Iudeæ meditullio ſita, quaſi terræ vmbilicus, & centrum Abrahami tempore à Melchiſedec rege condita dicitur, quæ Salem ab Hebræis, & Solyma à Græcis nuncupata fuit: quam deindè Iebuſæi occupantes Iebus, & Iebuſęum aliquando indigetaruit, quamque Dauid Hebræorum Rex captam atque muniuit, caput regni fecit, & Hieruſalē deinceps appellauit quaſi Iebus Salem, & Græcè Hieroſolyma, in qua à Salomone filio templum, palatium, eaq; præclara ædificia conſtructa fuere, vt inter totius orbis vrbes miraculum eſſet: ſex milliariorum illi patebat ambitus. Verùm templo à Nabuchdonoſore Syrio rege deſtructo, vrbe funditùs euerſa, aliòq; ſacris vaſis delatis, iterum cæpit ſub Neemia Sacerdote habitari, templumq; conſtructum vſque ad Machabęorum tempora fuit, in quibus iterum mala tolerauit plurima ab Antioco, Heliodoro, cæteriſq; tyrannis, quam denique vrbem Chriſtus Dominus præſentia ſua celebriorem fecit, extrà quam in propinquo Caluariæ colle ſalutem noſtram operatus eſt; & vndè veluti à centro Apoſtoli per totum orbem diſſeminati Euangelium propagarunt. Quam poſteà vrbē Veſpaſianus Imperator in Chriſti mortis vltionem cæpit oppugnare: & Titus filius poſt longam obſidionem, famemq; perpeſſam expugnauit, indè templi vaſis, cæteriſq; ornamentis Romam traductis, inq; Pacis templo per patrem ædificato collocatis. Sed iterum à Iudæis ædificatam vrbem, cùm ipſi Romano rebellarent imperio, Adrianus Imperator cepit multis ciuium millibus deletis, eamq; aliò tranſtulit, incluſis ſcilicet in pomerijs ijs ſanè locis, quæ extrà vrbem anteà numerabantur, alijsve excluſis; & Æliam Capitoliam nominari iuſſit, in vrbis porta occidentali ſuis ſimulacro in opprobrium ſculpto. Tandem à Chriſtianis poſſeſſa per multos annos fuit, tum à Saracenis, iterum à Godefrido capta: quartò ab iiſdem Saracenis recuperata; poſtremò à Turcarum Tyranno Selimo adhuc occupatur; cuius laudes prophetæ olim explicarunt.

Loca propè Hieroſolymam, vel in ipſa vrbe celebertima.

Vallis Ioſaphat, in qua Beatiſſimæ Virginis ſepulcrum viſitur, & vbi mortalium omnium in extremo iudicio actiones adamuſſim perpendendæ: quam paruulus torrens Cedron perſecat.

Mons Sion. V. *Sion.* Moriath. V. *Palaſtina.* Mons Oliueti. V. *Ibidem.*

Caluariæ locus mons ad Ieruſalem ſpectans, ſiue potius terræ quædam eminentia, ſiue tumulus inſtar monticuli Romæ, quem Citorium vulgus appellat, olim horridus propter interfectorum ſepulcra. Sed Chriſti paſſione decoratus toti mundo ſummæ venerationis eſt habitus, & adhuc habetur, quamvis Turcarum habitatione pollutus. Vrbi olim erat contiguus, ſed poſteà intra pometium incluſus, & ferè in planitiem redactus ob templum auguſtiſſimum, ac magnificentiſſimum in eo extructum, vbi Saluatoris noſtri ſepulcrum ſumma religione à diuerſarum gentium Chriſtianis adhuc quotidie viſitur, ac adoratur. Templum Salomonis. V. *ſuo loco.*

Synonyma.

Hieruſalem: Ieruſalem: Vrbs Solymorum. *Vida.* Vrbs Solymùm: Solymorum ædes. *Idem.* Solymæ, arum. *Idem.* Solymeæ mœn'a gentis: Sioneæ tecta ſuperba rupis: Diuùm quondam domus, & ſpes vnica regni: Cęlicolum quondam Regi gratiſſima tellus.

Mœnia Solyma. *Iuuenc.* Arces Solymorum. *Vida.* Arces Solymæ: Solyme, es. *Bemb.* Domus Solyma. *Pont.* Solymorum mœnia: An Solymum cinerem, palmetaq; capta ſubibis. *Stat. ſ. ſilu.* 2.

Vrbs Iudęa, antonomaſt. *P.Ang.Barg.* Vrbs Iudęa ſuas altis in collibus arces Oſtentat mole ingenti, ac teſtudine templum: Vrbs Dauidica. *Iuuenc.* Vrbs Dauidis.

Epith. Magnificæ, opulentæ, inſignes, populoſæ, ſacræ Deo Solymæ.

HINNITVS.

Equorum vox. Arrectis auribus acrem Hinnitum fundebat equus, &c.

Epith. Acer, acutus, tremulus, horrificus, horriſonus.

HIPPOCENTAVRI.

V. *Centauri.*

HIPPOCRENE.

Fons ad Heliconis montis radices, idem cum Aganippe, vel ſi diuerſus illi proximus, & Muſis ſacer. V. *Aganippe.*

Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures Dura Me-

Meduſæi, quem præpetis vngula rupit. *Ouid. 5. met.* Pegaſus huius origo Fontis, & ad latices deduxit Pallada ſacros. *Ibidem.* Fons ſacer Muſarum. *Mant.*

HIPPOCRATES.

Medicorum princeps, qui medicinam diù neglectam in lucem ſcriptis reuocauit ſuis. Floruit poſt bellum Troianum Democriti, & Pythagorę temporibus: cuius in medendo peritia tanta fuit, vt Æſculapio genitus creditus fuerit, centum, & quatuor annos vixit, duobus filijs Theſſalo, & Dracone relictis; poſtquam multa in medicina ſcripſerit, inter cuius apophthegmata, illud ſanè celebratum: Exercitatio ſanitatis eſt veſci citra ſatietatem, nec refugere laborem; necnon illud: Omne multum, vel nimium naturæ inimicum.

Cous medicus; nam in inſula Coo natus. Aphoriſmi; ſunt Hippocratis ſenſa medica, necnon pręcepta: Coa medicina: Coæ artis pręceptor.

HIPPODAMIA.

Oenomai, & Elidis Regis filia, qui oraculo monitus ſibi à genero imminere mortem, filiam nulli deſpondere volebat: ſed cùm eius pulcritudo multos ad amorem ipſius alliceret, puellæq; connubium proci multi quotidie poſtularent, illis curule certamen hac conditione propoſuit, vt victus necaretur; qui ſuorum equorum velocitati confiſus, multos hac lege peremit. Verùm Pelops Tantali filius Hippodamiæ amore captus, Myrtillum aurigam Oenomai regni parte, vel alio pręmio promiſſo, corrupit, vt ſublata fibula, qua modiolus axis affigitur, currum euerteret: quo facto Pelops victor extitit, regiſq; filiam accepit vxorem; qui vel ab equis diſcerptus, vt nonnulli volunt, vel ſibi ipſi mortem conſciuit, ne eam pateretur à genero. Myrtilus autem eadem fide, quam domino pręſtiterat à Pelope deceptus in mare è Geræſto pręcipitari iuſſus fuit, qui mari Mirtoo nomen dedit. V. *Pelops.*

Pelopis vxor: Nec Phrygium falſo traxit candore maritum Auecta externis Hippodamia rotis. *Prop. 1. eleg. 2.* Phrygium dixit, quòd Tantalus eius pater in Phrygia regnauit: Vecta peregrinis rotis; quia peregrino viro nupſit: Falſus candor, ob eburneos humeros: Piſæa: Vt Tantalides agitante cupidine curtus Piſæam Phrygijs vexit eburnus equis. *Ouid. 2. triſt.* Deceptor dominæ Myrtilus, & fide. *Sen. in Thyeſt.* Hippodama, æ. *Virg. 3. Georg.*

HIPPODAMIA.

Fuit filia quædam Briſæ Sacerdotis Phœbi, quæ patronymica voce Briſeis dicta: & quòd in Lyrneſſo Phrygię oppido nata, Lyrneſſis dicta, ab *Ouid. 3 triſt. eleg.* V. *ſup. Briſeis.*

HIPPODAMIA, vel

Hippodame Atracij filia, quæ Pirithoo nupſit, ad cuius nuptias cùm Centauri inuitati adueniſſent, mero caleſcentes, & libidine æſtuantes ad rapinam puellarum conuerſi ſunt, in primiſq; ipſius nuptæ Hippodamiæ, tunc Pirithous, Theſeuſq; necnon alij pręſtantiſſimi Heroes vnà cùm Lapithis aduerſus centauros inſurrexerunt, quorum multis trucidatis, reliqui in fugam conuerſi ſunt. Huiuſmodi factum *Diodorus Siculus* enarrat: ſed verſibus exequitur elegantiſſimè more ſuo *Ouidius 12. met.*

Atracis, dos; à patre Atrace Penei, & Buræ filio, qui Atracem vrbem in Theſſalia condidit. *Ouid. 1. eleg. 4.* Atracis ambiguos traxit in arma viros. Hippodame, es: Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus. *Idem 12. met.* Iſchomache: Qualis & Iſchomachæ Lapithæ genus Heroinæ: Centauris medio grata rapina mero. *Prop. 2. eleg. 2.* dicta autem Iſchomache ex Callimacho à Propertio, quòd in nuptijs ſuis pugnam habuit: Lapithæ genus; Lapitharum rex fuit Pirithous, qui virginem è ſuo genere duxit vxorem: Fœmina ſilueſtres Lapithas, populumq; biformem Iuppiter appoſito vertit in arma mero. *Ouid. 2. eleg. 12.* Pirithoi coniux: Bello inſignis fœmina Centaurorum: Pro qua Pirithous pręlia fecit atrox. Virgo Atracia. *Val. Fl. 1. Arg.*

HIPPOLYTE.

Amazonum Regina, ſiue Antiopæ Reginæ ſoror, quæ ab Hercule deuictæ ſunt, Hippolyten verò conceſſit vxorem Theſeo, quo in illo bello vſus fuerat, ex qua ipſe genuit Hippolytum, de quo *infra.*

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla, Et texit galea barbara molle caput. *Prop. 4. eleg. 3.* Thermodontia; nam apud Thermodoontem Cappadociæ fluuium regnabant. V. *Amazones.* Threicia Amazon. *Virg.* Seueri mater Hippolyti. *Sen.* Sunt qui Hippolyten, & Antiopem vnam faciant, quæ victa Herculi ſcutum, & baltheum aureum pro ſpolijs dedit, ipſumq; victorem flexo genu venerata eſt.

HIPPOLYTVS.

Theſei ex Hippolyte Amazonum Regina, ſiue Antiopa filius, Dianam virginem, ac venatricem à teneris annis coluit, ſed abſente apud inferos patre, nouerca Phędra Hippolyti priuigni amore capta, cùm ad concubitum illum non poſſet adducere, amore in calumniam mutato Theſeo redeuci priuignum oblati per vim ſtupri inſimulat; nempè quòd illam Troezene inceſti interpellaſſet; ille credulus dum filio mortem parat, Hippolytus conſcenſo curru, fugit extrà patriam: ſed cùm Phocæ (per Neptunum, quem pater abſens pro vltione rogauerat, immiſſæ) quæ in littus

exierant equorum, & rotarum ſtrepitu perterritæ, magno ſe impetu in mare præcipitarent viciſſim exterriti equi, fruſtrà obluctante Hippolyto, currum per ſcopulos, & ſaxa traxerunt, iuuenemq́; loris implicitum diſtrahendo in varias partes occiderunt; quod vbi reſciuit malè conſcia mulier ſcelus ſuum, falſumq́; crimen apud maritum confeſſa, gladio ſe transfixit (vt ait *Seneca in Hippolyto*) vel ſuſpendio ſe necauit. Theſeus verò innoxij filij caſum lugens, diſperſos artus, vt ſepulturæ daret, collegit. Verùm à Diana, ſiue Æſculapio vitæ redditus Virbius fuit dictus, ac templo Dianæ Aticinæ in Latio præfectus, vt ipſe de ſe narrat apud *Ouidium* 15. *met.*

Theſeius heros. *Ibidem.* Theſides. *Idem epiſt.* 14. Amazonius vir: Mittit Amazonio Creſſa puella viro. *Ibidem.* Dicar priuigno fida nouerca meo. *Ibidem.* Seruiat Hippolyto regio tota meo. *Ibidem.* Amazone natus. *Idem* 15. *met.* Vtq́; nepos Æthræ Veneris moribundus ob iram Exul ab attonitis excutiaris equis. *Idem in Ibin.* nepos Æthræ, quòd Theſeus Ægæi filius fuit ex Æthra: Phædræ priuignus. *Prop.* 2. 1. Virbius, quòd vir bis fuit. *Ouid.* 15. *met.* Credulitate patris ſceleratæ & fraude nouercæ, Qui miſer occubuit: Quem Paſiphaeia quondam Tentauit fruſtrà patrium temerare cubile.

Epith. Caſtus, pudicus, inſons, verecundus, fortis, magnanimus, diſcerptus equis.

Qui occidit arte nouercæ: Qui patrias expleuit ſanguine pœnas: Cui valido medicamine quondam Prolis Apollineæ reddita vita fuit: Qui Pæonijs reuocatus ab herbis rurſum ſuperas remeauit ad auras: Quem rapidi equi diripuere: Fumat Aricinum Triuiæ nemus, & face multa Conſcius Hippolyti ſplendet lacus. *Stat.* 3. *Theb.* 1. Quis huius animum flectet intractabilem Exoſus omne fœminæ nomen fugit, Immitis annos cælibi vitæ dicat: Connubia vitat, genus Amazonium ſcias. *Sen. in Hipp.* quam Tragœdiam perlege totam. Ariciæ vir; dicunt enim Ariciam nympham vxorem duxiſſe, in cuius honorem vrbem condidit, eiusq́; de nomine dixit Ariciam. V. *Aricia.*

HIPPOMEDON.

Filius Neſſimachi, & Naſicæ, vnuſq; ex ducibus in bello Thebano commendatus à *Statio Thebaid. libris,* qui dum Polynicem ſecutus in Etheoclem Argiuorum agmen moderabatur apud Iſmenum fluuium pugnans ipſum ingreſſus, ſed aquis ſubito acceſſu montanorum imbrium augentibus in illo miſerè perijt: factum egregiè narratur à *Statio lib.* 9. *Theb. & lib.* 4.

En meus Hippomedon (Iuno loquitur) cui gentis origo Mycenæ, Argoliciq; lares, numenq; ante omnia Iuno (Sic ego fida meis) pelagi crudelibus ibit Præda feris. *Ibidem.* Hic ferus Hippomedon, hic formidabilis vltor Tydeos infandi, debellatorq; cruenti Gurgitis. *Ibidem.* Hypſeos, hinc turmæ, deſolatumq; magiſtro Agmen, at hic grauius fremit Hippomedontis adempti, Orba cohors. *Ibidem.*

HIPPOMENES.

Macharei filius ex progenie Neptuni, qui Atalantæ Schœneidis formoſiſſimæ virginis incenſus amore, illam ſibi petijt vxorem, ſed cùm à patre Schœneo lex procis data, vt ſiquis eam curſu viciſſet (erat enim perniciſſima) eius nuptijs potiretur. Hippomenes Venerem ſibi adeſſe deprecatus eſt, à qua cùm accepiſſet de horto Heſperidum, ſiue de Damaſceno agro, ſiue Cypro inſula tria aurea mala, puellam prouocauit: ante cuius conſpectum ſingulis proiectis, ipſaq; malorum colligendorum cupidine retenta, victor extitit Hippomenes. Sed in Venerem ingratus, à qua munus acceperat, eiuſdem impulſu in Cybeles æde ſacra, ſiue luco amoris impatientia cum ſponſa concubuit, quam ob cauſſam à Dea in leones ambo fuere conuerſi, ſuoq; currui ſubiugati. V. *Atalanta Schœneis.*

Neptunia proles. *Ouid.* 10. *met.* non quòd filius ſed pronepos: filius enim Macharei, ſiue Megarei fuit, qui Oncheſti filius, & hic Neptuni: at Interpres Theocriti filium Martis appellat.

Megareius, ſiue Machareius heros. *Ibidem.* Aonius iuuenis, quòd ex Bœotia eſſet: Schœneidis vir, coniux, &c. Pronepos ego regis aquarum. *Ibidem:* quòd ab æquorea numeratur origine quartus. *Ibidem.* Tam gratum mihi quam ferunt puellæ Pernici aureolum fuiſſe malum. *Catull. ep.* 2. Vidi ego & immiti cupidum decurrere campo Hippomenem. *Stat.* 1. *ſilu.* 2.

Melanion, Græcum epitheton Hippomenis, quaſi mala è manu emittens. Hinc *Prop.* 3. Melanion nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiam duræ contudit Iaſidos. Verùm hoc in loco *Prop.* Atalantam Iaſij filiam intelligit, quod ſanè contra cæterorum eſt opinionem. V. *ſup. Atalanta.*

HIPPONAX, ctis.

Poeta, authorq́; carminis maledici, à quo Iambicum Hipponacteum, quod & ſcazon dicitur, de quo carmine à nobis alibi diſputatum eſt. Hic cùm deformis eſſet à Bupalo, & Antermo ſculptoribus in contemptum effictus fuit, in quos ipſe inuento à ſe carmine inuectus eſt acerrimè, quamuis aliter ſentiat *Plinius:* in ſuis verſibus hi de vxoribus propemodùm acuti leguntur: Bini ſunt cum vxore iucundiſſimi dies alter quo ducitur; alter quo mortua effertur: vixit ſexageſima Olympiade. Seu diſſona nectit carmina, Siue minax vltorem ſtringit iambon. *Stat.* 2. *ſilu.*

Acer

Acer hoſtis Bupalo. *Hor. epod. 6*. Epheſius Lyricus: Pythei filius ex Protide.

HIRCANIA, ſiue

Hyrcania regio maioris Aſiæ ab Hyrcana ſilua dicta, quæ pardis, pantheris, & tigribus abundat; vndè populi Hyrcani, qui regionem incolunt, illarum pellibus venundatis, ſibi victum comparant. Regio proxima mari Caſpio, quod propterea etiam Hyrcanum dicitur; in hac populi Niſæi, Aſtaueni, Muſdorani, Caſirotæ, Obares, Elymandri, Borgi, Maxeræ.

Vrbes:

Aria: Alexandria: Bitaxa: Hircana: Beſta: Maſandra: Arſitis: Amaruſa: Talebrota: Samaria: Carta: Tape.

Montes.

Coronus mons in Hircania celebris: Parthia ſilua eſt, quæ etiam Hircania nominatur, nemoroſa valdè, feriſq; referta: Perſarum regi ſubiecti ſunt Hircani, Scythiq; contermini.

Synonyma.

Hircani ſaltus. *Sen. in Hipp.* Hircanum iugum. *Mart. 1.* Hircanæq; admorunt vbera tigres. *Virg. 4. Æn.* ob ingentem copiam: Hircanum nemus. *Luc. 2. Pharſ.* ſcribitur etiam Hyrcania: Hircana tellus. *Sen. in Thyeſt. 4.*

Caſpia iuga: Caſpium mare, quod ab Hircanis accolitur: Aut quæ Caſpium tangens mare gens iuris expers. *Sen. in Troad. 5.* Non aliter Scythicos armenta per agros Hircanæ clauſere leæ. *Stat. Theb. 5.* Siue in Hircanos, Arabaſq; molles. *Catull. 11.*

HIRCVS.

Quem & hirquum dixere priſci, caprarum maritus. Hic olim apud Mendeſios Ægypti populos pro numine colebatur, & non verebantur (proh infamiam!) excellentiſſima forma mulieres illius libidini ſubſternere; dictitantes ex *Aſclepiadis Mendetis* teſtimonio, id mirum non eſſe, cùm ex illo concubitu maximos viros exortos fuiſſe illorum teſtarentur hiſtoriæ. Hæc ſe vidiſſe oculatus teſtis *Herodotus* affirmat, & alij.

Caper, capri: Vir capellarum. *Mart. 3. 92.* Vir gregis caper. *Virg. eclog. 7.* V. *Caper*. Nec lędat nares, virq; paterq; gregis. *Ouid.* Pater hœdorum: Suſtinet immundum ſima capella marem. *Idem 2. de art.* Caprarum maritus: Dux pecoris. *Tibull.* Olens capellæ maritus. *Hor. 1. 17.* Bacche tuis victima grata ſacris. *Mart. 3. epig. 24.* nam Baccho Hircum priſci, ſiue caprum mactabant, quod hoc animalis genus maximè vites rodat, vndè illud eſt: Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras Dicitur vltoris: & *Virgilius 2. Georg.* Baccho caper omnibus aris Cæditur & veteres ineunt proſcęnia ludi, Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram. *Ibidem.*

Cynipius maritus, hircum intelligit *Mart. 7. 94.* quòd caprarum gregibus abundet Cyniphis fluuij ripa, vndè Cyniphij greges appellantur: Stolidum pleno vellere pecus. *Prop. 2. 13.*

Hircus ſolus ex omnibus quadrupedibus riualem ſuis fœminis non odit, aut cauet: Alia autem ferè omnia animalia de Venere cum riualibus certant. Hinc eſt, quòd homines à ſuarum vxorum riualibus, adulteriſq; minus cauentes, hirci vulgò appellantur.

Epith. Olens, procax, ſetiger, immundus, vilis, Cyniphius, grauis (propter fœtorem) leuis.

HIRQVI, orum.

Sunt oculorum anguli, quibus potiſſimùm intuentur hirci; vndè: hirquis aliquem intueri, eſt toruis oculis aſpicere: ſic *Virg. ecl. 3.* Qui te tranſuerſa tuentibus hircis, vel hirquis; nempè tranſuerſim: & *Mart.* Lumine vos (Afer) turbidiore notas, 9. 26. Liuenti lumine, luce, oculo tueri: Torua ſpectantem luce ſororem: Luce ſubirata ſpectantem, &c.

HIRVNDO, dinis.

Auis nota, & domeſtica, ob quam cauſſam etiam Deis penatibus, & Veneri, quæ ipſa quoque in numero Penatium putabatur, cara fuit (teſte *Æliano*) Thebarum tecta ſubire negantur, vt inquit *Plinius lib. 10. cap. 24.* quoniam vrbs illa ſæpiùs capta ſit, nec Biziæ in Thracia propter ſcelera Terei. V. *Progne*, in qua fabula illius conuerſionis in hirundinem: Nonnulli antiquorum iiſdem vſi ſunt ad nuncia belli referenda ſiue bona, ſiue mala, quòd in antiquum nidum remeare ſoleant. V. *Plinium ibidem.*

Progne. V. *ſuo loco, vbi fabula.* Implet vt amiſſum cùm gemit ales Ityn, *Ouid. 4. faſt.* Auis prænuncia veris. *Idem.* Volucris pręnuncia veris temporis. *Idem 2. faſt.* Biſtonis ales tectis reſidens. *Sen. Agam. ch. 3.* Atthides, num. plur. *Mart. 5. 68.* ab Attica prouincia interpretantur; proprię verò ſumitur pro Philomela: Pandionia volucris.

Ales Cecropis, dis: Biſtonis ales: Non quæ tectis Biſtonis ales Reſidens ſummis impia diri Furta mariti garrula deflet. *Sen. in Agamemnone.* Daulias, dis. V. *Progne.* Getici ſecura mariti Ales, Pandione nata. *Ouid. 1. Pont. 4.* Deflet Threicium Daulias ales Ityn. *Idem ad Liuiam.* Et laſciua lacus alis perſtringit hirundo. *Idem.* Sub trabe nectit opus nuncia veris auis. *Idem.* Chelidon, is, Græcum vocabulum: Infelix auis gemens Ityn. *Hor. 4. 12.* Auis Cecropiæ domus æternum opprobrium. *Ibidem.* Pandioniæ volucres.

Nigra velut magnas domini cùm diuitis ædes peruolat, Et pennis alta atria luſtrat hirundo Pabula parua legens, nidiſq; loquacibus eſcas, Et nunc por-

portieibus vacuis, nunc humida circum Stagna ſonat: deſcript.

Cupiens prolem, dulceſq; reuiſere nidos Garrula ſub lucem modulos iterabat hirundo: Nidoſque reuerſa lutabat: Quæ luteum celſa ſub trabe figit opus: Nec luteam ſolita ſtruxerit arte caſam: deſcript.

Epith. Garrula, vaga, arguta, agreſtis, laſciua, loquax, funeſta, Attica, brumalis, in tectis nidificans (verùm ſunt quæ non in tectis, ſed in ripis nidos ponunt, & ripariæ dicuntur; ruſticæ verò, vel agreſtes, quæ in arboribus)

Apodes ſunt ex hirundinum genere, acutis vnguibus inſigniti, breuibuſq; pedibus, vulgò *Rondoni*.

HISPANIA.

Nobilis Europæ regio, primaq; continentis terræ pars ad occaſum, quam ab Hiſpano Rege, vel ab Hiſpali, ſiue ab Heſperia, ſiue à Spania dictam volunt (quamvis non rectè, vt ſentit *Cluuerius*, quem lege *lib.* 2. *Introd. Geograph. cap.* 2. 3. *&c.*) altera in Aſia regione, quæ Iberia etiam nuncupatur; vndè populi in Iberiam occidentalem venerunt. Quæ vndique regio mari alluitur, præterquam vbi Pyrenei montes illam à Gallia diuidunt; temperato plerumque cęlo eſt abundans, ſiccoq; potius: rebus affluit vniuerſis penè ad victum, veſtitumq; humanum pertinentibus. A Romanis ſubiugata Scipionibus ducibus, multorum præſtitit rebellans triumphorum anſam. Olim in tres diuiſa fuit prouincias, in Bęticam, Luſitanicam, & Tarraconenſem.

Bęticæ quatuor fuere conuentus adſcripti, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, & Hiſpalenſis.

Luſitania tres habuit, Emeritenſem, Pacenſem, & Scalabitanum.

Tarraconenſis denique ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cęſarauguſtanum, Cluníenſem, Aſturum, Lucenſem, & Bracarenſem. Videndi ſunt *Plin. lib.* 3. *& Strab.* 3. *& Volaterr. lib.* 2. *Gerard. Mercator. Ortellius, & alij Coſmographi*.

Item à Romanis Hiſpania in citeriorem, & vlteriorem diuiſa: Citeriorem dicebant, quæ cis Iberum Italiam versùs ſpectabat: Vlteriorem, quæ vltra Iberum ad oceanum vſque extenſa. Nunc autem totum Hiſpanicum imperium in tria regna partiuntur; Aragoniæ; Caſtiliæ, & Portugalliæ. Sub

Aragonia.

Aragonia ipſa prouincia à Tarracone antiqua vrbe dicta, vt nonnullis placet, in qua

Vrbes:

Cæſarauguſta metropolis, & regni caput, vulgò *Saragozza*, quam à Iuba Mauritaniæ rege conditam, & ab eo Saldybam appellatam referunt: deindè ab Auguſto Cęſare, qui eam vel reſtaurauit, vel exornauit nomen ſumpſit. Sita eſt in ripa fluminis Iberi loco plano, ex quo Iberus inſigni ponte, lapideo, longoq; (cuius meminit *Strabo* 3.) traijcitur. Portas habet quatuor ad totidem mundi partes verſas, validiſſimis cincta mœnibus, crebriſq; turribus probè munita, in qua præter cętera ædificia Xenodochium, ſiue in vno plurima Xenodochia, admirandum ſanè pietatis opus, recenſentur

Oſca, D. Laurentij Archidiaconi, vt putatur, patria; apud quam olim Sertorium interemptum referunt hiſtoriæ, vndè Oſcenſes populi *Cæſari* dicuntur: Auſa: Tyroſon. *Plin.*

Triaſſona ciuitas apud montem Caci, quam à Tyrijs, Auſonijſq; conditam nonnulli opinantur: Iacca, iacens in conuallibus, Iaccetanorum quondam ſedes.

Bilbilis, vrbs quondam inſignis, Martialis patria, de qua ipſe *lib.* 10. *ep.* 103. Municipes Auguſta mihi, quos Bilbilis agri Monte creat, rapidis quos ſalo cingit aquis: Ecquid. &c. & ibi prouinciolam deſcribit totam: Videbis altam Liciane Bilbilim Equis, & armis nobilem. *Idem* 1. *epig.* 50. Auguſta Bilbilis.

Barbaſtrum, arcubus ferreis nobile oppidum: Burtina *Ptolem.* ſiue Bortina *Antonin.* Monſonium in regni ſitum vmbilico ad Cingæ fluminis ripam: Gallica Flauia. *Ptol.* Gallicum *Antonino*; vulgò *Fraga*, inter Ilerdam, & Cæſarauguſtam: Forum Gallorum *Anton.* Aierbium, in cuius ſolo quondam ſteтiſſe creditur Ebellinum *eidem*. Orgellum, Origa fortè *Ptol.* oppidum haud procul à Sicoris fonte: Calagurris Naſſica, cuius ciues Calagurritani, quos Naſſicos *Plinius* vocat, ſed nunc vrbem deletam aiunt: Sequitur ſub eodem regno:

Catalonia regio, quæ Pyreneis montibus, mari Mediterraneo, fluminibuſq; Ibero, & Cinga terminatur, cuius

Vrbes:

Barcinon, nis, vulgò *Barcellona*, quam Amilcarem Annibalis patrem condidiſſe ferunt; vrbs maritima, necnon pulcherrima: Fauentia quondam dicta, teſte *Plinio*.

Tarraco, ſiue Tarracon *Ptol.* vrbs olim tàm celebris, vt potiori Hiſpaniæ parti nomen dederit maritimarum opulentiſſima, & Scipionum opus: Viqua, quam Auſam appellat *Idem*. Authetanorum vrbs: Girona, & Geronda. *Plin.*

Tortoſa, quæ Dertoſa. *Ptol.* vndè Dertoſani populi apud *Plinium*.

Lerida, quæ *Ptol. Steph. & alijs* Ilerda dicitur Ilergetum vrbs: Altæq; ad mœnia fuſus Ilerdæ.

Emporiæ. *Sil. Ital. lib.* 3. *& Polyb.* Emporium *Stephano*. Blanda, *Pompon.* Manreſa, quam *Floria*.

rianus Athanagiam ab *Liuio* vocari cenſet.

Roſæ:Rhoda. *Liu.* Rhode. *Steph.* Rhodope. *Strab.* Rhodipolis. *Ptol.* Colibra:Ilиberis. *Ptolem.* vicus magnæ quondam vrbis, à nonnullis Eliberre appellata: Iulia Libyca; fuit quondam, vbi nunc Catalonia; Cinniana dicta *Antonino*. Deciana *Ptolemao*.

Valentiæ regnum. V. *ſuo loco:* necnon Maiorica, & Minorica, V. *ſup. Baleares.*

Caſtilia.

Siue Caſtella duplex vetus, & noua, eſt prouincia in ipſo Hiſpaniæ meditullio; quæ olim Bardulia dicta fuit, in qua

Vrbes:

Burgenſis ciuitas, vulgò Burgos Brauum putatur *Ptol.* vrbs antiquiſſima, quæ centum, & quinquaginta ſub ſe minorum gentium oppida numerat: Burgi, orum, dicitur etiam.

Palentia: Palantia *Plin.* Pallantia *Strab.* ad Canionis marginem ſita: Placentia.

Valdoledum ſedes olim regia, locus in amœniſſima Piſuergæ ripa non Hiſpaniæ ſolùm, ſed Europæ totius pulcherrimus, vt referunt *Coſmographi*, in qua Philippus I. Hiſpaniarum Rex ortus fuit, vulgò *Vagliadolid.*

Pintia. *Ptol.* Pincia. *Anton.* Simanca, *eidem.* Camora. *Ptol.* Sarabris, à nonnullis putata Taurus ad Durium fluuium.

Salmantica: Salmatis, vulgò *Salamanca*, academia ſiquidem nobiliſſima: Ciuitas Roderici comitis ad fluuium, qui vulgò Gada dicitur; quæ Myrobriga eſt *Ptolemao*, vt aliqui volunt Celticorum oppidum in Luſitania, *Caſtelrodrigo.* Coria, Caurita quondam, ſiue Cauria à recentioribus: Olbula *Ptol.* *Auila.*

Segouia, ſiue Segubia haud procul à fontibus Areuæ: Vrbs lanificio, & aquæductu viſendo Romani operis nobilis: Aranda vrbs olim: Vaccæorum Rhanda dicta *Ptolem.* ſiue Rauda *Anton.* Vxoma *Plin.* *Oſma* nunc.

Et hæc in veteri Caſtella recenſentur, nunc quæ in noua

Vrbes:

Toletum. V. *ſuo loco.*

Madritum, ſedes Regum noſtris temporibus aëris, ſituſq; ſaluberrimi villa, ſeu pagus cum maximis in Italia vrbibus ob ciuium frequentiam conferenda: Madritium: Villamanta: Mantua *Ptol.* vt placet quibuſdam: Carpetanorum in Tarraconenſi Hiſpania opp.

Complutum, vulgò *Alcala d'enares*, ſita ad fluuium Henarem vrbs: Segontia. *Anton.* niſi olim Saguntus: Alcantara in Tagi ripa Norba Cæſarea *Ptol.* Norbenſis Colonia *Plinio.* Talauera nunc: Æbura *Liuio*, vt opinantur nonnulli: Cuenca, vndè Caucenſes *Plin.* Labiſoſa *Anton.* Caſtulo, nis. *Idem.* Sub nouæ Caſtellæ ditione.

Biſcaia, à Baſtulis Beticæ antiquis cultoribus nomen trahens, qui ex Libya in Hiſpaniam Beticam profecti, indè à Mauris expulſi in Galęciæ montes profugerunt, vltimaq; loca inſederant ad oceanum ſeptentrionalem, in qua olim populi Cantabri fuerunt, in hac

Vrbes:

Iuliobriga caput olim Cantabrorum, hodie *Val de viece.* Bellumuadum oppidum recens conditum à quodam Cantabrorum principe, S. Andreę portus.

Guipuſcoa Cantabrorum reginncula ab Opuſcua antiqua ciuitate, in qua Varduli populi, & horum caput Flauiobriga, nunc *Bilbao*; regio quidem ferax ferri, chalybiſq; Vulcani officina, metaph. Martis armamentarium ob ferri fodinas. V. *Plin. lib. 34. cap. 45.* & in hac regione populi fuerunt Orogeuiones, Autrigones, & Varduli. *Ptol.* & *Plin.*

Phlamobriga. *Ptol.* hodie *Fuenterabia*. Fanum S. Sebaſtiani olim Hiſurus, ſitum opp. ad oſtium fluminis, quod Menaſcus. *Pomp.* Menoſca *Ptol.* dicitur; portum habet ampliſſimum ſagacis naturæ prouidentia factum.

Nauarræ regnum ſubſcribitur Caſtellæ, quod olim bellicoſi populi habitarunt; ſed Nauinij dicti à quibuſdam montibus, in quos à Romanis in eos ſæuientibus profugerunt. Verùm hoc regnum incępiſſe ſub anno ſalutis 960. aliqui narrant; nempè cum Eneccus Bigoriæ (pars eſt hæc Gallię Aquitanicæ) comes tranſgreſſo Pyrenæo Mauris eiectis, ſe Regem conſtituit; poſt hunc Henricus IV. Caſtiliæ Rex armis occupatum Nauarræ regnum ſuo adiecit imperio. Huius igitur populi Pyreneos montes potiſſimùm habitant; in hoc

Vrbes:

Pompeiopolis, ſiue Pompelon, hodie *Pamplona*, regni caput, à Pompeio magno, ſeu potiùs ab eius filio Sex. Pompeio condita, ſiue reſtaurata: Portuſpedis: Monſregalis: Eſtella: Amaya, cęteraq; oppida.

Galleciæ regnum. *V. Galatia.*

Legio regnum, cui nomen à Legione VII. Germanica, quæ hic olim Neruæ Imperatoris principatu (vt quidam autumant) ſtatiua habuit; in hac

Vrbes:

Legio: Legio gemina *Antonin.* alia oppida Vide apud *Coſmographos*; inter quos *Clauerius* refert Legionis regnum à reliquijs Gothorum conſtitutum, cùm eos Mauri, qui totam Hiſpaniam circa annum 720. Chriſtianæ ſalutis aggreſſi fuerant, in ea loca ſitu aſperrima compulerunt.

Aſtu-

Aſtoria, vetérum Aſturum ſedes ab Aſtura fluuio ſic dicti. vt vult *D. Iſi. lor. 9. Eth. 2.* cuius mentio etiam apud *Florum lib. 4. Hiſtoriæ Romanæ*, & *alios*. Aſtyria, etiam dicta, vndè Aſtures populi: Aſturica, etiam in *Lapidib.* Aſtur auarus Viſceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effoſſo concolor auro. *Sil. Ital. 1.* Hinc equi, qui Aſturcones vocitantur, qui tolutim incedunt. V. *Equus*.

Ouietum, vrbs metropolis: Aſtorga, & alia oppida.

Andaluſia regnum. V. *Bætica*. Murcia regnum, in quo vrbs caput idem nomen habens, quæ totius Hiſpaniæ vocatur hortus: Carthago noua, vulgò *Cartagena*. V. *ſuo loco*.

Granata. V. *Bætica*.

Portugallia, tertia ſcilicet diuiſio. V. *Luſitania*.

Fluuij:

Qui totam irrigant Hiſpaniam centum, & quinquaginta numerantur, & in ijs pontes vltra ſeptingentos, inter quos nobiliſſimi Segouiæ, & Alcantaræ.

Durius ex Idubeda ſcaturiens, in quem innumeri penè alij fluuij ingrediuntur, qui Veſtones ab Aſturibus, Luſitanos à Gallæcis veteribus diſterminat, demum in Oceanum apud oppidum Portugalliæ, quod Portum appellant influit velociſſimo curſu: Duris, dicitur *Ptolemæo*. Durias. *Strab.* vulgò *Duero*. Direenna rigens. *Mart. 1. 50.*

Iberus. V. *ſuo loco:* vulgò *Ebro*. Cinga flum. in Iberum influens: — quos Cinga pererrat Gurgite, &c. *Luc. 1. Pharſ.*

Tagus. V. *ſuo loco*, vulgò *Tajo*.

Anas Latinis, Græciſq; ſcriptoribus ſatis notus originem habet ex vaſtis in agro Laminitano ſtagnis, vt ſcribit *lib. 3 cap. 1. Plin.* qui Oretanos prǽterlapſus ad Metallinam, vbi caſtra fuerunt Vitelliana, terræ ſe penetralibus condit, mox poſt aliquot Leucas iterum naſcens, vt inquit *Plinius*, ad Villartam eruptione facta, Auguſtam emeritam, vbi longiſſimo ponte lapideo tranſitur, Pacem Iuliam, & auſtrum versùs alias vrbes prǽtergreſſus ad Caſtrum marinum in oceanum euoluitur. nunc *Guadiana*.

Bętis. V. *Bætis*, vulgò *Gualdaquiuir*.

Minius Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius ortum habens ſexto ſupra Aras Sextianas milliari, ad oppidum, vulgò *Caſtel verde*. Portum marinum ſecans, ponteműq; Beſſarium, & Orenſem ciuitatem perlapſus facto ad Valentiam cum Auia altero fluuio congreſſu, ſex milliaria procurrens in oceanum ſe pręcipitat.

Lethe: Turius, ſiue Turia, in Valentiæ Limæa: Sicores, ſiue Sicoris, ſub Pyrenæo Ilerdam oppidum prǽterlapſus in Iberum defluit: Chalybs, in Guipuſcoa: Aſtura, apud Aſtures: Gallego, in Aragonia.

Sinus.

Sinus Sucronenſis, omnium vaſtiſſimus apud Valentiam: Sinus Illicitanus apud Murciam, nunc *Porto d'Alicante*. Sinus virgitanus, ab oppido Virgi *Mela*; in Granatæ maritimis oris: Sinus Gaditanus. V. *Gades*.

Synonyma.

Hiſpana humus. *Ouid. 6. faſt.* Heſperia vltima. *Hor. 1. 36.* qui Heſperia ſoſpes ab vltima: Iberia: Quis feræ bellum Curet Iberiæ. *Idem 4. 5.* Cantabria: Iberæ terræ. *Mart. 6. 18.* Iberiæ duræ tellus. *Hor. 4. 14.* Extrema Heſperia: Hiſpanæ oræ: Heſperiæ. *Pont.* Littora Ibera. *Idem*. Bętica regna: Cantabrum iuga. *Hor. 2. 16.* Hiſpana ora, *Idem 3. od. 14.* Celtiberia terra. *Catull.*

Occidens, fig. Non quicquid fodit occidens, ideſt aurum, argentumq; quod in Hiſpania tunc fodiebatur. Sen nam extrema ad occidentem regio, quæ pro ipſo occidente ſumebatur, non erat niſi Hiſpania: nunc verò India eſt occidentalis, vt *ſuo loco*, vndè aurum, argentumq; effoſſum ad Hiſpaniam deportatur: Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis. *Stat. 3. ſilu. 3.* Nec latis audax Hiſpania terris. *Tib. 4. eleg. 1.* Audiamq; Iberum narrantem loca, facta nationes, &c. *Catull.* Tarraconis littora. *Mart. 1. 50.* Hinc

Populi:

Hiſpani, qui capillati non tonſi Catulli tempore, & Martialis fuere: Vne de capillatis Cuniculoſæ Celtiberiæ fili. *Catull. 38.* & *Mart.* Hiſpanis ego contumax capillis.

De Hiſpanorum ſordiditate priſca, lege *Strabonem*, & huius meminit ante ipſum *Catullus epig. 38.* de hodierna nihil eſt quid dicatur: veſtitus enim elegantia poteſt externam in domibus, & palatijs fœditatem tegere.

In Celtiberia fuit Numantia, de qua *ſuo loco*. Celtiber, & Celtiberi. Hoc Celtiber in Celtiberia terra, quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane dentem, atque ruſſam defricare gingiuam. *Catull. epig. 40.* Iberi, orum, p. p. Numantini, qui in Celtiberis: Cohortes Hiſpanæ. *Sil. It. 13.* Hiſpanæ gentes: Cantabri: Bętici populi: Populus Iberus: Celtiberæ gentes. *Mart. 1. 50.* Celtæ Iberi. *Idem 7. Biſcaini.* Gens Heſperiæ. *Sen. in Herc. fur.* Aſtures, in Aſturia: Baſtuli: Baſiſtani, Hiſpaniæ pop. Callaici, Gallæciæ pop. *Ptol.* Egurri. *Medina del rio ſecco*. Exitani, in Bęticæ regno: Ilergetes: Lacetani, ſiue Laletani, poſteà Gotholani, Cataloniæ pop. *Catalani*. Turdetani: Turdui, & Baſtetani, quorum regio vocatur hodie *Andaluzia*. Nos Celtis geniti, & ex Iberis. *Mart. 4. 55.*

Ipi-

Epith. Fertilis, pugnax, bellax, audax, populoſa, diues equis (Aſtureonibus prę ſertim) facilis frugum, priucipibus fœcunda pijs, diues, locuples, nummata, fuluis prę cioſa metallis.

Epith. Feroces, pugnaces, audaces, duri, ſuperbi Hiſpani, gens intractabile bello, gens aſpera bellis, patiensq; laborum.

HISTORIA.

Hominum monumenta. *Ouid. 6. faſt.* Veterum voluens monimenta Deorum. *Virg. 3. Æn.* Annales, ium. V. *ſuo loco.* Chronica, orum, Græca vox: Priſca tempora, facta: Veterum ſcripta: Ætatis monumenta vetuſtæ: Acta temporum Claudianorum. *Mart. 3. 20.* Omne æuum explicare chartis. *Catull.* Chartæ victuræ. *Mart. 3. 20.* Auditum: Auditis ſi quicquam credimus. *Virg. 8. Æn.* Libri: Libelli, in quibus plerumque hiſtoriæ ſunt: Opus: Et cultum docto pectore profer opus. *Mart. 1. 26.* Hiſtoriæ fama: Series: Longa eſt ſeries. *Stat. 2. Theb.* Poſt te victuræ, per te quoque viuere chartæ Incipiunt. *Mart. 1. 26.*

Fides, fig. Vt priſca fides narrat. *Stat. 2. Theb.* Ephemerides; dicuntur etiam actus diurni, qui ſolent narrari ab aliquibus, & hoc vocabulo *Plutarchus* appellat Cæſaris commentarios, quos *Strabo* Hipomnimata appellat propriore dictione. Commentarij diurni. *Suet.* V. *Scriptura.*

Epith. Pulcra, bella, elegans, arguta, memorabilis, prę terita.

Hiſtorica volumina: Hiſtorica ſcripta, charta, notæ: Hiſtorica annorum ſeries: Liuianum opus: Liuij opus ab auctore noto: Memores faſti per omne genus. *Hor. 3. 17.* Antiqui monumenta perennia facti. *Ouid. 2. faſt.*

HISTORICVS.

Hiſtoriographus, Græcè: Hiſtoriæ ſcriptores: Qui tranſacta notarunt tempora: Obliuioſi temporis vindex. *Maſcul.* Conditor hiſtorię. *Ouid. 2. triſt.* Hiſtoriæ pater, parens, auctor: Narrans loca, facta, nationes. *Catull.* Sacra, diesq; canam, & cognomina priſca locorum. *Prop. 4. 1.*

Hiſtorici apud Græcos celebriores.

Herodotus: Thucydides· Xenophon.

Apud Latinos.

Liuius, Salluſtius, Cornelius Tacitus. Plinius ſecundus, Cæſar, Q. Curtius, Valerius Maximus. Rerum ſcriptor. *Strabo.* Annalis promus: Veteris non inſcius æui. *Ouid. 15. met.*

HISTRIO.

Quem verbo Thuſco Ludionem dici ſolitum *Liuius, & Valerius* teſtantur, nempè qui ridiculo geſtu populum ad cachinnos allicit; ab ipſis etiam veteribus tàm parui habitus, vt nonniſi in ſumma Reipub. neceſſitate, in militiam adſcriberetur; viliſſimam enim artem exercere ſemper putati ſunt.

Actor, oris; qui voce, & geſtis fabulas agit: Mimus: qui geſticulationes edit, & mores, factaq; hominum imitatur: Atellanus, ſcenicus. *Cic.* qui ludos Atellanos argumento ioculari edit: Iocularis homo: Comicus: Comœdus. V. *ſuo loco.* Scurra comicus: Veſtibus, & vultu ridiculus: Ridiculus actor: Geſticulator.

Geſticularia; fœmina ad id ſeſe exercens: Thymeles mulier, quę prima ſaltationem docuit: Philiſtion, qui cùm mimum daret riſu interijt. *Mart. 2. 41.* Roſcius, & Aſopus Ciceronis tempore celebres fuerunt hiſtriones: Hiſtrionia, vel hiſtrionica, ars eſt, quam hiſtriones exercent: Ars hiſtrionum: Hiſtrionici geſtus, actus, veſtis: Hiſtricus imperator. *Plaut. in Pœn.* Qui hiſtrionico cœtui prę fectus eſt.

Epith. Proteruus, mollis, leuis, argutus, inſulſus, ridiculus, vanus, mouens riſus.

Caupones, mimiq; leues, ſcurræq; loquaces: Morio, nis. *Mart.* idem, quod fatuus, quales aliquando apud principes deliciarum loco, *Buffone ſciocco.* Qui mouet in varios brachia volſa modos. *Mart. 3. 62.* nempè qui ad leges, & modos chironomiæ ſaltabant, vt hodie Hiſpani, & apud nos in Bacchanalibus qui vulgò *Mattacini, ò chi fà la Luciata* dicuntur. Paraſiti, mimi quoque dicebantur in Comędijs. *Mart. 9. 29.* Apollinis paraſiti, qui in ſcęnis poetarum carmina recitabant.

HOEDVS, i.

Caprarum fœtus: Capella, nempè femella è capris: Laſciui ſoboles gregis. *Hor. 3. od. 13.* Teneri caprarum fœtus: Fœtus capellæ. *Tib. 1. 1.* Hic vagientem matris hiſpidę fœtum. *Mart. 3. 57.* Hœdulus: Hœdillus.

Epith. Petulcus, petulans, alacer, tener, vagans, mollis.

Hœdi ſignum Cęleſte.

Sunt qui ſcribunt inter ſidera propè Eniochum, ſiue aurigam capellam in dextro humero, Hœdos in ſiniſtro eſſe: & hæc ſidera primùm in Cleoſtene Tenedio fuiſſe obſeruata, quæ in ortu pluuiale tempus indicant; in occaſu verò ſerenum aërem. V. *Capra cæleſtis.*

Pluuiales hœdi: Purior Olenij fruſtrà gradus impulit aſtri. *Stat. 3. Theb.* progreſſus enim Hœdorum ſerenus in ortu, ſiue in occaſu ſerenum aërem facit. Hinc *Virg.* Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis Verberat imber humum.

HOMERVS.

Qui dubio loco natus, necnon parente dicitur, ingenium tamen ſortitus admirandum. *Ephorus Cumæus* de Homeri ortu hæc narrat: Critheidam Apellis filiam vitiatam à Menone patruo

peperiſſe Homerum, cùm propè fluuium Meletem ad Smyrnam proficiſceretur, atque ibidem puerum Meleſigenem appellatum, deinceps Homerum Ionicè, quod oculis captus eſſet; in quam cęcitatem per morbum illum incidiſſe ſcripſit *Heraclides*. Vixit poſt bellum Troianum cùm eſſent exacti anni centum, & quinquaginta, totidemq; circiter ante conditam Romam; quem tempore Iſaiæ nonnulli aſſerunt extitiſſe. Duo poëmata ſcripſit inſignia Iliada, nempè Ilij euerſionem, in qua Achillem vehementer extollit; & Odyſſean, in qua labores Vlyſſis, reſq; geſtas eleganter expreſſit; qui illum mortuum fuiſſe dicunt dolore, quod quæſtionem quamdam interpretari neſciſſet, ridiculi ſanè ſunt: Sotades apud *Stobæum* fame extinctum fuiſſe narrat: certum eſt illum nullas poſt ſe reliquiſſe diuitias, vt canit *Ouidius*: ſæpè pater dixit, ſtudium quid inutile tentas Mæonides nullas ipſe reliquit opes; ipſum quoque fontem fuiſſe, vndè reliqui poetæ biberint teſtatur *Idem*.

Aſpice Mæoniden, à quo ceu fonte perenni Vatum Pierijs ora rigantur aquis: dictus autem fuit Mæonides; ſiue à Lydia, quæ Mæonia, in qua Smyrna Homeri patria; ſiue quòd Muſas Mæonidas apud Phociden coleret: Vates Smyrnæus. *Luc.5.Pharſ.* Vates Acheus. *Ouid.in Ibin.* nam & Athenæ credita fuit Homeri patria: Conditor Iliadis. *Iuuen.ſat.*11. Mæonius ſenex. *Ouid.*2. *de art.* vates. *Idem* 1. *triſt.*5. Fortis celebrator Achillis: Vates Colophonius: Mæonij Colophonis alumnus; nam Colophonij ciuem ſuum quoque eſſe dicunt. *Mant.* Cæcutiens poeta: Cæcutiens Mæonius. *Mart. Capella.*

Salaminiacus vates. *Picus Mirand.* nam & Salaminij ſuum prędicant quoque ciuem: Lumine captus erat Smyrneæ gloria gentis: Mæonio cantatæ carmine ranæ; nempè Homerico. *Mart.* de Batrachomyomachia ranarum pugna: Mæonij carminis alite. *Hor.*1.6. Æternus Homerus, dicitur *Tib.*4.1. Meleſigenes, dictus prius Homerus, quòd ad Meletem fluuium natus eſſet, *vt ſup. in hiſt.*

Meletheę chartę: Poſſe Meletheas nec mallem mittere chartas. *Tib.*4.1. Homericas interpretanturnam *Strabo* 12. ſcribit propè Smyrnam, in qua potior opinio eſt illum natum fuiſſe; vndè *Stat.*3.*ſilu.*3. Smyrna tibi gentile ſolum, potuſq; verendo Fonte Meles: Pergameus vates; *ex Prop.* 2.*eleg.*1. nam Pergamenſes ciuem ſuum faciunt Homerum: Mæonioq; cupis doctius ore loqui. *Mart.*7. ideſt elegantius Homero.

Epith. Inſignis, diuinus, doctus, facet, diuus, grauis, ſublimis, altiloquus, altiſonus, vaniloquus, cæcus, magnus, Colophoniacus à Colophone, vbi credebatur exortus. *Virg.*

Solers rerū ſpeculator Acheus: Immortale ſuo carmine nomen habens: Ipſe pater vatum: Quo nil Græcia maius habet: Qui Muſas cantu, qui Phœbum æquauit honore: Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores.

HODIE.

Lux hodierna: Hac luce, hoc Sole: Hac die: Hodierno die: Hodierno mane: Hodiernæ vitæ craſtina tempora Dij ſuperi an adijciunt. *Hor.*

HOMICIDA, & HOMICIDIVM.

Artifex lethi. *Sen. in Hipp.* Interfector: Peremptor, *Idem in Oedip.* Sicarius: Parricida, qui patrem, & marrem: Sororicida, qui ſororem: Fratricida, qui fratrem: Occiſor, oris: Cui cędis amor; è *Stat.*2. *Theb.* Regis cęde nocens, ideſt regis interfector. *Sen. in Oedip.* Cędis reus: Nec tibi longa manent ſceleratæ gaudia cędis. *Ibidem.* Cędis author. *Ibidem.* Funeſti muneris author. *Ouid.*2. *met.* Sęuæ cladis author. *Sen.in Herc.fur.*

Primus, qui homicidium patrauit Cainus fuit apud ſacros hiſtoricos, apud Græcorum hiſtorias Ixion, qui per ſummam perfidiam ſocerum ſuū interemit. V. *Ixion*: & homicidæ conſcientia ſua territi locum fecerunt opinioni de furijs, & occiſorum vmbris ſceleratos perſequentibus. Hinc *Seneca in Octauia*: Et morte gaudet author infandæ necis, Quam ſæpè triſtis vmbra Germani meis offertur oculis, &c. V. *Virg.*6.*Æn.* Diræ cędes. *Ouid.*3. *met.*

Fratricidium: Fraternum funus. *Ouid.*2.*Pont.*8. Parricidium, ſororicidium, matricidium: Patris, ſororis, matris cędes: Thracium nefas, quod Progne fecit, & Philomelæ ſororibus Tereus Thraciæ Rex. *Sen.in Thyeſt.* Nex: Necis damna. V. *Nex.* Triſtia crimina cędis. *Ouid.*2. *faſt.* Ouans cędibus. *Stat.*2.*Theb.*

HOMO.

Commune nobis vocabulum ab humo dictum, vt aliqui volunt, nempè quòd ſurſum ſpectare debeat, vt *Ouidius* 1.*met.* canit: Os homini ſublime dedit, cęlumq; videre Iuſſit, &c. Ex luto formatus homo, vt *in ſacra Geneſi*, quam veritatem in fabulam conuertentes poetæ Prometheum hominem ex luto finxiſſe comminiſcuntur; cuius partes à priſcis ſingulæ Dijs ſingulis attributæ ſunt. Ioui caput, Mineruæ oculi, Iunoni brachia, pectus Neptuno, cinctus Marti, renes, & inguina Veneri, pedes Mercurio, auris Memoriæ, Genio frons (Hinc illum Deum venerātes frontem tangere, & ad frontem manu indita numina adire ſolebant) dextra Fidei, digiti Mineruæ, genua Miſericordiæ, vndè hæc rogantes tangimus. Supercilia in Iunonis tutela, vt inquit *Sext.Pomp.* quòd ijs protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam à Iunone tribui putabant, vndè

dè Lucina dicta; oculi Cupidini, in quibus excubet, ceu quadam in ſpecula, vt ait *Philoſtratus*; alij dicunt Mineruæ, vt *ſuperius* dictum: dorſum, & poſticæ partes Plutoni; tali, plantæq; in Thetidis cura, ſiue Mercurij. Verùm alio modo *Aſtrologi* hominum membris ſignis cęleſtibus aſſignant, vt *Firmicus & Manilius*. V. *Membra*.

Hyginus de hominis formatione in libro fabularum agit ridiculè ſanè, quem conſule *lib. Mytholog. cap.* 210.

Hominis partes.

V. *Corpus, & Caput.*

Synonyma.

Hominum genus: Genus humanum: Mortales: Mortalia pectora, corda. *Stat.* 3. *Theb.* Gens hominum. *Sen. in Herc. fur. Boet.* 5. Progenies virum: Virum genus. *Virg.* 2. *Georg.* Gens, gentes: Gens humana. *Hor.* 3. 3. Humanę mentes. *Ouid.* 1. *met.* Terreſtre pectus: Terrea proles: Animæ viles: Mortale genus. *Ibidem*. Corpora hominum. *Virg.* 12. *Æn.* virum. *Idem* 10. Humana ſub imagine. *Ouid.* 1. *met.* Vir. V. *ſuo loco*. Mortale corpus. *Hor.* 1. *od.* 35. Mortales turbæ. *Idem* 3. 4. Homuncio: Homunculus: Homulus: Mares: Maſculus. V. *ſuo loco*. Maſcula turba: Humanum caput. *Ouid.* 4. *Pont.* 9.

Materies terrena: Nil niſi peccati maſſa pudenda: Res plena nocentis inuidiæ: Bulla paluſtris, nempè quòd hominis vita ſit vt aquæ bulla: Sacra diuiuæ mentis imago: Maſſa infelix, omniq; obnoxia fato Varijs fortunæ vicibus expoſitus: Cui eſt igneus vigor, & cęleſtis origo: Capax rationis: Vndè homines nati durum genus. *Ouid.* 1. *met.* Namq; haud tibi vultus mortalis, nec vox hominem ſonat: Terræ hoſpitibus cęli ſuper aſtra vocatis: Sen ſortis iniquæ Natus homo in terris animalia cuncta quieſcunt Irrequietus homo, perq; omnes anxius annos Ad mortem feſtinat iter, &c.

Epith. Fragilis, caducus, bipes, mendax, mundus, vilis, imbecillis, prouidus, incautus, miſer.

HONESTAS.

Decor, is: Pudor. V. *Pudicitia.* Decus animi. *Bemb.* Benefuadus honos. *Idem*. Reuerentia famæ. *Ouid.* 7. *met.* Honeſti gloria. *Idem* 2. *triſt.* Honeſtum: Honeſti lex: hinc

HONESTVS.

Venerandus, honoratus, venerabilis, colendus, laudatus, laudabilis: Vir multa laude dignus: Pudicitia. V. *ſuo loco*. Fama pudicitiæ: Verecundia. V. *Erubeſcentia*.

HONOR.

Decus: Ætatis decus indelebile noſtræ: Gloria: Rerum gloria. *Ouid.* 4. *met.* Laus: Laudis gloria: Titulus: Titulus prędæ, *Ibidem*. Gloria: Fama. V. *ſuis locis*. Nomen: Laus. V. *ſuo loco*. Adorea: Parcite dicebat vobis ſene adorea rapto Nulla erit erepto, ſed patre ſumma mihi.

Virtutis meritum: Virtuti calcaria prębens: Cupidas ſtimulans mentes: Nutriens artes: Hi proprium decus, & partum indignantur honorem: Ebria titillans pectora mollis amor: Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, honores. *Virg.* Hic honor in nobis inuidioſus erit: Et celebres cape, quos ſpondemus honores: Non me conſpicui fucus titillat honoris: Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt: Meritoſq; indicit honores: Fragilis hominum ſemper contempſit honores: Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores: Tergeminis tollit honoribus. *Hor.* 1. 1. Laudum perculſus amore: Mulcetur honoris Muneribus. *Stat.* 4. *Theb.* Mortis honoræ dulce ſacrum. *Ibidem*.

Epith. Eximius, egregius, celebris, conſpicuus, ambitioſus, tumidus, popularis, fragilis.

HORA.

Quæ tamquam Dea fuit à Romanis habita, quòd illam Quirini vxorem eſſe dicerent: hinc *Ennius*: Teq; Quirine pater veneror, Horamq; Quirini; cuius primam ſyllabam corripiens *Ouid. in* 15. *met.* — & priſcum pariter cum corpore nomen Mutat, Horamq; vocat Dea, quæ nunc iuncta Quirino eſt. De hac etiam *ſuperius* egimus in dictione *Dij*, Deæq; ab humanis actionibus denominati ſub nomine Horta. Sed de horis nunc agimus, quæ temporis diurni, nocturnive ſpatia diſcriminant, & ipſe tamquam Deæ, Parcis tamen ſubiectæ fuerunt creditæ, eisq; templa conſtructa, teſte *Pauſania*. Filias fuiſſe fabulantur Themidis, Iouisq; Solis aſſeclas illas facit *Ouidius* 2. *met.* quarum nomina apud *Hyginum* ſunt Titanaide, Auxo, Eunomia, Pheruſa, Caria, Odice, Eupotie, Irene, Orteſine, Thallo. Authores alij vndecim faciunt, quæ ſic appellari dicuntur, Auge, Anatole, Muſia, Gymnaſia, Nymphes, Meſembria, Sponde, Elere, Acte, Hecypris, Dyſis: ſed cùm duodecim ſint, Eunomie poſſet addi, quam *Orpheus in Hymno* nominat: Hæ fingebantur mundum, ſiue Cęlum axi circumuoluere. Veruntamen his munia diurna, & reliqua in diem facienda diuidebant. Lege *Mart. epig.* 8. *lib.* 4. ſic ſcribentem: Prima ſalutantes, atque altera continet hora Exercet raucos tertia cauſidicos, &c. Prima verò dicebatur hora, quæ illuceſcentem excipiebat diem artificialem.

A dextra, leuaq; dies, & menſis, & annus, Seculaq; & poſitæ ſpatijs æqualibus horæ. *Ouid.* 2. *met.* Conueniunt pictis inci... æ veſtibus horæ, Inq; leues calathos munera noſtra legunt. *Idem* 5. *faſt.* Temporis interualla. Spatia. Deæ temporis. *Idem* 2. *met.* Duodena diei interualla,

la, totidémq; noctis ſpatia.

Epith. Subita, fugax, rapida, mutabilis, agilis, fugiens fręno non remorante; anhelo concita curſu, fugiens, pręceps, velox, breuis, celer, leuis, &c.

HORATIVS.

Poetarum Lyricorum apud Latinos facilè princeps in Venuſio Apuliæ oppido natus ex Libertino patre, cum quo etiam indè digrediens in Sabinos migrauit, vndè puer Romam miſſus à patre, vt optimis diſciplinis educaretur, pauciſſimis impenſis anguſtias patris vicit ingenio: Bello Philippenſi excitus à M. Bruto Imperatore tribunus militum meruit. victis tamen partibus venia impetrata primò Mœcenati, mox Auguſto inſinuatus nō mediocrem in amborum amicitia locum tenuit; cum quibus etiam familiariſſimè iocabatur. Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus, pręterq; iam dictos, vſus fuit familiariſſimè Albio Tibullo, Quintilio Varo, Valgio viro conſulari, Virgilio, Iuliano Floro, Maximo Lollio, cęterisq. Ad res Venereas intemperantior traditur, vtpotè qui ſe fatebatur Epicureum. Vixit plurimum in ſeceſſu ruris ſui Sabini, aut Tiburtini, cuius ſæpè meminit in odis, quarum quatuor libros ſcripſit, vno addito Epòdon. Scripſit ſatyras, epiſtolas, de arte poetica, & carmen ſeculare Auguſti iuſſu: tandem poſt nonum, & quinquageſimum annum deceſſit V. Calend. Decembris, C. Mario Cenſorino, & Caio Aſinio Gallo Coſſ. cùm natus eſſet VI. Id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato Coſſ. Hærede auguſto palam nuncupato, quum vrgente vi morbi non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus, & conditus eſt extremis Exquilijs iuxtà Mœcenatis tumulum.

Hic inter Lyricos ſublimis vertice vates Sidera ſumma ferit, &c. Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos fręnis flexit equos. *Sid. Apoll.* nomen autem fuit Q. Horatius Flaccus: Venuſinus poeta, vates: Daunius Lyricus: Lyricus poeta, vates. *Hor.* 1. 1. Romanæ lyræ pater. *Mant.* auctor: Pindaricæ lyræ fidicen. *Ouid.* 4. *Pont.* 16. Romanæ fidicen lyræ. *Hor.* 4. 3. Natus ad Aufidum. *Idem* 4. 9. nam propè Venuſium Aufidus illabitur.

Epith. Doctus, acer, mordax, lippus, ſuauis: Qui lepidas cecinit odas: Extremum qui carmine viuet in æuum.

Detinuit noſtras Numeroſus Horatius aures: Suauis Flaccus: Romanus Pindarus; vt enim ſe Propertius dixit Romanum Callimachum, ſic nos Horatium vocitare poſſemus. Lyra Calabra. *Mart.* 5. 31. ſunt qui pro Horatio interpretantur, quippè cùm Venuſium non longè diſtet à Calabria.

Fuit etiam Horatius Cocles nobiliſſimus Romanus, qui eo in bello, quod Porſena Etruriæ Rex pro reſtitutione Tarquiniorum cum Romanis geſſit, cùm Ianiculum iam captum videret, hoſteſq; indè in vrbem irruere poſſe, reliquis omnibus attonitis, & in fugam conuerſis, duobus tantùm comitatus, ſiue potius vnus ipſe hoſtium impetum tantiſper remoratus eſt; donec pons à tergo abſcinderetur à ſocijs, quo interciſo, vt erat armatus in Tiberim inſiliuit, & incolumis ad ſuos tranauit. Lege *Liu. Dionyſ. Halic. &c.*

Cocles, quòd vno careret oculo: Illum indignanti ſimilem, ſimilemq; minanti Aſpiceres pontem auderet quod vellere Cocles. *Virg.* 8. *Æn.*

HORREVM, i.

Locus dicitur frumento conſeruando conditus, pro frumenti copia ſumitur plerumque.

Meſſis numeroſa: Aceruus ingens frumenti: Frugum aceruj. *Tib.* 1. *eleg.* 1. Condita meſſis. *Ibidem.* Compoſitus aceruus. *Idem.* Granarium. *Hor.* 1. *ſat.* 1. Horreum penſile.

Lacus. *Colum.* quo diſtinguitur granarium ſeparandis leguminibus: Cumera. *Hor.* vas vimineum, aut fictile, in quod plebeij homines condebant frumentum; vt in granaria qui latifundijs pręcellebant: Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *Virg.*

Epith. Cereale, ligneum, terrenum, ſtipatum, refertum, frugibus grauidum.

HOROLOGIVM, ij.

Dicitur horarum indicatio, vel index, quod antiquè ſolarium fuit, deindè aqueum, ſiue aquarium, poſtremò rotulis, orbitisq; additis inſtrumentum ſonorum effectum eſt, multaq; etiam humanum addidit ingenium noſtratium quam priſcorum. Romæ duodecim annis antequam cum Pyrrho Epirotarum Rege pugnaretur viſum fuit ſolarium. Pulcrum ſtatutum fuit ab Auguſto in Campo Martio horologium, vt *ſuperiùs ibidem* diximus. Noſtris temporibus horologia horas indicantia vel ſignis, vel ſonitu admiranda quidem videntur; in Lundia Danorum vrbe inſigne quoddam viſitur, in quo pręter ea, quæ parieti picta ſunt, annos, menſes, hebdomadas, horas ipſas: feſta mobilia, ſiue fixa, Solis, Lunæq; motus demonſtrantia; quoties publicè ſignum horæ elapſæ dandum eſt, ſupra tabulam ipſam duo concurrunt ſimulacra (equites dixeris cataphractos) quæ tot ſeſe ictibus petunt, quot ſigna dat campana maior in turri ſuſpenſa, quæ horam indicat: ſed & ad hæc alia admirabilia adijciuntur in eodem horologio, quod prętereo, ne ſim prolixus.

Horoſcopus. V. *infra.* Horarum index: Horologium ſciatericum. *Plin.* Solarium. *Marcell.*

Digitized by Google

quo horarum interſtitia è Solis vmbra dignoſcimus: Guomonicum inſtrumentum.

Gnomon. *Vitruu.* æneus ſtylus vmbræ indagator, ſiue verueulum, quod in medio ſciaterici collocatum vmbræ proiectu horarum diſcrimina deſignat: Vmbilicus Solis. *Plin.* Exiguus circulus,cuius in medio gnomon figitur,aut quæ medium interſecant lineæ in ſciaterico, amuſiove: Amuſium. *Vitruu.* Circinatum tympanum.*Plin.* Tabula, ex qua ad libellam vndè venti efflant dignoſcitur.

Clepſammidion, ficto vocabulo ad imitationem clepſydræ, cuius hoc ſeculo vſus exoleuit, machinula vitrea,quæ defluxu arenæ, aut puluiſculi è contuſis ouorum teſtis comparati, ſtatum temporis interuallum deſignat, *Horiuolo di poluere*.

Clepſydra. horologium aquarium, cuius nunc vſus non eſt. *Mart.6.35.* Scaphium. *Idem*. Scaphe. *Vitr.* Hemiſphęrium, horologij genus introrſum recedens, in quo ſtylus medio in fundo collocatus,horarum ductus diſcriminat:Ductor,rector horarum: Horarum indicium, notæ: Puluis horarius:Horarum index puluis:Ampulla horaria: Vitrum horarium.

HOROSCOPVS, i.

Nempè quo ſidere quis naſci dicitur fauſto, vel infauſto,vt apud Aſtronomos habetur.

Genealogia. V. *ſuo loco*. Cur adeò chariſſime nate maligno Sidere te genui? &c. *Hom.1.Iliad.* Fatum,& fata.V.*ſuo loco*. Cur te tam fata tulerunt Impia naſcentem. *Ibidem.* Sors tua veniſſet melior. *Ibidem.* Nunc proxima fati Hora manet. *Ibidem.* Omen lęuum.V.*Augurium malum,vbi multa ad rem facient:* ſic Augurium bonum.V. *ſuo loco*.

Aſtrorum vices numerata ſemita Lunæ. *Stat.3. Theb.* Matheſeos enim cupidi vbi ſit Luna, vel quo ſigno, vel per quæ meet aſtra Conſiderant in hominum natalibus perſcrutandis: Quid mihi ingratis inimica ſignis Hora natalis referat, &c. *Maſcul.1.od.8.*

Genethliacus: Cura Chaldæi; nam propriè Chaldæorum fuit naſcentium horoſcopos intueri, à quibus preſertim obſeruabatur Saturni ſidus, à cuius arbitrio vita hominis ſtultiſſimi arb.trabātur. Sic etiam ita veſani leonis,Mercurij ſtella, Cypridis ſidus, vis Gradiui, & ſcorpionis, quę *Maſculus in Lyricis* irridet. *lib.1.od.8.* Innocens ſcorpi iubar ardet, inſons ſtella Saturni Venus ipſa noxæ Spleudet immunis; feror ipſe pręceps In ſcelus vltrò.

HORROR, is.

Horroris imago. *Lucan.3.Pharſ.* Terror.V. *ſuo loco*.Furit implacabilis horror:Barbarus ingruit, infremit, conterit horror: Mihi frigidus horror Membrā quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis,&c. *Virg.*

Horrendum:Horrens:Horridum:Horribile:Horrificum,tremendum:Cùm multa horrenda moneret Hos mihi prędixit luctus,&c. *Virg.* Clamores horrendi: Vox horrenda: Hic aliud maius miſeris,multoq; tremendum Obijcitur. *Idem 2. Æn.* Monſtrum horrendum,ingens:Horrificiq; metus. V. *Timor.*

HORTATOR, &
HORTATVS, us.

Monitor: Monens:Admonitor:Admonens:Doctor: Author,ſiue auctor:Dux:Caput ad aliquid:Hortans:Hortatus.*Ouid.5.triſt.15.* Hortamen. *Idem 1.met. & Stat.4.Theb.* Hortamentum: Monitum,i, & Monitus, us: Admonitus, us. *Ouid.3. met.* Admonitum:Vocis hortatus. *Sen.in Hipp.* Stimulus: Stimulatio: Qui animos attollit hortando:Qui incendit animos,tollit animos dictis, voce,verbis:Qui ſtimulis acuit mentem:Iuuenem facta ad Mauortia flammat:At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen Ignari inſtigant: His vbi turbatas hortatibus impulit aures: Corda virum fouet hortando, reuocatq; vigorem: Turnus Rutulos animis audacibus implet. *Virg.* Dictum hortans. *Stat.3.Theb.* ſic Verba hortantia: Nunc ille hortantibus ardens Sollicitat dictis. *Idem vt ſup.* hortator eſt.

HORTVS.

Ad amœnitatem comparatus locus,ad quem excolendum ab imperij maieſtate Diocletianus Cæſar abiuit,cum Maximiano collega;apud Romanos celebres fuere Horti Salluſtiani ad forum Salluſtij in Quirinali monte, quo in loco nunc Ædes S. Suſannæ crediderim nunc eſſe Ludouiſianos,ſiue Barberinos. Mœcenatis horti in Exquilijs. Antiquiores Semiramidis Horti penſiles, quos inter mundi miracula *Plinius* recenſet *lib.36.cap.19.* Tum Alcinoi horti verſibus Homericis celeberrimi in Phęacia, ſiue Corcyra, in quibus proceræ arbores viſebantur, ſemperq; fructiferæ pomis alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs ſubnaſcentibus, & vt refert *Hom. in 12. odyſſ.* Pyrum in pyro, malumq; in malo ſuecreſcebat,de quibus *Statius:* Vosq; quo numquam vacui prodiſtis ad æthera rami:& *Iuuenalis*... Qualia perpetuus Phęacum Autumnus habebat. Apud Athenienſes Epicuri horti celebrabantur, vbi eius ſchola, quos primus ibidem inſtituit, vndè à *Plinio* hortorum magiſter nuncupatur. Nunc moris eſt, principes omnes quamvis tenues hortos habere ſiue in vrbe, ſiue extrà vrbem amœnitatis cauſſa. Sed Romę potiſſimùm, & Tuſculi, vbi Burgheſiani, & Aldobrandini: Tibure Eſtenſes horti; in Vrbe verò Pontificij, ſiue Quirinales, ſiue Vaticanos viſas;

Pe-

Peretti, & nunc Pamphiliani extrà portam Aureliam ad aquæductus aquæ Alſietinæ. Extrà portam Portuenſem Horti Cæſaris olim fuiſſe creduntur, de quibus ſic *Hor. lib. 1. ſat. 8.* Trans Tiberim longè cubat hic propè Cæſaris hortos; vndè Maximorum familia hucvſque loci illius domina in hortis ianuæ fronte id indicare præſumpſit. In his autem hortis poſt Cæſaris mortem populo Romano ex teſtamento legatis poſteà fuit ædes conſecrata Forti Fortunæ, vt conijcitur ex *Plutarcho*. Et ſiqui tandem alij ſunt in vrbe horti celeberrimi quammaximè præſtant cunctis Phæaciæ, Armidæq; fabuloſis hortis. Priſcorum cultores hortorum celebrantur Heſperides, de quibus V. *ſuo loco*. Cyrus; Superbus Tarquinius, Epicurus, Alcinous, Diocletianus, Maximianus Cæſſ. & alij. Hortorum Deus Priapus creditus fuit. V. *ſuo loco*. Pomona verò Dea.

Pomarium: Pomaria. V. *ſuo loco*. *Mart. 6. 17.* Violaria: Irriguumq; bibant violaria frontem. *Virg. 3. Georg.* Horti propriè à *Cicerone* dicuntur loca arboribus conſita, amœnitatis cauſſa parata. Pæſtanum rus, metaph. *Mart. 6. 60.* Pæſtana arua, fig. *Idem 9. 61.* V. *Paſtum in tit. Lucania*. Hortulus, diminut. Secretus, & cultus ager. *Ouid.* Viridaria. *Mant.* Roſarium. V. *ſuo loco*. Florea rura. *Virg.* Amœna vireta. *Idem 6. Æn.* Cultum ſolum, floribus, herbisq; : Agellus, diminut. compoſitus: Rus breue. *Mart.* Pomiferi colles. *Ouid. 1. Pont. 9.*

Hortus penſilis dicitur, qui altiore ædium loco conſtituitur, de quo periphraſticè ſic *Sen. in Thyeſt. 3.* Nulla culminibus meis impoſita nutat ſilua.

Paradiſus, Græca vox, nempè hortus, ſiue locus deliciarum: Iugera ſepoſiti loci. *Mart. 6. 17.* Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis Sectus humum riuo lene ſonantis aquæ. *Ouid. 2. faſt.* Viretum: In campis per opaca vireta Ludit, &c. Et olentia nactæ Paſcua per flores, & thyma ſumma volant. *Idem 1. de art.* Tantus veris honos, & odoræ gratia Floræ, Tantaq; Pæſtani gloria ruris erat. *Mart. 6. 60.*

Epith. Ferax, fœcundus, irriguus, halans, florens, hilaris, gratus, fertilis, cultus, excultus, pomifer, redolens, amœnus, florifer, floricomus, conſpicuus, cultiſſimus odoratis herbis, nitidis conſitus, refertus, decoratus floribus, exſpirans ſuaues auras, eliciens ſinu dulcia germina, ſuburbanus.

Epith. Vmbroſum, formoſum, patens, herboſum, cultum, excultum, amœnum viretum.

Ruſtica armamenta ad excolendos hortos. V. *ſuo loco*: & adde

Antlia, æ, hauſtrum, ſiuè machina ad hauriendum aquam, & hortos irrigandos, cuius meminit *Mart. 9. 19.* Curua laboratas antlia tollit aquas: Raſtrum. V. *ſuo loco*. Sarculum. *Plin.* Capreolus. *Colum.* ferramentum bicorne, quo commouetur terra à fattiendo, ideſt fodiendo dictum.

Area, locus complanatus in hortis: Quadra, vbi varia ſemina feruntur.

HOSPES, ſpitis.

Hoſpita de fœminis dicitur: Hoſtes olim vſurpatum vocabulum pro hoſpite: Conuiua: Deorum conuiua. *Hor. 1. od. 28.* Hoſpitibus ianua noſtra patet: Noſtris ſuccede penatibus hoſpes.

Epith. Dulcis, gratus, hilaris, lætus, madidus, procax, facetus, auidus, ebrius.

HOSPITALITAS.

Cui Iupiter præeſſe dicebatur, vndè hoſpitalis à veteribus dictus tanta religione, & cultu ab ipſis veneratus, vt piaculum maximum eſſe duceretur hoſpitium violare, vndè antiquis mos fuit dimidiatam teſſeram hoſpitibus dare, quo hoſpites inuicem agnoſcerentur; de qua teſſera meminit *Plautus in Comœdijs*. Hinc Xenia, & munera, quæ hoſpitibus dabantur dicta fuerunt. V. *Iupiter Xenius*, qui & Hoſpitalis interpretatur.

Hoſpitium: Hoſpitij iuſq; fideſq;. *Ouid. 5. met.* Pium officium; *ex eod.* Hoſpitij locus, lex, iura. *Idem 2. Pont. 1.* Hoſpitis officium. *Catull.* Hoſpita terra. *Tib. 5. eleg. lib. 2.* Hoſpita vina iuter. *Val. Flacc. 1. Argon.*

HOSPITIVM.

Locus nempè ad hoſpites recipiendos.

Hoſpitij limina: Socij penates. *Virg. 3. Æn.* Hoſpita tecta. *Prop. 4.* Succede penatibus hoſpes. *Virg. 8. Æn.* Hoſpita tellus. *Ouid. 3. met.* Hoſpitiolum: Domus, quæ comi patet hoſpitalitate. *Mart. 4. 64.* Hoſpita æquora, loca, domus, &c. Hoſpitalis tellus. *Sen. in Oedip.* Hoſpitale cubiculum. *Liuius.* Hypſiphyle nullos poſt illos ſenſit amores, Vt ſemel Æmonio tabuit hoſpitio. *Prop. 1. 15.* vbi hoſpitium vſurpauit pro hoſpite: Alcinoi pij penates. *Mart. 4. 64.* ob Alcinoi pietatem, qui Vlyſſem enatantem benigno hoſpitio excepit; *ex Hom. odyſſ.* Alcinoi domus: Molorchi domus, de quo V. *ſuo loco*. Huic ſacellum conditum fuit à Domitiano propè Herculis fanum.

Hoſpitium verò ſi vulgò vſurpas, Caupona: Diuerſorium: Stabulum: Taberna diuerſoria. *Plaut.* Pandochæum, vox Græca, domus eſt viatoribus mercede patens.

Eſt etiam hoſpitium publicum, quod voce peregrina Xenodochium nonnullis dicitur, de quo alibi.

Epith. Come, dulce, amœnum, benignum.

Necnon & Teucri ſocia ſimul vrbe fruuntur. *Virg.* Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?

Vt

Vt ventum ad ſedes, hæc inquit limina victor Alcides ſubijt hæc illum regia cœpit: Per patris hoſpitium,& menſas, quas aduena adiſti Te precor,&c.Nec Troiam Auſonios gremio excepiſſe pigebit.

HOSTIA.

Dicitur victima, & ſacrificium priſcis, quæ ſi aris admota refugiſſet,ſiue reluctata fuiſſet, ſiue icta mugiſſet,aut non placidè,& rectè cecidiſſet,piaculare ſacrum,ingratumq; cenſebatur. V. *Sen. in Oedip. v.* 335. & *Luc.* 1. *Pharſ.* Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara Taurus, &c. quod Pharſalicæ cladis prodigium fuiſſe canit. *Liuius* quoque factum fuiſſe narrat omen cladis futuræ Flaminio Conſuli, quod eo immolante vitulus ictus è manibus ſacrificantium ſeſe proripuerat, multoſq; circumſtantes cruore reſperſerat. Quod tamen omen aſpernatus fuit Cæſar, cui cùm immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem tamen aduerſus Scipionem, & Iubam non diſtulit, quos etiam ſuperauit, vt inquit *Suet. in Caſ.* 59. Hoſtia igitur ſi aliena eſſet,Deum illum,cui immolabatur, non placabat. Sed quænam hoſtiæ eſſent cuique Deo cędendæ, V. *Sacrificium*. Erat autem hoſtia animalis dicta, nempè cùm ſola anima Deis ſacrabatur. Hoſtia maxima à Romanis Pontificibus dicebatur ouilli pecoris, non ab amplitudine corporis, ſed ab animo, & natura placidiore,vt inquit *Feſtus:* Hoſtia perfecta cum extis inſpectis ex omni viſcere, & membro primitias, parteſq; deſectas farina farris inuolutas in calathis ſacrificanti offerebant: quas Sacerdos aris imponens accenſis igne comburebat. Dicta autem fuit hoſtia,vt innuit *Ouid. in faſt.* ab hoſtibus victis; alij verò variè interpretantur nomen. Prętereà erant hoſtiæ pręcidaneæ, quæ ante ſolemnia ſacrificia pridie mactabantur. V. *Gellium*. Succidaneæ verò hoſtiæ, quę quaſi prioribus iam cæſis luendi piaculi gratia ſubdebantur, & ſuccedebant, ob id ſuccidaneæ pro ſuccedaneæ dictæ, eiuſdem *Gellij* teſtimonio: Eximiæ hoſtiæ,quæ à reliquo grege eximia ſpecie eximebantur: hinc *Virg.* Quattuor eximios pręſtanti corpore tauros,&c. Ambaruales hoſtiæ. V. *Ambarualia*. Alia quoque nomina habebant, quæ nunc referenda non ſunt. Hoſtia ergo ſi maior erat auratis cornibus plerumque immolabatur,vndè canit *Ouidius:* Inductaq; cornibus auro Victima vota facit;& alio loco:Blandis inductæ cornibus aurum Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ. Sin autem minor eſſet hoſtia immolanda illius de fronde coronabatur,cui ſacra fiebant,laneaq; infula,& candida vitta circumdata, ante aras nullo vinculo ligata ſiſtebatur. Duo autem in primis hoſtiarum genera eſſe ſtatuerunt vnum, in quo Deum voluntas per exta diſquirebatur; alterum, in quo ſola anima Deis ſacrificabatur; hoſtiæ verò mactandæ ritus hic plerumque erat. Vinum antequam ſacrificulus ſimpullo circumferret, vt adſtantes pariter libarent,ſitas inter cornua victimæ manu excerptas tamquàm prima libamina in ignem mittebat: Mox victimarius obliquum cultrum ferreum oblongum à fronte ad caudam victimæ ducere, & ſe ad orientem vertere ſolebat, vndè *Virg.* 12. *Æn.* Illi ad ſurgentis conuerſi lumina Solis Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro Summa notant pecudum, pateriſq; altaria libant,&c. Victimam autem ſupra verticem,plerumque infra iugulum feriebant, idq; pro Dei, vel animalis ratione:ſed in ſacrificijs quæ ſequebantur. V. *Sacrificium*.

Victima. V. *ſuo loco*. Sacra:Altaris honores:Liba Deorum:Exta. V. *ſuo loco*. Pecus,& huiuſmodi, ſig. pro ipſa victima,accedente verbo, quo id ſignificetur, vt: Cadit ingens ritè Tonanti, Gradiuoq; pecus.*Stat.* 4. *Theb.* nempè immolantur pecudes Ioui,ac Marti: Munera ſacra: Templis indicit honorem:Aris vota ſoluit:Supplicibus ſupera donis: Annua vota, munera: Annua ſacra:Solemnia dona: Solemnia munera templis: Debita reddere ſanctis focis.

Sacra Dei,Deum:Honor Deorum:Votiuus ſanguis; ex voto hoſtia. *Ouid.epiſt.* 20. Grandia liba. *Idem* 4.*faſt.* Fruges ſacra. *Sen. in Hipp.* ſed ad ſacrificium pertinet, non ad hoſtiam, vel ſi ad hoſtiam, ea, quæ anteà offertur quam mactetur hoſtia, fruges erit: Mola ſalſa. *Idem in Oedip.* qua victimæ aſpergebantur. *Idem in Thyeſt.* V. *ſuo loco.* Ego deſtinatas victimas ſuper his dabo: Cęde votiua focos placaui. *Ibidem.*

Epith. Opima, pinguis, ſacra,infelix,funeſta,placabilis, myſtica.

HOSTIS.

Hoſtilis facies. *Virg.* 3. *Æn.* Facies inuiſa. *Idem* 2. *Æn.* Inuiſus homo: Hoſtilia caſtra: Inimica caſtra. *Idem* 10. Hoſtiles animi,manus. *Ouid.* 2. *faſt.* Inimicus,eſt propriè alienus: Tulimus hoſtilem animum,vultuſq; truces. *Sen.in Oet.* Oppoſitus. *Ouid.epiſt.* 13. Hoſtilis dextra. *Virg.* 10. *Æn.* Agmen hoſtile. *Ouid.* 8. *met.* Turba inimica. *Virg.* 11. *Æn.* Aduerſus.Aduerſantia caſtra:Infeſtus homo:Infenſus. *Ibidem.* Hoſtis ira: Facies inimica: Gens inimica mihi: Hoſtiles turmæ. *Stat.* 2. *Theb.* Inſidię. *Pont.* Contrarius: Arma contraria. *Ouid.* 1. *triſt.* 4. Aduerſa arma. *Ibidem.*

Epith. Infeſtus,impius,ſęuus,barbarus,ferus,cruentus, perfidus, trux, dirus, rixoſus,belliger,infenſus,lethifer,fallax,acerbus,callidus,iniquus, pernicioſus, ſanguinolentus.

HOSTILIS.

Hoſtica turba. *Ouid.3.triſt.*10. Hunc neque dira venena,nec hoſticus auferet enſis. *Hor.1.ſat.9.* Hoſtica tellus. *Ouid.1.Pont.4.* Mœnia hoſtica. *Hor.3.od.2.* Hoſtiles minę. *Mart.6.* animi,acies, &c. V. *Hoſtis*.

HVMANVS.

Comis: Comiter excipitur, ſanguine iunctus erat. *Ouid..faſt.* Vrbanus: Amabilis. *Hor.1.od.5.* Nec ducere ſuſtinet vltra Verba minora. *Idem:* humana. *Ouid.6.met.* Benignus: Viſu facilis,dictuq; affabilis: Placidus,facilis: Semper mitis animus: Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda: Patriæ pietatis imago: Quem natura genuit humanum.

HVMANITAS.

Comitas: Gratia: Venuſtas: Benignitas: Indulgentia. *Ouid.2.de art.*

HVMERI.

Armus,i: Armi,orum;ad belluas pertinet,vt armus ouillus,veruecinus,&c. Scapulæ. *Ouid.* Tollere de ſcapulis, quas leuis aura poteſt. *Mart.6.59.* Dorſum,i: Tergus,oris;& Tergum,i: Nudiq; humeri,nec vulnera terrent. *Virg.11.Æn.* Latos huic haſta per armos Acta tremit. *Ibidem.* Siquando in tergum pulſa receſſit. *Ibidem.*

HVMIDVS.

Vuidus. *Hor.1.od.5.* Vdus: Madidus: Humor. V *inf. figur.* Vliginoſus.

HVMILIS, & HVMILITAS.

Abiectus: Submiſſus: Demiſſus animus.

Humilitas;virtus haud ſatis laudata patribus,quam antiqui ignorabant, eamq; ignobilitatem animi, & obſcuritatem, & abiectionem interpretabantur: Submiſſio animi: Demiſſio: Abiectio.

HVMOR.

Aſpergo,nis. *Ouid.1.met.* Liquor: Aqua. V. *ſuo loco.* Humiditas: Et dulces gelido delibant amne liquores: Nimius imber. *Idem 5.met.* Vapor: Vligo, ginis: Atque pinguis humus, dulciq; vligine lęta. *Virg.2.Georg.* Dulce ſatis humor. *Idem.* Spumeus inq; humeros, & pectora defluit humor: Cum montibus humor liquitur: Latex: Certatim gelidos latices,& lactea mittunt Flumina: Lympharum latices: Nympharum animæ: Naiades;ſunt enim aquarum nymphæ.

Epith. Fluidus, gelidus, riguus, dulcis, vagus, nitidus, vitreus liquor. Tener, nebuloſus, lucidus, lentus, roſcidus, ſparſus,madidus humor. Fontanus, cęruleus, liquens,rorans,amœnus,gelidus latex.

HVMVS.

Pinguis humus,dulciq; vligine lęta. *Virg.2.Georg.* Mihi ferrato verſatur robore pallæ Dulcis humus: Frigora dant rami, varios humus humida flores: Pictaq; florifero germine vernat humus: In graminea ponere corpus humo: Grato ſitiens rore madeſcit humus: Gramineus madidam ceſpes obumbrat humus: Florida ridet humus: Cæruleæ veſtra eſt tradita mater humo: Et teneram ferro ſollicitauit humum: Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores. V. *Terra.*

HVNNI. V. *Pannonia.*

HYACINTHVS.

Puer fuit formoſiſſimus filius Amyclę,qui Amyclas vrbem in Laconia condidit, in qua puer natus, qui cùm ab Apolline ſimul, & Zephyro vento adamaretur, inq; Apollinis amorem magis ipſe inclinaret ob zelotypiam in ſe Zephyrum armauit. Cùm igitur quondam ſe diſci ludo cum Apolline exerceret, Zephyrus vehementius flare cœpit, diſcumq; ab Apolline in aërem coniectum ita repercuſſit in Hyacinthum, vt ipſum interfecerit. Apollo autem ne tàm formoſi pueri memoria periret, ipſum in ſui nominis florem commutauit. V. *infra flos Hyacinthus:* in cuius honorem in ipſa vrbe Amyclarum feſta Hyacinthia celebrabantur. Hinc Apollineæ Amyclæ dicuntur à *Statio 4.Theb.* quòd ipſi etiam ſacra vrbs.

Amyclide, es: Te quoque Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus Triſtia ſi ſpatium, &c. *Ouid.10. met.* Tęnarides: Tęnarius,nempè Lacon à Tęnaro Laconiæ promontorio. *Ibidem.* Oebalide,es: Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta. *Ibidem:* ab Oebalia Laconiæ vrbe: & *Stat.2.ſilu.* Oebalius puer. *Mart.* Tęnarius puer. *Beroald.*

Annua pręlata redeunt Hyacinthia pompa. *Ouid. 10.met.* in Laconia celebrata ſpectacula ob Hyacinthum interfectum, *vt ſupra in hiſt.* De his meminit etiam *Herodotus lib.9.* quòd in ſummo eſſent apud Lacedęmones honore,& nocturnu fierent.

HYACINTHVS Flos.

In quem duos fabulantur poetæ conuerſos Hyacinthum Amycliden, de quo nuper egimus, & Aiacem Telamonium,de quo etiam *ſuo loco* dictum. Florem deſcribit *Ouidius 10. met.* Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas Deſinit eſſe cruor,&c. in quo flore,vt inquit *Plin.21.cap...* ita diſcurrentibus venis Gręcarum litterarum figura gemitum exprimens legitur inſcripta; purpurei coloris eſt,eiuſdemq; formæ, quæ lilijs eſt,ſi credendum *Ouidio* eſt.

Salaminiaci flores; ab Aiace, qui Salamine natus. Oebalij flores,ab Hyacintho Oebalio: Flos Hyacinthius. *Catull.* Atque tuæ pulcre Hyacinthe comæ. *Anger.* Flos natus Amyclis. *Claud.2.de rapt.* Hoc etiam graue erat nulla mercede Hyacinthos Inijcere, & fracto buſta piare cado.

Prop.4.7. nam in funeribus flores adhibebantur pręſertim Hyacinthi,& vnguenta: Oebalides, *vt ſupra in Hyacintho puero*,ſig. Munera ſunt lauri, atque ſuaue rubens Hyacinthus. *Virg.* Rubefactaq; ſanguine tellus Purpureum viridi genuit de ceſpite florem, Qui prius Oebalio fuit de vulnere natus.

Epith. Purpureus, blandus, roſeus, mollis, florens, candidus,tener,pulcher,dulcis,rubens.

HYACINTHVS.

Eſt pariter gemma,in qua fulgor violaceus dilutus eſt,vt author eſt *Plinius in vltimo:* & ab Hyacintho Hyacinthinus color appellatur aërius; vndè *in Exodo* ſcriptum legimus, Pelles Hyacinthinas à colore: & velum ex Hyacinthino croco, byſſo, purpuraq; contextum adhibebatur ad myſtica Iudæorum ſacra accommodatum; in quo Hyacinthus aëri deputabatur, ſicut crocus ætheri, byſſus terræ,purpura mari,& ita ad quatuor elementa colores in velo quatuor referebantur, vt docent *Ioſephus in 6. de Captiuit. Iudaorum*, & *D. Hieronymus in epiſt. ad Fabiolam de veſte Sacerdotali*.

Veſtis hyacinthina. *Mart.* Gemma hyacinthina, Hyacinthinus color, fulgor. Hyacinthinus ignis.

HYADES.

Sunt ſtellæ in Tauri fronte collocatæ à pluendo dictæ,quòd ortu,& occaſu pluuias inducunt. Has noſtræ femellæ Gallinulas appellant. Has *Pherecydes Athenienſis* Bacchi nutrices eſſe ait,haſq; pariter nymphas Dodonidas appellatas. Harum nomina apud *eumdem* Ambroſia, Coronis, Eudora, Dione, Æſyle, Polyxo, Thiene; vel ſecundùm *Heſiodum*. Phæſyle,Clea,Phęo,Endora,Coronis. Hæ dicuntur à Lycurgo fugatæ, & pręter Ambroſiam omnes ad Tethyn profugiſſe, vt ait *Aſclepiades*. A Græcis autem dictæ Pleiades à Pleione Atlantis vxore;& Atlantiades à patre: Hyades verò à fratre Hyante, quem inter venandum à leone interfectum implacabili luctu deplorantes, in cęlum tranſlatæ ſunt. Harum nomina ex Atlante genitarum Electra, ex qua Iupiter Dardanum; Maia,ex qua idem Mercurium; Taygeta, ex qua Lacedæmona procreauit; Alcyone, ex qua Neptunus Irea; Cęleno, ex qua Lycum,& Nyctea ſuſcepit filios; Sterope,ex qua Mars Oenomaum Elidis Regem ſuſcepit; Merope vltima,quæ Siſypho nupſit,quæ, vt *Hyginus* ait, conſpici erubeſcit, quòd mortalem virum acceperit,cùm cęteræ ſorores Deos maritos habuerint;& ob hanc rem de choro ſororum expulſa męrens crinem ſolutum gerit,qui cometes appellatur, ſiue Lonchodes, quia in longitudinem producitur, ſiue Xiphias, quòd gladij mucronis effigiem proferat. Hæc autem ſtella luctum portendit. Lege *eumdem Hyginum in Tauro:* & *Ouid. in 4.* & *5.faſt.* cum qua etiam Martem concubuiſſe aliquando *idem Ouidius* eſt author.

Septem flammæ: Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis. *Ouid.5.faſt.* Occaſus Maiæ. *Virg.1. Georg.* Neptes Tethyos,Oceaniq;. *Ouid.5.faſt.* Atlantides. *Virg.1. Georg.* & *Sen. in Herc. fur.* Succolæ,ſiue Suculę. Lege *Gellium lib.13.cap.9.* Pleiades,& Pleias, num.ſing. Pleiadum greges. *Sen. in Med.* Minæ. *Ouid.2.Pont.7.* Signa. *Idem 1.Pont.6.* Chorus. *Hor.4.od.14.*

Vergiliæ, ita dictæ, quòd circa æquinoctium vernum matutino tempore oriantur: Steropis agmen. *Ouid.in faſt.* Lenis plantis, & lamoada quaſſans Progenies Atlantis agit. *Val.Flacc.1. Arg.* Steropes ſidus. *Ouid.1. triſt.10.* ſic Electræ, Taygetæ ſidus, ac cæterarum. V. *Taygete*.

Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus. *Prop.3.eleg.4.* Atlantiades ſorores. *Sil.Ital.16.* Pleiadum ſidus glomerabile. *Manil.4.* Pleiones,ſiue Pleionis, ſiue Pleione ſatæ. Hinc ſata Pleione cum cęlifero Atlante Iungitur vt fama eſt, Pleiadaſq; parit. *Ouid.5.faſt.*

Epith. Imbriferæ, lucidæ, nubilæ,aquoſæ,madidæ, triſtes, pluuiæ,vernæ,Atlanteæ,Eoæ,triſtes,ſerenæ,nimboſæ.

HYBLA.

Ciuitas, & mons Siciliæ, thymi, & ſalicum copia abundans,à quo apes Hyblęę nuncupantur,quòd ibi plurimæ ſint,vndè mel Hybleum cum Attico certat.

Non quiſquam fruitur veris odoribus Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos ſi fronti caueat, ſi timeat rubos Armat ſpina roſas, Mella tegunt apes. *Claud. in Nuptijs Honorij.* Montes Hyblæ:Hyblęis vox mixta fauis. *Stat.2.ſilu.1.* Sicaniæ apes. *Mart.* illas intelligit,quæ in Hybla monte paſcuntur, 2.46.

HYDRA.

Serpens in Lernæa palude, quem ſeptem habuiſſe capita fingunt, ſiue centum, hac tamen viuacitate, vt vno reciſo capite, alia ſeptem indè ſubnaſcerentur, quem igni Hercules domuiſſe dicitur apud Lernam paludem in Argia,Iolao Iphicli filio opem ferente,qui candenti ferro cruorem reſtinguebat, cohibebatq; ne alia indè capita pullularent. Dicta eſt alio nomine Exectra, vt docet *Seruius*, quòd vno capite cæſo tria ſuccreſcebant, & ita à *Plauto in Perſa* nuncupatur.

Lernæas pugnet ad Hydras. *Prop.2.eleg.24.* quòd multis capitibus erat formidoloſa:Bellua Lernę. *Virg.6.Æn.* quam *Heſiodus* ex Typhœone, & Echydna Nympha prognatam canit, & à Iunone educatam in Herculis odium, quam tamen

Digitized by Google

ipſe confecit: & *Mart.5.66.* Anguis Lernæus. *Virg.8.Æn.* Peſtis Lernæa, quòd propriè apud lacum illum cùm ſordes plurimæ comportarentur, nebulæ exhalabant valetudini infenſæ, quam exſiccauit, ſiue expurgauit Hercules.

Echidna. *Ouid.4.met.* Latinè viperam interpretamur: Quæq; redundabat fœcundo vulnere ſerpens. *Idem epiſt.9.* Iræ ſeptemplicis Hydræ. *Mant.* ſunt autem qui centum illi capita, ſiue octo, ſiue ſeptem tribuant, inter quæ vnum immortale: Aut impacatæ deterruit incola Lernæ. *Pont.* Olim Lernę defenſus ab angue Arcas. *Val. Flacc.1.* Morte fœcundum domuit draconem. *Sen.in Agam.* Numquid cruore es genita Lernęę feræ. *Idem in Herc.Oet.* Aut centum anguibus Vallatus Hydram tabe pauiſſem mea. *Ibidem.* Sæua Lernæ monſtra numeroſum malum. *Idem in Herc.fur.* Serpentis colla feroci Cęlo fera reſecata manu. *Ibidem.* Lernæus labos. *Ibidem.* Hinc Herculeo ſignata vapore Lernæi ſtagna atra vadi, &c. *Stat.1.Theb.* Cærula cùm rubuit Lernæo ſanguine Dirce. *Ibidem.* Arcadium venenum. *Val.Flacc.1.Arg.* à Lerna inter Argiam, & Arcadiam palude: Arcadio flammata veneno tela puer, &c.

HYDROPICVS.

Si nolis ſanus, cures hydropicus, & ni Poſces ante diem, &c. *Hor. in epiſt.* Hydrops, maſc.gen. eſt aqua intercus. *Idem 2.2.* Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda. *Ouid.2.faſt.* Perq; cutem largus totam diffunditur humor. *Pictorius.* Hinc

HYDROPISIS.

Humorum effuſio inter peritonæum, & inteſtina, vndè ſitis procedit.

Hydrops. *Hor.2.od.2.* Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi Fugerit venis, & aquoſus albo Corpore languor: Aqua intercus. *Cic.* Aquoſus humor. *Aurelian.* Veternum; *Seruius* ait eſſe aquam intercutem: Sed morbus egens iam gurgite plenis Viſceribus ſibi poſcit aquas. *Luc.4.* Nec formidatis auxiliatur aquis. *Ouid.1.Pont.4.*

Aſcites, hydropis ſpecies cum ſolo ventre diſtento in morem vtris venter percuſſus reſonat. Anaſarcha autem qui toto corpore diffuſus eſt hydrops.

Tympanites. *Celſ.* Aqua intercus ſicca. *Hip.* Extans inflatio ventris intenti, & ad percuſſum palmæ reſonantis in modum tympani: Et aquoſus albo corpore languor. *Hor.2.2.*

HYDRVS.

Genus angnium in aqua viuens nullis ſerpentium veneno inferius, vt *Plinius* ait *29.cap.4.* ſunt & qui natricem appellant, quòd aquis innatet, & Cherſydrus dicitur, teſte *Aëtio lib.13.cap.35.* Natrix, natrix, Coluber, Hydrus eiuſdem erunt appellationis: Hydra, fœm. gen. ſig. *V. ſup.* Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros. *Ouid.4.met.*

Epith. Sæuus, Gorgoneus, rabidus, Libycus, turpis, niger, Cadmæus, immanis.

HYDRVS, Hydruntis.

Regio Salentinorum, quæ & Iapygia, Meſſapia, itemq; Calabria dicitur, nunc ab Hydrunte metropoli, Terra Hydruntina, vulgò *Terra d'Otrãto*, ſalubertima, & fertiliſſima regio, quæ à meridie Tarentum, & mare vſque promontorium Salentinum; ab oriente idem promontorium cum mari Ionio, quod etiam Adriatico à ſeptentrione Brunduſium vſque, à qua occidentem reſpicit Apulia Peucetia cum magnæ Græciæ portione illi adiacet, in qua

Vrbes:

Hydrus, untis. *Pomp.Mel.* Hydruntum, i. vetuſtiſſima vrbs, quæ clementiſſimo potitur cęlo, cuiq; pręter portum ſatis capacem (Aquilone ſtante non ſatis tutum) eſt arx in ſaxo, quod mari imminet, tutiſſima opus Alphonſi II. Ager illi amęnus, & fertilis; & hæc totius regionis caput: Hydrunti rura.

Gallipolis, ſiue Callipolis, quaſi pulcra vrbs, munitiſſimum habet natura ſitum, ſcopulo enim inſidet, ſeu inſulæ modicæ, quæ mari vndique cingitur, continenti ponte adhęrens ſaxis ingentibus fulto.

Caſtrum; mercatoribus ob oleum coemendum frequentata: Brunduſium. *V. ſuo loco.* Oria, ciuitas in colle Tarentum ſpectans.

Aletium. *Ptol.* Salentinorum hodie primaria, vulgò *Leccie.* Vxentum: Campium, opp. Salices, opp. *V. Calabria:* & alia oppidula.

HYLAS.

Thiodamantis filius inſigni pulcritudine, quem rapuit Hercules, ſecumq; abduxit in Colchicam expeditionem; Cùmq; in Myſiam, ſiue Bithyniam perueniſſent Argonautæ, Hylas egreſſus eſt aquatum, & cùm ad fontem perueniſſet adamatus eſt à Nymphis, raptuſq; quem cùm quærere vellet Hercules, ab Argonautis in Myſia relictus fuit. *Valerius* autem *Flaccus in Argon.3.* ceruũ fuiſſe à Iunone immiſſum fabulatur, quem cùm auidius inſectatur Hylas, peruenit ad fontem, in quo dum vult corpus plenum ſudoris abluere raptus fuit à Nympha Dryope; quem cùm Hercules magna voce inclamans Hylam quæreret, mos remanſit apud incolas ſolemni tripudiatione Hylam clamandi ad Herculis imitationem, vndè *Virgilius:* Vt littus Hyla, Hyla, omne ſonaret.

Quantum non clamatus Hylas. *Stat.1.ſilu.2.* Herculeus alumnus. *Idem ſilu.5.* Thiodamantæus: Thio-

Thiodamantæo proximus ardor Hylæ. *Prop.* 1.20. *ibi multa de raptu Hyla*. Thiodamante genitus.

Herculi magno puer ereptus. *Sen. in Med.* narrant enim; Cùm Hercules perueniſſet ad Dryopiam, cuius prouinciolæ incolæ rapinis, ac latrocinijs vehementer erant dediti, Hylum, ſiue Hyllum filiolum, quem ſecum ferebat, eſurire incepiſſe, cùm verò Lycas pędagogus procul eſſet, puerođ; alimenta prębere non poſſet, à Thiodamante, in quem inciderat, Hercules pauxillum cibi petijt, quem illo negante, commotus Hercules abreptum, interfectumque vnum è bobus ipſius cùm ſacrificaſſet epulari cœpit. Currit properè in Dryopum vrbem Thiodamas, euocatosq; ciues aduersùs Herculem educit, qui vt ſe ab illius populi furore defenderet, vxorem quoque armare coactus fuit; tandem ſuperior effectus, Thiodamante interfecto, filium eius Hylam abduxit; *ex Callimacho, & Apollonio*. Alij dicunt in Aſcanium flunium decidiſſe Hylan cùm aquatum iſſet, vndè *Prop.* 1.20. Crudelis Minyjs dixerit Aſcanius: At comes inuicti iuuenis proceſſerat vltra Raram ſepoſiti quærere fontis aquam. *Ibidem* Prolapſum leuiter facili traxere liquore, Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas. *Ibidem*.

HYMEN, & HYMENEVS.

Liberi, & Veneris filius à nonnullis dicitur, alij ex Vrania Muſa progenitum perhibent, qui primus certas nuptias inſtituerit, & ob huiuſmodi meritum nuptialem vocem hanc factam apud Græcos, ſicuti apud Romanos nuptiarum Deus Thalaſſio vocitabatur. Alij verò hunc puerum Athenienſem aiunt fuiſſe, qui cùm annos puerilis ætatis excederet, neque adhuc virum poſſet implere, ea pulcritudine prĕditus fuiſſe dicitur, vt fœminam mentiretur. Quem cùm vna ex ciuibus ſuis virgo nobilis adamaſſet, ipſe mediocribus ortus parentibus, quia nuptias deſperabat, quoad poterat tamen puellam extrema amoris linea diligens, ſe ſolo illius ſatiabat aſpectu. Cùmq; nobiles fœminæ cum virginibus ſacra Cereris Eleuſinæ celebrarent ſubito aduentu piratarum raptæ ſunt, inter quas etiam Hymeneus, qui illuc amatam fuerat proſecutus, creditus illis fœmina. Cùm igitur per longinqua maria prędam piratæ vexiſſent, ad quamdam regionem tandem deuoluti perueniunt, ibiq; ſomno oppreſſi ab inſequentibus ſunt interempti. Hymeneus relictis ibi virginibus reuerſus Athenas pactus eſt à ciuibus dilectę nuptias, ſi eis filias eorum reſtituiſſet, quas vbi pro voto reſtituit, exoptatam accepit vxorem. Quod coniugium quia felix fuerat, placuit Athenienſibus nomen nuptijs Hymenei miſcere. Alij verò dictum volunt à membrana quadam, quæ clauſtrum eſt virginitatis, vt *Donatus* vult. Hunc igitur in nuptijs inuocare cœperunt veteres, vel quòd ipſe iuuenis in ipſo nuptiarum die interierit; vndè poſteà inſtitutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptijs; vel quòd inter ſæuiſſima piratarum bella virgines liberauerit, quam ob cauſſam nubentes eum inuocabant, teſte *Plutarcho*. Habitum Hymenei deſcribit *Ouid.* 10. *met.* Indè per immenſum croceo velatus amictu Æthera digreditur, Ciconumq; Hymeneus ad oras Tendit, & Orpheia nequicquam voce vocatur: & *Catull. in epith.* Huc veni niueo gerens Luteum pede ſoccum; Soccus autem luteus erat nouis maritis, quem pedibus induebant, vndè *Sen. in Hipp.* Crura diſtincto religauit auro Luteo plantas cohibente ſocco. Porrò ad Hymeneum ſpectabat in felicibus nuptijs ignem nuptialem extinguere, ſponſum, & ſponſam in thalamos vocare: quod niſi ab illo extingueretur, ſed ab alio, omen infelix exiſtimabatur. Hinc Hymenæa ſacra nuptialia dicta ſunt. Hymenæa canunt, dixit *Ouid.* Pingebatur Hymeneus, vt ex *Catullo* colligitur, coronatus floribus, & amaraco, dextra facem tenens, ſiniſtra flammeum, in pedibus croceos ſoccos, ſiue luteos habens.

Coniugator amoris. *Catull.* Cui mollia curæ Coniugia. *Pont.* Et tu, qui facibus legitimis ades Noctem diſcutiens auſpice dextera Huic incede gradu marcidus ebrio Prœcingens roſeo tempora vinculo. *Sen. in Med.* Candida thyrſigeri proles genetoſa Lyæi. *Ibidem*. Filius Bacchi: Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemq; Prœfecit thalamis, nullum iunxiſſe cubile, Hoc ſine nec primas fas eſt attollere tędas. *Catull. in epith.* V. *plura*. Puer Atticus; *ex Hiſt.* Vraniæ genus. *Catull.*

Calliopes, Apollinisq; filius. *Aſclepiad.* Tu quem pſallentem thalamis, quem matre camœna Progenitum perhibent copula ſacra Deum. *Martianus Cap.* Bacchi, Veneriſq; ſatus.

Pro nuptijs ſumitur. V. *Nuptia*.

Pro carmine nuptiali, V. *Senec. in Med. act.* 1. *in principio*. Deus coniugalis: Deus nuptialis. *Ibidem*. Irreſolubilibus iungens corpora vinclis: Aſſuit & ſertis tempora v nctus Hymen: Turpia formoſus corpora iungit Hymen: Lętus vt ad thalamos carmina pangit hymen: Iunxit honeſtus hymen tędis illuſtribus omnes.

Epith. Dulcis, mollis, ſuauis, formoſus, pulcher, floricomus, blandus, tędifer, feſtus, redimitus tempora ſertis.

HYMETTVS.

Mons in Attica marmore clarus, vt & thymo, & melle celebrior, ſcribitur etiam Hymetus.

Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti. *Ouid.7. met.* Hymettia Sole Cera remolleſcit. *Idem 10.met.* Florea iuga Hymetti. *Val.Flacc. 5.* Hymettia littora. *Virg.7.Æn.* quamuis eo loco vſurpet poeta pro loco mellis pleno: Hymettia mella. *Hor.2.ſerm.* Colles florentis Hymetti. *Ouid.3. de art.* Rupes dulcis Hymetti. *Sen.in Hipp.* Mons Cecropius: Et quæ Cecropio monte vagantur apes. *Mart.6.34.* Paſcat & Hybla meas, paſcat Hymettos apes. *Idem 7.* Cecropium mel. *Idem 13,24.* Faui Cecropij. *Ibidem 105.*

HYMNVS. V. *Cantus*.

HYPERBOREI.

Sunt populi, qui, vt inquit *Feſtus*, ſupra Aquilonis flatum habitare dicebantur. Sed cùm varia, ac diuerſa ſit veterum ſententia quo loco hi verè ſint, nos Hyperboreos nuncupamus populos ad ſeptentrionem plagam accolas, nempè Noruegos, Gothos, Suecos, & huiuſmodi. De his conſule ex veteribus *Pomp. Mel. Plinium, & alios:* ex recentioribus verò *Coſmographos* de Noruegia, Gothia, & Suecia tractantes.

Hyperboreus Eurus: Hyperboreæ niues: Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta trioni Gens effrena virum, &c. *Virg.3.Georg.*

HYPERION, nis.

Cęli filius, qui ex Thia ſorore, vt ſcribit *Heſiodus*, vel vt *Homerus in Hymnis*, ex Euryanaſſa tres filios genuit, Solem, & Lunam, & Auroram; alij non Cęli, ſed Titanis filium ſcribunt, vndè Titania Luna dicitur, & Titan ipſe Sol, qui etiam patris nomen habet apud poetas; vndè *Ouid.8.met.* Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo.

Solis pater. V. *Sol*: nam pro Sole ſæpè vſurpatur. Sed placet fabulam de Hyperione ſubſcribere. Titea vna ex Cęli vxoribus fuit, quæ poſt obitum in Deorum numerum relata Tellus cognominata eſt, duas habuit filias pręter filios, Baſilian, ſiue Reginam, & Rheam, ſiue Pandoram. Baſilia annis, prudentia, & virtute pręſtantior fratres in matris gratiam educauit, ideòq; magna mater appellata eſt: hæc patre defuncto, fa-ctoq; Deo de fratrum conſenſu regnum adminiſtrauit nulli adhuc nupta, ſed cùm liberos ſuſcipere cuperet, Hyperionem fratrem virum accepit, ex quo filios peperit Solem, & Lunam, quorum formã, prudentiamq; admirantibus omnibus, tradunt reliquos fratres prolis inuidia actos, veritoſq; ne aliquando imperium ad Hyperiona veniret, ſceleſto excogitato facinore, fratrẽ communi conſilio obtruncaſſe, Solem adhuc puerum in Eridanum proiectum, ſuffocatumq; qua re euulgata Luna pręter modum fratrem diligens ex tecto ſe pręcipitem dedit. Matri quæreixi iuxtà flumen corpus Sol apparuit, conſolatuſq; eſt: quæ deindè quatiens cymbala per vrbem, in dè fulminibus iactis è cęlo, illa rapta fuit, materque Deum vocitata, Sol, & Luna inter ſidera maiora collocata. Sed hactenus de rebus anilibus.

HYPERMNESTRA.

Danai filia, quæ cùm Lino, ſiue Lyncæo patrueli nupſiſſet, iuſſa cum cęteris ſororibus virum ſuum interficere, illi, innocentiam miſerata, pepercit. Sed cùm pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexiſſet, pręterquam ab Hypermneſtra eam crudeliſſimè vinctam, in carcere ſeruandam tradidit, vndè ad virum ſcripſit epiſtolam, quæ eſt 14. *inter Heroidas Ouidij*: re ſignificata; quæ à viro deindè, Danao trucidato, liberata fuit. V. *Danaum ſuperiùs.*

Danai filia: Lyncei coniux, ſiue Lini: Mittit Hypermneſtra de tot modo fratribus vni. *Ouid. epiſt. 14.* Belis, dis. p.breu. à Belo auo: Danais, dis: Danaides. *Sen. in Herc.fur.*

HYPOCAVSTVM.

Latinè vaporarium, quo vtuntur hiberno tempore Germani ad ædes calefaciendas: Tenuem voluunt hypocauſta vaporem. *Stat.1 ſilu.5.*

Ædes caloris mater: Aridus vapor. *Mart.6.42.* *Stufa ſecca.* Caminus. V. *Focus, & huiuſmodi.* Laconicum. *Colum.* Sudatorium. *Sen.Phil.* hinc *Mart.6.42.* Ritus ſi placeant tibi Laconum; nempè ſicca cella ſudare.

HYPOCRISIS.

Studium laudis: Ficta religio: Ambitio: Menſq; inter ſordes ambitione tumet. *Pictor.* Ficto ſimulans pia pectora vultu: Laudis amor vanus. *Idem.* Ficta probitas. *Idem.*

Epith. Fallax, mendax, ſplendens, ſpecioſa, figens lumina terræ.

HYPOCRITA.

Fucatus, mendax: Deludens hominum mentes: Fucato qui decipit ore: Nequitiamq; tegens vultu: Aſtutamq; gerens ſub pectore vulpem: Vulpes relligioſa: Relligio vulpina, lupina: Lupus anachoreta: Verba tamen blandis fundebat ſubdola linguis, Ore pij, mendace animo.

HYPSIPHYLE.

Quæ & Hypſipyle ſcribitur in inſula Lemno nata Thoantis filia. Hęc cùm reliquę mulieres communi cõcilio vna nocte viros interemiſſent ſuos ſub falſa mortis ſimulatione patrem ſaluauit; inſulæ imperio occupato, qua regnante illac proficiſcens Iaſon cum reliquis Argonautis, qui ex Pagaſo Theſſaliæ ſinu ſoluerant, ad inſulam appulit, benignèq; ab Hypſipyle non tàm hoſpitio, quàm lecto exceptus eſt. Verùm iam duobus annis peractis, orantibus ſocijs, & exigente tempore, vt expeditionem illam perficerent, illam prægnantem reliquit Iaſon, ad quem Medeæ ama-

Digitized by Google

amoribus implicitum Hypſipyle ſcripſit epiſtolam, quæ 6. *eſt in Ouidio*. Verùm cùm gemellos duos peperiſſet ob pietatem, quam patri pręſtiterat è Lemno à reliquis fœminis eiecta à piratis capta, Lycurgo Thraciæ Regi vendita fuit, quæ nutrix deſtinata filio Regis Archemoro cum quibuſdam Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiſcentibus fontem oſtenſura humi locaſſet puerum, à ſerpente morſus interijt: quæ cùm raperetur à Rege ad ſupplicium ab Adraſto, ceteriſq; Argiuis defenſa fuit. V. *Archemorus*.

Thoantis, dos. *Stat. 5. Theb.* Thoantias, dis: Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro. *Ouid. epiſt. 6.* Hypſipyle miſſa digna ſalute fui. *Ibidem*. Lemnias, dis. *Stat. 5. Theb.* à regno patris: Lemnia puella, quæ in Lemno regnabat: Lemni Regina: Iaſonis vxor, ſiue pellex: Æſonidæ coniux. *Ouid. epiſt. 6.* Cui regia Lemnos erat. *Ibidem*. En ego Minoo nata Thoante feror: Bacchus auus, Bacchi coniux redimita corona Pręradiat ſtellis ſigna minora ſuis. *Ibidem*.

HYRCANIA. V. *Hircania*.

I

IACCHVS.

Sic etiam nuncupatus Bacchus à vociferatione ebriorum, & pro vino ſumitur à *Virgilio in eclog.* Inflatum heſterno venas vt ſemper Iaccho.

Comes Ogygio venit Iaccho. *Sen. in Oedip.* Iacchus Myſticus: Et Myſtica vannus Iacchi. *Virg. 1. Georg.* V. *Bacchus*.

IACENS.

Recliuis: Incumbens: Diſcumbens, recumbens: Accubans: Accumbens toris: Fuſus humi: Qui ſtrato diſcumbit: Reuolutus arena, humi, &c. Paſſim vino, ſomnoq; per herbam Corpora fuſa iacent: Corpus in gramine poſitum: Totoq; ingens extenſus in antro; *ex Virg. 6.* Stratiſq; relictis incubat: Nunc viridi membra ſub arbuto ſtratus. *Hor. 1. 1.* Madida reſupinus arena Calcitrat: Opaca fuſus in herba: Feſſa reſedit humo: Laſſa quieuit humo: Inter ſe proſtrati in gramine molli: Sæpè ſuper ſtramen, fœnoq; iacentibus alto Depreſſa eſt humili cana pruina caſa.

S. IACOBVS.

Qui maior ad alterius differentiam cognominatur filius Zebedei ex Maria Salome, fraterq; Ioannis Euangeliſtæ in Cana Galileæ natus eſt. Hic inter primos Apoſtolos vocatus cum fratre relictis patre, ac retibus ſecutus eſt Dominum, & ambo ab ipſo Ieſu Boanerges, ideſt tonitrui filij

ſunt appellati. Dilectus fuit inter cęteros, ſimulq; cum fratre, & Petro teſtis fuit non transfigurationis tantùm, ſed multarum rerum admirandarum; ad quas relictis alijs ſeligebãtur. Poſt Ieſu Chriſti aſcenſum in Cęlum in Iudæa, & Samaria eius diuinitatem prędicans, plurimos ad Chriſtum conuertit, idemq; in Hiſpaniam profectus, fecit; tum Ieroſolymam reuerſus, cùm Chriſti fidem publicè diuulgaret, ab Herode Agrippa iuſſus fuit comprehendi, & capite plecti. Corpus eius poſteà Compoſtellam tranſlatum ſumma ibidem veneratione non modò à finitimis, ſed à longinquis populis eò peregrinationis cauſſa confluentibus colitur. In foro autem, quod rebus venalibus deſtinatum erat Ieroſolymis, vbi D. Apoſtolus capite plexus fuerat, inſigne templum fuit erectum, quod Iacobitæ Armeni dicunt adhuc incolere.

Boanerges: Tonitrui filius: Ioannis Euangeliſtę germanus, frater: Zebedeides: Salomeius Heros, à matre Salome: Hiſpaniæ, ſiue Heſperiæ Apoſtolus: Occiduæ decus Heſperiæ: Gloria, lumen Heſperię: Et gentis lumen Iberæ: Qui Chriſtum primus duris detexit Iberis: Hiſpaniæ pater, author Eccleſiæ.

S. IACOBVS.

Qui minor Alphei ex Maria Cleophæ filius, frater Simonis Apoſtoli, Thadæi, ac Ioſephi Iuſti cognomine, à Chriſto cum reliquis ad Apoſtolatum vocatus miræ ſanctitatis vir fuit, & continentiæ; quamobrem poſt Spiritum Sanctum ſuſceptum Epiſcopus Ieroſolymitanus pręficitur, vtq; ab ineunte ætate vinum, ſiceramq; non biberat, carne abſtinuit, reliquiſq; ieiunij macerationibus ſe caſtigare non deſtitit. Cuius ſanctimoniæ cauſſa illi vni Sancta Sanctorum ingredi licebat, cuius veſtimenti fimbriam certatim infirmi cupiebant attingere, vt ſanarentur. Denique nonaginta ſex annos natus, cùm triginta annis illi pręfuiſſet Eccleſiæ Chriſtum iugiter Iudęis prędicans lapidibus primùm appetitur, mox in altiſſimum templi locum adductus, indè pręcipitatus eſt: ſed fractis cruribus cùm ſemiuiuus pro perſecutoribus obſecraret capite fullonis fuſte percuſſo, interijt ſeptimo Neronis anno, & iuxtà templum, vndè fuerat datus pręceps, ſepultus eſt, cùm epiſtolam anteà ſcripſiſſet, quæ inter Catholicas eſt, eius poſteà reliquijs Romam tranſlatis, & in baſilica Sanctorum Apoſtolorum conditis.

Alpheus Iacobus: Alpheides: Alpheius Antiſtes: Primus Solymorum paſtor, pręſul. Cleophæ nepos.

IACTVRA. V. *Damnum*.

IACVLATOR.

Inſignis iaculo, & longè fallente ſagitta. *Virg. 10. Æn.*

Æn. Iaculo celer. *Idem 9.* Iaculo pręſtans, potens, potior, melior: Sagittifer: Et arcus flectere qui ſoleat. *Ouid.4.met.* Sagittarius: Vibrans ſpicula. Qui ſolet excuſſum iaculo vibrare lacerto, Fulmineiſq; manum iaculis armatus, & ira.

IACVLVM.

Telum: Spiculum: Arundo: Et modò lęue manu iaculum, modò ſumpſerat arcum: In iuuenem torſit iaculum: Iaculo incedit melior, leuibuſq; ſagittis: Iaculum intorquens emittit in auras Coniecto ſternit iaculo: Ille quidem iaculo quamvis diſtantia miſſo Figere doctus erat, ſed tendere doctior arcus.

Gellius autem nomina quædam iaculorum recenſet, quorum nonnulla *ſuperiùs* diximus. V. *Haſta*.

Epith. Volans, ſtridens, velox, tremulum, lethale, volucre, leue.

IAMBVS.

Carminis genus, de quo alibi ſcripſimus, ita dictus à Iamba puero, qui à Cerere in ſtellionem fuit conuerſus, vt affirmat *Diomedes:* vel à Iambe ancilla Metaniræ Neptuni filiæ Hippothoontis vxoris, quum Cererem ab hera hoſpitio ſuſceptam mœrentem cerneret, quæ ridiculos quoſdam verſus meditata vt Cererem exhilararet, cecinit, qui Iambicis numeris conditi fuere. Sunt qui ab Archiloco Iambos inuentos putent: vtvt eſt in mœſtis plerumque argumentis adhibentur, & in maledictis; à maledicendo enim dictus eſt quoq; iambus.

Pugnacis carmen Iambi: Lycambeæ procellæ: Archilochi verſus: Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus, Seu celer extremum, ſeu trahat ille pedem. *Ouid.1.de remed.* Mordax carmen: Non ego mordaci diſtrinxi carmine quemquam. *Idem 2.triſt.* Siqua Lycambæo ſanguine tela madent. *Mart.7.* V. *Archilocus.*

IANICVLVS.

Mons in Vrbe, quem ita dictum *Sext.Pomp.* ait, quòd per eum, tamquàm per ianuam pop. Romanus primitùs tranſierit in agrum Etruſcum. Alij ſic appellatum ſcribunt à vetuſtiſſimo oppido, quod Ianus ibidem condidit, vel ab ipſo Iano, qui in eodem monte habitauit. Hodie à flauis arenis Mons aureus nominatur, celebriſq; paſſione Petri Apoſtolorum principis, qui ibidem ſuo fuſo ſanguine, veræ fidei fundamenta iecit; vbi etiam ſolemni colitur templo, & pop. Romani frequentatione. Verùm hæc hiſtoria paſſim recepta apud eruditos minus probatur. Immò D. Petrum, vbi ſepultus eſt, ibidem paſſum fuiſſe non pauci, qui hac de re doctiſſimè ſcripſerunt, conſtanter affirmant. V. *Seueranum de ſeptem Eccleſijs, relataſq; ab eo ſuper hoc lucubrationes Ferdinandi Caroli.* Ex hoc monte propter altitudinem Roma maximè conſpicua eſt; infrequentior tamen olim erat ob aëris grauitatem, vt teſtatur *Martialis:* nunc autem frequentior factus ex accolarum domicilijs pręſertim qua ad ſeptentrionem tendit. Celebris olim fuit Numæ Romanorum regis, Statijq; Cecilij poetæ ſepulcris. In quem montem aliquando plebem ſeceſſiſſe, & à Quinto Hortenſio Dictatore reuocatam ſcribunt *Liuius*, *& Plinius 16.* in eodem monte Tuſcorum Rex Porſenna caſtra habuit. Ibidem nunc Porta Aurelia eſt, quæ Ianicularis olim, qua ad D. Pancratij itur ædem, & ab eo nomen habet (priſcis relictis) Pancratiana, cuius ſæpè meminit *Procopius de bello Gothico.* Aliam verò huius nominis habebis originem in voce *Ianus*; à quo denominatum fuiſſe ex veteribus (vt diximus) nonnulli autumant.

Mons aureus: Tibridis Iani collis. *Mant.* quod illi imminet: Ianiculi iugum. *Mart.6.64. quem* lege: Ianiculi æſculeta; nam priſcis temporibus in Ianiculo æſculetum fuit, vt ſcribit *Plinius*, ſicuti paſcua in Palatino, Dumetum in Capitolio, Vimina, fagiq; in Exquilijs, Quirinali, & Viminali; quercetum in Cęlio, lauretum in Auentino, ilicetum in Vaticano. Ianiculi rupes, culmen, &c. Hanc Ianus pater condidit vrbem. *Virg.8.Æn.* Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. *Ibidem.*

IANITOR.

Portæ cuſtos. *Virg.9.Æn.* Qui fores aperit, clauditq; Clauiger, qui claues habet ad aperiendum, geritq;: Ianitrix, cis; fœmina, quæ portam, ſiue oſtium cuſtodit: Qui fores obſeruat: Te Ianitor Orci Oſſa ſuper recubans. *Idem 8.Æn.* de Cerbero: Qui limen ſeruat, tuetur limina, cuſtodit: Oſtiarius; recluſor, qui fores recludit: Cuſtos in foro nullus erat. *Ouid.2.faſt.*

IANVA. V. *Oſtium.*

IANVA. V. *Genua.*

IANVARIVS.

Primus anni menſis à Numa Pompilio Romanorum Rege inſtitutus, cùm Martius anteà eſſet; cauſſam pręter alias ab alijs allatas affert *Ouidius:* Bruma noui prima eſt, veteriſq; nouiſſima Solis Principium capiunt Phębus, & annus idem. Io Iunonis tutela fuit menſis, ex Conſtitutione Numæ 29. dies habuit; ordinatione verò C. Iulij Cæſaris vnum ſupra triginta, cuius apud Romanos dies feſti dicebantur, de quibus *inf.* Pręmittendum tamen eſt; Calendas omnes cuiuſcumque menſis in Iunonis eſſe tutela, vt canit *Ouid.1.faſt.* Vendicat Auſonias Iunonis cura Calendas; Ianuarij tamen Calendæ celeberrimæ ob anni initium erant, & quòd eo die magiſtratus ſolemniores publicè obirentur à Conſulibus,

qui

Digitized by Google

qui comitati frequenti populo, in Capitolium aſcendebant, & Ioui optimo maximo iniuges iuuencos mactabant, odoreſq; plurimi in templis, pręq; templorum foribus cremabantur. Ipſis quoque Calendis (quod etiam recens fit) amici lętis pręcationibus fauſtum ſibi inuicem annum augurabantur, vt *Plinius*, *& Ouid.* At cur lęta tuis dicuntur verba Calendis, Et damus alternis, accipimuſq; preces, 1. *faſt.* Item munera ſibi inuicem mittebant, & ſtipem, ſiue ſtrenas appellare velis.

Calendis Ianuarij celebratur quoque feſtum Iani, cui ſacra fiebant ex libo, quod ab eo Ianual antiqui dicebant, item ex mola, quæ farina horna, & ſale miſcebatur, quin etiam ture, & mero. Lege *Ouidium* 1. *faſt.* Erat etiam feſtum dedicationis templorum Æſculapij, & Iouis in Inſula Tiberina; quam dedicationem ſolemniſſimè celebrabant Romani, vt adnotat *Seruius*, & erat Senatus legitimus.

Nonæ cuiuſcumque menſis ſub nullius Dei (vt canit *Ouidius*: Nonarum tutela Deo caret) cura erant.

Quinto Idus Ian. celebrabantur Agonia, ſiue Agonalia, de quibus *Varro* 5. *de lingua Latina*, *& Feſtus*: Agonium dies, ſiue Agonalis appellabatur, quo Rex hoſtiam immolabat; hoſtiam enim antiqui Agoniam vocabant. Agonium etiam putabant Deum rebus agendis pręſidentem, cuius feſta Agonalia dicebantur. *Ouidius* autem 1. *faſt.* quinque refert cauſſas, cur huiuſmodi nomine nuncuparentur: Quattuor adde dies (incipit) ductus ex ordine Nonis, &c. In hoc etiam die Senatus erat legitimus.

Tertio Idus Ian. Carmentalia celebrabantur, de quibus *ſuperiùs* egimus. Eodem die dedicatio ædis Iuturnæ in Campo Martio. *Ouid.*

Idus omnes Ioui erant ſacrę, ideòq; ipſi mactabatur ouis, quæ ob hoc dicebatur Idulis; hinc *Ouidius*: Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Idibus autem Ianuarij veruex etiam Ioui mactatus, teſte *eodem Ouidio*. Eodem die Octauius Imperator Auguſtus dictus, & prouinciæ in formam redactæ; necnon tubicines habitu muliebri luſtrabant vrbem, quod alij ad Idus Iunij referunt.

Decimooctauo Cal. Febr. Carmentalia referebantur, vel iterabantur. V. *Carmenta*, *& Ouid.* 1. *faſt.* Reſpiciet Titan actas, vbi tertius Idus, &c.

Decimoſeptimo Cal. Febr. feſtum erat dedicationis templi Concordiæ, quod à Camillo poſitum eſt, ſiue à Liuia, vt vult *Ouid.* V. *Concordia Dea.*

Decimo Calend. Febr. erat Senatus legitimus.

Nono Cal. Febr. Sementinæ feriæ celebrabantur, & hæ feriæ conceptiuæ non ſtatiuæ erant, vt vult *Macrobius*, & affirmat *Ouid.* His ferijs ſacra in æde Telluris, Cereri, & Telluri fiebant pro felici frugum prouentu.

Sexto Cal. Febr. feſtum dedicationis templi Caſtoris, & Pollucis.

Tertio Cal. Febr. feſtum Pacis erat, de quo V. *Ouid. in fine lib.* 1. *faſt.*

Synonyma.

Iani menſis. *Mant.* *Ouid.* 1. *faſt.* Ianus. *Mart.* 2. *& Ouid.* 1. *faſt.* Dux menſum, pro menſium. *Idem* 5. *faſt.* Iani tempora: Anni labentis origo. *Idem* 1 *faſt.* Anni principium caput: Iani Calendæ, Nonæ, Idus, &c. *Mart.* 8. 33. Iani dies: Poſſidet hunc Iani ſic Dea menſe diem. *Ouid.* 1. *faſt.* Aquarius, figur. nam per huiuſmodi ſignum Sol Ianuario menſe meat: Sacer menſis. *Idem* 4. *de Pont.* 4. Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum, Pulſus & à ſacro menſe December erit: Miſſ. q; Dij faciant Auroram occurrat ad illam Biſſenos faſces, quæ tibi prima dabit. *Ibidem eleg.* 9. Nam tibi finitum ſummo Græcine Decembri Imperium Iani ſuſcipit ille die. *Ibidem.* Gelidus Ianus Titane reuerſo: Anni prima dies, primi dies: Vetuſti qui ſeruat nomina Iani menſis: Poſt brumam, & Ianos ſteriles, gelidoſq; Decembres.

Epith. Brumalis, gelidus, ſterilis, torpens.

IANVS.

Antiquiſſimus Italiæ Deus habitus, & Latij Rex, vndè Ianiculum collem, & oppidum dictum, iam ſuperiùs à nobis demonſtratum fuit, dictus Ianus ab eundo, quòd Cęlum, & tempus ſemper eat, vel quòd Ianus pręit, Cęlo, & Hecate procreatus, vt ſcribit *Arnobius*, eſſingebatur biceps, ſiue quadriceps; quod pręteritum reſpiciat, & vertentem annum; ſiue quòd quatuor anni tempora demonſtret. A Numa Iano fuit ſimulacrum erectum, quod digitis numerum dierum totius anni exprimebat; ab alijs effictus fuit Ianus dextera manu clauem tenens, vt vertentis anni reclulor, Ianitorque cum virga pariter pingebatur, & claue, & ſub pedibus biſſenas aras habens. *Plut rebus*, *& Critolaus* ſcribunt Ianum Saturni filium fuiſſe ex Oenotria cuiuſdam agricolæ filia (à quo ipſe hoſpitio ſuſceptus fuerat) quam ipſe vitiauit. Cum Saturnus pater ſerendæ vitis, & vini conficiendi rationem oſtendit; verùm cùm illud guſtaſſent, qui numquam biberant, idem in illum fecerunt, quod ruſtici in Icarium Erigones patrem; cuius filiæ quatuor in Cęlum à Saturno tranſlatæ vindemiam pręcedere ortu ſuo dicuntur. Alij ferunt Creuſam Erechthei Regis Athenienſium filiam ſpecioſiſſimam ſtupratam ab Apolline enixam puerum, quem Delphos clam educandum miſit, ipſam verò à parente rerum inſcio Xiphęo cuidam comi-

ti

Digitized by Google

ri in matrimoniũ collocatã. Cùm verò Xiphęus ex illa pater nequiret exiſtere, Delphos petijs conſultum oracula, cui reſponſum fuit, vt quem primum obuiũ haberet, illum ſibi filiũ adoptaret. Sequenti verò die Ianum puerũ, quem anteà ex Apolline ſua coniux Creuſa genuerat, & Delphos miſerat educandũ, obuiũ habuit, quem ſibi adoptauit. Qui adultus regno patrio non contentus claſſe ingenti comparata, in Italiam deuenit, & Tibrim ingreſſus ad lęuam occupato mõte, vrbem ibidem conſtituit, quam cum monte Ianiculum appellauit *Val. Flacc. Andiate authore*. Demùm Ianus primus inuenit (vt aiunt) coronas, nauigia, tumultuarios pontes, valuas, ſeras, portaſq;. Primus in Italia ęreum nummum ſignauit. Huic primum templum à Romulo conditum fuit pace inter ipſum, & T. Tatium facta (teſte *D. Auguſtino*) in quo ſignum fuit Iani bifrontis; ſiue potiùs à Numa Pompilio conditum templum, cuius meminit *Virg. 7. Æn.* Sunt geminæ belli portæ ſic nomine dicunt Relligione ſacræ, &c. Quod ſanè templum ſolemni more claudebatur, & aperiebatur. A Numæ autem regno ad Auguſtum ter tantùm clauſum fuiſſe dicunt in pacis ſignum; ab ipſo ſcilicet Numa, deindè à T. Manlio Torquato Coſ. poſt primum bellum Punicum, anno poſt vrbem conditam 518. Tertio poſt confectum bellum Actiacum ab ipſo Auguſto, nempè anno ab V.C. 725. vel 724. Coſſ. ipſo Auguſto V. & Sex. Apuleio. Quartùm idem princeps. Coſſ. ipſo IX. & M. Iunio Silano, quum ex bello Cantabrico Romani rediſſet, anno V.C. 729. Quintùm quoq; clauſit idem Imp. circa tempora natiuitatis Domini noſtri I.C. Sextùm clauſit Nero, ipſo III. Coſ. & Valerio Meſſalla anno ab V.C. 811. Septimùm (*Tacitus, & Oroſius* aiunt Sextùm, quia Nero ſine vera cauſſa clauſerat) Veſpaſianus anno Vrbis conditæ 824. Coſſ. ipſo III. & Nerua. Magnum deinceps, altumq; ſilentium apud Hiſtoricos ſuper Iani portis: manſiſſe tamen conſuetudinem antiquam teſtatur *Capitolinus in Gordiano Iuniore*. Sed & ſub Chriſtianis Imperatoribus ſeruatum aliquandiù vetus hoc inſtitutum teſtis locuples *Ammianus lib. 26.* qui in hiſtoria rerum geſtarum à Conſtantio clauſi ab eo Iani mentionem facit, vt adnotauit *Caſaubonus in Suet*. Alterum templum Iani quadrifrontis ampliſſimum quatuor portarum in Romano foro fuit ab Auguſto dedicatum; in quo Quadrifrons Ianus è Faliſcis ſuperatis deuectus fuerat collocatus, cuius nunc veſtigia viſuntur ad D. Gregorij in Velabro ad ædem D. Anaſtaſiæ. Aliud templum habuit Ianus Romæ in foro olitorio. Ædem etiam ab Horatio in patruelis Curiatij mortem à ſe conditam, ſacratamq;.

Clauiger: Patuleius: Cluſius agnominã, ſiue cognomina Iani, quorum cauſſam Vide apud *Ouid. lib. 1. faſt.* Conſiuius etiam cognominatus: Ianus bifrons. *Virg. 12. Æn. vt ſup. in hiſt.* Ianus biceps. *Ouid. 1. faſt.* Quadrifrons Deus: Ianus Quirinus ab haſta, quam etiam aliquando gerebat, quòd ipſe quoque bello pręeſſet, vt Mars, Bellona, Pallas, & Iuno, quæ & ipſa quoque Quirina dicta fuit. Iunonius etiam, quòd ita illi ingreſſus omnis dicatus fuerat, vt Iunoni Calendę cuiuſcumq; menſis.

Matutinus pater. *Hor.* Matutine pater, ſeu Iane libentius audis, Vndè homines operum primos, vitæq; labores Inſtituunt, &c. Pater Deorum. *Macrob.* minorum ſcilicet: Vertumnus, ſiue Vertunus dictus fuit Ianus; quod ius vertendi cardinis omne ſuum eſt, vt canit *Ouid. V. Vertunus*. Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui. *Stat. 4. ſilu. 1.* Solus de ſuperis, qui tua terga vides. *Ouid. 1. faſt.* quem lege. Clauiger Deus. *Ibidem.* Faſtorum genitor, parenſq; Ianus. *Mart. 8.* Ancipiti mirandus imagine. *Ouid. 1. faſt.*

Belligerum Iani nemus. *Stat. 2. ſilu.* pro templo Iani dixit, quòd in eo vexilla appendebantur, & haſtæ in belli ſignum: Primus Italiæ Rex; nam in Italia ante Æneam circiter 150. regnauit annis, teſte *Euſebio*.

IANTHE.

Puella fuit ex Phęſto oppido Teleſtæ Dictęi filia, vxor Iphidis, quæ ipſo nuptiarum die ex fœmina mutata eſt in marem, vndè *Ouid. 9. met.* Tertius intereà decimo ſucceſſerat annus Cùm pater Iphi tibi flauam deſpondet Ianthen Inter Phęſtiadas, quæ laudatiſſima formæ Dote fuit virgo Dictæo nata Teleſtæ, &c. Nec mirum videri debet, neque abſurdum: enimverò temporibus etiam noſtris, quæ putabantur mulieres, in ipſa nuptiarum nocte cum viris coeuntes, vtrumque habere ſexum repertæ ſunt, vel potius qui tegebatur ſexus ad viri tactum erupit, & detectus eſt. Hinc celebres huiuſmodi metamorphoſes Cœnei, Tireſiæ, & aliorum à poetis decantantur.

Phęſtias, dis: Iphias, dis; à viro: Teleſtæ genita, ſata, &c.

IAPYX, gis.

Filius fuit Dædali, qui in ea parte Apuliæ regnauit, quæ ab eo Iapygia dicta fuit; Iapygia verò, quam Meſſapiam Græci vocant eſt ea, quæ in peninſulæ forma à Brunduſio vſq; ad Tarentum Iſthmo includitur. Alij duplicem faciunt Iapygiam in Illyrico, & in Apulia. In hac vrbs eiuſdem nominis fuit, quo relicto deinceps Batium fuit appellata, de qua V. *ſuo loco*. Quoniam verò ex hac regione ventus quidam credebatur oriri, hinc, Iapyx appellatus fuit, vndè *Hor. 1. od. 3.* Obſtrictis alijs (ideſt ventis) pręter Iapyga, &c.

Meſ-

Meſſapia; Calabria, & Salentina regio, à nonnullis communi appellatione dicitur: Meſſapia arua. *Ouid.* Lapygis arua. *Idem 15.met.* Linquit Iapygiam,leuibusq; Amphyſſia remis Saxa fugit,&c. *Ibidem.*

IAPETVS.

Cęli, & Terræ filius (vt inquit *Heſiodus*) vir quidem potens apud Theſſalos, ſed proterui ingenij, magiſq; filiorum, quàm ſua virtute clarus. Hunc Aſiam Nympham vxorem duxiſſe ferunt, ex qua Heſperum, Atlantem, Epimetheum, Prometheumq; ſuſcepit. Hinc *Val.Flacc.1.*

Iapeti poſt bella trucis, Phlegræq; labores:& *Ouid. 1.met.* Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis Finxit in effigiem, &c. filium Prometheum intelligit. V. *Prometheus*. Pater Epimethei, Atlantis.

IARBAS.

Iouis, & Garamantidis Nymphæ filius, & Getulorum Rex, qui cùm Didonis ambiret nuptias ab ea repulſus, naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit. Quod cùm Pœni propulſare ob gentium inopiam nequirent; Reginam ſuam eò adegerunt, vt nuptijs ſuis pacem redimeret. Quod cùm ipſa effugere non poſſet, dum Sichæi prioris viri manes ſacrificio placare ſe velle oſtenderet in ingentem pyram, quam ad hoc extruxerat, ſeſe iniecit gladio ſuperincumbens, vt celerius & igne periret, & enſe: & hæc vera de Didone hiſtoria.

Getulus Rex Iarbas: Getulorum rex: Garamantide natus: Maurus rex. *Ouid.*

IASIVS, & IASION.

Abantis filius, frater Dardani; nam Dardanus, inquit *Seruius*, & Iaſius fratres fuerunt Electræ filij, ſed Dardanius è Ioue, Iaſius è Corito procreatus eſt; ſic *illo* apud *Virg.lib.3.Æn.* Iaſidæ dicti ſunt Græci: Iaſis, dis. V. *ſup. Atalanta Iaſis*, quæ huius Iaſij filia fuit.

Cretæ Rex: ſunt qui ex Minoe, & Phronia generatum referunt, qui ſumpta vxore Cybele Corybantum genuit. In huius Iaſij gratiam Ceres ex frumento panem Harmoniæ ſorori in nuptijs attulit.

IASON.

Æſonis filius fratris Peliæ Theſſaliæ Regis, quem ex Colchis Iaſon reuerſus, quò à Pelia miſſus fuerat, vt ibi vellus aureum ſurriperet, vel ibi perimeretur (quod ipſe rebatur ob rei difficultatem) interemit. Nam (vt hiſtoriam, ſiue fabulam totam exequar) hæc Iaſonis peregrinationis cauſſa fuit. Tyro Salmonei filia Neptuno peperit Neleum, & Peliam, deindè nupſit Cretheo Æoli filio, cui Æſonem peperit, Pheretem, & Amythaonem. Ac ex Pherete quidem naſcitur Admetus, ex Amythaone Melampus, ex Æſone Iaſon, qui etiam ab Alcimede genitrice Chironi alendus, medicinamq; docendus fuit traditus; at pater ſenio confectus tantiſper dum filius creſceret, illum cum regno Theſſaliæ Peliæ fratri commendauit. Cęterùm Pelias oraculum ab Apolline acceperat, vt ſibi ab eo caueret, quem cum ſolo calceo ad ſe venientem videret, nam per eius manus moriturus erat. Iaſon autem adultus, cùm ad patruum die quodam rediret forte in ripa Anauri Theſſaliæ fluuij offendit Iunonem vetulæ ſimilem, quæ videbatur velle quidem fluuium tranſire, ſed non audere. Quod videns Iaſon illam humeris ſuſcipiens in vlteriorem fluminis ripam tranſtulit, altero ex calceis in fluuio amiſſo. Sicq; Iaſon ad Peliam cum altero calceo peruenit, qui oraculi veritus, illi mandauit in Colchos expeditionem admodùm periculoſam, vt ibi interiret. Iaſon autem omni collecta Græciæ iuuentute, Argoq; naue fabricata, ad Colchos proficiſcitur, ſed ad Lemnon inſulam tempeſtate pulſi, ibidem duos detentus eſt annos, vbi hoſpitio, lectoq; pariter ab Hypſiphyle regionis domina ſuſceptus, illam prægnantem reliquit, & cœptum profecutus eſt iter cum ſocijs, poſtq; varios caſus, qui referuntur ab *Apollonio*, qui Argonautica ſcripſit, & *Valerio Flacco*, Colchos peruenerunt, vbi Iaſonis pulcritudine capta Medea; illum vt pellíceret ad eam redamandam, tauros ignem naribus efflantes iugo ſubijcere docuit; necnon medicamenta magica huiuſmodi illi prębuit, vt cum hominibus armatis, qui naſcituri erant ex Draconis dentibus, quem Cadmus interfecerat, quorum ipſe partem, partem alteram Æetæ Colchorum Rex acceperat, per ſe ſeminatis, confligere abſq; damno potuiſſet. Demùm aureo vellere potitus, Medeam abduxit ſecundùm pollicitum, ex qua filios duos ſuſcepit, reuerſuſq; in patriam in cauſſa fuit, vt patruus à filiabus periret: paternum tum regnum recepit. Verùm ob maleficia Medea repudiata, Creuſam Creontis Corinthiorum Regis filiam duxit vxorem, quę magicis artibus repudiatę veteris coniugis incendio perijſſe cum patre dicitur à *Seneca in Medea*, quæ filijs in patris conſpectu trucidatis per aëra aufugit, Iaſon autem paullò poſt interijt, quamvis mortem ipſius diuersè narrent. V. *Ouid. 7. met.*

Æſonides. *Idem ibid.* Cùm videt Æſonidem, extinctaq; flamma relaxit. *Val.Flacc.1.* Æſone natus. *Ouid.7.met. & 1.Pont.5. & Val.Flacc.1.* Æmonius iuuenis, *Ibidem*. Dux: Æſonius iuuenis. *Ouid.epiſt.12. Val.Flacc.1.Arg.* Dux Æſonius. *Ouid.1. eleg.15. Sen. in Med.* Ductor. *Val.Flacc.1.* Dux Theſſalicus. *Idem 5.* Theſſa-

Digitized by Google

lus heros, apud *eundem*. Albanus Tyrannus. *Ibidem:* à prouincia Albaniæ, in qua Colchi, à quibus vellus aureum ſurripuit Iaſon: Heros Æſonius. *Ouid.7.met.* vbi fabulam narrat: Exul ab Æmonia Pirenida ceſſit ad vndam,Quo duce trabs Colcha ſacra cucurrit aqua. *Idem 1.Pont.* 4.Molitor primæ ratis. *Ouid.* Medeæ ſponſus. *Sen. in Med.* Mihi peius aliquid. quod precer ſponſo malum,Viuat,&c. Creontis gener. *Ibidem.* Creuſæ coniux Corinthiæ:Peliæ nepos:Admeti patruelis:Patruelis Acaſti.V. *Acaſtus.*

Æſonis filius,Alcimede genitus;eius mater: Auratæ vellere diues,victor ouis:Profugam qui Colchida luſit Iaſon: Qui tulit auratæ nobile vellus ouis:Æquor Iaſonio pulſatum remige primum; nempè ab Iaſonis remigibus:Intereà armipotens ſtipulatus Iaſon: Qui igneos tauri halitus ſuſtinuit,interq; Sęuos genris indomitæ metus Stetit intrepidus; *ex Sen. in Med.* Pater Oenei, & Thoantis ex Hyſiphyle.

Epith. Clarus, efferus, aſper, ſuperbus, trux, armipotens, periurus, Achiuus, peregrinus, perfidus, candidus, Pelaſgus, Pagaſæus, malè gratus, formoſus.

IASPIS.

V. *Gemmarum nomina.*

IBERVS.

Inſignis in Hiſpania fluuius, vndè ipſa Iberia nuncupata quondam fuit. Erumpit apud Cantabros ex Iduбeda monte duobus fontibus, quorum dexter in ſaltu Aucenſi ſiniſtrum ad oppidum, quod incolis *Fuentibre* dicitur. Indè magnis creſcens amnibus, primo Calaguritanis exceptus aruis,Iuliobrigam,& Tudellam,petit Nauarræ oppida,Iuliamq; & Celſam,indè Cęſaraugustam alluit. Illinc digreſſus in auſtrum, & mox verſus Euronotum labitur per Laletaniæ populos,qui nunc Catalani, & Dertoſam opulẽtam vrbem pręterlabitur. Poſtremò plurimis fluuijs auctus, peracto quadringentorum ſexaginta milliariorum curſu in Mediterraneum cognomine ipſi pelagus tàm violenter duobus oſtijs ingreditur, vt per multos paſſus in mare profuſus dulcis hauriatur, vulgo *Ebro*.

Flumina Iberi: Stagna Iberi, ripæ, aquæ, fluctus, vnda: Amnis Iberus. Flumen Iberum. *Ouid.7.met.* Celtiberia, & Celtiberi populi,qui hoc fluuio alluuntur. Hinc Iberia dicta fuit Hiſpania primùm ab hoc fluuio;vndè Iberi Hiſpani: Aut impacatos à tergo horrebis Iberos; nempè Hiſpanos. *Virg.*

ICARVS.

Dædali filius ex Nenerate Cretenſi ſerua, cui pater, cùm ad ſupplicium à Minoe Cretenſium Rege quæreretur, deindè ſibi fabricauit alas, ceraq; iunctis pennis in Siciliam ambo fugerunt, admonitò filio ne nimis altè volaret,qui contra patris pręceptum cùm altiùs extolli cœpiſſet,nouo quodammodo ſuperbiens inuento,cera Solis calore interim liquefacta in mare decidit, & nomen mari fecit Icario. V. *Dædalus.* Fabula quidem notiſſima, multisq; celebrata non tàm poetis, quàm pictoribus. Filij verò corpus inuentum à patre, ſiue eius iuſſu,in quadam inſula ſepultum fuit, quæ Icaros ab illo dicta fuit. V. *Ouidium lib.8. met.*

Dædaleus puer. *Ouid.* Dædalides,à patre:Puer Icarus vna Stabat & ignarus ſua ſe tractare pericla. *Idem 8.met.* Dædali natus,filius:Et nati reſpicit alas. *Ibidem.* Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu. *Ibidem.* Artibus fidens nouis Vincere,ac falſis nimis Imperat pennis puer abſtulit nomen freto. *Sen. in Oedip.* Dædalus librans iter Nube ſub media ſtetit Alitem expectans ſuum. *Ibidem verſ.900.* Sed dum volucres vincere veras Icarus audet, patriasq; puer Deſpicit alas, Phœboq; volat Proximus ipſi dedit ignoto Nomina ponto. *Idem in Herc.Oet.* Icarus Icarijs nomina fecit aquis. *Ouid.1.triſt.1.* V. *Icarium mare.* Dædali puer: Aut puero liquidas aptantem Dædalon alas. *Mart.4.49.*

ICARIVS.

Duo fuerunt hoc nomine celebres, vnus pater Penelopes Vlyſſis coniugis;à quo ipſa Icaris,dis; & Icariotis,dis,dicta, de quo nil celebre habemus. Alter Erigones pater,qui etiam Icarus à nonnullis ſcribitur, cuius infelicem ſanè caſum in Erigones hiſtoria enodauimus. Hunc in Bootem tranſlatum aliqui dicunt. *Lact. in comm. Stat.4. Theb.*

Pater Erigones: Oebalides; à patre: Et quos Mæra nouo latratu terruit agros. *Ouid.7.met.* V. *Canicula.* Icarus etiam: Icare Cecropijs merito iugulate colonis. *Prop. eleg.2.* Et cunctis Baccho iucundior: Hoſpes Icarus vt puto teſtantur ſidera Cęlo, Erigonesq; canisq;, &c. *Tib.4.eleg.1.* quòd in Bootæ ſignum conuerſum credebant Icarum, inq; virginis Erigonem; in Caniculam catellam.

ICTVS, us.

Plaga: *Ouid.2.Pont.7.* Vulnus;quamvis non ſemper ictum ſequatur vulnus:Percuſſus,us. *Ibidem.* Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis: Percuſſio: Verber:Verbera.V. *ſuo loco.* Ictibus laceſſit ventos. *Virg.3.Georg.* Ille ictum venientem à vertice velox Pręuidit, celeriq; elapſus corpore ceſſit. *Idem 5.Æn.* Nunc dextra ingeminans ictus, &c.

Epith. Vaſtus,denſus,creber.

IDA.

Mons in Phrygia Cybele ſacer, fontibus hinc indè ſcatentibus celeberrimus, ita dictus vel ab Ida Re-

Regina loci,vel ab Ida Cretenſi monte altero,vt canit *Virgilius*, vndè profectus Teucer Scamandri, & Ideæ Nymphæ filius regionem in Phrygia occupatam à ſe Teucriam vocauit. Ida igitur in Phrygia celebris fuit Ganymedis raptu, qui indè per aquilam ad Iouem fuit adductus;& Paridis iudicio, qui pomum aureum Veneri adiudicauit; nauibus quoque Troianis ex illo monte cæſis.

Ide,es. *Claud.1.de rapt.* Fatalis Idæ domus. *Sen. in Troad.* Idę montes. *Virg.3.Æn.* rupes.*Claud. 2.de rapt.* Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ida:Idęa ſilua. *Virg.2.Æn.*Terra. *Idem 11.Æn.* Idęæ vrbes, pro Phrygiæ regno ſumitur: Idæum nemus. *Idem 3.Æn.* Idæus mons. *Ibidem:*collis. *Ouid.1.de art.* Idæa antra. *Prop.2.22. Stat.4.ſilu.6.* Iugum Idæum. *Ouid.4 faſt.* Idæi campi,vertices. *Prop.2.2.* Phrygium nemus matris Cybeles. *Sen. in Hipp.* Phrygium nemus. *Catull.* Dyndima,orum. *Clau.l.2.de rapt.* proximus Idæ mons Cybele ſacer.V.*Phrygia.* Phrygiæ ſiluæ. *Ouid.1.de art.*

Epith. Frondoſa,nemoroſa, vmbroſa, alta, ardua, opaca,ſacra,odora,pinifera,Iliaca,fontibus amęna,celeberrima fontibus,altrix ferarum,fęcunda ferarum.

Gargara, orum, & Gargarus cacumen eſt montis Idæ,teſte *Macrobio*,in ea parte,vbi ad Myſos declinat tanta frugum vbertate affluens, vt quoties infinitum rei alicuius numerum velimus denotare à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem. Hinc *Ouid.1. de art.* Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Cuius vbertatis cauſſa eſt fontium abundantia, quibus ſolum irrigatur; adeò vt æſtiuis caloribus non facilè poſſint aduri. Eſt etiam eiuſdem nominis opp. ad montis radicem.

IDA Cretæ. V.*Creta.*

IDALION.

Mons Cypri Veneri ſacer, in quo nemus Idalium dictum, vndè Venus Idalia paſſim apud poetas.

At ſuper Idalium ſacrata ſede recondam. *Virg.1. Æn.* Et fotum gremio Dea tulit in altos Idaliæ lucos. *Ibidem.* Idalius vertex. *Prop.2.18.* Idalioſq; receſſus O Dea, quæ Golgos colis. *Theocritus.* V.*Venus.* Quæq; regis Golgos,quæq; Idalium formoſam. *Catull.*

Ibiq; Idalium eſt oppidum, vt inquit *Seruius*: de quo V.*ſup.in dict. Cyprus.*

IDOLVM.

Dicitur apud nos illud ſimulacrum quodcumq; eſſet,quod tamquam Deum veteres venerabantur, quodq; Chriſti fideles aſpernantes, capitis damnabantur. Simulacra ſunt igitur:

Fragiles Dei. *Mant.* Simulacrum,ſimulacra ænea, lignea,aurea,argentea,ferrea, &c. fictilia: Fictiles Dij:Falſa numina. *Sen. in Hipp.* Statua:Statuæ:Vana ſuperſtitio. *Augur.* Expuleris mentitos numina diuos. *Mantuan. Vida.* Simulacra Deum falſa reddentia vultum. *Idem.* Vmbræ leues,falſæ: Falſus Iupiter; marmoreus,ligneus; &c.Deorum effigies:Ficta numina ligno:Fictum numen in auro: Argentea ſigna: Ærea ſigna colunt, mentitos numine diuos, &c. Numina priſca. *Mart.* Antiqui ſacrorum ritus. *Ibidem.* Hinc

IDOLOLATRI, & IDOLOLATRIA.

Populus, cultuſq;, quo vana cęci numina colebant.

Qui vana colunt ſimulacra: Cultores vituli: Quiq; colunt Stygium pro numine Ditem: Vana ſuperſtitio. *Vida.* Vanum numen. *Ouid.3.met.* Credita falſo de numine ſaxa.

IDOMENEVS.

Deucalionis filius Cretenſium Rex, qui ad expeditionē Troianam vnà cum Merione auriga profectus, ibidem contra Teucros ſtrenuè pugnauit. Troia autem euerſa, cùm in patriam remearet nauigando ſubitò oborta tempeſtate,ſolemne votum concepit,ſi eum Neptunus incolumem in patriam reduceret, ſe illi immolaturum quod primum ſibi occurreret. Contigit autem, vt filius ſuus ſibi redeunti primus occurreret, quem cùm immolare vellet à ſuis pulſus fugit in Calabriam, vbi iuxtà Salentinum promontorium oppidum condidit: è *Seruio.* Diuersè tamen narratur hiſtoria à *Lycophr. Interprete*, ac *Diodoro*, qui reuerſum in patriam, ibiq; defunctum honorificè tumulatum fuiſſe, ac diuinos honores aſſecutum referunt.

Et Salentinos obſedit milite campos Lyctius Idomeneus. *Virg.3.Æn.* Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem, deſertaq; littora Cretæ Hoſte vacare domus. *Ibidem.* Nec minus Idomeneus, patriaq; creatus eadem Meriones:qui illi fuit Auriga. V. *Homerum.*

Huic ſimile, quod in ſacris habemus paginis de Iephte. Lege *Iud. cap.11.*

IDOTHEA.

Filia Protei, cuius conſilio Menelaus (vt eſt apud *Homerum*) Deum lubricum, ſeq; in varias vertentem formas vinculis deſtinuit, & dare oraculum coegit,erat enim vates. V. *Proteus.*

Filia marini vatis:Protei nata,genita, &c.

IDVMÆA.

Regio Syriæ Arabiæ,& Iudęæ finitima,in ſacris litteris eſt Edom,in qua Idume ciuitas olim clara; palmis abundans regio, quæ duplex eſt *ex Ioſepho Hebræo* ſuperior, & inferior: Superior eſt ea pars, quam Tribus Iuda occupauit, quæ in lo-

gum extenditur vſque ad Hieruſalem, latitudine verò vſque ad Aſphaltitem lacum, qui mare internum, ac mortuum dicebatur. In hac pręcipuæ

Vrbes:

Gaza, quæ ingens fuit, & munita ſic dicta lingua Perſica, quæ nobis ſonat Ærarium; indè nomen inditum, quod Cambyſes cum armis Ægyptum peteret; eo in loco belli, & opes, & pecuniam intulerat, quam poſteà expugnatam vaſtauit Alexander.

Aſcalon, is, vna ex quinque Philiſtinorum vrbibus, clara ſuo tempore inter Iamnam, & Gazam ſita, diſtans ab Hieruſalem quadraginta quatuor milliarijs, & viginti ab Eleutheropoli; & hęc regio propriè dicebatur Palæſtina, de qua V. *ſuo loco.*

Thema, ſiue Theman; vel Teman, & Tema, vrbs olim primaria, ac regia Principum Edon, ſita in montibus Seir in auſtrali parte Idumeæ, ita dicta à Theman primogenito Eliphaz primogeniti Eſau. D. Hieronymi ætate penè exceſſerat, paguſq; tantùm remanſerat, cuius ſæpè Prophetæ meminerunt.

Duma, ſiue Idume, & Idumæa ciuitas antiquiſſima à Duma Iſmaelis filio ſic denominata: Aſotus: Anthedon: Raphia: Rhinocorura: Mareſa Vrbes aliæ.

Inferior Idumea Simeonis Tribui attributa, quæ Ægypto finitima erat, Arabiæq; Petreæ; hæc ex vndecim Iudęæ toparchijs, ordine autem octaua recenſebatur. Vndequaque munita montium faſtigijs, pręterquàm qua maris Syrij portendebantur littora, vbi via ad Ægyptum à Palęſtina tendebat. In planitie tamen tot palmis abundat, vt inibi propriè originem illæ habuiſſe videantur. Verùm loci ſterilitate locum dedit Idumea ipſi Iudęæ. In Ægypto quoque naſcitur palma; ſed quę in Europa naſcuntur ſteriles ſunt; in maritimis Hiſpaniæ fructum afferunt, ſed immitem, dulciorem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. At in oriente perfectiſſimæ naſcuntur palmæ, vndè vinum, & panis aliquibus percipitur, ex fructuum permutatione. Hæc dumtaxat arbor ad vnumquemq; Lunæ exortum ramum vnum profert, itavt Lunari anno ramos duodecim tendat, vndè apud Ægyptios per palmam hieroglyphicôs ſignificatur annus. Sed ad rem noſtram; in hac

Vrbes:

Ex iam dictis aliquæ pręſertim, quæ ad Philiſthęos pertinebant: Gabalena, ſiue Gebalena dicta vrbs. *D. Hier.*

eir, ſiue Sanir mons excelſus in Idumæa: Caſſius mons, vndè ipſa ſumit initium Sirbonius lacus finitimus huic regioni.

Synonyma.

Idumeæ campeſtria: Aut iugis Idumes quicquid viſitur, nempè palmę, dactyliq;. *Stat. 1. ſilu. 6.* Idumeæ oræ. *Vida.* Ardua montis Idumei. *Idem.*

Idume, es, Græcè Vertex Idumes: Oppida Idumæ. *Vida.* Saltus, atq; ardua Idumæ: Palmiferæ Idumes terra. *Bemb.* Gazaq; & arbuſto palmarum diues Idume. *Luc. 3. Pharſ.* Hinc

Populi.

Idumei, qui à Nabathęis dicuntur oriundi, teſte *Strab. lib. 6.* qui orta domi ſeditione relictis ſuis ſedibus, extrema Iudææ occuparunt. V. *Palaſtina.*

IECVR, iecinoris.

Eſt membrum principale, quod in dextera corporis parte ſitum eſt, vulgò *Fegato*, vndè venæ ſcaturiunt, & optima valetudo, ſi eius ſit habitudo optima.

Hepar, hep.tis: Iecinoris fibræ, nempè chordulæ. Hipatiæ dicuntur Græcè: Sanguinem gignens, conficiens: Defectu cuius cor marceſcit: Feruens difficili bile tumet iecur: Roſtroq; immanis vultur obunco: Immortale iecur tundens: Pulmone rapto palpitans friget iecur: Sanguinis author, domicilium.

Epith. Calidum, feruens, palpitans, feruidum.

IEIVNIVM, &
IEIVNVS.

Expers vndæq; cibiq;. *Ouid.* Sine munere Cereris. *Idem 4. met.* Rore mero, lacrymiſq; ſuis ieiunia pauit. *Ibidem.* Inops ſomniq; cibiq;. *Idem 14. met.* Macies ieiuna. *Claud.* Siccus. *Hor. 4. 5.* Dicimus integro ſicci mane die, dicimus vuidi, Cùm Sol oceano ſubeſt; ſicci, ideſt ieiuni: Longa domant ieiunia ventrem: Auidum ieiunia ventrem Longa premunt: Stat luſus vacuo gutture Tantalus. *Sen. in Thyeſt. 1. ch.* Immemor herbarum. *Virg. 8. eclog.* Grata Deo ieiunia: Quo intemperata domantur viſcera: Quadraginta illi fuerant ex ordine Soles, Ex quo nulla cibi, potuſq; alimenta dabantur.

Epith. Triſte, languidum, durum, improbum, crucians, diſcrucians corpus, vexans ſtomachum, attenuans corpus, domans corporis artus.

Ieiunans, qui cibis abſtinet: Appoſitis abſtinet ora cibis: Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis.

IESVS.

De quo tacendum magis, quàm loquendum, cuiq; os potiùs ſilentio, quàm loquacitate dicandum eſt, Saluator noſter, qui proprio ſanguine nos à Satanæ captiuitate vindicauit, qui cùm Deus eſſet, homo factus, vt infirmitatem noſtram ipſe portaret: Sed obmuteſcat lingua, & loquatur cor.

Qui mortale genus propter delapſus Olympo. *Vida*

da 5.Chriſt. Æquæua progenies Patri:Agnus cęleſtis:Vnica proles Æterno æqua Patri:Ab æterno genitus ſine matre,parente . *Idem* . Regnator ſuperum:Vera Dei proles. *Claud.* Hominum reparator,& author: Numinis ſupremi proles: Fotus nulli obnoxius æuo: Almus Redemptor : Salus humani generis : Filius Æterno par Patri : Summi conſilij Angelus : Satus Virgine de Virgine .

Virginis intactæ proles . *Vida* . Redeuntis conditor æui . *Claud.* Rex regum;*ex priſcis.* Humani columen generis , reparator, & author : Magnanimus Heros , quem candida partu Cęlicolum Regi tecto ſub paupere Nympha Non vllam Venerem,nullos experta Hymeneos . *Vida, & Bemb.* Cara Dei ſoboles;*ex Virg.eclog.4.* Ille Dei ſoboles,certæ dux ille ſalutis Mundi opifex, noſtroq; vno pro crimine paſſus Ludibria , &c. *P.Ang.Barg.* Clarum de lumine lumen:Clarum de numine Numen : Mirabile verbum : Pietatis origo : Æterni ſapientia Patris: Stirps edita Virginis aluo : Qui noſtra piacula demit: Ante omnia ſecula natus .

Dei verbum non enarrabile Patris : Spes miſeris : Origo ſalutis : Qui crimina noſtra piauit affixus trabi:Patris vera,atque ſimillima imago: Magni paſtor ouilis:Dei indubitata propago: Omnipotens verbum , finiſq; & originis expers : Rex inclyte gentis,Tu populis,terręq; ſalus,vitæq; magiſter:Terrarum gloria Chriſtus: Mundi regnator Ieſus: Dauidis ſoboles, hominum lumenq; , ſaluſq; : Speratum per ſecula munus:Biſgenitus, ab æterno ſcilicet ex Patre,in tempore ex Virgine : Mortaliq; Deus tegitur ſub mole , nec artus Reſpicit humanos , nec vitæ incommoda noſtra Factus homo , mortiq; etiam ſe ſubijcit vltro . Virginei partus, magnoq; æquæua parenti Progenies ſuperas cęlo , quæ miſſa per auras Antiquam generis labem mortalibus ægris Abluit . *Sanazar.* Vigor ortus ab alto Irradians vigor omnipotens vigor omnia repleus: Deus ille Deus,totoſq; per artus Dat ſeſe, miſcetq; vtero . *Idem* . V. *Chriſtus:Deus* .

JESVITÆ.

Dicti ſunt Religioſi viri,quorum fundator S.Ignatius à Loyola vir integerrimus extitit , quorum pietas cùm per ſe fulgeat,futilibus noſtris laudibus,vt magis floreſcat,non indiget .

Loyolæ normam ſequentes . *Maſc.* Loyolæ propago. *Idem* . . 5. Loyolides. *Idem* . . 6. Ignati aſſeclæ: Qui nomen Ieſu Impoſuere ſibi .

IGNARVS. V. *Indoctus.*

IGNAVVS, &

IGNAVIA.

Pigritia,æ:& Pigrities,ei: Deſidia . V. *ſuo loco.* Veternum . *Virg.1.Georg.* & veternus , i . *Hor.1. epiſt.8.* Vecordia . *Ouid.12.met.* Torpor:Torporis frigus: Crimen pigritiæ . *Mart.* Marcida luxu ocia . *Claud.* Ocium:Ocia:Acedia,æ,*Accidia.* Segnities,ei:Situs,us:Quis ſterili mea membra ſitu:Vel mea corda merſa . *Stat.5.3.* Segnis mora . *Virg.10.Æn.* Segnis,e: Segneſq; metu ſententia tardet . *Idem 12. Æn.* Ignaua vita . *Anger.* Torpedo,dinis:Fractiq; animi torpedine quadam:Somnus iners . *Claud.* Diræ torpedinis ars . *Idem.* Inertia mollis . *Hor.epod.14.* Pectus iners . *Ouid.3.triſt.7.* Deſidiæ cauſſæ . *Ibidem.* Longa mora . *Idem 1.3.* Vitium animi . *Idem 5. met.*Animi tabes,frigus,hiems:Mollities,ei:Tarditas, tis .

Epith. Lenta , iners, inanis, mollis, imbellis, mala, ignaua, triſtis,improba,faſtidioſa,torpens,parca laboris : Dilatrix operum , fugienſq; labores pigritia : Ocia tractans , hebetans ſenſus : Validas perdens vires : Obtuſos reddens ſenſus : Imminuens decus ingenij: Quæ vitiat ſenſus .

Dedecet ingenuas mentes ignauia mollis : Non ſit locus vllus intenti pigritiæ : Me occupat exanguis , ſomniq; ignauia mater : Abſciſſit titubans ignauia neruis: Languida non fecit tardos ignauia ſenſus:Numquam vigili torpens ignauia vultu: Ocia mulcebant Venerem, atque ignauia deſes : Tardaq; mollities , & inertia parca laboris: Somnifero languore premit frigentia corda:Victa iacet virtus ſine vi ſubit atria languor:Lentaque frigentes hebetaſſet inertia ſenſus: Ne laſciua meam macularet inertia mentem .

Ignauus,a,um:Acedioſi,orum,qui acedia laborant: Piger: Pigrior: Pigerrimus: Iners: Segnis:Deſes: Veſanus:Torpens:Torpidus:Negligens:Deſidioſus:Reſides animi . *Virg.1.Æn.* Deſuetaq; corda . *Ibidem.* Nomen inertis habent . *Ouid.3. de art.* Pigra ſitu corpora . *Idem 2. de art.* Gens imbellis , mollis : Segnes effœto in corpore ſenſus:Inertia corda:Tardus:Lentus: Horridus deſidia . *Virg.4.Georg.* Inglorius . *Ibidem.* Torpens veterno . *Idem 1.Georg.*

Eneruis . *Sen. in Thyeſt.* Effœminatus: Arguimur lentæ crimine pigritiæ . *Mart.* Sopitus torpore . *Claud.* Implicitus:Reſes,dis . *Pont.* Longa rubigine torpens ingenium. *Ouid.5.triſt.13.* Cuius corpora , pectora torpor habet : Ignaua vitam conditione trahens : Turpi deſidia torpens : Veterno,teſinaq; pigriores . *Mart.3.67.* Vilis ſanguine,ideſt ignauus . *Stat.2.Theb.*

IGNIS, is.

Cuius olim affulſio optimum exiſtimatum fuit augurium, vt in Auguſto oſtendit *Suet. cap.94. & Schildius in Comment.* De Seruio Tullo dormiente , & de L. Marcio concionante aſſerit *Liuius lib.1. & 25. & Val.Max.lib.1. cap.6.* & de Q.Saluidieno gregem paſcente *Dio:* de Aſcanio,

Digitized by Google

gum extenditur vſque ad Hieruſalem, latitudine verò vſque ad Aſphaltitem lacum, qui mare internum, ac mortuum dicebatur. In hac præcipuæ

Vrbes:

Gaza, quæ ingens fuit, & munita ſic dicta lingua Perſica, quæ nobis ſonat Ærarium; indè nomen inditum, quod Cambyſes cum armis Ægyptum peteret; eo in loco belli, & opes, & pecuniam intulerat, quam poſteà expugnatam vaſtauit Alexander.

Aſcalon, is, vna ex quinque Philiſtinorum vrbibus, clara ſuo tempore inter Iamnam, & Gazam ſita, diſtans ab Hieruſalem quadraginta quatuor milliarijs, & viginti ab Eleutheropoli; & hęc regio propriè dicebatur Palæſtina, de qua V. *ſuo loco.*

Thema, ſiue Theman; vel Teman, & Tema, vrbs olim primaria, ac regia Principum Edon, ſita in montibus Seir in auſtrali parte Idumeæ, ita dicta à Theman primogenito Eliphaz primogeniti Eſau. D. Hieronymi ætate penè exceſſerat, paguſq; tantùm remanſerat, cuius ſæpè Prophetæ meminerunt.

Duma, ſiue Idume, & Idumæa ciuitas antiquiſſima à Duma Iſmaelis filio ſic denominata: Aſotus: Anthedon: Raphia: Rhinocorura: Mareſa Vrbes aliæ.

Inferior Idumea Simeonis Tribui attributa, quæ Ægypto finitima erat, Arabiæq; Petreæ; hæc ex vndecim Iudęæ toparchijs, ordine autem octaua recenſebatur. Vndequaque munita montium faſtigijs, pręterquàm qua maris Syrij portendebantur littora, vbi via ad Ægyptum à Palęſtina tendebat. In planitie tamen tot palmis abundat, vt inibi propriè originem illæ habuiſſe videantur. Verùm loci ſterilitate locum dedit Idumea ipſi Iudęæ. In Ægypto quoque naſcitur palma; ſed quę in Europa naſcuntur ſteriles ſunt; in maritimis Hiſpaniæ fructum afferunt, ſed immitem, dulciorem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. At in oriente perfectiſſimæ naſcuntur palmæ, vndè vinum, & panis aliquibus percipitur, ex fructuum permutatione. Hæc dumtaxat arbor ad vnumquemq; Lunæ exortum ramum vnum profert, ita vt Lunari anno ramos duodecim tendat, vndè apud Ægyptios per palmam hieroglyphicòs ſignificatur annus. Sed ad rem noſtram; in hac

Vrbes:

Ex iam dictis aliquæ pręſertim, quæ ad Philiſthęos pertinebant: Gabalena, ſiue Gebalena dicta vrbs. *D. Hier.*

Seir, ſiue Sanir mons excelſus in Idumæa: Caſſius mons, vndè ipſa ſumit initium Sirbonius lacus finitimus huic regioni.

Synonyma.

Idumeæ campeſtria: Aut iugis Idumes quicquid viſitur, nempè palmę, dactyliq;. *Stat. 1. ſilu. 6.* Idumeæ oræ. *Vida*. Ardua montis Idumei. *Idem*.

Idume, es, Græcè Vertex Idumes: Oppida Idumæ. *Vida.* Saltus, atq; ardua Idumæ: Palmiferæ Idumes terra. *Bemb.* Gazaq; & arbuſto palmarum diues Idume. *Luc. 3. Pharſ.* Hinc

Populi.

Idumei, qui à Nabathęis dicuntur oriundi, teſte *Strab. lib. 6.* qui orta domi ſeditione relictis ſuis ſedibus, extrema Iudææ occuparunt. V. *Palaſtina*.

IECVR, iecinoris.

Eſt membrum principale, quod in dextera corporis parte ſitum eſt, vulgò *Fegato*, vndè venæ ſcaturiunt; & optima valetudo, ſi eius ſit habitudo optima.

Hepar, hep. tis: Iecinoris fibræ, nempè chordulæ. Hipatiæ dicuntur Græcè: Sanguinem gignens, conficiens: Defectu cuius cor marceſcit: Feruens difficili bile tumet iecur: Roſtroq; immanis vultur obunco: Immortale iecur tundens: Pulmone rapto palpitans friget iecur: Sanguinis author, domicilium.

Epith. Calidum, feruens, palpitans, feruidum.

IEIVNIVM, &
IEIVNVS.

Expers vndæq; cibiq;. *Ouid.* Sine munere Cereris. *Idem 4. met.* Rore mero, lacrymiſq; ſuis ieiunia pauit. *Ibidem.* Inops ſomniq; cibiq;. *Idem 14. met.* Macies ieiuna. *Claud.* Siccus. *Hor. 4. 5.* Dicimus integro ſicci mane die, dicimus vuidi, Cùm Sol oceano ſubeſt; ſicci, ideſt ieiuni: Longa domant ieiunia ventrem: Auidum ieiunia ventrem Longa premunt: Stat luſus vacuo gutture Tantalus. *Sen. in Thyeſt. 1. ch.* Immemor herbarum. *Virg. 8. eclog.* Grata Deo ieiunia: Quo intemperata domantur viſcera: Quadraginta illi fuerant ex ordine Soles, Ex quo nulla cibi, potuſq; alimenta dabantur.

Epith. Triſte, languidum, durum, improbum, crucians, diſcrucians corpus, vexans ſtomachum, attenuans corpus, domans corporis artus.

Ieiunans, qui cibis abſtinet: Appoſitis abſtinet ora cibis: Eſt virtus placitis abſtinuiſſe cibis.

IESVS.

De quo tacendum magis, quàm loquendum, cuiq; os potiùs ſilentio, quàm loquacitate dicandum eſt, Saluator noſter, qui proprio ſanguine nos à Satanæ captiuitate vindicauit, qui cùm Deus eſſes, homo factus, vt infirmitatem noſtram ipſe portares: Sed obmuteſcat lingua, & loquatur cor.

Qui mortale genus propter delapſus Olympo. *Vida*

da 5.Chriſt. Æquæua progenies Patri:Agnus cęleſtis:Vnica proles Æterno æqua Patri:Ab æterno genitus ſine matre,parente. *Idem*. Regnator ſuperum:Vera Dei proles. *Claud.* Hominum reparator,& author: Numinis ſupremi proles: Fœtus nulli obnoxius æuo: Almus Redemptor: Salus humani generis: Filius Æterno par Patri: Summi conſilij Angelus: Satus Virgine de Virgine.

Virginis intactæ proles. *Vida*. Redeuntis conditor æui. *Claud.* Rex regum;*ex priſcis*. Humani columen generis, reparator, & author: Magnanimus Heros, quem candida partu Cęlicolum Regi tecto ſub paupere Nympha Non vllam Venerem,nullos experta Hymeneos. *Vida, & Bemb.* Cara Dei ſoboles;*ex Virg.eclog.4.* Ille Dei ſoboles,certæ dux ille ſalutis Mundi opifex, noſtroq; vno pro crimine paſſus Ludibria, &c. *P.Ang.Barg.* Clarum de lumine lumen:Clarum de numine Numen: Mirabile verbum: Pietatis origo: Æterni ſapientia Patris: Stirps edita Virginis aluo: Qui noſtra piacula demit: Ante omnia ſecula natus.

Dei verbum non enarrabile Patris: Spes miſeris: Origo ſalutis: Qui crimina noſtra piauit affixus trabi:Patris vera,atque ſimillima imago: Magni paſtor ouilis:Dei indubitata propago: Omnipotens verbum, finiſq; & originis expers: Rex inclyte gentis,Tu populis,terręq; ſalus,vitæq; magiſter:Terrarum gloria Chriſtus: Mundi regnator Ieſus: Dauidis ſoboles, hominum lumenq;, ſaluſq;: Speratum per ſecula munus:Biſgenitus, ab æterno ſcilicet ex Patre,in tempore ex Virgine: Mortaliq; Deus tegitur ſub mole, nec artus Reſpicit humanos, nec vitæ incommoda noſtra Factus homo, mortiq; etiam ſe ſubijcit vltro. Virginei partus, magnoq; æquæua parenti Progenies ſuperas cęlo, quæ miſſa per auras Antiquam generis labem mortalibus ægris Abluit. *Sanazar.* Vigor ortus ab alto Irradians vigor omnipotens vigor omnia replens: Deus ille Deus,totoſq; per artus Dat ſeſe, miſcetq; vtero. *Idem*. V. *Chriſtus:Deus*.

IESVITÆ.

Dicti ſunt Religioſi viri,quorum fundator S.Ignatius à Loyola vir integerrimus extitit, quorum pietas cùm per ſe ſulgeat,futilibus noſtris laudibus,vt magis floreſcat,non indiget.

Loyolæ normam ſequentes. *Maſc.* Loyolæ propago. *Idem*. . 5. Loyolides. *Idem*. . 6. Ignati aſſeclæ: Qui nomen Ieſu Impoſuere ſibi.

IGNARVS. V. *Indoctus.*

IGNAVVS, &

IGNAVIA.

Pigritia,æ:& Pigrities,ei: Deſidia. V. *ſuo loco.* Veternum. *Virg.1.Georg.* & veternus, i. *Hor.1.epiſt.8.* Vecordia. *Ouid.12.met.* Torpor:Torporis frigus: Crimen pigritiæ. *Mart.* Mareida luxu ocia. *Claud.* Ocium:Ocia:Acedia,æ,*Accidia.* Segnities,ei:Situs,us:Quis ſterili mea membra ſitu:Vel mea corda merſa. *Stat.5.3.* Segnis mora. *Virg.10.Æn.* Segnis,e: Segneſq; metu ſententia tardet. *Idem 12.Æn.* Ignaua vita. *Anger.* Torpedo,dinis:Fractiq; animi torpedine quadam:Somnus iners. *Claud.* Diræ torpedinis ars. *Idem.* Inertia mollis. *Hor.epod.14.* Pectus iners. *Ouid.3.triſt.7.* Deſidiæ cauſſæ. *Ibidem.* Longa mora. *Idem* t.3. Vitium animi. *Idem 5.met.* Animi tabes,frigus,hiems:Mollities,ei:Tarditas, tis.

Epith. Lenta, iners, inanis, mollis, imbellis, mala, ignaua, triſtis,improba,faſtidioſa,torpens,parca laboris: Dilatrix operum, fugienſq; labores pigritia: Ocia tractans, hebetans ſenſus: Validas perdens vires: Obtuſos reddens ſenſus: Imminuens decus ingenij: Quæ vitiat ſenſus.

Dedecet ingenuas mentes ignauia mollis: Non ſit locus vllus intenti pigritiæ: Me occupat exanguis, ſomniq; ignauia mater: Abſciſſit titubans ignauia neruis: Languida non fecit tardos ignauia ſenſus:Numquam vigili torpens ignauia vultu: Ocia mulcebant Venerem, atque ignauia deſes: Tardaq; mollities, & inertia parca laboris: Somnifero languore premit frigentia corda:Victa iacet virtus ſine vi ſubit arria languor:Lentaque frigentes hebetaſſet inertia ſenſus: Ne laſciua meam macularet inertia mentem.

Ignauus,a,um:Acedioſi,orum,qui acedia laborant: Piger: Pigrior: Pigerrimus: Iners: Segnis:Deſes: Veſanus:Torpens:Torpidus:Negligens:Deſidioſus:Reſides animi. *Virg.1.Æn.* Deſuetaq; corda. *Ibidem.* Nomen inertis habent. *Ouid.3.de art.* Pigra ſitu corpora. *Idem 2.de art.* Gens imbellis, mollis: Segnes effœto in corpore ſenſus:Inertia corda:Tardus:Lentus: Horridus deſidia. *Virg.4.Georg.* Inglorius. *Ibidem.* Torpens veterno. *Idem 1.Georg.*

Eneruis. *Sen. in Thyeſt.* Effœminatus: Arguimur lentæ crimine pigritiæ. *Mart.* Sopitus torpore. *Claud.* Implicitus:Reſes,dis. *Pont.* Longa rubigine torpens ingenium. *Ouid.5.triſt.13.* Cuius corpora, pectora torpor habet: Ignaua vitam conditione trahens: Turpi deſidia torpens: Veterno,reſinaq; pigriores. *Mart.3.67.* Vilis ſanguine,ideſt ignauus. *Stat.2.Theb.*

IGNIS, is.

Cuius olim affulſio optimum exiſtimatum fuit augurium, vt in Auguſto oſtendit *Suet. cap.94. & Schildius in Comment.* De Seruio Tullo dormiente, & de L. Marcio concionante aſſerit *Liuius lib.1. & 25. & Val.Max.lib.s.cap.6.* & de Q.Saluidieno gregem paſcente *Dio:* de Aſcanio,

& de

& de Lauinia *Virgilius*.

Focus,fig. Flamma:Vulcanus,fig. *Virg.2.Æn.* Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma Torreat,&c. *Tibull.*1. Vulcania acies. *Virg.*10.*Æn.* Vulcania vulnera. *Idem*. Arma Vulcani:Scripta tardipedi Deo daturam Infelicibus vſtulanda lignis. *Catull.*37. Vulcania peſtis. *Sil.It.*17. Ardor, ignis effectus,fig. Flamma: Fornax,fig. Caminus:Fauilla. V. *ſuis locis.* Incendium:Semina flammæ,nempè fauillæ:Victorq; Sinon incendia miſcet Inſultans: Dant clara incendia lucem: Ac velut optato ventis æſtate coortis Diſperſa immittit ſiluis incendia paſtor Correptis ſubitò medijs,&c. *Virg.*10.*Æn.* Calor. V. *ſuo loco.*

Scintilla:It Cęlo ſcintilla ruens,&c. Scintillæ ſilicis. *Virg.*

Epith. Ignita,rubens,parua ſcintilla,clara.

Parua ſub inducta latuit ſcintilla fauilla: Ignis ardor: Flammarum ardores: Prunæ ardentes, flagrantes, calidæ: Carbones igniti: Vis flammæ. *Sen. in Med.* Ignei halitus. *Ibidem*. Æſtus. V. *ſuo loco.* Flammei ictus. *Sen. in Med.* Faces: Tędæ:Lampas. V. *ſuis locis.* Vis ignium. *Sen.in Med.* Medicę dona chimęræ. *Ibidem.*

Cinis, fig. Et ſua non emptus pręparat oua cinis. *Mart.*1.56. cinis non emptus, id eſt ignis accenſus è lignis vicinæ ſiluę,quam ruſtici non emunt, ſed ad arbitrium cędunt.

Epith. Calidus, fumidus, torridus, edax,penetrabilis, flammeus, leuis, vorax, radians, rubens, flagrans,flammiger,flammans,flammifer,fumoſus, omniciemus, rapidus, contrarius vndis, omnia conſumens,cineri ſuppoſitus,flammiuomi.

Excitat inualidas admoto fomite flammas: Flammiferis addere ligna focis: Indè foco tepidum cinerem dimouit,& igneis Suſcitat heſternos,folijsq; & cortice ſicco Nutrit, & ad flammas anima perducit anili. *Virg. in Moret.* Suſcepitq; ignem folijs, atque arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammas: Ipſa dabat virgas,cæſaq; ligna foco. *Ouid.* Pruna:Globus igneus, globuli igniti: Carbones accenſi: Prunæ vis: Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent. *Virg.*5.*Æn.* Ne cinerem vitans,in prunas incidas: *Adag.*

Epith. Calida, calens,ardens,flagrans.

IGNIS.

Elementum cæterorum liquidiſſimus, vt ſcribit *Ouid.*1.*met.* Hunc ſuper impoſuit liquidum, & grauitate carentem Æthera.

Ignis ſimplicis auræ. *Virg.*6.*Æn.* Æther,is, g.m. V. *ſuo loco.* Æthra,æ:Ætheriæ flammæ:Flamma fixa polo: Aëris ignis; *ex Ouid.*1.*met.* Candens axis. *Ibidem.*

IGNIS.

Æternus, quem veteres colebant, appellabantq; Veſtam. Hic à Troia inter reliquos Penates ab Ænea Romam,ſiue in Italiam aſportatum fuiſſe aiunt, & cuſtodiendum traditum Virginibus, quæ indè Veſtales dictæ ſunt, de quibus V. *ſuo loco.*

Veſta potens: Sic ait, & manibus vittas, Veſtamq; potentem,Æternumq; adytis effert penetralibus ignem. *Virg.*2.*Æn.* Troicus ignis. *Stat.*1.*ſilu.*1. Vis, & vires ignis. *Ouid.*2.*met.* Veſtales flammæ, prunæ, &c. quæ quando extinguebantur præterquamquòd à Pontifice Max. Veſtales verberabantur, ſolebant tabulam felicis materiæ tandiù verberare, donec ignis conciperetur, qui cribro aheneo in ædem à virgine deferebatur, quotannis tamen, & nouus ignis excitabatur à Veſtalibus, ſicut & à noſtris in cerei Paſchalis conſecratione: Adde quod arcana fieri nouus ignis in æde Dicitur,&c.*Ouid.* Ignes Iliaci. *Idem* 3.*faſt.* quòd à Troia fuerant adducti:Sacri foci. *Ibidem.*

IGNIS.

Artificioſus,quem artificialem vulgus appellat, nitro compoſitus, quo vtuntur ad explodendas è tormentis muralibus,ſiue manualibus plumbeas glandes.

Ignis compoſitus:Ignes nitroſi mixti ſulphure,Iamque faces ad tecta volant. *Virg.*12.*Æn.* Miſſilis ignis: Ardentem iaculatur lampada Cimber. *Sil.It.*14. Pyroboli:Tela miſſilia ignita:Malleoli. *Cic.* Manipuli ſpartei pice,& ſulphure illiti, qui inflammati de muris in hoſtes deuoluebantur incendendi gratia. V. *ſup. Bellica inſtrumenta.* Stupea flamma. *Virg.lib.*8. Sulphureus ignis: Nitroſus,nitratus: Nitro compactus ignis: Dedit & tenui ſulphure tectos Mulciber ignes, & viuacis fulgura flammæ De cognato Phaëtonte tuli. *Sen. in Med.* nempè ignes artificiales,quibus vſa eſt in incendendis ædibus Creuſæ Corinthiæ: Huiuſmodi enim componendi ignis rationem à Prometheo deueniſſe teſtantur nonnulli, qui Ioui cęleſtem ignem dicitur ſurripuiſſe,& homines docuiſſe modum ignes componere, quos alat aqua, vndè *Sen. in med.* Et hoc in iſta clade mirandum accidit,Alit vnda flammas,quoque prohibetur magis Magis ardet ignis.

Ignis apud veteres vitę ſymbolum fuit,& pro amore vſurpatus à poetis, vt: Carpitur igne nouo. *Virg.*4. *Æn.* In nuptijs fuit adhibitus ignis; vt aqua etiam,quæ calorem,& humorem ad fętum denotarent. V. *Nuptiæ.*

IGNOBILIS.

Quem ſeries inhonora parentum Progenuit. *Stat.* 5.*ſilu.*2. Obſcurum proauis,& priſcę lucis egentem. *Ididem.* Plebeia de ſtirpe. *Ibidem.* Turmali ſanguine cretus. *Ibidem.* Cui ſunt deformes obſcuri ſanguinis ortus,Et ſine luce genus. *Idem* 5.*ſilu.*

5.ſilu.3. Sanguis parentum pauperum. *Hor.* 2.19. Humili de plebe parentes. *Ouid.3. met.* Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis. *Idem 6.* Popularis. *Ibidem.* Populari ſanguine natus,gregali,plebeio:Res obſcura ignobilitate. *Ibidem*. Nobilitate minor. *Idem 3.triſt.5.* Vulgari de gente ſatus: Terræ filius: Infimæ plebis homo:Ignoti ſanguinis hæres: Si tibi ſeruili placuit fœdare curules Crimine. *Claud. in Eutrop.* 1.

ILEX.

Arbor glandifera, quæ à quercu differt folijs laurinis ſimilibus,& ſerratis,& glandes habet querius minores.

Iliceæ trabes. *Stat.* Ilignæ trabes: Frons ilignea: Glans iligna. *Colum.* Ilex plena fauis;quòd ibi nidificent apes: Curuataq; glandibus ilex. Torrentem patula vitabant ilice Solem: Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas: Sæpè ſiniſtra caua prędixit ab ilice cornix. *Virg.1.eclog.* Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex: Gemit icta ſecuribus ilex: Ilicis vmbra. *Tib.2.5.* V. *Quercus*.

Epith. Nigra, caua,littorea,ramoſa.

ILIA, æ.

Romuli, Remiq; mater Numitoris filia, cui cùm regnum occupaſſet Amulius frater, Lanſumq; nepotem interfeciſſet, Iliam Veſtalem fecit, ne quid prolis ex fratre Numitore ſupereſſet: ſed Ilia quondam ad ſacra facienda dum aquam quæreret obdormiſcens fuit à Marte compreſſa, duosq; genuit gemellos, quod cùm reſciſſet patruus, paruulos exponi feris iuſſit, Iliam verò apud Tiberim viuam infodi, vndè illam Tiberi nupſiſſe fabulati ſunt poetæ. V. *Horat.1. od.2.* Romulus verò, Remusq; à lupa educati fuere vſq; ad Fauſtuli paſtoris aduentum, qui eos domum tulit ad vxorem, & vſque ad iuuenilem ætatem perduxit.

Rhea à nonnullis appellata: Romana propago. *Ouid.3.el.5.* Regina Sacerdos Marte grauis. *Virg.6.Æn.* Dardana Sacerdos. *Stat.* Troica Sacerdos. *Hor.3.3.* Siluia veſtalis. *Ouid.2.faſt.* Cùm te Romana Sacerdos Cœpit. *Idem 3.* vbi rem prolixè narrat:Siluia fit mater. *Ibidem.* Numitore ſata: Numitoris filia.

ILIA, ium.

Latera:Inteſtina:Inguen,is:Coſtæ:Viſcera. V. *ſuo loco.*

ILIVM, ij.

Arx Troiæ, quam Ilus, ſiue Laomedon conductis Neptuno, & Apolline pro mercede, mœnibus cinxit, quorum etiam pars Æaco demandata fuit,vt forent inexpugnabilia, tandem decennali bello non tàm vrbs ipſa,quàm arx oppugnata in Græcorum manus deuenere. V. *Troia.* Dicitur etiam Ilios, gen. fœm. Poſtquam alta cremata eſt Ilios,& Danaas pauerunt Pergama flammas. *Ouid.14. met.* Dicitur etiam Ilion eiuſdem generis: Tunc cùm triſtis erat defenſa eſt Ilion armis. *Idem .. de art. amandi.*

Iliaci muri. *Virg.2.Æn.* Iliaca fauilla:Cùm arderet Ilion. *Sen.in Troad.* Ilia tellus. *Virg.6.Æn.* Iugum vrbis Iliacæ. *Ouid.6.faſt.* Priamíq; arx alta maneres. *Virg.2.Æn.* Arx illa pollens opibus,& muris Deum. *Sen. in Troad.* Iliacæ domus. *Hor. 1. od. 15.* muri. Iliaci aggeres. *Prop.2.10.*

ILIAS, dis.

Opus Homeri,quod huc vſque omnium fuit admiratione, quo Troianum bellum diuinè quidem (vt aiunt) executus eſt.

Opus,quod cecinit verſu Mæonides:Opus Homeri: Mæonij verſus: Troica bella; id enim continet Ilias: Ne careant ſumma Troica bella manu. *Ouid.2.Pont.10.* Mæoniæ chartæ. *Idem 4.Pont.* 12. Iliadem cum pugione ſemper habebat Alexander ſecum. *Plutarch.* Iliades autem ſunt fœminæ Troianæ.

ILLECEBRÆ.

Et blandas vincit virginitate dolos:Voluptas: Blanditiæ: Blandi modi. V. *Blanditia.* Corporis cultus. *Ouid.3. Pont.1.* Mollities: Gaudia doloſa.

Epith. Molles, argutæ, doloſæ.

ILLVSTRIS.

Inſignis: Inclytus: Pietate inſignis,& armis. *Virg.* Ambo animis, ambo inſignes prœſtantibus armis: Fore illuſtrem fama, fatiſq; canebant. Euryalus forma inſignis, viridiq; iuuenta. *Idem 8.Æn.*

Clarus apud populos, ac dignis laudibus acrem. Hinc hoſtem celebrare vacat:Clarus nomine,geſtiſq; Celebris. V. *ſuo loco.* Nobilis. V. *ſuo loco.* Non obſcurus;non abiectus.

ILLYRIA.

Regio in Europa,quæ etiam Illyrium,& Illyricum, nunc Sclauonia dicitur. Dicta autem Illyria ab Illyrico Cadmi, ſiue Polyphemi filio. Illius fines variè à *Coſmographis* deſcribuntur,quos adi: Illyricum verò ſic definit *Suet. in Tiber. cap.17.* Toto Illyrico,quod inter Italiam,regnumq; Noricum,& Thraciam,& Macedoniam,interq; Danubium flumen, & ſinum maris Adriatici patet perdomito, & in ditionem redacto. *Plinius* oram Illyridis regionis mille amplius inſulis frequentari ſcribit, cùm contra Italiæ ora huic obuerſa impetuoſa ſit. Huius primariæ

Vrbes:

Senia,in planitie ſita ad mare,vulgò *Zegna.* Flanona: Tarſatica: Lopſica; Ortopula: Argyruntum: Ænona: Iadera colonia, quæ Liburnorum metro-

tro-

Digitized by Google

tropolis,hodie *Zara vecchia*. Scardona,quę adhuc nomen retinet, & Turcici iuris eſt.

Ænchiliæ, arum, vrbs peruetuſta in Illyrico, cuius meminit *Lucanus*, apud quam Cadmus cum coniuge Hermione verſi ſunt in dracones: Ænchiliæ verſi teſtantes funera Cadmi. *Idem* 3. *Pharſ.* Sunt qui ſcribunt Encheleæ verſi, &c.

Epidaurus vrbs antiqua, ad cuius ruinas Raguſium eſt munitiſſima quidem vrbs, & emporio celebris, & ſui iuris, quamvis Turcis aliquid pendat ſtipendij. Scutari quoque Turcicum oppidum emporium haud ignobile, quæ olim Scodra dicebatur ad Drilonem fluuium; quam tamen ad Dalmatiam pertinere aiunt.

Liburnia regio in Illyria. V. *ſuo loco*.

Fluuij:

Sauus:Drauus,qui ſe in Danubium ingerunt,minores amnes in Adriaticum mare ſe exonerant. Danubius, qui etiam Iſter finis Illyrici Septentrionem verſus:Arſia fluu. Italiæ terminus: Drilo fluu. terminus Græciæ: Naro fluu. Titius amnis, quorum aliqui ad Dalmatiam ſpectant, eò quòd Illyricum pars eiuſdem ſit Dalmatiæ.

Montes.

Timauus:Scodrus:Scardonius lacus.

Synonyma.

Illyricum littus:Illyrici fines. *Ouid.4.met.* Omnis qua mobile ponti Æquor, & Adriacis tellus interiacet vndis. *Claud.* Illyricæ vrbes,vndæ. *Hor.* 1.*od.*28. Illyricæ oræ. *Pont.* Terræ. *Prop.*2.3. Illyris ora. *Ouid.*2.*triſt.* Illyrici campi. *Stat.*2. *Theb.* Illyrica regna. *Sen.in Herc.fur.*

Populi:

Liburni,orum. V. *Liburnia.* Illyrij pop. de quibus *L.Florus in epitome primi belli Punici* meminit, & in bello Macedonico,qui deducti à Perſe contra Romanos, tandem deuicti ſe dediderunt: Arupini pop. finitimi Illyrijs. *Tib.*4.*el.*1. Pęones aliquando,teſte *Appiano*, pop. fuerunt inter Illyrios adſcripti.

ILVA.

Inſula Tuſciæ adiacens, quam à fertilitate ferri etiam *Plin.* commendat *lib.*3.*cap.*6. *& lib.*35. *cap.*14. At Ilua trecentos Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis. *Virg.*7.*Æn.*

Ferrigena inſula:Æthalia olim dicebatur:Ferri genitrix tellus: Occurrit chalybum memorabilis Ilua metallis, Qua nihil vberius Nor ca gleba tulit. *Rutil. in Itiner.* hodie dicitur *Elba*.

Coſmopolis, nouum opp. à magnis Etruriæ Ducibus excitatum.

IMAGO, ginis.

Facies: Species: Forma: Effigies:Pictura:Picti Dei, homines,&c. Lina ſacra:Tabella picta. *Tib.*1. *eleg.* Tabulæ pictæ. *Prop.*3.*eleg.* Figura. *Idem.* Simulacra Deûm. *Tib.*2.*eleg.* Effigies ſacra:Sacræ Diuûm,Phrygijq; Penates: Veterum effigies ex ordine auorum:Apellęum opus. *Mart.*7. ab inſigni pictore: Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago. *Virg.*2.*Æn.*

Erant autem imagines apud Romanos ſuorum maiorum ſimulacra, & effigies coloribus, pigmentiſq; adumbratæ, quas non omnibus tenere licebat;ſed qui nobiles cenſebantur. Has autem in ipſo domus atrio collocabant, vt adeuntibus eſſent obuiæ: quod etiam fit memoria noſtra, vt in principum,nobiliumq; palatijs facilè cernitur. Hic autem imaginem intelligimus quamlibet formam, ſiue exemplar. Aduerte etiam olim imagines ſolitos fuiſſe veteres in varijs ædium partibus habere; ſuorum quidem maiorum in atrio (vti diximus) hoc eſt in celeberrimo ędium ſuarum loco,& maximè conſpicuo:eorum verò, quos amarent, in cubiculo, vbi vnà cum Laribus illas venerabantur, quorum cuſtodiæ puer ſolebat apponi. At viri docti in bibliothecis,non in cubiculis dedicatas habebant veterum authorum imagines, vt *ex Cicerone, Plinio, Iuuenale, &c.* Poſterioribus verò Imperatoribus peculiaris mos fuit,vt in cubiculo Fortunam auream haberent,quam morituri ad eum tranſmittebant, qui ſibi eſſet ſucceſſurus. V. *Capitolinum in Antonino Pio, & M.Antonio Philoſopho.* Item *Spartianum in Seuero.* De Galba verò *Sueton. in* 4. Sumpta virili toga ſomniauit Fortunam dicentem,ſtare ſe ante fores defeſſam,& niſi ocyus reciperetur, cuicumq; obuio prędæ futuram. Vtque euigilauit aperto atrio ſimulacrum æneum Deæ cubitali maius iuxtà limen inuenit. Hæc *ille*. Lege *Torrentij notas* in hunc locum.

IMBECILLITAS, tis.

Vites eneruatæ: Infirmitas: Debilitas: Inualidæ vires:Defectus animi: Fractæ,perfractæ morbo vires.

IMBELLIS, is.

Inermis:Imbecillus:Mollis:Frontibus aduerſis molles concurrere damas Vidimus. *Mart.*4.35. Timidus:Ignauus. V. *ſup. ſuo loco*:quaſi bello parum aptus:Ineptus ad pugnam, ad bellum.

IMBERBIS, is.

Qui ſine barba:Dum nulla teneri ſordent lanugine vultus. *Mart.*1.32. Lactea colla. *Ibidem*: quòd lac pręſeferat non tàm ob pulcritudinem,quàm ob barbam nondùm exortam.

IMBER, bris.

Pluuia. V. *ſuo loco.* Pluuia is aqua. *Ouid.*4. *faſt.* Pluuium frigus. *Virg.*3.*Georg.* Pluuiales auſtri. *Ibidem.* Pluuius auſter. *Ouid.*1.*met.* Pluuiales hœdi. V. *Hœdi:* pluuiales dicti,quòd occidente IV. Non. Octob. Eniocho matutino Cæſaris corona incipit oriri;Hœdi verò veſperi VIII. Id. Octob. occidunt,quo tempore, & eorum exortu im-

Digitized by Google

imber ſolet enaſci maximus, vt Succularum, Orionis, Arcturi, & Libræ occaſus efficit: Hinc pro pluuia ſumuntur. *Virg.9.Æn.* Triſtis Orion. *Hor. epod.*10. quòd ſub eo pariter ſigno ſæpiùs pluuia cadat.

Agmen aquarum. *Virg.1.Georg.* Cęli ruinæ. *Idem 1.Æn.* Aquæ,& nubila cęli. *Idem 4.Georg.* Nimbus.V. *ſuo loco.* Ætherea,& pluuia tela. *Sophocl. in Antig.* Alimentaq; nubibus affert. *Ouid.1. met.* Tempeſtas cęli:Aquoſæ ſtillæ. *Euripid.* Madidi dies. *Mart.* Copia cęleſtium aquarum. *Pind.* Subitæ aquæ. *Mart.4.* Iupiter horridus auſtris. *Virg.9.Æn.* Cęli procellæ:Pluuius æther ſi pendeat,nempè ſi immineat pluuia. *Hor.epiſt. ad Fuſc.* Cęli mobilis humor. *Virg.1.Georg.* Iupiter humidus. *Ibidem.* Humidus auſter,qui pluuias excitat. V. *Auſter.* Africus,figur. Intereà madidis non deſinit Africus alis Continuos picea nube negare dies. *Rut.1.Itin.* Imbribus immodicis cęlum nam forte ruebat. *Mart.3.99.*

Triſtes Hyades. *Hor.1.od.3.* Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti: Nubes, continens pro contento: Nubibus aſſiduis. *Ouid.1.met.* Liquor pręceps de cęlo. *Pont.* Humor.

Epith. Ater, frigidus, fœcundus, effuſus, intempeſtus, repentinus, ſpumeus, effluus,largificus,madens, defluus, pluuialis, Deucalioneus, pręceps, decolor, nimboſus, pluuius, cæruleus, turbidus.

IMITATIO.

Res latuit patrem, priſciq; imitamina facti. *Ouid. 1.faſt.* Imitamen. *Idem 4.met.* Sequela,æ:Imitamentum,i. *Gell.* Imitans,qui ſequitur,qui æmulatur aliquem: Æmulatio:Æmula virtus:Veſtigijs hęret,adhęret:Sequitur veſtigia:Imitator, is: Simia; vt ſimiam ſcenicam *Demoſthenes* Æſchinem dixit,ſiue tragicam.

IMMANITAS.

Seueritas,tis:Adamas rigoris. V.*Crudelitas.* Crudelis:Barbaries: Feritas:Ferreum pectus,cor,&c.

IMMATVRVS.

Acerbus: Non maturus: Crudus: Immitis. *Hor.2. od.5.*

IMMENSVS.

Sine menſura: Non metiendus: Ignota ſpectandus mole. *Mart.in ſpect.lib.15.ep.* Valdè magnus.

IMMERSVS.

Immerſus Neptuno. *Virg.4.Georg.* Submerſus ponto:Humido ſepultus letho. *Plut.* Diſiectaq; corpora ponto: Medio in fluctu ſubmerſus: Proiectus in æquor. *Ouid.in Ibin.* In magnas pręcipitatus aquas. *Ibidem.* Flumine merſus. *Idem.* Preſſus aquis. *Mart.* Obrutus aquis.*Ouid.epiſt.1.* Fluctibus oppreſſus. *Idem 1.triſt.* Effuſus in vndis. *Virg.6.Æn.* Merſus ſub aquis. *Ouid.3.de art.* Obrutus pelago. *Sabin. epiſt.* Iacet hoſtis in vndis Obrutus Illyricis. *Luc.5.Pharſ.* Submerſus:Medijs effuſus in vndis.

Quum moribunda niger clauderet ora liquor. *Prop.3.5.* Cui degrauat vnda caput. *Ibidem.* Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus. *Ibidem.* Naufragus: Iacet hoſtis in vndis Obrutus:Merſus corpus aquis:Corpus fluuiali ſpargere lympha: Se iactu dedit æquor in altum: Spargite me in fluctus, vaſtoq; immergite ponto: Suppoſitas immittere corpus in vndas:Inuolutus aquis, vndis: Feſſus tumidis cùm premeretur aquis: Clauſerunt virides ora loquentis aquæ: Occidit inſani crimine merſa freti. *Mart.4.63.*

IMMOBILIS.

Immotus:Immotus animo. *Sen.in Med.* Pondere tuta ſuo mens. *Ouid.*Velut rupes immota. *Virg. 7.Æn.* Intractabilis:Conſtans. V.*ſuo loco.* Nulla mutabilis arte: Stabilis: Immoto procedunt cuncta tenore. *Pictor.* Mens immota manet:Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit: Illa manent immota locis,nec ab ordine cedunt:Me mea defendit grauitas, fruſtràq; petebar Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus Oppugnat:Manet illa,ſuoq; eſt pondere tuta:Velut rupes vaſtum quæ prodit in æquor Obuia ventorum furijs,expoſtaq; ponto Vim cunctam,atque minas perfert, cęliq; mariſq; Ipſa immota manet: Ineluctabile fatum. *Virg.* Ignara moueri Atropos. *Stat.3.Theb.* ideſt immobilis.

IMMORTALIS.

Morte carens. *Ouid.15.met.* Cui ianua lethi pręcluſa eſt. *Idem 1. met.* Æternus, ſempiternus, perpetuus:Cui mortis adempta conditio. *Sil.It.* Immunis fati:Expers: Expers mortalis conditionis: Amarantheus. *Pont.* ab Amarantho flore, quem non flacceſſere dicunt,vt alij: Abſtulit illis quod mortale fuit, maieſtatemq; verendam. *Ouid.4.met.* Non mortalis. *Idem 3.Pont.1.* Tibi inconſumpta iuuenta eſt:Nulla dies vmquam memori vos eximet æuo: Nec finire licet tantos mihi morte dolores: Æternum noſtros luctus extendit in æuum: Clades te nulla rapit. ſoluſq; ſuperſtes Edomita tellure manes, non ſtamina Parcæ In te dira legunt, nec ius habuere nocendi.

Fatorum dominus: At genus immortale manet, multoſq; per annos Stat fortuna domus: Æternum tenet per ſecula nomen: Opus exegit,quod nec Iouis ira,nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas:Stat ſine morte decus:Nomenq; erit indelebile noſtri: Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. *Virg. eclog.* Numquam tua fama peribit.

IMMORTALITAS.

Quo vitam dedit æternam. *Virg.12.* Æternum æuum. *Ouid.1.met.* Sempiternum æuum,tempus:

pus: Perpetua ætas: Diuino cum lumine viuet Æternum manſurus homo poſt prẹmia cẹli Obtenta, &c. Et capite inſignes palmæ immortalis honores: Immortale fas habeant. *Virg.9.Æn.* Ius immortale: Lex immortalis vitæ: Immunis lethi vita. V. *Immortalis.* Nectar,aris,interpretantur pro immortalitate à Græca voce.

IMMVNIS.

Is dicitur, qui publico ab onere liber eſt; ſiue officio.

Liber. V.*ſuo loco.* Sine pœna:Non exempta foret pœnæ. *Ouid.7.met.* ideſt non eſſet immunis. Exemptus pœna,munere: Vacuus onere,pondere:Immunis metu,militia, &c.

IMPAR, is.

Haud par: Non æqualis: Inæqualis:Non æquus:Separ,is:Tu ſepare cœtu Elyſios Perſea pios. *Stat.4.Theb.*

IMPATIENS, & IMPATIENTIA.

Furioſus. V. *ſuo loco.* Furor. V. *ibidem.* Mentem cæcus inſtiget furor. *Sen.in Thyeſt.1.* Furibunda mens,pectora, corda: Impetus: Reſiſte,& iras comprime,ac retine impetum. *Idem in Med.* Incerta (vecors) mente non ſana feror Partes in omnes. *Ibidem.* Dolor furioſus. *Ibidem.* Queſtuſq; ſecreto abditos manda dolori. *Ibidem.* Iniquo ferre animo: Siſte furialem impetum. *Ibidem.* Ferox,minaxq; fert gradum. *Ibidem.* Animus ira concitatus. *Ibidem.* Incerta qualis entheos curſus tulit Cum iam recepto Mẹnas inſanit Deo. *Ibidem.*

IMPERATOR.

Ille dicebatur apud veteres, qui dux exercitus erat, prouinciæq; alicuius adminiſtrator: ſed extenſum deindè vocabulum ad eum,penès quem imperij erat ſumma, poſtquam popularis Reipub. ſtatus in Monarchiam conuerſus fuit, hac quidem ratione:Cùm C.Iulius Cẹſar deuictis Pompeij in Hiſpania filijs, & reliquijs belli ciuilis confectis, Romam reuerſus eſſet: Senatus, qui magna ex parte Pompeium ſecutus fuerat, metuens, ne ipſe victoria elatus, crudele quid in eos ſtatueret, nouos quoſdam, ac ſingulares honores ei decreuit, inter quos fuerunt hi, vel prẹcipui,vt Pater patriæ diceretur,Conſul in decennium, (quem tamen honorem poſt aſpernatus eſt) Dictator in perpetuum eſſet, ſacroſanctus haberetur; Quintilis menſis ab eius nomine Iulius appellaretur; vt comitia Tribunitia in ſua haberet poteſtate.in acta ſua Magiſtratus ineuntes iurarent, & vt Imperator appellaretur: quæ omnia poſt Cẹſaris necem in Octauio,poſtquam Triumuiratum depoſuiſſet, confirmata fuere, & alia inſuper addita; nam & ipſe Imperator eſt dictus; & quotquot poſt eum ſummum ius in Repub. habuerunt Imperatores hucvſque appellati ſunt,ijdem etiam Auguſti dicuntur,& Cæſares;cuius diſcrimen *ſuperiùs* enodauimus *in titulo, Cæſar.*

Cæſar: Auguſtus Cæſar: Ductor;qui exercitum ducebat: Regnator terrarum, orbiſq; ſubacti Alme parens. *Stat.4.ſilu.1.* Auſonius dux. *Idem* 4.4. Romuleus dux. *Idem* 5.1. Romanum qui temperat orbem:Romani qui tractat habenas imperij: Qui terras ditione tenet: Qui terras premit imperio:Qui regit orbem:Mundi rector. *Mart.* 7. Mundi prẹſes. *Idem* 5.3. Cæſar princepſq; paterq; Terrarum dominus. *Idem* 7.

Terrarum dominos euehit ad Deos. *Hor.1.1.* Sceptra parens orbis tenet:Scepero regens populos: Regna tenens, moderans cuncta. *Ouid.1.met.* Martigena ſummum geſſit in Vrbe locum. *Herc.Strozz.* Cẹſareum numen. *Ouid.5.de triſt.* Ille Deus bene, quo Romana potentia nixa eſt. *Ibidem eleg.2.* Arbiter imperij. *Ibidem eleg.3.* Non ea te moles Romani nominis vrget. Inq; tuis humeris tàm leue fertur onus. *Idem 2.triſt.* Cæſaris numen. *Idem 1.Pont.11.* Gaudia Cæſareæ mentis pro parte virili. *Idem 2.Pont.1.* Surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus. *Ibidem* 5.

Orbis moderator. *Ibidem.* Imperij frẹna moderans. *Ibidem* 9. Auguſtum numen. *Idem 4.Pont.6.* Cuſtos Romuleæ gentis. *Hor.4.5.* Cuſtos rerum Cæſar. *Idem* 4.15. Mundi ſeruator. *Prop.4.6.* Hectoreis cognite maior auis. *Ibidem.* Dominus rerum. *Mart.6.*Te ſumme mundi rector, te parens orbis. *Idem* 7. Cenſor maxime,principumq; princeps. *Idem* 6.Terrarum dominus,Deuſq; rerum. *Idem* 8. Qui regis Auguſtis parentem legibus orbem. *Manil.1.Aſtron.* Quibus Deus ius dedit magnum necis,atq; vitæ. *Sen. in Thyeſt.3.* Specimen imperij. *Ibidem* 2. Imperium ſceptris exercet: Mecumq; fouebit Romanos rerum Dominos,gentemq; togatam. *Virg.* Domus Æneæ cunctis dominabitur oris. *Idem.* Sed fore qui grauidam imperijs,belloq; frementem Italiam regeret genus alto à ſanguine Teucri Proderet, ac totum ſub leges mitteret orbem. *Idem.* Iupiter,adulatoriè poni poteſt,vt dixit *Mart.5.6.* Noſti tempora tu Iouis ſereni; nempè quando ipſe Auguſtus ſereno eſt vultu, ac placido: Vt quos imperij penès eſſet ſumma poteſtas. *Hom.1.Iliad.*

IMPERIVM.

Sceptrum. *Ouid.in Ibin.* Faſces domini. *Maſcul.1.11.* Rerum habenæ. *Virg.7.Æn. & Mart.6.2.* Regniq; coronam cum ſceptro miſit. *Idem* 8. Ditio:Sub ditione tenet: Summa poteſtas rerum: Iura imperij:Terrarum cura. *Virg.1.Georg.* Latia quicquid ditione ſubactum. *Claud.1.in Ruf.*

Imperij fręna tenere. *Ouid.1.faſt. & 2.triſt.* Et arbitrium Romulus vrbis habet. *Idem 4.faſt.* Imperij fines: Illa inclyta Roma Imperium terris, animos æquabit Olympo: Summus locus: Summo ſtare loco. *Stat.1.Theb.* Ad hos vrbis ſumma relata noua eſt. *Ouid.5.faſt.* Arua aliena iugo premere, atque auertere. *Virg.10. Æn.*

Totaq; ſub regno terra futura tuo eſt. *Ouid.1. de remed.* Seruitio premere. *Virg.* Sceptra loci, rerumq; capit moderamen. *Ouid.6.met.* Vireſq; modoſq; Imperij tractare manu. *Stat.5.ſilu.1.* Regnum,& primi honores. *Virg.11.Æn.* Imperij res. *Hor.1.od.2.* Et captos ſub ditione premit. *Pont.* Imperij moles. *Sen. in Oedip.* pondus:Onus regium. *Ibidem.* Imperij ſtatio. *Ouid. 2.triſt.* Moles Romani nominis. *Ibidem.* Habenę orbis. *Idem 2.Pont.5.* Imperij honor. *Idem 4.Pont.9.* Imperij maieſtas. *Hor.4.15.*

Epith. Potens, ſuperbum, inſolens, durum, violentum.

Imperium Romanum.

Quo nullum extitit maius, nullum celebrius, cui Perſarum,cui Medorum,cui denique Gręcorum ceſſit Monarchia, cuius amplitudo per totum fuit orbem extenſa, quæ Afros, quæ Aſiaticos, Gallos, Hiſpanos, Britannos, Germanos,Sarmatas,Græcos,& Perſas vſque amplectebatur. Imperium tandem, cui ſpirituale nunc ſucceſſit, ac Pontificis Maximi regitur arbitrio.

Ditio Romana,Latia: Pars Romana. *Ouid.2.triſt.* Ius Auſonium: Hæc eſt Auſonio ſub iure nouiſſima. *Ibidem.* Hæſit in imperij margine terra tui. *Ibidem.* Quæq; capit Latijs immenſum mœnibus orbem Hoſpitijs,Romam vix habuiſſe locum. *Idem 2.Pont.1.* Auſonium imperium. *Idem 2.Pont.2.* Roma tuum nomen terris fatale regendis, Qua ſua de Cęlo proſpicit arua Ceres: quà ſcilicet vrbanius viuitur; nam nondum Parthos ſubiugarat, ſed ſæpiùs vicerat, profligarat q;. *Tib.2.5.* Quaq; patent ortus,& qua fluitantibus vndis Solis anhelantes abluit amnis equos. *Ibidem.* Septem vrbs alta iugis toto quæ pręſidet orbi. *Prop...* V. *Roma.* Quicumque mundo terminus obſtitit Hunc tanget armis viſere geſtiens Qua parte debacchentur ignes Qua nebulæ,pluuijq; rores. *Hor.3.od.* Lux Romana. *Mart.9.2.*

IMPERIALIS.

Cæſareus. *Prop.* Iuleus,a,um. *Idem 4.6.* Auguſtus,a,um. *Ibidem.* Regius; ob commune nomen,Regia vela. *Ibidem.* Iulius,a,um:Iulia roſtra. *Ibidem.* Imperatorius.

IMPENSA.

Penſio, nis: Penſionem ante diem ſoluere: Solutio, nis: Expenſum: Expenſa: Impendium, inſtituere quæſtum ſine impendio:Precium:Nummi,pecunia. V.*ſuo loco.*

IMPETVS.

Furor. V.*ſuo loco.* Impete vaſto corripit:Inſultus. *Mant.* Impetus auditur ſtridens: Pręceps totam impetus obruit arcem: Tremulo tempeſtas impete fulget;à priſco,& obſoleto; impes,tis.

Epith. Amens, ſæuus,validus, acer, minax,demens, ferus, violentus, citatus, hoſtilis, dirus, pręceps, alacer.

IMPIETAS, & IMPIVS.

Improbus: Improbitas: Non religioſus: Irrelligioſus: Temerarius: Contemptor ſuperum. *Ouid. 1.met.* Crudelis. V. *ſuo loco.* Dirus: Profanus: Mens profana. *Ouid.2.met.* Profanum vulgus. Contemptor diuumq; hominumq;: O diris barbare factis. *Idem 6.met.* Parcus Deorum cultor,& infrequens. *Hor.1.34.*

IMPOSSIBILIA.

Argumenta dicuntur,quæ numquam fieri poſſunt. V. *ſuperiùs, Contrarietatis exempla.* Æthereas prius Perfundet arctos Pontus, & Siculi rapax Conſiſtet æſtus vnda, & Ionio ſeges, Matura pelago ſurget,& lucem dabit Nox atra terris:Ante cum flammis aquæ, cum morte vita, Cum mari ventus fidem,fœduſq; iungent. *Sen. in Thyeſt.3.*

Quod fieri nulla ratione poteſt: Cum canibus timidi venient ad pocula damæ: Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor:Prius iuncta cum Luna lumina Solis erunt:Prius pars eadem Cęli Zephyros emittet,& Euros.Et tepidus gelido flabit ab axe Notus. *Ouid.in Ibin. & plura.* Prius incipient turres vitare columbæ, Antra feræ,pecudes gramina,mergus aquas. *Idem 1.Pont.7.* Ante lupos rapient hœdi, vituliq; leones: Dulci amara prius fient, & mollia dura: Ante retrò Simois fluet, & frondibus Ida Stabit: Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos Æquore tinget equos: Ante per ignotos errabunt ſidera fluctus, Validum prius ægra leonem ſternet ouis: Terra prius falſo partu deludet arantes, Et citius nigros Sol agitabit equos. *Prop.2.15.*

IMPRECATIO.

Diræ,arum.V.*ſuo loco.* Dij tibi dent,nulloſq; lares, inopemq; ſenectam, Et longas hiemes, perpetuamq; ſitim. *Ouid.* Nunc quo Battiades inimicum deuouit Ibin,Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo. *Idem in Ibin.* quod carmen lege totum, vbi quot diſticha, tot ſunt imprecationes: At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis Littora littoribus contraria fluctibus vndas Imprecor arma armis, pugnentq; ipſi nepotes: Eueniat noſtris hoſtibus ille pudor:Sanguineas edat ille dapes, atque ore cruento Triſtia cum multo pocula felle bibat. *Idem ibid.* Ipſa fame ſtimulante

furens,herbaſq; ſepulcris Quærat,& à ſæuis oſſa relicta lupis:Denorer ante precor ſubito telluris hiatu,Aut rutilo miſſi fulminis igne cremet:Spiritus ante meus tenues vaneſcat in auras,Quàm, &c. *Idem*.Iam tu,qui Venerem docuiſti vendere primus.

Quiſquis es infelix vrgeat oſſa lapis. *Tib.1.eleg.4.* grauiſſima priſcis imprecatio, vtpotè qui defunctorum oſſa affictari poſſe credebant.

Paternæ,ſiue maternæ imprecationes ratæ fuerunt, & ſunt aliquando. V. *Phœnix,& Amyntoris filius*: ſic Oedipi imprecationes in filios ratæ fuerunt: Et mala ſiqua tibi dixit dementia noſtra Ignoſcas capiti ſint precor illa meo: priſci ſanguinem alicuius interfecti, ſiue interficiendi in caput ſuum detorquebant, vt in ſacris habemus paginis: ingratiſſimos Iudęos dixiſſe in Chriſtum: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.

Thyeſteæ preces. *Hor.epod.5.* vbi multæ ſunt imprecationes:Iræ Thyeſtæ. *Idem 1.od.16.*

IMPROVISVS.

Inopinus: Intempeſtiuus:Inopinatus:Inauſpicatus. Non auſpicatus. *Hor.3.6.* Inexpectatus:Ex improuiſo:Repentè.

IMPRVDENS, & IMPRVDENTIA.

Iuſciens:Inſcius:Improuidus:Non prędiens:Incautus:Inſcitia:Error:Imprudenter.

IMPVDENS.

Impudicus: Inuerecundus:Audax:Temerarius:Duri oris homo. *Ouid.5.met.* Procax,cis:Omnemq; pudorem exutus. *Hom.1.Iliad.* Vir abiecti pudoris. *Ibidem*. Proteruus. *Hor.1.od.25.* Laſciuus. V.*ſuo loco.* Os perfricatum:Proiecto pudore. *Ouid.6.met.* Supercilij ſeueri nudus. *Idem 2.triſt.*

IMPVDENTIA.

Temeritas:Audacia:Procacitas:Proteruitas. *Hor.1.19.* Fronte proterua. *Idem 2.5.* Inuerecundia: Illa quidem fateor frontis non eſſe ſeueræ Scripta. *Ouid.2.triſt.* Perfrictæ frontis homo:Impudens audacia: Inpudicitia. V. *Laſciuia, ibiq; exempla*. Sine pudore.

INACHVS.

Rex Argiuorum fuit Iùs,ſiue Iſidis pater,& Phoronei,qui primus legum theſauros, & iudicia conſtituiſſe fertur. Hic nomen Inacho fluuio dedit in latere Peloponneſi per agrum Argiuum in ſinum Argolicum influenti;ſunt qui Inachum fluuium in Achaia conſtituant,cuius filiam Io fabulantur poetæ à Ioue compreſſam, & in vaccam conuerſam. V. *Io*, *infra*. Hinc Inachidæ dicti ſunt Argiui, Græciue partem illam accolentes flumine irrigatam,& Inachis,dos, ipſa Io.

Gener Iouis; quòd hic eius filiam compreſſerit, vt *ſup. Stat.4. Theb.* Inachides ripæ. *Ouid.1.met.* Inachus vnus abeſt, imoq; reconditus antro Fletibus auget aquas,natamq; miſerrimus Io Luget vt amiſſam. *Ibidem*: *Fabulam ibidem lege totam.* Phoronidis venæ. *Sen.in Thyeſt.1.* à filio.

Phoroneo,ſiue à patre:Phoroneus amnis. *Ibidem.* Inachi author fluuij: Phoronei filius, vel pater, teſte *Euſebio*. Iſidis pater: Fluuiorum ductor Achiuum Inachus,&c. *Stat.4.Theb.* quòd cęterorum in Græcia fluminum ſit princeps.

INACCESSIBILIS.

Inacceſſus:Aditu carens locus. *Ouid.3.met.* Quaq; eſt difficilis,quaq; eſt via nulla. *Ibidem*. Compendia montis. *Ibidem.* Imperuius,inuius:Aſpera acceſſu loca: Inuia ſaxa: Salebroſæ rupes:Scopuli inacceſſi,& tecta volucrum.

INARIME.

Inſula eſt non procul à ſinu Puteolano, quæ ab ſtatione nauium Æneæ appellata fuit etiam Ænaria,& Pithecuſa à dolijs,vt vult *Plinius*:ſiue à ſimiarum multitudine, in quas incolas loci fuiſſe conuerſos fabulatur *Ouidius 14. met.* Eam inſulam Eretrienſes, & Chalcidenſes habitarunt. Flammas aliquando vomit, vndè nata fabula, ſub ea ſepultum eſſe Typhœum gigantem, cui nomen inditum eſt à verbo τυφεσθαι, id eſt exhalare fumum: totus enim ille tractus cauernoſus eſt,& ventos facilè concipit,qui luctantes aut terræmotum faciunt, aut ignem emittunt; vndè terræmotu quodam alteram illi proximam fiſſam fuiſſe inſulam aiunt, quæ Prochyta dicta fuit à ſono, quòd fuerit indè profuſa, quæ Pithicuſa, ſiue Pithecuſa dicitur etiam à quadam fabula, quam *Stephanus* narrat, *Xenagoram, Suidam,& alios*, atteſtans: fratres ſcilicet duos fuiſſe omni pollutos impietate, qui Candulus, & Atlas vocitabantur, ſed ob ſceleſtos mores Cercopes dicti,qui non aduenas tantùm, ſed ipſum Iouem decipere conati ſunt, ſed ab ipſo in ſimias fuiſſe conuerſos *idem* refert.

Inarimen,Prochytenq; legit,ſteriliq; locatas Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas. *Ouid.14. met.* Cercopes,populi, ſiue fratres illi,qui inſulam habitarunt,nunc dicitur Iſchia à coxendicis figura, cuius vrbs facta eſt: Ænaria. *Plin.lib.3. cap.6.* Pithecuſa. *Strab.* Quære Pithecuſas,&c. *Sanaz.ecl.3.* Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile Inarime Iouis imperijs impoſta Typhœo. *Virg.9. Æn.* Arime, *Homero* dicta. Mons Typhœo impoſitus, vt Enceladus Ætna. V. *ſupra Sen. in Thyeſt.807.* Hæc videt Inarimen, illi Prochyta aſpera paret. *Stat.2.ſilu.2.* Prochytæ littus,ora,tecta,arces,littora:Theſproti regnum; ex *Prop.* Lege *Alex. ab Alex. lib.2. cap.1.* Durumq; cubile Inarime Iouis imperijs ſuppoſita Typhœo. *Virg.*

INAV-

Digitized by Google

INAVRIS. V. *Auris.*

INCANTATIO, nis.

Qua Cęlum, & ſidera deuocabant, & ſollicitabant venefici, quæ incantamenta æris ſonitu repelli dicebant; hinc *Tibullus:* Et faceret ſi non æra repulſa ſonent, 1. *eleg.* 8. & *Ouid. de medic. faciei:* Et quamvis aliquis Temeſea remouerit æra Numquam Luna ſuis excutietur equis: & *Plin.* Miſera mortalitas velut mortem ſiderum pauens deliquio Solis in Luna veneficia arguente ob id crepitu diſſono auxiliata eſt. Incantamentis etiam priſci ad amorem cogebant, vt ſcribit *Virgilius eclog*... Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes, Quas velit, aſt alijs duras immittere curas.

Carmen, pro incantamento. V. *ſuo loco*. Flammæ Colchicæ: *Hor. epod.* 5. Carmen veneficę. *Ibidem.* Cantus, herbæq; potentes. *Ouid.* 12. *met.* Magicum miniſterium. *Tib.* 1. *eleg.* Incantamentum: Murmur, pro incantamento: Graminibusq; nouis, & longo murmure purgat. *Stat.* 4. *Theb.* Magicus ſtridor. *Tibull.* 1. 2. Herbę malæ. *Idem ibidem.* Magici foci. *Prop.* 1. Cyteina carmina. *Idem* 2. *eleg.* 1. Non hìc herba valet, non hìc nocturna Cyteis, Non Perimedea gramina cocta manu. *Idem* 2. 4. idem quaſi per Medeæ; ſiue à Perimedea inſigni venefica, cuius in Pharmaceutria meminit *Theocritus:* quam Agameden vocari ab *Homero*, ſcribit *Muretus.*

Æmoniæ mala pabula terræ. *Ouid.* 1. *de rem.* Veneficium. V. *ſuo loco.* Verba Cytęidos. *Prop.* 4. Cyteis dicta fuit Medea à Cythea vrbe Colchorum: Veneficij vis, vires: Pallentes herbæ; hypallag. *Ouid.* 2. *faſt.* Magicum carmen. *Ibidem.* Theſſali cantus. *Sen. in Hipp.* Theſſalica carmina. *Ibidem.* Et rapido minax decantat ore quicquid, Aut placat leues, aut cogit vmbras. *Idem in Oedip.* At vos deductæ quibus eſt fallacia Lunæ, Et labor in magicis ſacra piare focis. *Prop.* 1. 1.

Magico religatum brachia nodo. *Tib.* 1. 9. Cantus & iratæ detinet anguis iter. *Ibidem.* Magica auxilia. *Ibidem.* Æmoniæ artes. *Ouid.* 2. *de art.* Non facient vt viuat amor Medeides herbæ, Mixtaq; cum magicis Marſa venena ſonis. *Ibidem.* Namq; mihi magicæ vires, æuiq; futuri Pręſcius ardor. *Claud.* 1. *in Ruf.* Funeſtarumq; poteſtas herbarum. *Ibidem.* Circęa carmina. *H. Balbus.* Magicus dolus. *Bemb.* Qualis per nubila Phœbes Atraciæ rubet arte color. *Stat.* 1. *Theb.* ab Atrace Theſſaliæ patriæ, qui primus apud Thraciam artem magicam conſtituit: Citius non arte refectus Telephus Æmonia. *Idem* 1. *ſilu.* 4. Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat. *Virg.* 7. *Æn.* ideſt incantator venenatarum ferarum.

Qui mulcet iras, & morſus arte leuat. *Ibidem.* Cantus ſomniferi, ideſt incantamenta: Herbæ quæſitæ in montibus Marſis. *Ibidem.*

INCENDIVM.

Ignis. V. *ſuo loco.* Rutilis collucent ignibus ædes. *Ouid.* 4. *met.* Phaëtontęi rogi. *Mart.* 4. Victorq; ſi non incendia miſcet. *Virg.* 2. *Æn.* Cuncta iacent flammis, & triſti merſa fauilla. *Mart.* 4. 44.

INCESSVS. V. *Ambulans.*

Fœmineus gradus. *Ouid.* 3. *de art.* Fœminea ſpatia: Grauis paſſus: Nobilium greſſus matronarum: Iunonius inceſſus: Et greſſu gaudens incedit Iuli. *Virg.* 1. *Æn.* Aut iaculo incedit melior. *Idem* 4. *Æn.* Cum pedes incedit medij per maxima Nerei Stagna viam. *Idem* 10. *Æn.* Aſt ego, quæ Diuum incedo Regina, Iouisq; Et ſoror, & coniux. *Idem* 1. *Æn.*

INCESTVS.

Qui etiam incęſtus ſcribitur, vel de homine intelligitur, qui neceſſarijs, ſanguine iunctis, aut religioni operatis ſtuprum affert; & in hac ſignificatione vſurpauit *Plinius*, & inceſtuoſus, & inceſtu pollutus dicitur: vel de actu ipſo ſceleſto. Inceſtus autem à cęſtu, quæ zona pellicea Veneris erat, per quam legitimæ nuptiæ ſignificabantur, ſi nouæ nuptæ illa à viro ſoluebatur. Quod ſiquis legitimi matrimonij iura violaſſet, inceſtum dicebatur admiſiſſe: verùm propriè de illo dicitur id ſceleris patrare, qui vel affinitate, vel cognatione aliqua fœminis coniunguntur, quas violant. Inceſtus dictus quaſi non caſtus, vt vult *Placiades.* Quod vitium familiare fuit quondam domui Pelopidarum, vt ex eorum patet hiſtorijs. V. *Thyeſtes: Ægyſthus: Clytamneſtra: Myrrha: Macareus, &c.* Necnon Perſis etiam, qui (vt *Xanthus* narrat *in magicis*) matribus, filiabus, ſororibusq; commiſcebantur; quos concubitus legitimos eſſe rebantur; ex quibus Magum (ideſt ſapientem) aliquem naſci dicebant, vt canit *Catull. epig.* 91. Naſcatur magus ex Gallo, matriſq; nefando Coniugio, & diſcat Perſicum aruſpicium.

Thyeſtęum crimen. V. *ſup.* Cyanippi crimen narrat *Plutarchus in paralell.* Huic filiam fuiſſe Cyanen nomine, quam ipſe in tenebris per vim violauit ſumma ebrietate oppreſſus, quem tamen ipſa ex detracto illi annulo cognouit; dolore tamen diſſimulato, cùm Syracuſis (Syracuſani enim erant) oborta eſſet peſtilentia ex oraculo acceptum, vt tantæ noxæ puniretur author. Quamobrem Cyane criminis conſcia patrem traxit ad aram, & coram populo detecto crimine, illum mactauit, tum ibi ſeipſam occidit.

Veneris nefas. *Sen. in Hipp.* Incęſtæ fœminæ ſtuprum. *Ibidem.* Crimen inceſtus: Thalamos inceſtare nouercæ. *Virg.* 10. *Æn.* Thalami damna in-

inceſta. *Maſcul.*1.15. Et vnum non benè ſanguinem miſcebit Explex impudenti fœdere,connubijq; labe. *Ibidem.* Nefandi coitus. *Sen. in Hipp.* Inceſta fœmina. *Ibidem.* Inceſtæ fœminæ crimen. *Ibidem.* Inceſti tori impia face. *Idem in Oedip.* Nefandos occupat Thalamos patris. *Ibidem.* Oedipus inceſtuoſus fuit. Matris concubitus.

Vetitum crimen. *Ouid.* Nefandum coniugium. *Catull.*91. Scilicet inceſti meretrix regina Canopi Vna Philippęo ſanguine aduſta nota. *Prop.* 3.10.*ſiue* 9. Perſarum impia relligio. *Catull.* 91. putabant enim non ſolùm legitimum conſanguineis commiſceri, ſed religioſum, quò coniunctior fuiſſet concubitus. V. *Adulterium*, cum quo affinitatem quamdam habet inceſtus.

INCLEMENTIA.

Quid non ſæua domat duræ inclementia mortis. At nimium rigidæ dira inelementia mortis: Sæuities. V. *Crudelitas.*

INCOEPTVM.

Auſus. V. *ſuo loco.* Opus cœptum. *Virg.*10.*Æn.* Cœptum: Pulcherrima Graium Cœpta tuens. *Val.Flacc.*1.*Arg.* Orſum; orſa, orum: Auſpicijs cœptorum hominum. *Virg.*3.*Æn.* Annuite hortatis omnes ex ordine noſtris. *Ouid. in Ibin.* Facta. V. *Factum.* Tanta operis moles. *Val. Flacc.*1.

INCOLA.

Habitator: Accola: Inquilinus,qui domum habitat locatam. *Mart.*1. Colonus,villæ conductor: Oppidanus. *Caſ.* qui oppidum colit: Ciuis. V. *ſuo loco.* Finitimus: Conterminus,qui loca proxima incolunt: Centum vrbes habitant magnas vbertima regna. *Virg.*3.*Æn.*

INCOGNITVS.

Ignotus: Obſcurus: Ignotas iacet inter vmbras. *Sen. in Med.* Tumuloq; vili tectus. *Ibidem.* Tectus nube,nubibus. *Ouid.*6.*met.* Nube ſub incerti iacet: Ignarus: Proles ignara parenti,ideſt incognita. *Idem* 7.*met.*

INCOLVMIS, &
INCOLVMITAS.

Sanus: Sanitas: Saluus: Salus: Soſpes: Soſpita,æ: Vt ſoſpita Iuno,ſeruatrix nempè: Soſpitalis, qui ſoſpitem facit. *Plaut.* Corpus ſalubre. *Mart.*10. Sanus,rectèq; valens. *Hor.* Validus. *Idem* 1.*od.*31. Frui paratis,& valido mihi Latoe dones, Et precor integra cum mente, nec turpem ſenectam Degere,nec cithara carentem: Integrum corpus: Valetudo: Benè valens: Viſam te incolumem. *Catull. ad Verann.* Cui firma ſalus, cui non eſt debile corpus: Robuſtus viribus.

INCOMMODVM.

Damnum: Diſpendium: Diſpendia: Faſtidium: Res incommoda,moleſta: Aſpera mala: Aſperitas.

INCONSTANS.

Non firmus: Non ſtabilis. *Vida.* Mobilitate vigens. *Virg.*4.*Æn.* Leuis: Mobilis: Mobile pectus. *Sil. It.*16. Cui mens mutabilis. *Tib.*1. Varius: Ceu Lunæ creſcentis, vel decreſcentis imago: Incertus. *Ouid.*4.*Pont.* Non conſtans. *Prop.*2. Inſtabilis: Homo fluxa fide. *Bemb.* Labilis: Labile pectus, quod ſtare nequit in ſententia: Deciduus: Volubilis: Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa, tenaxq; loco. *Ouid.*5.*triſt.*9.

Tu leuior folijs,ventoq; ſimillimus: Incertior aura: Varium, & mutabile ſemper Fœmina: Sententia vobis verſa retro: Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes: Nec folia hiberno tàm tremefacta Noto,Quàm citò fœminea non conſtat fœdus in ira: Animo nunc huc,nunc fluctuat illuc, Diuerſæq; vocant animum in contraria curæ: Verba puellarum folijs leuiora caducis: Tu par es folijs tunc cùm ſine pondere ſucci Mobilibus ventis arida facta cadunt: Animi inſtabiles, dubioq; labantes pectore.

INCONSTANTIA.

Mobilitas: Leuitas: Incertæ mentis leuitas. *Sil.Ital.* 16. Inſtabilis mens: Errores vagi. *Ouid.*8.*met.* Conſtans in leuitate ſua. *Idem* 5.*triſt.*9. Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci. *Idem* 2. *Pont.*6. Animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc. *Virg.* Et minus eſt in te,quàm ſumma pondus ariſta, Quæ lenis aſſiduis Solibus vſta riget: Inſtabilis loco; *ex Sen. in Oedip.*

INCORRVPTIBILIS.

Quod non corrumpitur æuo: Non fragilis: Non ſum de fragili: Viuus: Sed viua generata de cupreſſo. *Mart.*6.49. Quæ nec ſecula centies peracta. Nec longæ cariem timet ſenectæ. *Ibidem.*

INCREDIBILIS.

Inauditum: Quod credi nefas: Quod dictu nefas: Indicibile: Inauſum,ideſt intentatum. *Val.Flacc.* 1.*Argonaut.* Arcanum nefas. *Ibidem.*

INCVRSVS.

Incurſio: Excurſus: Excurſio: Diſcurſus. *Ouid.*2.*faſt.* Repentinus curſus: Siue repentino populatur prędia curſu. *Pict.* Irruptio bellica: Milites irrumpentes: Inuaſio.

INCVSTODITVS.

Errans ſine lege: Non cuſtoditus: Inobſeruatus. *Ouid.*4.*met.* Non obſeruatus.

INDIA.

Quæ duplex eſſe dicitur, orientalis ſcilicet, & occidentalis,regio totius orbis ampliſſima,quæ non populis varijs modò, prouincijs, rebuſq; abundat, ſed vix antiquis cognita, vt noſtris eſt temporibus. Hæc igitur vel eſt

Orien-

Orientalis.

Quæ Aſiæ maxima,& nobiliſſima eſt regio ab Indo fluuio nomen habens;à *Ptolemæo* in duas diuiditur, in Indiam nempè intrà, & extrà Gangem, Heuila,aut Euilath in ſacris paginis eſſe dicitur, quæ intra Gangem eſt,illa autem Seria. Terrarum ampliſſima, quam tantum littoris ſpatium occupare ſcribit *Pomponius*, vt per ſexaginta dies,noctesq; ſit curſus velificantibus, nunc verò cùm alia ſint reperta loca maioris eſſe dicitur amplitudinis; terra verò ipſa vniuerſim ſitu, cęliq; clementia,bonitate, ac fertilitate longè cęteras orbis partes antecellit. Alia hìc rerum facies,alij ſiderum ortus, atque obitus: Binæ meſſes in anno,binæ æſtates,media inter eas hieme,Eteſiarum flatu calores temperante. Caret frumento tellus vt plurimum, hordeo tamen abundat,ac oryza. Habet mel,habet ſaccarum,quod ex arundinibus exprimit; necnon aromata plurima, auesq; quæ apud nos numquam viſæ; canes feroces, qui etiam cum Leonibus committi poſſint. Vrbes autem primarias habet multas, quarum nomina ſunt Latinæ linguæ valdè diſſona, cùm barbara ſint penitùs, Indorumq; linguam oleant. Verùm *nouiſſimi Geographorum* in nouem potiſſimùm partes, ſiue regiones vniuerſam Indiam diuiſerunt, quarum nomina ſunt.

Cambaia, Narſinga, Malabarium, Orixa,Bengala, Pegua, Siana, & Camboia; & hæ in orientali India.

Cambaiæ regnum in dextro Indiæ cornu ad Indi oſtia ſitum,in qua

Vrbes:

Cambaia omnium Indicarum cultu, atque magnitudine pręſtantiſſima, qua de cauſſa Cairum Indiæ vocitata: Campanelium in edito loco ſeptemis mœnibus cincta.

Goa in inſula Indi fluminis poſita emporij celebritate,agrorum vbertate, incolarum multitudine, atque ædificiorum magnificentia inſign s vrbs, ob munitionis firmitudinem, locìq; ſitum clauſtra regni vocitata. In eadem inſula Dio arx, atque in continenti alia Damaom Hiſpanorum pręſidijs cuſtodiuntur.

Bedet,& Decan vrbes celebres: in prouincia Guzarate,quæ ad Cambaiæ regnum pertinet pręcipua vrbs eſt Ardauatum Indi ripæ adpoſita.

Narſingæ regnum in dextero Indiæ cornu ſitum duobus lateribus occidentali mari abluitur, ac orientali; finitimum eſt Cambaiæ,& Orixæ, ad promontorium Comorinum,in quo

Vrbes:

Narſinga regia quidem, vndè toti regno nomen impoſitum: Biſnagar, alia regia:Onor: Batecala, & Mangalor Luſitaniæ ſunt ditionis:Colmandelium, & Maliapurium, quæ olim Calamina totius orientis emporium celeberrimum prędicatione, ac martyrio D.Thomæ Apoſtoli quoudam clara vrbs, vtpotè ad quam peregrè Chriſti fideles proficiſcebantur. Lege *Ieſuitarum epiſtolas annuas*.

Malabarium regnum in extremitate dicti cornu ſitum,totq; prouincias,quot vrbes eiuſdem nomine cognominatas habet; ſunt autem

Vrbes:

Cananor: Calicut: Coulete: Cranganor: Cochin: Coulam, & Trauancor, quæ Latina efficies ex aliorum imitatione vocabulorum.

Calicut cęteris vrbibus pręſtat ampla ſiquidem, licèt humiliter exttucta; cuius Rex ab incolis ſummus Imperator,ac Deus vocatur in terris.

Orixæ regnum in ſinu Gangetico inter Narſingæ, & Bengalæ regna protenſum: in qua

Vrbes:

Orixa,vndè prouincię nomen inditum, Sed regio Ramana eſt.

Bengalæ regnum ſic denominatum ab vrbe Bengala,quæ celeberrima,& inſignis emporio, in inſula fluuij Coſmin ſita conſpicitur. Eſt autem ad Gangis oſtium, aliorumq; fluuiorum, qui in ſinum Gangeticum influunt,de quo *inferiùs*.

Pegua regnum ampliſſimum alijs regnis abundans: huius

Vrbes:

Pegu vrbs in inſula poſita totius Indiæ clariſſima mœnibus munita, & ædificijs elegantiſſimis ornata; inter alias huic regno prouincias ſubiectas Aua eſt ſeptentrionem verſùs, quæ gemmis, equis,& elephantis abundat.

Sian,ſiue Siana potentiſſimum quidem regnum,cuius inſigniores

Vrbes:

Sian, quæ regia eſt admodùm ampla. Malacca in Cherſoneſo aurea ſita, emporium quidem aromatibus nobiliſſimum; cuius circuitus viginti milliaria noſtratia dicitur amplecti.

Camboiæ regnum, cuius

Camboia regni caput eſt; at ſedes regia Diam,quæ quibuſdam dicitur *Odia*.

In India verò ſeptentrionali Tartari morantur, de quibus V. *Tartaria,& Coſmographos*.

Lacus.

In tota India viſuntur aliqui, ſed ampliſſimus omnium dicitur Chiamay,quem quadringenta milliaria habere in circuitu ferunt.

Fluuij:

Indus,à quo vniuerſa prouincia denominatur. Proditur autem Alexandrum magnum nullo die minus quàm ſexcenta ſtadia nauigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enauigare adiectis paucis diebus, & tamen minor eſt Gange.

Digitized by Google

ge. Oritur autem Indus in Tauri iugo, quod vocatur Paropamiſus. Sandus dicitur etiam accolis, viginti recipit amnes, ſed clariſſimos Hydaſpen, & Hypaſin. Nuſquam latior quinquaginta ſtadia, aut altior 15. paſſus, ſeptem oſtijs in mare Indicum euoluitur.

Ganges. V. *ſuo loco*.

Hydaſpes Indiæ fluuius ampliſſimus, & ad nauigationem aptiſſimus, nomen habuit ab Hydaſpe rege, qui ſe in eum ob dolorem ſtupratæ à ſe, crucięq; affixæ Chryſippæ filiæ pręcipitauit, teſte *Strabone ac Diodoro*. Medus fluuius ſynonymicòs dicitur à *Virg.* à Medis namque montibus auſpicatur India, vt ait *Solinus*. Gemmifer eſt fluuius: Qua rapidus Ganges, & qua Nyſęus Hydaſpes. *Luc. 6. Pharſ.* Nyſęus ab vrbe Nyſa, quam alluit antequàm in Indum fluuium influat: Ruraq; diues cingat Hydaſpes. *Sen. in Herc. Oet.* Hydaſpęæ terræ, pro ipſa India ſumuntur ſynonymicos.

Manda, ſiue Mandona: Chaboras, ſiue Chaberis: Aceſynus, ſiue Aceſine. *Plin.* comes Hydaſpis, cum quo in Indum ſe exonerat: Hypaſis. *Idem:* nauigabilis, ab alijs Hypanis, de quo meminit *Prop.* Hic Alexandri magni terminauit iter, ſicut aræ in ripa eius poſitæ probant, teſte *Solino, Strabone, Diodoroq;*. Praſiaue: Patale fluuij in Indum influentes.

Sinus.

Argaticus ſinus celeberrimus apud Indos, qui Gangeticus etiam dicitur, cuius meminit *Ouid. 4. met.* hodie *Golfo di Bengala*. Sabaricus ſinus, hodie *Golfo di Sauolas*. Inſulæ indiei maris. V. *Inſularum nomina*.

Comorion. p.p. promontorium inſigne, vulgò *Capo di Comorì*. Calingon, promontorium. *Plin. 6. 22.*

Synonyma.

Extremæ Aſiæ oræ. *Virg. 2. Georg.* Gangetis terra: Talis erat Bacchus domita Gangetide terra. *Ouid. 1. eleg. 2.* Orbis Eous; putabant enim veteres Indiam propiorem eſſe Phœbo, vndè canit *Sen. in Oedip.* Littus intrauit pelagi rubentis (Erythreum ſcilicet) Promit hic ortus, aperitq; lucem Phœbus, & flamma propiore nudos Inficit Indos. *Idem in Thyeſt.* Medus, & Phœbi propioris Indus: Orbis extremus. *Ouid. 2. faſt.* Extremi ſinus orbis. *Virg. 2. Georg.*

Eoæ terræ. *Ouid. 3. de art.* Eoæ domus. *Virg. 2. Georg.* Gange, fig. fluuius pro tota regione: Te memorant Gange, totoq; oriente ſubacto. *Ouid. 3. faſt.* Hydaſpes, fig. Vel qua pręcipiti curſu petit æquora Hydaſpes. *Bemb.* Cęlum Eoum. *Ouid. 4. met.* Orbis nouus: Et ſiquid miri vidit in orbe nouo. *Idem ad Liu.* Vel quæ loca fabuloſus Lambit Hydaſpes. *Hor. 1. od. 22.* Eoæ partes: Et iuuentum recens examen Eois timendum Partibus, oceanoq; rubro. *Idem od. 35.* alludit ad id, quod referunt *Tranquillus, & Florus in vltimo*, ſcilicet Indos miſiſſe legatos ad Auguſtum ad amicitiam ipſius, populiq; Rom. petendam, qui in itinere quadriennium conſumpſerunt. Nunc autem ad Indos nauigatio tàm breuis eſt effecta nautarum peritia, vt vix annus euoluatur Solis curſus. Hinc *Prop. 2. eleg. 2.* ad quod *ſuperiùs* diximus alludens, ait: India quin Auguſte tuo dat colla triumpho, Et domus intactæ te tremit Arabiæ.

Vltima terra. *Prop. 4. eleg. lib. 3.* Magna viri merces parat vltima terra triumphos, Tigris, & Euphrates ſub tua iura fluent: Gangeticæ ſiluæ. *Sen. in Thyeſt. 4.* Gangeticum nemus. *Idem in Med.* Te licet terra vltimo ſummota mundo Dirimat oceani plagis. *Idem in Hipp.* Omnis Eoæ plaga vaſta terræ, Qui bibit Gangem, &c. *Idem in Oedip.* Eoa arua: Non tot in Eois timuit Gangeticus aruis Raptor in Hircano qui fugit albus equo. *Mart. 8.*

Epith. Toſta, diues, decolor, Gangetis.

Indi.

Populi propter gemmas, & aromata, quæ indè ad nos aduectantur ditiſſimi, quorum plurimi, pręſertim qui à maritimis oris diſtant, adhuc barbaram vitam colunt, qui vxores plurimas habent, quarum cariſſima cum marito defuncto viua crematur. Vndè contentio inter eas oritur de mariti beneuolentia; in qua quæ victrix habitu, ornatuq; priſtino iuxtà cadauer accubat amplexans illud deoſculabunda, & cum marito tamquàm feliciſſima concrematur. Authores ſunt *D. Hier. Euſeb. Val. Max. & Prop. qui eleg. 12. ſiue 11. lib. 3.* hunc morem adamuſſim deſcribit; quem adhuc perſeuerare *Petrus de Valle Patritius Romanus*, qui teſtis oculatus hæc omnia intuitus fuit, mihi enarrauit. *Prop.* verò inquit: Felix Eois lex funeris vna maritis, Quos aurora ſuis rubra colorat equis.

Eoæ gentes: Poſitoq; ſub ignibus Indos Sidereis tranſit, &c. *Ouid. 1. met.* Extremi cultores orbis: Eoi. *Virg. 6. Æn.* Gangeticę gentes: Siue in extremos penetrarit Indos Littus vt longè reſonante Eoa Tunditur vnda. *Catull. 11.*

Bracmanes Indiæ pop. qui apud illos ſunt veluti Leuitæ apud Hebræos, nempè ſtirps quædam ex illis orta, & ſacris, ſiue doctrinis addicta: Antipodes. V. *ſuo loco*.

Arma Deus Cæſar dites meditatur in Indos, Et freta gemmiferi findere claſſe mari. *Prop. 3. eleg. 4.* Indus homo: Gangeticus: Erythręus, aliquando pro Indicus: Vicit Erythręos tua Cæſar arena triumphos; ideſt Indicos. *Mart. 8.* nam pars Erythræi maris ad Indiam quoque ſpectare

olim

olim putabatur.

Indus, pro Indicus, dixit *Mart.* 4.28. Indos ſardonychas, Scythas ſmaragdos. Vel eſt

India Occidentalis.

Nempè quæ alio modo America à nupero inuentore Americo Veſputio Florentino nuncupetur, qui primus poſt Columbum continentis partem vltra æquatorem ab ortu detexit; in qua regiones parum à priſcis cognitæ recenſentur, de quibus nouos Coſmographos ſequentes hìc opportuna lectori, ac compoſitori ſubiungemus. America igitur vniuerſa in ſeptentrionalem, quę Mexicana; & meridionalem, quæ Peruiana dicitur, exigua Iſthmo alteram ab altera diſcernente diuiditur.

America Mexicana à principe vrbe Mexico ſic dicta, in ſe has regiones continet Canadam: Nouam Franciam: Virginiam: Floridam: Nouam Hiſpaniam: Nouam Granatam: Californiam, & in occidentali latere ad fretum Anianum duo regna Quiuira, & Anian.

Canada, ſic dicta à fluuio cognomine an ſit inſula, an pars continentis, parum adhuc conſtat: habet in ſe

Eſtotilandiam, Cortercalem, Terram laboratoris; huic adiacentes ſunt

Inſulæ:

Goleſme: Beauperis: Monſtionis: Terra noua: Terra aſellorum ſic dicta ob ingentem huiuſmodi piſcium in eius pelago multitudinem, qui etiam naues tranſeuntes retardent. Horum locorum incolæ ſatis ingenioſi, & artium mechanicarum periti pellibus amicti degunt Galliarum regi imperio ſubiecti.

Noua Francia ſic dicta, quòd Regis Franciſci I. auſpicijs detecta fuerit; in hac

Norumbega vrbs ad littus cęlo potitur ſalubri, ſoloq; fœcundo; quà verò mediterranea tellus eſt ab antropophagis, & Idololatris incolitur.

Virginia à vico maritimo eiuſdem nominis, vel à Rege Viginia. Apalche olim vocitata. In hac

Medanum oppidum, nam alij ferè ſunt ſine vrbibus, & Nomadum more victitant ſub tugurijs, & caſis agreſtibus.

Florida nomen habet à Dominica palmarum, quando fuit detecta. Solo gaudet amœno, ac feraci: at incolę ſunt barbari, ſordidi, ſupraq; humanum modum feri, vermibus, ſerpentibus, & huiuſmodi veſcentes; tandem ſubiecti parent Hiſpanis.

Noua Granata, ab oppido eiuſdem nominis ſic dicta, cuius incolæ & corpore, & animo reliquis Americanis candidiores, ac iuſtiores.

California ſolo quidem eſt arido, ac ſterili, nulloq; inſignis oppido; eſt tamquàm peninſula.

Noua Hiſpania omnium ampliſſima, longèq; cultiſſima. Cęlum habet, quamvis ſub torrida zona, clemens, ac temperatum; ſolum auri, argenti, æris, atque ferri metallis ſcatens, omniq; animalium genere abundans, mare vtrimque piſcibus, & oſtreis margaritiferis refertum; in hac

Regiones.

Noua Galitia, Mechoacania, Mexicana, Iucatana, Guatimala, & Nicaragua.

In noua Galitia coloniæ ab Hiſpanis eò deductæ tamquàm

Vrbes:

Compoſtella, S. Spiritus, Conceptio, S. Michael, Guadalaiara, Culiacan.

In Mechoacania pręcipuæ

Vrbes:

Mechoacan, Paſcuaria, Valladoledum Hiſpanorum colonię egregia emporia; & poſtrema Epiſcopali inſignita ſede.

In Mexicana regione omnium excultiſſima populorum frequentia; in hac

Vrbes:

Mexico caput, & reliquarum Americanarum vrbium princeps olim in medio lacus ingentis Venetiarum inſtar palis ſuperinſtructa, poſteà ab Hiſpanis ad ripam eiuſdem lacus tranſlata ſatis cultè nunc habitatur. Sedes eſt Proregis Hiſpanici, & Archiepiſcopi, vbi cuditur æs, & imprimuntur libri.

Teſcuro altera vrbs haud Mexico abſimilis. Anglorum ciuitas tertia lanificio maximè nobilis.

In hac regione mons eſt æmulus Ætnæ ignibus perpetuis elucens.

In Iucatania pręter agrum feraciſſimum, & incolas bellicoſiſſimos, aliud nihil profert.

In Guatimala caput eſt vrbis cognominis iuridico conuentu, perpetuiq; pręſidis pręſentia celebris.

In Nicaragua

Oppida:

Granata, & Leon: & hæc de America ſeptentrionali.

America meridionalis, quæ & Peruuiana dicitur à prouincia Perù omnium ſiquidem pręſtantiſſima, in qua

Regiones.

Caſtella aurea, Bogota, Peruuia, Chilia, Chica, Braſilia, Caribana, Guiana, Biquiria, quæ omnes perfunduntur oceano. Intus verò in mediterraneis Amazonum regio Paguan, Picora, Moxos, Vram Charchas.

In Caſtella aurea, aſpera quidem tellus eſt, cęloq; graui, ſed auri metallis abundat; in hac

Oppida.

Nomen Dei, vulgò *Nombre de Dios*, mare ſpectat, vulgò dictum *del Nort*. Panama alterum,

Digitized by Google

quod vergit ad mare pacificum.

Peruuia omnium noui orbis auri, argentiq; metallis nobiliſſima, nomen accepit à flumine Peru mediam ſecante. Clauditur ab oriente perpetuis iugis;à meridie Chili regione; ab occidente mari Pacifico, à ſeptentrione Bogota regione. Eſt autem Peruuiana maritima, & montana; in maritima

Vrbes:

Lima ſedes Proregis, & Archiepiſcopi, cui ſubſunt Epiſcopi quindecim:Cumana.

In montana

Vrbes:

Cuſco totius prouinciæ princeps: Quito, & Potoſi auri metallis opulentiſſimum oppidum.

Chilia,in qua caput eſt opp. S. Iacobi.

Chica regio eſt freto Magellanico affixa, in qua Pagatonum gens eſt ſtupendæ proceritatis, nouem, & ſummum decem pedum menſuram implens.

Braſilia vaſta quidem prouincia, vtpotè quę quartam meridionalis Americæ partem obtinet ſaccari ſingulari, atq; vbere prouentu maximè nobilis eſt; in hac

Vrbes:

Portus omnium Sanctorum præfecti totius prouinciæ ſedes: Pernambucum cum portu celeberrimo; in mediterraneis Aſſumptio, & Paraguate. Reliquæ verò regiones introrſus,aut non cognitæ,aut obſcuræ ſunt. Verùm de his lege qui de America, & nouo orbe reperto diligentiſſimè ſcripſerunt tamquàm teſtes oculati.

Fluuij.

In Peruuiana duo ſunt nobiliſſimi, Maragnon, qui & Orelliana,& Amazonicus. Alter Argenteus, vulgò Hiſpanis *Rio de Plata:* cuius oſtium in mare centum milliaria in latitudine dicunt excedere.

In quadam Mexicanæ regionis parte mons dicitur eſſe,vndè fontes duo ſcaturiunt, alter ſcilicet picis nigræ,alter verò rubræ, feruentis inſtar bituminis.

Chapalicum mare, lacus eſt ſic ob immenſitatem vocitatus. In hac demum regione

Populi.

Mexicani, Peruuiani, Braſilij,Chiliani,Cacarequæ, gens quidem barbara arcu, & ſagittis contenta, quibus venationi indulget,paſciturq; Tecaxquines pop. venatione,fructibusq; terræ tantùm veſcentes: Chichimicæ pop. Nomadum inſtar vagantes,& ſub dio vitam degentes:Panucani Floridæ incolæ admodum bellicoſi, qui captiuos idolis immolant,comeduntq;.

Fretum Magellanicum, ab inuentore Magellano ſic dictum,qui tribus nauibus ſecundo, & vigeſimo die poſtquàm fretum ingreſſus fuiſſet delatus fuit in aliud mare, quod Pacificum appellauit,vulgò *del Zur*. Cęterùm fretum hoc altiſſimis vndique rupibus cinctum 120. milliaria in longitudine extenditur, vel ſecundùm alios 76. latitudo non reſpondet, aliquando duorum, vel trium milliarium eſt,aliquando ſex, & amplius; qua tamen anguſtiſſimum eſt vnius milliaris ſpatio concluditur.

De inſulis ad vtramq; Indiam ſpectantibus. V. *Inſularum nomina.*

INDICIVM, ij.

Index. *Ouid.6.met.* Detectio:Signum. V.*ſuo loco.* Notæ:Dabit æſtatis,brumęq; notas,ideſt,indicia. *Sen. in Thyeſt.* Indicij notę,ſigna,&c.

INDOCTVS.

Ignarus: Non gnarus: Haud gnarus: Inſcius: Neſcius:Arte rudis author. *Ouid.2.triſt.* Ignorans: Inelegans. V. *ſuo loco,vbi multa.* Haud conſcia rerum: Indocilis,hebes,tardus: Cui non indocile ingenium: Mens nullos agitata per vſus. *Ouid. 2.faſt.* Litterarum neſcius:Illiteratus:Nulla prędictus arte:Nullo prędictus eloquio: Aonidum qui non tractauerit arma:Qui non eſt Muſarum (doctrinæ) dulcia caſtra ſecutus.

Qui nullas animum excoluit per artes: Qui non hauſit dulce nectar fontis Pegaſei: Rerumq; ignarus imagine gaudet:Qui aret ingenio:Sterilis doctrinæ fœtibus:Incultus arte,ingenio:Infacundus:Indiſertus;non diſerta pectora. Hinc

Inſcitia, ignorantia, ignoratio, ruditas, ingenium graue:Nox animi. *Ouid.6.met.* Cordis,mentis, intellectus tenebræ, &c. Artis expers, & rude. *Idem 2.faſt.*

INDOMITVS.

Quem non flexerat vomer, Aut tardi iuga curua plauſtri. *Sen.in Oedip.* Intentata iugo. *Idem in Med.* Neſcius ore regi ſonipes: Nondum ora coercitus equus: Siue ferocis equi luctantia colla recuruas Exiguo flexos miror in orbe pedes: Qui neſcit fręna: Dorſoq; ſederet Indomiti inconcuſſus equi,&c. Indocilis ſonipes:Qui fręnos audire ſonantes Neſcit: Qui libera colla Nondùm ſeruitio aſſueuit;*ex Virg.3.Georg.* Carpere qui gyrum nondum incepit, gradibusq; ſonare compoſitis. *Ibidem.* Ingentes tollent animos, prenſiq; negabunt Verbera lenta pati, & duris parere lupatis. *Ibidem.* Quos nondum fręna retardant: Rudes operum iuuenci. *Ouid.1.faſt.* quòd nondum aratrum ſenſerint.

INDVCIÆ.

Biſſenos pepigere dies,& pace ſequeſtra per ſiluas. *Virg.11.Æn.* Fœdus,fœdera: Pacis fœdera: Pactum inter hoſtem vtrumque.

INDVLGENTIÆ.

Illas intelligimus, quas ex Eccleſiæ penu ſummus paſtor Chriſti fidelibus depromit, vt indè pecca-

torum

Digitized by Google

torum ſolutio, ſiue pro peccatis debito iuſtitiæ precio impenſo fiat.

Antiſtes reſerans æterna penaria Paullus: Sacrum reſerare penus,cęleſtia dona Supplicibus largire viris,&c.Terras per omnes Cęlitum nectar pluit: Theſauros aperit Cęli clauis aurea.

INEDIA. V. *Fames*.

Abſtinentia: Diæta,ciborum priuatio.

Epith. Triſtis, lethalis.

INELEGANS, tis.

Inexpolitus: Ablatum medijs opus eſt incudibus illud Defuit & ſcriptis vltima lima meis. *Ouid.1. triſt.6.* Non limatus:Non abſolutus:Rude opus: Imperfectus numeris ſermo: Cui ſumma manus deeſt,abeſt: Creſcens, & rude carmen:Incultus,a, um: Vtq; rudis fandi, pronuſq; calori. *Stat.2. Theb.*

INERMIS, e, g. c.

Inermus,a,um:Nuda manu. *Sen. in Hipp.* Non natus idoneus armis, non aptus. *Prop.1.5.* Viribus inferior,impar. *Ouid.4.met.* Tendentemq; manus Priamum conſpexit inermes. *Virg.1. Æn.* Arcadio infelix telo dat pectus inermum. *Idem 10.*

INEXORABILIS.

Atque metus omnes, & inexorabile fatum Subiecit pedibus. *Virg.Georg.* Implacatus;Immitis:Non exorato ſtant adamante viæ. *Prop.4. vlt.* Panditur ad nullas ianua nigra preces. *Ibidem.* Immotus prece. *Sen.* Sed nullis ille mouetur Fletibus,aut voces vllas tractabilis audit:Intractabilis: Qui ſurdas prębet poſcentibus aures.

INEXPERTVS, a, um.

Minus peritus:Imperitus:Neſcius:Inſcius:Indoctus. V. *ſuo loco*. Rudis in primo limine rerum. *Val. Flacc.1.Arg.*

INFAMIA, & INFAMIS.

Turpis nota:Conuicium:Crimina famæ:Maculę,labes,detrimenta famæ:Dedecus. V. *ſuo loco.*

Turpis:Inhoneſtus:Inglorius:Indecoris: Nec genus indecores ſine me, &c. *Virg.12.Æn.* Iners,tis: Quem turpis, maculoſa infamia lęſit: A cuius ſancta receſſit fama loco: Tactus infamia: Quem bona nulla mouet fama:Quem ligat facinus impurum: Pollutus probro:Dedecus æternum ſcelere eſt qui impurus in omni.

INFANS, & INFANTIA.

Quibus qui Dij pręerant apud veteres,lege *ſuperiùs ſub titulo Dij*.

Puer lactens: Infantulus: Puer paruulus:Puer nutricis egens. *Ouid.6. faſt.* Lactens fœtus; *ex eod. 6.met.* Me tener in curis,& ſine voce puer. *Prop. 2.5.* id eſt infans, non fans: Vix benè natus infans:Materni lactis egenus:Adhuc vbera ſugens: Vix vacuas emiſſus in luminis auras: Dimidiata loquens verba: Pendens vbera circum: Infirmo poplite nutans: Implens querulis vagitibus auras:Iacens ſine viribus infans:Lacte tumentes tenero ſugens ore papillas:Teneris meditans verba illuctantia labris.

Prima ætas, primæua: Incunabula, ab incunabulis: Primæ cunæ: Primis Ino matertera cunis educat. *Ouid.3.met.* Viridiſſimus flos. *Catull.17. epig.* Infantis ætas. *Sen.in Herc.fur.* Lactens,vagiens:Ætas tenera,lactea.

Priſci nono die infantes luſtrabant,nomenq; imponebant;octauo Hebræi,nos quolibet.

Epith. Flebilis,tenellus,blandus,blandulus,paruus, paruulus infans.

INFELIX.

Miſer, a, um: Aduerſus: Marte ſub aduerſo triſtia damna tulit. *Ouid.1.faſt.* Turpem ſenectam degere. *Hor.1.* Infortunatus:Quem Iouis ira premit: Quem fata impia tangunt: Furijs agitatus iniquis:Quem infelix fortuna fatigat:Cui caſum infandum fortuna minatur: Nec vlla commoda naſcenti ſtella,leniſq; fuit:Et fuit ad cęptas hora ſiniſtra vias: Vtq; caducis percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis,Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu. *Idem 2. de Pont.* Pectora quam mea ſunt feri: calcata malorum. *Idem.*

Nullam ſpondet fortuna ſalutem: Horaq; erit tantis vltima nulla malis: Mala cùm tuleris plurima,plura feres:Fatis triſtibus angi, iniquis vrgetur: Varijs vrgeri caſibus: Duris vndique fatis exerceri:Aduerſa fortuna premi: Iniqui tolerans incommoda fati: Sors premit atra malis: Caſu concuſſus acerbo: Sæua malorum procella obruit caput: Miſerum triſtis fortuna tenaciter vrget: Sors inſonat atra meis nunc pectoribus. Sors oneroſa premit humanum genus: Aduerſi incommoda fati ferre: Nec venit inceptis mollior aura meis: In magnis læſi rebus vterque ſumus.

INFERNVS.

Siue Inferi, orum; in centro terræ crediti eſſe, ex quibus nullus patet reditus ad ſuperas auras, niſi Deo permittente. Hos antiquorum nonnulli negarunt,vt *Plinius,Lucretius*,cuius ille de inferis verſus: Qui neque ſunt vnquam, neque poſſunt eſſe profectò; *Cicero* etiam *in orat. pro Cluentio*,falſa eſſe affirmat quæ de supplicijs inferorum poetæ finxerunt;*Seneca in libro de Conſolat.ad Martiam* hæc ſcribit:Cogita nullum defunctum malis affici, illa, quæ infernos nobis terribiles faciunt fabula eſt, & quæ ſequuntur. Fuerunt etiam Philoſophi, qui pœnas omnes inferorum in corporibus noſtris eſſe aſſeuerarent; & quæ illic credidit fabuloſa perſuaſio in nobiſmet pſis eſſe conabantur aſſerere. Vtinam nec

eſſent Hæretici, qui ſe doctiores Philoſophis prędicantes, ita eſſe vt ethnici dixerunt non crederent. Nos autem Chriſtiani inferos eſſe indubitanter affirmamus, ſed illa fabuloſa eſſe dicimus, quæ de Cerbero, quæ de Plutone, quæ de Elyſijs commenti ſunt poetæ, pœnasq́; inferorum humana non poſſe lingua exprimi. Quo tamen in loco ſint inferi neminem ſcire arbitratur *D. Auguſtinus*. Verùm ſequentes elocutiones priſcorum poetarum, ne mireris Lector, ſi dicantur fabulæ, ſi inferni fiat deſcriptio, ad eorum modum: nam qui ſapiens eſt, fabulas à veritate diſcriminabit. Deſcriptionem pulcram inferorum habes apud *Virg.6. Æn.* & apud *Val. Flacc.* 1. *v.*828. & apud alios. Inter fabulas verò riſu dignas, quæ ſi olim creditæ, diù quoque perdurare videntur apud Iaponios, & Sinas; hæc vna eſt: Non decere hominem regia poteſtate pollentem illuc ſolum adire, niſi ſupplicij cauſſa, vel violentæ mortis; vndè 4.*Theb. Stat.* de Laio ab Oedipo interfecto: Stabat inops comitum Cocyti in littore mœſto Laius immiti, &c. quare cùm vita decedunt apud Indos Reges, ne incomitati locum ſubeant è famulis, captiuisq́; multos interficiunt; vt è Iaponia quæ afferuntur litteræ narrant.

Triſtis ſine Sole domus. *Virg.6. Æn.* in quo Inferni deſcriptionem elegantiſſimè deſcribit: Alta oſtia Ditis. *Idem* 8. Ianua Ditis atri. *Idem* 6. Ditis ſæui ſpiracula; diri ſacraria Ditis. *Claud.* opacæ domus; pallentia regna, mœnia: Regia nigri Ditis. *Ouid. 4. met.* Carcer. *Sen.* Fauces graue olentis Auerni. *Virg.*

Auerni luci. *Virg.* limen. *Claud. 2. de rapt.* Auerna, orum: Auernus lacus. V. *ſuo loco.*

Erebus, inferorum fluuius infimus, & pro ipſo ſæpiùs vſurpatum. *Heſiodus* autem putat Erebum filium Chaos ex Nocte, *Varro* Deum Orci facit, ſeu Inferorum, & Noctis parentem. Erebus autem propriè caligo eſt, & nox, quæ apud inferos perpetua eſt. Erebi amnes. *Virg.* Imas Erebi deſcendit ad vmbras. *Idem* 6. Sedes Erebi imæ. *Idem 4. Georg.* Vmbræ pallentes Erebi. *Idem* 6. Immanes hiatus Erebi. *Claud. 2. de rapt.*

Orcus, Deus eſt inferorum ab vrgendo dictus. V. *ſuo loco.* Orci fauces; ſumitur enim pro inferno. *Virg.* Pallidus: Orci palus. *Idem 4. Georg.* Tęnariæ fauces. *Ibidem.* vbi deſcribitur Orphei deſcenſus ad inferos: Limen ſæui regis: Luci Stygij. *Idem 6. Æn.* Lacus Stygius. V. *Styx: Ibidem.* Loca nocte ſilentia latè. *Ibidem.* Phlegeton, fluuius inferorum. V. *ſuo loco.*

Tartarus: Tartara, orum: Acheron: Cocytus. V. *ſuis locis.* Regnum illamabile: Regna Dijs inuiſa. *Virg. 8. Æn.* Regna inuia viuis. *Idem.* Inania. *Idem* pallida. *Idem.* Regis inferni Ianua. *Idem.* Steriles luci, poſſeſſaq́; Manibus arua. *Stat. 2. Theb.* Imi mundi regia. *Idem 4. Theb.* Stygiæ Iunonis ſeueri thalami. *Ibidem.* Mœſta cubilia. *Ibidem.* Deſcriptionem habes inferorum pręter Virgilianam, *v.*520.

Sedes Tartareæ. *Virg. 8. Æn.* Infernæ. *Ouid. 4. met.* Cocyti. V. *Cocytus.* Dirarum ſororum. *Virg. 7. Æn.* Ima terræ ſedes. *Ouid. 5. met.* Quasq́; tenet ſedes noxia turba colas. *Idem in Ibin.* Horrida Tænari ſedes. *Hor.*1.34. Inferorum ſedes. *Sen. in Thyeſt.*1. Scelerata. *Ouid. 4. met.* ob ſceleratos homines, qui inibi puniuntur: Paludes Tartareæ: Acherontiæ tenebræ: Telluris operta. *Virg. 6. Æn.*

Vmbræ infernæ. *Idem 7. Æn.* Vmbrarum hic locus eſt, noctisq́; ſoporæ vel profundæ. *Idem* 6. Vmbrarum carcer. *Sen. in Herc. fur.* Cubilia tartarea: Cauernæ tartareæ: Carcer cæcus telluris opertæ. *Claud. 2. de rapt.* Et inferorum carcer. *Sen. in Herc. fur.*

Barathrum, pro inferno: Regia cæca Dei nigri. *Ouid.* nigri Ditis. *Idem 4. met.* Regio pallida. *Claud. 2. de rapt.* Impia regio. *Sen. in Thyeſt.* Tænara. V. *Tænarus.* *Claud ibid.* Tænaria porta. *Ouid. 10. met.* Tænariæ portæ limen. *Stat. 1. Theb.*

Orbis infernus. *Claud. 2. de rapt.* Stygius, Tartareus, imus, niger orbis: Regna inamœna. *Ouid. 10. met.* Per chaos hoc ingens, vaſtiq́; ſilentia regni. *Ibidem.* Regnum illętabile. *Vida:* triſte. *Senec.* Orci regna impia. *Auzur.* Proſerpinæ regna. *Hor.*2.13. Subdita inferno Plutoni, ſiue Ioui. *Tib.*4.1. Aduerſa ſuperis, maneſq́; impij. *Sen. in Hipp.*

Chaos. V. *ſuo loco.* Noctis æternæ chaos. *Sen. in Med.* Vrbs Stygia. *Ouid. 4. met.* Tartarea. *Sil. It.*12.

Domus Tartareæ. *Ouid. 3. faſt.* Plutonia domus. *Hor. 1. od.*4. Nigrantes animarum domus. *Prop.* 3. Cimmeriæ. *Sil. It.* 12. Lethiferæ. *Stat.* 8. Ignis æternis reſonans caminis. *Sen.* Vallis Tartarea. *Ouid. 4. faſt.* Tænariæ, Cimmeriæ: Sinus Tartarei. *Idem 5. faſt.* Inferni ianua regis. *Virg. 6. Æn.* Infernum antrum, ſiue antra inferna. *Prop.*3... Limen inferni Iouis. *Sen. in Herc. fur.* Inferni Ditis opaca loca. *Idem in Agam.*

Limina mortis. *Stat. 4. ſilu.*6. Plagæ informes. *Claud. præfat. 1. de rapt.* Noctis æternæ plaga. *Sen. in Hipp.* plagæ. *Idem in Oedip.* Et ſonti plaga decreta turbæ. *Idem in Herc. fur.* Cimmerij lacus. *Tib.*3.5. Cimmerion arces. *Idem* 4.1. V. *Cimmerij.* Specus Tartareum. *Boet.*4. Tænarij ſpecus. *Sen. in Hipp.* Profundus Tartari. *Idem in Agam.* Inferni. *Idem in Thyeſt.*

Inferi, orum: In loca ab Elyſijs diuerſa fugabere campis. *Ouid. in Ibin.* Vindices ignes. *Pict.*

Sty-

Stygiæ ergaſtula noctis. *Val.Flacc.* Stygiæ domus. *Mart.6.18.* Formidabiie regnum Mortis inexpletæ. *Stat.4.Theb.* Loca plena timoris:Luce carentia regna: Eumenidum thalami: Stygij antra draconis: Cæcis domus alta cauernis: Pars terrarum ſecreta. *Sen.in Hipp.*

Tartareæ viæ. *Corn.Gall.* Mundi fundus. *Sen. in Herc.fur.* Tartari ad finem vltimum manſurus ibo. *Ibidem.* Parcite pallentes vmbras quicumque tenetis, Duraq; ſortiti tertia regna Dei. *Tib.3.5.* tertium regnum vocatur infernus locus; ferunt enim fabulæ, ſortibus olim in vrnam coniectis Ioui Cęlum, Neptuno aquam; Infernum Plutoni contigiſſe.

Epith. Ater, tremendus, teter, igneus, opacus, niger, profundus.

Flumina inferorum.

Acherou, Phlegeton, Cocytus, Erebus, Styx, Auernus, Lethe. V. *ſuis locis.*

Inferni Principes.

Pluto, Dæmon, Proſerpina. V. *ſuis locis.*

Inferni Furiæ.

Alecto, Megęra, Tiſiphone. V. *Furia.*

Inferni Iudices.

Æacus, Minos, Rhadamantus. V. *ſuis locis.*

Inferni nauta Charon, Ianitor Cerberus, de quibus V. *ſuis locis.*

Inferni pœnas ſuſtinentes apud veteres poetas.

Belides. V. *ſuo loco.* Siſyphus:Tantalus:Ixion:Gigantes. V. *ſuis locis.* Ocnus nomen cuiuſdam apud inferos, quem effinxerunt perpetuò torquentem funem adſtante aſella; quæ quantum ille torſiſſet, ſtatim pręroderet. Hinc ortum prouerb. Ocnus funiculum torquet, quod ſanè competit illi, qui licèt nihil laboris prętermittat, vt diues euadat, vxorem tamen habet omnia dilapidantem in luxu. Hoc innuit *Prop.4.eleg.* Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno, Æternumq; ſuam paſcat aſella famem.

INFIDELITAS.

Perfidia:Perfidiæ pœnas ſæpè luiſſe graues. *Pont.* Periura fides. *Hor.4.24.* Hinc

INFIDVS.

Non fidus:Caput malè fidum. *Ouid. in Ibin.* Orba fide pectora:Perfidus:Perfida corda. *Ibidem.* Impietas:Impius:Lędens fidem: Lęſa fides. *Hor.1. od.33.* Sed neq; fallacem miti ſub pectore claudis Perfidiam. V. *Fraus.* Proditor:Malè fidus. Fallax:Vir pectore ficto:Dolis inſtructus, & arte Pelaſga. *Virg.2.Æn.* Fidem non pręſtans: Cui fidere numquam quiſque poteſt: Qui fallit dextras.

Epith. Tartarea, ſubdola, latens, fallax, Punica, Libyca perfidia.

INFINITVS.

Innumerus:Numero carens. *Hor.1.od.28.* Siderum micantium numerus. *Catull.* qui infinitus noſtris oculis cenſetur: Innumerabilis: Multæ arenæ. *Virg.2.Georg.* quarum etiam numerus vni Deo tantùm notus: Cui numerus deeſt. *Sen. in Med.* Dempto fine, ideſt infinitè. *Idem in Hipp.* Quam multa in ſiluis autumni frigore primo Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto, Quam multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus Trans pontum fugat, & terris immittit apricis. *Virg.6.Æn.* Quam multi Libyco voluuntur marmore fluctus Sæuus vbi Orion hibernis conditur vndis. *Idem 7.* Totidem quot meſſis ariſtas, Silua gerit frondes, eiectat littus arenas: Quot littus arenas, quotq; fretum piſces, ouaq; piſcis habet: Frondes quot ſiluæ, quot flauas Tibris arenas. V. *ſupra in Copia, vbi multa eiuſmodi circuitiones infiniti numeri.* Quæ ſi comprendere conet Icatiæ numerum dicere coner aquæ. *Ouid.5.triſt.2.* Hibernas citius numeraueris imbris guttas: Cęrula quot piſces, quot Lesbia terra racemos, Maſcula quot tellus tura Sabęa parit:Plumiferas quot habet volucres agitabilis aër: Quot noua terra parit flores, quum vere tepenti Vitis agit gemmas, pigraq; fugit hiems: Sępè ego digeſtos volui numerare colores Non potui numero copia maior erat.

INFERIÆ.

Erant ſacra, quæ Dijs Manibus inferebantur, vndè & nomen ijs inditum, ad placandas ſcilicet defunctorum animas tumulis ſuperfuſa. Infundebant autem lac, & mel; aquam, vinum, & oleum, necnon flores; vndè canit *Ille:* Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Quia, vtpotè qui animas defunctorum ſanguine humano propitiari credebant, captiuos primùm in exequijs immolare cœperunt, poſteà gladiatorum paria inferijs ad tumulos exhibebant, ſpectaculi voluptate rei atrocitatem adumbrantes; adhibebant etiam papauera, nigras oues, & vitulas. V. *Virgilium 4.Georg.* quem inferiùs citabimus. V. *Sacrificium.*

Non prodeſt animam tradere funeri. *Sen.in Troad.* nempè hominem necare pro anima placanda nequicquam prodeſt: Tunc tibi inferias dedi. *Idem in Theb.* Inferias Orphei lethęa papauera mittes. *Virg.3.Georg.* Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes, Placatam Euridicem vitula venerabere cæſa. *Ibidem.* Abſenti ferat inferias, decoretq; ſepulcro. *Idem 9.Æn.* Aduenio has miſeras frater ad inferias. *Catull. epig.102.* Vt te poſtremo donarem munere mortis. *Ibidem.* Nunc tamen intereà priſco quæ more parentum Tradita ſunt triſtes munera ad exequias. *Ibidem.* Egregias animas, quæ ſanguine vobis Hanc patriam

triam peperere ſuo, decorati ſupremis Muneribus. *Virg.*11.*Æn.* Hic certè Manibus fugientis preſſit ocellos Mater, & in cineres vltima dona dedit. *Ouid.*3.*eleg.* Supremum munus: Suprema. *D.Ambroſius.* V. *Exequiæ: Funus.*

INFORTVNIVM.

Malum: Res aduerſæ. V. *Aduerſitas.* Calamitas. V. *ſuo loco, vbi multa.* Auſpicium infauſtum: Sępè malum hoc nobis ſi mens non lęua fuiſſet, De cęlo tactas memini prędicere quercus. *Virg.*1.*ecl.* A parte lęua mœſta volauit auis: Nullæ dulce queruntur aues: Sępè ſiniſtra caua prędixit ab ilice cornix. *Ibidem.* Infauſto committitur omine pugna.

Epith. Graue, durum, crudum, crudele.

INGENIVM.

Acumen: Mentis acumen. *Claud.*2.*de rapt.* Dotes ingenij. *Ouid.*2.*de art.* Claraq; docti Ingenij monumenta. *Bemb.* Corda acuens curis. *Virg.*1.*Georg.* Spiritus: Spiritum Graiæ tenuem camœnæ. *Hor.*2.*od.*16. Vena ingenij. *Ibidem* 18. Ingenij vigor: Egregia acies: Mentis vigor *Maſcul.* 1.*od.*10. Ingenij vis. *Ibidem.* Ingenij dona beata. *Pont.* Ingenij vires. *Ouid.*3.*Pont.*3. Docta arte politum. excultum ingenium: Quod docto ſplendeſcit ab vſu: Ingenium pretioſius auro: Fertilis ingenij pinguia rura cole: At non ingenio quæſitum nomen ab æuo Excidet ingenio ſtat ſine morte decus.

Epith. Solers, acutum, perſpicax, pręſtans, memor, ſagax, docile, diuinum, pręclarum, nobile, egregium, capax, torpens.

INGENIOSVS.

Dædalus, a, um: Dædala terra: Dædaleus, a, um. *Hor.*4.2. Cęratis ope Dędalęa nititur pennis. Mercurialis. *Idem* 2.17. Mercurialium cuſtos virorum: Muſa ſed ad teneros ingenioſa ſales. *Pont.* Et centum puer artium. *Hor.*4.1. Multis decus artibus. *Prop.*1.4. Palladius: Palladiæ effinxere manus. ideſt ingenioſæ. *Stat.*1.*ſilu.*1. Ingenij mira dexteritate valens: Magnus ingenio, maximus: Miro pręditus ingenio, pollens, potens: In quo ingenij reperitur ſumma facultas: Haud equidem credo quia ſit diuinitùs illi Ingenium, aut rerum fato pręſtantia maior: Mens ſolers in artibus: Ingenij arte potens: Qui pollet ingenio, ingenioq; viget.

INGENS.

Magnus, maior, maximus: Amplus, amplior, ampliſſimus: Pręualidus: Ingentior: Trabalis. *Hor.*1.*od.*35. Clauos trabales, & cuneos manu geſtans; quamvis eo loco aliud innuat poeta: trabalem haſtam dixit *Stat.*4.*Theb.* pro ingentem: Giganteus, a, um: Cyclopeus, a: vt Cyclopea ſaxa, ingentia: Molaris: Molares lapides: Immenſa volumina verſat Vinclorum: Fert ingens toto connixus corpore ſaxum: Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris: Non paruus: Non exiguus: Grandis, grandior: Immanis: Immaneſq; columnas rupibus excidunt: Tenet ille immania ſaxa. *Virg.*1.*Æn.* Immanem Teucri molem, voluuntq; ruuntque. *Idem* 2. Sæpè etiam immenſum cęlo venit agmen aquarum: Immenſam Calchas attollere molem Imperat: Nimius: Vaſtus, vaſtior, vaſtiſſimus.

INGRATVS.

Immemor: Mens immemor, ingrata: Immemores animi: Ingratus animus: Ingratum caput. *Sen. in Med.*

INGRATITVDO.

Scilicet humanis aliena eſt gratia rebus. *Pont.* Ingratum pectus: Pectora non grata: Crimen, vitium ingrati animi; ingratæ mentis crimina: Ingratæ mentis crimen: Cordis & ingratæ referunt obliuia mentis: Cui nulla gratia redditur.

INIMICVS.

Hoſtis. V. *ſuo loco:* quamvis aliqua ſit differentia apud Grammaticos: Alienus animo: Mens auerſa, aduerſa: Semperq; odijs, & crimine infenſus. *Virg.*11.*Æn.* Inimicus ſanguis: Pœnaſq; inimico à ſanguine ſumit. *Ibidem.* Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat Æquor. *Idem* 1.*Æn.* Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur: Iniurioſus. *Hor.* Infenſus. *Stat.*4.*Theb.* Auerſus, a, um: Auerſoſq; Deos.

INIMICITIA.

Hoſtilitas: Hoſtilis rabies: Hoſtiles iræ: Et furor hoſtilis: Inimici animi: Mens inimica: Inimicus ſanguis. *Virg.*11.*Æn.* Inimicum pectus. *Idem* 10. *Æn.* Alienatio, abalienatio: Aduerſę diſſenſio mentis.

INIQVVS, &
INIQVITAS.

Scelere immanis. *Virg.*10.*Æn.* Impius: Sceleratus: Sceleſtus: Gens nefanda. *Virg.*3.*Æn.* Degeneres animi. *Idem* 4.*Æn.* Peruerſus: Peior: Peſſimus. Non te peſſime vidi. *Idem eclog.* Malus: Perfidus. V. *Infidus.* Deterior: Nequior. *Hor.* Progenies vitioſior. *Idem* 3.*od.*6. Malignus: Improbus: Nefandus. *Sen. in Thyeſt.* Inceſtificus. *Idem.* Execrabilis. *Idem.*

Contemptor æqui. *Ouid.*3.*faſt.* Parcus Deorum cultor, & infrequens. *Hor.*1.34. Inſanientis ſapientiæ conſultus. *Ibidem.* Nefaſtus. *Ibidem* 35. Quid intactum nefaſti liquimus: Iniuſtus, iniuſtior: Sed illa propago Contemptrix ſuperum, ſæuæq; auidiſſima cędis: Quantum mortalia pectora Cæcæ noctis habent! Ipſo ſceleris molimine Tereus Creditur eſſe pius. *Ouid.*.. *met.* Fœcundum in fraudes genus hominum.

INIQVITAS.

Nequitia: Nequitiæ dolus, fraus: Improbitas: Nefas: Per-

Peruerſitas. Malignitas. Scelus.

INITIVM.

Principium:Introitus ad aliquid:Origo:Exordium, exordia: Proemium: Caput:Incunabula:Seminarium: Cauſſa: Cœptum,inceptum: Tyrocinium: Rudimentum: In prima fronte libelli: Ab Ioue principium generis: A te principium tibi deſinet, Accipe iuſſis Carmina cœpta tuis: Si prima domus repetatur origo: O Latio caput horum, & cauſſa malorum: Immò age, & à prima die hoſpes origine nobis Inſidias. *Virg.1.Æn.* Primordia: Quiq; iterum iaceret generis primordia noſtri.*Ouid.2.eleg.*14. Noua experientia:Vndè noua ingreſſus hominum experientia cœpit. *Virg.* Exorſum, i; & exorſa: Quem noua maturi ſubeuntem exorſa parentis. *Stat.5.ſilu.5.* Semen: Fons:Stirps:Ortus:Author:Primus ad aliquid;*ex Cic.*

INIVRIA.

Et verbis odia aſpera moui. *Virg.2.Æn.* Conuitium:Contumelia V. *ſuis locis.* Maledictum contumelioſum eſt conuicium: Opprobrium: Mala verba. *Ouid.in Ibin.* Verba canina. *Idem.* Obſcœna dicta. *Idem 14.met.* Dicta amara. *Virg. 10.Æn.* Per dura verba laceſſitus. *Bemb.* Nec contumeliæ graues. *Hor. epod.*15.

Immeritum,i.*Ouid.5.met.* Dictum factum. *Idem 6.* Sales effuſi felle. *Idem 2. triſt.* Iocus venenatus. *Ibidem.* Voces moleſtæ. *Prop.1.eleg.5.* Aſpera verba,*Tib.*4.4. Si ſceleris tanta eſt iniuria noſtri: Pudet hæc opprobria nobis & dici potuiſſe, & non potuiſſe repelli: Ni procul abſcedat, conuitiaq; inſuper addunt: Sed nunc quoque turpes litibus exercent linguas, pulſoq; pudore quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledicere tentant.

Epith. Atrox,grauis,ſumma,manifeſta,maxima,intolerabilis, inſtructa dolis,ebria fraude, inſontes acuens virus.

INNOCENS, &
INNOCENTIA.

Inſons:Immeritus. *Ouid.2. de triſt.* Haud meritus; quòd mala non mereat: Immerens, tis. *Hor.1. od.*13. Vitæ labe carens. *Ouid.1.triſt.*8. Morum labe carens. *Ibidem.* Qui ſine labe. *Idem 2.triſt.* Vita ſine labe peracta. *Idem 2.Pont.*7. Innocuæ quibus eſt vitę tranquilla quies. *Sen.in Herc.fur.* Inſontem qui ducit vitam: Qui ſine crimine viuit:Illęſa qui vita viuit:Nec mea mutata eſt ętas, ſine crimine tota eſt, Viximus inſignes inter vtramque facem. *Prop.*4.12. *ibidem plura.* Cui fuerat ſtudium mortales pellere curas, Culta fides,longè metus,atque ignota cupido, Seu venit in vitiis,caſtaq; in veſte Sacerdos:innocentis viri deſcriptio *Val.Flacc.1.Arg.in fin.* Nec piget immunes cędis habere manus.*Ouid.*, *epiſt.*14. ideſt manus innocentes,

INO, us.

Filia Cadmi, & Harmoniæ, vxor Athamantis Thebarum Regis,Bacchi nutrix,ac matertera,quæ in Iunonis odium incidit, quod vbique Bacchi laudes extolleret, nimium mariti, & felicitate filiorum ſuperbiens. Ab ipſa igitur Iunone vna Eumenidum immiſſa Athamas in tantum furorem excitatus fuit, præſertim cùm alij duo filij Phryxus, & Helles ob Inus nouercæ inſidias aufugiſſent in Colchos ad conſanguineum regem, vt Learchum filium ad ſaxum illiſum interfecerit; quod videns Ino ſibi,alteriq; filio Melicertę metuens, eum ipſo ſcopulum conſcendit, ex quo ſe vnà cum illo pręcipitem in mare miſit. Qui Veneris precibus à Neptuno ſuſcepti,ipſa in Leucothoen Deam,quæ Matuta dicitur Latinis,& Melicerta in Palęmonem,qui latinè Portunus dictus fuit, conuerſi ſunt. Fabulam Vide apud *Ouidium 4.met.* V. *Leucothoe.*

Semeles ſoror. *Ouid. in Ibin.* Nutrix Bacchi,matertera Bacchi. *Ibidem.* Alumna Bacchi: Cadmeia. *Sen.* Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi, Nereidumq; choris Cadmeia cingitur Ino; *in Oedip.* Inoq; pręceps qua ſcelus fugiens ſuum, Nouumq; faciens, mater inſiluit freto Merſura gnatum, ſeq;. *Idem in Theb.* Cadmi filia:Leucothoe, V. *ſuo loco.* Flauaq; Thebanæ reddita liba Deæ. *Ouid.6.faſt.* quòd à Thebanis tamquàm Dea fuerit venerata: Autonoes ſoror. Cadmeides. *Sen. in Herc.fur.* Palęmonis genitrix. *Stat.1.Theb.*

Agaues ſoror.V.*Cadmus:*in cuius hiſtoria filiarum eius numerus exprimitur: Palæmonis mater:Talis in Iſthmiacos prolatus ab æquore portus Naufragus impoſita iacuit ſub matre Palęmon. *Stat.2.ſilu.1.* Arſerat obſequio Semele Iouis,accipit Ino Te puer, & ſumma ſedula nutrit ope. *Ouid.6. faſt. ibiq; hiſtoria,ſiue fabula tota diſcutitur.* Mater Learchi: Mœſta Leareheas mater tumulauerat vmbras, Et dederat miſeris omnia iuſta rogis. *Ibidem.* Veneris neptis:At Venus immeritæ neptis miſerata labores. *Idem 4.met.*

INOPS. V. *Pauper.*

INQVIETVS.

Irrequietus: Impatiens moræ: Nec patiens moræ. *Sen.in Thyeſt.* Inconſtans. V.*ſuo loco.* Mobilis: Implacidus:Implacatus: Qui nulla pace fruitur. Moleſtus: Ardelio: vis dicam? magnus es Ardelio. *Mart.2.8.* Deformius Afer:Omninò nihil eſt ardelione ſene. *Idem 4.79.*

INSANIA.

Quã ex melancholia oriri dicunt, nam vbi halitus turbidi ab atra bili ſurſum feruntur, concipiunturq; in cerebri venis, imaginatio lęditur, vndè falsò iudicant ſenſationes,& inſequitur immanis inſipientia, & melancholia, quæ tamen ſummis

in-

ingenijs plerumque accidit; cognoſci autem incipit cum ſublato de ventriculo vapore, oculi caligare videntur, aliudq; videre ſe dicunt, quod alijs nequaquam cernitur; vndè *Sen. in Herc. fur.* Acieq; falſum turbida cęlum vides: Pollutus animus; Nemo polluto queat Animo mederi, morte ſanandum eſt ſcelus. *Ibidem:* nam ferè inſania niſi morte curatur: Inſaniens ſapientia. *Hor.* 1. 34. Vitium in lumine mentis. *Ouid.* 4. *met.* Veſania: Furor. V. *Inſipientia: Dementia, & Inſanus infra.* Mentis error: Mentiſq; errore laborat: Efſera vis animi: Animi ægritudo: Valetudo mentis. *Suet.* Impotentia mentis. *Idem.*

INSANVS.

Mente captus: Mentis egens: Demens. V. *ſuo loco, ibiq; plura.* Indomitos geſtat in corde furores. Flagrat acerba rabie: Furioſus. V. *ſuo loco.* Deſipiens. *Hor.* Quid tibi mentis erat cùm ſic malè ſana lateres. *Ouid.* 3. *de art.* Nihil mentis habens. *Fauſt.* Demens animus. *Sen. in Hipp.* Non ſanum pectus. *Prop.* 1. *eleg.* 1.

INSCRIPTIO.

Titulus chartæ. *Ouid.* 4. *Pont.* 9. Epigraphe, Græcum: Index. *Cic.* pro inſcriptione: Epigramma, propriè eſt inſcriptio, quæ mortuorum tumulis ſuper inſcribebatur, nunc pro verſibus ſumitur, qui laudem, vituperationem, deſcriptionem, & huiuſmodi continent.

INSECTA.

Animalia ſunt exanguia ita ab inciſuris dicta, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum, atque alui precinctu, membra ſeparant tenui quadam fiſtula coherentia, quorum nonnulla Vaginipennes appellantur beſtiolæ quædam, quæ alas quaſi vaginis quibuſdam incluſas habent, qualis eſt ſcarabeus, & ſcarabeorum genus. Sunt autem:

Lumbricus, lumbrici: Inteſtina terræ, pulcra quidem metaphora: Vermis: Apis: Veſpa. V. *ſuis locis.*

Fucus; Inſectum aculeis carens ape maius: Mellis opetas depaſcens, quem è mulis naſci teſtatur *Iſidorus.* Fur apum *Varroni* dicitur.

Locuſta. V. *ſuo loco.* Scarabæus. V. *ſuo loco:* quem ex aſino procreari mortuo nonnulli exiſtimant.

Papilio, nis; vermiculus, aut inſectum potiùs alatum, alis prelargis, imbecillis, omnis generis colores ementiens: Mordella, *Gaza.* Orſodacna. *Ariſt.* Inſectum quaternis pennis volucre, ore largo, & propè denticulato puſtulas puerorum appetens: Pyrallis, animalculum pennatum, lucernatum luminibus aduolitans, quod H[illegible]piolum nominat *Nebriſſenſis.*

Pyrauſta, ſiue Pyrigonos. *Ælian.* animalculum volunt hoc eſſe alatum muſcæ magnitudine ex igne proueniens, & in igne viuens, & extrà illum moriens: Muſca. V. *ſuo loco.* Ricinus. *Varr. Colum.* vermis canibus infeſtus, fœdus, liuidus, & ſanguine plenus: Cynomia dicitur Græcè, vulgò *Zecca.*

Ephemera. *Ælian.* Vinarij culices, vulgò *Moſcini.* Eſt etiam Ephemerum apud Hipanim flunium Cimerij Boſphori naſcens inſectum quadrupes volatile, de quo *Ariſt.* 5. *de anim.*

Formica: Bombyx. V. *ſuis locis.*

Gryllus locuſtæ genus, cicadę ſimile noctu ſtridens, retrò ambulans. Hos autem aliquibus locis noctu tenent ad ſomnum in æſtate conciliandum.

Cicada: Araneus. V. *ſuis locis.*

Aſellus: Cutio, apud *Marcell.* Empiricum: Porcellio nonnullis, & multipeda: Beſtiola multipes ſubcinerei coloris, locis vliginoſis peculiaris ad contactum ſe in orbem pilulæ ſimilem contrahens, ac rotundans, vt *Scribonius, & Galenus* deſcribunt. Tylus, à callo, cutiſq; duritia dictus *Plinio.*

Lens, dis: Pediculi partus: Pediculus: Pediculus inguinalis, quòd pubem, & inguina infeſtet: Cimex vermis odore tetro.

Pulex, pſylla Græcè: Pulex aquaticus, animalculum rotundum nigrum, pulice paulò maius, quod ſupra ſtantes aquas velociſſimo motu cietur, raro quietum.

Canth[illegible]ris. *Nebriſſenſ.* Acarus: Teredo, ſiue exiguus vermiculus, qui ſubter cutim erodit, agitq; cuniculos in pruriginoſis manibus, vulgò *Piattola.*

Tinea. V. *ſuo loco.* Galba; animalculum exiguum, quod in eſculis naſcitur, interprete *Suetonio.* Cancer à nonnullis inter inſecta reponitur. V. *ſuo loco.*

Culex, de quo *Virgilij* opuſculum extat.

Epith. Malus, infeſtus, odioſus, informis: Membra tenella notans: Pauperiora culex tecta moleſtus habet.

Ipſi etiam culices, tellurem, atque aëra magnum Complentes, hominumq; genus, iumentaq; paſſim Cędere, & impreſſis maculoſos dentibus artus: Promuſcis, quam culices habent æſtate infenſiſſimam: Dum æs exigitur, dum mula ligatur Tota abit hora: mali culices, ranæq; paluſtres Auertunt ſomnos. *Hor.* 1. *ſerm. ſat.* 5. Leps; alio nomine Millepeda, & Scolapendra inſectum, ſiue vermis oblongus eſt, piloſis pedibus, pecori nocens.

INSEPVLTVS.

Inhumatus. *Virg.* 6. *Æn.* Mortis honore carens: Sine honore ſepulcri. *Ouid.* 3. *triſt.* 9. Prætereà iacet exanimum tibi corpus amici. *Virg.* 6. *Æn.* Qui ſedibus nondum ſuis relatus eſt; *ex eodem.* Qui non ſepulcro conditus: Quem non terra tegit: Quem nec adhuc rorui ſubuexit cymba Charontis; putabant enim veteres, qui à Charonte non transferebantur ſubitò trans alteram fluminis ripam, eos carere ſepulcro, ſiue ſepulcri honore; vndè canit *Virg.* 6. Nauita ſed triſtis nunc hos.

hos, nunc accipit illos ; Aſt alios long è ſummotos arcet arena : Hæc omnis quam cernis inops, inhumataq; turba eſt. *Ibidem*. Nondum ſedibus oſſa quierunt. *Ibidem*.

INSIDIÆ.

Aſtus:Fraus. V. *ſuis locis*. Arma tecta. *Ouid.2.faſt.* Furta paro belli conuexo in tramite ſiluæ. *Virg. 11.Æn.* vulgò *Imboſcata*. Subdola famoſę (moneo) fuge retia Mœche. *Mart.2.* Perfidus hic noſtros incluſit fraude locorum. *Ouid.4.triſt.2.* Fallendi viæ. *Tib.4.6.* Fallendiq; vias mille miniſtret amor:Furto vnius noctis peritura. *Sen. in Agam.* Fallat eum tecto cara puella dolo. *Tib. 3.6.* Vafrities,ei:Perfida tela caue. *Ouid.2.faſt.*

Technæ,arum. *Ter.* Machinæ,fig. pro inſidijs:Ille nefandas iam parat inſidias: Ridemus iniquas fortunæ inſidias: Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis Credita res eſt. *Virg.2.Æn.* Cætera virgultis abdita turba latet. *Ouid.2.faſt.* Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes. *Virg.2.Æn.*

Epith. Fallaces, latentes, nefandæ, turpes,nefariæ, hoſtiles, bilingues, iniquæ, ſæuæ, tectæ, tacitæ. Hinc

INSIDIATOR.

Exitia machinatus. *Sen. in Hipp.* O machinator fraudis,ò ſcelerum artifex. *Idem in Troad.* Dolis,& aſtu maleficæ mentis pollens:Deceptor,is. *Idem in Thyeſt.* Deceptrix: Subdolus, ſubdola. Doloſus: Qui dolos tendit: Qui tendit,ſtruit, parat, inſtruit inſidias: Heu quibus inſidijs, qua me circumdedit arte: Non lupus inſidias explorat ouilia circum: Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolum meditantur: Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili: Proditor: Ipſe doli fabricator Epeus. *Virg.2.Æn.*

INSIGNE.

Erat antiquis ornamentum, quod vel parieti affigebatur, vel fanis; ſcilicet arma, maiorum memoriæ, trophęa, & huiuſmodi, pro ornamentis regalibus extulit *Virgilius* 8. *Æn.* Cum ſceptro miſit, mandatq; inſignia Tarchon: Item arma, quibus induebantur, cum ſignis ſiue coloratis,ſiue alio modo: Mutemus clypeos, Danaumq; inſignia nobis Aptemus. *Idem 2.Æn.* V. *ſup.Clypeus*.

Aut rapiam ſuſpenſa ſacris inſignia fanis. *Tib.2. eleg.4.* ſiue legatur,Aut rapiam ſuſpenſa focis inſignia ſacris;nam etiam domi appendebantur inſignia:Stemma,tis:Stemmata. V. *ſuo loco*. Signa: Poſitis pro nomine ſignis. *Ouid.1.triſt.4.* Inſignis,ideſt celebris. V. *ſuo loco*.

INSVBRIA.

Eſt Italiæ prouincia, ſic dicta ab Inſubribus Galliæ populis,qui eam regionem coluerunt,& Mediolanum vrbem clariſſimam condiderunt. Vide *Gallia Ciſpadana*.

INSITVM.

Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes. *Ouid.2. de art.* Fiſſaq; adoptiuas,&c. al. lectio:Inſitio:Venerit inſitio fac ramum ramus adoptet, Atq; peregrinis arbor operta comis. *Idem 1. de remed.* Fiſſaq; adoptiuas accipit arbor opes. *Idem in opuſc. de nuce.* Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona,Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit. *Prop. 4. eleg.2.* Mutatamq; inſita mala ferre pyrum. *Virg.2. Georg.* Et prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Inſitiorum autem plura ſunt genera, namque inſerimus aut ſub cortice, aut in trunco, aut implaſtratione, ſiue inoculatione. *Columela* docet aliam inſitionem à ſe repertam. *Io: Baptiſta à Porta in ſua Magia naturali* plurima de inſitis, quem vide.

INSVLA.

Dicitur quæ à continenti,hoc eſt ſolida terra ſeiuncta vndique mari alluitur: & harum nonnullæ ob magnitudinem celeberrimæ, de quibus *inferiùs, & ſuis locis*. Inſulæ etiam dicuntur ædes, quę non iunguntur communibus parietibus cum vicinis,circuituq; publico,vel priuato cinguntur. Verùm hoc in loco de inſulis agimus,quæ aqua, vel maris,vel fluminis vndique alluuntur, & primùm de notiſſima Romæ, quam Tibris efficit, diciturq;.

Inſula D. Bartholomæi.

De qua hæc *Dionyſ. Halicarn.* Cùm enim omnia Tyrannorum bona (de Tarquinio Superbo,eiuſque filio agit) agenda,ferendaq; permiſiſſent populo,quicquid frumenti erat in eius campi (ſcilicet Martij) areis, vel in ſtipula, vel tritum iam non permiſerunt auehi, religione vetante, iuſſeruntq; totum effundi in Tiberim. Et nunc quoque manet eius facti monumentum,benè magna inſula ſacra Æſculapio,cincta flumine, concreta (vt fertur) è frumenti aceruis putreſcentibus, & paulatim alijs, quæ temerè fert flumen, eodem inuectis fit auctior. Hactenus *ille*. Hæc igitur ſacra fuit Æſculapio,quod ibidem templum fuit illi erectum, de quo hæc *Feſtus:* In inſula Æſculapio facta ædes fuit,quod ęgroti à medicis aqua maximè ſuſtententur;eiuſdem eſſe tutelæ draconem, quod vigilantiſſimum ſit animal; quæ res ad tuendam valetudinem ægroti maximè apta eſt:Canes adhibentur eius templo,quòd ipſe vberibus canis fuerit nutritus; bacillum habet nodoſum, quod ſignificat artis difficultatem; laurea coronatur, quòd ea arbor plurimorum ſit remedium; huic gallinæ immolabantur. Hæc *ille*. Æſculapij verò ſimulacrum vt fuerit ab Epidauro Romam aſportatum *Val. Max. lib.1. cap.5.* narrat,& nos *ſuperiùs* inuuimus. V. *Æſculapius*.

Demùm antiquorum ſequentes maiores noſtri in eodem ferè loco templum D. Ioanni Calybitæ cum adiacente Xenodochio, ſiue Noſocomio erexerunt. Porrò in eadem inſula fuit templum Iouis Lycaonij, quod eius ſimulacrum forſitan aduectum à Lycaonia ibidem coleretur; vndè etiam ipſa inſula Lycaonia dicta fuit: Ibidem Fauno ædicula, vndè *Ouid. 2. faſt.* Idibus agreſti fumant altaria Fauni Hic, vbi diſcretas inſula rumpit aquas.

Lycaonia inſula, *vt ſup.* Inſula diuidua, quam premit amnis aqua. *Ouid. 1. faſt.* Circumflua Tibridis alti Inſula. *Idem 15. met.* Romuleo procumbens inſula Tibri. *Claud.* Qua fronte biforni Diuiduus Tibris dexteriora ſecat. *Rutil.*

Inſulæ Fortunatæ.

Ab vbertate, & felicitate fructuum ſic dictæ in occidente ſunt, in Hiſpaniæ termino, contra Mauritaniam, in quibus veteres Philoſophi locarunt Elyſios, de quibus meminit *Plin. lib. 6. cap. 32.* qui inſulas fortunatas à Canarijs diuerſas facit. Duas autem inſulas fortunatas referunt eſſe in mari Æthiopico exiguo inter ſe ſpatio diſtantes, ac è Libyæ finibus, ſiue Africæ decem millibus ſemotas, vbi rariſſimi venti flant, ac rariores etiam nimbi cadunt. & ſiqui eò penetrant venti ſuaues eſſe, ac roſcidas ferunt. Solum hic eſſe pręingue, quod nō ſolùm arationi, ſed & plantationi ſit idoneum; fructus etiam ſpontè dulciſſimos gigni, vndè ſumpſit *Homerus* anſam beatorum illic locandi domicilia. Ad hæc admirabilis Cęli clementia, aëriſq; temperies nouum orbem pręſeferre videntur. Qui enim à terra ſpirant venti, vt Boreas, & Arpactias, ob longiſſima ſpatia, antequàm eò perueniant languent, & euaneſcunt, qui verò è mari flant, vt ſunt Argeſtes, & Zephyrus tenues quidem imbres adferunt, ſed quibus omnia facillimè humido tantùm aëre ſata nutriantur. Has inſulas viſendi, & aliquando occupandi, vt à bellorum curis tranquillam ≤ tam ageret, incredibilis cupiditas Sertorium cepiſſe quondam dicitur.

Deuenere locos lętos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas. *Virg. 6. Æn.* quarum deſcriptionem *Ipſe Homerum* imitatus perſequitur *ibidem*. V. *ſupra Elyſium:* nomina: Iunonia, Pluuialia, Capraria, Ombrion, Minor Iunonia, Niguaria, Canaria. V. *Plin. & ſup. Fortunatæ inſulæ.*

Inſularum nomina.

Hìc aliquarum ſubijcienda cenſuimus, vt huic operi non deſit, quod in alijs deſideratur, poſt inſularum periphraſin: Et varijs legimus freta conſita terris. *Virg. 3. Æn.* Terra incluſa ſalo, &c.

Abantis, & Abantia. V. *Euboea*. Abſorus, maris Illyrici inſula, nunc *Oſero*. Achilleia, Dromos dicitur *Arriano*. Euxini ponti inſula, quæ & Leuce, & *μακάρων νῆσος Plin.* Boryſthenes *Steph.* Ægates: Æguſa, maris Siculi inſula, quæ vulgò *Maretamo*.

Anticyra ad ſinum adiacens Maliacum, & Oetam montem. In hac (authore *Plinio*) Helleborum tutiſſimè ſumebatur; meminit & *Ouid. 4. de Ponto*.

Ægialia, inſula vicina Peloponneſo, quæ nunc *Cerigo*, eſt adiacens Ætoliæ, cuius Rex fuit Diomedes, cui fortaſsè nomen ab vxore indidit, quæ Ægiale appellabatur: Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Meliboea relinqui. *Stat.*

Ægimus, maris Africi inſula: Lotophagitis, vulgò *Zerbi*. V. *inferiùs hoc in titulo*. Ægina. V. *ſuo loco.* Æthalia. *Plin.* Liguſtici maris inſula. V. *Ilua.* Æthuſa, Africi maris inſ. ſiue Æguſa: Æolia, Æolides. V. *ſuo loco.* Alanæ, inſulæ Linonici maris, ſiue Balthici: Anaphe, maris Ægei, ſeu Cretici inſ. Artemiſium, Dianium, parua inſula maris Tyrrheni, *Monte di Criſto*. Aſteria vicina Cephaloniæ inſ. Atalanta exigua inſula propinqua Euboeæ è regione Opuntiorum.

Baleares. V. *ſuo loco*. Baraca, ad oſtium Indi fluuij. Barace, Aſiæ inſ. Baruſſæ, inſulæ quinque in mari Eoo Mindanao, Cailon, Subut, cum alijs duabus Circium verſus: Batauia, Germaniæ inferioris ad oſtia Rheni portio, vndè Batauí. V. *ſuo loco.* Bazacata, Aſiatica inſula: Belbina, in ſinu Argolico è regione Athenarum: Besbicus, Propontidos inſ. Bonæ fortunæ inſula in mari Eoo non procul à Malaca Indiæ vrbe, cuius adhuc pars incognita, *Borneo*. Britannia. V. *Anglia*.

Calauria, in ſinu Argolico, Demoſthenis interitu clara. V. *Demoſthenes.* Caprea. V. *ſuo loco.* Capraria, inſula in Tyrrheno mari. Lege *Rutil. 1. itin.*

Carpathos, ſiue Carpathus, inſ. inter Cretam, Rhodumq; vulgò *Scarpanto*, cuius ambitus ſexaginta eſt, aut ſeptuaginta mill. paſſ. ardua, & montibus aſpera, in qua tamen marmoris lapidicina reperiatur. Olim quatuor habebat vrbes, vndè & Tetrapolis inſula dicebatur; nunc tantùm veſtigia ſuperſunt, paruumq; oppidum, cuius incolæ Græcam religionem ſectantur, Venetis verò parent. Habet multos portus, ſed non admodùm capaces, & malè fidos.

Synonyma.

Carpathia littora: Carpathium mare: Carpathię vndæ, &c. Caſos Carpathij maris inſ.

Caſſiterides, inſulæ circa Hiſpaniam, vulgò *Aſores.*

Cephalenia, Ionij maris inſ. Dulichium, Same, & Taphos etiam; dicta autem Cephalenia, & Cephalene à Cephalo Amphytrionis, vel à Cephalo Deionei filio. *Strab.* vnde populi Cephalenſes, p.p. Cercinna, Africi maris inſ.

Digitized by Google

Cerne. *Plin.* Inſula in Africo oceano inter Æquatorem, & Capricorni circulum, quæ ab incolis Madagaſcar, ſiue Magadaſcar appellatur à noſtris S. Laurentij dicta, quòd eo die in Indico curſu reperta fuerit à nautis. Eſt è conſpectu Mozambique vrbis, & Monopotapæ regni: Menuthiar *Ptol.*

Chios:Coos. V. *ſuis locis.*

Cieynethus inſ. in ſinu Pelaſgico: Cimolus inſ. in mari Cretico è regione Zephyrij promontorij, ex qua optimum aduehebatur eretæ genus abluendis, extergendiſq; veſtium maculis in primis vtile; meminit *Ouid. 7. met.* Hinc humilem Myconem, cretoſaq; rura Cimoli.

Claros inſ. maris Ægæi: Claudia maris Mediterranei non longè à Creta inſula, vulgò *Gozo*, ad quam D. Paulus dum Romam veniret appulit;& hæc Claudos etiam dicitur.

Clides Inſulæ adiacentes Cypro.

Codanonia inſ. ſinus Codani, quæ hodie *Zelandia* dicitur,diuerſa tamen à Zelandia,quæ propè Bauauos eſt, inter enim Daniæ inſulas prima eſt. Colubraria, quæ & Colubrina, maris Balearici inſula:Ophiuſa: Frumentaria.

Corcyra. V. *ſuo loco.* Eſt etiam alia Corcyra nigra dicta à *Statio*, Melitæis catulis ad fœminarum delicias clara. Melæni dicitur Græcis,*Curſola.*

Corſica, quæ etiam Cyrnus maris Liguſtici inſula valdè celebris, à Cyrno Herculis filio dicta, ab *Ouidio* Therapne nuncupata, vt aliqui exiſtimant;non procul à Sardinia inſula ſita,cuius ambitus ſecundùm *Maginum* eſt trecentorum viginti quinque mill. inter cętera, vina inſulæ pręſtantiſſima, primæq; nobilitatis, & à Romanis ſemper expetita. Corſica fuit deindè dicta à Corſa bubulca muliere ex Liguria, qua duce Ligurum manus in eam ingreſſa eſt, & Corſi à duce dicti coloni; in ea claræ quondam

Vrbes:

Aleria, & Mariana, quarum nomina nunc in ruinis iacent, & aliqua recentiora recenſentur oppida:Baſtia: Nebbium,quod Cerſunum *Ptol.* appellat,vt aliqui volunt;ſcribitur etiam Nubium. S.Florentij portus: S.Bonifacij portus, Syracuſanus à *Ptol.* dictus, quòd Siciliam versùs tendat. Calui eſt celeberrimus inſulæ portus: Aiacium, vndè Aiacenſis Epiſcopus. De Corſica lege *Rutil. 1. itin.* Sagon,vndè Sagonenſis Epiſcopatus.

Fluuij:

Gelonum: Tauinianum: Sagona Bauonum:Tegiamum.

Montes.

Illia orba, Chepartenus,Tenda,Ruſſus,Gualangus; & in his arbores reſinam exhibentes reperiuntur. Solus ager in Corſica lapidem gignit Catochiten, quem *Democritus Abderites* etiam in certamina contra magos adhibuit,qui lapis corporibus adhæret ceu glutine tactus.

Oræ Cyrneæ. *Rutil. 1. itin.* Littora Cyrni:Cyrneum mare, pelagus, &c. Therapne. *Ouid.* ſic vrbes Therapneæ,Cyrnęæ, &c.

Cunicularię ſunt quædam inſulæ Corſicæ proximæ,teſte *Plinio*.

Coſſura, inſ. propè Siciliam ad promontorium Libęum:Coſyre:Paconia,maris Africi inſula.

Cyaneæ: Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ, &c. *Ouid. 3. faſt.* Cythera:Cyzicus,Propontidis inſula. V. *ſuis locis.*

Delus. V. *ſuo loco.* Deorum inſulæ. *Ptol.* Cicæ: *Plin.* propè Hiſpaniam, *Iſole di Baiona.* Dia,inſ. Cretici maris,Cretæ vicina: Diabate *Ptol.* inſula propè Sardiniam, Aſinaria vulgò ob Sardorum aſinorum copiam: Diomedeæ inſ. in ſinu Adriatico propè Apuliam Trimetus. *Tacit.*Theueria: Dioſcurias inſ. maris Indici, vulgò *Zocotora*, & alio nomine Diodori inſula, in oſtio ſcilicet ſinus Arabici ſita, vbi aloe plurima, atq; omnium perfectiſſima ad Europęos aduehitur.

Ebuſus,quæ alio nomine Pityuſa inſ. è regione Valentię in mari Balearico. Lege *Plin. lib. 3. cap. 5. & Sil. It. lib. 3.* V. *inſ. Ophiuſa.*

Echinades Ionij maris propè Peloponneſum inſulæ, vulgò *Curzolari*. V. *ſuo loco.* Meleiæ dictæ etiam inſ. in quibus Elaphuſa, Ericuſa, cęteræq;.

Emonia inſ. Scotiæ orientalis: Eniſipia,maris Libyci inſ. Erythea. V. *Erythræa. ſup.* Erythinus inſ. Ponti Euxini propè Bithyniam *Ptol.*

Ficaria inſ. Sardiniæ proxima. *Ptol.*

Gades. V. *ſuo loco.* Galathe,inſ. Tuneti vicina,vulgò *Goletta*. Gaulos: Iunonis fanum,inſula exigua Melitæ vicina *Gozo*, vide ne eadem ſit cum Claudia,de qua *paullò ſuperiùs* diximus:Giſſa,Illyrici maris: Gleſſaria *Plin.* Baltici maris: Gurgades inſulæ maris Atlantici, vel Gorgades: Heſperides inſulæ,vulgò *Iſole di capo verde*,vide ne Gorgones dicendę ſint;repete hiſtoriam Gorgonum *ſuperiùs*.

Helene,Cranae, inſulæ contra Sunium Atticæ promontorium. V. *ſuo loco.* Hermea inſ. propè Sardiniam:Hibernia. V. *ſupra ſuo loco.* Hiceſia,Siculi maris inſ. Hieracum Sardoi maris inſ.

Icaria Icaros, ab Icari appulſu, de quo *ſuperiùs in hiſtoria* diximus; Doliche, Ichthyuſa à piſcium pręſtantia, teſte *Heraclide Pontico:* Doliche etiam Græcis:Ilua. V. *ſuo loco.* Imbros,Ægæi maris inſ. Inarime. V. *ſuo loco.* Igilium (*Iſola del Giglio*) in mari Tyrrheno. V. *ſup. Etruria.* Iſſa in ſinu Illyrico, & Adriatico. Ithaca. V. *ſuo loco.* Iulia Cæſarea ad fretum Gaditanum.

Iapan, ſiue Iaponia inſ. in India cęterarum illius tra-

tractus ſiquidem maxima;ſunt autem tres inſulæ ſub vno nomine, quæ circumfuſis alijs minoribus interfluo Euripo diſiunguntur. Prima, & maxima Iapan dicta,in Satrapias, aut regna tria, & quinquaginta diuiditur,quorum potentiſſima ſunt Meacij,& Amagnncij. Secunda dicitur Ximo, habetq; regna nouem, in quibus pręcipua ſunt Bungi,& Figen. Tertia Xicoum,quæ quatuor regna continet. Ab oriente Iaponia obuerſa eſt nouæ Hiſpaniæ,à ſeptentrione Scythas, vel Tartaros,ab occidente Sinas, à meridie vaſto mari interfuſo inexploratas habet terras. Quondam regna aliqnot Beatiſſimi Xauerij precibus, & ſociorum laboribus Chriſtum confeſſa fuerant, nunc Gentilium perſecutio in paucos fideles quammaximè calet; quorum tamen effuſus pro Chriſto ſanguis, copioſam creditur meſſem allaturus. In hac

Vrbes:

Meacum ciuitas maxima, cuius ambitus vnum, & viginti milliaria patere dicitur, quamvis inteſtinis bellis aliquantum imminuta:Oſſacaia ciuitas illuſtris.

Bungum ſui tractus (regnum eſt enim) vrbs pręcipua, ſitu opportuna, in qua Chriſtianorum magnus eſt numerus. Coia vrbs Bonſio cuidam ſacra, quem Combodaſſi dicunt: Fiongo, vrbs: Amangaſaquium, vrbs penè maritima Zacai oppoſita: Voſuquinum: Funaium:Toſa vrbes nobiliſſimæ.

Ochinoſamanus portus inſignis: Nangaxima vrbs in Bungo: Tunaxama, parua inſula Ximo finitima.

Voxu regnum, vndè legati Iaponenſes ad Paulum V.Burgheſium Pont.Max. ſuperioribus annis acceſſerunt, illos Franciſcanis deducentibus.

Sacaium,vrbs: Xiina. Lege *P.Maphaium de rebus Indicis* ſcribentem.

Tellus Iaponia:Iaponides oræ,inſulæ,&c. Orbemque noſtris pedibus obuerſum colas. *Sen.in Hipp.*

Labadij in mari Eoo inſ. Lala, inſ. maris Mediterranei iuxtà Marmaricam: Veneris inſula *Ptol.* dicitur: Lamellum, inſ. obiecta Liburno in mari Tyrtheno.

Latoa,inſ. Libyci maris propè Cretam:Lemnus:Lesbus:Leucas.V.*ſuis locis.* Limnos *Ptol.* inſ. circa Angliam: Lindisfarna eidem inſulæ proxima ad oſtium Tuedæ fluuio:Lipare. V.*ſuo loco.* Londobries *Ptol.* inſ. oceani propè Luſitaniam, quæ etiam Erithya dicitur *Mela*.

Lopaduſa maris Africi: Lotophagites: Ægimus V.*ſup.* quæ etiam Meninx dicitur *Plinio*. Mirnix *Polyb.* Gelnes, vulgò *Zerbi*. Lyſina maris Adriatici,vulgò *Leſina.*

Mania. V. *Anglia*. Maniolæ inſulæ oceani Eoi: Megaris. *Plin.* V. *Neapolis*: dicitur etiam Megarus: Melegene *Ptol.* Adriatici maris inſula Dalmatiæ adiacens.

Meroe Nili fluminis inſula, quam ſuo ambitu facit, cuius ea eſt longitudo, vt ad tria millia ſtadiorum,latitudo verò ad mille extendatur,nempè longitudinis trecentorum ſeptuaginta quinque milliarium; latitudinis verò centum viginti quinque. Vrbem habet eiuſdem nominis totius inſulæ caput à Cambyſe conditam, & de ſororis nomine ibi defunctæ nuncupatam. Lege *Herodot.* & *Luc.*10.*Pharſ.* — gurgite rupto Ambitur nigris Meroe fœcunda colonis.

Molybodes. Sardiniæ vicina, quæ & plumbea dicitur:Moluccæ inſulæ. V.*ſuo loco.* Mona. V.*ſup. Mania,* & *Anglia.* Mycone. V.*Cyclades*. Mylæ inſulæ circa Cretam.

Nanigeros. & Nanigeris *Ptol.* Indici maris inſula, quam aliqui *Ceilan*, ſiue Ceylan, ſeu Seilan exiſtimant,& hanc Taprobanam *Ptol.* appellatam; iacet non longè à Comotino promontorium, cuius ambitus eſt ducentarum quadraginta leucarum, ſiue ſeptingentorum milliarium. Temperatiſſimo fruitur cęlo,quamvis ſub zona locetur torrida;in qua flores perpetuò varij; arbores perpetuò aut floribus, aut fructibus onuſtæ videntur. In qua elephanti maiores,quàm in cæteris Indiæ partibus, de quibus multa narrantur ſcitu digna. Nouem Reges,ſiue Principes in inſula regnant. Horum potentiſſimus eſt Colmuchij, cui cęteri tributum pendent.

Neritos. V.*ſuo loco.* Neuris. V. *Propontis*. Niſyros in Cariæ ora Myrtoi maris inſ.

Oenæ,inſulæ in mari Baltico: Oenus, inſ. Peloponneſo proxima,quæ Sphagia etiam dicitur:Orcades inſulæ maris ſeptentrionalis propè Scotiam Aquilonem ſpectantes, numero triginta ſecundùm *Pompon.* paruùm inter ſe diſtantes; quarum meminit *Iuuen. ſat.*5. — arma quid vltra Littora Iuuernæ promouimus, & modò captas Orcadas, & minima contentos nocte Britannos.

Ogygia,inſ. inter Phœnicium,& Syriacum mare ab Ogyge Thebanorum Rege, ſiue potiùs ab alio eiuſdem nominis, qui in ea regnauit appellata; ab alijs in alio loco conſtituitur.V.*ſuo loco.*

Ogyris, inſ. ante felicem Arabiam Erythræi Regis monumento nobilitata. Lege *Plin.* Ogyris indè ſalo promit caput aſpera rupes Carmanidis, qua ſe pelagi procul inuehit vndis. Regis Erythræi tellus.&c. *Ruf. ex Dionyſ.*

Ophiuſa, inſ. in mari Balearico, teſte *Ptol.* ex duabus Pityuſis minor; nam maior Ebuſus dicitur propter ſerpentum copiam inculta,Colubraria à Latinis:Ortygia.V.*Delus*.

Paconia,inſ. maris Mediterranei,vulgò *Patalarea*. Pandataria in mari Tyrtheno in ſinu Puteolano, ſeu Caietano; & hodie *Palmarnola*: littora Pha-

Digitized by Google

Pharlæ terræ. *Sen. in Octau.*

Paros. V. *Cyclades*. Parthenope. *Ptol.* Tyrrheni maris inſ. Petanium in Luſitanio oceano: Pharia Adriatici maris inſ. Pharmacuſa in Ægęo mari: Pharos quondam Ægyptij maris inſ. V. *ſuo loco.* Piperina maris Indici: Planaſia maris Tyrrheni: Plemmyria. V. *Sicilia:* cuius potiùs promontorium eſſe dicitur: Plotæ. V. *Strophades.* Polyęgos in mari Ægæo: Probatia maris Siculi: Prochyta. V. *Inarime.* Proconneſus. V. *Propontis.* Prote. *Plin.* propè Zacynthum: Ptychia Corcyrę propinqua.

Rhodus. V. *ſuo loco.*

Sabadibæ. *Ptol.* maris Eoi inſulæ: Sacra inſula Siciliæ vicina: Salamis. V. *ſuo loco.* Samos: Sardinia. V. *ſuis locis.* Saſo inter Epirum, & Brundusium inſ. Scardona Liburniæ adiacens: Sciatos in Ægęo mari: Scombraria, quę etiam Herculis inſ. propè Carthaginem Hiſpanicam: Scopelo in mari Ægęo, qui etiam Scopulus, niſi diuerſa ſit in Ionio mari, *S. Maura*.

Sicilia. V. *ſuo loco.* Sicinus maris Ægæi inſ. Simiæ inſulæ maris Rhodij. *Strab.* Sindæ Eoi maris inſulæ, nempè Gilolum, ſiue Gilolo, quæ & Batochina ex inſulis, quæ *del Mora*, nuncupantur, cuius incolæ humana carne paſcuntur. Celebes, quæ ab occaſu Moluccarum iacet cum alijs, quæ ſub eodem comprehenduntur nomine, in moribus à prima non diſſimiles, ceu nec etiam caloris intemperie: Ambon vicinis aliquot inſulis nomen dat, cuius peridromus, ſiue circuitus 500. eſt milliarium, aſperrima tamen, ſterilisq́; cuius incolæ antropophagi ſunt, ac piratæ.

Stœchades. *Plin.* in mari Gallico haud procul à Maſſilia: Strophades. V. *ſuo loco.* Strongyle. V. *Ætolia*. Sybota inter Epirum, & Corcyrum inſ. Syene Nili inſ. niſi potiùs ſit peninſula, de qua V. *ſuo loco.* Symplegades. V. *Cyanea.* Syrtes. V. *ſuo loco*.

Taprobana, olim Salichi *Ptol.* hodie *Zamotra*, ſiue Sumatra, ſiue Sinnatra. V. *ſup. Nanigeros.* Tapſus, vel Thapſus Siciliæ adiacens inſ. Tenedos. V. *ſuo loco:* & hæc Calydne *Euſtath.* Leucophrys *Steph. & Heracl.* Theganuſa *Plin.* in ſinu Laconico propè Peloponneſum.

Theraſia *Steph.* maris Ægæi inſ. propè Cretam; dicitur etiam Theroſia *Strab. & Ptol.* formam nunc Lunæ corniculatam habet, licèt priùs aliam haberet, anteqnàm combureretur, & à mari in duas partes ſcinderetur, inter quas ſcopuli aliquot interiacent. Fertilis eſt, portubusq́; accommoda; ſed à Turcis obſeſſa, vulgò *Santorini.*

Thule. V. *ſuo loco.* Tiquadra inſ. maris Balearici. Tragurium inſ. cum oppido Dalmatię adiacens: Tricadiba, maris Indici: Trineſca inſ. Aſiatici maris: Trogylum, Ionij maris.

Vecta, vel Vectis. V. *Anglia*. Vectia maris Illyrici. Zacynthus. V. *ſuo loco:* & hæc ſufficiant de inſulis; quarum clariores in mari Mediterraneo:

Sicilia, Creta, Cyprus, Cyrnus, Sardinia, Baleares. In Ægæo mari:

Lemnos, Chios, Lesbus, Euboea, Cythera. In oceano Britannico:

Anglia, Hibernia, Thule. In mari Balthico:

Codanonia, Fionia, Langelandia, de quibus conſule recentes *Coſmographos*.

In oceano Indico pręter eas, quas *ſuperiùs* recenſuimus:

Inſula S. Thomæ ſic dicta, quòd à Luſitanis die feſto B. Thomæ Apoſtoli reperta ſub ipſo æquatore ſita eſt forma penè rotunda; eius diameter eſt ſexaginta milliarium. Ibi ſemper æquales dies noctibus, menſibus Martio, & Septembri crebræ, & denſæ pluuiæ decidunt. Vrbem primariam habet Panoſam Luſitanorum coloniam propè flumen, affluit ſaccharo pręter alia.

Inſula Principis citra æquinoctialem circulum ſita ſatis culta, & prouentu ſacchari celebris, in qua palma creſcit, è qua ſuccum eliciunt, quo ſitim leuant.

Inſula Anni boni ſub noui anni auſpicio reperta inhabitata, ſed tamen piſcatione celebris, vbi etiam piſces volantes apparent, in qua crocodilli, aliaq́; naſcuntur venenoſa animalia.

Inſulæ Philippinæ, quòd Philippi II. Hiſpaniarum Regis nomine ſuo tempore inuentæ, ſiue poſſeſſæ; quarum Luconia inſignis eſt, *Luzon* vulgò, in qua metropolis vrbs Manilhia eſt ab Hiſpanis poſſeſſa; Mindana, tertia Calamianes; dein reliquæ minores inter has diſſipatæ: Baruſſæ *Ptol.* dicuntur.

Inſula Bornei.

Iaua maior incognitæ magnitudinis, quam *Iulius Caſ. Scaliger* omnium rerum facili, vbereq́; prouentu compendium orbis appellauit; in hac celeberrimum emporium: Bantamum.

In oceano occidentali celebres

Inſulæ:

Cuba: Hiſpaniola: Iamaica: S. Ioannis: S. Margaritæ, de quibus noui orbis *Coſmographos* adire poteris.

INSPIRATIO.

Tacitus impulſus. *Vida*. Numinis aura potens. *Idem*. Diuinum monitum, Cęleſte; *ex Ouid. 1. met.* Diuinus monitus: Monitus. *Idem 3. Pont. 4.* Afflatus: Afflatus diuinus: Diuinus motus. *Idem 6. met.* Non miſſæ murmura vocis: Diuinæ curæ: Mens diuina: Diuum monitus; *ex Virg. 6. Æn.* Iouis monitus. *Idem 10. Æn.* Non ſine numine diuum. *Idem 5.* Vox Dei. *Idem 3. Æn.* Reſponſa ſequuti, Quę ſuperi dabant. *Idem 10.* Dei iuſſus: Aperit ora Dei iuſſu Caſſandra. *Idem 2. Æn.*

Mo-

Monitus Deorum: Si licet occultos monitus audire Deorum. *Ouid.3.faſt.* Tonantis:Quod facere monitu Cęlitum iuſſus paro. *Sen.in Oedip.* Impulſuq; Dei mens mota libenter.

INTONSVS.

Capillatus: Crinitus:Comatus:Cum crinibus:Coma intonſus:Qui ſine lege capillos peruolitare iubet collo:Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos. Ecce iacent collo poſiti,&c.Ibat odoratis humeros perſuſa capillis. V. *Crinis:Capillus.*

INVENTVM.

Res inuentæ: Prima tuæ moui felicia ſemina mentis. *Ouid.2.eleg.2.* Ars inuenta:Inuentio:Adinuentum: Adinuentio.

INSTABILITAS Rerum.

Nam neque Pyramidum ſumptus ad ſidera ducti, Nec Iouis Elei Cęlum imitata domus:Nec Mauſolei diues fortuna ſepulcri Mortis ab extrema conditione vacat. *Alciat.* Aut illis flamma,aut imber,ſubducit honores Annorum,aut ictu pondera victa ruent: Tranſibunt citò,quæ vos manſura putatis: Aſpice quod cupias tranſibunt tempora Inſtabilis: Mutabilis: Mutabilitas: Quod numquam permanet: Deciduus, quod cadit, fugit,euaneſcit in auras: Euanidus.

INSTRVMENTVM.

Arma,orum: Siue vſus aratri,Seu curuæ falcis,ſiue bidentis erat. *Ouid.4.faſt.*

Inſtrumentum apud *Suetonium* eſt monumentum ſcripturarum ad res geſtas pertinentium, quod etiam noſtro tempore vſurpatur apud Tabularia.

Inſtrumentum apud *Ciceronem* eſt appatatus omnis fundi,tabernæ,domusve,quo inſtruitur:Choragium. *Cic.* inſtrumentum omne generieè, & quivis apparatus.

INTEGRITAS.

V. *Simplicitas.*

INTEGER.

Irruptus. *Hor.1.od.13.* Interruptus: Non fractus. Incorruptus:Illęſus:Perpetui tergo bouis. *Virg. 8.Æn.* ideſt integri.

INTELLECTVS.

Mentis acumen. *Pict.* Acris ſenſus animi:Captus, us,mentis:Mentis fax noctiluca. *Maſcul.*

INTEMPERIES.

Cęli incommoda. *Ouid.4.Pont.9.* Durum, graue cęlum:Cęli grauitas:Nouerca cęli temperies:Qui nocet aër,grauis: Sine ordine.

INTERDICTIO.

Prohibitio:Cenſura:Pręſcriptum Romuli. *Hor.2. 15.* Intonſi Catonis auſpicium. *Ibidem.* Seueriorum leges:Veterum norma. *Ibidem.*

INTESTINA. V. *Exta.*

INVERECVNDVS.

Qui neſcia corda pudoris habet, gerit: Qui mente pudorem expulit: Vos vbi contempti rupiſtis fręna pudoris:Qui fines tranſire pudoris cœpit. Cui mens perfricata viget,nullumq; pudoris Signum habet.

INVICTVS.

Qui vinci nequit: Corpus nullo penetrabile telo. *Ouid.1.met.* Contemptor ferri. *Ibidem.* Nulloq; forabilis ictu. *Ibidem.* Indomabilis. *Hor.* Nec victi poſſunt abſiſtere ferro. *Virg.11.Æn.* Intrepidus pericli. *Bemb.* Vacuus metu. *Ouid.3.met.* Fortis. V. *Generoſus.*

INVIDIA.

Quæ dolor eſt ex aliena proueniens felicitate, deſcribitur elegantiſſimè ab *Ouidio 2. met.* cui domus conſtituitur abdita in imis antri vallibus, Sole carens, non vlli peruia vento: Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ Igne vacet ſemper,caligine ſemper abundet:Quam domum petijt Pallas,vt illam excitaret in Cecropis filias.

Concuſſæ patuere fores,videt intus edentem Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum Inuidiã, viſaq; oculos auertit; at illa Surgit humo pigrè, ſemeſarumq; reliquit Corpora ſerpentum, paſſuq; incedit inerti. *Ouid.2.met.* Inuidiæ tabes. *Stat.2.Theb.* Tabum. *Ouid.2.met.* Fames liuentis inuidiæ:Inuidiæ tempeſtas. *Polit.* Dens inuidiæ mordax:Inuidiæ telum,ſtimuli. *Claud. 1. in Ruf.* Amarus ſtimulus:Quem gloria Turni Obliqua inuidia, ſtimulisq; agitabat amaris. *Virg.11.Æn.* Rabies liuoris. *Claud.3.de rapt.* Liuor edax. *Lucan.* Liuor. *Catull.* Nigroq; vndantia pectora felle. *Sil.It.11.* Lenta tabes. *Ouid.2.met.* Inuidiæ liuor. *Ibidem.* Inuidentia: Minacis inuidiæ cumulus. *Stat.1.ſilu.4.* Ærugo, nis,fig. Nimiaq; ærugine captus. *Mart.2.61.*

Inuidiæ plaga,fel. *Apul.* Niger,edaxq; liuor dente degeneri petit. *Sen. in Hipp.* Dens inuidus:Et iam dente minus mordeor inuido. *Hor.4.3.* Iuſſa facit, pectuſq; manu ferrugine tincta,Tangit & hamatis pręcordia ſentibus implet, Inſpiratq; nocens virus, piceumq; per oſſa Diſſipat, & medio ſpargit pulmone venenum. *Ouid.2. met. ibiq; multa.* Vis inuidiæ omnia rodens: Liuor iners vitium macerat qui tabe medullas, Extenuans, conficiens oſſa, corporis artus: Cui lęua voluntas. *Stat.2. Theb.* Procul atra recedat Inuidia,atque alio liuentia pectora flectas: Cui lęua voluntas. *Ibidem.*

Epith. Noxia,praua,ægra,inhumana,ardens,triſtis, pallens, pallida,mordax.

INVIDVS.

Inuidioſus:Liuidus:Liuens: Ecce iterum nigros corrodit liuidus vngues. *Mart.4.27.* Liuentia pectora. *Stat.* Dens inuidus. *Hor.4.3.* Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia. *Mart.* Tabe miſer lenta. *Ouid.2. met.* Rabido liuore refertus. *H. Bal-*

Balbus. Et cui Gorgoneo viſcera felle madent. *Idem.* Hic opibus dolet alterius. *Pictor.* Malignus. *Hor.2.16.* Et anxia nocte, Anxia luce gemit, lentaq; miſerrima tabe Liquitur vt glacies. *Ouid.2.met.* Inuida turba. *Prop.3.eleg.1.* Qui liuoris rabie vexatur: Agitatus inuidia, impulſus: Inuidia ſaucia corda tument: Inuidiæ ſtimulis agitatus.

Zoilus, de quo *ſuo loco*, quòd de viris illuſtribus obtrectabat, omnes deindè ab illo inuidi, ac maleuoli nuncupantur agnomine Zoili. Hinc *Ouid. 1. de remed.* Ingenium magni liuor detrectat Homeri, Quiſquis es ex illo Zoile nomen habes: Impulſus liuore maligno: Inuidus alterius macreſcit rebus opimis: Cui liuor atro dente rodit pectora: Ecce iterum nigros corrodit liuidus vngues: Cuius in ore ſedet macies, in corpore pallor, Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes, Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.

Telchines, pro inuidis; hi enim tres fratres fuere inuidia liuidiſſimi. Lege *Lactantium in Stat.2. Theb.*

INVISIBILIS.

Qui non cernitur vlli: Septus nebula: Quem cernere nemo poteſt. *Virg.2.Æn.* Noſtris tectum oculis: Occulta caligine clauſus: Eſt adeò tenuis, gracilisq; in lumine, vt ante Cæli materiem dignoſcas, ante minores Adnumeres atomos viſu, &c.

INVITVS.

Nolens: Repugnans: Recuſans: Coactus: Inuitiſſimus: Non libenter: Coactè: Inuitè: Minus libenter: Inuitò: Ingratis, aduerb. *Plaut. in Amp.1.1.* Ingratijs. *Ibidem.*

INVNDATIO.

Præcepsq; ruens altis de montibus amnis Torrentes impellit aquas, pecudesq; ferasq; Villarum cum ſtrage trahit, perq; arua refuſi Mille vias pandunt vaſto cum murmure riui. *Ouid.*

Nuncia Iunonis varios induta colores Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus adfert, Sternuntur ſegetes, & deplorata colonis Vota iacent, longiq; perit labor irritus anni, Nec cælo contenta ſuo Iouis ira, ſed illum Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis. *Ouid.1.met.* vbi diluuij generalis meminit, ſiue illius, quod Græcia quondam ſenſit. Impia cùm pluuijs terra periret aquis: Illuuies fatalis aquæ: Obruerat tumulos immenſa licentia Ponti, Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus. *Ibidem.* Fatalis aquæ ſtrages. V. *Diluuium.*

INVOCATIONES.

Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis Aſpice nos, hoc tantum & ſi pietate meremur, Da deindè auxilium pater, atque hæc omnia firma. *Virg.2.Æn.* Dij patri ſeruate domum, ſeruate nepotes. *Idem.* Dij maris, & terræ, tempeſtatumq; potentes Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi. *Idem.* Adſis, ò, placidusq; iuua. Iupiter omnipotens audacibus annue votis, Ipſe tibi ad tua templa feram cæleſtia dona: Adſis ò tandem, & propiùs tua numina firmes: Nunc pater & tenues Teucrum res eripe letho. *Virg.* Tu Dea præſens noſtro ſuccurre labori. V. *Preces.* Nulloq; vlulata dolore Reſpexit Lucina domum. *Stat.3.Theb.* vlulata, ideſt inuocata fœmineo gemitu.

Inuocatio Muſarum.

Gratia Pieridum nobis æqualiter adſit. *Ouid.5.faſt.* Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu ritè propinques Augurium, Phrygibusq; adſis pede Diua ſecundo. *Virg.* In noua ſurgentem, maioraq; viribus auſum, Nec per inacceſſos metuentem vadere ſaltus Ducite Pierides; veſtros extendite fines, En conor dignos in carmina ducere cantus: Vos ò Calliope precor aſpirate canenti: Vos ò clariſſima mundi Lumina labentem cælo quæ ducitis annum. *Idem 1.Georg.* Nunc ades ò cæptis flaua Minerua meis: Pandite nunc Helicone Deæ, cantusq; mouete. *Idem 7.Æn.* Vos mihi ſacrarum penetralia pandite rerum, Et veſtri ſecreta poli. Sparge precor donis pectora noſtra tuis: Inceptis annue Diua meis.

INVTILIS, e.

Non vtilis. *Ouid.2.faſt.* Minus vtilis: Incommodus: Qui nulli vſui eſt: Pernicioſus.

IO, us.

Inachi Achaiæ fluminis filia, quam cùm vidiſſet Iupiter ſpatiantem compreſſit, ac ne id à Iunone agnoſceretur, in iuuencam mutauit, mœrente interim Inacho de filiæ amiſſione. Verùm Iuno zelotypiæ cauſſa, cùm toties deprehenſi mariti furta noſſet, aliquid à Iuuenca timens, illam cuſtodiendam dedit Argo, qui centum habuiſſe oculos dicitur à poetis; ſed à Ioue immiſſo Mercurio Argus occiditur, vt *ſuperiùs* diximus. Io autem à Iunone horrifera fuit Erynnis obiecta, qua extimulata, veluti profuga per totum recucurrit orbem, donec ad Ægyptios perueniens, ibidem tamquam Dea ſub eadem vaccæ forma culta fuit, & alio nomine Iſis dicta, de qua *inferiùs.*

Inachis, dos, à patre. *Ouid.1.faſt.* Natamq; miſerrimus Io Luget vt amiſſam. *Idem 1.met.* in quo fabulam prolixè exequitur. Inq; nitentem Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam. *Ibidem.* Bos Inachia. *Idem 3.faſt.* Vacca Inachia, iuuenca. *Virg.* Argiuæ numina vaccæ. *P. Mirand.* Apis, illius filius creditus; ſed Vide *quæ ſuperiùs ſcripſimus in Epapho.* Memphitis bos. *Tib.1.8.* Venit & ad patrias, vbi ludere ſæpè ſolebat Inachidas ripas. *Ouid.1.met.* Phoronis, dos: Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos vltra

Fer-

Digitized by Google

Ferre poteſt. *Ibidem:* ab auo Phoroneo Inachi patre: Numquam ſatis quæſitus Oſiris. V. *in Iſide*.

Inachia Heroina. *Prop.1 13.* Genus Inachi. *Sen.* Pellex Argolica: Horriferamq; oculis, animoq; obiecit Erynnim Pellicis Argolicæ, ſtimuloſq; in pectore cæcos Condidit, & profugam per totum terruit orbem. *Ouid. 1. met.* Scilicet ex illo Iunonia permanet ira, Quo bos ex homine eſt, ex boue facta Dea. *Idem epiſt. 14.* Ah ſatis eſt pœnæ teneram mugiſſe puellam, Nec modò formoſam poſſe placere Ioui. *Ibidem, & plura.* Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori, &c. *Ibidem.* Quæ tibi cauſſa fugæ, quid Io freta longa peretras. *Ibidem:* vbi primam corripit, cùm ipſe alibi ſemper producat. V. *Iſis.*

IOB.

Maximæ patientiæ typus, qui in terra Hus, ſiue Auſiti (*ex ſeptuaginta interpret.*) ex eiuſdem Hus primogeniti Nachor fratris Abraham, qui regioni nomen dedit, ſtirpe deſcendit; ſiue potiùs, vt alij faciunt, ab Eſau Iacob fratre; vndè facilè conſequitur, quod ſcribit *Philo*, nempè Iob in vxorem accepiſſe Dinam Iacob Patriarchæ filiam, & ex ea quatuordecim habuiſſe filios, & ſex filias, nempè ſeptem filios ante percuſſionem, & tres filias, totidemq; poſt. Huius hiſtoria in ſacris eſt paginis, cui ob virtutes multas, quibus in regione illa florebat, inuidens Satanas primùm obtinuit illius rem, filioſq; perdere, tum ipſum grauiſſimo vlcere percutere, ad quæ mala grauius acceſſit, vt eadem vxor illi inſultaret. Tres quoque Reges ipſius familiares Eliphaz Themanites, Baldad Suites, & Sophar Naamatites, vt ipſi aliquam afferrent conſolationem, viſitandi eum gratia acceſſerunt, ſed dęmone impellente pro conſolatione, verba ſuppetebant, vt patientiæ donum amitteret, quod minimè factum. Immò in tot aduerſis veluti fortiſſima rupes, tentationum fluctibus ita reſtitit, vt amicos conuerterit, vxorem placarit, & dęmonen tandem fugarit; Propheticarum rerum ſcripto libro; cui tandem Deus omnia reſtituere abundantiùs, & duplicia voluit his terris, qui poſt flagella vixit annos centum, & quadraginta, rebus omnibus, diuitijs affluens. Huius viri ſepulcralem Pyramidem apud Hama, nempè Emeſſam Syriæ vrbem etiam nunc oſtendi dicunt.

Et Iob cultor erat veræ pietatis, & æqui Fors non æqua fuit, ſed erat Deus æquior illi, Qui forti impoſitum mente ferebat onus: Luxit in ęrumnis decus, & conſtantia Iobi: Huſitis, dos patientia; à regione, quam incoluit S. Iob: Patiens exemplum: Patientiæ typus: Huſite, es.

S. IOANNES BAPTISTA.

Cuius modò laudes huc referre non decet, cùm pateant Sole clariores; qui enim Hiſtorici ſacram Chriſti ſcripſere vitæ ſeriem, illius quoque veluti Pręcurſoris, ortum, vitam, prędicationem, mortem denique narrarunt, ad quos amice Lector reijcieris, ne cumuletur opus incaſſum.

Soboles ſanctorum ſera parentum. *Muret.* Paſtus Baptiſta locuſtis, Siluarumq; fauis, & amictus veſte cameli: Regis Pręcurſor Olympi: Sancta anima, & tacitis cęlorum exercita fatis: Vltima legiferæ natura meta Ioannes, Cui fului claros humeros immane cameli Tegmen obis, nudoq; ſonant de vertice nimbi: Lucifer prodromus Solis perpetui. *Idem.* Zachariæ ſoboles. *Iuuenc.* Matre ſatus ſterili: Pręnuncius Regis Cęlitum: Zachariades: Zacharides: Abiades vates: Agnifer vates: Æmulus magni vates Eliæ: Chriſti tuba prima: Egregius vates, cui gratia dulce Nomen habere dedit: Sacra de ſtirpe creatus Abiadæ. *Idem*, Maxime vatum: Caſtitatis vindex: Texta camelorum fuerant velamina ſetis, Et zona pellis medium cinxere prophetam Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas, Aut tenuem victum ſilueſtria mandere mella.

S. IOANNES EVANGELISTA.

Iacobi cognomento maioris germanus frater Zebedæi filius, piſcatoriæ artis in ipſo iuuentutis flore à Chriſto ad Apoſtolatum vocatus, ipſum ſecutus eſt, virginitatis pręcipuè candore fulgens, vndè & maioris dilectionis dignus fuit habitus, ipſum enim prę cęteris diligebat Ieſus; qua de re dilectus appellatur diſcipulus. Qui ſub Cruce dum Chriſtus indè pendebat, intrepidus fuit, meruitq; vt illi filialis amoris partem commendauit, filiumq; adiunxit adoptatum matri, fratremq; ſibi; de quo multa in Euangelijs enarrantur. Poſt Chriſti aſcenſum in cęlos Spiritu Sancto repletus, Aſiaticam ſortibus expeditionem, illuc profectus vnà cum Beatiſs. Virgine Epheſum primariam minoris Aſiæ vrbem incoluit (ſi tamen probatorum Authorum teſtimonio id verè probari poſſit) Sed indè poſt multum temporis Romam à Domitiano aduocatus, vt vitæ, doctrinæq; rationem daret, in olei feruentis dolium crudeliſſimi Tyranni iuſſu immiſſus ſenior, indè purior, & vegetior (vt *Tertullianus* ait, *D. Hieronymo* referente) exiuit, quàm intrauit. Deindè in Patmos inſulam ex Cycladibus vnam relegatus, ibi ſcripſit Apocalypſin, infinita futurorum myſteria continentem. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu reſciſſis ſub Nerua Principe redijt Epheſum, ibiq; vſque ad Traianum Principem perſeuerans, totas Aſiæ fundauit, rexitq; Eccleſias, & confectus ſenio

ſe-

ſexageſimo octauo poſt paſſionem Domini anno mortuus, iuxtà eamdem vrbem ſepultus eſt. Cuius tamen reliquiæ cùm nullibi reperiantur, in cęlo cum ipſo corpore creditur eſſe.

Chriſto prę reliquis carus Apoſtolis. *Muret.* Exigua Bethſaide cretus Vates. *Vida.* Qui ſupra Domini pectus in vltimis diſcumbens epulis Compoſuit caput. *Muret.* Ioannes aquila ſignatus amictu Lucet in albenti, mentoq; & vertice canus: More volans aquilæ virgineus pudor. Aquila Euangelica.

IOCASTA.

Filia fuit Creontis Corinthiorum Regis Creuſæ Iaſonis vxoris ſoror, vxor Laij Regis Thebanorum, cui cùm Oedipum pepeiſſet, cognito à patre, per illum ſibi immiuere mortem, iugulandum tradidit ſeruo, qui eum reliquit illęſum, pede tantùm de arbore pendente relicto. Sed poſt Laij mortem à filio incognito eidem datam, matri per imprudentiam nupſit, cui Polynicem, Etheoclem, filiaſq; peperit Antigonem, & Iſmenen. Sed re cognita Oedipo oculis exuto, & à regno exulante, Iocaſta cum filijs regnum gubernauit. Sed orta inter eos ob regnandum diſcordia, cùm mutuis ſe vulneribus filij confeciſſent, ipſa quoque ſe interemit, vt canit *Statius in Thebaidis libris. V. Senecam in Tragœdia Thebais: & Oedipus.*

Laij vxor: Oedipi coniux, & mater: Mater, & auia Etheocli, & Polynici.

IOCVS.

Lepor, & Lepores. *Catull.* Luſus: Sales, ſal. *Mart.* 1. 42. Verba iocoſa. *Ouid.* 6. *faſt.* Fabula plena ioci. *Idem* 2. *faſt.* Adſcitus toties in genus omne ioci. *Idem* 1. *triſt.* 5. 7. Si mea materiæ reſpondet Muſa iocoſæ. *Idem* 1. *de remed.* Dicta iocoſa: Muſa iocoſa. *Mart.* 2. Facetiæ: Studium iocoſum. *Augurell.* Res iocoſæ. *Idem.* Veneres lepidæ: Lepida procacitas. *Mart.* 2. Attico lepore tincti ſales. *Idem* 3. 20. Blanditiæ molles. *Pont.* Verſiculi lepidi. *Idem.* Vſque comes dictis gratia blanda tuis. *Idem.* Leporum cohors. *Idem.* Pars Veneris chori. *Idem.* Blandi modi. *Idem.* Ocia, ſed riſuſq; iuuenc, luſuſq; iociq; Blanditiæq; leues, mollitieſq; decent. *Idem.* Attica ſemper apis labris inſideat. *Idem.* Chariteia propago; à Charitis, nempè Gratijs. *Idem.* Dulcidiæ nati. *Idem.* Multa iocoſa liber habet. *Ouid.* 2. *triſt.* Nec data iucundis tempora pauca iocis. *Idem* 2. *Pont.* 4. Veneres, Cupidineſq;. *Catull. ep.* 2. Lepidus verſus. *Idem.* Lepidum ſcomma, iocoſum: Iucundis gratia verbis. *Prop.* 1. 2. Deliciæ. *Mart.* 1. Gaudium, gaudia. V. *ſuo loco.* Iocoſa voluptas: Veneris puer iocus: Naſus; ſi in malam partem ſumas, vt: Non cuicumq; datum eſt habere naſum, *Mart.* 1. 42. Stolida procacitas; in eodem ſenſu. *Ibidem.*

IONAS.

Propheta ex duodecim minoribus Amathi filius, quem Hebræi putant viduæ illius filium fuiſſe, quæ in Sarepta Sidoniorum vatem Eliam excepit hoſpitio, cuius farinæ hydria, oleiq; lecythus non fuit diminutus; quem mortuum ipſe à mortuis excitauit; natus fuit in Gethefer, ſiue Getepher vico in Tribu Zabulon proxima Phœnicię, qui iuſſus à Domino (adultus) Niniuitis prędicare pœnitentiam, à Ioppe in Tharſum fugiens nauigauit, ſed tempeſtate exorta, ipſe ſecundùm ſortem eductam in mare datus pręceps, à ceto deglutitus poſt triduum in Syriam illęſus deportatus fuit. Qui flagello hoc admonitus, quod fuerat iuſſus deinceps exequutus Niniuitas conuertit, quorum anguſtijs commotus Dominus, ſe à ſupplicijs comminatis auertit. Ionas verò reuerſus in patriam, ibidem mortuus, ſepultuſq; fuit.

Amathites: Vates, qui Niniuitis cęleſtia verba locutus A ſcelere auertit: Ionas puppe cadens ceto ſorbente voratus: Qui pelagi proiectus in vndas Tres latuit Soles monſtri fluitantis in aluo: Ionas, cui teneræ nomen fecere columbæ: Bellua cùm tenuit veneris ſub pectore vatem Liberat è ceto fidentem oratio Ionam.

IOLCOS.

Quæ etiam Iooleos dicitur ab *Homero*, vrbs Theſſaliæ Iaſonis patria, de quo *ſuperiùs* dictum, ab Ioleo Amyri filio dicta, vt ſcribit *Steph.* quæ vaſti maris domitrix nuncupatur à *Seneca*, ob ipſum Iaſonem, qui ad vellus aureum petendum vectus Argo, mare nauibus peruium docuit.

An maris vaſti domitrix Ioleos. *Sen. in Troad. ch.* 3. Victor Ioleiacos tetigit cum coniuge portus. *Ouid.* 7. *met.* Iolcia mœnia: Æſonis regia, ab Æſone Iaſonis patre, qui in ea reſedit.

IOLE.

Euryti filia, qua vt potiretur Hercules, cęteros Euryti filios interemit, cum ipſo patre. Nam omnibus certaminibus abſolutis, quæ ab Euryſtheo iuſſus fuerat, Megaram vxorem Iolao tradidit. & ad prolem procreandam alteram vxorem minimè ſuſpectam quęrens, Iolen Euryti Oechaliæ Regis filiam petijt. Ipſe Megaræ repulſam veritus ſe ſuper eo matrimonio conſulturum reſpondit: Hercules fruſtratus ſponſa, motuſq; iniuria, Euryti abegit equos, Iphitumq; filium equos inquirentem ex Tirynthia turri pręcipitauit, ac tandem ſequentibus annis poſt Aſtydamen Ormenij Regis ſtupratam in Oechaliam contra Euryti filios ob Iolen ſibi vxorem denegatam, duxit exercitum, & vrbe capta Euryti filios Toxeum, Molionem, Pythium interemit, Ioleniq; abduxit, cuius ardore adeò flagrauit Her-

cules, vt in eius gratiam lanam, & penſa deduxerit, leoniſq; ſpolium, cęteroſq; viriles cultus acceptis muliebribus cum Iole commutauerit, vt refert *Ouid. in epiſt. 9.* quamvis alij cum Omphale id factum exiſtiment. V. *Omphale.*

Quod diuum domitum ferre iugum docuit. *Catull. 69.* nempè Amoris barathrum; ſic etiam vertere liceret: Quæ diuum domitum, &c. Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris, Victorem victæ ſuccubuiſſe queror. *Ouid. epiſt. 9. in qua multa de Iole.* Fregerit huic Iolen impoſuiſſe iugum. *Ibidem.* Se quoque Nympha tuis onerauit Iardanis armis. *Ibidem.* Eurytis, dos: Eurytidos Ioles, atque inſani Alcidæ Turpia famoſus corpora iunget Hymen: Euryti proles fœminea: Quæ geſtare colum Alciden, docuitq; trahendum Penſum nere virum: Amphitryoniaden Ioles ardore teneri. *Idem 9. met.* Hylli vxor; nam filio ſuo Hyllo Iolen vitiatam conceſſit vxorem. *Ibidem.* Herculis illam imperio thalamoq; animoq; receperat Hyllus: Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat Alcmene — *Ibidem.*

IONIA.

Minoris Aſię regio ſic dicta ab Ione Xuthi, & Creuſæ Erechthei filio, quo duce Athenienſes ex Ionibus coloniam miſerunt; verùm intra Peloponneſum id factum aliqui recenſent; vndè poſteà aliæ coloniæ in Aſiam minorem tranſmigrarunt; enimverò Ionia eſt inter Æolidem, & Doridem in Aſia minori; in qua

Vrbes:

Epheſus. V. *ſuo loco.* Miletus. V. *ſuo loco:* quæ Cariæ à nonnullis tribuitur: Priene, quæ iniectu Męandri fluminis inter ipſam, Miletumq; labentis Mediterranea facta eſt, cùm eſſet littoralis: Biante alumno nobilis.

Claros vrbs Apollinis oraculo clara iuxtà Colophonem, quam Manto Tireſiæ filia condidit fugiens Thebanorum victores Epignnos: quæ cùm patriæ cladem lugeret, & ſuam, manantibus vbertim lacrymis, fontem fecit. In hac vrbe templum habuit Apollo, in quo dabantur reſponſa aqua epota. V. *Apollo:* vndè inquit *Plin.* Colophone in Apollinis Clarij ſpecu lacunam eſſe, cuius potu mira reddebantur oracula breuiore vita bibentium. Hinc *Macrobius:* Apud Ligyreos, ait, in Thracia eſſe adytum Libero conſecratum, ex quo redduntur oracula plurima mero ſumpto; vti apud Clarium aqua pota effantur oracula: huius

Synonyma.

Clarij lares. *Claud. 1. de rapt.*

Clazomenę vrbs non procul à Smyrna Parali opus, anteà Gryna appellata; vndè & Apollo, qui ijs in locis colebatur lucum habens, & oraculum Gryneus dicebatur.

Colophon. V. *ſuo loco.* Smyrna. V. *ſuo loco.* Teos: Lebedus: Myus: Phocęa: Erythrea. Erant etiam ſub Ionum poteſtate inſulæ duæ, nempè Chios, & Samos.

Fluuij:

Cenchrius fluu. non procul ab Epheſo lucum irrigans Ortygiam dictum: Męander. V. *ſuo loco.*

Mimas, antos, mons Ioniæ. *Strab.* Sacris Bacchi certaminibus quotannis frequentatus; meminit huius montis veluti niuoſi *Ouid. 2. met.* Et tandem Rhodope niuibus caritura, Mimaſq;.

Synonyma.

Nec Latium norat, quam prębet Ionia diues; Nec quæ Pygmęo ſanguine gaudet auis. Iona, pro Ionia: Et quot Iona tulit vetus, & quot Achaia formas; *ex lectione Scalig. Prop. 2. 28. ſiue 28.* Mollis Ionia: At tu ſeu mollis qua tendit Ionia, ſeu qua Lydia Pactoli tingit aratra liquor. *Idem 1. eleg. 6.* Mollis nuncupatur, quòd omnis ille tractus mollis, & delicatus eſt, vbi clementiſſimum cęlum, vberrimum ſolum, & mitiſſima ſunt incolarum ingenia: & amœnitatis Aſiatica eneruauit viuidos Romanorum animos; vt Capuana Carthaginienſes.

Iones, pop.

IONIVM Mare.

Quod Adriatico connexum eſt ab Ionio Dyrrachi filio nomen accepit, quem interfectum Hercules in mare pręcipitauit, cuiq; nomen dedit, teſte *Appiano.* Vel ab Ione puella, vt autumat *Solinus.* Hoc ſinum Tarentinum; Hydruntinum continet, & Salentinum æquor vſq; ad Siculum, quod ab occidente lambit; ab ortu verò Epiri maritimas oras.

Ionium Æquor. *Ouid. 1. triſt. 3.* Ionium ros: Vidi ego te in ſomnis fracta (mea vita) carina Ionio laſſas ducere rore manus. *Prop. 2. 19. vel 26.* Eſſes Ionij facta puella maris. *Ibidem.* Sinus Ionię aquæ. *Idem 4. 6.* Ionium pelagus. *Sen. in Thyeſt.* Ioniæ hiemes. *Claud. præf. 1. de rapt.* Iræ Ioniæ. *Idem 1. de rapt.* Æquora Theſproti ſubdita regno. *Prop. 1. el. 11.* V. *Mare Ionium.*

Ionium littus; facilè ad Ioniam littoralem minoris Aſiæ prouinciam ſpectabit.

IORDANIS, is.

Maximus, & amœniſſimus totius Palęſtinæ fluuius eſt, vtriuſque Teſtamenti ſcripturis celeberrimus, qui (vt *D. Hieronymus* ſcribit) ex duobus fontibus haud procul à ſe diſſitis, Ior ſcilicet, & Dan bicornis erumpit, qui ſimul deindè iuncti Iordanem efficiunt ante portam Cæſareæ Philippi, hinc regiones peramœnas pręterlabens Traconitidem ab Ituræa, & Galilæa ſuperiori ſeparat; Seleuciam à ſiniſtris alluit; in vallem quamdam inter Cæſaream Philippi, & mare Galileæ me-

Digitized by Google

medio loco ſitam influens ſtagnum facit, quod aquæ Meron, & Samachonitis lacus appellatur. Indè lacum tranſgreſſus fontibus aliquibus auctus inter Capharnaum, & Corozaim in mare Genezareth,ſiue Galileę progreditur,mediumq; means egreditur,aliiſq; tortẽtibus auctus maior Iordanis appellatur, qui Peręam à Samaria, & Moabitidem regionem à Iudæa diuidens conuallem illuſtrem, quæ à lacu Geneſareth ad Aſphaltiten vſque ducentorum, triginta ſtadiorum longitudine patet,mediam ſecat, varijs vrbibus,vicis, oppidiſq; ablutis, irrigatiſq; donec innitus in mare mortuum influit, vbi nomen cum aquis dulcibus amittit. Huius longitudo ab ortu ſuo à Libani montibus ad occaſum vſque centum circiter milliaria extenditur, qui toto hoc decurſu ex vtraque ripa latis,amœnis, argilloſis, & vberrimis campis cingitur. Quem fluuium primò Iſraëlitæ, tum Elias, poſtremò Eliſæus aquis eius miraculosè diuiſis ſiccis pedibus tranſierunt. In eodem Naaman Syrus ſepties lauari iuſſus ab Eliſæo elephantiaco liberatus fuit morbo. Tandem Chriſti baptiſmo multo celebrior factus ſui deſiderium vniuerſis mundi fluminibus indidit, cum aliqua æmulatione. Hunc è mari mortuo egredi, ſed paullò poſt ſubterraneis, & ſecretis quibuſdam meatibus terra abſorberi refert *Brocardus* ex incolarum atteſtatione.

Iordanis fluenta: Iordanis ceſſit ab amne: Iordanis vndæ flauæ,ſacræ: Iordanum flumen: Paneas, & Paneus dicitur etiam alter Iordanis fons,nempè Dan, ſiue Danus: Palęſtinæ aquæ, antonomaſticòs,& ſic:Palęſtinus amnis,quia cęteris nobilior: Luſtrales Iordanis aquæ.

IOSEPH PATRIARCHA.

Iacob ex Rachele filius, frater Simeonis, Rubenis, cęterorumq; à quibus adoleſcens Iſmaelitis negotiatoribus venditus,& ab iis in Ægyptum delatus,iterum captiuus Putiphari venditur,à cuius vxore laceſſitus ſingulare caſtimoniæ poſteris prębuit exemplum. In vincla tandem coniectus ibidem biennio detentus, diuinatione clarus,è vinclis exemptus à Pharaone Rege Ægyptiorum in ſecunda,poſt regiam,dignitate conſtituitur: In qua prudentiæ, & prouidentiæ facta coniungens à fame,qua totus afflictus fuit mundus,exemit Ægyptum,quo & fratres,& patrem, genuſq; acceſſiuit ſuum. Vbi poſtquàm multos rexiſſet annos Ephraim, & Manaſſe filijs relictis in bona ſenectute quieuit. Vide in *ſacra Geneſi*, vbi longiùs eius vitæ ſeries deducitur.

Iſacidæ natus:Iſaci nepos:Frater inuiſus cętetis: Ægyptius ſaluator:Salus Ægypti: Bis venditus frater:Beniamino germanus.

S. IOSEPH.

Beatiſſimæ Virginis caſtiſſimus ſponſus filius Iacob ex tribu Iuda, regiaq; Dauidis ſtirpe, faber tamen vt ſuam in paupertate laborioſa vitam cum iuſtitia ſine fraude degeret. Hic diuinitùs Virginem accepit vxorem,quam de Spiritu Sancto grauidam cùm deſerere vellet, in ſomnis ab Angelo admonetur, docetúrq; quanti myſterij particeps factus ipſe eſſet; cum quia Bethleem profectus primus poſt matrem Chriſtum infantem in cunis vagientem,Dei filium,ſponſæq; ſuę veneratus eſt; cum quibus in Ægyptum profectus ſeptem ibidem vixit annis; poſt quos in patriam reuerſus, Nazareth incoluit, cui Deus factus homo ſub pueri forma parebat, opemq; in materiariis lignis ſecandis prębebat. In ipſius denique manibus,ſponſęq; feliciſſimus omnium occubuit ante Chriſti paſſionem, quem meritò ſummis tota laudat Eccleſia laudibus, quæ ſanctimoniæ ipſius, dignitatiſq; meritum nunquam æquabunt.

Ioſephus:Mathanide,es;ab auo Mathan:Tutor Virginis,& pueri: Senior,vir cui credita Virgo: Mariæ ſponſus, tutor, cuſtos: Faber caſtiſſimus: Dei nutricius:Veniens Dauidis origine Ioſeph:Regia progenies Nymphæ dignate ſuperbo Coniugio; ideſt altiſſimo coniugio.

IPHIANASSA.

Soror Lyſippes, & filia Prœti Argiuorum Regis, quæ cum alijs ſororibus in vaccas à Iunone fuiſſe conuerſæ dicuntur à poetis. Has curauit Melampus, & Iphianaſſam natu minorem vxorem duxit. V. *Melampus*. V. *Prœtus,& Prœtides*. Helleboro à dementia ſanatas afferunt,vndè hellebori genus Melampodij nomen habet apud *Plin.lib.25.cap.5.*

IPHIGENIA.

Agamemnonis è Clytęmneſtra vxore filia, Oreſtis ſoror, quæ à patre ſub pretextu nuptiarum cum Achille Dianæ fuit mactanda oblata, hac ſcilicet occaſione. Cùm mille Græcorum naues ad Aulida,quæ vrbs Bœotiæ eſt iuxtà Chalcidem,portu nobiliſſimam, conueniſſent, & impediti tempeſtatibus indè non poſſent ſoluere; conſulti vates, inter quos Calchas reſponderunt, Dianam ſanguine filiæ Agamemnonis eſſe placandam;offenſa enim fuerat Dea ab ipſo, cùm illi ceruam imprudens necaſſet; cùm verò pater filiam immolare nollet,Vlyſſis eloquentia victus,vt publicam vtilitatem priuatæ anteponeret charitati, eumdem miſit Mycenas Vlyſſen ad abſtrahendam è ſinu matris Iphigeniam: quod Gręco quidem aſtu factum,vt ita mactata virgine ab Aulide ſoluerent ad Troiam. Verùm adducta virgine ad aras,vt immolaretur,à Diana dicitur fuiſſe Sacerdoti ſurrepta, ac illius loco cerua ſuppoſita,

ta, ipſa verò puella ad Tauricam regionem tranſlata, Regi Thoanti tradita, Sacerdoſq; facta Dianæ. Cùm verò ſecundùm ſtatutam regioni conſuetudinem humano ſanguine numen placaretur: poſt aliquod tempus oblatus eſt ei Oreſtes, qui accepto oraculo, ſi à furore, ſiue dementia, liberari vellet, cum amico Pylade Colchos petierat, & à barbaris captus vt immolaretur ductus fuerat, quem eùm cùm agnouiſſet Iphigenia, impetu facto, Thoante occiſo, ſimulacro ſublato, ambo in patriam reuerſi ſunt (aliter tamen à nonnullis narratur; ſecuti ſumus *Seruium, & Gyraldum* eumdem referentem) ſiue in Italiam Ariciam peruenerunt, vbi ſimulacrum Deæ Faſcellinæ, quòd ſub faſce fuiſſet abſconditum, ibi constructo templo repoſuerunt. V. *Oreſtes.*

Virgo Pelopeia. *Ouid.4.triſt.4.* Hic pro ſuppoſita virgo Pelopeia cerua Sacra Deæ coluit qualiacumque ſuæ; à Pelope abauo; vtpotè patris auo. Mycenis, dos. *Idem 12.met.* Puella Agamemnonia. *Prop.4.1.* Iphianaſſa. *Lucret.* Iphianaſſeo turparit ſanguine fœdè: Sanguine virgineo placandam virginis iram Eſſe Deæ. *Ouid.12.met.* Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris. *Ibidem.* Immeritam ſçuæ natam mactare Dianç. *Idem 11.* Nec ſoluit Danaas ſubdita cerua rates. *Propert.3.21.*

Graia Sacerdos. *Ouid.3.Pont.2.* Soror Oreſtes. *Prop.2.11.ſiue 14.* Nec ſic Electra ſaluum cùm aſpexit Oreſtem, Cuius falſa tenens fleuerat oſſa ſoror. *Ibidem. Sophocles* ſcripſit tragœdiam nomine Electram, cuius fabulæ argumentum ita compoſitum eſt, vt Electra geſtet vrnam, in qua credat eſſe fratris Oreſtis oſſa, vel credere ſe ſimulet, ac veluti fraternas reliquias ferens comploret, ac commiſereatur. Eius interitum. Vide *Gellium* 7. Pro qua mactata eſt Iphigenia mora. *Idem 3.6.* Clytęmneſtræ filia: Equidem & ingales filię memini faces. *Sen.in Agam.* Suppoſitam, fama eſt quondam pro virgine ceruam. *Mart.3.90.*

IPHIS.

Puer fuit formæ venuſtate conſpicuus, qui cùm Anaxareten puellam Cypriam ex Salamine, licèt ipſe nobilitatis eſſet impar, miſerè deperiret, cùm ſe ab illa deſpici cerneret ad eius fores nocte quadam ſe laqueo ſuſpendit. Cuius funus cùm Anaxarete ſiccis oculis, immotiſq; intueretur in ſaxum fuit conuerſa, vt fabulatur *Ouidius 14. met.*

Fuit etiam Iphis puella quædam Cretenſis ex Pheſto opp. Lygdi, & Telethuſę filia ipſo nuptiarum die in marem mutata. Nam cùm Lygdus vxorem grauidam animaduerteret peregrè profecturus in mandatis reliquit vxori, vt ſi filiam pareret, illam exponeret. Cùmq; Telethuſa fœminam peperiſſet verita maritalem legem; & naturalem amoris, mediam tenuit viam, ſcilicet diſſimulationis; infantem enim virili ſemper habitu veſtitam communi nomine Iphidis appellauit. Verùm cùm adoleuiſſet, paterq; puellam Ianthen ei deſpondiſſet, anxia mater Iphidis, ne res detegeretur Iſidis opem implorauit, quæ precibus Telethuſæ exauditis, Iphidem in marem commutauit. Fabulam latiùs excurrit *Ouid.9. met.*

IRA, æ.

Irarum æſtus. *Virg.4.Æn.* fluctus. *Idem 12.* Irarumq; omnes effundit habenas. *Ibidem.* Bilis: Bilis ardor. *Mart.6.64.* Stimuli iræ. *Virg.11. Æn.* Animus acerbus. *Idem 5. Æn.* Furor: Rabies. V. *ſuis locis.* Tumor: Verba aſpera. *Virg.2. Æn.* Rixæ, effectus iræ: Pectus ſæuum. *Idem 11.Æn.* Pectus inimicum. *Idem 11.Æn.* Pone animos, & pulſus abi. *Ibidem:* ideſt iram depone: Acer dolor. *Idem.* Spumæ furiales iræ. *Claud.* Exarſere ignes animo. *Virg.2.Æn.* Dictis affatur amaris. *Idem 10.Æn.*

Impetus amens. *Stat.7.Theb.* Sæuitia: Veſani pectoris æſtus. *Hom.1.Iliad.* Irarum cauſſæ, ſæuiq; dolores. *Virg.1.Æn.* Ora indignantia. *Ouid.1. met.* Violentia. *Virg.12. Æn.* Dolor atro felle. *Idem 8. Æn.* Acria corda. *Lucret.3.* Furiæ. *Ouid.12.met.* Flammæ irarum. *Sen.* Sæuos irarum concipit ignes. *Val.Flacc.1.* Ignis truculentus. *Sen.in Oedip.* Nec lumina feruor aſperat. *Claud.* Accenſam in læſo promere corde facem. *Bemb.* Vario fluctuat æſtu. *Virg.12.Æn.*

Epith. Effera, acerba, ſæua, veſana, violenta, pręceps, indomita, fremens, minax, impatiens, grauis: Accenſis lambens pręcordia flammis, pręcipitans, turbans, excęcans mentem; comes ſæui furoris; feruida ſpumanti rictu: In pręceps omnia vertens, parens odij: Animos cęca caligine verſans, parturiens minas, coquens pręcordia.

Commoti compeſcite pectoris æſtus: Fręna bilis ſuppreſſa ſuę: Veſania: Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania: Sanguinea intorquens ſuffuſo lumina felle: Effera pręcipiti proruit ira pede: At ſi quod noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor. *Mart.6.64.* Huic

IRATVS.

Attollens iràs. *Virg.* Accenſus furijs. *Ouid.12.met.* Terribilis ira. *Ibidem.* Feruidus ira. *Virg.8.* Igneus. *Idem 11.Æn.* Feruidus. *Idem 12.* Iræ flammis incenſus: Flammato corde volutans. *Idem 1.Æn.* Iracundus: Indignantes animi: Bile tumens: Seuerus: Ardens: Aſper: Turbidus ira. *Sil. It.3.* Furens ira. *Luc.7.Pharſ.*

Impatiens iræ. *Ouid.13. met.* Vltro implacabilis ardet. *Virg.12. Æn.* Furens animis. *Idem 8.* Dentibus infrendens. *Ibidem.* Improbus ira. *Idem 3.Æn.* Acri percitus ira. *Lucret.* Atrox:

Digitized by Google

Turbidus: Commotus: Immani concitus ira. *Virg.9. Æn.* Acta furore graui. *Idem* 10. Horridus ira. *Ouid.6.met.* Haud iræ vacuus. *Sil.It.* 10. Ira demens. *Sen.* Ferox ira: Nubilus ira. *Stat.3.Theb.* Ira concitum pectus. *Sen. in Med.* Cui triſtes igneſcunt ſanguine vultus. *Stat.3. Theb.*

Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. *Ouid.2. met.* ideſt non iratus:Violentus. *Idem* 5. *met.* Irarum qui fluctuat æſtu: Irarum voluens ſub pectore fluctus: Ecce furens animis aderat Tyrinthius. *Virg.*8. Audaces, rapidas,tumidas effuſus in iras: Talia feruebat rabidus, nimioq; dolore: Inſanus ceu leſus aper, cui ſpumea mento: Fæx riget, & duro horrentes ſtant tergore ſetæ: Quatiensq; minantis More caput, frontemq; plicis maioribus implens Murmure terribili ſic tandem turbidus inquit,&c. Toto nubila vultu. Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis. *Ouid.5. met.* Fronte minæ durant, & ſtant in vultibus iræ.

IRIS.

Thaumantis,& Electræ filia, Deorum nuncia, præſertim Iunonis, ad lites, & diſſenſiones, necnon ad pacis munia. Eam fingebant antiqui habitu muliebri, verſicolore veſte, in obſequium expeditam,nonnumquam & croceo indutam amictu, vt *Virgilius* 4. *Æn.* Ergo Iris croceis per cęlum roſcida pennis Mille trahens varios aduerſo Sole colores Deuolat. Hinc pro arcu cęleſti ſumitur,qui fit ex radio Solis immiſſo concauæ nubi, colorumq; varietas efficitur ex miſtura nubium aëris,& ignium. Non fit arcus, niſi Sole aduerſo, & Cęlo nubilo; & hæc eſt certa ſententia: vt ait *Plinius*, *Sen. & Ariſtoteles*. Eſt igitur Iris pluuiæ prænuncia, nube iam in pluuiam reſolui parata: vel fœderis ſignum, vt in *ſacris* eſt *paginis*.

Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas. *Prop.3.4.* Quam cęlum intrare parantem Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris. *Ouid.3. met.* Nuncia Iunonis varios induta colores Concipit Iris aquas. *Idem 1.met.*Thaumantis,dis. *Claud.3.de rapt.* Thaumantis proles. *Virg. in opuſc.* Thaumantias, dis. *Idem 9.Æn.* Arcus ſub nubibus. *Ibidem*. Thaumante creata:Quæq; cadit liquidas Iunonia virgo per auras, Et picturato pluuium ligat aëra gyro. *Stat.5.ſilu.*1. Purpureus arcus,*vt ſup.* Imbrifer arcus. *Tib.*1.4. V. *Arcus cæleſtis ſuo loco.* Thaumantea:Nec mora Romuleos cum virgine Thaumantea Ingreditur colles. *Ouid.*14.*met.*

Epith. Diſcolor, multicolor, aëria, curuata,decora, Iunonia, nubibus incincta, nimborum genitrix, creatrix; nubibus ætherijs apparens; quæ picturato cęlum diſtinguit amictu;ornans inſigni curuamine cęlum; varijs diſtincta coloribus; vario circundans nubila cinctu; habens varios ſubiecta luce colores.

Nuncia Iunonis vario decorata colore: Suos arcus per nubila circinat Iris:Imbrifera qualis implicat varios ſibi Iris colores. *Sen.in Oedip.*315. Patte quæ magna poli Curuata picto nunciat nimbos ſinu;Quis deſit illi quisve ſit dubites color:Cęrulea fuluis miſta onerauit notis, Sanguinea rurſus,vltimùm in tenebras abit. *Ibidem:* colorem enim Iris habet puniceum, viridem, & cęruleum croceo miſtum. V.*Arcus cæleſtis.*

IRREPARABILIS.

Quod reparari nequit:Irreuocabilis:Quod reuocari non poteſt: Non reparabilis: Non reuocabilis:Irremeabilis: Quod reuerti negatur: Perditus, a, um:Lapſus in præceps æternum ruiturus.

IRRISIO, &
IRRISOR.

Ironia, Græcum vocabulum in tropis adnumeratur: Illuſio: Sannæ ſonantiores,ſig. Luſus:Ludibrium:Ludibria. V. *ſuo loco.* Sarcaſmus:Ironiæ cognatus tropus:Deriſor. *Mart.* Luſor:Deluſor: Illuſor:Ludens:Deludens:Ludificans: Certant illudere capto.

Cachinnus; eſt irriſio cum riſu vehementi comitata;hinc aliquem cachinno excipere: Cachinnum tollere Naſo ſuſpendere; eſt deludere, irridere: Naſo ſuſpendis adunco: Subſannatio, frequens *in Pſalmis* à Sanna ſuilla, hinc verbum ſubſanno: Rurſuſq; procos irriſa priores Experiar: Inſultantq; malis, miſeroſq; proteruis Vocibus illudunt: Maiores nuſquam ronchi, iuueneſq; ſeneſq;. Et pueri naſum rhinocerotis habent. *Mart.*1.4.

ISAIAS.

Qui etiam Eſaias à nonnullis ſcribitur, Hebręus Propheta nobiliſſimo procreatus ſanguine, cuius filiam in matrimonium duxiſſe ferunt Manaſſen Iudæ Regem, ſiue cuius filiæ ipſe Rex filius erat,quem cùm annos quaſi ſeptuaginta in Ieruſalem propheta ſſet, multaq; mala regi denunciaſſet euentura,ferra in duas partes ingratus nepos ſecari iuſſit,qui ſepultus fuit ſub quercu Rogel iuxtà tranſitum aquarum: Cuius vaticiniæ præſertim de Chriſti aduentu, natiuitate, ac paſſione adhuc ſumma veneratione in Catholica leguntur Eccleſia.

Filius Amos:Vates,quem vates edidit Amos: Natus Amo Iudæ clara de ſtirpe nepotum. Afflatus ſancto vates præcordia motu: Quem genuit vates Amos, ſecuitq; Manaſſes: Amoſides, ab Amo patre.

ISAVRIA.

Minoris Aſiæ regio ad Taurum montem Ciliciæ proxima, Galatiæ tamen pars, ſecundùm *Clunerium*,

rium, in qua Iſauria vrbs, & Piſidiæ pars. Quam Seruilius Romanus ſubegit piratis plurimis è medio ſublatis, quamobrem Seruilius Iſauricus fuit appellatus, cuius meminit *Cic. epiſt. 1. lib. 1.* In hac

Vrbes:

Iſauria, vel Iſaura, orum; vel Iſaura; vel Iſaurica, æ, quemadmodùm apud *Ammianum* eſt: quam poſteà coloniam à ſe factam Claudius II. Imp. Claudiopolim appellari voluit, vt *idem Ammianus* refert: Iſauropolis etiam in *Concil.*

Africa victorem de ſe vocat alter Iſaurum, vel Iſauras. *Ouid. 1. faſt.* Iſaurica culmina, tecta, mœnia.

Iſaurus flum. V. *Romandia.*

ISIS, dis.

Quæ etiam Io Inachi filia. V. *ſup. Io.* Hanc (vt tradit *Diodorus Siculus*) Lunam eſſe putant Ægyptij, vt Oſiridem Solem, addunt illi cornua, propter aſpectum; ſic enim videtur quo tempore primis diebus apparet; tum quia bos illi ab Ægyptijs ſacrificatur. Quidam autem Iſidem Iouis Ægyptij filiam fuiſſe referunt, eamdemq; cum Cerere eſſe, quæ ab Oſiride fratre vxor accepta, multa ad humanæ vitæ vſum contulerit. Prima enim triticum, & hordeum, quæ priùs incognita, inueniſſe; leges, quibus iuſtitia æquè omnibus ſeruaretur, inſtituiſſe fertur, vndè à priſcis Græcis Iſis legifera fuit appellata. Quæ Oſyride marito interfecto, iurauit ſe nullius deſideraturam nuptias, ac iuſto deinceps imperio regnauit, beneficijsq; in populos, cęteros eoęuos principes ſuperauit: poſt obitum verò Deorum honores conſecuta, in Vulcani templo apud Memphim ſepulta fuit. Aſſerunt etiam Ægyptij Iſidem plurima inueniſſe ad morbos medicamenta, medicæq; arti plurimùm contuliſſe, ac in Deorum quoq; numerum relatam gaudere hominum cultu, inq; eorum valetudine pręcipuè verſari, quin etiam in ſomnis palam ijs opitulari, quos dignos cenſuerit. Alia plura de Iſide narrat *Diodorus*: Apud eoſdem Ægyptios Iſis eſt Iuſtitia, vt *in 2. de præparat. Euang.* ſcribit *Euſebius.* Amatores Iſidi vouebant, quam damnat *Tibullus*, quod amaſiæ non fuiſſet opitulata: Quid tua nunc Iſis tibi Delia? quid mihi proſunt Illa tua toties æra repulſa manu? Siue ſiſtra, quod crepitaculi genus eſt (V. *in Muſæo Equitis Gualdi*, vbi adhuc ærea ſiſtra antiquorum æuo fabrefacta, adſeruntur) Sacerdotum Iſidis in memoriam Oſiridis coniugis; cuius oſſa diù quæſita, cùm tandem circa Syenen illa reperiſſet, ea collecta in ſepulcro condidit, loco inacceſſo, in Inſulam, quam ob id Abaton vocauit, haud longo interuallo à Memphi palude limoſa, & frequentibus papyris horrida, quam etiam paludem Stygem nuncupauit. V. *inferiùs ſuo loco, Styx*; Huic ægrotantes poſt reſtitutam ſanitatem tabellas in templo appendebant; quod Romæ multiplex quidem fuit in prima regione quæ ad Capenam portam ſpectabat, cum area Iſidis Ælianæ, in regione 3. quæ Iſis, & Serapidis dicebatur cum ædicula; in regione 4. Ædicula, in regione nona Templum aliud propè ouile; in 12. Ædes, in 14. Ædes Iſidis Naumachinæ: & hæc de Iſide ſufficiant, qui plura deſiderat *Plutarchi opuſculum de Iſide* legat, *& Diod. Siculum.*

Niligena iuuenca. *Ouid. 1. de art.* aduertendum cur potiùs Niligenam appellet, cùm non in Ægypto nata fuerit Iſis, ſed in Græcia: Viſite turricremas vaccæ Memphitidos aras. *Idem 3. de art.* Pharia iuuenca. *Ibidem.* Triſtia iam redeunt iterum ſolemnia nobis Cynthia iam noctes eſt operata decem. *Prop. 2. 33.* triſtia appellat, quòd in Iſidis, Cererisq; ſacris matronæ Romanæ ſecubabant, & caſtimonia plurium dierum vtebantur, quod etiam in Bacchanalibus celebrandis per dies decem ſolitum fieri declarat *Liuius.* Lege *totam Propertij elegiam, quæ in alijs codicibus 23. eſt lib. 2.* Atque vtinam Nilo pereat quæ ſacra repente Miſit matronis Inachis Auſonijs. *Ibidem.* Inachis, à patre: An tibi non ſatis eſt fuſcis Ægyptus alumnis Cur tibi tàm longa Roma petita via eſt. *Ibidem.* Nos in templa tuam Romana recipimus Iſim. *Luc. 8. Pharſ.* Iliaci, dicti ſunt Sacerdotes Iſidis.

Niliaca iuuenca. *Mart.* Io verſa caput primos mugiuerat annos, Nunc Dea, quæ Nili flumine vacca bibit. *Prop. 2. 20.* Iſiaca lęna. *Iuuenal. ſat.* Bos linigera: Linigeræq; tenet candida ſacra bouis. *H. Salb.* à veſtibus lineis, quibus in eius ſacris Sacerdotes induebantur, candida appellabantur: ſic *Ouid.* Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba, *1. met.* Vidi ego linigeræ numen violaſſe fatentem Iſidis, Iſiacos ante ſedere focos. *Idem:* ſic *Iuuen.* Qui grege linigero circundatus, & grege caluo: nam caput raſitate ſolebant Sacerdotes eius ſacra facturi.

Memphitica templa. *Mart.* in quibus colebant Iſidem, Anubim, Apim, &c. vndè *Ouid. lib. 9.* deſcribit eorum ſacra: Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum Aut ſtetit, aut viſa eſt inerant Lunari fronti Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro, Et regale decus, &c. Per ſeptem Nilus portus emiſſus in æquor, Exuit inſanæ pellicis ora bouis. *Idem epiſt. 14. ibiq; multa de hac fabula.*

Eius epitaphium habes apud *Diodorum Siculum* in columna inſcriptum huiuſmodi: Ego Iſis ſum Ægypti regina, à Mercurio erudita, Quæ ego Legibus ſtatui nullus ſoluet. Ego ſum prima frugum inuentrix, Ego ſum Ori regis mater (Oſiri-

dis

Digitized by Google

dis alij legunt, ſine dictione matris) Ego ſum in aſtro canis refulgens, Mihi Bubaſtia vrbs condita eſt, Ægypte, Ægypte gaude, quæ me nutriſti: Bisq; die reſoluta comas tibi dicere laudes Inſignis turba debeat in Pharia. *Tib.1.3. ibi plura.* Iſi Phoroneis quondā ſtabulata ſub antris Nunc Regina Phari, numenq; orientis anheli. *Stat.3. ſilu.2.*

ISMARVS, i.

Mons Thraciæ eſt, ſiue plures connexi montes, qui Iſmara genere neutro efferuntur, ob vini nobiliſſimi copiam celeberrima; eſt etiam oppidum ad eorum radices maritimum, quod expugnauit Vlyſſes cùm à Troia diſcederet, & victor vinum accepit à Maroneo, cuius vi inebriatus Polyphemus ab eodem exoculationem paſſus fuit, vt *ſuo loco.*

Iuuat Iſmara Baccho Conſerere. *Virg. . . Georg.* Iſmarij colles. *Stat.5.ſilu.3.* Iſmaria vallis. *Prop. 2.10.ſiue* 13. Ciconum mons. *Idem* 3.10. Iſmariæ gentes. *Ouid. . .* Iſmarius rex, ideſt Thracius. *Idem 13. met.*

ISMENVS.

Fluuius in Bœotia Thebanum regnum alluens, ab Iſmeno pelagi filio ſic dictus, à quo etiam denominatus Niobes quidam filius è ſeptem; vndè etiam Thebanæ mulieres Iſmenides appellantur.

Sanctasq; colunt Iſmenides aras. *Ouid.3. met.* Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho. *Idem 2.* Quicquid Iſmenus rigat. *Sen.in Herc.fur.* Regnum & Iſmenum petam, Thalamosq; noſtros. *Idem in Herc. Oet.* Vbi torta rapidus ducat Iſmenos vada. *Idem in Theb.*

ISTER. V. *Danubius.*

ISTHMVS.

Propriè collum ſignificat, à cuius ſimilitudine terra oblonga, & anguſta inter duo maria dicitur Iſthmus, vt in Peloponneſo inter Ægæum, & Ionium mare propè Corinthum quatuor, vel quinque millium interuallo. Quas anguſtias perfodere multi irrito auſu tentarunt, quos inter Demetrius, C.Cæſar, Caligula, Nero, & alij, quibus inſtituto fruſtratis murum ducere placuit, quem Hexamilium vocarunt. Eum Amurathes Turca deiecit, Veneti reſtituerunt anno 1453. ſpatio quindecim dierum, ſed Turcæ iterum eumdem poſteà ſolo æquarunt. In hoc Iſthmo Neptuni olim Templum fuit, ad quod ludi Iſthmici celebrabantur, vndè Neptunus Iſthmius fuit appellatus. Ab irrito eorum labore, qui Iſthmum perfodere conabantur natum eſt adagium in eos, qui in caſſum laborant. Sunt alij Iſthmi; ſed V.*Cherroneſus.*

Cherronеſus, Peninſula dicitur genericè Iſthmus, ſed de Iſthmo Corinthiaca

Synonyma.

Mare geminum. *Lucan.1.Pharſ.* Qua duo porrectus longè freta detinet Iſthmos. *Ouid. epiſt.8.* Freta Iſthmos bina findens. *Sen. in Herc.fur.* Et quæ duobus terra comprimitur fretis. *Idem in Hipp.* Iſthmia clauſtra bimari vallo. *Stat.Achill. 1.* Fauces maris gemini. *Idem in Thyeſt.* Iſthmij ſiquis amat regna Corinthij, Et portus geminos, & mare diſſidens. *Ibidem.* Iſthmiaci portus. *Stat.* Iſthmeosne petam montes? at gurgite lato Diſcernens patriam truculentum diuidit æquor. *Catull. in nupt. Pel.* Irataq; terræ Curua Palæmonio recluditur vnda Lecheo: vndè Ino cum Melicerta in mare ſe dedit præcipitem. *Stat.2. Theb.* V. *Palæmon.* Iſthmos diuidens gracili terra vicina vada. *Sen.in Thyeſt.1.* Et in medijs audit duo littora campis. *Stat.1.Theb.* Iſthmum intelligit, vbi auditur vtriuſque littoris murmur.

Quas Doricus alligat vndis Iſthmos, & alterno quas margine ſummouet infra. *Stat.2.Theb.* Alternus margo nuncupatur ob duplex littus: Iſthmos qua terris arcet vtrinque mare. *Prop.3.19.*

Arua Theumeſia, à promontorio, vndè Ino cum Palæmone filio ſe in mare Corinthiacum præcipitem dedit, haud procul ab Iſthmo ex ea parte, vndè à Thebis ad illud mare tenditur. In cuius honorem, vt ex *Archia poeta Græco epigrammate* colligitur Iſthmia fuerunt inſtituta, quæ inter ſacra certamina numerantur; & hæc quinto quoque anno in Græcia celebrari ſolebant. Huius verò certaminis victores pinu coronabantur. Dicta ſunt autem Iſthmia ab Iſthmo, in cuius faucibus celebrabantur non procul à Neptuni templo, quod illic erat (vti diximus) in primis celebre. Ex quo factum, vt in Neptuni honorem Iſthmia quoque celebrari à pleriſque putaretur, quod innuit *Plut. in vita Theſei.*

ISTRIA, æ.

V. *Hiſtria in Gallia Ciſalpina.*

ISTROPOLIS.

Vrbs in Ponto propè Iſtri oſtium, vndè nomen ſumpſit Mileſiorum colonia, quæ Iſtria *Arriano* dicitur: Iſtri populi à Colchis oriundi.

Vrbs Mileti, dos. *Ouid.1.triſt.9.* Ingreſſus ſeptemplicis Iſtri. *Idem 2.* Vicina binominis Iſtri regna: Quid ripa binominis Iſtri continet. *Stat.* Ægyptus eſt etiam vrbs in eodem tractu ad ripam Iſtri. *Ouid.4.Pont.7.*

ITALIA.

Europæ regio ob incolarum frequentiam, ob cęli temperiem, ob hominum pręclariſſima ingenia, ob Romanæ Eccleſiæ primatum, cęteris omnibus celeberrima. Quam *Plinius* Dijs regionem ſacram, totius Europæ beatiſſimam, optimamq; omnium propè terrarum alumnam, rerum domi-

Digitized by Google

minam,Principem gentium,mundi reginam appellat. Varias habuit appellationes, *vt infra in ſynonymis*;Italia verò ab Italo Oenotriæ Rege, vt ſcribit *Ariſtoteles*, ſiue alia de cauſſa, quæ ad rem modò non eſt. Soli vbertas in Italia huiuſmodi eſt paſſim, vt nudi etiam montes cęmenta ad ædificia ſubminiſtrent. Roſſelanus ager in Vmbria iuxtà lacum Velinum tantæ fertilitatis fuiſſe ſcribitur,vt (authore *Varrone*) Cæſar Vopiſcus,cùm cauſſam apud Cenſores ageret,Campos Roſeæ dixerit Italiæ ſinum eſſe, in quibus perticas pridie relictas, gramen vna nocte operiret: ad victum (ſequitur *Varro*) optima fert: Ager Campanus frumentum; Falernus vinum; Caſſinas oleum;Tuſculanus ficum;mel Tarentinus; piſcem Tiberis. Verùm ob hominum culturam vbertas hæc noſtris temporibus alio modo diuidenda. Sed vt breuior ſim, ad Italiæ, cuius deſcriptionem paruam habes in *Rutil.2. Itin.* prouincias venio.

Etruria:Liguria:Campania:Lucania:Calabria:Apulia: Picenum:Vmbria:Romandia:Gallia Ciſalpina. V. *ſuis locis*. Samnium. V. *Samnites*. Sabina. V. *Sabini*. Marchia Taruiſana. V. *Taruiſium*. Tirolis. V. *ſuo loco*. Carnia. V. *Germania*. Iſtria. V. *in tit. Gallia Ciſalpina Hiſtria*.

De alijs verò regionibus, de quibus non alibi dictum,ſubijciemus ex *Coſmographis* opportunam poetis, alijsve notitiam.

Pedemontium regio, vulgò *Piemonte*, eſt amœnis, fructiferiſq; collibus plena, quam olim Turini populi habitarunt, de quibus meminit *Liuius*, *Polybius,alijq́;* quorum *Plinius* ex Ligurum ſtirpe procreatos narrat;in qua vrbs primaria:

Taurinum, Auguſta Taurinorum. *Tacit.* Iacet ad oſtium in Pado Duriæ forma quadrata, ſplendidis ornata domibus, & ciuium nobilitate clara, in qua Dux Sabaudiæ, & Allobrogum Rex potiſſimùm reſidet. V. *Gallia Ciſalpina*. Riuolum oppidum:Auiliana iuxtà Padum,*Carignano*. Suſa vrbs munitiſſimam habens arcem: Pinárolium, *Pinarolo*, opulentum oppidum ad Padum ſexto ab Sangoni oſtijs lapide:Petroſa oppidum: Pancalerum haud procul à Pelice amne, qui Pado ſe immiſcet. Villa franca, reliquaq; oppida.

Montis ferrati Marchionatus.

Mons ferratus, ſiue ferax, ab agri mira rerum omnium feracitate. De hoc monte V. *Merulam lib.6.* in qua tres inſignes ſunt vrbes: Caſalis S. Euaſij:Alba,*Plinio* Pompeia cognominata,& Albenſes Pompeiani incolæ: Aquæ Satyellorum, *Plin. lib.3. cap.5.* quamvis in Liguribus ponat: Aquæ *Antonin.* ab aquis, & fontibus,qui ibi ſunt calidis, & medicatis: Baſſiniana: Valentia: S.Saluatoris: Montis caluus, oppida: Alexandria, Nicęa, & Palea cognominata: Aſta, vulgò *Aſti*: Aſtenſes incolæ:Pollentia:Ceua oppidum,& alia minora.

Forum Iulij regio,vulgò *Friuli*, quam à Iulio Cæſare, qui aliquot illuc legiones aduerſùs Germanos duxerit, nuncupari dicunt, Patria à Venetis. Aquileienſis regio in hiſtorijs. Eſt finitima Germaniæ, à qua illam diuidunt Alpes Vindelicæ, Noricæq;. Huius metropolis

Vtinum, vulgò *Vdene*. Altinum opp. de quo lege *Mart.4.25.* Aquileia. V. *ſuo loco*. Timaus fons: Venetiæ. V. *ſuis locis*.

Sub Italiæ diuiſione continentur primariæ Inſulæ:

Sicilia:Sardinia. V. *ſuis locis*. Corſica. V. *quid ſub titulo. Inſularum nomina*, ſcripſimus *Cirnus*. Æoliæ. V. *Æolia*. Inarime. V. *ſuo loco*.

Flumina

Totam Italiam variè irrigantia ſunt:

Padus. V. *ſuo loco,& ſupra Eridanus.*

Atheſis fluuius, quem tradit *Plinius* ex Tridentinis Alpibus profluere, initio quidem perquam exilem, lapſu tamen magnam aquarum vim colligere; qui deindè à Tridento lenius nonnihil per planiciem euoluitur, ac mox iterum emenſis campis inter montium anguſtias tanta ſęuit violentia,vt ſecum omnia perdere videatur,qua vehementia per Veronam pręcipitat; de quo *Virg. 9.Æn.* Siue Padi ripis,Atheſim ſeu propter amœnum Conſurgunt gemina quercus,&c.

Rubicon,Tiberis, Arnus, Ollius, Mincius,Ticinus. V. *ſuis locis*.

Duria, nunc *Dora*, ex Alpibus oritur: Seſſites, *La Seſſia*. Tanarum, ſiue Tanarus in Padum influens: Trebia, qui nomen ſeruat Romanorum clade illuſtrem:Rhenus. V. *ſuis locis*.

Addua, vulgò *Adda*, Cenomanos diuidit ab Inſubribus ex monte Baulio verè naſcens, qui in lacum Larium ingreſſus, aquas illius ſupermeat, egreſſuſq; per planiciem in Padum alijs receptis amnibus tendit.

Liris:Vulturnus. V. *ſuis locis*. Silarus inter Picentinos,& Lucanos:Sybaris in magna Gręcia,& Crathis; in Apulia Aufidus Romanorum ſiniſtra pugna aduerſùs Annibalem nobilitatus inter Pręcutios,& Picenum Alternus; in Gallis Senonibus Metaurus Haſdrubalis fratris Annibalis clade, atque interitu inſignitus, alibiq; alij

Lacus:

In Italia plurimi, quorum celebres in Etruria Traſumenus, Vulſinienſis: Apud Marſos Fucinus; apud Sabinos Velinus,& alibi alij.

Maria,& ſinus,quibus alluitur Italia:

Adriaticum, quod mare ſuperum appellabant veteres;Tyrrhenum;Ionium,V. *ſuis locis*. Sinus Rappal-

pallinus: Sinus Eryeis, cum portu, in Liguſtico mari: Sinus Baianus. V. *Baia*. Sinus Scylleticus, propè Siciliam: Sinus Tarentinus. V. *Tarentum*. Sinus Hipponiates, qui & Vibonenſis, & Naperinus, ac Terinus in regno Neapolitano, vulgò *Golfo di S. Eufemia*. Sinus Pęſtanus, Lucanię adiacens: Sinus Flanaticus. *Plin*. Polaticus. *Mela*: eſt in mari Adriatico ob crebra naufragia infamis, vulgò *Golfo di Carnaro*.

Portus habet plurimos, ſed inſigniores.

Genuenſis, *di Genoa*. Liburni, *di Liuorno*. Centumcellæ, *di Ciuita vecchia*. Neapolitanus, *di Napoli*. Brunduſinus, *di Brindiſi*. Tarentinus, *di Taranto*.

Montes:

Alpes: Apenninus. V. *ſuis locis*. Maſſicus. V. *Campania, vbi alij multi*. Soracte. V. *ſuo loco*. Lacinium prom. in extremis Italiæ finibus inter Petiliam, & Crotonem in mare excurrens, Ioniumque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quondam latrone, quem Hercules, quòd boues ſuos abegiſſet, ibi dicitur interemiſſe, templumq; ibi Iunoni condidiſſe, quæ exindè Iuno Lacinia dicta eſt. Hinc *Virg. 3. Æn*. Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur attollit ſe Diua Lacinia contra.

Siluæ porrò, lucus, nemora, ſaltuſq; celeberrimi, qui fuere apud veteres, recenſentur ferè in ſuis prouincijs, vt Saltus Faliſcus in Etruria, Saltus Rhegius, ſiue Rhegiorum apud Brutios: Batini ſaltus in Apulia: Algidum nemus. V. *Algidum*. Albunea ſilua in altiſſimis Tiburtinorum montibus, alia in Laurentinorum agris, Angitiæ nemus propinquum Albæ Marſorum; cuius meminit *Virg. 7. Æn*. Gallinaria ſilua. *Cic. ad Pætum ſcribens*, *& Strabo* meminit *lib. 5*. Silua Eboli cum luco in Lucania: Veliarum ſilua; Lucina ſilua in Ciſpadana regione: Pedaneæ ſiluæ in eodem loco. Sed ad

Synonyma.

Saturnia, à Saturno, quamvis ad Latium tantùm ſpectare videatur: ſed olim Latium quoque pro ipſa Italia ſumebatur.

Heſperia, ab Heſpero Atlantem fratrem fugiente, vt vult *Hyginus*: vel ab Heſpero ſtella, vt *Macrobius*, quòd occaſui ſubiecta ſit: Auſonia, ab Auſone; propriè tamen dicta fuit Italiæ regio maritima inter eam agri Brutij partem, quæ Siciliæ obijcitur, & Salentinos intercepta: vndè etiam vicinum mare dicitur Auſonium.

Oenotria, à bonitate vini, aut ab Oenotro Sabinorum Rege, quæ deindè Italia, ab Italo Siculorum Rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eamq; partem, in qua poſteà Turnus regnauit à ſuo nomine dixit Italiam. Lege *Virg. lib. 1. Æn*. Oenotria tellus. *Idem 7. Æn*.

Saturnia tellus. *Virg. 3. Georg*. Regna. *Idem 11. Æn*. Arua Saturnia. *Idem 1. Æn*. Regnata per arua Saturno. *Idem 6. Æn*.

Heſperia magna. *Virg. 1. Æn*. Heſperiæ regnum. *Idem 4*. Littus Heſperium. *Idem 3. Æn*. Heſperiæ regna. *Claud. 2. in Ruf*.

Itala regna. *Virg. 3. Æn*. Italiæ tellus. *Ibidem*. Italiæ regnum. *Idem 4*. Fines Itali. *Ibidem*. Italæ vrbes. *Idem 11. Æn*. Italæ oræ. *Ibidem*. Italum vrbes. *Idem 10. Æn*. Italici penates: Arces Italum. *Idem 12. Æn*. Itala terra. *Idem 7. Æn*. tellus. *Ouid. 4. faſt*. Itali agri. *Ibidem*. Italæ partes. *Idem 5. triſt. 6*. Italis ora. *Idem 2. Pont. 3*. Italum cęlum, ideſt clima, ſub quo viuunt Itali. *Hor. 2. od. 7*. Italiæ regiones. *Prop. 3. 5*.

Auſoniæ tellus, arua. *Virg. 4. Æn*. Auſonium littus. *Stat. 4. ſilu. 8*. Portus Auſonius. *Virg. 9. Æn*. Auſonidum plagæ: Auſonij fines. *Idem 6. Æn*. Auſonis ora. *Ouid. 2. faſt*. Humus, terra: Auſonia terra. *Virg. 6. Æn*. Terræ Auſoniæ *Idem 4*. Turres: Humus Auſonia. *Ouid. 5. faſt*. Montes Auſonij. *Idem 1. faſt*.

Italiæ longitudo deſcribitur verſibus à *Rutil. 2. Itin*. Millia per longum decies centena teruntur A Ligurum terris ad freta Sicaniæ: Quid loquor Italiæ felicia regna potentis: Sanctiſſima tellus: Tellus tuta bonis: Tellus metuenda ſuperbis. Verùm ſi maiorem Italiæ notitiam cupis habere, lege *Maginum*, qui accuratiſſimè, & minutatim Italiam deſcripſit, & in tabulas egregiè diuiſit.

Epith. Potens, decora, fertilis, pulcra, populoſa, &c. Hinc

ITALI.

Quorum virtutes, mores ab alijs attinguntur, vitijs commixti; ipſe verò referam generatim quid neſcio quis de ipſis ſcripſit. Mediolanenſes, nempè ſunt pręſtantes, Veneti prudentes, Lucani temerarij, Piſani inconſtantes. Placentini prouidi, Florentini lenti, Veronenſes fideles, Ferrarienſes tardi, Patauini ambigui, Genuenſes ignari, Lucenſes vtiles, Volſci maligni, Brutij ſtupidi, Mutinenſes acuti, Peruſini celeres, Senenſes tardi in conſilijs: in re bellica varij ſunt illorum mores, vt etiam in mercatura. Sed ad noſtra.

Auſonij: Auſonij viri. *Ouid. 4. faſt*. Oenotrij: Auſonides. *Virg. 11. Æn*. Auſonius ſanguis. *Idem 12*. Italus ſanguis, *6. Æn*. Italis, dis, fœm. patron. *Stat. 1. ſilu. 2*. Gentes Italum. *Virg. 6. Æn*. Auſoniæ cohortes. *Stat. 4*. populi, gentes, coloni. *Luc. 1. Pharſ*. Auſoniæ gens. *Ouid. 5. triſt. 3*. Heſperij. *Idem 4. faſt*. ſic gentes Heſperiæ, populi, &c. Gens Itala. *Virg. 6. Æn*. Saturni gens. *Idem 7*. Itali populi. *Bemb*.

ITER.

Greſſus. *Virg. 11. Æn*. Inceſſus. *Idem 12. Æn*. Via.

V. *ſuo loco*. Mediæq; tenemus Vrbis iter. *Virg.* Trames:Tritum ſpatium:Semita callis. Huc referuntur: Profectio: Itio, diſceſſus: Abitus: Progreſſus.

Carpit iter: Ingreditur, metitur,emetitur,fert greſſus, gradus, pedem, paſſus: Gradus, us: Greſſum glomerare:Paſſus,us:Rapidis ferri paſſibus:Ignotas tentare vias:Quove tenetis iter. *Virg.2.Æn.* Hæc celerans iter ad naues tendebat Achates. *Idem.* Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter. Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas. *Prop.* Iamq́; alio moliris iter, nec deſide paſſu Ire paras: Tulit illa ſuos ad mare ſæpè pedes: Dum ferreut tutos intra tentoria greſſus. Ergo iter inceptum celerant: Greſſumq; ad caſtra ferebat: Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta Tonantis.

Epith. Tritum,patulum,attritum,ſaxoſum,latebroſum, nemoroſum, longum, breue,tutum,inceptum,occultum, ſecretum.

ITHACA.

Parua inſula maris Ionij,Vlyſſis patria, cuius cauſſa eſt celebris apud poetas, à qua ipſe Ithacus, & Ithacenſis dictus fuit. V. *Vlyſſes*. In hac inſula Neritus eſt mons,& vrbs,vt *Strabo* refert, quæ & Leucas appellatur, vndè Neritius poſſeſſiuum, & Leucadia etiam inſula, nunc *S.Maura*. niſi alia ſit; Ithacam enim diuerſam faciunt nonnulli à Nerito, quam Zacyntho proximam faciunt; illam verò Cephaleniæ, vtcumq; eſt patria, regnumq́; Vlyſſis fuit Ithaca, Neritos, Dulichium, Sameq́; Taphos, & Cephalenia.

Et iam Dulichios portus, Ithacamq́; Samumq́; Neritiasq́; domos regnum fallacis Vlyſſi. *Ouid.13. met.* Ithacæ ſcopuli:Effugimus ſcopulos Ithacę Laertia regna: Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis. *Virg.3.Æn.* Et Neritos ardua ſaxis. *Ibidem:* ſcopuloſa enim, & montana eſt Ithaca, ob quam cauſſam *Hor.in epiſt.*..ait: Non eſt aptus equis Ithacæ locus, hodie *Tiachi*,nominari referunt inſulam horridam, & inamœnam, & ob aſperitatem montium incultam: Regna Laertis. *Sen. in Thyeſt.3*. Dulichium. V. *ſuo loco.*

ITYS.

Terei Thracum Regis ex Progne filius, quem mater ob adulterium, inceſtumq́; viri,illi dedit epulandum: cùm verò Tereus Ityn filium inter cœnandum frequenter vocaret,Philomela cubiculo exiliens caput filij, pedesq́; in Tereum coniecit, qui ſtricto enſe cùm ambas perſequeretur, ipſe quidem in vpupam,Itys in phaſianum,Progne in hhirundinem, in luſciniam Philomela conuerſi fuiſſe narrantur. V. *Fabulam verſibus exaratam ab Ouidio lib.6.met.* V. *Progne:* in qua tota tragœdiæ hiſtoria.

aſianus, quia in illum conuerſus fuit,vt anteà dixìmus: Quoq; erat ortus Itys, feſtum iuſſere vocari. *Ouid.6.met.* Threicius puer. *Idem in Ibin.* Itylus, & Itylos cognominatus, quòd ſignum, & argumentum fuerit calamitatis, quæ ipſi, parentibusq́; euenit: Philomelæ nepos: Progne filius, natus. *Idem 6.met.* Et Progne generatus Itys: Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito Veſcitur, inq; ſuam ſua viſcera congerit aluum. *Ibidem.* Ityosq́; caput Philomela cruentum Miſit in ora patris. *Ibidem.* Flet modò, ſeq́; vocat buſtum miſerabile nati. *Ibidem.* Ramo cantat triſtis Aëdon; ideſt Philomela: Ityn in varios modulata ſonos. *Sen.in Agam.*

IVBAR.

Epith. Rubens. clarum,flammiferum,nitidum,rutilum, purpureum, coruſcum, effulgens, perſpicuum,auricomum.

Clarum emicuit Sole oriente iubar: Formoſumq́; iubar terris oſtendit Apollo. V. *Lux.* Candor: Igneus apparet per prima crepuſcula candor: Tremor flammeus Lunæ, ideſt tremulum Lunæ iubar in æratis armis. *Stat.2.Theb.*

IVBA, æ.

Eſt capillitium equorum, vel leonum à collo dependens.

Effunditq; iubam: Talis & ipſe iubam ceruice effundit equina. *Virg.3.Georg.* Ceruix equina, leonina,fig. continens pro cont. Comantes tori. *Idem 12.Æn.* Colla comantia. *Ibidem.* Luxuries iubarum: O quantum per colla decus,quem ſpargit honorem Aurea Lunatæ cùm ſtetit vnda iubæ. *Mart.8.55.* Diſcuſſæ capiti iubæ: Colla leonis.

Epith. Denſa, triplex,ſanguinea.

IVBA.

Mauritaniæ Rex,qui Pompeianarum partium conſtantiſſimus aſſertor Curionem à Cæſare in Africam miſſum cum omnibus copijs deleuit. Victo verò Pompeio cum Scipione copias coniunxit, commiſſoq; prelio ſuperatus, cùm nulla iam ſpes reliqua eſſet, magnificè epulatus cum Petreio mutuis vulneribus concurrens, fortiſſimè cecidit.

Libyamq; iubent authore Senatu Sceptrifero parere Iubæ. *Luc.5.Pharſ.* Mauritaniæ Rex Iuba.

IVDÆA.

Palęſtinæ pars longè alijs celebrior ſita inter mare Mediterraneum,& lacum Aſphaltiten,atque inter Samariam,& Idumæam, cui nomen potiſſima tribus Iuda indidit, in qua vrbes, & oppida fuerunt plurima, & rebus geſtis (quæ in ſacris habentur paginis) laudatiſſima. In hac

Vrbes:

Hieruſalē. V. *ſuo loco*. Ierichō,& Ierichus,untis;ſub Ioſue ad ſolū vſq; diuinitùs diruta,quā Ahiel de Bethel ex tribu Ephraim poſt multos annos re-

ſti-

ſtituit. Campus adiacet vrbi fœcundiſſimus, cuius roſæ celebrantur in ſacris Ierichuntis roſę: Quaſi plantatio roſæ in Iericho. In hac vrbe aliquando habitauit Eliſęus, quam etiam adijt Chriſtus, cùm è ſicomoro vocauit Zachęum. Tempore obſidij Hieroſolymitani à Veſpaſiano deleta, poſtmodùm reſtituta ab Adriano. Nunc vix veſtigia ſupereſſe dicunt. Apud hanc in campo palmetum eſt ſpatio ſtadiorum centum totum irriguum, & habitationibus plenum, vbi & regia eſt, & balſami viridarium, authoribus *Ptol. Plin. & Strab.* Campeſtria Iericho, in quibus Sedecias Rex Iuda captus fuit à Chaldęorum regis exercitu.

Ierichuntis montes, colles, agri, &c.

Ioppe, quæ Iapho, & Iaſpha dicitur, quam Iaphet filius Noes ante diluuium dicitur condidiſſe. Ad mare in edito promontorio ſita eſt, littore ſaxoſo, alto, & arduo, vndè vel ipſa Hieruſalem vigeſimo diſtans lapide conſpici poteſt. Portus eſt illi conſpicuus, ad quem ligna, & lapides pro templi ſtructura de Libano ratibus transferebantur, atque hinc terreſtri itinere curribus perueheb antur ad Hieroſolymam. In hac vrbe D. Petrus Tabitam à morte reuocauit, & hinc acerſitus à Cornelio Centurione gentibus primus ipſe, velut caput Chriſtianam fidem demonſtrauit, nunc *Iaffa* dicitur.

Turris Stratonis, quæ deindè Cæſarea fuit appellata, quam Aſcalon fuiſſe referunt nonnulli à *Plinio* Apolloniam vocitatam. Cæſaręa autem Palęſtinæ ad alterius differentiam, quæ in Phœnicia dicta fuit. Tum Flauia Colonia à Veſpaſiano eodem ducta poſtremum nomen accepit. Vrbs quidem munitiſſima fuit, maxima, & opulentiſſima. Cingitur ab occidente mari magno, ab oriente palude quadam dulci, & profunda, crocodillorum altrice: quam Herodes celebri exornauit portu, cui nomen Sebaſtus in honorem Cæſaris, quem portum Druſus Cæſaris priuignus ædificijs ampliauit ſumptuoſis, & vitrici nomen indidit Cæſaream. V. *Ioſeph.* 16. *antiquit.* 5. vbi multa de eius dedicatione, in qua ludi Quinquennales, quos cùm Herodes Agrippa celebraret, nec adulatores compeſceret, qui eum Deum ſalutabant, ab Angelo percuſſus interijt. In hac Cornelius Centurio à Petro Apoſtolo baptizatus primus in ea Epiſcopus fuit conſtitutus. V. *Coſmographiam, ſiue Theatrum terræ Sanctæ per Chriſtianum Delphum Adrithomium.*

Bethleem. V. *ſuo loco.*

Hebron, priùs Arbe, & Mambre, & Cariatharbe, ideſt ciuitas quatuor virorum appellata, apud Iudæ montana ſita eſt, in qua Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob habitarunt. Philiſtinorum metropolis quondam, & Enachim, ſiue Gigantum vrbs, quibus à Caleb expugnatis, & deletis, vrbs pro tutiſſimo aſylo fugitiuis aſſignata, Leuitis tamen conceſſa: à filio autem ipſius Caleb Hebron, ſiue Chebron nuncupata, Iudæq; tribus vrbs primaria, in qua Dauid ſeptem regnauit annis. Ibi eſt Conuallis Mambre: Quercus Mambre. *Geneſ.* Montana Hebron: Spelunca duplex, & alia: Hebronitæ incolæ vrbis.

Macherus trans Iordanem non procul lacu Aſphaltidis, oppidum, & caſtrum munitiſſimum in ſaxoſa rupe, alta, & vndique pręcipiti ſitum: illud ædificatum narrant ab Alexándro, reſtauratum ab Herode, in quo ſibi regiam conſtruxit domum, cum carceribus, in quos miſit Ioannem Baptiſtam Pręcurſorem Domini, quòd ab illo de adulterio nollet argui, ibiq; occiſus fuit, ſepultuſq; inter Abdiam, & Eliſeum Prophetam. V. *Ioſeph.* 18. *Antiquit. cap.* 10. Verùm ab alijs carcerem D. Ioannis Baptiſtæ videri dicitur inter ruinas ciuitatis Sebaſtæ, ſiue Samariæ, quę Samariæ regionis olim vrbs fuit primaria, vt teſtatur ſe vidiſſe *Petrus de Valle* Romanus mihi notiſſimus.

Sodoma, & Gomorra fuerunt in Iudęa, ſed incendio conſumptæ, vt eſt in *ſacra Geneſi cap.* . . Iamnia: Azotus: Emmaus Lidda.

Lacum habet Aſphaltidis, de quo V. *infra, Lacuum nomina.* Mare Galilęæ, ſiue Genezareth lacum, de quo *infra*. Iordanis fluuius maximam Iudęæ partem irrigat. V. *ſuo loco.*

Montes habet pręcipuos:

Montana Iudęæ, in quibus Zachariæ domus Patris D. Ioannis Baptiſtę: Hermon, ad quem pertinent Ebal, Bethoron, Miſpa, ſiue Maſpha, & Bethel: Tabor, de quo *ſuo loco*; ad quem pertinent Gelboe, Gerizim, Sarona, & Carmel, ſiue Carmelus, de quo *ſupra.*

Sion mons, myſteriorum Chriſti particeps in Ieruſalem: Caluarię: Oliuarum: Moriath, propè quam Turris Dauid, & Mello, cuius reliquiæ adhuc viſuntur.

Verùm ſi copioſiorem cupis Iudęæ, & Iudęorum ciuitatum deſcriptionem, lege *Chriſtianum Adrichomium Delphum, qui in Theatro Terræ ſanctæ* copioſiſſimè omnia recenſet. Sed ad

Synonyma.

An Solymum cinerem, Palmetaq; capta ſubibis, Non ſibi felices ſiluas ponentis Idumes. *Stat.* 5. *ſilu.* 2. Idumęa ſumitur aliquando pro Iudęa, nam finitima eſt. V. *ſuperiùs Idumaa.* Eſdrelonij campus, vallis: Montes, colles, vrbes Iudęæ: Iſacidum oræ: Iſacis ora: Iudęi culmina regni: Eſt vrbes Phęnicum inter, latèq; fluentem Iordanem regio noſtris ſat cognita ſacris Iudęam appellant, armiſq; & lege potentem: Hine populi:

IVDÆI.

Qui Iudęam incolunt:Hebręi. V. *ſuo loco, vbi multa*. Palæſtini: Gens Iudæa, Hebræa: Solymi. *Mant.* Vir Palæſtinus. *Ouid.* 1. *de art.* Ambulator, qui pallentia ſulfurata fractis Permutat vitreis. *Mart.* 1. pro ijs, qui modò apud nos ex Hebræis eadem faciunt: Turba Palæſtini quæ bibit amnis aquas; pro Iordane: Populi ſemine nati Ieſſęo: Iſacidum genus: Iudęa propago: Gens quondam dilecta Deo, Plutouis amica eſt modò: Genus alto à ſanguine Iudæ: Genus ortum à ſanguine Iudæ: Orti autem à magno primi ingrediuntur Iudæ Per multos ductum reges genus, hæc tribus vſq; Et numero, & virtute caput: Circumciſi populi: Recutita gens, ideſt pręputio nudati: Humanis animal diſſociale cibis. *Rut.* quòd non ex omnibus veſcantur cibis.

Epith. Profani, leuigenæ, infidi, perfidi, obcęcati, ſuperbi, feroces, rebelles.

IVDAS ISCHARIOTES.

Qui proditione ſua non ſolùm apud Chriſtianos infamis eſt, ſed apud Turcas, alienoſq; omnes, natus fuit Iſcarioti, qui vicus eſt propè Samatiæ montes in Acrabatena toparchia, qui à Chriſto ad Apoſtolatum vocatus, & œconomiæ prępoſitus, ea ſe auaritiæ tenacitate ligauit, vt ipſum Pręceptorem Iudæis vendere triginta denarijs non erubuerit, qui facti pœnitens, miſericordiam à Deo conſequi deſperans, laqueo ſe ſuſpendit ex quadam funeſta ſicomoro, quæ adhuc in rei memoriam viſitur, vndè crepuit medius, eiuſq; viſcera effuſa ſunt omnia.

Proditor Iſcarius. *Vida.* Lectorum procerum labes, & peſtis Iudas. *Idem.* Chriſtum qui prodidit. *Idem.* Proditor Chriſti: Peior Apoſtolici turbator Iuda Senatus.

IVDEX, cis.

Arbiter, tri: Quæſitor: Quæſitor Minos vrnam mouet. *Virg.* 6. *Æn.* Cognitor: Qui cauſſas, lites cognoſcit: Pręſes, dis: Pretor: Grauis cenſor: Iudicans: Et iudicantem vidimus Æacum: Iuridicus. *Sen. in Herc. fur.* Et qui fronte nimis crimina tetrica Quærunt, ac veteres excutiunt reos. *Ibidem.* Qui vitas, & crimina diſcit. *Virg.* 6. *Æn.* Reorum crimina æqua lance expendens; trutina ſeuera examinans.

Senior, presbyter apud ſacros, penès quos erat iudicium: Quis iſte veri rector, atque æqui arbiter. *Sen. in Herc. fur.* Quæſitor ſedens alta ſede. *Ibidem.* Cui ſunt dubij credita iura fori: Legum vindex: Cauſſarum arbiter, cognitor: Iudicis vrna: Iudicis tribunal: Qui dat mollia iura.

XII. vir à litibus iudicandis, dici poteſt ſecundùm *Panuinium in pręf. ad Ruf.* qui Romæ Auditor Rotæ dicitur.

Obſerua, quòd olim in leges iurabant iudices, ſe omnimodo cum veritate, & legum obſeruatione iudicium diſpoſituros. Cęterum iurantes aram tenebant: cuius rei meminit *Cic. pro Flacc.* Siquis autem peieraſſet, illi numini erat obnoxius, ad cuius aram ipſe iurauerat. Terrens ſolliciti pectora mœſta rei: Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques: Res eſt arbitrio non dirimenda meo: Tantum vicine Palęmon Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas. *Virg. eclog.* 3. Sis iudex, & attende: Non noſtrum inter vos tantas componere lites. *Ibidem.* Forum agit, ideſt iudicium exercet.

Epith. Grauis, ſelectus, ęquus, iniquus, corruptus, incorruptus, iuſtus, iniuſtus, ſeuerus, immitis.

IVDICIVM, ij.

Forum, ſi ad lites ſpectet: Officium fori. *Ouid.* 1. *faſt.* Lites, fig. Vt quicquid valeas ignoret Marte forenſi. *Idem* 4. *Pont.* 6. Vindicta legis ſeueræ. *Ibidem.* Iudicis officium. V. *Iudex.* Cùm rudibus populis annua iura daret. *Ouid.* 1. *faſt.* Iudicis arbitrium.

Cùm modò diſtulerint raucæ vadimonia chartæ. *Mart.* 8. pro iudiciorum ceſſatione ſumitur.

Epith. Graue, acre, iuſtum, iniuſtum, æquum, iniquum, dextrum, ſiniſtrum, &c.

Iudicium, pro ſenſu. V. *Sententia.*

Iudicium extremum.

V. *Dies extremi Iudicij.*

IVDITH.

Matrona inter Hebręas fœminas nobilitate, pulcritudine, caſtimonia, fortitudine, ac ſanctitate demum celeberrima. Merari filia fuit ex tribu Ruben, Manaſſis ditiſſimi viri coniux, quæ vidua ob ipſius mortem, orationi vacabat, ieiunijs, ac pietati. Accidit, vt Aſſyriorum Rex Nabuchodonoſor, qui regnabat in Niniue, Arphaxadem Medorum regem potentiſſimum eo tempore ſubiugarit, vndè & in reliquas orbis partes imperium ſuum cogitauit extendere. Miſſus igitur ab ipſo Holofernes, poſtquàm omnia vaſtaſſet, Bethuliam in tribu Zabulon munitiſſimam viduæ Iudithę patriam cępit expugnare: & poſt aliquot dies obiurgatis ciuibus Iudith, quòd minus Deo fiderent, ipſa iuuentutis ſuæ veſtibus induta, reliquiſque puellaribus ornamentis ad Olofernem acceſſit; cuius pulcritudine ipſe captus illicò, dum nocte cum illa concubitum parat, nimio immerſus vino, ſomnoq; ab ipſa abſciſſo capite fuit interfectus, quod caput in vrbem relatum orto Sole à Iudęis in Bethuliæ muro ſuſpenſum fuit, indèq; in Aſſyrios irruentes, eùm obtruncatum viderunt Olofernem tanto fuere terrore perciti, vt penè omnes antequàm in ſuas reuerſi fuiſſent domos, paſſim iugulati, captiq; fuerint. Hiſtoriam habes *libro Iudith* inſcripto inter ſacros.

Iudęa virago. *Mant.* Bethulis, dis: Bethulis nympha:

Digitized by Google

Quæ vidua Aſſyrij turbauit caſtra Tyranni: Holoferniaco ex agmine victrix fœmina: Quæ pia bellatrix Olophernis in enſe recidit Colla ducis.

IVGVM. V. *Mons.*

IVGVM, i.

Seruitij ſignum. *Ouid. 3. met.* Aratrum, fig. Curuiq; immunis aratri Bos. *Ibidem.* Dare colla premenda iugo: Subtraxit colla iugo: Colla iugis ſuppoſuit: Præbet & incuruo colla premenda iugo: Ducam ruricolas ſub iuga panda boues: Eripe turpi colla iugo liber: Sub iuga paſcentes cogit lorata iuuencos: Aſpera regum perpetimur iuga: Vſque feremus exitiale iugum: Iugalis fagus, ſiue Tilia; *ex Virg. 1. Georg.*

Epith. Curuum, pandum, turpe, aſperum, triſte, exitiale, ferreum, ſordidum, ſeruile, intolerabile.

IVGVRTHA.

Filius fuit Manaſtabulis fratris Micipſæ Regis Numidarum, quem patruus moriens heredem regni ſui conſtituit vnà cum duobus filijs ſuis adhuc impuberibus Adherbale, & Hyempſale nuncupatis. Quos ille poſteà beneficiorum immemor inſidijs adortos interfecit, vt ſolus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellum aduersùs Iugurtham mouerunt, quod Ducum inertia, perfidiaq; præter omnium expectationem multos in annos protractum fuit. Donec miſſo in Numidiam Mario, Iugurtha fractis opibus ſuis, ad Bochum Mauritaniæ regem confugit, à quo proditus, Syllæq; traditus, ad Marium perductus eſt, & ab eo Romam in triumpho ductus; qui demùm in carcerē coniectus animi dolore perijt, vndè *Prop. 3.* Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris Conſule cum Mario capta Iugurtha ſedes. Lege *Salluſtium de bello Iugurthino.*

IVLIVS CÆSAR.

V. *Caſar.*

IVLIVS Menſis.

In ordine ſeptimus, olim Quintilis dicebatur, quòd quintus eſſet à Martio, vndè anni initium: poſtremò Iulius in Iulij Cæſaris aſſentationem, cùm perpetuus fuiſſet Dictator denunciatus; nam eo menſe natus eſſe ferebatur. V. *Macrob. lib. 1. ſatur. cap. 12.*

Calendis Iulijs, ſiue Quintilibus nullum in Calendario notatur feſtum: ſed liquet eo die migrationes ex ædibus apud veteres fieri conſueuiſſe, qui dies primus conductionum erat.

III. Non. Populifugia, nempè memoria, ſiue commemoratio fugæ populi, cùm paullò poſt Gallorum exceſſum ex vrbe, ſublato rumore Fidenates, alioſq; finitimos populos hoſtes Romam aduentare cum armis, repentino tumultu fugerit populus, vel quòd ipſe populus à Tuſcis in fugam fuerit verſus, vel ob Romuli mortem.

Prid. Non. Quint. Ludi Apollinares celebrabantur, de quibus V. *ſuo loco.*

Nonis Quintil. Idem ludi, & hæ dicebantur Caprotinæ, quòd eo die (teſte *Varrone*) in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres ſacrificabant, & ſub caprifico faciebant, & è caprifico adhibebant virgam, & ob hoc data eis toga fuit pretexta. Lege *Macrob. lib. 1. ſatur. cap. 11.* qui has nonas ancillarum fuiſſe feſtum narrat. *Plutarchus in Romulo, & Camillo* duas diuerſas opiniones, cur hę nonæ Caprotinæ appellatæ, & inſtitutæ ſint recenſet, quas tu leges apud *illum.* Sequentibus diebus ludi.

IV. Idus Quint. Iulij Cæſaris natalis dies.

III. Idus Quint. Ludi Circenſes, de quibus V. *ſuo loco.*

Prid. Idus Quint. Mercatus, ſiuè Mercurialia celebrabantur, & eodem die dedicatio Fortunæ muliebris via Latina ad quartum milliarium in memoriam liberatæ vrbis ab obſidione C. Marcij Coriolani, interceſſione Veturiæ, & Volumniæ, quam hiſtoriam prolixè deſcribunt *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 8. & Plut. in Coriolano.*

Idib. Quintil. Transuectio erat equitum Rom. ab æde Honoris in Capitolium, de quo *Val. Max. & Liu. lib. 9. extremo*: cum equis inſidentes, & olea coronati in Capitolium tranſibant. V. *Suetonium in Auguſto, & Gyrald. ſynt. 1.*

XVII. Cal. Sextilis, dies atra Allienſis, in qua Tribuni, militumq; legiones ad Alliam fluuium eductæ à Gallis pugna victæ fuerunt, vrbemq; amiſerint, de qua ſic *Cic. ad Att. 9. epiſt. 5.* Maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quàm vrbis captæ, quod hoc malum ex illo: eodem quoque die trecenti Fabij ad Cremeram ſub Veio cęſi fuerunt.

XIV. Cal. Sext. Lucaria erat, & mercatus. De Lucarijs hæc *Sext. Pomp.* Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit, pro eo quod victi à Galli fugientes à prælio ibi ſe occultauerunt.

XIII. Cal. Sext. Ludi victoriæ Cæſaris, quorum meminit *Suet. in Auguſt. cap. 10. & Dio 45.*

XII. Cal. Sext. Lucania repetebantur.

X. Cal. Sext. Neptunalia erant, feriæ ſcilicet Neptuno ſacræ.

IX. Cal. Sext. Furinalia erant, nempè in honorem Furinæ Deæ feriæ, cui etiam dicatus lucus: Furnalia appellantur à *Feſto.*

Sequentibus Iulij diebus ludi in Circo Maximo edebantur, de quibus V. *Circus Maximus, & Ludi.*

Synonyma.

Cleonęi leonis menſis. *Mart. 5. 72.* quòd Sol in Leonis ſigno eſt: Iulius menſis: Iuliæ Calendæ, Idus, Nonæ: Quintilis: Quintiles Idus: Nonæ Quintiles, Iuliæ: Æſtiuos qui monet ortus: Menſis,

Sſſ 3

ſis,quem dixere Patres Quintilem: Flauentes qui percoquit vuas.

IVMENTVM.

Quodcumq; dicitur animal,quod operam noſtram adiuuat vectando, aut arando.

Iumentum clitellarium. *Colum.* Doſſuarium. *Varr.* Sarcinarium. *Caeſ.* Saginarium veterinum. *Plin.* Vectarium. *Varr. Beſtia da ſoma*. Iumentum plauſtrarium, ſiue ploſtratium, quod plauſtrum trahit, *Beſtia da carro*. Iumentum molarium, quod molam agit, *da molino*. Piſtrinenſe vocat *Suetonius*.

Iumentum appioſum. *Veget.* quando micat auriculis,viſu caligat,& gyrat in circulum tanquàm ad molas:Iumentum cotiaginoſum. *Idem*: quando equus marceſcit, corium coſtis adhæret, ſpinaq; obrigeſcit.

Cyclicum (cyclo periculoſo morbo laborans) roboroſum, farcimnoſum, ſuffraginoſum, quod varijs laborat morbis:Aſinus. *V. ſuo loco.* Clitellarius equus: Oneraria beſtia: Aptum ad onera, ad pondera iumentum.

IVNCVS.

Arundo tenuior:Scirpus,vndè adagium:Nodum in ſcirpo quæris, qui operam perdit ſuam in re aliqua,quę inueniri nequeat:Iuncia vincla. *Ouid.4. faſt.* Iuncida ſarmenta. *Varr.*

IVNCINVS.

Iuncea fiſcella. *Terent.* Iuncoſa littora,iuncis abundantia. *Ouid.* Iuncetum,iuncis conſitus locus: Scirpea vincla:Amerina retinacula.*Virg.1.Georg.* Flexibiles virgę: Salicta, & ſalices; pro iuncis enim vſurpantur ad ligandas arbores, viteſq;. Rubea virga. *Ibidem.* Iuncus,lęuis, Mariſcus. *Plin.* Iuncus acutus ex marinis, & oxyſchœnis, quorum triplex eſt genus: is, qui propriè acutus, vel mas, & ſterilis, oxys eſt ab *eodem* dictus:Carex eſt *Seruio* in maritimis locis naſcens: Iuncus holoſchœnus, mollis, & carnoſus, quo ad vites vtimur: Iuncus odoratus, ſquinanthum, vulgus paſtum,ſiue pabulum camelorum nominat: Iuncus quadratus. V. *Cyperon in tit. Herbarum nomina*.

IVNCTVRA.

Compages, um, g.f. p.p. Coniunctio: Complexio: Vinculum.V.*ſuo loco.* Ligamen,ligamina:Internodia. *Ouid.6. met.* Symplegas,dis:Si conſtringantur gemina Symplegade. *Mart.* Vt prębente algam denſi Symplegade limi. *Rutil.*

IVNIVS Menſis.

A iuuenum honore, vel à iuuenta Dea, aut à Iunone,vndè Iunonius menſis *Feſto* dicitur,& *Ouidio, vt infra*: quod ædes Iunoni monetæ Kalend. Iunijs dedicata fuit. Nonnulli putarunt à Iunio Bruto dictum, quod Calendis Iunij, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ Deæ in Cęlio monte fecerit. V. *Ouid.6. faſt.* Ne tamen ignores,vulgiq; errore traharis Iunius à noſtro numine nomen habet.

Calendis Iunij, nullus dies feſtus, niſi communis,vt alibi adnotauimus.

IV. Non. Iun. Feriæ erant Martis,Carnæ,Monetæ. De Carna Dea lege *Macrob. lib.1.ſat.12.* Huic pulte fabaria,& lardo ſacrificabatur, quòd vires corporis maximè his rebus roborentur,vndè Fabariæ Calendæ Iuniæ dicebantur, vt alibi adnotatum eſt: *Ouidius* autem hæc ſacra ipſis Calendis fieri,cùm dicit: Pinguia cur illi guſtentur larda calendis,Mixtaq; cum calido ſit faba farre rogas: & quæ ſequuntur. Ipſis quoque calendis templi Iunonis Monetæ in foro Romano erat dedicatio: ſed cùm *Ouidius* dicat: Arce quoq; in ſumma Iunoni templa Monetæ Ex voto memorant facta Camille tuo: & in monte Auentino templum Iunonis reginæ eſſet ab ipſo Camillo captis Veijs dedicatum, vide an vnum ex alio poſſit intelligi:ſed enim diuersè primæ ædis originem narrat *Liuius*. Sed ad noſtra.

Eodem die Calendarum Tempeſtatis delubrum cōſecratum fuit extrà portam Capenam à M. Marcello, cùm is liberatus eſſet à periculo, & tempeſtate, quam paſſus erat, cùm in Corſicam,& Sardiniam nauigaret. *Ouid.6.*

Prid.Non.Iun. Sacrum fiebat Bellonæ, cui eo die templum conſecratum erat in regione Flaminij Circi versùs portam Carmentalem, intra quam dabatur Senatus Legatis exterarum nationum, quos in vrbem admittere volebant. Lege *Ouid. 6.* Hac ſacrata die Tuſco Bellona duello, &c. Eodem die etiam Herculi magno ędes in eodem Circo dicata: Altera pars Circi,cuſtode ſub Hercule tuta eſt. *Ibidem.*

Non. Iunij ſacrum fiebat Deo Fidio in monte Quirinali. *Idem ibid.*

VII.Id.Iun. Piſcatorij ludi peragebantur. *Ibidem.*

VI. Id. Iun. Sacrum fiebat Menti in Capitolio, cui eo die ædes conſecrata: cauſſam lege apud *Liuium, & Ouid. ibid.*

V.Id.Iun. Veſtalia erant,ſcilicet Veſtæ feriæ,in quibus Veſtales virgines ſacrificabant Deæ, de qua V. *infr.ſuo loco,& Ouid.ibid.* quibus diebus matronę Romanę nudis pedibus ad Veſtæ templum ibant, cuius cauſſam refert *Ouid.* eodem autem die, ſiue pręcedenti Ioui Piſtori ara in Capitolio poſita eſt, de qua *eumdem* lege. Quo tempore Galli Capitolium obſidebant, Ioui Piſtori ara poſita fuit, quòd Romanos duces in quiete monuiſſet,vt ex omni frumento, quod haberent,panem facerent, & in hoſtium caſtra iacerent, quo facto ſoluta eſt obſidio,deſperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos. *Lactantius* hæc. Hoc die Iunius Brutus vlteriorem Hiſpaniam ſu-

ſubegit, & M. Craſſus cum exercitu à Parthis cæſus eſt.

III.Id.Iun. Matralia, nempè Matris Matutæ feſta. *V. Leucothoe infra ſuo loco.* Cuius Deæ ſacrorum ritus hic erat: Aditu templi ſeruæ prohibebantur; vnam dumtaxat matronæ introducebant, cuius genis infligebant colaphos (huius cauſſam Vide apud *Plutarchum*) necnon Matronæ ſororum liberos pro ſuis in vlnas accipiebant, eiſq; bona precabantur. Eodem die P. Rutilius Conſul cum L. Iulio Cæſare in bello Marſico, ſiue ſociali perijt. Eodem die Fortunæ Seiæ feſtum erat. Lege cauſſas apud *Ouid.* Eodem die Concordiæ ædes à Liuia conſtructa, & dedicata eſt. (*V. ſup. Concordia Dea*) *Ouid. ibid.*

Idib.Iun. Ædes Ioui inuicto conſecrata, & dedicata fuit, ſed quo loco vrbis ex eius diuiſione non liquet. Iiſdem erant Minuſculæ Quinquatriæ, quo die tibicines feriati per vrbem vagabantur, & ad ædem Mineruæ conueniebant ab illis cultæ. De hac ſolemnitate V. *Liuium lib. 9. & Quinquatria infra ſuo loco.* Iiſdem quoque Veſtalia erant, in quibus molæ aſinariæ ornabantur floribus; & aſini illas verſare ſoliti feriati quieſcebant. V. *Mola.*

XVII.Cal. Quintil. ſiue Iulias, ſtercus ex æde Veſtę per Capitolinum cliuum extrà Stercorariā portam deferebantur. V. *Feſtum, & Ouid. ibid.*

XIV. Cal. Iul. Palladi in Auentino ſacrum fiebat. *Ouid.*

XIII. Cal. Iul. Summano templum poſitum fuit. *Idem.*

IX. Cal. Iul. Dies ater erat ob Flaminij mortem apud lacum Traſimenum. Hiſtoriam lege apud *Liuium lib. 22. & Val. Max. lib. 1. 6.*

VIII.Cal.Iul. Syphax à Maſſiniſſa ſuperatus, item Aſdrubal ductu M. Liuij Coſ. & opera Claudij Neronis Collegæ cæſus eſt. *Ouid.* Eodem die feſtum erat fortis Fortunæ in 14. regione Tranſtiberim, in Fano illi à Seruio Tullio dicato, quem feſtum diem ij potiſſimum celebrabant, qui aliqua viuebant arte. Nates item coronatæ per Tiberim conuiuia agitabant. V. *Ouid. ibid.*

V. Cal. Iul. templum dedicatum Laribus in foro Romano, ad quod habitabant puellæ, quæ coronas texere conſueuerant. *Ouid.* Eodem die Iouis Statoris templum fuit conditum à Romulo in Palatino iugo. *Idem.*

IV.Cal.Iul. templum in colle Quirinali dicatum eſt Quirinali. *Idem.*

Prid. Cal. Iul. templum Herculi, & Muſis ſacrum. *Idem.*

Synonyma.

Iunonius menſis. *Ouid. 6. faſt.* Iunonale tempus. *Ibidem.* Æſtiuæ luces ſub cancro: Me iuuat æſtiuas ſub cancro ducere luces, *Berald.* Cancri menſes. *Mart. 5. 72.* Cancri dies: Iuniæ calendæ. nonæ, Idus: Iunia dies, lux, tempora: A Iunonis nomine nomen habens: Quem pulcra Iouis coniux ſibi vindicat: Iunonum de nomine dictus.

IVNO.

Saturni ex Rhea coniuge filia, Iouis ſoror, & coniux, itemq; Neptuni, Plutoniſq; ſoror, quæ tamquam reliquarum Dearum regina à priſcis habita fuit: quam Teucris inimicam, Græcis amicam finxerunt, & Afris; cuius res geſtę nullæ ſunt prę ter poetica commenta, ſed ob effectus, varias fuit appellationes ſortita, vt *infra in ſynon.* Iunonem à iuuando dictam exiſtimabant, ſed hæc iam patent, vt etiam quod pro aëre ſumatur inter cęlū, terramq; interiecto: ſed lege *Phyſica.* Hanc in primis mulieres venerabantur, & Iunonem ſuam iurabant, Veneremq;. *Tib. 3. 7.* vt homines Iouem, Geniumq; ſuum; fœminarum enim genius Iuno erat, vndè *Idem 4. 13.* Hæc tibi ſancta tuæ Iunonis nomina iuro, Quę ſola ante alios eſt mihi magna Deos.

Saturnia. *Virg. 1. Æn.* à patre Saturno, cuius ſimulacrum ita figurabatur: Erat fœmina in throno ſedens ſceptrum regium tenens in dextra eius, caput nubes tenebant opertum ſuper diadema, quod capite geſtabat, cui & Iris ſociata erat, quæ ipſam per circuitum cingebat, quaſi ancillam paratam ad dominæ obſequium: Pauones autem ante pedes eius à dextris, & ſiniſtris ſtabant.

Regina Deum, Diuum: Huius ſimulacrum à Camillo Dictatore à Veijs ſuperatis in Auentinum fuit tranſuectum, & celebri die ſummo matronarum ſtudium dicatum templum. *Val. Max.* Iouis & ſoror, & coniux. *Virg. 1. Æn.* Germana Iouis. *Idem 12. Æn.* Germana Tonantis. *Ouid. epiſt. 9.* Herculis nouerca. *Ibidem.* Saturni altera proles. *Virg. 12. Æn.* Alcidæ nouerca. *Mart. 5. 66.*

Iouis conſors. *Ouid. 6. met.* Ex illis fuit vna ſui germana mariti, Hæc erat, agnoui, quæ ſtat in Arce Iouis. *Idem 6. faſt.* nam in Capitolio ſęuum delubrum erat Iunoni ſacrum, vbi in arca lapidea ſeruabantur Sibyllini libri; pręter iam dictum in eadem regione fori Romani erat templum Iunoni Martiali: Ædes Iunoni Monetæ cum officina: Signum Iunonis à Bithynico Pompeio dedicatum.

Princeps, ac regina Dearum. *Ouid. 6. faſt.* Magni matrona Tonantis. *Idem 2. met.* Lucina. V. *ſuo loco:* cauſſas, & alias opiniones. *Ouid. 6. faſt.* Natalis Iuno ſanctos cape turis aceruos, Quos tibi dat tenera docta puella manu. *Tib.*

Diua Lacinia. *Virg. 3. Æn.* ſic cognominata Iuno ab Italiæ promontorio, quod Crotonis eſt, vel vt *Ptolemæus* ait Brutiorum, inter Adriaticum, & Ionium mare, vel à Lacinio templo à rege conditore dicta, vt vult *Seruius, quem* lege. V. *Gyrald.*

. rald. ſynt. 3. de Lacinia Iunone.

Iunonis pulcram deſcriptionem habes apud *Val. Flacc. 1. Arg. v. 81.*

Numina Monetæ. *Luc. 1. Pharſ.* nam Iuno Moneta à Romanis cognominata, quod cùm non multò ante vrbem captam à Gallis terræmotus factus eſſet, ferunt vocem extitiſſe è Iunonis templo, quod erat in arce, vt de ſue plena fieret procuratio; vndè Monetam appellarunt Iunonem à monendo. Camillum templum illi ſtruxiſſe author eſt *Ouid. 6. met.* Arce quoque in ſumma Iunoni templa Monetæ ex voto memorant facta Camille tuo. In hac æde ſeruabantur libri lintei, in quibus imperij Romani fata continebantur. *Suidas* aliam de Moneta Iunone tradit Hiſtoriam: Cùm Romani pecunia indigerent in bello contra Pyrrhum, & Tarentinos, Iunonem oraſſe, quæ illos monuit, ſi iuſtitiæ armis vterentur, pecuniam eis non defuturam, quod cum Romanis rectè contigiſſet, Monetam Iunonem venerati ſunt, in cuius rei ſignum numiſma in eius templo inſcriptum moneta aſſeruabatur.

Progenies, Saturniq; nurus. *Bemb.* O magni ſoror, & coniux conſors ſceptri. *Sen. in Agam.* Iuga Iuno appellata, propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis, vndè etiam: Iugalis Iuno: Cui vincla iugalia curæ. *Bemb.* Iugæ Iunoni ara fuit Romæ in vico, qui ideò Iugarius dictus fuit, quod ad hanc aram (in foro Romano in 8. regione) veteri ritu nubentes vinculis iungebantur in omen futuræ concordiæ.

Gamelia, ideſt nuptialis apud Græcos eadem Iuno vocitata, quòd nuptijs præeſſe illam crederent, vndè etiam Interduca, Domiduca dicebatur, quòd nuptarum iter protegeret.

Vnxia, de qua *Seruius in 4. Æn.* morem fuiſſe ait, vt nouæ nuptæ ſimul cùm veniſſent ad mariti limen, poſtes antequàm ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent, vndè vxores dictę: ſed *Plinius* non oleo, ſed lupino adipe; alij axungia.

Cinxia, de qua *Feſtus.* Cinxiæ (inquit Iunonis) nomen ſanctum habebatur in nuptijs, quod initio coniugij ſolutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta: Socigena, quòd aſſociaret nubentes. *Martian.* Monte ſub Exquilio multis inciduus amnis Iunonis magnæ nomine lucus erat. *Ouid. 6. faſt.*

Soſpita Iuno Lanuuij in primis colebatur, magno cultu, vt docet *Liuius*; cuius ſimulacrum fingebatur cum pelle caprina, & haſta, & ſcutulo, & cum calceolis repandis. Romæ etiam in 10. regione, nempè in Palatio delubrum habuit contermino ad ædem matris Deum. *Sil. It. lib. 13. & Ouid. 2. faſt.*

Sororia Iuno. V. *ſup. in menſe Iulio:* quam intelligit *Ouid. in faſt.* Porrige & ancillæ qua pœnas luce pependit Luſa maritali Gallica veſte manus.

Eriboea *Hom.* dicta Iuno quaſi buculæ moleſtia, quòd Io in bouem verſa multis affecerit moleſtijs. Toris quæ præſidet alma maritis: Sacris præfecta maritis: Sola toro magni digna reperta Iouis. *Ouid. 1. faſt.*

Matuta Iuno. V. *Leucothoe.* Curis Iuno à Sabinis; nempè haſtata, de cuius rei ritu V. *Arnob. 2. contra gentes.* Feronia Iuno. V. *ſup. Feronia.* Iuno nouella, & Calendaris, quod in menſium calendis, quæ illi ſacræ erant, à Pontificibus vocabatur. Februalis etiam, quòd in menſe Februario eius ſacra fiebant. V. *Februarius.*

Epith. Regina, Argiua, pronuba, omnipotens, Zeuxidia, Tropęa; Samia, ab inſula Samo; Parthenia, ideſt virgo; Cypria, Telchinia, Ammonia. V. *Gyrald. ſynt. 3.*

IVPITER.

Ab antiquis Deus, & pater Deorum omnium creditus, cuius quidem ſcelera pudet hìc omnia recenſere, ne hæ paginæ alibi eius ſceleſta memoria ſpurcatæ, iterum magis, magiſq; conſpurcentur: quem Deum enim cæci veteres colerent, indè manifeſto liquet, quæ noctis tenebræ eorum mentem obtenebraſſent. Saturni filius ex Rhea, ſiue Opi, Iunonis frater, quam vitiare contendens (vt narrat *Homerus*) non potuit niſi connubio promiſſo: en prima ſanctimoniæ ſigna huius Dei. Patrem è regno Cretæ eiecit, vt ipſe vnus regeret; en altera pietatis in patrem monimenta; demum quot filios Deos habuiſſe dicitur, ex adulterio, inceſtu, ſtuproq; habuit, vt fabulæ, vt hiſtoriæ narrant: & quo facilius id facere potuiſſet, varias illum indutum formas fabulantur. In taurum mutatus Europen è Phœnicia in Cretam abduxit. V. *Europa:* in aurum, Danaen vitiauit, vndè Perſeum ſuſcepit. V. *Danaes:* in cycnum, Lędam, ex qua Pollucem. V. *Caſtor, & Leda:* in aquilam, Ganymedem rapuit. V. *Ganymedes:* in ſatyrum, vt Antiopam comprimeret, ex qua Amphiona, & Zeten recepit. V. *Antiopa:* in aquilam iterum, vt Aſterien Latonæ ſororem vitiaret: in paſtorem, vt Mnemoſynen, ex qua Muſas ſuſcepit: in Amphitryonem, vt Alcmenā, ex qua Herculem: in ignem, vt Æginam Aſopi filiam vitiaret, ex qua Æacum: in ſerpentem quoq; conuerſus, vt ipſam filiam Proſerpinam, quam ex Cerere ſorore ſuſceperat, nefando inceſtu pollueret. Quin ex alijs adulterijs è Semele Bacchum, ex Io Apim, ſiue Epaphum, ex Latona Apollinem, & Dianam, ex Maia Mercurium, ex Iunone Martem; qui demum (fortaſſis ob ſcelera) à Titanis filijs bello fugatus fuit in Ægyptum vſque, vbi metu perterritus, ne reperiretur, in arietem conuerſus

fuit,

fuit, qui apud illos Ammon dictus fuit. Tandem Gigantibus deletis, receptoq́; regno cũ aliqua optimæ adminiſtrationis ſigna prębere tanquam Deus ab omnibus haberi cępit,paſſimq́; in mundo coli,cui pro ſolio tributus fuit Olympus in Theſſalia altiſſimus mons, vndè fulgura, & ſulmina iaculari ab omnibus poetis fingitur, & hinc Tonans, & Altitonans appellatus. Quòd autem mortuus eſſet,ac ſepultus ipſi Cretenſes in Gnoſſo Cretæ oppido ſepulcrum oſtendebãt,vndè *Mart.9.35.* Iupiter Idęi riſit mendacia buſti. Vndè videtur falsò illi immortalitas donata, dũ eius ſepulcrum videbatur in Creta. Quod cum qui eum colebant conuinci potuiſſent, Cretenſes appellauere mendaces,& ſine fide dignos. Romę tamẽ in ipſa arce Capitolina pręter inſigne templum,quod illi Capitolini cognomen indidit. V. *Capitolium:*alias ædes habuit. Iouis Feretrij,de quo *inferiùs in ſynon.* Veiouis inter arcem,& Capitolium propè Aſylum cum eius ſimulacro cupreſſino; Iouis Tonantis in cliuo Capitolij,in qua erant ſigna Iouis Tonantis opus Locræ, Iouis ex ære Deliaco opus Hygię; ædes Iouis cuſtodis à Domitiano dedicata; Iouis ſponſoris in 8. vrbis reg. Necnon per totam vrbem templa, ędes,delubra,aræq; erant diſperſæ Ioui ſacræ tot,tantęq; vt recenſeri vix nequeant. Demum quę ad verũ Deum pertinent è ſacris paginis mutuata huic infami viro tribuit vetuſtas, cuius encomia proſecutus fuit *Orphaeus*,quę latinè vertit *Gyral.ſynt.* 2. quem adi, ſi plura de Ioue deſideras. Ipſum variè depinxit antiquitas, ſedentem potiſſimùm, detecto capite,lęua ſceptrum tenentẽ affabrè expolitum,cui auis aquila inſidebat,cuius rei cauſſa narrant,ad illum ex inſula Naxo contra Titanas proficiſcẽtem, & facientem in littore ſacrificium aquilam ad eum aduolaſſe, auſpiciumq; feciſſe, vndè & eum aquila ad pedes,ſiue ei fulmina miniſtrante roſtro fingebatur. Verùm non meum eſt hìc varias Iouis apud varios populos imagines prębere, cùm alij id pręſtiterint.

Synonyma.

Saturnius pater. *Ouid.1.met.* à Saturno patre,vt dictum *ſuperiùs*. Rex Dictęus, ſcilicet Cretenſis, quòd in Creta regnauit; Dicte enim mons inſignis in Creta: Rapidis qui tonat altus equis: Laſciuus Tonans. *Beroald.* Ortus Saturno. *Hor.1. od.12.* Tarpeiuſq; pater. *Prop.4.1.* quòd in Capitolio templum habebat, vndè Iupiter maximus, & Capitolinus appellatus: Pater,ac rector fulmine pollens. *Sen. in Agam.*

Chaonius pater,à quercubus,quę plurimę in Chaonia,illi ſacris,& Dodonęus Iupiter celebris à Dodone Epiri vrbe,apud quã templum,& fons ideò ſacer,quod cùm ſit frigidus (ait *Pomp.Mela*) immerſas faces ſicut cęteri extinguat, vbi ſine igne

procul admouentur accendit: Eſt etiam ſilua. V. *Dodone*. Moloſſus Iupiter,à Moloſſis Chaoniæ populis,& Epiri. *Stat.3.Theb.* Xenius Iupiter, ideſt hoſpitalis. V. *Hoſpitalitas ſup.* Genetęus Iupiter, à Genethęo promontorio apud Tibarenos Scythię populos. *Apoll.in Arg.* Indè Genetęi rupem Iouis: Hinc Tibarenũ dant virides poſt terga lacus: Hic proptiè verſantur dites pecorum Tibareni, Vndè Genetęam Iouis hoſpitis aſpicis aram. *Idem.* Iupiter inuentor,cui propè Tiberim ara ab Hercule illi conſtructa ob inuentas boues à Caco abactas, & propè geminam portam, ſiue Oſtienſem erecta. Feretrius, à ferendo, vel feriendo hoſtem, cuius templum in Capitolino. Lege *Liu. lib.1.* ex quo ſumebant Romani ſceptrum,per quod iurarent,& lapidem ſilicem, quo fœdus ferirent:Nunc Iouis incipiam cauſſas aperire Feretri, Armaq; de ducibus trina recepta tribus. *Prop.4.11. ſiue* 10. quam legem totam, & argumentum enodabit clarius.

Stator,à ſiſtendo dictus. Lege *Liu.lib.1.* Huic templum à Romulo in Sabinorum rebellione votũ, & poſt victoriam erectum in Palatij radice, delubrum aliud eidem in Circo Flaminio,à quo tamen conſtructum diſſentiunt veteres. & nihil ad nos. Elicius,ab eliciendo: Eliciunt Cęlo te Iupiter,vndè minores Nunc quoque te celebrant,Eliciumq; vocant. Huic aram in Auentino extruxit Numa Pompilius Rex II. Lege *Liu.lib.1.* Fabulam huius rei habes apud *Arnob.lib.2.Hiſt.& Plut.in Numa.* Huic Deo cùm non ritè ſacrum feciſſet Tull.Hoſtilius Rex. Fulmine ictus cum tota domo conflagrauit. *Liu. ibid.*

Latialis,quòd à Latinis,Romanis,Hernicis, Volſciſq; communiter adoraretur. Lege *Dionyſ.lib.4.* apud montem Albanum illi conſtructo templo. V. *Alba.* Spenſor,cui ædes in 8. vrbis regione à Tarquinio Superbo poſita, & à Sp. Poſthumio Coſ. dedicata nonis Iunijs:Imperator;à Pręneſtinis hoc titulo cultus, cuius ſimulacrum indè vrbe ſubacta T.Quinctius Romam deuectũ in Capitolio tulit:Piſtor,à pinſendo,cuius ara in Capitolio fuit. Lege *Lactantium.* Victor,à victoria, quam bello Samnitico L. Papyrius curſor retulit,in monte Palatino illi ædes erecta:Lucetius,& Dieſpiter,& Dyouis.

Veiouis:lege *Gell.* cuius ſtatuæ caput cornutũ erat, & capra aſſidebat,quod illa eidem immolaretur, ſagittas habebat in manibus,&c. Vector laſciuus puellæ;de Ioue in taurum conuerſo, & Europen vectante intelligit *Mart.2.14.* Vltor, cui ædem Agrippa, quam Pantheon appellauit, conſecrauit (nunc D.Mariæ rotundæ ab ædis fórma) V. *Pantheon ſuo loco.* Conſeruator demum,Fagutalis à fago:Vimineus,à viminibus:Arbitrator,Prędator, Marianus, Pompeianus,Propugnator,Pugnans

gnans,Cuſtos,Inuictus,Fulminatos,Pluuius:Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. *Tibull.* cuius ſimulacrum Athenienſes venerabantur, & aram quæ in monte Hymetto poſita fuerat, vndè cùm eſſet opus ab Ioue pluuiam comprecabantur.

Maius Iupiter, à Tuſculanis cultus, vt *Macrobius* ſcribit:Adultus,vt adulta Iuno: & nuptijs præeſſe dicebantur. V. *quod alibi adnotauimus.* Opitulus, & opitulator, ab ope ferenda, vt à iuuando Iupiter.

Hecatombæus in Cortyuna à Charibus, & Cretenſibus ſic dictus. V. *Hecatombe.*

Eleus:Nec Iouis Elei cęlum imitata domus. *Prop.* 3. quòd apud Elin prouinciam coleretur inſigni templo,ludiſq; Olympicis. V. *Elis,& Olympia.* Olympius, ab vrbe Piſa, quæ Olympia olim dicebatur,in qua templum habebat inſigne, niſi ab Olympo monte velis deducere,vel ab Olympio, à quo eruditus, atque inſtitutus fuit, vt *Diod. Sic. lib.* 4. *Bibl.* tradit,dicitur etiã Iupiter Olympicus.

Herceus; quòd eius aræ intus in ſepto ædium pręſertim optimatũ erigerentur: Hinc *Ouid.in Ibin.* canit: Cui nihil Hercei profuit ara Iouis;de Priamo intelligit. V. *Virg.* 2. *Æn.* Trophonius, ob oraculum in Lebadio Bœotiæ,quod *Strabo lib.* 9. deſcribit: meminit huius Trophonij Iouis *Cic. & alij.* V. *Adagia ſub voce Trophonium oraculum.* At genitor nubes qui cogit in arctum;periphr. *ex Hom.* 1. *Iliad.*

Panomphęus dictus Iupiter, quòd omnium lingua coleretur, ſiue quòd omnium ipſe voces exaudiret. *Ouid* 7. *met.* Ara Panomphęo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Lycęus,à Lycaone dictus (vt *Pauſan.* ait *in Arcad.*) cui & Lycęa certamina inſtituit, qui poſteà in lupum conuerſus fuit, quòd illi infantem immolaſſet. V. *Lycaon.*

Ammon:Corniger Ammon. *Ouid.* 3. *de art.* de qua voce hæc *Hygin. in lib. fabul.* Liber in Indiam proficiſcens, cùm ſiti laboraret, Iouem rogauit, vt arietem,qui ei aquam monſtrauerat,in cęlum collocaret, quòd cum factum fuiſſet, ibi Liber Ioui templum conſtruxit, quod Iouis Ammonis vocatum eſt:cętera apud *eumdem* legito. Anxurus,cognominatus in Italia in Campaniæ tractu, habitu pueri imberbis, cuius meminit *Virg.* 8. *Æn.* Circęumq; iugum quis Iupiter Anxurus aruis Pręſidet.

Cęneus, à promontorio Eubocæ, in quo Hercules poſt captam Oechaliam,ducta Iole,templum Ioui ædificauit:meminit *Æſchylus.* Qua flexus Euboicus ad Cęnei Iouis Actam penès ſepulcrum infelicis Lichæ:& *Ouid.* 9. *met.* Victor ab Oechalia Ceneo ſacra parabat Vota Ioui.

Belus Iupiter exiſtimatus eſt à Babylonijs, & Aſſyrijs. V. *Gyrald.* in hac re doctiſſimè diſputantem ſynt. 3. & reliqua de Ioue V. apud *illum*: tædet enim plura de illo referre: Qualis Agenorei raptorus gaudia furti Per freta virgineum ſollicitauit onus. *Rutil.*

IVPITER Planeta.

Vt ventis, nimbiſq; minax cùm ſoluit habenas Iupiter: Et ſub fœcundo ſemina iacta Ioue: Apta coruſcantem verba mouere Iouem: Iouis indè ſeueri vultus: Stella Iouis: Sidereus Iupiter;Sideream qui temperat arcem: Mediceis comitatus ab aſtris Iupiter ab orbe ſuo:Iupiter æthereo curſu comitante quaternis Mediceis; quatuor enim ſtellæ ſunt, quæ circulis ſuis Iouem comitari videntur, vt doctiſſimus *Galilæus* obſeruauit: Felices Iouis ſtellæ. *Prop.* 4. 1.

Epith. Minax,pluuius,ſeuerus,fęcundus,coruſcans.

IVRAMENTVM.

Periuria,orum:Ius peieratum. *Hor.* 2. 8. Ius iurandum:Sacramentum. *Idem* 1. 17. Numinis obteſtatio: Qui numina iurat: Numinis obteſtor caput;nam iuri iurando Dij aliquot pręerant, pręſertim Iupiter, vndè in Adagijs Iouem lapidem iurare. Siqui autem iuſiurandum ſpernere auſi fuiſſent,in eos iuriſiurandi pręſides Deos inuocabant,vt teſtatur *Diod. Sic.* Formulæ propterea iurandi varij apud veteres. Lege *Feſtum,Roſinum, ceteroſq;*.

Ne valeam,ſi non,&c. *Mart.* 2. *ep.* 5. Ne viuam:Diſpercam. *Idem* 2. 69. & hæc etiam imprecationes dicebantur.

IVRISPERITVS.

Iuris conſultus: Conſultus legis: Legis doctor:Iuris doctor: Legum ſapiens: Forenſis homo: Diſcitur innocuas vt agat facundia cauſſas. *Ouid.* 2. *triſt.* Pręſidium fori. *Idem* 4. *Pont.* 1. 6. Cauſidicus. V. *ſuo loco, vbi multa.* Suſcipe Romanæ facundia,maxime,linguæ Difficilis cauſſæ mite patrocinium. *Ouid.* 1. *Pont.* 1. Et qui Romani iura fori didicit; *ex Rutil.*

IVS, & IVSTITIA.

Forum:Miſſus Romani diſcere iura fori. *Rutil.* Iuſtitium: Iuraq; clamoſi litigioſa fori:Iuris decreta,fœdera,leges:Debita iura. *Hor.* 1. *od.* 28.

Epith. Sanctum, rigidum, ſacratum, ſeuerum, litigioſum.

Iuſtitia, inter virtutes morales.

Iuſq; piumq;. *Ouid. ad Liu.* Æquitas:Iuris cura. *Sen. in Thyeſt.* Fas,indeclinabile,quod fas eſt,ſcilicet quod iuſtum, decetq;: Aſtręa. V. *ſuo loco. Ouid.* 1. *met.* fig. Themis. *Idem.* Bonitas. V. *ſuo loco.* Æquatum examen. *Virg.* 12. *Æn.* Iuſtitiæ partes: Faſve, piumq;. *Ouid.* Sanctitas,pietaſq; fideſq;: Decor recti. *Idem* 2. *Pont.* 3. Rectum: Æquum: Æqua gerit rectam, librat quæ pondere lancem Iuſtitia immota firma,tenaxq; manu: Mitia legitimo ſub iudice bella mouere: Iam redit

dit & virgo redeunt Saturnia regna; nempè iuſtitia, quæ Aſtreà erat illis. *Virg.4.ecl.*

Epith. Sancta, ſacra, ſacrata, aurea, potens, inuiolata, diuina, cęleſtis, ſeuera, tenax, tribuẽs cuiq; ſuum.

IVSTVS.

Bonus. V. *ſuo loco, vbi multa.* Amans æqui: Mens, quæ conſcia recti: Inſignis pietate vir: Pietate grauis, ac meritis. *Virg.1.Æn.* Amantior æqui. *Ouid.1.met.* Innocuus. *Ibidem.* Recti cuſtos, imitator honeſti. *Mart.* Sine crimine, ſine labe: Haud vlli veterum virtute ſecundus: Recti reuerentia Cæſar, & æqui'. *Ouid.*

IVTVRNA.

Nympha, ſine fons, cuius aqua quòd ægrotos iuuaret, dicta eſt, vt vult *Varro:* eam Turni ſororem appellat Iuno apud *Virg.12.Æn.* decus fluuiorum, quòd propè Numicum amnem ſita eſt, de quo fonte, vt *Seruius* ait, Romam ad omnia ſacrificia aqua efferri conſueuerat. Sunt qui dicunt, illam in lacum fuiſſe ſubmerſam, cui nomen indidit. Ædem habebat Romę ad aquam Virginem, vt ait *P.Victor*, in regione Circi Flaminij.

Turni ſoror. *Virg.12.Æn.* Te quoque lux eadem Turni ſoror æde recepit Hic vbi virginea campus obitur aqua. *Ouid.2.faſt.* Dea Daunia, à patre: Stagna ſororis Iuturnæ. *Ibidem.* Stagnis quę, fluminibusq; ſonoris Pręſidet. *Virg.12.Æn.*

IVVENALIS.

Qui D.Iunius appellabatur Libertini locupletis incertum alumnus àn filius: ad mediam ferè ætatem declamauit animi magis cauſſa, quàm ſcholæ, aut foro ſe pręparans: tum ſatyras cępit componere in vitioſam illius æui ætatem. Erat tamen in delitijs aulæ Hiſtrio, multiq; fautorum eius quotidie prouehebantur. Venit ergo Iuuenalis in ſuſpicionem quaſi tempora figuratè notaſſet, ac ſtatim per honorem militię, quamquam octogenarius vrbe ſumotus eſt, miſſusq; ad pręfecturam cohortis tendentis in extremam Ægypti partem. Verùm intra breuiſſimum tempus angore, & tędio perijt. Temporibus Neronis, & Flauiorum floruit, & ad Neruæ tempora peruenit: Arpini natum memorant, vndè

Arpinas vates. *Pont.* alij Aquinatem dicunt: Satyrarum doctor Arpinas: Nec qui conſimili deindè caſu Ad vulgi tenuem ſtrepentis auram Irati fuit Hiſtrionis exul. *Sid.Apoll.*

IVVENCVS.

Bos iuuenis. V. *Bos.* Rudis operum: Detrectans aratrum: Detrectans iuga prima iuuencus: Inſultans campo: Malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci. *Virg. in Georg.* Fortes ad aratra iuuenci.

Iuuenca, fœmina: Coniux: Non aliter fortes vidi concurrere tauros Cùm precium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu Experitur coniux. Bucula. Iunix, teneræ ætatis vacca.

Epith. Indomitus, laborifer, tener, difficilis, arator, audax, pinguis, fortis, profugus, ruricolę iuuenci.

IVVENIS.

Pubes, metaph. ſiue puber: Ephebus: Iuuentus, figur. V. *infra.* Corpus iuuenile: Alumnus: Robora pubis: Vos ò, quibus integer æui Sanguis, ait, ſolidæq; ſuo ſtant robore vires. *Virg.2.Æn.* Nitidus iuuenta. *Idem 3.Georg.* Audax iuuenta. *Idem 4.* Delecta iuuentus. *Idem 2.Æn.* Intonſis caput iuuenile capillis. *Ouid.1.met.* Impubes: Adoleſcens.

Inueſtis; qui nondum veſtitus pube ſcilicet, qui nondum decimiquarti anni limites attigit: At Veſticeps dicitur *A.Gellio.* qui generationi habilis, ac maturus eſt: Impube corpus. *Hor.epod.5.* Fidens primęuo corpore. *Virg.10.Æn.* Calidus iuuenta. *Hor.3.14.* Circa virentes eſt animus tuę campos iuuentæ. *Idem 2.5.* Inſignis viridi iuuenta. *Virg.5.Æn.* Confiſus primęuæ flore iuuentæ. *Sil.It.16.*

Prima tectus lanugine malas. *Ouid.12.* Barba tibi incipiens. *Ibidem.* Dum melior vires ſanguis dabat. *Virg.5.Æn.* Cui decor integer æui. *Stat.* Fidens viridi iuuenta. *Idem.* Tu, qui iuuentæ flore primęuo viges. *Sen. in Hipp.* Vultus iuuenilis. *Ouid.3.faſt.* Fretus iuuenta. *Virg.7.Æn.* Æui flore virens. *Sil.It.1.* Flore nitens primo. *Idem 6.* Purpureo primæ ſignatus flore iuuentæ. *Claud.1.in ſtilic.*

Viridi ſpectabilis æuo. *Stat.3.Theb.* Virens: Donec virenti canities abeſt moroſa. *Hor.1.od.9.* Si foret viridis mihi, calidusq; ſanguis. *Sen.in Oedip.* Medio iam flore vigens: Teneræ vernans iucundo flore iuuentæ: Mihi mens iuuenili ardebat amore.

Epith. Clarus, nobilis, audax, generoſus, ardens, alacris.

IVVENTVS, tis.

Iuuenta, æ: Iuuentas, Dea, fig. *Lucret.* V. *inf. Hor.1.30.* Ver ætatis. *Ouid.10. met.* Flos, metaph. Perpetuo ſic flore mices. *Mart.4.45.* iuuentutem intelligit: Primi flores. *Ibidem:* Flos iuuentæ. *Stat.* Anni floridi: Iuueniles anni. *Ouid.5.faſt.* Virentes campi, iuuentæ. *Hor.2.od.5.* Pubes, figuratè: Pubeſcentes anni. *Stat.* Primęuus flos. *Virg.7.Æn.* Egregium decus iuuentæ. *Idem 8.*

Tempus puerile iuuentæ. *Ouid.6. met.* Primum æuum. *Idem epiſt.8.* Ætas florida iucundum agit ver. *Catull.* Primę lanuginis anni. *Boet.* Anni viridis iuuentæ. *Idem.* Iuuenile decus. *Lucan.* & *Mart.9.18.* Æuum florens. *Lucret.5.* Flos primęuus iuuentæ. *Sil.It.16.* Primi teneræ ætatis honores. *Ouid.4.triſt.10.* Spatium iuuentæ. *Idem 15 met.* Iuuenilis ardor. *Sen.* Iuuenes anni. *Stat.4.ſilu.4.* & *Ouid.7. met.* Blanda iuuentæ

tę tempora. *Pont.* Iuuenilis ſanguis. *Ouid.7.met.* Viride æuum. *Idem 3. triſt.1.* Melius æuum. *Sen. in Herc.fur.* Tempora verna iuuentæ: Aurea vitæ tempora: Flos virentis æui: Quid mollem pateris luxu torpere iuuentam: Poſtquam laſciuę cecidit calor ille iuuentæ.

Epith. Audax, cęca, rudis, prodiga, generoſa, pubeſcens, ingenioſa, acris, fragilis, ardens, alacris, effręnis, mollis, neruoſa, malè circumſpecta.

IVVENTA.

Dea iuuentutis à Romanis habita, quam Heben nonnulli priſcorum crediderunt, vt *ſuperiùs in Hebe* demonſtrauimus: de qua *D. Auguſt. in 4. de Ciuit. Dei* hæc ait: Iuuentas Dea eſt, quæ poſt prętextam excipiat iuuenilis ætatis exordia, & alibi: Iuuentas Dea cum Termino Deo Ioui noluit concedere in Capitolio condendo, vt *in Ioue* diximus, *& in Termino*. Hæc fingebatur ab antiquis mulier formoſa, ætate iuuenili, veſtibus verſicoloribus, & floribus ornata non abſimilis Deę Florę. Illius ædem in Circo maximo Licinius Lucullus Duumvir dedicauit, vouerat eam 16. annis ante M. Liuius Coſ. quo die Aſdrubalem, exercitumq́; eius cecidit, idem cenſor faciendam eam locauit M. Cornelio, & Sempronio Coſſ. Huius quoq; dedicandę cauſſa ludi facti, & omnia, cũ maiore religione facta, quod nouũ cum Antiocho inſtabat bellum. Hęc *Liu. 36.* Ædiculam habuit prius in Capitolio, ex quo, vt diximus, noluit abſcedere cùm Seruius Tullius Ioui Capitolino ædem conſtruere ſtatuit. Habuit etiam in regione 4. ædiculam.

Iuuentas, in cuius honorem Salinator Senenſi pręlio ludos vouit, fortaſsè pro iuuentutis ſalute, quorum meminit *Cicero*, in quibus *Liuius Andronicus* fabulam egit: Nectar & ambroſiam, latices, epulasq́; Deorum Det mihi formoſa gnaua Iuuenta manu. *Ouid. 1. triſt.* Iuuentus, tis. *Liu.* Sumitur etiam pro ipſa iuuentute, vt *ſuperiùs* oſtendimus, cuius periphraſis pulcra apud *Catull. 69.* Tempore quo primum veſtis mihi tradita pura, eſt Iucundũ cùm ętas florida ver ageret *Acrone* autem teſte, Iuuẽta eſt ipſe ætatis flos: Iuuentas, Dea iuuentutis: Iuuẽtus, manus iuuenum

IXION.

Phlegiæ filius, vt vult *Euripides*, Aethonis verò, vt *Pherecydes* teſtatur, qui cùm Diam Eionei filiam vxorem ducere cuperet, multa ſe daturum ſocero munera pollicitus eſt, ad quę quidem accipienda cùm iret Eioneus in barathrum, quod inſidioſus Ixion effoderat, igne repleuerat, lignis ſubtilibus, tenuiq; puluere operuerat, cecidit, ibique extinctus eſt. Quo ſcelere admiſſo Ixion rabie correptus, à nemine purgari poterat; cuius tamen miſericordia motus Iupiter, illum purgauit. Quo facto Iunonem cępit amare, quam etiam de adulterio interpellare auſus fuit, ſed obiecta nube ex illa fabulantur poetæ illi Centauros natos fuiſſe, cuius fabulam alibi narrauimus: ab ipſis verò filijs malè acceptus Ixion tandem ad inferos detruſus ob ſcelerum magnitudinem, ibidem rotam circumagere fingitur; quod palam ſe cum Iunone rem habuiſſe iactaret. Alij dicunt illum non circumagere, ſed à rota, cui eſt alligatus, circumagi, vtcumque eſt, apud poetas clariſſimus eſt, cuius moralem hiſtoriam narrat *Palephatus.* Heliogabalus (teſte *Lampridio*) Ixionis amicos vocabat paraſitos, quos ad rotam aquariam ligabat, & cum vertigine ſub aqua miſſos ruſus in ſummum reuoluebat.

Theſſalus dux; nam in Theſſalia regnauit, vbi primùm homines equis inſidere, eosq́; domare cœperunt: Quem grauida nubes Theſſalo genuit duci. *Sen. in Herc. Oet.* Neſſi pater; *ex eod.* Quiq; agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ. *Ouid. in Ibin.* Pirithoi pater, *Idem, & Sen. in Hipp.* Et magis infernæ vincula noſſe rotę. *Prop. 1. 9.* Illic Iunonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rota. *Tib. 1. 3.* Voluitur Ixion & ſe ſequiturq; fugitq;. *Ouid. 3. met.* Vbi ille celeri corpus euinctus rotę In ſe refertur. *Sen. in Agam.* Rapitur volucri tortus Ixion rota. *Idem in Herc. fur.* Centaurorum pater; *ex eod.* Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;. *Virg. 6. Æn.* quorum ſupplicium deſcribit: Stupuitq; Ixionis orbis. *Ouid. 10. met.* Et caligantem longis Ixiona gyris. *Stat. 4. Theb.*

Finis Primæ Partis.